BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

TEOL. FILOS.
FOLIO
32
VOL. 1-7

ARISTOTELIS
STAGIRITAE
OMNIA QVAE EXTANT OPERA

Nunc primum selectis translationibus, collatisque cum græcis emendatissimis exemplaribus, Margineis scholijs illustrata, & in nouum ordinem digesta: Additis etiam nonnullis libris nunquam antea latinitate donatis:

AVERROIS CORDVBENSIS
IN EA OPERA OMNES QVI AD NOS PERVENERE
COMMENTARII.

Aliique ipsius in logica, philosophia, & medicina libri:

Quorum aliqui non amplius à Latinis visi, nuper à IACOB MANTINO *sunt conuersi:*
Alij ab eodem clarius ac fidelius, quàm unquam antea ab alijs, translati:
Ceteri ex manuscriptis, optimisq; codicibus Philosophorum hac nostra ætate
celeberrimorum, innumeris pene locis diligentissime castigati:
Singuli compluribus margineis scholijs exornati.

LEVI GERSONIDIS Annotationes in Auer. expositionem super logices libros, Latinis hucusq; incognitæ, eodem Iacob Mantino interprete.

Græcorum, Arabum, & Latinorum monumenta quædam, ad hoc opus spectantia.

M. Antonij Zimaræ in Aristotelis & Auerrois dicta Contradictionum Solutiones.

IO. BAPTISTAE BAGOLINI VERONENSIS LABORE, AC DILIGENTIA.

Hæc autem omnia tum ex Præfatione, tum ex Indice Librorum clarius innotescunt.

BERNARDO SALVIATO EPISC. S. PAPVLI ROMAE PRIORI DICATA

Cum summi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS APVD IVNTAS M D III.

B
406
A1
1500
Cons

BERNARDO SALVIATO EPISCOPO SANCTI PAPVLI AC ALMAE VRBIS PRIORI

Thomas Iunta.

ARVM opinionum BERNARDE SALVIATE vir ampliß. quibus hominum mens sciendi cupida exerceri ac fatigari solet, aliæ ita sunt, vt, aut nihil, aut certe non multum ad vitam bene degendam pertineat, vtrum hoc an illud opineris: aliæ rursus tales sunt, vt, nisi in eam partem, quæ est vera, propendas, omnia quæ ad bene beateq; viuendum spectant officia peruertas. nam neq; ad honestatem vitæ, neq; ad felicitatem quicq; pertinet, an cœlestes globi in eccentricis, & epicyclis moueantur: an extra hunc, quem mundum vocamus, per immensum inane voluantur atomi: an eadem recto semper in profundum motu deferantur: an, quod excogitasse Epicurum ferunt, in latus declinent: et, fortuito congressu noua corpora subinde componant. at vero an Deus sit: an mundum fecerit, an regat, an immortales sint animi, an post mortem parata sint bonis præmia, malis supplicia, an felicitas in voluptate, an potius in virtute, an in bonorum omnium aggregatione consistat, ita ad rationem vitæ pertinet, vt qui id non habeat constitutum, huc atq; illuc incertus erret, atque in præceps tandem corruat. Simile quiddam in ijs quoq; opinionibus contingit, quas de singulis hominibus concipimus, cum vel bonos vel malos, vel doctos & sapientes, vel contra, eos credimus. hinc enim dum hos probare, illos improbare contendimus, pugnantes inter se factiones ac sectas oriri necesse est. qua in re non solum religioni, sed etiam literis atq; honestis disciplinis, non minus damni vel indocta vel peruersa ingenia intulerunt, quam commodi erudita, ac recta contulerunt. Proaui nostri et aliquot ante illos ætates, nihil in philosophia, nihil in medicina, vel ingeniose excogitatum, vel scriptum prudenter iudicarunt, nisi quod ab ijs Mauris, qui proximis aliquot seculis in Bætica philosophantes Arabice scripserunt, ad nos vtcunq; manare potuisset: tantumq; gentis illius ingenijs tributum est, vt ad nostrum vsq; tempus nullæ propè aliæ quam quæ illo fonte cæderent literæ, apud philosophos ac medicos in pretio fuerint. ætas vero nostra, contempta & quasi iam conculcata Arabum doctrina, nihil recipit, nihil miratur, nisi quod è Græcorum thesauris huc norit esse translatum. Græcos solos colit: his medendi, his inspiciendi, ac disputandi magistris vtitur. his freti, scire solos se iudicant: nihil prorsus scire qui Græca nesciat. hinc inter dialecticos rixæ, inter philosophos, atq; inter medicos tanta dissidia, vt ægrotantes vtri sectæ parendum sit, ignari, hæsitatione magis quam morbo interdum periclitentur. itaq; mihi faciendum videtur, vt qui nolunt errare ac decipi, studia ista partium atq; omnes affectus abijciant, rem totam sola ratione diiudicent. Ego vero quod ad philosophiam, et artem medendi attinet, illorum opinionem procul à vera ratione ferri arbitror, qui solos Arabas amplectuntur: Græcos omneis, præter pauca Hippocratis, contemnere

non erubescunt: nec illud saltem meminerunt quod à doctissimis hominibus longo sermone disputatum est, & solida ratione persuasum, græcos, omnia quæ ipsi excogitarunt, distincte & ornatè scripta posteris reliquisse: quæ vero ab alijs acceperunt, longe meliora ac cultiora reddidisse: Athenas porrò non magis frugum semina, quam bonarum artium disciplinas toto terrarum orbe dispersisse. verum ne ij quidem satis prudenter facere mihi videntur, qui sese Græcis ita addixere, vt Arabum scripta nihil aliud quam fæcem et inutile lutum prædicent: cum alioqui, si verum fateri volumus, illorum scholas tantarum & tam subtilium contemplationum, tot tamque vtilium inuentorum plenas fuisse constet, vt, et philosophia et medicina diligentiæ illorum ac curæ plurimum debeat. nam, vt interim omittam præclara quædam in re medica gentis huius inuenta, et quod nunc instat, de philosophia loquar, Græci ante Aristotelem plurimi, & illo tum discente tum docente non pauci, non sine præclara doctrinæ, et eloquentiæ gloria in eius rei studio floruere. quorum ille adiutus inuentis, eo propemodum contextu rerum naturæ scientiam tradidit, quo illas natura ipsa generauit. sed illius doctrinam quanquam mirata est antiquitas, Platonem tamen vt Deum quendam diu & in Græcia, & in Italia sunt secuti. propterea credo, quòd exquisitis orationis insignibus, & ornamentis prope poëticis hominum mentes illius dogma delectabat. Aristoteles quanquam in doctrinarum dispositione mire doctus, pressior tamen ac difficilior videbatur. ideoq; diu, non ille quidem contemptus est, sed vt obscurus & inaccessus ac luce indigens, delituit. verum simulac ambitiosa & inutilis illa sublimium verborum pompa subsedit, & diligentius cœpit res ipsa perpendi, aliquot seculis post Eudemum ac Theophrastum Aristotelis sectatores, Alexander Aphrodisiensis apprime subtilis & ingeniosus interpres temporibus Seueri & Antonini, in tantum honorem peripateticam doctrinam & sententias Aristotelis adduxit, vt tum primum solo philosophi nomine Aristoteles vocari cœperit. quem certatim secuti Ammonius, Themistius, Simplicius, Philoponus, & Olympiodorus, omnes ingenij neruos eò intenderunt, vt Aristotelem suis interpretationibus redderent clariorem: quod ex parte longe maxima præstiterunt. sed cum Aristoteles principia, modos, & quæ generalia sunt, ita tractasset, vt alijs multa diligentius inspicienda, ac contemplanda relinqueret, in eo græci parum admodum, ne dicam nihil, laboris sibi sumpserunt. at Arabes non contenti nudis interpretationibus, materiam totam, hoc est res ipsas, de quibus tractandum fuerat, multo diligentius ac fusius sibi inspiciendas putauerunt. idq; uel præcipuum in Auerroe laudatur: cuius solidissima doctrina de Græcorum fontibus non magis hausta quam expressa, vsq; eò enituit, vt solus COMMENTATORIS nomen sibi iure vendicarit: ac iam constet inter omnes qui proximis seculis sunt philosophati, eas philosophiæ partes, quæ ab Aristotele sunt omissæ, ab alio hactenus nemine vel diligentius inspectas, vel fundamentis solidioribus fuisse constitutas. et diligentiam quidem hominis ostendunt, tres illius in libros Aristotelis enarrationes: quarum primam, quam paraphrasim vocant, adhuc adolescens: secundam, quæ media dicitur, proiectæ iam ætatis: tertiam senior edidisse creditur. solidam porrò doctrinam, illud satis ostendit, quod Græcos magni nominis authores, & Arabas suos, non solum vbi recte sentire illos putat, imitatur, sed & vbi a veritate ferri transuersos credit, haud constanter incessit: & ra-

tionum

tionum pondere pariter ac numero, plærunq; conuincit. Venio nunc ad medicinam, in qua Græcos ita admiror, vt tamen aliquid laudis etiam Barbaris tribuendum censeam. nam vt veteres Græcos omittam, Galenus quasi dives aliquis ac diligens agricola quum quasi magna & ad id tempus inculta quædam latifundia serere destinasset, noxias herbas prius ac sentes excidere tentauit, quam fruges spargeret. itaque dum veterum errata, dum medicos sui temporis reprehendere, dum viam ad recte medendum posteris aperire contendit, vir & ingenio promptus, & asiatica eloquentia torrens, tam multa conscripsit, vt quamuis ex illis non pauca desiderentur, tamen ad ea quæ supersunt perlegenda, vix sufficere posse hominis vita videatur. quamobrem græci quidam non indocti homines, quæ prolixius, quam par erat, disputata crediderant, omittentes: ea modo quæ necessaria essent, in compendia quædam redigere tentarunt. sed res eum quem sperarant, non est sortita successum. horum enim nimis concisa, breuitas multo minus fuit fructuosa, quam culta illa, & copiosa Galeni prolixitas. ex hoc enim quasi ex iugi & limpidissimo fonte, tantum quisq; potuit quantum libuit haurire: ex turbidis & tenuibus illis riuulis nemo nisi modicam & limo turbatam potuit aquam sorbere. At è Barbaris Auicenna, magni vir ingenij, magnæ diligentiæ, numerosa illa Galeni volumina in vnum quasi corpus ita redegit, vt neque tedium prolixitas, neque obscuritatem breuitas afferre posset. is quanquam multa omisit, quædam etiam parum diligenter inspexit, id tamen est assecutus, vt eorum qui de his rebus post Galenum scripsere, nemo possit illi iure conferri. quamobrem vt eò nostra redeat oratio vnde videri poterat esse digressa, illud nobis videmur posse constanter affirmare, in ijs quæ ad bonas & honestas disciplinas attinent, neque eos recte sentire, qui solos Arabas adhuc mordicus retinent, neque eos recte facere, qui, quasi in græcorum verba iurarint, ne latum quidem ab illis vnguem recedendum putant. & quod ridiculum simul & periculosum est, malunt cum illis errare, quam cum barbaris recta sentire. cum alioqui tanta sit veritatis dignitas, vt vbicunque fuerit, illi veneratio sua debeatur. Quare cum mecum ipse diligenter rationem ac cursum vitæ meæ considerassem, & me excudendis ad communem omnium vtilitatem libris natum atq; educatum intelligerem: ac, non verbis modo sed re ipsa demonstrare vellem, quæ nam tandem de philosophiæ ac medicinæ authoribus esse opinio debeat, dedi operam, vt qui ex ijs possent ante alios esse fructuosi, quàm fieri posset, emendatissimi, in hominum manus peruenirent. ac primum quidem magnis impendijs, magno meo labore quæcunque potui Galeni opera vndecunque conquisita, & in latinam linguam versa, quod sine ijs medicinam recte sciri posse non arbitrabar, nostris typis diligenter excusa, in lucem misi. nunc autem cum studiosos philosophiæ opera nostra videremus indigere, nihil prius habuimus quam vt eis adessemus. Itaque Aristotelem eius philosophiæ, quæ nunc in pretio est, proculdubio principem emisimus. in quo propterea fuimus, veteri translatione contenti, quòd eam ab eruditis maxime desiderari videbamus: quòdq; esse fideliorem iudicabamus: cum præsertim nostra impensa, & doctissimorum hominum laboribus, eò deducta sit, vt in latino sermone colorem quendam Aristotelicæ puritatis & eloquentiæ possis agnoscere. huic adiecimus Auerroem, quòd is interpres nullam ferè

tanti operis partem reliquit intactam: & proculdubio longe subtilius quàm quisquam aliorum, vniuersa considerauit. at siquis illum rei aut verborum contextum minus diligenter quam Græcos interpretes explicasse existimat, aut eos sensus quos illi afferunt non satis interdum percepisse, is tamen vel inuitus fatebitur, neminem illi disputandi subtilitate parem adhuc extitisse: veniamq; illi vel hoc vno nomine non inuitus dabit, quòd, translationes in Arabicam linguam satis integras nactus fuisse non existimatur. Verum sic quoque illius interpretatio bonæ frugis plena est, vt vel ex eo quam perfecta sit, satis intelligas, quòd annis ab hinc prope quadringentis, nulli melius ex Aristotelis doctrina, aut scripserunt, aut disputarunt, quam qui hunc sunt secuti. Me certe rem studiosis vtilem feciße existimo, niſi si quos forte a recta philoſophandi via vel amor vel odium transuersos egerit. Quum vero Galenum BERNARDE SALVIATE superiore anno illustriß. CARDINALI fratri tuo à nobis dicatum, & in lucem emissum, non illi modo, sed iis etiam omnibus qui Medicinæ studio capti, recta sectantur, gratum fuisse intelligeremus, tuis nunc auspicijs Aristotelem quoque & Auerroem emittendos putauimus: futurum sperantes, vt si abs te amanter accepti fuerint ac probati, alijs quoque, atque iis maxime qui peripateticam doctrinam diligunt, placere possint. hanc autem editionem & vigilias nostras vel ob hoc tibi merito dicatas esse omnes intelligent, quòd nemo est, qui non habeat exploratum, hos Auerrois commentarios iampridem ab ingenioſis hominibus mirum in modum fuisse expetitos, atque in primis abs te, qui omnes bonas artes non modo diligis, sed summo etiam studio es consequutus: & tum veterum, tum iuniorum ingenijs unus omnium maxime fauere soles: qui puer adhuc, apud LEONEM. X. Pontificem, cui non minus propter ingenij acumen, quam propter gentis affinitatem carus semper fuiſti, ita Latinis ac Græcis pariter litteris es imbutus, vt nunquam: poſtea illarum expers fis habitus. quamuis autem abijs studijs quæ semper dilexeras te Christianæ reip. calamitas auocarit, nunquam tamen, ne inter duriſſimos quidem militiæ labores, illa penitus intermiſiſti. qua in re, illud tibi (quod paucis admodum contingere solet) vsu venit, vt, neque litterarum, neque rei militaris gloria cum benefaciendi laude coniuncta, vnquam carueris. nam quum sub CLEMENTE. VII. Pont. Max. in Hierosolymitanorum Equitum ordinem de communi illorum consenſu eßes cooptatus, iam tum cogitare cœpiſti, quam pulchrum eßet viro fortißimo eidemque præstantiſsimo se in omni fortuna Christianæ reip. vtilem exhibere. proinde quum HADRIANO Pont. commilitonibus tuis adeo aduersa tempora incidiſſent, vt amiſsa Rhodo nouas sedes quærere cogerentur: in quibus quasi in christiani imperij limitibus consistentes, aduersus barbaros pro religione pugnare possent: neque iam aliunde spes aptarum sedium se se offeret, tu in eum ordinem tam adscitus, ad Cæsarem orator es destinatus, apud quem fruſtra de hac re antea sæpius actum erat. eum tu virum tua prudentia & eloquentia facile flexiſti: ac, quod ante te nemo consequi potuerat, MELITEN insulam ab eo propemodum gratis impetraſti: qua vna, nulla chrſtianæ reip. vel commodior, vel opportunior

deligi

deligi posse videbatur. quum vero non ita multo post te cum totius ordinis Magistro ad eius insulæ possessionem adeundam contulisses, id consecutus es, vt edito hoc tam præclaro facinore, bis tantis tuis in vniuersum illum ordinem beneficijs, totius Hierosolymitanæ classis præfectura tibi vno omnium consensu ac voce deferretur quotu imperio ac dignitate subnixus, tanto barbaris nationibus terrori fuiſti, vt, cum multa illis sæpius damna intuleris, tum Methonen per vim in christianorum potestatem vendicaueris. qua in re, tuam & fortitudinem & prudentiam omnibus admirandam exhibuiſti. crescentibus nanque in dies turcarum copijs, quum te & tuos intra vrbem sine summo reip. & oppidanorum discrimine eße non posse intelligeres: & maiorem christianorum iacturam fore iudicares, si vrbe hostes per vim potirentur, quàm si vacuam desertamq; reciperent, deductis omnibus præsidijs tuis, incolumis ad tuos reuertiſti: &, auecta de finibus hostium opima & ingenti præda, duturnis vexatam impendijs classem tuam recreaſti: ac effeciſti, vt omnes intelligerent, ea in re tibi non animum sed fortunam defuiſse. Quid? nonne quum hac præclaræ virtutis tuæ fama ductus CLEMENS Pontifex te classi suæ præfeciſſet, atque vna cum Andrea Auria viro fortiſsimo & imperatore præstantiſsimo Cæsaris præfecto in Peloponeſum peruenisses, tua virtute factum est, vt quum Coronen obsideretis, & quattuor locis grauiter oppidum oppugnaretis, oppidani contra è tribus locis non impetum tantum sustinerent, sed obsidentes vehementer repellerent, tu vnus è quarto loco tum hortando tum fortiter pugnando tantam impreſsionem feciſti, vt milites tui murum primi ascenderint, & in ditionem vestram vrbem receperint? neque vero hæc tua solum virtus fuit: sed quum non paulo post Corone fame laboraret, & grauiſsima obsidione premeretur, neque iam aliunde quam de cœlo auxilium expectare posse videretur, nonne tu iterum illuc cum classe atque Auria Imperatore profectus, repugnantibus hostibus, & commeatu vrbem munisti, & ad melioris fortunæ spem, longa atque acri oratione animos nostrorum erexiſti? quæ tua virtus, ac præclara facinora, eam tibi laudem pepererunt, quam nulla ætas, nulla vnquam posteritas conticeſcat. Quapropter, vt olim Galenus sub ampliß. Cardinalis fratris tui nomine in lucem prodijt, ita nunc Aristoteles & Auerroes sub tuo nomine in manus hominum peruenient. recte enim mihi fratri adiungi visus es. ambo & generis nobilitate, & gentis vetuſtate in tota Italia clariſsimæ, insignes. ambo, & litteris & omni morum elegantia præstantiſsimi: ampliſsimoq; ac illustri dignitatis & laudis loco ita constituti, vt vestrum neuter cuiquam antiquorum cesſurus esse videatur. Itaque, quemadmodum illius auspicijs Galenum medici proxime acceperunt, ita nunc tuis philoſophi multo locupletiorem melioremq;, quam vnquam antea, Auerroem legent. Et, vt illi doctißimis Galeni operibus aduti, corpora vel ægrota morbis leuant, vel sana conseruant, ita iſti Auerrois simul & Aristotelis eruditione locupletati, ingenia vel nutrire possint vel expolire: nobiscum vero vtrique tibi pariter debeant. quòd, quæ in eorum vsum à nobis emiſsa sunt, à te, qui omnibus bonis prodesse semper studuiſti, vel in primis profecta sint. qui me (dum Patauij proxime Philoſophiæ & optimarum artium studijs sub M. Antonio Genua philoſopho noſtræ ætatis clariſsimo

rissimo operam nauares) non solum hortatus es, vt Auerroem quàm fieri posset emendatissimum ederem, sed optimorum exemplarium copia ita semper iuuisti, vt neminì magis quàm tibi, munus hoc, quod hortatu tuo perfectum est, deberi existimem. Tu velim hoc, qualecunque est, non solum amanter admittas, sed etiam constanter protegas. Ego, quod vnum præstare debeo, summis interim à Deo Opt. Max. votis expetam, non modo vt incolumis diu viuas, sed ea quoque virtutum tuarum praemia mature consequaris, quibus adiutus, quantum semper desiderasti, tantum bonis artibus aliquando prodesse possis.

MARCI DE ODIS PATAVINI ODI FILII

IN ARISTOTELIS ET AVERROIS VOLVMINA PRAEFATIO.

QVOD solet nauigantibus quandoq; contingere, vt optatis portubus, ac terræ iam propinqui, repentina aliqua tẽpestate deprehẽsi, amisso, præter opinionem, gubernatore, cogantur ipsi, quamuis rei nauticæ non satis periti, munus vigilantissimi gubernatoris subire, &, vtcunque possunt, nauigationis cursum dirigere, ne forte naufragium in portu ipso patiantur: id mihi nunc contigisse sentio, ac vehemẽter doleo. Nam, cũ IOANNES BAPTISTA BAGOLINVS VERONENSIS, vir Philosophię, Medicinæ, & optimę cuiusq; artis consultissimus, peripateticam Aristotelis, atq; Auerrois Philosophiam, atq; omnem vtriusq; de illa conscriptionem, quasi nauim quandam, per profundissimum pelagus diu agitatam, atq; errantem, in rectum cursum direxisset, camq; à scopulis, qui plurimi occurrerũt, quam diu potuit, sedulo auertisset, atq; ita longæ nauigationis spacia esset emẽsus, vt terras aspiceret, ad iam portum propemodũ attingeret, nescio quo malo fato nobis ereptus est, nec cursum multo prius ceptũ, ac ferè iam finitum, potuit totũ explere, & ĩ portum, quẽ petebat, puenire. Ego aũt licet inuitus, nec satis aptus, dux reliquę nauigationis esse sum coactus, nauisq; moderator fieri, vt eam ijs, quę supererant, periculis ereptam, in portum perducerem. quod an tãdem Deo auspice obtinuerim, aliorũ sit iudicium: laboraui certè, quãtum licuit, vt obtinerẽ. Cæterũ nisi tibi, LECTOR CANDIDE, hoc loco planius explicarem: quæ nã tãdem & qualis fuerit tota ista nauigatio, & peregrinatio nostra, rẽ vel in primis necessariam, & hic potissimũ dicẽdam, non sine maxima mea culpa, & bonorum omnium offensione præterirem. hoc itaq; quicquid est, paucis expediam, vt ad alia, quæ dicenda sunt, aptius possim peruenire. Cũ igitur Thomas & Ioãnes Maria Iuntę fratres, viri grauissimi ac prudentissimi, qui, vt doctos ac studiosos iuuent, librariam officinam optimis quibusq; libris refertam habent, in animum induxissent typis suis atque impensis, Aristotelem & Auerroim, quàm fieri posset, castigatissimos edere, vt studiosi homines philosophiam ex vberibus, & limpidis fontibus haurirẽt, hunc, quem diximus, virum ad vtriusq; philosophi libros emendandos, & in suum ordinem redigendos ex omnibus elegerunt: Illum enim nouerant apprimè idoneum ad hoc munus obeundum, cùm ob egregiam græcæ, ac latinæ linguæ cognitionem, tum ob raram, ac profundã peripateticę philosophiæ scientiam, in qua se magnis viris æqualem sępe probauerat. quippe qui & multa accuratissimè scribendo, & summa cum omnium admiratione in patauina academia publicè interpretando, omnibus fuerat admirabilis, postea vero Venetias profectus, partim intra lares domesticos philosophando, partim curandis ęgrotis operam dando, ad eam in tanta, & tam erudita ciuitate, existimationem peruenerat, vt in primo philosophorum ordine reponeretur, atque inter primarios medicos, ob edita experimenta, collocaretur. verũ ille nondum contentus

tentus immortali iam comparata gloria, tum vt Delauantij aul, & Hieronymi patris, virorum in omni genere disciplinę celeberrimorum, vestigia sectaretur, tum vt cõmuni literatorum, quos vnice diligebat, vsui succurreret, onus hoc, quamuis arduum, ac difficile, Herculeo quodã animo, & virtute susćepit: quod quidem, vt quo expetebatur, quanta fieri posset, festinatione perferret (erant enim iam omnium animi in tantæ rei expectatione erecti) labores vix vllis humanis corporibus tolerabiles subibat. nam, vbi in bibliothecam se abdiderat, in hanc rem tãta mentis intẽtione incumbebat, vt nihil sibi antiquius esse ostenderet, quàm vt hoc negotium ex voto, & sententia studiosorum, q̃ celerrimè fieri posset, aliquando absolueret. Itaq; etsi ab instituto opere ad clarissimorum patritiorum ęgrotantium curationes interdum auocabatur, domum tamen primo quoq; tempore, quasi ad pensum suum reuertebatur, atq; iterum corrigendis, & Aristotelis voluminibus, & Auerrois cõmentarijs non interdiu solum, sed tantis adhibitis per noctem lucubrationibus incumbebat, vt videretur existimare omne tempus perire, quod huic rei non impẽderetur, atq; horas etiam curando corpore debitas his laboribus addicere. Itaq; graui ob hoc ægritudine correptus, & dum nihil sibi de laboribus detrahit, ad summam corporis maciem, atq; imbecillitatẽ ductus, extremum spiritũ in opere hoc, aliquot ab hinc annis cœpto, & propè iam pfecto exhalauit. Itaq; apud iustos rerum æstimatores, optimo, & doctissimo huic viro, hoc nomine semper debebit, q̃ nõ solum viuens, sed moriens quoq; studiosos verę philosophię iuuare nunq̃ destiterit. Vt vero, quod defuerat perfectum aliquando haberes, extremam ego ipsi manum imposui, tum vt illius manibus, qui moriens hoc mihi oneris reliquerat, tum vt Iuntis gratificarer. In qua quidem re quid nam egerim, quos impẽderim labores, alios iudicare malo. Hoc vnum tamen verè dicam, me, vt qui exactè rationem tanti illius viri in corrigendis Aristotelis & Auerrois uoluminibus iam pridem obseruaueram, ne latum quidem vnguem ab ipsius laudabili more discessisse. Quod uero ad præfationẽ spectat, in qua BAGOLINVS si diutius uixisset, eorum tibi, quæ à se reperta, castigata, atq; in ordinem redacta sunt, rationem reddere instituerat, dedi operam, ne illius doctissimæ cogitationes penitus interirent. Nam quicquid uel ex his, quæ in hisce uoluminibus euoluendis colligere potui, uel ex colloquijs, quos cum Romulo Fabio uiro sanè erudito, & in rebus his solertissimo, nostro, illiusq; adiutore habui, id omne longo labore, & multis uigilijs in seriem suam redactum, sedulò tibi representare sum conatus. Proinde rationem in ordinandis, castigandisq; his libris ab eo seruatam statim explicabo, si prius de ARISTOTELE, & AVERROE, quorũ hæc sunt uolumina, pauca uerba fecero. Oĩum. n. qui pręclarè de philosophia opinati sunt, celeberrimaq; posteris monumenta reliquerunt, neminem ex Gręcis Aristoteli, ex Arabibus Auerroi, non solum anteferendum, sed ne comparandum quidem esse semper existimare iure possumus. quod comparatis inuicem eorum lucubrationibus, & monumentis, si extarent, ostendi facile posset. Verum cum ipsa desiderentur, hæc aperte satis consequemur, si non omnium quidem, qui unquam fuere, sed eorum modò, qui uel uiui sunt de philosophia bene sentire, uel certè benè sensere, aliquas saltem sententias, & quæ de ijsdem rebus Aristoteles opinatus est, in medium afferemus.

Aristoteles

ARISTOTELES enim verè naturalia principia, materiã, ſ. formam, et priuationẽ, primus omniũ excogitauit: quod Philosophi illi, qui Platonis tempora præcesserunt, quiq; philosophiam in Græcia primi illustrarunt, haudquaq̃ præstare potuisse comperimus. Nam Thales milesius omnium ferè antiquissimus aquã, Anaximenes, & Diogenes aerem, Anaximander mediam quãdam inter aerem & aquam naturam infinitam, Heraclitus ignem, quæ similares partes, atq; elementa potius sunt, principia naturalia statuerũt. Mitto inuictissimas rationes, quibus Aristoteles atomos illas, & indiuisibilia corpuscula destruxit, quæ à Leucippo abderita, Anaxagora, Democrito, & Empedocle fabulosè sunt introducta. Taceo de cœlo, de his, quę in media aeris regione, atq; in visceribus terrę generanť, de aĩa, de generatione & corrup. de augmentatione, alijsq; plurimis naturalibus quęsitis ab Aristo. repertis, atq; subtilissimè discussis. Taceo ꝑterea veterum Philosophorum decreta, quæ ab eo, vt fideliter recitata, ita validissimè cõfutata sunt. Nam, si Platonem, qui & Philosophorum Deus, & omnium disciplinarum lumen habitus est, Aristoteles noster superauit, quanto magis hunc alios omnes antecedere arbitrabimur, qui Platoni inferiores ingenio fuerũt: an non, quod magnum in philosophia est, Aristoteles priuationem à materia seiunxit, efficientemq; rerum causam naturam statuit: quæ neq; intellexit, neq; præstitit Plato: nonnè Ideas rerum, quas Plato contrà oĩum ferè opinionẽ introduxit, validissimis rationibus euertit: nonnè visionem per radiorum fieri immissionem aduersus Platonem ingeniosissimè tutatus est? Præterea in philosophandi etiam modo Aristoteles Platoni anteferendus est. nam Plato verius de Theologia disseruit, q̃ philosophatus est: Aristoteles autem ita verè, vt non immeritò alij eum naturæ filium, alij miraculum tradiderint. Sed, cum iam pateat (vt opinor) quantum Aristo. cæteris omnibus antecellat, iam ad AVERROIM quoq; illius interpretem, & Arabum oĩum sine controuersia longè principem descendamus, de cuius doctrina susceptę ratio materię pauca me in præsentia dicere compellit. nam si omnia, quæ ad eius laudes faciũt, persequi oratione vellem, nimis sanè prolixa esset nostra oratio. Omittam itaque & gentem illius & patriam: non solum quia ex his gloriam nobis quærere non debemus, quæ ipsi non fecimus, vt rectè Homericus Vlisses contra Aiacem generis, ac patriæ splendorem iactantem in armorum Achyllis contentione dixit: sed etiã quia Auerroim Corduba in Hispania nobilissima ciuitate, quę eo tẽpore ab Arabibus occupabatur, ortũ nemo dubitat. His ergo omissis pauca ex ijs pcurram, q̃ ad hoĩs doctrinam, et eruditionẽ spectãt, quod vt cõmodius facere possim, eum prius ab illoꝝ maledicẽtia vindicabo, q ipsum obscurũ, iciunum, barbareq̃, et horridè oĩa scribentem, refugiendum putãt. Quin illud quoq; dictitant, eum sæpè in philosophia, & præcipuè in Aristotelicarum sententiarum expositione falsa sentire, ac denique eos, qui in hoc authore legendo tempus conterunt (ita enim dicunt) non esse excusandos affirmant. Primùm quòd obscurum hunc appellant, etiam si verum esse fortasse posśimus concedere, non tamen vitio vertendam ipsi hanc, quæcunq; est, obscuritatem asseriꝝus, sed rebus ipsis, quæ difficillimæ sunt, atq; ingenijs lectorum, qui ad grauissimarum rerum lectionem, ad quam nõ satis idonei sunt, ausu temerario accedunt. adde ijs translationis prauitatem, ex qua tenebrosum olim fuisse redditum

ditum Auerroim quis dubitat? nūc autem clarissimorum virorum opera, atq; potissimum Iacobi Mantini Hispani Medici excellentissimi industria ad summam perspicuitatem deductus est. Quid vero Auerroim ieiunum vocāt? cùm nullum verbum sit non graui aliqua plenum sententia? Quid eum horridè, barbareq; loquentem irrident? non intelligunt Philosophorum orationem nō fuco verborum, sed grauitate sententiarum ornari, & eam demum orationem philosopho dignam esse, in qua sententiæ dominentur, verba seruiant, & locutio sententijs accommodetur, non locutioni sententiæ: quod Auerrois no ster philosophicis in rebus, quas summa doctrina conscripsit in Arabico idiomate, ac lingua diligentissimè seruauit: verum, quæ ab illo distinctè, atq; ornatè scripta sunt à nonnullis in nostram linguam translata non eundem nitorem obtinent, habent tamen sententias philosopho dignas, quæstionesq; ingeniosè excitatas, & pulcherrimis rationibus explicatas, vt si Auerroim legas, alium ornatum non requiras. Quamobrem quis non doleat, cùm eum in sententiarum Aristotelis expositione argui audiat? Quis enim est, qui non infinitis in locis inueniat illum ingenij bonitate contextus Arabicos malè habentes emēdare? Si vero aliquando fit, vt ille sententiam Arabick contextus deprauati afferat, cur aliorum errorem Auerroi obijciemus, omnibusq; benè philosophantibus viris aduersabimur? qui tantum vno ore Auerroi tribuunt, vt neminem qui non Auerroista sit, bonum vnquam fore Philosophum prædicent. ob hoc etiā non solum eum oībus Arabibus, sed Grecis Aristotelis interpretibus iurè meritò anteponunt. Nemo enim vel Grecus vel Arabs, vel Latinus inuentus est vnquam interpres, quem quis tanto vt honestaretur nomine, dignum censuerit, quanto omnes Auerroim honestarunt, cùm eū solum Commētatorem, solum Aristotelem transpositū appellarunt. Sed breuitatis studio nō diutius in laudādo Auerroi immorabor, sed quod erat prius institutum aggrediar.

CVM IGITVR BAGOLINVS noster horum duorum facilè principum Philosophorum monumenta tum logica, tum philosophica, medicinaliaq; colligere, & castigatissima in lucem emittere destinasset, varia quidem exemplaria Aristotelis interpretum vndiq; conquisiuit, ex quibus omnibus Theodorum Gazam elegit, Nicolaum Thomæum, Georgium Vallam, Alexandrum Chamaillardum, Leonardum Aretinum, Bernardinū Donatum, Georgium Trapezuntium, Franciscum Philelphum, Alexandrum Paccium, Bessarionem Cardinalem Nicenum, Guglielmum Budæum, Simonem Portium summum Philosophum, Dominicum Montesaurum, & Iulium Martianum Rotam Medicos celebres, Ioannemq; Bernardum Felicianum, viros profectò omnes egregios. omisit autem Argyropilum, hoc tantum nomine, q̄ eum paraphrasten potius, quàm interpretem crederet. castigauit nonnullas deprauatas translationes librorum de Physico auditu, de Cœlo, de Generatione & Corruptione, atq; alias super alijs libris editiones, quemadmodum singillatim infrà docebimus, vbi de vnoquoque libro loquemur. Inuenit ignotos antea libros, quos in latinum sermonem referendos curauit: indistinctos in capita seiunxit, quidq; in illis capitibus ageretur, patefecit: loco eorum quę prius erant, alia vel plura vel pauciora (sicut & nos eum secuti) prout sibi rectius videbatur, capita constituit: in cuius libri initio breues quasdam summas intentionem

tionem explicātes apposuit: nonnulla etiam in marginibus scholia, quæ prius non aderant, statuit. Præterea quēadmodum clarissimos Aristotelis interpretes ex omnibus eos, quos suprà recensuimus, elegit, ita pari studio nixus quosdam etiā, qui Auerroim interpretati sunt, celeberrimos omnes viros nobis tradidit, Paulum Israelitam, Vitalem Nissum, Ioannē Bruyerinum Campeium, Calo Calonymon, Abraham de Balmes, Ioānem Frāciscum Buranam, & Iacob Mantinum: aliosq; veteres ignotos nobis Auerrois enarratores mendis refertos, quos Suessanus, & Zimara, dum Auerroim corrigerent, intactos reliquerunt, in melius reduxit: quas quidē castigationes ex clarissimorum, solertissimorumq; virorum Pomponatij, Hispani, Hieronymi Bagolini patris, Marci Antonij Passeris de Ianua, Vincentij Madij, atq; aliorum complurium scriptis collegerat: neq; nos quoque parum præstitimus in hac re, dum logicam Patauij publicè, & philosophiam profiteremur. Ad has verò castigationes aliæ quoq; adiectæ sunt, quæ maximo studio, atq; diligentia indigebant. Cùm enim Bagolinus animaduerteret contextus quosdam in magnis Auerrois commentarijs verba Aristotelis explicantibus reperiri, qui prius aut ab Auerroi fuerant è græco in arabicū (si græcas ille calluit literas) versi, aut ab alio aliquo, & iterum ab interpretibus latinis in latinum sermonem deducti, sicut & ipsa commentaria, cumq; hos ipsos contextus minimè videret verbis illius, qui in commentarijs disseminatus erat, consonos esse, sed plerunq; hos inter se discrepare, quid non ille fecit, vt contextus per commentaria dispersi, continuis, simulq; positis contextibus conuenirent? Vnde & nos illius secuti vestigia, dum cœptum ab ipso Posteriorū librum corrigeremus, eadē methodo incessimus, vt, quæ superioribus temporibus lectores molestia ob contextuum varietatem vexabat, labore, atq; industria nostra penitus demeretur. Taceo autē maximum eius in accōmodandis nonnullis commentarijs, vt contextibus responderent, laborem, quem, ne singillatim facta inductione omnium ostēdam, sat sit locum in primo Physicorum commento sexagesimo monstrasse. Nam cùm pars illius commenti, proœmij loco in Tertio Physicorum legi soleret, ille sententiam Pauli Israelitæ secutus, eam ad illum transtulit locum. Ad hæc cum multæ essent interpretū in varios Aristotelis, & Auerrois libros præfationes factæ, omnes reiecit illis exceptis, quas ad eorum librorum cognitionem vtiles esse censuit. His actis mirum etiam, nouumq; ordinem horum librorum tum Aristotelis, atq; Auerrois authoritatibus, tum ratione nixus excogitauit, nequid relinqueret, quod viri huius diligentiam testari posit. Cum. n. inter hos libros quidam logici sint, quidam philosophici, quidam vero medicinales: logicos quidem, quia vt instrumenta philosophiæ, medicinæq; inseruiunt, in primo ordine collocauit. Verum cum inter logicos nonnulli veri essent, nonnulli autem nō ita veri, veros in Primo reposuit volumine, prout rationabiliter factum infrà ostendemus, non veros in Secundo. Librorum aūt, qui ad philosophiam spectant hunc ordinem constituit. nam cùm duæ philosophiæ partes sint, actiua altera, altera vero cōtemplatiua, libros quidem, qui ad actiuam spectant, præposuit, tum doctrinæ ordine, tum vt animus humanus morum doctrina confirmatus instructior sit ad rerum cōtemplationē, eosq; in Tertio volumine collocauit. Eorū autem, qui speculationi seruiunt,

hūc

hũc ordinem ſeruauit. nam naturales libros in Quarto, Quinto, Sexto, & Septimo voluminibus repoſuit, metaphyſicales in Octauo, & Nono. neq; id quidem iniuria, cũ res naturales quo ad nos re vera præcedere ſoleant. In Decimo autem medicinales Auerrois quoſdam, quandoquidem bonum medicum, philoſophum prius eſſe opus eſt (vt Galenus refert:) At in Vndecimo Zimarę cũ ſolutionibus cõtradictiones: propter eam, quam ad libros Ariſtotelis & Auerrois, vtilitatem afferunt.

DE PRIMO VOLVMINE.

HAbes itaq; LECTOR in primo huius operis volumine totũ Ariſtotelis organum in multos libros diſtinctum, triplicemq; Auerrois expoſitionẽ, in nonnullos quidem paraphraſticam, in alios mediam, in quoſdam vero magnã: his vero accedunt Epitome, quæſita, ac epiſtolæ, nec non Porphyrij libellus, & qui de ſex principijs à Gilberto Porretano editus fuit, qui ad Ariſtotelis libros non mediocriter conferunt. In hoc vero organo cùm agatur de tribus duntaxat veræ logicę partibus, Demonſtratiua, Topica, & Sophiſtica, non immeritò has tres Bagolinus noſter à duabus reliquis Rhetorica. ſ. & Poetica ſeiunxit: ſolæ enim primæ ex ſe potiſſimum ratiocinatione, quam συλλογισμὸν Græci vocant, vtuntur, quę Logici ſcopus eſt. Cũ igitur ratiocinatio Logici ſcopus exiſtat, iure factum eſt, vt quæ ſcopo quàmmaximè conferrent, antecederent: ſicut enim Geometra ex quibuſdam prius iactis fundamentis, atq; principijs ad vocata theoremata, ſic & Logicus ex aliquibus initijs ad ſcopum ſuum deducitur. Quam ob rem primùm quidem Porphyrij libellus, dehinc prædicamentorum tractatus, poſt hunc liber de ſex principijs & de interpretatione ſitus eſt, qui libri olim ferè omnes à Seuerino Boetho verſi, nunc à Bagolino recogniti ſunt: atq; vnà ſimplices Auerrois expoſitiones adhibitæ nuper à Iacob Mantino & translatæ, & longè dilucidiores factæ. adiectæ ſunt etiam quędam Leui Gherſonidis in Ariſtotelis atq; Auerrois annotationes, eodem interprete, nondum alias in lucem editę, quas quidem vnà cum prędictis Auerrois expoſitionibus cùm Iacob Mantinus morte præuentus (vt & alia quamplurima) recognoſcere, & contextibus Ariſtotelis accommodare nõ potuiſſet, Bagolinus noſter eas ſumma diligentia & recognouit, & contextibus accommodauit. His verò iam dictis libris ſucceſsit liber Priorum Bagolini opera caſtigatiſsimus, figuriſq;, Ariſtotelis verba illuſtrantibus, quàmplurimis inſignitus, & media Auerrois expoſitione à Burana olim translata, nuper verò à Bagolino recognita explicatus. Deinceps liber Poſteriorum ſubit, ex Auerrois ſententia ita collocatus (quamuis de huius ordine non parua lis exiſtat) quem cùm expurgare à varijs erroribus cœpiſſet, immatura morte ſubreptus fuit, adeo, vt ego coactus ſim eius inſequens veſtigia ad græcum exemplar accommodare, atq; vnum aliud, quod longè difficilius reliquerat imperfectum perſoluere. Nam cùm Auerrois ſuper hunc librum magna commentaria ab Abramo de Balmes, à Burana Veronenſi, Iacoboq; Mantino conuerſa eſſent, cumq; Abrami translatio mendoſa eſſet, atque obſcura, manca verò ac depraua Buranæ verſio foret, quod & ipſe in codice ſuo manuſcripto, qui ad nos poſt obitum Bagolini peruenit, teſtatur, Mantini autem traductio ſolum à primo

mo contextu ad centeſimumquinquageſimum vſque primi libri appareret, Bagolinus vnam duntaxat alijs ſcilicet meliorem elegerat cæterarum collationẽ, atq; ope conformatam, nulla facta additione ex ſeipſo: quod quidem onus initio fermè curſus deſtituere, coactus eſt. Ego itaq; hanc rem aggreſſus ſum, eamq; ad finem vſque viuentis illius ordinem ſecutus perduxi: has enim tres conuerſiones ad verbum comparaui, & illam Buranæ, quam, velut baſim, Bagolinus fecerat, quæ adijcienda videbantur, illius more adieci, corrigenda correxi, conuerſionum diuerſitates, ſenſuum, vocabulorumq; repertas in margine ſignaui. Poſtea verò mediam Auerrois expoſitionem ſuper hunc eundem Poſteriorum librum ducis mei conſuetudinem ſecutus à me caſtigatam poſui, & contextus expoſitioni magnæ reſpondentes in margine notaui. Conſtitui deinceps Topicorum, & Elenchorum libros cum media Auerrois expoſitione ab Abramo de Balmés, & Iacobo Mantino latinitate donãta. Nam cùm Iacobi interpretatio ſuper quatuor primos libros Topicorum duntaxat haberetur, quę vero Abrami erat tota quidem legeretur, ſed obſcuritate, & erratis referta maximam Lectori afferret difficultatem, nobis, qui ob Mantini dilucidi interpretis interitum reſiduis carebamus, viſum eſt id ſaltim, quod ab eo cõuerſum fuit Abrami interpretationi prius à nobis expurgatæ, & Ariſtotelis contextui aptare: vt illius & candorem, & veritatem interpretationum iudicio tuo perpenderes. Quibus peractis adieci Auerrois in totam logicam Epitomen ab Abramo conuerſam, emendatam ſtudio meo, cum varia in illius medio interpretationum lectione. Poſtremo logicalia quæſita, epiſtolasq; cum Auerrois, tum aliorum Arabum, quę mendoſè ab Abramo translata erant, nullo; ordine ſeruato legebantur, ad librorum logicalium ordinem redegi, & caſtigaui. Atque hæc habes LECTOR MI in Primo volumine.

DE SECVNDO VOLVMINE.

IN Secundo verò reliquę non ita verę, ac propriæ logicæ partes Rhetorica, videlicet atque Poetica compoſitæ ſunt. Verum, & ſi Rhetorica facultas a Poetica ortum habeat, vt Ariſtoteles tertio Rhetoricorum tradit, & Strabo in primo de Situ orbis yberius, quòd initio omnis compoſitior oratio Poetica erat: à qua paulatim in hunc, quo nunc vulgo loquimur, ſermonem peruentum eſt, vt pedeſtris oratio ex alto delapſa humi reperet, poetica vero ipſa curru vehi ſublimis, ac triumphare videatur, non tamen ob id Poeticam Rhetoricæ præponendam exiſtimamus, quandò Rhetorica plus habet Dialecticę ex qua partim, partim ex Politica profecta eſt, vt apud eundem Ariſtotelem conſtare in primo Rhetoricorum video, quò factum eſt, vt tres Rhetoricorum Ariſtotelis libri, quò Dialecticæ propius accederent à Georgio Trapezuntio latini facti, nuperq; recogniti, prius locati anteà fuerint. Quibus Auerrois paraphraſes, Abramo de Balmes interprete, adiectæ ſunt, nec paucis hę ſunt erroribus à Bagolino expurgatę: qui cum videret quoddam præter hos libros Rhetoricæ opus ad Alexandrum Ariſtoteli aſcriptum, translatum olim in latinum à Franciſco Philelpho, circunferri, id germanis Ariſtotelis Rhetoricorum

rum libris coniunxit, vt non minorem fortasse, quàm si Aristotelis foret fructum consequi posses. Poeticæ mox liber ab Alexandro Paccio translatus subit, quem Auerrois in eundem paraphrasis minime antehac talis edita sequitur. Nam Abrami conuersio incredibilem prius afferebat anxietatem, quam Mantinus sustulit: atque hæc omnia in summas,& capita,quæ in alijs haud reperiebantur libris,diuisa sunt:quemadmodum & multa alia, quæ iam dicta sunt,& dicentur. Et hęc quidem sunt,quæ Secundũ complent volumen.

DE TERTIO VOLVMINE.

IN Tertio autem reperies volumine, qui ad Moralem philosophiam spectant, Libros:cuius ordinis rationem suprà tradidimus. Verùm cum tres sint moralis philosophiæ partes Ethica, Politica & Oeconomica,Aristotelem secutus Bagolinus noster in primis Moralium Nichomachiorum libros à Bernardo Feliciano in linguam latinam relatos vnà cum eius præfatione imprimendos curauit. Post hos Politicorum libros. Postremo verò qui de re familiari sunt. Res enim publica priuatis familijs longè præstantior existit, ita vt ob hoc libri quoq; Politicorum præcedere mereantur. Et licet ex nonnullis Aristotelis verbis Moralium Nichomachiorum libros Politicis subnectantur,ne tamen materierum fieret interruptio (nam & alij sub eius nomine libri morales inueniebantur) omnes eos opportunè duxit ante illos, qui de Rep. sunt,collocandos. Quocirca magnorum Moralium libri duo à Georgio Valla translati, adiecti sunt. quos sequuntur Moralium Eudemiorũ libri, qui quanquam cum Nichomachijs in rerum pertractatione conueniant, in modo tamen plerunq; discrepant. Neq; ego nunc disputari an Aristotelis sint, opus esse arbitror. Secluſit tamen quartum, quintum, sextum libros,quanquam in græcis reperiantur exemplaribus, cùm ijdem ad verbum sint, cum quinto, sexto, & septimo Nichomachiorum, ne bis idem frustrà repeteretur. Quinetiam apposuit Leonardi Aretini in hosce libros introductionem,quam non parum lucis Moralium cognitioni allaturam animaduerterat. Post hos libellum de Virtutibus quendam,Alexandro Chamaillardo interprete, & si non Aristotelis fortasse sit,subnectendum censuit. Dehinc verò conspicies libros à Leonardo Aretino latinitate donatos. Libros postea Oeconomicorum ab eodem versos,atque explanationem quandam, veluti paraphrasticam Auerrois seriem præseferentem, ab eodem Leonardo confectam. Verùm hos eosdem in latinum versos,vel explanatos vnà cum altero ab eodem addito, apposuit Bagolinus,cum ex altera tantum eorum traslatione Aretini scilicet & Donati,negocio huic plenè satisfieri posse minimè videretur. Nam altera,quę Aretini erat,in duos reperiebatur libros diuisa:quę apud Donatum vnum cõficiebat librum, licet in duas esset partes dissectus, quarum quidem pars altera è græco in latinum transportata est, altera verò cũ ea apud græcos nusquam inueniri potuerit,eo genere interpretationis,quã Græci Paraphrasim vocant,exprella fuit,cui libro Donatus secundũ ab Aretino prętermissum è græco latinũ faciens,adiecit. Curauit etiam,vt eadem ratione vnà cum explanatione Aristotelicorum

telicorum librorum nonnullæ perpulchræ Aretini explanationes, quemadmodum & quæ super libris Politicorum sunt, prodirent. Postremùm Auerrois paraphrasis in libros de Rep. Platonis,quam dudum Mantinus verterat, locum obtinuit,cùm Aristotelicam doctrinam minime saperet.

DE QVARTO VOLVMINE.

EXplicatis his,quæ ad mores attinebant, propterea quia vnaquæque cognitio ex proprijs fit principijs,quibus ignoratis ea quoque, quæ ab his deducuntur,ignota esse fatendum est:ob id Physicorum liber in Quarto volumine locum obtinuit, qui quidem de principijs naturalium rerum agit: vbi contextus in primis Aristotelis castigatus fuit à Bagolino nostro,& Auerrois commentaria magna, quæ in hanc conscripsit tractationem, ab ijs, quos suprà recensuimus, doctoribus emendata sunt. Quibus addita nuper fuit Simplicij lectio in libro septimo à contextu decimo vsque ad vigesimũ primũ diuersa ab ea,quæ passim legitur,ne quid illi operi, deesse videretur. Auerrois item in eos procemium,quod quidem ob deprauatam aliquam translationem, atque ob rerum in ipso contentarum grauitatem antea difficillimum & mancum à quamplurimis & publicè legentibus,& addiscentibus negligebatur, nunc autem ad maximam facilitatem & integritatem, tum ex Iacobi Mantini dilucidissima,nouaq; translatione,tum ex antiqua castigatissima redactum est. Adiecta sunt etiam(vt in alijs etiam libris quamplurimis)contradictiones, & margineæ annotationes,quæ à Zimara olim affixæ sunt, nunc verò valde auctæ. Præterhæc pulcherrimæ multæ figuræ adiunctæ, perinde atque in libris de Cœlo,atque alijs quibusdam. Post magna verò Commentaria,media quædam Auerrois explanatio in tres primos physicorum libros subsequitur, quam imperfectam Mantinus morte præuentus reliquit.

DE QVINTO VOLVMINE.

QVos verò Aristoteles de Cœlo,de Generatione & Corruptione, deq; rebus Metheorologicis, & de Plantis libris scripsit ex Aristotele,atq; Auerroe quintum sibi ordinem vendicasse comperies. Libri quidem de cœlo cum Auerrois magnis commentarijs, eiusq; contextu ex Arabico à varijs erroribus(sicut etiam alijs libris contigit)emendati sunt, quibus Paraphrasim in eosdem à Paulo Israelita translatam,quam olim ab his seiunctam legebas,associauimus. Occurrent autem tibi libri de Generatione non solum cum media expositione,sed etiam cum paraphrasi Auerrois Vitale Nisso interprete. Subinde Metheorologicorum, tractatum videbis cum media Auerrois expositione,& duplici diuisione distinctissima, Auerrois scilicet, atq; alia: quod non ab re Bagolinus noster fecisse putandus est. Cùm enim Auerrois diuisionem confusam satis spectaret, operæ precium esse duxit, si aliam magis articulatam,veramq; apponeret. Sed quid de libro de Plantis dicam, quem hoc loco reponendum censuit? Vti ne Auerrois ordinem commutaret, præsertim verò affinitate motus, quam quidem maximam cum mineralibus habet, de quibus in quarto Metheororum, seperatimq; in alijs de Mineris pertractatur, tametsi res aliter quidem pro rei veritate habere videretur. Facile enim cum

MARCO ANTONIO DE IANVA ET VINCENTIO MADIO clarissimis præceptoribus meis defendere possumus libros de Animalibus his, quæ de plantis sunt, præponendos esse, cùm ex animalium sæpe proprietatibus in plantarum cognitionem deducamur.

DE SEXTO VOLVMINE.

TRactationes autem de animalibus sexti voluminis locum occupauerunt, quo ea Aristoteles, atq; Auerroes ordine reposuit. Cui tamẽ ordini nonnulli repugnant librum de Anima omnes Animalium libros præcedere opinantes, inter quos Auicenna fuit, & Albertus Alemanus: in qua quidem re facile videre possumus eos falli: nempè cum animalia quæq; ex materia & forma constent, suasq; manifestas edant operationes, necessariò de his sub triplici consideratione agendum erat. Primùm quidem de illorum materia, mox de forma, demum de toto composito, à quo diuersę proueniunt operationes: quemadmodum in libris etiam auscultatorijs hunc eundem sequutus ordinem prius de materia philosophus agit, dehinc vero de forma: in alijs autem de aggregato tractauit. Quã ob rem iter oẽs de Animalibus libros, qui de Historia, de Partibus, deq; Incessu sunt, quia illorum materiam pertractãt, primas sibi iure vendicarunt. Sed inter hos tres primi in ordine, qui de Historia sunt, collocati fuere, quorum nouem duntaxat Theodorus Gaza in latinum conuerterat, decimum vero his de causis, quas in sua refert prefatione, quam tu ipse in fronte libri conspicies, dimiserat: quem, quia alibi repositum Bagolinus videbat, in omnibusq; græcis exemplaribus hoc in loco collocatum reperiebat, eum à Bernardo Feliciano traducendum, atq; apud alios reponendum curauit: ne quicquam apud Græcos inter Aristotelis opera circunferatur, quod à latinis desideretur: quisquis enim eius author fuit, quod fortè dubium, is profectò non ignobilis fuit. Hos cõsequuntur libri de Partibus animalium ab eodem Theodoro latinitate donati, atq; vnà Auerrois in eosdem Paraphrasis nuper à Mantino versa, atq; singulis ipsorum partibus inserta. His annectitur liber de Incessu absq; vlla Auerrois interpretatione olim à Nicolao Thomęo Leonico conuersus, atq; antè ipsum apud nos haudquaq; repertus: ob quod à nonnullis qui Aristotelis libros in ordinem redigere conabantur, locus ille in fine librorum de partibus animalium deprauatus fuit, qui cùm is antea recte ‹vt de Partibus incessui deseruientibus differamus› diceret, hoc pacto ‹vt de generationi bus animalium differamus› illum falsò adaptare voluerunt. Quòd si quis à me huius ordinis rationem petat, illi profectò responderim, primam de Animalibus considerationem, quę de materia est, vt modò diximus, tum historice, tum theorice, ac proprias cuiusq; assignando causas tradi posse, atq; eam, quę per historiam traditur, facilitate, nostraq; notione, rationalem præcedere, cùm in hac & Rhetoras & complures græcos, latinosq;, non admodum philosophiæ peritos plurimum profecisse videamus: theorica, de qua in libris de Partibus & Incessu agitur philosophis duntaxat aptissima est. Expeditis autem, quę ad animalium materiam spectabant, tractatio de forma sequitur, quam tribus de Anima libris Aristoteles absoluit, quibus magna Auerrois Commentaria adiuncta sunt, ab ijsdem, de quibus supra memini, grauissimis philosophis castigata:

in quorum librorum tertio cùm .v. & .xxxvi. commentarium difficile, maximamq; in se doctrinam complectens legeretur, cumq; hæc ipsa duo commentaria latina facta essent à Mantino, quo clariora redderentur antiquis diligenter castigatis, quæ ab ipso conuersa sunt, apposita fuere. Habes post libros de Anima, quæcunq; ad animalium pertinent operationes, iuxta Aristotelis verba in cuiusq; libri calce decenti ordine collocata. In primis enim liber de Sensu & Sensili est, mox de Memoria & Reminiscẽtia, de Somno & Vigilia, de Somnijs, & Diuinatione per somnum, vnà cum Auerrois separatim paraphrasibus, nunc primùm à Bagolino nostro recognitis, de Animalium motu absq; Auerrois explicatione. Post hos libri de Generatione animalium vnà cum Auerrois paraphrasi à Iacob Mantino nuper versa, de Longitudine, & Breuitate vitæ cum Auerrois paraphrasi ab erroribus compluribus castigata. Demum de Iuuentute & Senectute, Vita, Morte, & Respiratione, nec non initium libelli de Sanitate & Morbo. Hæc in Sexto.

DE SEPTIMO VOLVMINE.

VErùm, cùm quidam essent Aristotelis libri, qui nullum certum in naturalibus locum obtinebant, ij Septimum volumen expleuerunt. In quo primùm Aristotelis problemata, quæ quidam ex circularibus disputationibus eius potius auditorum collectanea existimant, à Theodoro gaza latinitate donata, & quibusq; in locis ex collatione græcorum codicum emendata, reposita sunt. Nec mirum tibi videri debet: quòd nonnulla ad Metaphysicam, Medicinamq; attinentia reperies. Nihil enim hæc prohibent, quominus hæc ipsa problemata naturalia possint, πλειοτασμὸς denominari, quæ cum confusa prius essent, neq; ordine annexa, maxima diligentia suis quæq; locis concinè appositа fuere: ita vt naturalia quidem naturalibus insererentur, quę ad Metaphysicam spectant, metaphysicalibus, quę vero ad Medicinam medicinalibus. Habes insuper Mæchanicas quęstiones olim à Nicolao Thomęo Leonico conuersas, nuper recognitas, nec paucis figuris insignitas. Ab his potes librum de mundo, quem multi non esse Aristotelis prædicant, videre à Guglielmo Budæo translatum: verùm, si liber ille Stagiritæ doctrinam, phrasimq; non sapit, illum forte is edidit, qui & Rhetoricam ad Alexandrum. Incedit postea liber de Admirãdis auditionibus à Dominico Montesauro in latinum versus, quem Aristotelis esse subtilissimis in sua præfatione rationibus comprobare nititur. Propè hunc Physiognomica, & libellus de Coloribus adest a Simone Portio è græco fidelissimè translatus, qui licet Theophrasti potius, aut alterius cuiusdam non vulgaris, quàm Aristotelis phrasim seruet, Ephesius tamen ille Aristotelis in calce tractatus de Spiratione esse scribit, cuius enarrationem ibidem pollicetur. Huic vero librum quendam de Spiritu, vt ille, suspectum adiecimus: qui quidem tres libri nouissimi, cùm antea indistincti essent, in capita diuisi sunt. His accedit liber de Xenophane, Zenone, & Gorgia, à nobis hoc ordine collocatus, qui cùm antea mẽdosus, et mancus legeretur, Bagolinus noster curauerat, vt ille denuò à Bernardo Feliciano viro sanè doctissimo in latinum sermonem conuerteretur. Iuxta hos libellus est Aristotelis de Lineis insecabilibus, Georgijq; Pachymerij super eundem compendium, quæ ambo

Iulius Martianus Rota nunc primùm accuratissimè latina fecit, et ad pristinum candorem redegit: ex quo hominum suspitio deleta est, qui antea Georgij compendium Aristotelis esse putauerant: propterea verus, germanusq; ipsius liber minimè reperiebatur. Nonnulli postea his omnibus libri succedunt tum Aristotelicis opitulantes, tum falsò Aristoteli ascripti: qui inseruiunt, & vt rectius dicam, Aristotelicis, quod deerat, addunt, sunt Alexandri, siue Alexandro ascripti Problematum libri duo: quæ quidem problemata, quia ex naturalibus sola reperiebantur, nonnullis aliorum authorum hystoricis reiectis, hoc loco collocare non dubitauimus. non enim, quæ in dubio vertuntur omnia, potuit problematibus suis Philosophus inserere, sed nonnulla reliquit intacta. Vnde, & Theodorus hac de causa in sua prefatione, quã in fronte huius libri posuimus, se illa vnà cum Aristotelicis transferre voluisse apertissimè ostendit. Eorum verò, qui Aristo. falsò ascribuntur, alter quidem est liber quidam de Proprietatibus elementorum, quem & Sauonarola Medicus in suo de Balneorum proprietatibus libro, & plerique alij Arist. esse opinantur, cùm tamen nec apud græcos reperiatur, nec eius phrasim, sed Arabis cuiusdã potius redoleat: alius vero de Causis, quem alij Arist. alij Alpharabij, nonnulli Auer. aut alterius alicuius celebris, esse immaginantur. Verùm quicquid est, ex hisce non parùm emolumenti percepturum confidentes, illos duos ex antiquissimis manuscriptis exemplaribus, atq; his deprauatis, & obscuris, ita vt illorum literæ vix legi possent (vt fieri potuit) castigatos, vt inter Arist. volumina reponerentur, curauimus.

DE OCTAVO VOLVMINE.

AT in Octauo volumine consequens erat, vt naturalibus metaphisicales succederẽt: ob id Bagolinus noster superius naturalibus transactis, Metaphisices libros olim à Bessarione versos, à se verò diligenter castigatos, ac in summas, & capita distinctos (vt & alij sunt ferè omnes) in octaua hac parte reposuit, atq; vna magna Auer. in eosdem commentaria, quæ ex antiquis doctissimorum virorum, de quibus supra dictum est, exemplaribus à multis erroribus emaculauit. Verùm, cùm procœmium Auer. in duodecimũ Metaph. antea latinum à Paulo Israhelita factum esset, difficile alioqui, atq; vtile, quò illud dilucidius haberes, nunc appositum est atq; id etiã, quod à Mantino translatum fuit. Quibus accessit Auer. in eosdẽ Epitome, Mantino interprete, quæ erat ab his prius dissecta, Aristo. contestibus, vt in magnis respondent commentarijs, in margine citatis. Qua vero ratione Alexandri problemata in septimo volumine adiecta sunt, eandem Theophrasti Metaphysicorum liber proximè post illa hic repositus est, atq; in capita distinctus. Atq; hæc in Octauo.

DE NONO VOLVMINE.

AT, cum Auer. quosdam tum in Naturali, tum in postnaturali philosophia libros in Arist. extra omnia commentaria scripserit, eos Bagolinus noster iure a reliquis seiunxit, Nonoq; eos volumini, quod erat ex physicis postremum, inseruit: atq; ex his omnibus libellum de Substantia orbis, in primo ordine collocauit, qui et diligenter castigatus est, & duobus capitibus auctus ab Abramo de Balmes latinitate donatis. Cui succedit Destructio Destructionum

Destructionum Algazelis, quæ cùm antea in alijs Auerrois editionibus mendosa esset, atq; inutilis, & nuper à Calo Calonymo hebrço in latinum versa, auctaq; foret, atq; adhuc tamen infinitis in locis deprauata, Bagolinus facta ad vtrumbum ambarum comparatione, illam Calo Calonymos accepit, tibiq; castigatissimam accuratissime reddidit. In qua quidem habes. 16. ex Metaph. disputationes, cum antea. 14. tantum reperirentur: in quarum plurimis, pleraq; interiecta sunt dubia, quæ prius non extabant. at ex Naturali Philosophia quatuor adiectę sunt, quas idẽ latinis translationibus donauit. Post hęc tractatum habes de Animę beatitudine, quẽ mirificè correxit: adiecit etiam Epistolam de connexione intellectus abstracti cum homine Calo Calonymo interprete: quæ licet prædicti tractatus pars esset, atq; aliter etiam translata, hic tamen apposita est, vt & codicum, & interpretum diuersitas inspici posset.

DE DECIMÒ VOLVMINE.

IN Decimo verò volumine nonnulla ab Auerroe commentaria, separatiq; libri in Medicina reperiuntur: neque iniuria sanè collocata in hoc volumine sunt à Bagolino nostro post omnes & Arist. & Auer. libros, sed ob eam, quam supra diximus, rationem. Quare Auer. libros, qui Colligetvocantur, qui olim deprauati legebantur, studiosissimè cultos imprimẽdos curauit. Verum cùm quinti libri capita. 57. 58. &. 59. quippe quæ de medicinarum compositione agunt, difficillima legerentur, & ob id Iacob Mantinus ea dilucidissimè vt sui moris est, interpretatus esset, Bagolinus noster, vt id, de quo in his capitibus agitur, clarius redderetur, illius translationem vnà cùm antiqua nunc primùm in lucem edidit. His autẽ libris Auerrois Collectaneorũ sectiones tres, tribus colliget libris, Secundo, scilicet Sexto, et Septimo respondẽtes, voluit collocare, quas Ioan. Bruyerinus Campegius vir apprimè doctus, & in dicendo politus maxima elegantia in latinum sermonem conuerterat, quò illorũ saltim trium haberes, & claritatẽ, & literarum varietatẽ. Adiecta etiã sunt cõmentaria quædam, quæ ipse recognouit Bagolinus in Auicennæ Canticã ab Armegando Blasii de Monte Pesulano ex Arabico in latinum versam, atq; nuper ab Andrea Bellunensi ad meliorẽ frugem castigatione redactã, & in partes, tractatus, capitaq; distinctã. Adiecimus postremo Epistolam illã Auerrois de Theriaca, quã se in. 7. colliget cap. 2. scripsisse testatur, quę cum anteà à nobis desideraretur, nũc primũ ex scriptis Andreę à Cruce Veneti chyrurgi celebris reperta est.

DE VNDECIMO VOLVMINE.

VNdecimum verò, quod postremũ volumen est, contradictiones omnes dictorũ ab Aristo. atq; Auer. cum solutiõibus Zimarę continet in ordinem redactas, atq; incredibili studio emendatas, cum prius diuersis in libris, dispersæ essent (non enim omnes eodẽ tempore Zimara in lucẽ emiserat.)

HIc itaq; librorũ ordo est, hæc castigationes, atq; hæc consilij ratio, quã tibi supra pollicebamur, quę talià, ac tanta tibi Bagolinus noster vtilitati publicę studens, nõ sine vitæ dispendio adeo laboriose collegit, et diligẽter castigata reliqt, vt eius manibus oĩs sit debitura posteritas. Reliquũ itaq; est LECTOR Philosophię studiosissime, vt oblata tibi tantorum philosophorum

monimenta,nullo etiam monente, nullo; exhortante, vltrò ascipias. Nam,si legimus, olim Grammatico cuidam ab Alcibiade colaphum impactum fuisse, propterea; is Homerum,qui maxime Grammatico sit necessarius, domi non haberet: quanto,per Deos immortales, maiori dedecori foret philosophiæ studioso Aristot. voluminibus, atq; his quidem cultissimis, carere? Ad hæc autem,si memoriæ proditum est Homeri libros tanto in ptio apud Magnum illũ Alexandrum fuisse, vt hi in capto Darij Persarũ Regis vnguẽtorum scrinio, quod auro,gemmisq; ornatum erat, collocarentur,atq; vna cum pugione sub pului no semper ab eo rege haberentur,nonne Philosophiæ studiosi debent Aristo. libros,qui longo interuallo Homeri operibus,omniũ iudicio,sunt anteponendi,in sua Bibliotheca, quasi thesaurum quendam habere, semperq; eos manibus(vt Cyri pædiã Scipio Aphricanus) tractare? Eia igitur per Deum,atq; hominum fidem, accipite omnes precios issimam hanc in domum vestram supellectilem, Qui enim hanc accipiet,Philosophiam ipsam, qua nihil maius hominibus vnq; datum à Dijs immortalibus est,accipiet. Neq; vero vllum tam exhortatione mea moueri ad hanc rem volo, quam tum Platonis,tum Aristo. nostri, exemplo; quos adeo Philosophiæ cupidos, amatores q; fuisse constat, vt nulli vnquã sumptui pepercerint,sed,prope dixerim, prodigi fuerint, quotiescunq; accideret aliquem in eorum manus librum peruenire, vnde se vtile aliquid haurire posse existimarent. Illud sanè constat,Platonem,cùm non admodum diues esset, tres tamen Philolai Pythagorici philosophi libros decem denariorũ millibus mercatum esse. Aristotelem quoq; nostrum paucos quosdam Speusippi libros tribus atticis talentis emisse, quos sibi res philosophicas cõscribenti adiumento fore iudicarat. Quod cùm ita sit,nemo profecto satis digno pretio Aristotelis libros æstimarit. nam si à præclarissimis philosophis pauci illi libelli,tãti empti sunt,quanti quæso tot in vnum congesta duorum philosophorum volumina æstimari oportet? Verum,vt omnes intelligant,luntas fratres nil aliud magis cogitasse, q; Philosophiæ sectatoribus opem ferre, Deos, atq; homines testor,nullis eos impensis, nulli in conquirendis vndiq; nouis libris labori peperciss e. Quamborem,omnes,vti accedant,hortor,& moneo. nõ enim auaros illos, esse comperiẽt, qualẽ fuisse Marcum Popilium Andronicum traditũ est: quem ferunt Opusculum Annalium sexdecim millibus numum vendidisse: sed liberales potius homines,atq; æquitatis,& amicitiæ,non quæstus, & pecuniæ amatores sentient. Vale,& labores nostros in tuam gratiam susceptos,dilige.

ALOYSII LVISINI VTINENSIS.

Tantum & Aristoteles Bagolino & Cordubæ debent
Quantum humus Agricolæ debet operta rubis.
Multa horum dum sunt confusa volumina. mendis
Obruta. dum in tenebris multa sepulta latent.
Ille affert seriem confusis. Ille rescindit
Mendas. è tenebris ille sepulta rapit.
Si nulli dant tanta homines, si sæcula nulla,
Quis non diuino hunc donet honore virum?

ROMVLVS FABIVS FLORENTINVS PHILOSOPHIAE STVDIOSIS.

INter ea,quibus homines ueritatis,quæ per lectionem quæritur,contemplatione sæpenumero abduci solent, quatuor hæc uel præcipua esse arbitramur. Primũ quidẽ Authorum ignobilitatem, Deinceps turbatum librorum,ac doctrinæ ordinem, Tertio uero loco tum uerborum, tum sensuum obscuritatem, Quarto denique lectionis uitiatæ prauitatem. Quæ omnia impedimenta Ioannisbaptistæ Bagolini opera ab hac nouissima Aristotelis, & Auerrois æditione ablata esse facile dignosci potest. Cum enim multi ex Græcis, Arabibus, & Latinis, alios atque alios in Philosophia libros conscripserint, unum tamen ex Græcis Aristotelem, unũ ex Arabibus Auerroim propterea, ut arbitror, selegit, q; ualidissimis eorũ argumentis cæterorum omnium tum in conscriptionibus errata, tum in dissertationibus falsa dogmata facile redargui posse intelligebat. Quocirca & ille Philosophorum Princips, & hic magni Commentatoris appellationem consensu omnium est consecutus, tantæq; sunt ambo apud eos, qui aliquid sapiunt, authoritatis, ut iam eorum dictis omnes assentiri, omnemq; prorsus rationem uelint, nec quemquam prorsus sapientem, uel Philosophum putent, qui his audeat contradicere: ut iam nihil sit, q; miremur Pythagoreos ei, quem sectabantur, tantum tribuisse, ut quod ille dixisset, sine ulla alia ratione uerum apud ipsos haberetur, cũ hodie Aristoteles, atque Auerrois tanti nominis sint, ut quicquid alter illorum scripsit indubitatum axioma apud omnes censeatur. Quod ad secundum attinet, cum & infinitam prope librorum multitudinem ac totius doctrinæ tantam confusionem cerneret, ut non solum delicatos lectores, sed laboriosissimos etiã sciendi cupidissimos a lectione & studio deterreret, libros oẽs Aristotelis & Auerrois uel Græcis hactenus, uel Latinis incognitos, & quomodocunque uel translatos uel recognitos magno labore collegit, & in unum quasi corpus redigere tentauit: quod, ut undiq; perfectum esset, omnem peripatẽticæ doctrinæ rationem positis suo quibusq; loco libris ingeniosissimo, ac certissimo quodam ordine digessit. Quo factum est, ut quæ ad Logicam pertinent uolumina, quia de omnium scientiarum atque artium instrumentis conscripta sunt, primum locum tenerent: secundum Morales libri, doctrinæ potius fortasse ordine ab ipso cæteris omnibus propterea ante positi, quod eis ad rerum omnium causas & arcana naturæ cognoscenda idonei reddimur: quos sequuntur naturalium, & eorum, quæ ad Metaphysicam pertinent sex uolumina, iure optimo his, quibus Medicina continetur præposita, siquidem Medico Philosophiæ ignaro haudquaquam esse credendum omnes sciunt. Et ut horum librorum absolutior, ac certior fieret disciplina, omnium in dictis Aristotelis & Auerrois Marci antonij zimaræ Contradictionum Solutiones, quæ usquam inuenirj potuerunt, in ultimum uolumen adeo redegit, ut omnia iam nouum hunc ordinem adepta iucundius, ac longe q; unquã antea fructuosius legãtur. Quid uero commemorem, quot & quanta fe-

cerit

cerit ac pertulerit, ut omnem ab his libris obscuritatem, omnes prorsus tenebras de-
pelleret. Nam quantum olim moræ atque impedimenti rerum confusio studiosis asse-
bat, tantum nunc opis, & inuitamenti ordo apertissimus exhibebit. Cum enim eos uete-
rum translationum uitio, quæ uel non satis fideles, uel uitiatæ ac mendosæ erant, aut
sensuum subtilitate, obscuros ac difficiles conspexisset, nouas doctissimorum uirorum
translationes aut solas ueteribus minus fidelibus reiectis apposuit, aut fidelibus reli-
ctis, licet obscuris, ut res clarior redderetur, adiecit. Longum esset recensere, quot
& quæ loca tum Arist. tum Auerrois obscura, & a paucissimis intellecta appositis
grauissimorum Philosophorum margineis scholijs, ac annotationibus dilucidissima
rediderit. Quo ad ultimum autẽ, quod ad æditionis fidelitatem, ac diligentiam attinet,
scire operepretium est, nullam prorsus ex his artibus, quas mæchanicas appellant, aut
maioribus, ac magis crebris erroribus esse obnoxiam, aut grauioribus impensis & plu-
ribus uigilijs addictam, quàm hanc imprimendorum librorum rationem atque indu-
striam. Quamobrem neque pauperibus, neque auaris, sed liberalibus diuitibus eam con-
uenire arbitror. qui, si opera sua ac doctrina emendatos libros ædere nequeant, peritos
uiros conducunt, qui hoc ipsum sua diligentia & laboribus præstare ac uelint. Id quod
a Iuntis fratribus, qui nihil magis, quàm studiosis prodesse desiderant in hoc tam præ-
claro Philosophiæ opere præstitum fuisse uel ex hoc omnes intelligent, q̃ doctissi-
mum illũ Philosophũ, ac Medicum honestissimo huic laboriosissimo negotio præfecerũt,
& me, licet indignum, aduitorem illi, & quasi ministrum, semper assistere uoluerunt.
In quo ille opere totos ferme quinq; annos inter assiduos labores, ac uigilias infatiga-
bili diligentia & fide consumpsit, nec prius ab incæpto destitit, q̃ opere prope modum
tam expleto, supremum uitæ diem clausit: quod tandem post eius obitum una cũ Marco
Odophysico dijs fauentibus ad optatum finem perduximus. Hos igitur libros a uo-
bis iamdudũ desideratos, tanta diligentia, tantisq; impensis in spem gratiæ excussos hila-
ri animo suscipite, & huic dignissimo uiro immortales agite gratias, quẽ ea ab his libris
abstulisse intellexistis, quæ ad sapientiam aditum uobis hactenus clauserant, eaq; præ-
stasse, quæ uos ad felicitatem in altissimarũ rerum speculatione positam,
breui ducere possunt. Bene ualete.

IVLIVS PAPA III.

MOTV PROPRIO &c. Cum sicut dilecti filij hæredes Lucæantonij de Iuntis bibliopolæ Veneti nobis nuper exponi fecerint ad communem omnium studioforum vtilitatem eorum propria impensa diuersa opera, videlicet Primum volumen diuersarum Nauigationum & Itinerum Indię orientalis Aegypti, Aethiopiæ, Africæ factarum per diuersos authores Græcos, Hispanos, & Africanos, ac in Italicum sermonẽ translatarum, ac ARISTOTELIS decimum librum DE Animalibus translatum in sermonem latinum per Ioannem Bernardum Felicianum, DE Admirandis auditionibus, per Dominicũ Montesaurum Veronẽsem, & DE placitis Xenophanis, Zenonis & Gorgiæ: nec non diuersa opera AVERROIS & LEVI GHERSONIDIS super Aristotile, & Porphyrio nuper tradũcta per magistrum Iacob Mantinum hebręum, & Ioannem Franciscum Buranam Veronen. hactenus non impressa imprimi facere intendant, dubitantq; vt huiusmodi opera postmodum ab alijs sine eorum licentia imprimãtur, quod in maximum eorum præiudicium tenderet: Nos propterea eorum indemnitati consulere volentes Motu simili & certa scientia eisdem hæredibus in prædicta opera hactenus non impressa & per ipsos imprimenda per decem annos post eorundem operum, vel cuiuslibet ipsorum impressionem à quocunq; sine ipsorum licẽtia imprimi aut vendi, seu venalia teneri possint concedimus, & indulgemus: inhibentes omnibus & singulis Christi fidelibus tam in Italia, quàm extra Italiam existentibus, præsertim impressoribus librorum & bibliopolis sub excommunicationis latæ sententiæ: in terris vero S. R. E. mediate vel immediate subiectis etiam ducentorum ducatorum auri cameræ apostolicæ applicandorum: & insuper amissionis librorum pœna toties ipso facto & absque alia declaratione incurrenda, quoties contrauentum fuerit, ne intra decennium ab impressione dictorum operum, vel cuiuslibet ipsorum respectiue computandum dicta opera tam latina, quàm Italica hactenus non impressa & per ipsos hæredes imprimenda sine eorundem hæredum licentia dicto decennio durante imprimere audeant. Mandantes vniuersis venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, eorundem Vicarijs in spiritualibus generalibus, & in statu temporali. S. R. E. etiam Legatis, & vice Legatis sedis apostolicæ, ac ipsius status gubernatoribus, vt quatenus pro ipsorum hæredum parte fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus eisdem hæredibus efficacis defensionis assistentes præsidio præmisso ad omnem dictorum hæredum requisitionem contra inobedientes & rebelles per censuras Ecclesiasticas etiam sępius aggrauãdo & per alia iuris remedia auctoritate apostolica exequantur, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij secularis, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceteriscq; contrarijs quibuscunq;. Et insuper, quia difficile admodum esset præsentem motum proprium ad quemlibet loca deferri, Volumus & apostolica auctoritate decernimus ipsius transumptis & exemplis manu alicuius prelati & notarij publici subscriptis, etiam in ipsis operibus impressis plenam & eandem prorsus fidem vbiq; tam in iudicio quàm extra haberi, quæ præsenti originali haberetur, & quod præsentis motus proprij sola signatura sufficiat & vbiq; fidem faciat tam in iudicio quàm extra, cla nostra in contrarium acta non obstante.

Priuileige du Treschrestien ROY *de France* HENRY. II. *de ce Nom.*

HENRY par la grace de Dieu Roy de France au Preuost de Paris Baillifz de Rouen d'Orleans & Masçon, Senechaulx de Prouence forcalquier & terres adiacẽtes ou a leurs Lieutenãs, salut. Receu auons l'humble de noz chers & bien aymez Guillaume Regnault marchant demourant a Lyon & autres heritiers de feu Iaques de Gionti, aussi demourant audit Lyon. Et Thomas & Iean Maria Gionti demourant à Veniſe les heritiers de feu Meßire Lucantoine Gionti demourant audit Veniſe. Contenant quilz ont tellement faict exploicter, que par le moyen de leurs amys & auec grand labeur, fraiz & miſes. Ilz ont recouuers pluſieurs liures & traictez, de medicine & philoſophie, C'eſt aſſauoir le Commentaire de Iheroſme Trivieri Brachieli docteur en medicine demourant en l'Vniuerſité de Louuain ſur les ſept liures des Aphoriſmes d'Ipocras & Ariſtote de Animalibus liure dixieſme, interpreté par Iean Bernard Felician de Placitis Zenophanis Zenonis & Gorgie du meſme interprete, de Admirãdis auditionibus interpreté par Dominique Monteſaure Veronnoys. Expoſitions ou commẽtaires de Auerrois, ſur les cinq voix de Porphire ſur les Predicamens de Ariſtote ſur le liure des Interpretations, Comments Cent cinquante ſur le premier liure des Poſteriores. Expoſitiõ ſur les quatre premiers liures des Topiques. Proheme ſur les liures de Phyſique, Paraphraſe ſur les Poſtiques. Autre moyẽne expoſition ſur les troys liures des Phyſiques. Comment cinquieſme, & trenteſyxieſme ſur le tiers de Anima. Proheme ſur les douze liures de Metaphyſique, Les troys Chapitres derniers ſur le quint colliget. Annotations de Leui Gerſonidis es liures de Porphire & predicaments d'Ariſtote es liurẽs des Interpretations es liures des premiers reſolutifz. Le tout par Iaques Mantin traduict en latin. Epitome de Auerrois des demonſtrations & diffinitions, tranſlaté en latin par Iean Françoys Burana Veronnoys. Leſquelz liures & traictez, ſont plains & decorez de belles & ſingulieres auctoritez de philoſophie au bien & proffit de la choſe publique de noſtre Royaulme. Et pour l'vtilité & inſtruction diceulx qui les vouldront veoir & lire. Leſquelz liures ilz ſeroiẽt volentiers imprimer & mettre en lumiere, ce qui n'a encores eſté faict. Et pour ce faire ont deſia faict dreſſer partie des choſes a ce requiſes & neceſſaires. Mais ilz doubtent que apres leur impreſſion faicte, autres ſe vouſiſſent ingerer les imprimer ſemblablement ſur icelle leur impreſſion. Au moyen de quoy ilz demoureroient fruſtrez, non ſeulemẽt des frais & miſes par eulx faictz, mais auſsi de leurs peines & vacations. Nous humblement requerant que attendu que aucun de noſtre Royaulme n'a encores recouuert, retiré, ne faict imprimer leſdictz liures. Il nous plaiſe pour aucunemẽt les recõpenſer des frais & miſes, quil leur a conuenu faire pour le recouuremẽt diceulx. Faire deffences à tous autres libraires, de non imprimer, faire imprimer, ou expoſer en vente leſdictz liures & volumes, par eulx recouuers, & imprimez comme dict eſt, iuſques a certain temps,

Pource eſt il que nous ayant eſgard a ce que deſſus, & pour certaines bonnes cauſes & conſiderations à ce nous mouuans, auons voulu & ordonné & auſdictz ſupplians permis & octroyé, permettõs & octroyons par ces preſentes que autres que eulx ne puiſſent imprimer ne vendre leſdicts liures iuſques au temps & terme de ſix ans prochains venans. A commencer de la date de la premiere impreſsion acheuee quilz feront deſdictz liures. Si vous mandons & commettons par ces preſentes chaſcun endroit ſoy, & ſi comme à luy appartiendra, que de noz preſens grace permiſsion & octroy, vous faictes & ſouffrez & laiſſez iouir & vſer leſdictz Regnault & heritiers de feu Iaques Gionti de Lyon, & de Lucãtome Gionti de Veniſe, ledit temps durant. En faiſant inhibitions & deffences a toutes perſonnes de non imprimer leſdictz liures, ne iceulx expoſer ne mettre en vente, ſans le congé & conſentemẽt deſdictz ſupplians ledict temps de ſix ans durant. Et ce a peine de cent marchs d'argent a nous appliquer & de confiſcation deſdicts liures qui ſe feront vendre & imprimer au cõtraire, car ainſi nous plaiſt il eſtre faict. Nonobſtant quelconques autres lettres ou priuileges impetrees ou a impetrer à ce contraires. Mandons & commãdons à tous noz iuſticiers, officiers & ſubiectz que a l'execution de ces preſentes ſoy, obey. Donné à Bloys le ſixieſme iour du moys de Ianuier l'an mil cinq cens cinquante. Et de noſtre Regne le quatrieſme. Ainſi ſigné par le Roy à voſtre relatiõ.

BOHIER. *Et ſeellees en cire iaulne à ſimple queue.*

FRANCISCVS DONATO DEI GRATIA DVX VENETIARVM ETC.

CHE per autorita de questo consiglio sia concesso alli heredi del Q. Lucantonio Gionta librari, che alcuno altro che loro senza permission de quelli per anni quindece proximi non possa stampar, ne far stampar, ne vender in questa nostra citta & inchadaun luogo del Domi nio, ne in quelli vender, anchora che fussero stampati altroue, El libro decimo de Aristotile De animalibus tradotto per meser Ioan Bernardo Felicia no, & De Admirãdis auditionibus tradotte per meser Domenego Monte soro Veronese, & De Placitis Xenophanis, Zenonis & Gorgiæ, & di uersi libri de Auerroe, & Di Leui Gersonides sopra Aristotile & Porphi rio tradutti per maistro Iacob Mantino hebreo & per meser Ioan Fran cesco Burana Veronese. Sotto pena alli contrafacienti di perder le opere, lequali siano de ditti supplicanti, & sotto le altre pene nella supplication sua dechiarite, &c. Die. 26. Aprilis. 1550.

Errata sic corrigito.

IN PRIMO VOLVMINE.

folio.73,columna.4.linea.22.in figura prima in cuspide trianguli C.lege C, homō.
fo,74.2.48. in figura tertia adde in cuspide trianguli C,homo,
fo.176.4.23,qualis,l.† qualis.
fo.379.3.17. mortiani l. morgitani, & in margine, ex mortula,l. ex morgi.
fo,198.1.34.fortasse cōsideratio, in margine addes, Abraham aufert illud fortasse.
fo,198.1.36.& scientia,l.† & scientia:& adde in margine, Abrahā legit,& sapientia est scientiæ moralis,quia sunt ab ipsa voluntate.

IN II. VOLVMINE.

fo.2.4.11.in margine dele totā illam postillam vsq; ad illud, Enthymematum,
fo.67.3.13.cum, lege sum

IN III. VOLVMINE.

fo.139.1.1.propriis,qui necessariis,l.propriis necessariis.
fo.150.1.39.ac totidem,l. ac quòd totidem.

IN IIII. VOLVMINE.

fo.3.3.58. in margine.14. Metaphysices. com. 14. Adde, & Primo de Generatione animalium, Cap, vltimo.
fo.23.4.53,vt vagant,l.vt agant.
fo.29.1.53.& species,l.& forma.
fo,36.1.21.superfluunt hæc verba,Caput Tertium, in quo,& cætera.
fo.60.2.24.deficiunt hæc verba, Caput Tertium, in quo soluuntur dubia de causa finali.
fo.62.4.2. si non,l. nisi.
fo.85.2.5.sed ratione,l. sed & ratione.
fo.121.1.46.nunc motu,l.nunc motus.
fo.135.2.4.separatus,l.separatur.
fo,138.4.20.nullam magnitudinem, l, nullam mutationem,
fo.138.4.40,est in infinita,l.est infinita,
fo, 86.4.45. 93.2.41. 105.1.13. } adde in margine, Vide con.Zim,
fol.142.3.57.deficiunt hæc verba,Cap.primum, in Lationis, Alterationis,& Augumēti motu mōstratur mouens simul esse cum eo, quod mouetur.

IN V. VOLVMINE.

fo.17.3.23.maior,l.minor.
fo.57.1.1.enim accidens,l.est. n. accidens
fo,65.1.30.in marg.oppositū in vltimo ca. de substantia orbis,l.oppositum in quinto cap. de substantia orbis, Vide con.Zim.
fo.71.3.13.Democritū dicūt,lege Democritici dicūt
fo.117.4.15.ostendidit,l.ostendit
fo.154.4.40.vt inquit,l.vt etiam inquit
fo.155.2.2.ad se ipsum,l.ad se ipsum ipse
fo.160.1.51.separatū enim esset,quod comune,l.separabile.n.esset ipsum cōmune, et in margine adde,* al.l. vacuum.
fo.160.1.61. qđ augetur, l. qđ ăugetur, & adde in margine * alia litera,fit.
fo,161.4.58.Summa quarta,l. Summa tertia.
fo.176.2.14. & hæc,l.& hēc. & adde in margine, * al'.litera eadem.
fo,4.1.4. 31.3.35. 33.2.56. 65.1.30. } add e in margine, vide con.Zim.

IN VI. VOLVMINE.

In præfatione linea.7.rex vrget.l.res vrget.
fo. 4.1.7.sua copage.l. sua compage.
fo.9.4.54.căret.l.careant.
fo.121.3.13.deficiunt hæc verba, Caput Quartum. Animam non esse numerū seipsum mouentem.
fo.122.4.32.deficiunt hæc verba, Caput Sextum. Animam non esse ex elementis compositam.
fo.145.1.5,quod,l.quod est.
fo.160.3.5.intelligant,l.intelligat.
fo,171.2.50. In marg, adde, oppositum dicit Alex, in tra, de in tel.dicens,quòd est trinus. vide con. Zim.
fo.180.3.1.cap,5.l,cap.6.
fo,115.2.30.dele con.Zim.in margine.
fol.109.1,69. 115.2.34. 135.1.16 & 18. } 137.1.55. 139.1.49. 159.3.20. 145.1.150. } Adde in marg. Vide con.Zim. 159.4.10. 166.1.4. 173.3.23. 171.2.5. }

IN VII. VOLVMINE.

fol.86.1.53,quod habente.l. quod ab ente.
fol.76.4.14. corporis. l, † corporis,& adde in margine. † alia litera coloris.
fol.77.4.14. ex ijs eluuntur, floribus effluxis ex meatibus.l,in marg. In antiquo Codice legitur, exterfis supra coloribus ex poris,dum arescunt.
fol.77.4.20.tingantur, ingredientes in florum poros.l,ledantur ad ingressus florum.

IN VIII. VOLVMINE.

fol.55.4.31.In margine dele.vide con.Zim.
fol.64.4.5.in quo possibile.l. in quod possibile
fol. 79.3.27. ipsum quidquid est. l. ipsum quodquid est.
fol.157.1.4.cap.4.l.cap.5.
fol.165.1.44.ideas numeros.l.ideales numeros.
fol.172.1.49.in marg.entium,aut esse.l.entiū. esse.
fol.173.4.13.in marg.Tex,2.l.Tex.26.
fol.169.4.67.in marg.de essentia.5. Meth.Tex.23.
fol.31.1.12.in marg.adde, vide Auer. in Epithome Tract.2. &
fol.115.1,35.in marg.adde,vide Auerr.in Epitome Tract.2.3.
fol.66.2.7.in marg.adde.vide con.Zim.

IN IX. VOLVMINE.

fol.3.2.27.in marg.adde oppositum.3. Cœli. 67. de formis elementorum.vide con.Zim.
fol.3.2.33.in marg.adde.vide con.Zim.
fol.17.4.18.finitas.l.sanitas.

IN X. VOLVMINE.

fol.69.2.39. mobilitas.l.nobilitas.
fol.69.4.19.alijs.l.alij.& in marg.dele postillam.
fol.69.4.47.violatum.l.violarum.

INDEX

LIBRORVM OMNIVM

QVI IN HOC ARISTOTELIS ET AVERROIS OPERE IN VNDECIM VOLVMINIBVS DISTINCTO CONTINENTVR

In quo quę tibi ex Præfatione nostra diffusius sunt explicata, nunc compēdiosius traduntur,librorū videlicet ordo & Interpretum nomina: Libros vero, qui vel nuper sunt additi, vel denuo fidelius translati,aut summa diligentia castigati, hoc prefixo signo * intueberis.

IN VOLVMINE I

PORPHYRII Phœnicei Introductio,Seuerino Boetho interprete. 1
ARISTOTELIS Stagiritæ Prædicamenta, Eodem Seuerino Boetho interprete. 12
GILBERTI Porretani Sex Principiorum Liber. 31
ARISTOTELIS Stagiritæ de Interpretatione Libri Duo, Seuerino Boetho interprete. 35
Priorum Resolutoriorum Libri Duo. 53
Posteriorum Resolutoriorum Libri Duo. 128
Topicorum Libri Octo. 254
Elenchorum Libri Duo. 325

Omnes quidem summa diligentia Castigati, ac ad maximum candorem redacti, & in Summas, ac Capita diuisi: In libris vero de Interpretatiõe, Priorum, & Posteriorum quamplurimæ figuræ suis insertæ locis mirabili artificio confectæ sunt.

* AVERROIS Expositio in Librum Porphyrij, à Iacob Mantino nunc primum in Latinum conuersa. 1
* In librum Prædicamentorum,eodem interprete. 12
* In Librum de Interpretatione,eodem interprete. 38
* Media Expositio in Libros Priorū Resolutoriorū, à Ioanne Frãcisco Burana Veronensi Latinitate donata,sed nūc varijs mendis expurgata. 53
* Expositio Maxima, seu Magna Commentaria, ab eodem Ioanne Francisco in Latinum sermonem conuersa: quæ,cum prius mendosi codicis culpa mança esset,ac deprauata,nunc aliarum conuersionum ope, & collatione reddita est absolutissima. 127
* Expositio Media in eosdem Posteriorum Resolutoriorum Libros, ab eodem conuersa,sed nunc diligentissime recognita, in cuius margine proprijs locis contextus correspondentes sunt designati. 240

Expositio in Octo Libros Topicorum, Abramo de Balmes interprete, mendosa, obscura, nunc castigatissima, & ad maximam claritatem restituta legitur: Cui vna illã super Quatuor primos Libros, a Iacob Mantino nuper translatam adiecimus, quam super reliquos quatuor morte præuentus explere non valuit. 254
Expositio in Libros Duos Elenchorum nuper recognita & in capita distincta, Abramo de Balmes interprete. 321
EPITOMÆ In Libros Logicæ Aristotelis summa diligentia castigata, eodem Abramo de Balmes interprete. 341
QVÆSITA Varia in Logica, iuxta ordinem Librorum Logicæ, nunc ad meliorem frugẽ castigatione, & ordinẽ redacta, Eodẽ interprete. 361
Epistola vna nunc primum recognita, Eodem Interprete. 380
LEVI GERSONIDIS In Librum Porphyrij Annotationes, & in Auerrois expositionem, nuper a Iacob Mantino hebræo Medico translatę & a latinis nondum visę. 1
In Librum Prædicamentorum, & Auerrois expositionem, nunc etiam ab eodem Mantino conuersę. 12
In Librum de Interpretatione, & Auerrois expositionem, nunc primum ab eodem Iacob Mantino latinitate donatę. 35
ARABVM Nonnullorum Quæsita, ac Epistolæ, ab Abramo de Balmes Translata, sed nunc maximo opere castigata fuere. 380

IN VOLVMINE II

ARISTOTELIS Artis Rhetoricæ [illegible] Georgio Trapezuntio interprete. fol. 1
Rhetorica ad Alexandrum, Franci[illegible] interprete. 67
De Poetica, Alexandro Paccio, patriti[illegible]no interprete. 81
AVERROIS Paraphrases in libros Tres Rhetoricorum, Abramo de Balmes interprete. 29
Paraphrasis in librũ Poeticæ, nuper a Iacob Mantino latinitate donata. 89
Libri quidem omnes recogniti, ac in Summas nonnulli: omnes vero in Capita diuisi.

IN VOLVMINE III

ARISTOTELIS Moralium Nicomachiorum libri Decem, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. fol. 1
Magnorũ Moraliũ libri Duo, Georgio Valla Placentino interprete. 79
Moralium Eudemiorum libri Quatuor: Primus, Secundus, Tertius, & Septimus, incerto interprete. Quartum vero, Quintũ, & Sextum in Quinto, Sexto, & Septimo Nicomachiorum reperies, cum idem ad verbum hi cum illis sint. 97
De virtutibus libellus, Alexandro chamaillardo interprete, 114
Politicorum libri Octo, Leonardo Aretino interprete, 116
Oeconomicorũ

Oeconomicorum libri Duo, seu vnus in duas diuisus partes, Aretino interprete. 161
Eorundem Oeconomicorũ libri Duo, Bernardino Donato Veronensi interprete. Primi quidem dimidium è Græco ab ipso translatum, reliquũ vero, cum Græcum codicem non haberet, paraphrasi expressum. 167
Secundus vero, qui in Latinis alijs codicibus non nisi paucis legebatur, è Græco translatus. 169
Libri quidem omnes diligentissime castigati, ac in summas collecti, & in capita diuisi,
AVERROIS in libros Decem Moralium Nicomachiorum Expositio diligentissime castigata, ac singulis ipsius textus capitibus aptissime subordinata: cum prius transpositę multis in locis legeretur. 1
Paraphrasis in libros Platonis de Republica, Iacob Mãtino interprete. 174
LEONARDI Aretini in libros Oeconomicorum explanatio. 162
Ante singula vero opera apposite sunt ipsorum translatorum præfationes, & in Moralia Eudemia ipsius Aretini: doctissimę quidem, ac non parum ad eorum, quæ in ipsis tractantur, intelligentiam conferentes.

IN VOLVMINE IIII

ARISTOTELIS de Physico auditu libri Octo, ex optimis codicibus castigati: ac in summas, & capita diuisi. fol. 4
Quibus addita nuper fuit Simplicij lectio in libro Septimo a textu decimo vsq; ad vigesimum primum, diuersa ab ea, quæ passim legitur. 147
AVERROIS in eos Procœmium, ante[illegible]m difficillimum, ita vt maximam publice legentibus & sco[illegible]am afferret, nunc ad eam ad maximam redactum facilita[illegible]o Mantini noua translatione, tum ex antiqua castigati[illegible] 2
Commentaria in eosdem magna, [illegible]s textu, ex[illegible]urium antiquorum, doctissimorumq; virorum[illegible]ne exemplarium emendata, ac non parum claritatis adepta. 4
Expositio media super tres primos libros, Iacob Mantino interprete: super reliquos vero Quinque morte præreptus eam inactam reliquit. 197
Quamplurimæ figuræ, proprijs insertæ locis, mirabili confectæ artificio.

IN VOLVMINE V

ARISTOTELIS de Cœlo libri Quatuor. fol. 2
De Generatione, & Corruptione libri Duo. 155
Meteorologicorum libri Quatuor. 180
De Plantis libri Duo. 224
Omnes ex optimis exemplaribus recogniti, ac in summas & capita diuisi.
AVERROIS in libros de Cœlo cum eius textu Commentarij. 2
Paraphrasis in eosdem, seorsum quidem posita, iuxta tamen ipsius commentarios diuisa, Paulo Israelita interprete. 125
In libros de Generatione, & Corruptione media Expositio. 155

* In eosdem Paraphrasis, Vitale Nisso interprete. 178
* In libros Meteorologicorum Expositio media, suis collocata locis. 181
* Omnia ex antiquis, ac doctissimorum virorum castigata exemplaribus. Figuræ etiam quamplures, maxime ad rerum intelligentiam conferentes.

IN VOLVMINE VI

ARISTOTELIS de Historia animalium libri Nouem, Theodoro Gaza interprete. fol. 1.
* Decimus vero nuper à Ioanne Bernardo Feliciano translatus. 59
De Partibus animalium libri Quatuor, Theodoro interprete. 62
De animalium Incessu, Nicolao Leonico Thomæo interprete. 104
De Anima libri Tres. 108
De Sensu, & Sensilibus. 187
De Memoria, & Reminiscentia. 193
De Somno & Vigilia. 196
De Somnijs. 198
De Diuinatione per somnum. 200
De animalium Motu. 203
De Generatione animalium libri Quinque, Gaza interprete. 206
De Longitudine & Breuitate vitæ. 255
De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, & Respiratione. 257
* De Sanitate, & Morbo libri initium. 262
Omnes quidem diligentissime castigati, ac in Summas nonnulli, omnes vero in Capita diuisi.
* AVERROIS Paraphrasis [illegible]uor de Partibus animalium, in singulis eorum partibus [illegible]antino interprete. 64
Commentarij Tres libr[illegible] 108
* Commentum [illegible]ntum li[illegible] Anima, vltra antiquam translationem à Man[illegible]no latinit[illegible] donatum, quod antea difficillimum erat. 160
* Trigesimum sextum etiam [illegible]mmentum eiusdem libri, ab eodem translatum, quod prius vix intelligi potuit. 178
Paraphrasis in librum de S[illegible]su, & Sensilib[illegible] 191
In librum de Memoria, & Re[illegible]iniscentia. 195
In librum de Somno, & Vigil[illegible] de Somnijs, de Diuinatione per somnum. 201
* In libros Quinque de Generatione an[illegible]alium, suis quibusq[illegible] locis collocata, Mantino interprete. 206
In librum de Longitudine, & Breuitate vitæ. 256
Omnia ex optimis exemplaribus, vt & alia eius opera, castigata, ac ad maximum candorem redacta.
In huius voluminis fronte apposita est Theodori Gaz[illegible] in libros Aristotelis de Animalibus præfatio.

IN VOLVMINE VII

ARISTOTELIS problematum Sectiones duæ de quadraginta, Theodoro Gaza interprete, plerisq; in locis ex collatione græcorum codicũ emendatæ, quæ quidem problemata, cum prius essent confusa in ordinem redacta sunt. fol. 1
Quæstiones Mechanicæ Nicolao Leonico Thomæo interprete, nuper recognitæ, ac variis figuris illustratæ. 54
De Mundo ad Alexandrum Liber, Gulielmo Budæo interprete. 60
* De Admirandis Auditionibus Commentariolus, nuper à Dominico Montesauro Veronensi in latinum conuersus. 66
* Physiognomicorum liber plurimis in locis diligenter castigatus, atq; in capita diuisus. 72
De Coloribus libellus, à Simone Portio Neapolitano latinitate donatus. 76
De Spiritu libellus, in capita nuperrime distinctus. 79
* De Xenophane, Zenone, & Gorgia, noua nuper Ioannis Bernardi Feliciani translatione ad integritatem & candorem maximum restitutus. 82
* De lineis insecabilibus Liber, nunq; antea nec græce, nec latine impressus, vna cum GEORGII PACHYMERII ea de re compendio, hactenus falso Aristoteli ascripto, nunc vero fidelissime in latinum conuerso, Iulio Martiano Rota medico interprete. 86
Alexandri problem[illegible]luo, Theodoro Gaza interprete, nonnullis in locis ad exer[illegible]rum veritatem emendati. 91
* De Causis propr[illegible]rum Libellus Aristoteli ascriptus, nunq; antea impressus 110
* De Causis Libellus [illegible]n latinum conuersus, Aristoteli, seu Auempace, vel Alpharabio, aut Proclo ascriptus. 114

IN VOLVMINE VIII

ARISTOTELIS Metaphysicorum libri Quatuordecim, à Bessarione Cardinale Niceno latinitate donati: denuo vero castigati, ac in Summas & Capita diuisi. fol. 1
AVERROIS in eosdem cum ipsius textu Commentarij, ex Antiquis, doctissimorum virorum exemplaribus castigati. 3
* Procœmium in Duodecimum librum, antea quidem à Paulo Israelita, nunc vero etiam à Iacob Mantino in Latinum conuersum. 135
* Epitome in eosdem Metaphysicorum libros, Mantino interprete; Aristotelis textibus, vt eis respondet, in margine citatis. 168
* THEOPHRASTI Metaphysicorum liber. 186

IN VOLVMINE IX

AVERROIS Sermo de Substantia orbis, castigatus, ac Duobus Capitulis auctus, ab Abramo de Balmes Hebræo latinitate donatis. fol. 3

Expositio in Octo Libros Topicorum, Abramo de Balmes interprete, mendosa, obscura, nunc castigatissima, & ad maximam claritatem restituta legitur: Cui vnà illã super Quatuor primos Libros, a Iacob Mantino nuper translatam adiecimus, quam super reliquos quatuor morte præuentus explere non valuit. 254

Expositio in Libros Duos Elenchorum nuper recognita & in capita distincta, Abramo de Balmes interprete. 321

EPITOMÆ In Libros Logicæ Aristotelis summa diligentia castigata, eodem Abramo de Balmes interprete. 341

QVÆSITA Varia in Logica, iuxta ordinem Librorum Logicæ, nunc ad meliorem frugẽ castigatione, & ordinẽ redacta, Eodẽ interprete. 361

Epistola vna nunc primum recognita, Eodem Interprete. 380

LEVI GERSONIDIS In Librum Porphyrij Annotationes, & in Auerrois expositionem, nuper à Iacob Mantino hebræo Medico translatę & à latinis nondum visę. 1

In Librum Prædicamentorum, & Auerrois expositionem, nunc etiam ab eodem Mantino, conuersę. 12

In Librum de Interpretatione, & Auerrois expositionem, nunc primum ab eodem Iacob Mantino latinitate donatę. 35

ARABVM Nonnullorum Quæsita, ac Epistolæ, ab Abramo de Balmes Translata, sed nunc maximo opere castigata fuere. 380

IN VOLVMINE II

ARISTOTELIS Artis Rhetoricæ libri Tres, Georgio Trapezuntio interprete. fol. 1

Rhetorica ad Alexandrum, Francisco Philelpho interprete. 67

De Poetica, Alexandro Paccio, patritio Florentino interprete. 81

AVERROIS Paraphrases in libros Tres Rhetoricorum, Abramo de Balmes interprete. 29

Paraphrasis in librũ Poeticæ, nuper à Iacob Mantino latinitate donata. 89

Libri quidem omnes recogniti, ac in Summas nonnulli: omnes vero in Capita diuisi.

IN VOLVMINE III

ARISTOTELIS Moralium Nicomachiorum libri Decem, Ioanne Bernardo Feliciano interprete. fol. 1

Magnorũ Moraliũ libri Duo, Georgio Valla Placentino interprete. 79

Moralium Eudemiorum libri Quatuor: Primus, Secundus, Tertius, & Septimus, incerto interprete. Quartum vero, Quintũ, & Sextum in Quinto, Sexto, & Septimo Nicomachiorum reperies, cum idem ad verbum hi cum illis sint. 97

De virtutibus libellus, Alexandro chamaillardo interprete. 114

Politicorum libri Octo, Leonardo Aretino interprete. 116

Oeconomicorũ

Oeconomicorum libri Duo, seu vnus in duas diuisus partes, Aretino interprete. 161

Eorundem Oeconomicorũ libri Duo, Bernardino Donato Veronensi interprete. Primi quidem dimidium è Græco ab ipso translatum, reliquũ vero, cum Græcum codicem non haberet, paraphrasi expressum. 167

Secundus vero, qui in Latinis alijs codicibus non nisi paucis legebatur, è Græco translatus. 169

Libri quidem omnes diligentissime castigati, ac in summas collecti, & in capita diuisi,

AVERROIS in libros Decem Moralium Nicomachiorum Expositio diligentissime castigata, ac singulis ipsius textus capitibus aptissime subordinata: cum prius transpositę multis in locis legeretur. 1

Paraphrasis in libros Platonis de Republica, Iacob Mãtino interprete. 174

LEONARDI Aretini in libros Oeconomicorum explanatio. 162

Ante singula vero opera appositę sunt ipsorum translatorum peæfationes, & in Moralia Eudemia ipsius Aretini: doctissimę quidem, ac non parum ad eorum, quæ in ipsis tractantur, intelligentiam conferentes.

IN VOLVMINE IIII

ARISTOTELIS de Physico auditu libri Octo, ex optimis codicibus castigati: ac in summas, & capita diuisi. fol. 4

Quibus addita nuper fuit Simplicij lectio in libro Septimo à textu decimo vsq; ad vigesimum primum, diuersa ab ea, quæ passim legitur. 147

AVERROIS in eos Procœmium, antea quidem difficillimum, ita vt maximam publice legentibus & scolaribus angustiam afferret, nunc autem ad maximam redactum facilitatem, tum ex Iacob Mantini noua translatione, tum ex antiqua castigatissima. 2

Commentaria in eosdem magna, simul cum ipsius textu, ex plurium antiquorum, doctissimorumq; virorum collatione exemplarium emendata, ac non parum claritatis adepta. 4

Expositio media super tres primos libros, Iacob Mantino interprete: super reliquos vero Quinque morte præreptus eam inractam reliquit. 197

Quamplurimæ figuræ, proprijs inserto locis, mirabili confectæ artificio.

IN VOLVMINE V

ARISTOTELIS de Cœlo libri Quatuor. fol. 2

De Generatione, & Corruptione libri Duo. 155

Meteorologicorum libri Quatuor. 180

De Plantis libri Duo. 224

Omnes exoptimis exemplaribus recogniti, ac in summas & capita diuisi.

AVERROIS in libros de Cœlo cum eius textu Commentarij. 2

Paraphrasis in eosdem, seorsum quidem posita, iuxta tamen ipsius commentarios diuisa, Paulo Israelita interprete. 125

In libros de Generatione, & Corruptione media Expositio. 155

* In eosdem Paraphrasis, Vitale Nisso interprete. 176
* In libros Meteorologicorum Expositio media, suis collocata locis. 181
* Omnia ex antiquis, ac doctissimorum virorum castigata exemplaribus. Figuræ etiam quamplures, maximè adrerum intelligentiam conferentes.

IN VOLVMINE · VI

ARISTOTELIS de Historia animalium libri Nouem, Theodoro Gaza interprete. fol.1.
* Decimus vero nuper à Ioanne Bernardo Feliciano translatus. 59
De Partibus animalium libri Quatuor, Theodoro interprete. 62
De animalium Incessu, Nicolao Leonico Thomæo interprete. 104
De Anima libri Tres. 108
De Sensu, & Sensilibus. 187
De Memoria, & Reminiscentia. 193
De Somno & Vigilia. 196
De Somnijs. 198
De Diuinatione per somnum. 200
De animalium Motu. 203
De Generatione animalium libri Quinque, Gaza interprete. 206
De Longitudine & Breuitate vitæ. 255
De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, & Respiratione. 257
* De Sanitate, & Morbo libri initium. 262
Omnes quidem diligentissime castigati, ac in Summas nonnulli, omnes vero in Capita diuisi.
* AVERROIS Paraphrasis in libros Quatuor de Partibus animalium, in singulorum partibus inserta, Iacob Mantino interprete. 64
Commentarij in Tres libros de Anima. 108
Quemadmodum igitur substantia cùm suprema sit, eò q nihil supra eam sit, genus est generalissimum: sic etiam homo cùm sit species, postquam non est alia species, neque aliquid eorum, quæ possunt diuidi i species, sed solum indiuidua (indiuiduum enim est Socrates, & Plato, & hoc album) species erit solum & vltima species, & (vt dictum est) specialissima. quę vero sunt in medio, eorum quædem, quę ante ipsa sunt, erunt species: eorum autem, quæ post ipsa sunt, genera. Quare hæc quidem duas habent habitudines, eam, quæ est ad ea, quę antecedunt, secundū quam species ipsorum esse dicuntur: & eam, quæ est ad posteriora, secundum quam genera ipsorum esse dicuntur. Extrema vero vnam habent habitudinem. Nam & generalissimum ad ea, quidem quæ posteriora sunt, habet habitudinem, cùm sit genus omnium id quod est supremum: eam vero, quæ ad superiora non habet, cùm sit supremum & primum principiū, & (vt diximus) supra quod non est aliud superueniens genus. Specialissimum autem vnam habet & ipsum habitudinem, hanc quidem, quæ est ad superiora, quorum est species: eam vero, quæ est ad posteriora non diuersam habet habitudinem, sed eandem, & species indiuiduorum dicitur. sed species quidem dicitur indiuiduorum, velut ea continens: species autem superiorum, velut quæ ab eis continetur. Determinant igitur generalissimum genus ita, quod, cùm genus sit, non est species. & rursus, supra quod non est aliud superueniens genus. Specialissimam vero speciem sic, quæ cùm sit species, non est genus. & quam, cum sit species, in species diuidere non possumus. adhuc autē, & quę de pluribus & differēbus numero i eo quod qd est prædicatur. Ea vero, quæ in medio sunt extremorū, subalterna vocant genera & spēs, & vnūquodq; ipsorum speciem esse, & genus ponunt: ad aliud tamen & aliud sumptum. ea enim, quæ sunt ante specialissima vsq; ad generalissimū ascendentia, et genera dicūtur, & species subalterna: vt Agamennon, Atrides, & Pelopides, & Tantalides, & vltimū Iouis. Sed i tamen ips quidem plerunq; ad vnum reducuntur principium, ver. g. ad Iouem: in generibus vero & speciebus nō sic se habet. Neq; enim est cōmune vnum genus omnium ens: nec omnia eiusdem generis sunt sm vnum supremū genus, quēadmodum dicit Arist. sed posita sint (quemadmodū in prædicamētis dictū est) prima decem gña, quasi prima decem principia. Et si omnia quis entia vocet, æquiuoce (inquit) nūcupabit, sed nō vniuoce. Si enim vnum esset commune omnium genus ens, vniuoce omnia entia dicerētur. cùm vero decem sint prima, communio sm nomen est solum, non tamē sm rationem, quæ sm nomē est. Decē igitur generalissima quidem sunt: spālissima vero in numero quidem quodam

sunt, nõ tamẽ infinito. Indiuidua autem, quę sunt post specialissima, infinita sunt. Quapropter vsque ad specialissima à generalissimis descendentes iubebat Plato quiescere: descendere autem per media diuidentes specificis differentijs. infinita vero (inquit) relinquenda sunt. neq; enim eorum scientiam posse fieri. Descendentibus igitur ad specialissima, necesse est diuidẽtes per multitudinem ire: ascẽdẽtibus vero ad generalissima necesse est colligere multitudinem in vnum. collectiuum enim multorum i vnam naturam species est & etiã magis id, quod genus est: particularia vero & singularia ecõtrario semper in multitudinem diuidunt id, quod vnum est. participatione enim speciei plures homines, vnus: particularibus autem & singularibus vnus & cõmunis plures. diuisiuum enim semper est, quod singulare est: collectiuum autem & adunatiuum, quod cõmune est. Assignato autem genere & specie quid sit vtrunq; eorũ, & genere quidem vno existẽte, speciebus vero pluribus (semper enim in plures species diuisio generis est, genus quidem semper de specie prædicatur, & omnia superiora de inferioribus: species autem neq; de proximo sibi genere, neq; de superioribus: neq; enim conuertũ. Oportet enim aut æqua de æquis prædicari, vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, vt animal de homine: minora vero de maioribus minime. neq; eni dices animal esse hominem: quemadmodum hominem dices esse animal. De quibus autem species prędicatur, de ijs necessario & speciei genus prędicabitur, & generis genus vsq; ad generalissimum. si enim verum est dicere Socratem hominem, hominem autem animal, animal autem substantiam: verum est & Socratem animal dicere, atq; substãtiam. semper enim cùm superiora de inferioribus prædicentur, species quidem de indiuiduis predicabitur, genus autem & de specie, et de indiuiduo: generalissimum vero de genere vel generibus, si plura sint media & subalterna, & de specie, & de indiuiduo. dicitur enim generalissimum quidem de omnibus sub se positis generibus, & speciebus, & indiuiduis. genus autem, quod ante specialissimum est, de omnibus specialissimis & indiuiduis. solum autem species de omnibus indiuiduis. indiuiduũ autem de vno solo particulari. Indiuiduum autẽ dicitur Socrates, & hoc album, & hic veniens Sophronisci filius, si solus sit ei Socrates filius. Indiuidua autem dicuntur hmõi, qm̃ ex proprietatibus cõsistit vnumquodq; eorum, quarum collectio nunquam in alio eadem erit; Socratis enim proprietates nũquam in aliquo alio particulariũ erunt eædem. eæ vero, quæ sunt hominis proprietates (dico autẽ eius, qui est communis) erunt eędem in pluribus, magis autem & in omnibus particularibus hominibus, in eò quod homines sunt. continetur igitur indiuiduum quidem sub specie: species autem sub genere. Totum enim quiddam est genus: indiuiduum autem pars: species vero & totum est & pars. sed pars quidem alterius: totum autem non alterius, sed in alijs. in partibus enim totum est. De genere igitur & specie, & quid generalissimum, & qd specialissimum, & quæ gña eadem, & spẽs sint, quæ etiam indiuidua, & quot modis genus & species dicantur, sufficienter dictum est.

Sermo de Specie.

AVER.

INquit. Species duo significat: primum quidem formam rei: vt cùm dicimus. Species tua est digna imperio. & is loquẽdi modus est familiaris ꝓbis Grecis. Secundum uero significatum, de quo hic agitur, est quidem illud vniuersale, quod sub illo genere locatur, quod paulo ante definiuimus: quod scilicet est magis propriũ ꝙ sit illud. vt si dicamus hominem eę speciem ipsi animali, & animal genus eis. & ꝙ albedo sit species colori, & color genus eidem. Inquit. Neq; cõtra nos quis obiecit ꝙ, cùm definimus genus, posuimus ipsum speciẽ partẽ definitionis eius, dicentes ipsum prędicari de pluribus differentibus specie: in definitione uero speci, diximus ipsum esse, quę subinger editur genus atque sub eo locatur. qm̃ & genus, & spẽs, quodlibet ipsoꝝ dicitur per relationẽ ad alterum. natura autem relatiuorum est, vt quodlibet ipsorum capiatur in definitione alterius, & nullum ex hoc sequitur inconueniens. Inquit. Et adhuc descripserunt speciem, dicentes eam esse, quæ prędicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid est. verũtamen sub hac descriptione vltima tantum species continetur, quę quidem est tantum species, & non est genus: in prima vero definitione omnes includuntur species: cùm dicatur in ea, ꝙ est quæ sub genere collocata est: & quę est magis propria eo. Ex his ergo, quę dixit Porphyrius, potest quis intelligere, ꝙ vera definitio ipsius generis, in qua non communicat species media, est scilicet ꝙ genus sit illud vniuersale, quod speciem amplectitur, super ipsamq; locatum est in eo quod quid est: & non illa, qua descripsit ipsum antea: quoniam in hoc communicant cum eo species mediæ. Cùm autem tam genus quam species, vnumquodq; eorum dicatur in relatione ad alterum ipsorum: & in quolibet decem prædicamentorum reperiantur multa vniuersalia, quorum alterum sub altero locatur: sequitur ergo quòd in quolibet eorum reperiuntur vniuersalia, quæ dicuntur genera, & species. genera quidem in relatione ad ea, quæ sunt sub illis: species vero in relatione ad ea, quæ sunt super illis. & hæc sunt ipsa vniuersalia media, quę inter primum vniuersale existunt et vltimum, quæ reperiuntur in eodem prędicamẽto. Et primum vniuersale dicitur genus generalissimum: quia nullum datur genus supra ipsum, propter quod possit ipsum nominari species. Vltimum vero vniuersale ideo vocatur species specialissima: quia nullum reperitur sub ea vniuersale, propter quod possit vocari in relatione ad ipsum genus. Quæ autem in medio existunt, dicuntur genera

Natura relatiuorũ est vt quodlibet ipsorum capiatur in definitione alterius. Idem. 9. Meta. tex. 11. & 6. top.

genera, & species: duobus scilicet habitis respectibus. vt gratia exempli in prædicamento substantiæ, substantia est genus: & sub substantia est corpus: & sub corpore corpus animatum: & sub corpore animato animal: & sub animali rationale: & sub rationali homo: & sub homine Socrates & Plato, & reliqua indiuidua hominis. Substantia igitur in hoc prædicamento est genus generalissimum: & homo est species specialissima. corpus autem est species ad substantiam, & genus ad corpus animatum. & corpus animatum est species ad corpus, & genus ad animal. & animal est species ad corpus animatum, & genus ad animal rationale. & animal rationale est species ad animal, & genus ad hominem. & homo est species ad animal rationale, & nulli alĩ rei est genus, quia prædicatur de indiuiduis hominis. sic ergo est species tantum. Generatim ergo ipsum vniuersale vocatur genus in relatione ad id, quod sub eo existit: & species in relatione ad id, quod est supra ipsam. Supremum autem vniuersale, cùm habeat relationem ad vnum tantum, videlicet ad id, quod sub eo existit, ideo est tantum genus. Vltimum vero vniuersale, cùm nullam aliam habeat relationem, ꝙ ad id, quod supra ipsum existit, ideo est tantum species. Intermedia vero cùm ambas illas obtineant relationes, ideo sunt & genera & species. Scias præterea, ꝙ in hoc exemplo Porphyrius posuit substantiam esse genus ad corpus, iuxta sententiam illorum, qui putant materiam & formam existere in prædicamento substantiæ, hoc est substantiãrum abstractarum. Identidem posuit rationale ut genus ad hominem, iuxta sententiam illorum, qui opinantur rationium esse genus ad hominem, & ad angelum. sed apud eos, qui putant ꝙ ratiocinium dicitur æquiuoce de ipsis, non est genus. Ita quoq; iuxta sententiam ponentium libri prædicamentorum propositum esse narrare vniuersalia rerum sensibilium, genus supremũ in prædicamento substãtię erit vtiq; corpus. Definiũt quoq; genus generalissimũ, dicentes ipsum esse genus, & non speciẽ, itemq; illud definiunt, dicentes ipsum esse illud, super quod non datur genus. Definiũt quoq; speciem specialissimam, dicentes ipsam esse speciem, & non genus. vel ipsam esse speciem non diuisibilem in alias species. & ꝙ prędicatur de pluribus differentibus numero, in eo quod quid est (vt paulo ante dictum fuit.) Intermedia vero sunt genera & species. genera quidem in relatione ad ea, quæ sub eis existunt: species vero in relatione ad ea, quæ super ipsa existunt. Inquit. Nec contingit in omnibus generibus entium id, quod contingit in generibus alicuius genealogiæ. nam genera genealogiæ, omnia ascendunt tandem ad vnum patrẽ, vt Arabes ad Arab: sed non ascendunt omnia genera entium ad vnum vniuersale, quod omnia illa complectetur. Nam neq; ens est genus commune cunctis rebus: neq; habẽt quidem genus commune supremum, ad quod ascendant reliqua genera omnia post ipsum. sed cuncta genera ascendunt, ac deducuntur ad decem genera prima, quæ sunt ipsa decem prędicamenta: quę quidem non sunt subordinata, alterum sub altero, vel locata: neq; datur aliquod prædicamentum, quod ea amplectatur: quoniam hoc nomen ens dicitur de eis æquiuoce, vel aliqua ratione analogiæ. Nã si ens esset eis genus commune, tunc hoc nomen ens diceretur de eis vniuoce. cùm igitur prima genera sint decem, ergo communicabunt inter se æquiuocatione nominis entiũ tantum, non definitione. Genera itaq; generalissima erunt decem: species vero specialissimæ sunt plures, sed sunt quidem termino contentę, & non sunt infinitæ. Sed indiuidua, per quæ ipsę species specialissimę diuiduntur, sunt quidem infinita: & ideo non possunt amplecti per differentias, quibus vltimæ species diuiduntur, propterea quia huiusmodi differentiæ sunt infinitæ: de infinito autem non habetur scientia. Cùm descendimus per diuisionem generum ad species specialissimas, tunc quidem videmur redigere vnitatem in multitudinem per huiusmodi actum: ascendentibus vero nobis ad genera generalissima, videmur tunc potius pluralitatem in vnionem redigere. Et huius rei ratio est: quia quanto magis genus ascendit, tanto minorem efficit notitiam: maioris tamen est amplexus ꝙ sit id, quod sub eo existit. econtra vero quò magis descendit, eò maior redditur cognitio, minoraq; fit collectio. vnumquodque tamen ipsorum, videlicet & species, & genus, collectiuum quidem est: sed genus magis, species vero minus. res vero singulares & particulares, ideſt indiuidua ipsa, oppositum quàm genus & species agunt: quoniam diuidunt, et non colligũt. nam semper speciem diuidunt: vt hominem in Socratem, et Platonem, particulare inquam semper diuidit: vniuersale vero aggregat. Inquit. Postquam notificauimus quid sit genus, & species, et quòd genus sit vnum, plures habens species, propterea quia genus diuiditur semper in plures species: ideo genus vere prædicatur de specie. similiter etiam genus generalissimum, & vt verbo dicam, quicquid est superius prędicatur de inferiori, cũ sit vniuersalius illo. species vero, nec de propinquo, neq; de remoto prædicatur genere, videlicet prędicatione vniuersali: quoniam non conuertitur cum genere in prædicatione. Ea etenim, quæ prædicantur de aliquibus, vel sunt æqualia illis, de quibus prædicantur, vel sunt communiora eis. æqualia autem conuertuntur in prædicatione: vt cùm dicimus, ois equus est hinnibilis, et omne hinnibile est equus. vniuersaliora vero non conuertuntur in prædicatione. nam genus non conuertitur cum specie: vt animal, quod est vniuersalius homine. verum. n. est dicere omnis homo est animal: sed non conuertitur, scilicet quòd sit uerum dicere, omne animal est homo. Res præterea, de quibus prædicatur species, de eisdem vtique prædicatur genus illius speciei, & genus illius generis: & sic procedendo, donec desint prædicatio ad genus generalissimum. vt exempli gratia, si verum est dicere Socrates est homo, verum erit quoq; dicere quòd est animal, quod est genus ad hominem. identidem vere prędicabitur de eo genus animalis, quod est corpus nutribile sensituum. res ergo superior vniuersalis prædicabitur semper de inferiori. & ideo species prædicatur de indiuiduo, & genus prædicatur de specie, & de indiuiduis. Genus itaque generalissimum prædicatur de vltima specie, & de indiuiduis eiusdem speciei, & de intermediis inter ipsum & inter hanc speciẽ, quæ sunt vna ratione genera, alia vero ratione sunt species. Genus præterea, quod antecedit vltimam speciem, prædicatur de omnibus speciebus vltimis, & de indiuiduis illarum: & species vltima prędicatur de indiuiduis tantum. indiuiduum vero de vno tantum indiuiduo prædicatur. Hoc autem, quod Porphyrius dicit, est verũ de indiuiduis accidentium. nam indiuidua substantiæ de nulla prædicantur re secundum vsum naturæ. & ideo vera descriptio indiuiduorum est, ꝙ indiuiduum est id, quod nõ prædicat de pluribus: nõ id, quod prædicat de vno, vt ipse descripsit. Inquit. Id vero, quod dicitur vnum, veluti Socrates, & Plato, ideo quidem dicitur indiuiduum, quia constat ex proprietatibus, quæ non possunt concurrere per se aliquo tempore, in aliquo alio indiuiduo. nam summa rerum, ex quibus Socrates cõstat, non potest reperiri in aliquo alio. sed proprietates hominis vniuersalis possunt reperiri in pluribus indiuiduis hominis: & ideo de cunctis indiui-

Vide. 2. Coli. 49. et 12. Met. 26.

De ente vide. 1. Ph. te. c. 15. 3. Met. 10. 4. Meta. 2. 5. Me. 11. & 14 7. 16. 10. 8. & 12. Met. 17. 20. & 21.

Vide. 1. de Inuẽt. ca. 6. De vno toto prædicabili et de indiuiduis accidentium tantum vnum est.

duis hominis prædicantur. species ergo amplectitur induiduum: & genus amplectitur speciē. Genus itaq; similatur toti, & induiduum parti: species vero partim toti, partim parti similatur. similatur enim toti, eō quia continet induiduū: similatur vero parti, quia à genere continetur. Inquit. Iam ergo diximus quid sit genus, quidq; spēs, quid quoq; genus generalissimū, & quid species specialissima, quid etiam intermedia, quæ sunt de se partim genera, partī species, quid quoque iduidua, & quot modis dicitur genus, & species.

Sermo de Specie.

LEVI. DIxit Porphyrius. Species autem, &c. Inquit Leui. Voluit ostendere hoc nomen esse metaphorice dictum. Dixit Auerroes. Secundum vero significatum, &c. Inquit Leui. Si hæc definitio debeat esse completa, oportet dicere ipsam speciem subingredi genus, quę non est ita vniuersalis sicut ipsum, sed genus complectitur ipsam, per quam respondetur ad interrogationem factam, per quid est, & hoc patet ex prædictis. nam in ipso animali subintelligitur corpus nutribile, sentitum: quod tamen non est ei genus, in eo adhuc includitur mobile de se in actu: & tamen non est ei genus. D. d. Auerroes. Neque contra nos quis obiiciat, &c. Inquit Leui. Iam in superioribus fuit declaratum, quòd relatiuum vt relatiuum, debet continere in sua definitione illam relationem, qua ipsum est relatiuum: & hoc non potest fieri, nisi sumantur in illa definitione ambo relatiua. nam definitio serui est, vir inserviens domino suo: & definito domini est, qui dominatur servo suo, ita vt, si quæratur quid sit seruitus, debet responderi, est subministratio proueniens a seruo ad dominum, & si quæratur quid est dominatio, debet responderi q̄ est dominium factum à domino supra seruum. Hæ itaque definitiones idem significant, nisi q̄ illa relatio, cū refertur ad seruientem, est seruitus, & subministratio, & cū ad dominum refertur, est dominium, & ita conueniebat hęrum in definitione generis & speciei.

D. d. Auerroes q̄ ipse assumpsit in descriptione generis ipsum relatiuum. Inquit Leui. Iam nos declarauimus ibi, quod non fuit sumptum in illo loco ratione relationis: sed videtur q̄ ipse voluerit ponere hic nomen speciei in oratione, nō quatenus sit relatiuum. D. d. Auerroes. Et nullum ex hoc sequitur inconueniens. Inquit Leui. Hoc est, quia in reliquis definitionibus, præter definitiones relatiuorum, sequeretur ex hoc inconueniens, si sumeretur quiditas alicuius alterius rei, pro notificatione alterius: vt si sumeretur in definitione hominis equus. Sed in relatiuis est omnino necessarium: non vt ponatur quiditas alterius in ipsa definitione, sed propter relationē, quæ re vera vnius ad alterum habetur, & non potest cognosci quiditas relationis, nisi fiat mentio de correlatiuis in ipsa definitione: quæ referuntur in illa relatione, vt paulo ante declaratum fuit. Inquit Auerroes. Ex his ergo, quæ dixit Porphyrius, &c. Inquit Leui. Sententia Auerrois est, q̄ hac eadem ratione, qua Porphyrius damnauit hanc descriptionem, scilicet speciei, debebat damnare aliam, scilicet in hac descriptione non percipitur genus, quoniam causa est eadem: videlicet q̄, si datur aliqua species, quæ non subincluditur sub hac descriptione, vt sunt species mediæ, quæ omnino ingrediuntur sub descriptione generis, & esse etiam ille defectus, qui reperitur in illa descriptione. Inquit Auerroes. Scias præterea q̄ in hoc exemplo Porphyrius posuit, &c. Inquit Leui. Sententia Auerrois est, q̄ circa hoc extant variæ opiniones apud Antiquos. nam sunt aliqui, qui putāt q̄ tam materia q̄ forma, quælibet earum seorsum dicatur substantia: quod tamen vero alii putant nullam earum esse substantiam, sed substantiam esse ipsam materiam, & formam simul existentem. Hæc autem ars debet ponere ipsum corpus, tanq̄ genus supremum, propter duas causas. Prima est, quia id professorem huius artis non attinet inquirere, quæ nam harum duarum opinionum sit vera: quoniam hæc inquisitio non est logicalis. Secunda causa est, quia huius artis propositum est enarrare res sensibiles, non res, quæ indigent pro ipsarum declaratione aliis scientiis: quarum hæc ars est principium. Manifestum autem est, q̄ substantiæ separatæ non sunt sensibiles: quoniam substantia sensibilis constat ex materia & forma, & ideo corpus debet esse genus supremum. Eōdem ratiocinium genus hominis & angelo, id est sic etiam rationale non debet poni genus propter duas quoque causas. Vna est, quia genus debet prædicari vnuoce de omnibus, quæ sub ipso existunt: videlicet quòd nomen atque definitio eius prædicentur de cunctis, quæ sub ipso extant. Manifestum autem est, quòd rationale non dicitur vnuoce de angelo, & de homine, quoniam homo est homo ea ratione, qua est rationalis in potentia, alias enim non esset homo, qui non intelligeret actu: quod est falsum. sed angelus est angelus ea ratione, qua est rationalis actu. Adde etiam, quòd definitio ipsius rationalis in homine, quæ quidem est vt sit cognoscentis per cogitationem, & cotemplationem, non competit angelo. Alia causa est, quia ad hanc artem non pertinet enumerare, nisi res famosas: sed esse angelorum non est publicum. D. d. Auerroes. Nec contingit in omnibus generibus entium, &c. Inquit Leui. Ideo dixit hoc, quia manifestum est, q̄ nomen entis non dicitur de rebus, mera æquiuocatione: vt in libro Metaphysicæ dictum fuit: sed est nomen dictum secundum prius & posterius, nam dicitur secundum prius de substantia, & secundum posterius de accidente: quia accidens ideo est, quia substantia, quæ est eius subiectum, est, cū accidens non reperiatur per se existens. Quòd autem nomen entis non sit genus vniuersale cunctis decem prædicamentis, sic probatur. quoniam genus est id, quod est commune cunctis speciebus, quæ sub ipso existunt, differentię vero ipsis speciebus, quæ sub ipsis existūt, quę sunt res additæ supra naturam generis, & ideo illæ differentiæ necessario differunt à natura generis, & ideo non contingit vt verificetur prædicatio generis de illis differentiis: sed bene verificabitur prædicatio generis de habentibus differentias. vt, exempli causa, differentiæ, quibus diuiditur animal, sunt potentia ad ambulandum, & potentia ad volandum, & potentia ad natandum. Prędicatio itaq; aialis de his potestatibus non erit vera, nam non potest dici q̄ potentia ad ambulandum est animal, sed vera erit prædicatio animalis de habentibus has differentias, nam ambulans est animal, & volans quoque, atq; natans. Ens autem prædicatur de omnibus differentiis, quæ sub ipso existunt, & de habentibus has differentias: quia nihil datur de his, de quo non sit verū dicere, quòd sit ens, & vnum, & aliquid, & res. Patet ergo, quòd nullum horū est genus cunctis entibus. Quòd si ens esset genus commune illis, tunc nomen entis diceretur de eis vniuoce, vt perspicuum est. Inquit Auer. Hoc autem, quod Porphyrius dixit, est verum de indiuiduis accidentium. Inquit Leui. Sententia huius rei, iudicio meo, est quòd indiuidua accidentium prædicantur in oratione secundum vsum naturalem, hoc est, quòd humusmodi oratio significet naturaliter id, quod propositum est per eam: sed indiuidua substantiæ, cū prædicantur de aliqua re, tunc oratio non significat naturaliter id, quod per eam quæritur, nisi per accidens. quoniam subiectum in ipsa propositione debet esse notum, nam, si non esset notum, tunc siue aliquid affirmemus, siue denegemus ab illo subiecto, nihil vtique notificabitur. & ideo oportet ponere subiectum notum, de quo aliquid affirmetur in illa propositione, vel negetur. patet ergo quòd, cū dicitur Socrates est niger, cū subiectum sit notum, quòd hæc propositio significabit naturaliter quòd est niger. Sed si prædicatum fuerit indiuiduum substantiæ, & quæramus vt notificet quid sit illud indiuiduum, tunc manifestum est, quòd non poterit notificare aliquid, quod sit illi substantiale: quia in ea re communicant omnia indiuidua speciei: vt si dicatur, rationale est Socrates. Pari ratione quoque non potent dignosci per aliquod accidentale, quod cunctis individuis speciei insit: vt latitudo vnguium, & amplitudo thoracis. Reliquum ergo est vt cognoscatur per aliquod accidentale, quod non insit semper cunctis indiuiduis speciei actu: vt si dicatur ille, qui ambulat actu, est Socrates, vel tale quippiam. manifestum autem est quod hæc oratio non significat naturaliter id, quod de ea desyderatur: nisi propterea qa contingit vt in illa congregatione nemo ambulat, præter Socratem. Ita quoque si dicatur hoc animal est Socrates, & id indicemus digito, vel aliquo alio genere indicationis, nemo quidem dubitabit quòd huiusmodi oratio non significat naturaliter id, quod per ipsum intenditur, sed propter illam indicationem, qua indicauimus, & nustum, quo innuimus, dicimus illam propositionem. sed nō intelligitur hoc de prædicatione non secundum vsum naturalem, vt aliqui sunt opinati, nā, vt post hoc dicetur, ipsum quidem proprium conuertitur in prædicatione cum sua specie, cum tamen accidens non possit esse subiectum ipsius substantiæ secundum vsum naturalem. Perspicuum ergo est ex dictis quod professor huius artis non negabit huiusmodi prædicationem, quæ vtiq; sententia adhuc declarabitur in libro Priorum, cū de cōuersione propositionis agetur. Vocauit autem descriptionem id, quod dicitur de indiuiduo, quod non prædicatur de pluribus: propterea quia negatio non dicit quiditatem rei. Dicitur quoq; descriptio prædicari de vno: propterea, quia hoc non conuenit indiuiduo, quatenus est indiuiduum. nam, si id inesset indiuiduo ea ratione, qua est indiuiduum, oporteret vt verificaretur de indiuiduis substantiæ: cuius tamen falsitas iam probata fuit. Hæc vero dicitur descriptio,

propterea

propterea quia quiditas indiuidui non est prædicari de vno, vel non prædicari de pluribus: sed ipsa definitio est, quę quiditatem rei notificat, & ideo hęc dicitur descriptio, nō definitio.

De Differentia. *Cap.* IIII.

DIfferentia vero & cōmuniter, & proprie, & proprissime dicatur. Nam communiter quidē differre alterum ab altero dicitur, quod alteritate differt quocunq; modo, vel à seipso vel ab alio. differt. n. Socrates à Platone alteritate, & ipse à seipso, & puero existente & viro facto, & facietē alia quid vel quiescente: & semper in aliquo modo habēdi se alteritatibus spectatur. Proprie autem differre alterū ab altero dicitur, quando inseparabili accidente alterum ab altero differt. Inseparabile vero accidens est, vt cæcitas oculi, aut nasi curuitas, aut cicatrix cùm ex vulnere occalluerit. Proprissime aūt differre alterum ab altero dicitur, quando specifica dīa differt: quemadmodum hō ab equo specifica differentia differt, rationalis qualitate. Vniuersaliter ergo omnis differentia addita alicui alteratum facit. sed eæ quidem, quæ & cōiter & proprię sunt, alteratū faciunt. quę vero proprissime aliud. Quæ quidem igitur aliud facīūt, specificæ vocantur: illæ vero quę alteratum, simpliciter differentiæ. animali. n. aduenies rationalis differentia, aliud fecit: eius autē quod est moueri, alteratum solum à quiescente fecit. quare illa quidem aliud, hæc vero alteratum solum fecit. Secundum igitur aliud facientes differentias diuisiones generum fiunt in species, & definitiones assignantur, quæ sunt ex gñe & huiusmodi differentijs: secundum aūt eas, quæ solum alteratum faciunt alteritates solum consistunt, et aliquo modo se habentis permutatiōes. A superioribus ergo rursus inchoanti, dicēdum differētiarum alias quidem esse separabiles, alias vero inseparabiles. moueri enim et quiescere, & ægrum esse & sanum esse, & quecūq; his proxima sunt, separabilia sunt. at vero aquilinum esse vel simum, vel rationale vel irrationale inseparabilia sunt. Inseparabilium autem aliæ quidem sunt per se, aliæ vero p accidens. nam rationale per se ineſt homini, & mortale, & discipliną esse susceptiuū: at vero aquilinū esse, vel simum per accidens, & non per se. Illę igitur, quæ per se sunt, in substantiæ ratione accipiuntur, & faciunt aliud. illę vero, quę secundum accidens, nec in substantiæ ratione accipiuntur, nec faciūt aliud, sed alteratum. Quæ quidem igitur per se sunt, non suscipiunt magis & minus: quæ vero per accidens (etsi inseparabiles sint) intensionem accipiunt & remissionem. nam neq; genus aut magis & minus prædicatur de eo cuius fuerit genus, neq; generis differentię, ſm quas diuiditur. ipsę. n. sunt, quæ vniuscuiusq; rationem complent: esse autem vnicuiq; vnum & idem, neque intensionem, neq; remissionem suscipiens est. aquilinum autem esse, vel simum, vel coloratum, aliquo modo & intēditur, & remittitur.

Cùm igitur tres species differentiæ considerentur: & eæ quidem sint separabiles, illæ vero inseparabiles: & rursus inseparabilium hę quidem sint per se, illæ vero per accidens: rursus earum, quę per se sunt, differentiarū, aliæ quidem sunt, secundum quas diuidimus genera in species, aliæ vero, secundum quas ea quæ diuisa sunt specificantur: vt cū per se differentiæ omnes huiusmodi animalis sint, animatum & sensitiuū, rationale & irrationale, mortale & immortale: animati quidē & sensitiui differentia constitutiua est substantiæ animalis (est enim animal substātia animata sensitiua) mortalis vero & immortalis differentia, & rationalis & irrationalis diuisiuæ sunt animalis differentiæ: per eas enim genera in species diuidimus. Sed eæ qdē, quę diuisiuæ sunt dręgenerūm completiuæ hunt, & constitutiuæ spērum. diuiditur enim animal rationalis & irrationalis differētia, & rursus mortalis & immortalis differentia. sed rationalis & mortalis differentiæ constitutiuæ sunt hominis: rationalis vero & immortalis Dei: irrationalis autem & mortalis irrationalium animalium. Sic vero & supremæ substantię, cùm diuisiuæ sint animati & inanimati differētię, & sensitiui & insensitiui, animata quidem & sensitiua, * iuxta substantiam sumptę animal perfecerunt: animata vero & insensitiua perfecerunt plantam. Quoniā ergo eędē aliquo modo quidē acceptæ fiūt cōstitutiuæ, aliquo mō aūt diuisiuæ, specificę oēs vocanti, & his maxime opus est ad diuisiones generæ, & ad definitiones: sed non his, quæ secūdum accidens insēparabiles sunt, neq; etiā magis ijs, quæ sunt separabiles. Quas etiam determinantes dicunt. Differentia est, qua * species abundat species à genere. homo enim plus habet quā animal, rationale & mortale: animal enim nihil horū est. Nam vnde species haberent differentias? Neq; vero oēs oppositas habet, quoniam idem simul habebit opposita. Sed, quemadmodum cēsent, potestate quidem habet omnes eorū, quæ sub se sunt differentias, actu vero nullam. ac sic neq; ex ijs, quæ non sunt, aliquid fit, neq; oppositi circa idē erunt. Definiunt autē eam & hoc modo. Differentia est, quæ de pluribus & differentibus specie in eo quod quale quid est prædicatur. rationale

* a. l. vna cū substantia sumptæ.

* spēs genē excedit.

tionale enim & mortale de homine prædicatum in eo quod quale quid est homo dicitur: sed non in eo quod qd est. quid est. n. homo, nobis interrogatis, cōueniens dicere animal: quale autem animal inquisitis, quòd rationale & mortale est conuenienter assignabimus. Rebus enim ex materia & forma cōstātibus, vel ſm, pportionem ad materiam et formam, constitutionē habentibus, quemadmodum statua ex materia quidem est ære, ex forma autem figura: sic & homo communis & specialis ex materia quidē proportionaliter consistut ex genere, ex forma autem differentia. totum autem hoc, animal rationale mortale, homo est, quemadmodū illic statua. Describunt autem et hoc modo. Differētia est quod aptum natum est diuidere ea, quę sub eodem genere sunt. ratiōale enim & irrationale hominem & equum, quæ sub eodē genere sunt, quod est animal, diuidunt. Assignant autem & hoc modo. Differentia est, qua differunt à se singula. nanq; homo, & equus ſm genus non differunt, sumus enim animalia nos, & equi: sed additum rationale disiunxit nos ab illis. & rōnales sumus & nos, & Dij: sed mortale appositum disiūxit nos ab illis. Exactius autem pertractantes ea, quæ ad differentiam pertinent, dicunt non quodlibet diuidentiū ea, quæ sub eodem genere sunt, esse differentiam, sed quod ad esse conducit, & quod quid erat esse, et quod rei pars est. Neq; n. quod natum est nauigare, est hominis differentia, & si sit proprium hominis. dicere enim possumus animalium hæc quidem apta esse ad nauigandum, illa vero minime, diuidentes hominem ab alıs. sed aptum natum esse ad nauigādum non est substantiæ completiuum, nec eius pars, sed aptitudo solum ipsius: iccirco quia non est talis differentia, quales sunt, quæ specificæ dicuntur differentię. Erunt ergo specificæ differentiæ, quæcunque alteram faciunt speciem, & quæcunque in eo quod quid erat esse accipiuntur. Et de differentia quidem tot sufficiant.

Sermo de Differentia.

AVER. INquit. Differentia autem trifariam dicitur, videlicet communiter, & proprie, & proprissime. Differentia itaq; communiter dicta, est id, quo differt aliquid ab aliquo: vel qua differunt dispositiones eiusdem rei in se ipsa. nam Socrates differt à Platone per ipsam individuitatē, quæ inter ipsos existit per se. differunt quoque eius dispositiones in semetipso, cùm sit quandoq; puer, quandoq; vir: & cum aliquid agat in vno tempore, quod non agit in alio tēpore. & vt summatim dicam, id quo differunt substantiæ, vel quo differunt dispositiones vnius substantiæ, illud profecto dicitur differentia communis. Differentia vero propria est id, quo aliquid differt ab aliquo per aliquod accidens inseparabile: vt glaucedo oculi, et cicatrix vulneris. Sed proprissima differentia dicitur, cùm distinctio fit per differentiam, quę speciem parit. vt ratiocinium, quo quidē homo à reliquis animantibus distinguitur: quoniam ratiocinium est differentia, quæ speciem hominis gignit. Sed vt verbo rem complectar, omnis differentia gignit diuersitatem in ea re, in qua reperitur. veruntamen communis, ac propria differentia non efficiunt aliud ens: sed vera differentia (quæ scilicet est proprissima) aliud vtiq; gignit ens. Et, cùm quælibet differētia vel aliquam pariat varietatem, vel ens aliud pariat, ideirco illæ varietates, quę varia gignunt entia, vocantur differentiæ effectiuæ specierum: illæ vero, quæ non efficiunt alia entia, vocantur simpliciter differentiæ. vt exempli causa, cùm annectitur ratiocinium ipsi animali, tunc nouum parit ens: nempe aliquam speciem, quæ quidem est species hominis. sed si motus adiungatur ipsi animali, non innouabit profecto aliud ens, sed auferetur ab eo tantum quies. differentiarum itaq; aliæ efficiunt aliquod aliud ens: aliæ vero diuersitatem tantum efficiunt. Illis autem, quæ aliud gignunt ens, fit quidem diuisio generū in species, eisdemq; perficiunt definitiones: illud vero aliud genus differentiæ alterationem tantum efficit in dispositionibus, & non in substantijs rerum. Diuiduntur insuper differentiæ alia diuisione. Nam quædam sunt separabiles: vt motus & quies, & sanitas & ægritudo: quædam vero inseparabiles: & hæ quidem bifariā sunt: nempe vel sunt per se existentes, vel per accidens. per accidens autem differentia est, vt habere nasum simum: per se vero differentia est, vt ratiocinium homini, & ipsum esse susceptiuum scientiæ. Differentiæ igitur, quæ per se sunt, sunt illæ, quæ sumuntur in definitione essentiæ rei cui insunt, & gignunt (vt diximus) aliud ens, præter illud genus cui insunt: differentiæ vero, quæ sunt per accidens, non sumuntur in definitione essentiæ rei, de qua prædicantur, neq; aliam gignunt speciem, sed tantum diuersitatem quandam efficiunt. Differentiæ autem substantiales non suscipiunt defectum vel excessum, nam quemadmodum vna species animalium non est magis animal, q̄; alia, ita quoq; res se habet de differentijs generis diuidentibus ipsum: videlicet, q̄ de ea re, de qua prædicantur, non prædicantur ſm magis & minus: quoniam perficiunt definitiones specierum, quas gignunt, quibus vtiq; dant esse. illud enim esse, quod habent res quæ sunt, non dicitur habere excessum: de nullo etenim entium potest vere dici, q̄ excedat in suo esse aliquod aliud. At differentiæ accidentales recipiūt excessum & defectum: licet sint ex differentijs inseparabilibus. nam reperiri potest nasus magis simus alio naso, & magis & aquilinus alio. Differentiarum vero per se, quædam constituunt genera media, quædā vero ea diuidunt. vt exempli causa animal, cùm sit mediū genus, habet differentias, quæ ipsum constituunt, hoc est quę perficiunt definitionē suam, ipsumq; gignūt. ut gratia exempli nutritio, & sensus: nam nutritiū & sensus perficiunt essentiam animalis, cùm animal sit substantia nutribilis sensitiuaq;. habet tamen differentias ipsum diuidentes, vt rationale & irrationale: nam animalium aliud rationale, aliud irrationale. Differentiæ autem diuidentes genus medium, constituunt quoquę species, quæ sub eodem existunt genere. At genus supremum habet differentias diuidentes ipsum: sed non habet differentiam, quæ ipsum constituat: quoniam quælibet differentia constitutiua, est diuisiua generis rei, quam constituit. sed, cùm genus supremum non habeat genus, ideo non habet differentiam constitutiuā: cùm habeat tamen differentiam diuisiuam. Species vero vltima habet differentiam constitutiuam, sed non diuisiuam.

diuisiuam. Sed cùm constitutio fiat de eo, quod est sub genere supremo, & de vltima specie, & omnia illa dicuntur species: sequitur ergo necessario id, quod dicitur de hac differentia, quę est per se, videlicet q̄ ipsa gignit speciem. Inquit. Istæ inquam differentiæ sunt illæ, quæ sunt necessariæ ad diuidenda genera & componendas definitiones: quoniam neq; diuisio, neq; definitio fit per differentias accidentales. Inquit. Definiuntur adhuc hæ differētę per definitiones. Quarum vna est, q̄ differentia est, qua species superat genus ipsum. nam per differentiam ipsius hominis, quæ est ipsum rationale, abundat super animal, quod est eius genus: quæ hęc differentia non inest ipsi animali in actu. Nā si actu inesset ei, inesset quoq; eid: m eius oppositum, quod est priuatio rationis: cùm animal diuidatur in rationale, & in irrationale: & sic vna & eadem res esset rationalis, & irrationalis simul. rationale igitur & irrationale, quibus animal diuiditur, cùm dicimus animalis, aliud rationale, aliud irrationale, reperiuntur quidem in speciebus, quæ sunt sub genere. Inhoc tamen sermone (scilicet Porphyrij) extat aliqua infirmitas. Definiunt insuper has differentias sic. Differentia est, quæ prędicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quale, non in eo quod quid. nam, si interrogemur quid sit homo, respondebimus primo per suū genus, dicentes q̄ est animal. & si interrogemur quodnam animal sit, respondebimus quidem rationale. definitio autem hominis per hanc summam cōpletur. Hoc autem ideo fit, quia omnes res sunt cōpositæ ex materia & forma, vel ex rebus, quæ similant materiæ & formę: & genus est vt materia, differentia vero vt forma. cùm ergo res ita se habeat, ideirco genus et differētia simul sunt substantia rei, quatenus est in ipsomet intellectu, eo modo quo est extra intellectū, quę est ipsa materia & forma. Definiunt adhuc differentias substantiales sic. Differentiæ substantiales sunt, quæ solent distinguere inter res quæ sunt sub vno & eodem genere: vt rationale & irrationale, quæ distingunt inter hominem & equum, quæ sub genere animalis includuntur. Sed cùm huiusmodi distinctio quandoq; fiat per ea, quæ sunt de substantia specierum, quandoq; vero non: & ipsæ differentiæ debeant esse de substantia specierum: ideo addiderunt in hac definitione hoc, videlicet quę distinguat inter ipsas species in essentia, atq; substātia earum. q̄m scientia nauigatoria est quidem hominī proprium, distinguens inter ipsum, & reliquas species animalium: sed non distinguit ipsum ab alio per rem essentialem, quemadmodum distinguit ipsum rationale. et ideo nō diuiditur animal per ipsum in hominem & non hominem, quemadmodum diuiditur per ipsum rationale atq; irrationale. Nam, cùm dicimus animalium aliud obtinet artem nauigatoriam, aliud vero non: haud quaq; diuiditur animal per hoc in hominem et non hominem: cùm huiusmodi differentia nō gignat speciem sub genere. At rationale gignit quidem hominem, si diuidamus q̄ ipsum animal. Et hoc sit satis pro notitia dictæ.

Sermo de Differentia.

LEVI. DIxit Porphyrius. Differentia autem trifariam dicitur. Inquit Leui. Diuersitas in vniuersali dicitur differentia. Cū autem ipsa differentia fuerit ratione vnitatis, quę est in substantia, tunc huiusmodi differētia reperitur in omnibus individuis entium, per hoc enim discrepant omnia à seinuicem. Si vero ratione diuersitatis eius in se, tunc reperietur in omnibus individuis entium sensibilium: & ideo dicitur differentia communis. At, cùi ipsa diuersitas fiat per aliquod accidēs inseparabile, non erit necessarium semper vt sit illa vna ex partibus tantum, in quas diuiditur genus prima diuisione. nam si animal diuidatur in nigrum, & non nigrum, non propterea diuiditur per hoc in coruum, & non coruum, vt perspicuum est, & quia hoc accidens non reperitur semper nisi in parte eius, ideo vocatur hæc differentia propria: & est manifestum quòd hæc non est perfecte differentia propria, quia non gignit eius proprium. nam ingredimur non datur subiectum proprium.

Vide. 1. de Aia. c6. 5.

Tertia vero dicitur proprissima differentia: quia per eam additur genus in illam speciem quam parit & in aliam, et ideo hæc differentia non reperitur inę speciebus illius generis, & ideo diuiditur per ipsum genus in illam speciem, & in aliam tantum: vt diuiditur animal in rationale & in irrationale: & propterea diuiditur in hominem & non hominem. Verumtamen exponere communem & propriam, & proprissimam sic: videlicet, vt differentia communis dicatur esse id, quo aliquid habet diuersitas, quæcunque fuerit illa, siue substantialis siue accidentalis siue separabilis siue inseparabilis. Sed in differentia propria non iunitur differētia accidentalis separabilis: sed iunitur in ea quæcunq; differētię constituentes siue substantialis, siue accidentalis inseparabilis, nam inhibitis his est etiam inseparabilis. Sed in differentia proprissima no iunitur quælibet differētia inseparabilis: sed substantiales tantum, & hæc expositio videtur conuenientior ratione nominum, quæ imponit his differentijs. Sed prior expositio videtur magis correspondere exemplis positis ab ipso in singulis earum differentiarum. In definitione autem quam dedit de his differentijs videlicet q̄ gignit speciē si debet esse perfecta operatet quidem adderem ea, secundum esse suum & perfectionis eius q̄ gignit speciem secundum suum esse, & essentiam, nam proprium etiam parit speciem, sed nō secundum suum esse, & perfectę per rem accidentalem ei. Res vero substantiales constituit ratiocinium hominis, & intellectibilitas scientiæ: hoc est quod homo habeat aptitudinem ad recipiendum intellectum. Materialium autem est q̄ferat humanam effigiem quod est per hanc aptitudinem. In hoc tamen differt ratiocinium ab intellectibilitate scientiæ, q̄ ratiocinium est agens ipsius formæ intrinseci, sed scientia vero est passum, hoc est quam intelligibile: et eo modo tentatio est agens ipsius formæ tentatiuæ & ipsum tentabile est passum, & cui forma fit in potentia rei. Ita quę per hunc actum est id, quod est, ideo idem erit dicere rationale quod est dicere habens intellectum: quia potentia intellectiua non est nisi ex hac forma: & sic etiam potentia ad accidens hoc passum. D.d. Auerroes. Differentiæ autem substantiales omnes inuicem disiunctæ dicuntur detectum vel excessum &c. Inquit. Certum est q̄ quemadmodum genus non prædicatur de speciebus, quæ sub ipso existunt, secundum magis & minus, eo quod animal dicitur animal, de quo vere dicatur ipsum esse species animalis q̄ aliud: ita quoq; res se habet in differentijs generis ipsum dividentibus: nempe q̄ non prædicatur de ea re, de qua prædicantur, secundū magis et minus: eo quia ipsæ parant definitiones ipsorum quas gignunt. Intinq; eis inuenitur res habet in se formam sua. Id vero quod dicit Auer. q̄ ipsum ee nō inuenit excessum in rebus q̄ sunt: si hoc dictum debet esse verum, oportet iubicere in eo, q̄ sit eiusdem generis: vt est in rebus, de quibus prædicatur differentia substantialis, nam si non essent eiusdem generis, non esset verum hoc, quoniam verius dicitur ipsum esse de ipsa substantia, q̄ de accidente cū substantia per se existat, accidens vero non nisi ratione substantiæ. si superponatur ergo, q̄ sit eiusdem generis palam erit q̄ non prædicabitur de eis ipsum esse secundum magis & minus: quia vna substantia non est magis q̄ alia substantia neq; vnum accidens est magis q̄ sit aliud accidens eiusdem generis. & ideo rectius erat dicere, cū redderet causam huius rei dicendi quia ipsæ perficiunt definitiones specierum, dantq; eis quidditatem: ipsa autem quiditas non suscipit excessum in habentibus quidditatem: quod quidem est perspicuum. Hoc autem, quod dixit de differentijs per se substantialibus, q̄ non recipiunt magis vel minus, est vtiq; manifestum in differentijs prædicamentorum substantiæ: sed in differentijs aliorum prædicamentorum posset quis suspicari, q̄ aliquæ earum suscipiant magis & minus. nam color diuiditur in nigrum & non nigrum: cui tamen differentia prædicatur de eo quod prædicatur essentialiter, secundum magis & minus, nam datur vnus color, qui est magis niger quàm alius. Nos vero in fine huius libri soluemus hoc dubium, vbi agitur, quid sit proprium genus, & non accidens. D.d. Auerroes. Definiuntur adhuc hæ differentiæ per definitiones. Inquit Leui. Hæc denuo amplectitur quoq; proprium, & accidens, quod reperitur in specie quę est magis propria q̄ sit genus, nam per huiusmodi attributum superit species ipsum genus, atque excedit super ipsum, nam inhibitus non inest animali, ea ratione qua est genus, & ideo si hæc definitio debet esse vera, debemus dicere, qua species abundat super genus in re essentiali, sic ergo debet interpretari hæc definitio, si debeat esse vera, scilicet q̄ illa forma qua ipse [illegible] notatur, quæ quidem est ei differentia constitutiua [illegible] per

per eam connotari genus, atq; describi, quatenus est genus. nã animal vt animal, non potest ascribi ei, vt sit rationale: quoniam, si id fieri posset, tunc oporteret quodlibet animal esse rationale; non q̃ dicamus vniuersum ipsum animal esse priuatum ratiocinio, nam, cũ in hac arte ipsum animal dependeat à speciebus quæ sub eo existunt; individuorum autem & specierum, quæ sub eo existunt, quædam sunt rationalia, quædam vero irrationalia: ideo necesse est, vt animalium aliquod sit rationale, & aliquod irrationale. Sed sententia Porphyrii in hac definitione fuit, q̃ totum genus sit priuatum illa differentia, quæ debetur illi speciei, quæ sub ipso existit. sed cũ contradictio huius positionis sit de se manifesta: quoniam id, à quo denegatur totum vniuersale, oportet vt ab eodem denegetur particulare, quod sub eo ingreditur: vt exempli grata, si est verum dicere nullum animal est rationale, verum erit quoq; dicere, nullus homo est rationalis: ideo exposuit q̃ genus non priuatur hac forma vere omnino, sed reperitur ipsi generi in potentia, speciei vero in actu. & ideo dixit, q̃ hæc differentia non reperitur in ipso animali in actu: & non dixit, q̃ hæc differentia non reperiatur vllo pacto. Et dixit Auerroes, q̃ in hoc sermone est infirmitas: propterea qa potentia est possibilitas, & iam fuit dictum in libro Priorum in definitione ipsius possibilis, q̃ possibili posito in esse, nullum sequitur inconueniens ex tali positione. si ergo ponatur q̃ omne animal est rationale in actu, tunc sequeretur ex hac positione falsum, videlicet q̃ equus & asinus essent rationales. Præterea manifestum est, q̃ quicquid debetur vniuersali, debetur cuilibet parti eius. si ergo omne animal possibile sit vt sit rationale, tunc sequeretur q̃ equus & asinus, possibile sit vt sint rõnales, quod est falsum. Adde etiam q̃ possibile existit in subiecto individuali: species vero & genera, vt in hac arte sumuntur, non sunt individualia: & ideo impossibile est vt in ipso genere, vt genus est, adsit possibilitas: sed ipsa possibilitas reperitur in individuis sub eo existẽtibus. & manifestum est q̃ individuorum sub genere existentium, quædam obtinent differentiam necessario: quædam vero ex impossibile. patet ergo q̃ differentia non inest generi toti per impossibile, neq; toti ipsi ex necessitate, vt paulo ante diximꝰ.

Causa autem, ob quam Auerroes dixit illum sermonem Porphyrii habere infirmitatem, & debilitatem, & non dixit falsitatem, est, quia in hoc sermone exstat imbecillitas inducens ad falsitatem in hac arte, vt declaratum fuit. At, si recte consyderemus essentias differentiarum, non ea ratione, qua sunt genera, & species: vt si consyderemus quam rationem habeat forma rationalis ad sensitiuam, vtrum scilicet sensitiua habeat naturam cogentem eas inuicem coniungi, vel natura, quæ cogat eas separari: tunc quidem inuenietmus eam non habere naturam, quę cogat ipsas coniungi. quoniam, si sic esset, tunc non posset reperiri sensitiua sine rationali: cũ tamen nos inuenimus i pluribus animalibus sensum sine ratiocinio, neq; etiam habet naturam, quæ cogat eas separari: cũ eas inuenimus simul coniunctas in specie humana, relinquitur igitur vt coniuncto rationalis formæ cũ sensitiua sit possibilis: & sic sermo iste erit verus, & ideo non dixit falsus. D.d. Auerroes. Definunt insuper has differentias sic. Differentia est, quæ prædicatur de pluribus differentibus specie, in eo quod quale. Inquit Leui. Hæc definitio habet in se excessum & defectum. Excessus quidem est id, quod dicit, differentibus specie, quia non omnes differentiæ prædicantur de pluribus differentibus specie, nam differentiæ vltimarum specierum non prædicantur nisi de vna specie, & de individuis eius. Defectus vero est, quoniam ipsum accidens quoq; communicat in hac definitione: quia nigrum prædicatur de coruo, & pice, & reliquis speciebus nigris in eo quod quale. Si volumus ergo q̃ hæc definitio sit integra, dicemus, q̃ est, quæ prædicatur de pluribus, ita vt sit pars quiditatis eorum, in eo quod quale. Per hoc ergo, quod dicimus prædicari de pluribus, amplectitur quidem omnia illa nomina. & per hoc, quod dicimus q̃ est pars quiditatis eorũ, distinguitur a specie, quæ est tota quiditas eorum, & à proprio, & accidenti, quæ non sunt pars quiditatis rei, de qua prædicantur. & per hoc, quod dicimus in eo quod quale, distinguitur à genere, quod est quiditatis rei, de qua prędicatur, & in eo quod quid est. Posset tamen quis dubitare de eo, quod dixit, differentiam prædicari semper in eo quod quale, nam posset quis existimare per ipsam hanc responsionem ad interrogationem factam per quid est, nam si quæratur de stirpe quid sit, potent quis credere q̃ responsio erit, q̃ est stirps, quæ est differentia. pari ratione si quæratur quid est homo, potent responderi rationalis. verum tamen neminem latet, q̃, cum dicimus in illa interrogatione, ipsam esse stirpem, quòd id nõ fit quatenus est differentia, sed ea ratione, qua est genus, vel species: quoniam non præcessit in hac interrogatione ipsum genus, quod distinguitur per hanc differentiam. Et hoc idem̃ set dubium contingit in eo, quod dixit de specie, q̃ per eam respondetur ad interrogationem factam per quid est, quoniã posset quis credere, quòd possit fieri responsio per id, quod est quale, vt si quęratur de homine, quodnam animal sit, poterit responderi homo, qui est species. Ad hoc ergo dicendum est q̃, cũ genus sit materia specierum, quæ sub ipso existit, vel simile materiæ: differentia vero sit forma, vel simulis formæ: species autem sit materia & forma simul: tunc, si ad hanc interrogationem̃ responderamus q̃ est homo, esset superfluum quid: quoniam iam nouimus eius materiam, cũ diximus animal, reperitur ergo materia, cũ dicitur homo, nam, cũ dicitur homo, intelligitur animal rationale, patet ergo q̃ si respõdeatur ad illam interrogationem q̃ est homo, & respondebitur quidem sic, propter ipsam differentiam, quæ est rationale, quoniam in hoc responsio non oportet notificare nisi tantum formam: & ideo fit responsio in eo quod quale per speciem, ratione differentiæ tantum, & hoc ideo fit, quia omnes res constant ex materia & forma, aut ex rebus similibus materiæ & formæ. Inquit Leui. Ideo Porphyrius dixit hoc, quia substantiæ sensibiles constant ex materia & forma, re vera, vt in primo Physicorum probatum est; accidentia vero non constant ex materia & forma, sed ex rebus similibus materiæ, & similibus formæ. Vt exempli gratia, si dicamus circulum esse figuram, in cuius medio exstat punctus, à quo omnes lineæ rectæ ductæ ad circunferentiam sunt æquales: figura itaq; est quid simile materiæ, quia est communis circulo & reliquis figuris, sed non est materia re vera: quia materia non est nisi in prædicamento substantiæ. & id, quod dicitur, in cuius medio exsistit punctus, à quo omnes, lineæ rectæ ductæ ad circunferentiam sunt æquales, est quid sit simile formæ: sed non est forma, quia forma est in prædicamẽto substantiæ. Est quoq; manifestum q̃ genera accidentium non sunt subiecta differentiarum eorum, eo pacto quo sunt genera substantiæ differentiarum ipsarum. vt exempli gratia, corpus est subiectum formæ stirpis re vera: sed figura non est subiectum trianguli vel circuli, nisi in oratione: & est simile formæ totius in oratione, vt perspicuum est. D.d. Auer. Definiunt adhuc differentias substantiales. Inquit Leui. Hoc debet intelligi actu: & hic non est verum proprium, vt videbitur in definitione proprii. Quòd si sumatur in potentia, & nominemus ipsum proprium, tunc manifestum est q̃ potentia est ad vnamquamq; scientiarum & artium, & sic esset proprium, si proprium dicatur habere potentiam ad vnamquamq; illarum, quo pacto ergo erit differentia ipsa potentia, qua homo dicit artes, & scientias? & iam fuit declaratum q̃ huiusmodi potentia est differentia hominis. quare si volumus appellare proprium hanc artem, quæ sit in actu scilicet, tunc non erit verũ proprii.

De Proprio. Cap. V.

PRoprium vero quadrifariam diuidũt. Nam & id, quod soli alicui speciei accidit, & si non omni, proprium dicitur: vt homini medicum esse, vel geometram. Et quod omni accidit speciei, etli nõ soli: quemadmodum homini esse bipedem. Et quod soli & omni, & aliquando: vt omni homini in senectute canescere. Quartum autem id, in quo conuenerunt & soli, & omni, & semper: quemadmodum homini esse risibile. nam & si non semper rideat, tamẽ risibilis dicitur: non q̃ rideat semper: sed q̃ semper aptus natus sit vt rideat. hoc autem ei semper connaturale est, quemadmodum et equo hinnibile. Hęc autem & propriè propria dicũtur, quoniam etiã conuertuntur. si quid. n. equus hinnibile est; & si quid hinnibile est, equus est.

Vide primo top. cap. 2.

Sermo de Proprio.

AVER. INquit. Proprium autem quadrifariam dicitur. Primo autem modo dicitur proprium id, quod cõtingit alicui speciei soli, sed non toti illi speciei: vt est scientia medica, & geometria, quę homini inest. Secundo modo

do modo dicitur id, quod toti & soli speciei, sed complectitur aliquid aliud præter illam speciem: vt est habere duos pedes, quod quidem inest homini. Tertio modo dicitur id, quod alicui tantum speciei accidit, & toti eidem, sed in variis temporibus: vt est proprium homini canescere in senectute, & senescere. Quarto modo dicitur vere proprium, illud vniuersale, quod toti speciei, soliq;, omniq; tempore: vt risibilitas homini inest, hoc est promptitudo atq; potentia ad ridendũ, non q̃ actu rideat semper. De natura autem huius proprij est, vt conuertatur cum re, cuius est proprium. nã quilibet homo est risibilis: et quodlibet risibile est homo. identidẽ quilibet equus est hinnibilis & quodlibet hinnibile est equus.

Sermo de Proprio.

LEVI. DIxit Porphyrius, Proprium autem est, &c. Inquit Leui. Omnia verba Porphyrii sunt nota, ideo non indigent exsopositione.

De Accidente. Cap. VI.

Idem. 1. top. cap. 2. ACcidens autẽ est, quod adest & abest præter subiecti corruptionẽ. Diuiditur autem in duo: hoc enim ipsius est parabile est, illud vero inseparabile. dormire quidẽ separabile accĩs est: nigrum vero esse inseparabiliter coruo & æthiopi accidit. Põt. n. intelligi & coruus albus, & æthiops abijciens colorem, præter subiecti corruptionem. Definiunt autem sic quoq;. Accidens est quod contingit eidẽ inesse & non inesse. Et quod neq; genus est, neq; differentia, neq; species, neq; proprium: semper autem est in subiecto subsistens. Omnibus autẽ determinatis, quæ proposita sunt (dico autem genere, specie, differentia, proprio, accidente) dicẽdum est quæ eis communia sunt, & quæ propria.

Sermo de Accidente.

AVER. INquit. Accidens est id, cuius esse & nõ esse potest quidem imaginari præter hoc, quod imaginet corruptio subiecti eius, vel ipsius esse. Diuidit autem accidens bifariam, videlicet in accidens separabile, & in accidens inseparabile: vt est somnus, qui quidem est accidens separabile ab ipso animali: & vt nigredo, quę est inseparabilis à coruo, & ab æthiope. potest etenim imaginari coruus albus, & æthiops albus præter hoc, quod sequatur ex hoc corruptio hoĩs vel corui: cuius rei oppositio modo se habet genus & differentia. Inquit. Definiunt insuper ipsum accidẽs sic, accidens est quod potest inesse vni & eidem rei, & non inesse. Vel quod non est genus, nec differentia, neq; species, neque proprium: & quod semper sit in subiecto. Prima ergo definitio amplectitur accidens separabile & inseparabile: Secunda vero separabile tantum continet accidens.

Sermo de Accidente.

LEVI. DIxit Porphyrius. Accidens est, quod potest imaginari esse & non esse. Inquit Leui. Sensus est, q̃ possit imaginari eẽ accidẽtis, sine eẽ eius subiecti: aut priuatio eius, ab sq; priuatione subiecti illius. nam potest imaginari generatio nigredinis in subiecto, ex quo gignitur coruus, præter hoc, quod oporteat gigni coruus in tali generatione, qm̃ nigredo non est pars quiditatis corui, genus vero, & species, ac differentia, quæ sunt in prædicamento substantiæ, cũ gignuntur in hoc subiecto, fit quoque generatio subiecti. Pari ratione potest imaginari eius destructio, absq; destructione subiecti: hoc est, q̃ potest imaginari destructio nigredinis à coruo, sine destructione corui. qm̃ coruus est coruus per quiditatem suam: nempe per materiam & formam. & si imaginetur destructio nigredinis, remanebit coruus coruus: licet hoc non possit reperiri in esse. & ideo dixit, potest imaginari. Quòd autem sententia Porphyrii sit, q̃ possit imaginari generatio accidentis, sine generatione subiecti, & eius destructio absq; destructione subiecti, patet p hoc, quod dixit q̃ potest imaginari coruus albus, præter hoc, q̃ sequatur corruptio corui de necessitate, intelligit autem p hoc, q̃ possit imaginari destructio accidẽtis inseparabilis à coruo, præter hoc, q̃ sequatur corruptio corui. Præterea, si sententia Porphyrii esset, q̃ possit imaginari generatio ipsius, absq; corruptione subiecti eius, & eius destructio absq; generatione subiecti eius (vt putãt multi ex hac definitione) par quidem erat ratio de genere, & specie, atq; differentia: quoniam subiectum generis sunt species, & individua, quæ sunt sub ipsa: & subiectũ differentiæ est species, & individua, quæ sunt sub ipso: subiectũ quoq; speciei sunt individua, quæ sunt sub ipsa, de quibus ipsa prædicatur. manifestum autem est q̃ non oportet vt ex generatione horum his subiectis sequatur corruptio subiectorũ, sed eorum generatio: pari quoq; ratione non sequitur ex corruptione horum ex his subiectis generatio horum subiectorum, sed corruptio ipsorum. Sententia ergo Porphyrii est, quę dicta est à nobis. In hac autem definitione exstat aliquis defectus. qm̃ si in hac definitione cõmunicat proprium, ita quoq; poterimus dicere, q̃ in hoc communicant genus, & species, & differentia, quæ in reliquis prædicamentis, excepta substantia, reperiuntur, nam nigredo, quæ est in specie potest imaginari q̃ corrumpatur, præter corruptionem subiecti, in quo exsitit illa nigredo, nam potest reperiri huiusmodi corpus, licet non reperiatur nigredo (vt paulo ante dictum fuit.) pari ratione et color niger, quæ est differentia diuisiua coloris, quæ est genus, hoc est q̃ potest imaginari eius destructio, præter destructionem subiecti, quod necessario reperitur: qm̃ quãdoq; hoc corpus reperietur, licet color niger non reperiatur, eademq; ratione probabitur, q̃ ex eorum generatione non sequitur necessario generatio illius subiecti. Et si obiciet quis dicens, q̃ differentiæ, & species, atq; genera, si sumatur id, de quo ipsa prædicantur, prout significat quiditatem, vel partem quiditatis, vt cum prædicatur color de nigredine & albedine, & color niger de nigredine, tunc ex eorum generatione sequitur generatio subiecti, & ex eorum destructione eius destructio: Respondebimus & dicemus, q̃ huiusmodi subiectum non est vere subiectum: sed tantum ratione, sed ipse loquitur hic in hac definitione de vero subiecto, scilicet secũdum esse. & hoc est per se notum, & ideo definito de accidẽte posito in hac arte in quo nihil aliud communicat, est id, quo aliquid denominatur aliqua denominatione, quæ non significat quiditatem eius, neq; partem quiditatis, & vt sit illud denominatum, plus vel minus q̃ ipsa species. Cũ itaq; dicimus i hac definitione, quo aliquid denominatur, est quidem commune cũctis nominibus, videlicet generi, speciei, differentiæ, proprio, & accidenti. Leui dicimus, per denominationem, quæ non significat quiditatem eius, ideo dicitur, quia species significat quiditatem rei, i quoius prædicamento fuerit. Et cũ dicitur, neq; partem quiditatis, ideo dicitur, quia genus, & differentia significant partem quiditatis rei, quæ per ea denominatur. Et per hoc, quod dicitur, vt ipsum denominatum, in plus se habeat vel minus q̃ ipsa species, ideo dicitur, quia per ipsum proprium denominatur tota species, cuius ipsum est tãtum proprium. D.d. Porphyr. Definiunt insuper ipsum accidẽs sic, Accidẽs est, quod potest inesse vni, &c. Inquit Leui, Porphyrius (vt nostra fert tenentia) narrauit hic tres definitiones de accidente. Prima quidem includit accidens separabile & inseparabile, vt declarauimus. Secunda vero est, quę dicit, quòd potest inesse vni & eidem rei, & non inesse, manifestum autem est q̃ hæc definitio non vere caturmisi de accidente separabili. & in hac definitione excedit defectus, cũ in ea communicet accidẽs, quod est genus, vel species, vel differentia, nam nigredo, quæ est species, tam est dictum q̃ potest inesse suo subiecto, & non inesse: itidem & color niger, qui est differentia, potest inesse homini, & non inesse.

Tertia definitio est, quæ dicit q̃ nõ est genus neq; species, neque differentia, neq; proprium: & semper existit in subiecto, & hæc definitio est data in arte Topica, vel Dialectica, vt dixit Auerroes in summula sua logicali: & re vera est descriptio, & non definitio. Et cũ dicit, q̃ non est genus, neq; species, videl indicare, q̃ huiusmodi denominatio (seu affectio) oportet vt sit nomen denominatiuum. nam nomen, quod non est denominatiuum, in illis vtiq; prædicamentis, quæ sunt accidentia, sunt semper, vel genus, vel species, vel gr. color, vel nigredo, & albedo.

& albedo. Et cū dicitur, neq; differentia, ostenditur q̄ hoc nomen denominatiuum, de quo locuti sumus, non denominatur per ipsum id, quod denominatur: ita vt sit pars quiditatis eius. nam tunc esset differentia, cū dicimus nigrum, si de colore ipsum prædicemus, cū color diuidatur in nigrum & non nigrum. Per id vero quod dicit, neq; proprium, ostendit q̄ per hoc nomen significatur accidēs suppositum in hac arte, videlicet quod non inest toti vni speciei, vel quod inest pluribus q̄ illi. Per id vero, quod dicit, & semper existit in subiecto, notificat quiditatem rei, de qua inquirit: quoniam id, quod iam prędixit de hac descriptione, verificatur de indiuiduis substantiarum. & ideo dixit ipsum existit semper in subiecto.

De Communitatibus & Differentijs Generis, Speciei, Differentiæ, Proprij, & Accidentis. Cap. VII.

De cōitate omnium.

COmmune quidē est omnibus de pluribus prædicari, quemadmodum dictum est. Sed genus quidem de omnibus sub se speciebus & indiuiduis: & differentia similiter. spēs autē de ijs, quæ sub ipsa sunt indiuiduis. at vero proprium & de spē, cuius est proprium, & de ijs, quæ sub spē sunt indiuiduis. accidens autem & de spēbus & de indiuiduis. Nanq; animal de equo & boue prædicatur, quæ sunt spēs, & de hoc equo, & de hoc boue, quæ sunt indiuidua. irrationale vero & de equo & boue, & de ijs, qui sunt particulares prędicatur. species autem, vt homo, solum de ijs, qui sunt particulares homines, prędicatur. proprium vero de specie cuius est proprium, & de ijs, quæ sub specie sunt indiuiduis: vt risibile de homine, & de ijs, qui sunt particulares. nigrum autem & de specie coruorum, & de ijs quæ sunt particulares, quod est accidens inseparabile: & moueri de homine, & de equo, quod est accidens separabile: sed principaliter quidem de indiuiduis, secunda ratione aūt de ijs, quæ cōtinent indiuidua.

De cōibus gnis, & differentiæ.

Commune autem est generi, & differentię continentia specierum. Continet enim differentia species, & si non omnes quot genera. rationale enim, etsi non continet irrationalia, quemadmodum animal, tamen continet hominem & Deum, quæ sunt species. Et quæcunq; prædicantur de genere vt genus, & de ijs, quæ sub ipso sunt speciebus prædicantur. & quæcunq; prędicantur de differentia vt differentia, & de ea, quæ ex ipsa est, specie prædicabuntur. Nam cùm genus animal sit, non solum de eo prædicantur vt genus, subſtantia, & animatum & sensibile, sed etiam de ijs, quę sunt sub animali speciebus omnibus prædicantur hæc, vsq; ad indiuidua. cùmq; differentia sit rationale, prædicatur de ea vt differentia, id quod est ratione vti: & non solum de eo quod est rationale, sed etiam de ijs, quæ sunt sub rationali, speciebus prædicabitur ratione vti. Commune quoq; est perempto genere, vel differentia simul perimi quæ sub ipsis sunt. Quēadmodum enim, si non sit animal, non est equus, neq; homo: ita si non sit rationale, nullū erit animal, quod vtatur ratione.

De dīſis ipſorum.

Propriū autem est generi de pluribus prędicari q̄ differētia, & species, & proprium, & accidens. Animal enim de homine & equo, & aue, & serpente prędicatur: quadrupes vero de solis quatuor pedes habentibus: homo vero de solis indiuiduis: & hinnibile de equo solum, & de ijs, qui sunt particulares: & accidēs similiter de paucioribus. Oportet autem differētias accipere, quibus diuiditur genus, nō eas quæ complent substantiā generis, sed quę sunt diuisiuę. Amplius, genus continet differentiā potestate (animalis enim hoc quidem rationale est, illud vero irrationale) differentiæ vero non continēt genera. Amplius, genera quidem priora sunt ijs, quæ sunt sub se positæ differentijs. ꝓpter quod simul quidem eas auferunt, non autem simul auferuntur ab eis: sublato enim animali, aufertur rationale & irrationale. differentię vero nō amplius simul auferunt genus: nam etsi omnes interimantur, tamen substantia animata sensitiua intelligitur, quæ est animal. Amplius, genus quidem in eo quod quid est: differentia vero in eo quod quale quid est, quemadmodum dictum est, prędicatur. Amplius, genus quidem vnum est secundum vnam quāq; speciē, vt hominis id, quod est animal: differentię vero plures sunt, vt rationale, mortale, mētis & disciplinę perceptiuum, quibus ab alijs animalibus differt. Et genus quidem consimile est materię, formę vero differentia. Cùm autem sint & alia cōmunia, & propria generis & differentiæ, nunc ista sufficiant.

De cōibus gnis & spēi.

Genus autem & species commune quidē habent de pluribus, quemadmodum dictum est, prędicari. sumatur autem species vt species solum, sed non vt genus: si fuerit idē species & genus. Commune autem his est, & priora esse ijs, de quibus prędicantur. Et totum quoddam esse vtrunque.

De dīſis ipſorum.

Differunt autem, eò q̄ genus quidem continet species sub se: species vero cōtinetur, & non cōtinet genera: de pluribus enim genus q̄ species prędicatur. Amplius, genera prędicere oportet, & informata specificis differentijs perficere species. vnde & priora sunt naturaliter genera, & simul interimentia, sed quę non simul interimantur: & species quidem cum sit, est & genus omnino: genus vero cum sit, non omnino erit species. Et genera quidem vniuoce de speciebus prædicātur: species ẏo de generibus minime. Amplius, genera

genera quidem abundant earum, quæ sub ipsis sunt speciebus continentia: species vero * à generibus abundant proprijs differētijs. Amplius, neque species fiet vnquam generalissimum, neque genus fiet vnquam specialissimum.

De cōitate gnis & proprij.

Generis autem & proprij commune quidem est sequi species. si quid enim homo est, animal est: & si quid homo est, risibile est.

Et æqualiter prædicari genus de speciebus, & proprium de ijs, quæ illo participant indiuiduis. æqualiter enim & homo & bos animal est, & Cato & Cicero risibile est. Commune autem est etiam vniuoce prædicari genus de proprijs speciebus, & propriū de ijs, quorum est proprium.

De dīſis ipſorum.

Differunt autem, quoniam genus quidem prius est, posterius vero propriū. oportet enim esse animal, dehinc diuidi differentijs & proprijs. Et genus quidem de pluribus speciebus prædicatur, proprium vero de vna sola specie, cuius est proprium. Amplius, proprium quidem conuersim prædicatur de eo, cuius est proprium, genus vero de nullo conuersim prædicatur. nam neque si quid animal est, homo est: neque si quid animal est, risibile est. si quid vero homo est, risibile est, & conuerso. Amplius, proprium omni speciei inest, cuius est proprium, & soli, & semper: genus vero omni quidem speciei inest, cuius fuerit genus, & semper, non autem soli. Amplius, propria quidem interempta, non simul interimunt genera: genera vero interempta simul interimunt species, quarum sunt propria: quare & his, quorum sunt propria, interemptis, & ipsa simul interimuntur.

De cōitate gnis & accidentis.

Generis vero & accidentis commune est, de pluribus, quemadmodum dictum est, prædicari, siue separabilium illud accidens sit, siue inseparabilium. etenim moueri de pluribus, & nigrum de coruis, & de æthiopibus, & aliquibus inanimatis prædicatur.

De dīſis ipſorum.

Differt autem genus ab accidente. quoniā genus ante species est: accidentia vero speciebus posteriora sunt. nam etsi inseparabile sumatur accidens, & prius est illud, cui accidit, quàm accidens. Et genere quidem quę participant, æqualiter participant, accidente vero non æqualiter. intensionem enim & remissionem suscipit aceidentium participatio: generum vero minime. Et accidentia quidem in indiuiduis principaliter subsistunt: genera vero & species naturaliter priora sunt indiuiduis substantijs. Et genera quidem in eo quod quid est prædicantur de ijs, quæ sub ipsis sunt: accidētia vero in eo quod quale aliquid est, vel quomodo se habeat vnumquodque. qualis enim est æthiops interrogatus, dices niger: & quemadmodum se Socrates habeat, dices, quòd sedet vel ambulat.

Genus igitur, quo ab alijs quatuor differat dictum est.

Contingit autem etiam vnumquodq; aliorum differre ab alijs quatuor: quare cū quinque quidem sint, vnumquodque autem ab alijs quatuor differat, quater quinque, vigінti fiunt omnes differentiæ. Sed non ita se habet, sed semper deinceps enumeratis, & duobus quidē vna differentia deficientibus (propterea quoniam iam sumpta est) tribus vero duabus, quatuor vero tribus, quinque vero quatuor, decem omnes fiunt differentiæ. quatuor, tres, duæ, vna. Genus enim quo differt à differentia, & specie, & proprio, & accidente, dictum est. quatuor igitur differentiæ. Differentia vero, quo differat à genere dictum est, quando quo differt genus ab ea dicebatur. reliquum est igitur quo differat differentia à specie, proprio, & accidente dicatur. & fiunt tres. Rursus species quo quidem differat à differentia dictum est, quando quo differt à specie differentia dicebatur. quo etiam differat species à genere dictum est, quando quo differt genus à specie dicebatur. reliquum est igitur vt quo differat species à proprio, & accidente dicatur. duæ igitur sunt & hæ differentiæ. Proprium autem quo differat ab accidente relinquetur. nam quo à specie, & differentia, & genere differat, prædictum est in illorum ad ipsum differentijs. Quatuor igitur sumptis generis ad alia differentijs, tribus vero differentiæ, duabus autem speciei, vna vero proprij ad accidens, decem erunt omnes: quarum quatuor, quæ sunt generis ad reliqua, superius demonstrauimus.

Differentiarum quinque uocum numerus.

Genus.	Species.	Differentia.	Proprium.	Accidens.
1	1	1	1	
	1	1	1	
		1	1	
			1	

De cōitatibus, differ. & spēi.

Commune ergo differentiæ & speciei est, æqualiter participari. homine enim æqualiter participant particulares homines, & rationalis differentia. Commune etiam est & semper ad esse ijs, quæ illis participant. Sem-

per

per enim Socrates rationalis est,& semp Socrates homo.

De dfijs ipsorum.

Proprium autem differentiæ quidem est in eo quod quale est prædicari: speciei vero in eo quod quid est. nam etsi homo velut quale quid accipiatur,non tamen simpliciter erit quale,sed secundum id, quod generi aduenientes differentiæ eum constituerunt. Amplius,differentia quidem in pluribus sæpe speciebus consyderatur, quemadmodum quadrupes in pluribus animalibus specie differentibus: species vero in solis ijs, quæ sub specie sunt,indiuiduis est. Amplius, differentia prior est ea specie, quæ est secundum ipsam: simul enim ablatum rationale interimit hominem: homo vero interemptus non

* angelus

aufert rationale, cùm sit Dèus. Amplius, differentia quidem componitur cum alia differentia(rationale enim & mortale compositum est ,in substantia hominis) species vero speciei non componitur,vt gignat aliam aliquam speciem. quædam enim equa cuidam asino permiscetur ad muli generationẽ: equa autem simpliciter asino composita, nũquam perficeret mulum.

De cõitatibus diæ, & proprij.

Differentia vero & proprium commune quidem habent æqualiter participari ab ijs, quæ illis participant.æqualiter enim rationalia,rationalia sunt:& risibilia,risibilia sunt. Et semper & omni adesse commune vtrisq; est.

* a l se habet.

etsi enim curtetur qui bipes est, tamen ad id, quod natum est semper, * dicitur quoniam

* a l habet vt semper rideat, quãuis non semper rideat.

& risibile in eo quod natum est * habet semper,sed non in eo quod semper rideat.

De dfijs ipsorum.

Proprium autem differentiæ est , quòd hæc quidem de pluribus speciebus dicitur sæpe, vt rationale de Dèo, & homine: propriũ vero dicitur de vna sola specie,cuius est proprium. Et differentia quidem illis est consequens,quorum est differentia,sed non conuertitur: propria vero conuersim prædicãtur de ijs,quorum sunt propria, propterea quòd conuertuntur.

De cõitatibus dfiæ & accidentiũ.

Differentiæ autem & accidenti commune quidem est de pluribus dici. Commune vero est & ad ea,quæ sunt inseparabilia accidentia,semper, & omni adesse. bipes enim semper adest omni homini:& omnibus coruis nigrum esse similiter.

De dfijs ipsorum.

Differunt autem,quoniam differentia quidem continet species,& non continetur: continet enim rationale Dèum & hominem: accidentia vero aliquo quidẽ modo continent, eò quòd in pluribus sint : aliquo vero modo continentur, eò quòd non vnius accidentis susceptiua sint subiecta,sed plurium. Et differentia quidẽ in intensibilis est,& irremissibilis: accidentia vero magis & minus suscipiunt. Et impermixtæ quidem sunt contrariæ differentiæ : mixta vero nonnunquam sunt contraria accidentia . Huiusmodi quidem communiones & proprietates differentiæ,& ceterorum sunt.Species vero quo quidem differt à genere,& differentia dictum est in eo,quod dicebamus, quo genus differt à cæteris, & quo differentia differt à cæteris.

* Vet° exemplar græcum hæc non habet.

* deinceps quo differt à proprio & accidente dicetur.

De cõitatibus proprijs & accidẽtis.

Speciei autem & proprij commune quidem est,adinuicem cõuersim prædicari. nam si quid homo est, risibile est: & si quid risibile est , homo est . Risibile vero quòd secundum id, quod natum est ridere sumendum, sæpe iam dictum est. Commune est quoque & æqualiter eẽ.* æqualiter enim adsunt species ijs,quæ illis participant,et propria ijs, quorum sunt propria.

De differentijs ipsorum.

* Et hæc non habet. * a l. sunt.

Differt autem species à proprio, quoniam species quidem potest & aliorum genus esse: proprium vero aliarum specierum esse proprium impossibile est . Et species quidem ante subsistit quàm proprium: proprium vero postsit in specie . oportet enim hominem esse,vt sit risibile. Amplius,species quidem semper actu adest subiecto: proprium vero aliquando & potestate . homo enim semper actu est Socrates:nõ vero semper ridet , quãuis natus sit semper vt sit risibilis. Amplius, quorum termini sunt differentes,& ipsa sunt differentia.Est autem speciei quidem sub genere esse,& de pluribus & differentibus numero in eo quod quid est prædicari, & cætera huiusmodi:proprij vero,& soli,& omni,et semper ad esse .

De dfijs ipsorum.

De communitatib⁹ specieꝝ & accidentiũ.

Speciei vero & accidentis commune quidẽ est de pluribus prædicari . Raræ vero sunt aliæ communitates, propterea quòd quamplurimum distant abinuicem accidens , & id cui accidit.

De differentijs ipsorũ.

Propria vero sunt vtriusque , speciei quidem in eo quod quid est prædicari de ijs,quorum est species:accidentis autem in eo quod quale quiddam est,vel quo modo se habens est. Et vnamquanque substantiam vna quidem specie participare, pluribus autem accidentibus & separabilibus & inseparabilibus. Et species quidem præintelliguntur accidentibus,etsi etiam sint inseparabilia (oportet.n. esse subiectum vt illi quidem accidat)accidentia vero posterioris generis sunt , & aduentitiæ naturæ. Et speciei quidem participatio æqualiter est: accidẽtis vero etsi inseparabile sit

sit non æqualiter.æthiops enim æthiope haberepossetcolorem vel intensum, vel remissum secundum nigredinem.Restat autem de proprio & accidente dicere. quo enim proprium à specie, & differentia, & genere differt, dictum est.

Cõmune autem proprio & inseparabili accidenti est,quòd præter ea nunq; consistant illa, in quibus consyderantur. quemadmodum enim præter risibile non subsistit homo, ita nec præter nigredinem subsistit æthiops.

Et quemadmodum semper,& omni adest proprium,sic & inseparabile accidens.

Differunt autem,quoniam proprium vni soli speciei adest,quemadmodum risibile homini: inseparabile vero accidens,vt nigrum, non solum æthiopi, sed etiam coruo adest,& carboni,& ebeno,& quibusdam alijs. Amplius,proprium conuersim prædicatur de eo cuius est proprium,& æqualiter est:inseparabile vero accidens conuersim non prædicatur. Et propriorum quidem æqualis est participatio,accidentium vero vel magis vel minus. Sunt quidem aliæ communitates, vel proprietates ijs,quæ dicta sunt; sed sufficiunt & hæ ad discretionem eorum, communitatisque traditionem.

Sermo de Communitatibus & Differentijs Generis, Speciei, Differentiæ, Proprij, & Accidentis.

AVER. INquit.Et postq; definiuimus omnia illa, quorum definitio præcessit, videlicet generis , differentiæ, speciei, proprij, atq; accidentis, consentaneum est nunc narrare ea,quæ sunt eis communia, & quæ sunt illis quoq; propria. Dicamus itaq; hoc esse eis cõmune,scilicet prædicari de pluribus. Genus autem,& differentia prædicantur de speciebus , & de indiuiduis, quæ sub eis existunt. species vero prædicatur de indiuiduis tantum, quæ sub ipsa existunt: hoc est vltima species. proprium⁹q; prędicatur de specie cuius est proprium, & de indiuiduis quæ sub illa existunt specie. accidens autem prędicatur de indiuiduis,& de speciebus. Exemplum prædicationis generis de speciebus, & de indiuiduis est, vt prędicatio animalis de equo,& de cane,quæ sunt species,& de cane singulari . Exemplum vero prædicationis differentiæ de speciebus, & de indiuiduis,est prædicatio irrationalis de equo,& cane,& de indiuiduis eorum . hoc tamen verificatur in illis differentijs, quæ non sunt differentiæ vltimarum specierum.Exemplum⁹q; prædicationis vltimę speciei solum de indiuiduis, quæ sub ipsa tantum cõtinentur, est prædicatio hominis de Socrate & Platone, & de cunctis indiuiduis hominis.Et exemplum prędicationis proprij de specie,& de indiuiduis est prædicatio ipsius risibilis de homine,& de cunctis indiuiduis hominis. Et exemplum prædicationis accidentis inseparabilis de ipsis speciebus, & de indiuiduis est prædicatio nigredinis de coruo,& de æthiope, & de eorum indiuiduis.Et exẽplum accidentis separabilis est prędicatio motus & quietis de homine & equo, & de eorum indiuiduis. Hoc itaque est id,quo communicant, ac differunt ratione prædicationis .

Commune autem est generi & differẽtiæ, vt plures vna contineant species. nam differentia multas complectitur species, licet pauciores quàm genus amplectatur species . nam irrationale plures comprehendit spẽs, licet sint pauciores, quàm quę ab animali,quod est genus, contineantur . hoc tamen verum est de illis differentijs, quæ non sunt differentiæ vltimarum specierum. Est quoque hoc commune generi & differentiæ, quòd quicquid prædicatur de quouis eorum in eo quod quid est genus vel differentia, prædicatur etiam de eo,quod sub eo existit.ut exempli gratia,animal est quidem genus,& corpus nutribile prędicãtur de eo in eo quod quid,& est genus animalis,& prędicatur etiã de eo, quod sub animali continetur, vt est homo & equus.Identidem rationale est differentia, & visus ratiocinij prædicatur de eo in eo quod est differentia, & prædicatur de omnibus indiuiduis rationalibus. Est præterea commune adhuc generi & differentiæ,vt ipsis ablatis,auferatur etiam quicquid sub eis continetur.nam quemadmodum dempto animali, non dabitur equus,neque asinus:sic quoque si tollatur ratiocinium,nihil penitus reperietur animalis rationis affectu.Hoc itaque est id,quo communicant simul genus & differentia.

Id vero,quod est proprium generi & non differentiæ,primo quidem est,quoniam genus prædicatur de pluribus quàm prædicetur differentia & species , & proprium atque accidens,nam animal est genus,quod de homine & equo , & tumento, ac volucri prædicatur.sed differentia prædicatur de paucioribus, q; prædicetur genus.vt irrationale, quod prædicatur de paucioribus,quàm prędicatur genus animalis . identidem quadrupes:atq; homo qui est species sub animali contenta.identidẽ & risibilitas,quę est homini proprium, & hinnibilitas equo, prædicabitur quidem de paucioribus,quàm prædicetur genus equi . identidem quoq; & accidens,prædicatur enim de paucioribus, quàm prædicetur genus illius rei,in qua existit illud accidẽs. & hoc quidem reperitur in illis accidentibus,quę sunt magis propria, quàm sit illud genus . Inest secundo hoc proprium ipsi generi,quod non inest differentiæ: nempe vt contineat in potentia ipsam differentiam . nam animal quod est genus, aliud quidem est rationale & aliud irrationale, quæ sunt differentiæ , sed differentiæ nõ amplexantur genera. Tertio,est proprium generum vt præcedant differentias , quæ sub eis existunt naturaliter.& ideo demptis generibus tolluntur differentiæ:sed non tolluntur genera demptis differentijs.nam ablato animali aufertur rationale, sed ablato rationali non aufertur animal. hæc autem intelliguntur de genere cum differentijs duntaxat: non de constitutuis differentijs. Quarto,est proprium generis,vt sit vnum in qualibet specie.hoc est,vt species non obtineant plura genera vno,ex vno ordine & gradu.sed in vna specie reperiuntur plures differẽtiæ quàm vna: vt ratiocinium homini,& intellectus , & habilitas ad recipiendam sapientiam. Quinto,est proprium generi,vt sit simile materiæ,& proprium differentiæ,vt similetur formæ. Sexto,est proprium generi prædicari in eo quod quid,& differentiæ in eo quod quale . Inquit,& hæc sint satis pro cognitione eorum,quæ sunt communia ipsi differentiæ & generi , & quæ appropriantur illis: licet possint habere multa alia eis communia,ac propria quàm hæc .

Inquit.Commune quidem est generi & speciei, vt diximus, prædicari de pluribus , & quòd præcedant naturaliter res , de quibus prædicantur .

Differunt tamen inter se,qm genus continet speciem, sed species non continet genus:quia genus est communius specie. Differũt iterũ, quoniam genus est prius

natura ipsa specie: quia species oritur ex coniunctione differentiæ cum genere. & ideo genera sunt priora natura ipsis speciebus: hoc est, quòd demptis generibus demuntur species, sed non demuntur ipsa, demptis speciebus. sed datis speciebus, dantur & genera: sed repertis ipsis non propterea oportet vt species reperiantur. Differunt adhuc, quoniam genera prædicantur de speciebus vniuoce: sed species non prædicantur de generibus. Discrepant item, quia genera superant species quę sub eis existunt, cùm eas amplectentur: sed species superant ea per differentias, quæ sunt illis propriæ. Illa igitur excedunt ratione vniuersalitatis, & hæ, scilicet species, ratione compositionis. Discreparit insuper, quoniam species nullo modo potest esse genus generalissimum, nec genus potest esse species specialissima vllo pacto. Debes autem intelligere huiusmodi comparationem, inter genera & species existentem, ea ratione, qua species sunt species, ac genera genera, non ea ratione, qua contingit species fieri gña, & genera spes.

Inquit. In hoc autem communicant genus & proprium, quòd eorum esse sequatur esse speciei. nam dato homine qui est species, dabit quoque animal quod est genus, atq; risibile quod est proprium. Est adhuc eis commune, quòd genus prædicatur indifferenter de omnibus speciebus, & proprium quoque prædicatur de cunctis rebus, & communicãtibus æqualiter. nãm homo est animal, quemadmodum bos est animal, non magis neque minus: & Socrates & Plato sunt indifferenter risibiles, atque æqualiter, hoc est, quòd non differunt in hoc affectu per magis vel minus. Est adhuc cõ eis, quod genus p̃dicaf vniuoce de spẽbus, & proprũ ẽt prædicaf vniuoce de quacũq; re hũte hoc proprũ. nã risibile p̃dicaf vntuoce de Socrate & Platone: quẽadmodum aĩal p̃dicatur vniuoce de boue et equo.

Differunt tamen in hoc quòd genus est prius natura ipsis propriis, quæ in ipsis speciebus reperiuntur? quoniam animal est prius natura ipsis propriis, ac differentijs existentibus in ipsis speciebus, quibus diuiduntur. nam detracto genere detrahuntur propria: sed subtractis propriis, non subtrahitur genus: sed positis propriis, ponitur ipsum. Differunt iterum secundo, quoniam genus prædicaf de pluribus speciebus: proprium vero de vnica prædicatur specie, videlicet de ea specie, cuius est proprium. Discrepant quoque per hoc quod proprium conuertitur in prædicatione cum ea re, cuius est proprium: sed genus non conuertitur cum ea re, cuius est genus. nam verum est dicere omnis homo est risibilis, & omne risibile est homo: sed non est verum dicere, omne animal est homo, sicut est verum dicere omnis homo est animal.

Inquit. Commune autem est generi & accidenti, vt prædicentur, quemadmodum diximus, de pluribus: siue illa accidẽtia fuerint separabilia vel inseparabilia. nam motus de pluribus prædicaf, & est accis separabile: inseparabile vero vt nigredo, q̃ de coruo prædicaf & de æthiope, & de reliquis rebus, à qbus nõ separatur.

Differt præterea genus ab accidente, quia genus est prius natura ipsis speciebus: species vero ipsis accidentibus. nam habens aliquod accidens est prius natura suo accidente: quemadmodum eius genus est prius eo. vt homo, qui quidem est prior ipso colore in eo existente, & animal est prius ipso. & in accidentibus illud separabilibus est perspicuum. Discrepat iterum genus ab accidente, quod accidens prædicatur de illis rebus, quæ communicant cum ipso, secundum magis & minus: sed genus non prædicatur de illis rebus ei communicantibus per magis & minus. nam aliqui homines sunt alijs nigriores, sed nullus hõ est magis asal q̃ alius homo, neque equus magis quàm homo. Cuius rei causa est, quoniam accidentia prædicantur primo de individuis: individua autem sunt diuersa per magis & minus, sed genera & species sunt priora natura ipsis individuis, neque existunt in individuis. Et hoc quod dicit Porphyrius est verum, iuxta sententiã ponentium ideas: hoc est, si dantur genera & species extra intellectum. Differunt insuper genera ab accidentibus, quia genera prædicantur de re in eo quod quid: accidentia vero prædicantur de re, vel in eo quod qualis res est, uel qualiter sit. nã si quęrat à nobis qualis res sit ethiops, respondebimus q̃ est niger: & si interrogemur qualis sit Socrates, rñdebitur iustus, vel iniustus.

Inquit. Iam itaque narrauimus in quo differat genus, à reliquis quatuor. & cùm hęc sint quinque, necesse est vt eorum distinctiones sint decem, videlicet quatuor, tres, duæ, vna. & hoc, propterea quia ipsæ sunt quinque, & diuersitates quatuor, ergo diuersitates erunt viginti, scilicet multiplicatis quatuor in quinque, & si proiciamus ex ipsis illa decem replicata, remanebunt decem. vt exempli gratia, genus differt à reliquis quatuor differentijs. Differentia quoq; distinguitur per quatuor, nisi quod per id, quo distinguitur, à genere, distinguitur quoque genus ab ipsa. relinquitur igitur vt differentia differat à tribus, videlicet à proprio, specie & accidente. Et ipsa species quoque differt ab eis per quatuor, ex quibus proiiciantur duo, quę fuit distinctio eius à genere. nã iam fuit facta mentio de diuersitate generis ab ipsa, & diuersitate eius à differentia quoque. nam iam est facta mentio de diuersitate ipsius differẽtię ab ipso. relinquuntur ergo duo, videlicet vt differat ab accidente, & à proprio. Idem idem & ipsum proprium habet quatuor diuisiones. si ergo proiiciantur tres prędictæ, relinquetur vna ex ipsis: nempe vt differat ab accidente. Pari ratione & ipsum accidens habebit quatuor differentias: sed iam fuit facta mẽtio de eo cum singulo illorum: ideo proiiciemus eas ab eo. Decem itaque differentię detrahuntur, & decem relinquuntur. Postquam ergo narrauimus, in quo differat genus à quatuor alijs reliquis: nũc dicendum est, in quo differat differentia à reliquis tribus, videlicet à specie, proprio, & accidente. tres ergo sunt ex hoc diuersitates. & adhuc narrabimus, in quo differat species à proprio, & accidente: & hę sunt duę distinctiones. & iterum narrabimus post hoc, in quo differat proprium ab accidente, vnica scilicet differentia. sic igit̃ sunt decem differentię. et ideo cõtinetes quæ reperiuntur inter quælibet duo eor̃, erũt decem.

Dicamus ergo quòd id, quo communicat differentia cum specie est, q̃ prædicantur æqualiter de rebus, de quibus prędicatur, non secundum magis & minus: quia non datur aliquis homo, q̃ sit magis homo, quàm alius, neque rationale magis rationale, quàm aliud rationale, nisi velis intelligere per ratiocinium ratiocinium accidentale. Communicant rursus, quia semper insunt illis rebus, de quibus prædicantur, nam Socrates semper est rationalis, ac semper est homo.

Sed proprium est ipsi, differentiæ, quod prædicatur in eo quod quale. sed species proprie habet prædicari in eo quod quid: licet fiat respõsio ad interrogationem de specie factam per quale est: propterea quia contingit ipsam speciem habere illam differentiam. Adde etiam quòd differentię reperiuntur in pluribus speciebus quàm vna, vt habere quatuor pedes, multis quidem ineſt animalibus differentibus specie: sed species ineſt individuis sub ea existentibus. Hæc tamen differentia & diuersitas reperitur inter illas differentias, quæ non sunt differentię vltimarum specierum. Differt insuper differentia ab ipsa specie, quia est prior ea natura, nam ablato irrationali, aufertur quoque asinus;

nus, sed ablato asino, non aufertur irrationale: sed dato asino, datur etiam irrationale. & hoc accidit illis differentijs, quæ pluribus insunt speciebus. Differt adhuc differentia à specie, quia differentia componitur cum alia differentia in ipsa definitione: vt rationale & mortale, quæ in definitione hominis sumuntur. hoc autem iuxta sententiam ponentium rationale esse commune homini & angelo, nam homo constat ex rationali & mortali. sed nulla spes constat ex duabus speciebus: licet quandoque componatur aliquod individuum speciei ex duobus individuis duarum specierum diuersarum: vt mulus qui ex asino et equo constat. sed species muli non cõstabit ex specie equi, ac specie asini: quemadmodũ homo constat ex vniuersali rationali, & vniuersali mortali. Hoc autem ideo fit, quia mulus est medius inter equum & asinum: & fit ex parte, quæ est communis eis. & hoc est aliud genus compositionis præter compositionem differentiarum, si concedatur quòd fiat compositio speciei ex specie: quod tamẽ Porphyrius negabat. Videtur tamen quòd huiusmodi compositio sit ex genere cõpositionis specierum, quæ sunt mediæ inter extrema, quæ quidem est diuersa à compositione rei ex differentijs in definitionibus.

Vide. 7. Metaph. cex. 28.

Inquit. Commune est differentijs, & proprio, quòd res, quibus communicant, ac de quibus prædicantur, vtique æqualiter prædicantur. nam rationalium nullum excedit alterum alterum in hoc, scilicet in ratiocinato, quod sub substantia continetur. pari ratione & risibilia. Commune iterum est eis vt reperiantur semper in rebus, de quibus prædicãtur atque in omnibus ipsis. nam bipes semper dicitur bipes: licet deficiat pedibus aliquo tempore, aliquod ex his, quæ sic denominantur. quoniam, cùm dicimus aliquod esse semper bipes, intelligimus ipsum esse ita à natura procreatum, vt duos obtineat pedes tantum: quemadmodum risus ineſt quidem homini semper, non quòd semper rideat actu, sed quia est ad id natura aptus natus.

Proprium autem ipsi differentiæ est, vt dicatur de pluribus speciebus: vt rationale, quod de homine & angelo dicitur (iuxta scilicet sententiam eorum, qui dicunt rationale dici de homine & angelo vniuoce.) sed proprium de vna tantum prædicatur specie. Inquit. Discrepant quoque differentiæ ab ipsis propriis. quoniam aliquæ differentiæ non cõuertuntur: propria vero semper conuertuntur.

Commune etiam est differentiæ, & accidenti inseparabili, vt insint semper illis rebus, de quibus prædicãtur, & in omnibus ipsis. nam habere duos pedes ineſt semper coruo, atque ipsa nigredo.

Discrepant tamen, quia per differentiam non abundat id, cuius ipsa est differentia: hoc est, quod habens differentiam non abundat super ipsam differentiam. vt ob rationale homo non abundat super ipsum. accidentia vero partim continent, partim cõtinentur. continent quidem, ea ratione, qua prædicantur de pluribus: continentur vero, ea ratione, qua eorum subiecta non se singulatim vnico exponunt accidenti: immo potest reperiri in eis accidẽs aliquod, & eius oppositum: vt nigredo quæ continet ex speciebus hominem, & non hominem. quamobrem in plus se habet nigredo quam species hominis, & non hominis. homo tamen continet nigredinem, quia reperitur homo niger, & non niger. Præterea, differentia non suscipit magis & minus: accidentia vero suscipiunt magis & minus. Differentię insuper contrariæ non admiscentur, ita vt fiat ex eis vnũ medium: sed accidentia contraria commiscentur vtique, & fit ex eis medium: vt cùm commiscetur albedo cum nigredine, ex quibus resultat viride, & rubeum, & reliqui mediĩ colores. Hæc ergo sunt ea, quibus communicat differentia cum reliquis alijs, & quæ sint eis propria. Reliquum igitur est, vt dicamus in quo differat species à proprio & accidente, & quid sit eis commune: & in quo distinguaf proprium ab accidente, & in quo communicent.

Dicamus itaque quòd species & proprium communicant in hoc, quòd quodlibet eorum conuertitur cum alio. nam si homo est, risibile est: et si risibile est, homo est. Habent præterea hoc commune sibi, vt scilicet insint semper rebus, de quibus prædicantur.

Differt tamen species à proprio: quoniam species potest esse genus alicuius alterius: proprium vero non potest esse proprium alijs rebus, quàm illis, quibus est proprium. Species præterea prior est proprio: & proprium est posterius specie. nam dato homine, sequitur vt detur risibile: & si datur risibile, oportet vt homo præcedat. Species insuper ineſt illi subiecto, de quo prdicatur, semper in actu: sed proprium ineſt actu quibusdam temporibus, in potentia vero semper. nam Socrates semper est homo actu, sed non ridet semper actu, sed semper est risibilis in potentia. Adde etiam quòd res, quarum definitiones sunt diuersæ, sunt & ipsæ quoq; inter se diuersæ. sed iam fuit probatũ definitiones horum esse diuersas. nam definitio data de specie fuit, q̃ est quæ sub genere est locata, & q̃ prædicatur in eo q̃ quid est de individuis: proprium vero, quod ineſt alicui speciei soli, & toti, & semper.

Est autem commune speciei & accidenti, vt prædicentur de pluribus. Inquit, Parum admodũ est id reliquũ, quo cõicari possint, propter maximã distantiã, quæ inter accidens & rem cui accidit, existit.

Proprium tamen eorum est, q̃ species prædicatur de re, cuius est species, in eo quod quid: & accidẽs in eo quod quale est, vel qualiter se habet. omnes enim substantię sensibiles habent vnam speciem, & habent plura accidentia separabilia & inseparabilia. Species præterea præcedunt ratione ipsa accidentia, licet sint inseparabilia. nam oportet vt reperiatur subiectum, & postea accidit et id, quòd accidit. oriuntur autem accidentia post species, naturaq; eorũ subingreditur naturam earum. Reliquum nunc est, vt de proprio & accidente faciamus notificationes.

Commune itaq; est proprio & accidenti inseparabili, q̃ habens proprium, vel habens accidens, est aliud à proprio & ab accidente. nam non potest homo reperiri sine risibili. similiter quoque æthiops non potest reperiri sine nigredine. Præterea, quemadmodum proprium ineſt toti rei, cuius est proprium & semper, ita etiam accidens inseparabile.

Differunt tamẽ: quoniam proprium reperit̃ in vnica specie: accidens vero inseparabile reperitur in pluribus speciebus. vt si dixeris nigredinem reperiri in coruo, & æthiope, & ebeno, & pluribus rebus indiuisibilibus. & huius rei causa est, quia proprium conuertitur in prædicatione cum re, cuius est proprium: sed accidens non conuertitur cum habente accidens. Propria præterea non differunt secũdum magis & minus in prædicatione, vt paulo ante dictum fuit: accidentia vero in hoc differunt. Inquit. Extant adhuc aliqua alia, quibus hæc cõmunicant inter se, & quæ sunt propria vnicuiq; eorum, præter illa quæ diximus. Sed satis sint hæc, quæ dicta sunt pro hoc nostro proposito circa cognitionem harum rerum, ac earum communionem, & diuersitatem. Et hic explicunt ea, quæ in hoc introductorio continentur. Instigatus autem à quibusdam socijs nostris eruditis, ac de hoc negocio diligentibus, de secta Murgitana, quorum Deus misereatur, vt ea exponerem, ea exposui. Alias enim ego abstinuissem ab huiusmodi expositione, propter duo.

Hic finit librum hunc exposuit Auer.

Liber Porphyrij non est necessarius.

Primum, quoniam non video, hoc introductorium esse necessarium pro initio sumendo in hac arte, nam id, quod in eo dicitur, non potest esse sub ratione illius partis, quæ est communis huic arti: vt aliqui sunt opinati. Nam id, quod in eo dicitur de definitionibus harum rerum, si esset demonstratiui generis, tunc esset pars libri demonstrationis. & si esset generis probabilis, tunc esset pars libri Topicorum. Sed Porphyrius fecit mentionem de his rebus, prout sunt expositiones eorum, quæ significant illa nomina: vt fecit etiam Aristoteles in libro suo: nō quòd sint eorum definitiones. & hac ratione non est pars huius artis. Abumazar vero videtur velle quòd sit pars eius. Hæc itaque est vna causa, ob quam recusabam exponere ipsum cum expositione librorum Aristotelis.

Secunda vero causa erat, quia verba huius viri sunt per se manifesta in hoc introductorio. At, cùm desyderarem satisfacere illis quærentibus antedictis, & afferre eis felicitatem ipsius boni in omni genere felicitatis, vt apparet ex eorum maximo desyderio ad ipsas scientias, ideo inductus sum, vt ipsum exponerem, & locupletiorem intelligentiam de eo traderem. In quibusdam autem eorum, quæ narrantur in hoc tractatu, de his rebus iam fecimus legentes animaduertere in maiori parte eorum. Quædam vero eorum indigent contemplatione, sed in hoc loco inuestigatio de his rebus nō est nobis cōcessa. et Deus gloriosus, qui nostrum voluntati satisfacit, & robur p̄stat, p̄beat mihi robur.

Sermo de Communitatibus & Differentijs Generis, Speciei, Differentiæ, Proprij, & Accidentis.

LEVI. DEinde d, Auer, Et postquam definiuimus, &c. Inquit Leui, illud quod dixit de prædicatione generum, & specierum, ac differentiarum de ipsis indiuiduis, quæ sub ipsis existunt, est quidem manifestum in prædicamento substantiæ: & hoc ratione qua sunt genera, & species, atque differentiæ, & quòd exponatur indiuiduum accidentis illius à suo subiecto in ratione, vt si quæratur quid est hæc qualitas, & dicatur color: vel si quæratur quis color sit ille, & dicatur nigredo, quæ est species: vel si quæratur, qualis color sit, & dicatur niger, qui est differentia. Illa tamen distinctio, quam posuit in hac prædicatione inter differentiam & speciem, videlicet quòd differentia prædicatur de speciebus & de indiuiduis, & species possibile est vt non prædicetur nisi de indiuiduis, reperitur quoque inter speciem mediam, & speciem vltimam, aut inter differentias specierum mediarum, & differentias specierum vltimarum. Sed vera differentia inter speciem & ipsam differentiam est, quòd differentia prædicatur semper de specie, nam differentia vltimæ speciei prædicatur de illamet specie: & vltima species non prædicatur de illamet specie, sed de indiuiduis. nam homo non prædicatur de homine: quoniam res non prædicatur de se ipsa.

Deinde dicit Auerroes. Est quoque hoc commune generi & differentiæ, quòd quicquid prædicatur de quouis eorum in eo quod quid, est genus & differentia. Inquit Leui. Sensus est, quòd si quæratur de aliquo animali quid sit, potent respondere equus vel asinus: sed hoc non habet quatenus est animal. sed si debet responderi ea ratione qua est animal, respondebitur corpus nutribile: quod quidem necessario inest ipsi animali, quoniam quicquid verificauit de his, quæ sunt sub vegetabili, idem verificatur de omnibus indiuiduis, & speciebus, quæ sunt sub animali. Vel possumus exponere, quòd cum quæritur quid est animal, potest responderi habens corpus, vel corpus nutribile sensitiuum. & hoc verificatur de omnibus indiuiduis & speciebus, quæ sunt sub ipso, pari ratione si quæratur quid est rationale, quod est differētia, respondebit susceptibilitas scientiæ, vel vsus rationis, & hoc prædicabitur de omnibus indiuiduis speciei habentis illam differentiam.

Deinde dicit Auerroes. Quarto est proprium generi, vt sit vnum in qualibet specie. Inquit Leui. Sensus est quòd diuersa genera vnius & eiusdem speciei non sunt eiusdemmet ordinis: vt animal, quod est genus ad hominem, cui etiam est genus ipsum vegetabile, hæc autem duo genera non se habent secundum vnum ordinem. Et si sumantur genera diuersa secundum nomina synonyma, non propterea erunt genera diuersa. sed differentia aliqua inest speciei secundum gradum vnum, plusquam alia differentia: licet non sint nomina synonyma, etsi illa differentia quæ gignit speciem, necessario sit vna. nam si definiamus hominem per hoc, quod sit corpus vegetabile, sensitiuum, rationale, tunc ipsum rationale erit vera differentia, & reliquæ differentiæ stabunt vice generis. Nihil tamen prohibet quin cognoscamus illam formam, quæ genauit speciem, variis modis, videlicet si accipiamus ipsammet formam, vt dicendo intellectiuum: vel capiamus actionem illius formæ, sine qua non potest habere affectum vel ipsum passum in illa actione, vt si dixerimus intelligens in potentia, vel rationale in potentia, vel susceptiuum intelligibilis in potentia. Pari ratione & de sensitiuo, si capiamus ipsam formam, dicemus hīs animam sensitiuam: si vero capiamus eius actionem dicemus sensitiuum: & si eius passum sumamus, dicemus percipiens sensibilia.

Deinde dicit. Cōmune est generi & speciei, &c. Inquit Leui. Sensus est, quòd si reperitur species, reperitur & genus: non quòd necessario sit genus, nam potest reperiri solus homo, quo reperto, reperitur & animal, quod est prius natura ipso: cū tamen animal non sit tunc genus.

Deinde dicit. Differunt adhuc, quoniam genera prædicantur de speciebus vniuoce, &c. Inquit Leui. Sensus est, quòd species non prædicatur de genere vniuoce, & dixit hoc, propterea quia potest prædicari de ipso æquiuoce: si contingat vt aliqua species, quæ est sub illo genere, habeat aliquod nomen, & denominentur illo nomine æquiuoce reliquæ species, quæ sunt sub illo genere.

Deinde dicit. Sed species superant ea per differentias, &c. Inquit Leui. Iam diximus in tractatu de differentia, quo pacto sit vera hæc sententia.

Deinde dicit. Est adhuc eis cōmune, &c. Inquit Leui. Scias quòd hoc est verum in ipso proprio, quod existit in potentia: sed illud proprium, quod reperitur in actu semper, nihil prohibet quin prædicetur secundum magis & minus de ea re, de qua prædicatur, nam quòd homo sit albus thoracis, est sibi proprium, cum tamen reperiatur aliquis homo latioris thoracis, quàm aliquis alius. & par erit ratio de reliquis propriis, quæ actu reperiuntur semper rei, cui sunt propria. Et vera propria tandem sunt illa, quæ sunt in potentia, quoniam extant ratione formæ, sed propria, quæ actu existunt, sunt sic ratione maternæ: & ideo suscipiunt excessum & defectum. Sed hic non est locus declarationis integræ huius dicti, sed non latet eum, qui in scientia Naturali exercitatus est.

Deinde dicit Porphyrius. Et genus & accidens, &c. Discrepat iterum genus ab accidente. Inquit Leui. Hęc causa, quam intendit Porphyrius reddere, non attinet ad hanc artem: hoc est ꝙ hęc inquisitio non habet attributionem ad hanc artem: & iam ipsemet Porphyrius i initio huius libri supposuit, quòd non tractabit de quæstis non logicalibus. Adde etiam quòd ipse fuit coactus in reddēda hac causa declinare ad vnius opinionem, quæ habetur de generibus & speciebus, & ipse fundauit hanc causam super sententiam Platonis: quæ quidem duabus rationibus non proportionatur huic arti. Prima est, quia determinatio vnius harum duarum opinionum non potest fieri sine prima Philosophia, quæ tractat de ente vt est ens.

Secunda ratio vero est, quia licet opinio Platonis nullam haberet controuersiam, nihilominus non debet ab hac arte poni, cum non sit famosa, & publica. si ergo non attinet ad hanc artem reddere huiusmodi causam, sequitur igitur quòd inuestigare, vtrum hæc causa sit vera, vel non, non attinet ad hanc artem. ideoque non est nostrum, quatenus sumus professores huius artis tractare de hac causa hic. Verum in inquisitione huius causæ quam reddidit, vtrum sit vera vel ne, aliqua extat scientia. Nos tamen dicimus quòd illa causa, quam tradidit hic, non est vera. Quoniam ipse dicit quòd accidentia prædicantur ex primario proposito de ipsis indiuiduis: & ideo suscipiunt in huiusmodi prædicatione excessum & defectum, cū indiuidua suscipiant excessum & defectum. Intelligit autem per hoc quòd, cum nos videamus in indiuiduis vnius speciei met diuersitatem, ergo necesse est vt suscipiatur excessus & defectus in p̄dicatione illa rei, de qua accidentia prædicant: propterea quia prædicantur ex primario proposito de ipsis indiuiduis. sequeretur ergo vt id, quod non suscipit excessum & defectum in prædicatione rei, de qua prædicatur, non erit vtique prædicatum ex primario proposito de indiuiduis. hoc autem est falsum: quoniam aliqua sunt accidentia, quæ non suscipiunt magis & minus in eorum prædicatione, vtiī fuerint multæ res duplum vnius rei, videlicet quælibet earum, tunc manifestum est quòd in hac prædicatione non suscipient excessum & defectum, quia non est duplum magis duplo: & tamen dicuntur ex primario proposito de indiuiduis, vt dixit

accidentia

accidentia prædicari ex prima intentione de indiuiduis. sequitur ergo ex his, vt quædam accidentia non prædicentur primario proposito de indiuiduis, & prædicentur primario proposito de indiuiduis eademmet ratione simul, quod est falsum: quia affirmatio & negatio non possunt esse vera & falsa, semper, vt probabitur.

Causa etiam, quam reddit ob quam genera & species non suscipiunt excessum & defectum in prædicatione de re, de qua prædicantur, nempe quia non sunt in indiuiduis ex primaria intentione, non est omnino vera causa. Quoniam etsi concessetimus genera & species inesse indiuiduis ex primo proposito, vt dicit Aristoteles, non sequitur propter hoc, vt cum prædicantur de illis, suscipiant magis & minus, & hoc quidem est notum, si consyderemus quo pacto indiuidua vnius speciei suscipiunt excessum & defectum, nam non inueniemus in eis distinctiones, nisi in eo quod inest eis per accidens, de quo sunt data definitio paulo ante, & non in eo quod inest eis per se. Et huius rei ratio est, quia materia formæ specificæ habet magnā latitudinem in quantitate & qualitate, vt in scientia Naturali probabitur, manifestum enim est, quòd genera & species significant per se id, quod de eis dicitur: quoniam vel significat quiditatem rei, vel partem quiditatis, hæc itaque non est vera causa. Nostrum itaque est exponere hic ipsam causam, etsi ad hanc artem non attineat: cum videmus Porphyrium fuisse diligentem in declaratione huius causę, & nos iam declarauimus defectum, quem obtinet illa causa.

Dicamus ergo ꝙ est, cum excessus & defectus non reperiātur, nisi in contrariis tantum, habentibus natura medium, vel prout aliquis permittit locus. Intelligo autem per contraria habentia natura medium, vt calidum & frigidum, vel nigrum & album: nemo autem dubitat quòd datur aliquod calidum calidius alio, & huius rei causa est, quia id, quod est minus calidum, magis accedit ad cōtrarium, quod est frigidum, & ideo est medium inter calidum in extremo, & frigidum in extremo: nam ipsum non est calidum in extremo, neque frigidum in extremo, quia tunc non nominaretur calidum vllo pacto. ergo manifestum est, quòd excessus & defectus non reperitur nisi in contrariis habentibus medium: quoniam, quæ sic denominata sunt secundum minus, necessario sunt in medio. Pari ratione magnum & paruum, quæ sunt contraria secundum locum, & extat inter ipsa medium, suscipiunt quidem excessum & defectum, nam datur aliquis homo maior alio, & cum quantitas humana sit natura determinata, videlicet ꝙ non datur homo, vt formica paruus, neque magnus magnitudine vnius miliaris, ideo datur magnum aliquod in extremo, & paruū in extremo: & sic quod minus est, necessario existit in medio, videlicet minus in magnitudine, vel minus in paruitate. Causa autem, ob quam nihil suscipit excessum & defectum, nisi contraria habentia medium, est, quia cōtraria, quæ non habent medium, quicquid egreditur ab vno contrariorum, statim ingreditur aliud. vt grana exempli, numerus par non est magis numerus par quàm alius: quia omnis numerus vel est par vel impar, identudem, & quicquid nō habet contrarium, vt est substantia, cui opponitur priuatio: nam substantia vel existit vel est priuata, & ideo substantia non suscipit magis & minus. Patet ergo quòd genera & species ac differentiæ de prædicamento substantiæ non suscipiunt magis & minus in eorum prædicatione de aliqua re: genera vero, & species, atq; differentiæ reliquorum prædicamentorum, quæ non habent contrarium, constat quidem ea non prædicari de ea re, de qua prædicantur secundum excessum vel defectum. Identidem constat de habentibus contrarium, quæ non habēt medium, tum secundum naturam, tum etiam secundum locum. sed illa contraria, quæ medium obtinent, quæ quidem sunt vltimæ species de necessitate, vel earum differentię videtur quòd possint prædicari de his, quæ sub ipsis existūt, secundum magis & minus, hoc est de indiuiduis illius accidentis. nam dica potest hanc nigredinem esse magis colorem nigrum, quàm illam aliam nigredinem, sed non prædicabitur differentia de ipsa nigredine, quę est species secundum magis & minus: quoniam vniuersalia sunt immutabilia: sed indiuidua cum sint variabilia per id, quod habent per accidens, ideo contingit hoc in diuiduis accidentis: videlicet, quia eorum subiecta, quæ sunt indiuidua, suscipiunt excessum & defectum per id, quod eis inest, quod non est quiditas, neque pars quiditatis. Accidit ergo hoc indiuiduis accidentium, ea ratione qua sunt accidens, non ea ratione qua sunt indiuidua speciei.

Deinde dicit. Dicamus ergo quòd id, quo communicat differentia cum specie, &c. Inquit Leui. Sensus est, quòd si sumatur ea ratione, qua est species vel differentia, prædicabitur quidem æqualiter: sed si sumatur rationale in actu, non prædicabitur æqualiter, & ita hō, in aliquo, n. idiomate licet dicere alicui quem virum integrum, esse magis hominem, quàm alium.

Deinde dicit. Sed proprium est ipsi differentiæ, &c. Inquit Leui. Iam declarauimus hoc in tractatu de differentia.

Deinde dicit. Adde etiam, quòd differentiæ reperiuntur ꝙq; in pluribus speciebus. Inquit Leui. Hæc non est diuersitas ex hac ratione, quia quandoque reperiuntur differentiæ inter mediam speciem, & vltimam: & differentiæ quoque specierum intermediarum prædicantur de pluribus speciebus: secus vero est de differentiis vltimarum specierum. & ita quoque species media prædicatur de pluribus speciebus: secus vero est de specie vltima. Credimus itaque ex errore scriptoris hoc erratum fuisse. Vera ergo disceptatio in hoc est, quòd differentiæ possunt reperiri in specie, vel in pluribus speciebus. sed ipsa species vltima tantum inest indiuiduis sub ea existentibus, & hoc nemineh latet.

Deinde dicit. Differt insuper differentia ab ipsa specie, quia est prior ea natura, &c. Inquit Leui. In hoc sermone extat omnino error, quoniam, si Porphyrius intelligit speciem relatam ad differentiam, id est quam gignit ipsa differentia, hoc non esset verum, iuxta exemplum ab eo datum de hoc. si vero intelligat speciem non relatam, tunc dabitur aliqua species, quæ erit communior aliqua differēta. Sed credo hoc exemplum non fuisse positum à Porphyrio: sed sunt verba Auerrois, & hæc diuersitas, quam narrauit hic Porphyrius, est quidem vera, scilicet inter differentiam & speciem quam gignit: nempe quòd differentia potest esse prior natura ipsa specie: quoniam genera diuersa possunt diuidi per vnicam differentiam: vt si diuidatur vegetabile in radicabile in terram & non radicabile in terram, nam herbula illa virens, quæ super aquam natat, siue Alga nō est terræ hærens radicibus. Diuiditur quoque animal in radicabile in terram, & non radicabile, nā ponigia marina terræ inhęret, & sic datur differentia communior ea specie, quam patri, & ideo est prior ea natura.

Deinde dicit. Differt adhuc differentia à specie, quia differentia componitur cum alia differētia in definitione. Inquit Leui. Hoc est manifestum: nam nutribile, quod est differentia componitur cum sensibili in definitione animalis, de quo dicitur quod est corpus nutribile sensitiuum, sed exemplum ab eo datum non est rectum, quia rationale & mortale non dicuntur duæ differentiæ, nisi copulentur ad aliquod genus, vt consuetum est in definitione heri, nam si dicatur in definitione hominis rationale, mortale, tunc non reperitur ibi nisi vna differentia, & ideo manifestum est quòd cum dicimus quòd iunt duæ differentiæ, oportet tunc vt reperiatur genus præcedens eis. sed cum dicimus animal rationale, non subingreditur animal, neq; subintelligitur: quia hoc nomen animal non dicitur de eis vniuoce, sed meta æquiuocatione, quoniam per animal intelligimus in homine nutribilitatem & sentationem: in angelo vero æternitatem & stabilitatem. & ideo non oportet addere in definitione hominis mortale: nam animal rationale nihil aliud amplectitur quàm hominem. Præterea mortale non potest esse eius differentia. quoniam differentia gignit quiditatem rei, quia est eius forma: mors vero non est forma hominis, immo est corruptio formæ. Neque componuntur species ex duabus speciebus in definitione, ita vt dicamus in definitione muli, quòd est asinus & equus. Ita quoque dicit ipse Porphyrius, quòd non componitur indiuiduum vnius speciei ex duobus indiuiduis speciērum secundum esse: nam non reperitur equus in mulo, neq; asinus, sed existit ex parte communi ipsis, si concedamus illud esse compositionem speciei ex specie, nam Aristoteles in libro de Animalibus probat ꝙ semen maris animalium non cōcurrit ad compositionem generationis: sed tantum singuis forminæ. Galenus vero & Auicenna hoc recusant. D. d. Commune est differentiis & proprio, vt æqualiter prædicentur, &c. Inquit Leui. Scire debes quod id, quod dixit de proprio, quòd non prædicatur secundum magis & minus de re de qua prædicatur, non verificatur nisi de ea proprietate, quæ inest rei ratione formæ. nam proprium, quod ratione materiæ existit illi, potest quidem prædicari de ea re, de qua prædicatur, secundum magis & minus: vt exempli gratia, latitudo faciei est proprium hominis, tamen reperitur aliquis homo habens faciem latiorem alio.

Deinde dicit. Proprium autem ipsi differentiæ est, vt dicatur de pluribus speciebus. Inquit Leui. Hoc est manifestum ex prædictis. Differentia vero, quæ vltimam gignit speciem in vno genere, potest generare unā spēm in alio genere: vt quadrupes, quod parit vltimam speciem in genere volucrum pennatorum, & parit speciem in genere gressibum. hoc autem non potest contingere ipsi proprio, vt in eius definitione ponatur hoc dictum est. Possumus tamen adhuc dicere quòd eius sententia

in hoc est, q̃ sub differentia possunt repériri multę species, non tamen sub proprio. & hoc videtur velle Porphyrius, vt potest ex verbis eius in superioribus dictis colligi. Sed prima expositio videtur nobis verior: quoniam proprium potest prędicari de pluribus speciebus, vt sunt propria specierum interme diarum, vel proprium supremi generis. nam Aristoteles iam narrauit quædam genera suprema in libro prædicamentorũ: vt exempli causa, quòd ex proprietatibus quantitatis est, esse æquale vel inæquale: qualitatis vero simile & dissimile.

Deinde dicit. Discrepant quoque differentiæ ab ipsis proprijs, quoniam aliquæ differentiæ non conuertuntur, &c. Inquit Leui. Posset quis opinari quòd per differentias, quæ non conuertuntur, intelligat differentias diuisiuas. nam rationale, quod est differentia diuisiua animalis, non cõuertitur cum animali in prædicatione, sed bene conuertitur cum ea re, cuius est differentia, videlicet cum homine. hoc tamen non est verum: quoniam proprium conuertitur cum re habente proprium, non cum genere in quo est proprium, hoc est in parte eius. sed sensus huius est, quòd differentia potest esse communior, quàm habens differentiam: vt aquatile, quod est differentia in ipso animali, & tamen est communius animali aquatili. nam vegetabile potest diuidi per aquaticum, & terreum. & hoc non potest heri in ipso proprio.

Deinde dicit. Discrepant tamen, quia per differentiam non abundat, &c. Inquit Leui. Hoc est notũ, quod hîs dñam non abundat super differentiam: licet differentia possit abundare super id, quod habet differentiam, vt paulo ante dictum fuit.

Deinde dicit. Præterea differentia non suscipit magis & minus. Inquit Leui. Iam declarauimus quæ nam sint illæ differentiæ, quæ videntur posse suscipere excessum & defectum, & qua ratione accidat id sibi.

Deinde dicit. Differentiæ insuper contrariæ non admiscentur, &c. Inquit Leui. Si debet esse verum hoc dictum, debet intelligi, quòd nigrum quod est differentia, si cõiungatur cum colore, ita vt dicatur color niger non admiscebitur cum albo, quod est differentia: quoniam vnum contrarium non recipit aliud contrarium sibi. sed subiectum coloris, scilicet corpus bene potest in eo hoc fieri: nempe vt misceatur corpus album cum nigro: & sic efficiatur coloratum medium. & hac ratione nigredo & albedo erunt accidens, videlicet illud accidens, quod fuit antea descriptum in hoc libro, quod non est quidditas, neque pars quiditatis rei.

Deinde dicit. Differt tamen species à proprio, &c. Inquit Leui. Necesse est vt in hoc dicto adsit error, quoniam, si intelligit quòd species possit esse genus, sed proprium non possit esse genus, hæc quidem esset mera contrarietas, & ita quoq; si intelligat quòd species possit esse species alicui alteri generi, præter illud genus, cuius est species, sed proprium non possit alicui alteri speciei esse proprium, præterquam illi cui est proprium. Nobis itaq; videtur quòd sit error scriptoris, vel librorum. sed sententia Porphyrii est, quòd species possit esse species alicui alii generi: vt radicabile in terram est species ipsius vegetabilis, & species animalis: vt paulo ante fuit dictum. proprium vero non potest habere hoc.

Deinde dicit. Extant adhuc aliqua alia, quibus hæc communicant inter se, & quæ sunt propria, &c.

Dixit Auerroes. Ego non video hoc introductorium esse necessarium pro initio sumendo in hac arte. nam id, quod in eo dicitur, non potest esse sub ratione illius partis, quæ est communis huic arti. Inquit Leui. Auerrois intelligit per hæc verba quòd in hac arte extat quædam pars, quæ est communis omnibus illis quinque artibus: & quædam alia pars, quæ considerat de singula illarũ proprie & singillatim seorsum, & id, quod est commune cunctis illis quinque artibus, debet vtique præcedere.

Deinde dicit Auerroes. Nã si id, quod in eo dicitur de definitionibus harum rerum, esset generis demõstratiui, & cętera.

Inquit Leui. Si Porphyrius declarasset demonstratiue, quòd hæ sunt definitiones horum nominum, tunc esset verum hoc, quod dicit Auerroes: sed ipse posuit eas tãquam propositum horum nominum, & non inuestigauit vtrum sint veræ definitiones, & nos iam diximus quòd declaratio horũ nominum debet præcedere librum prædicamentorum; quia hæc nomina reperiuntur in omnibus prædicamentis, & per ipsa completur notitia vniuscuiusque prædicamenti, quo pacto ipsa genus supremum prædicabile vniuoce de his, quę sub ipso exiliunt. Adde etiam quòd hæcmet dubitatio continget in definitionibus & descriptionibus datis ab Aristotele in libro Prædicamentorum, & Peri hermenias, & Priorum: qui quidem sunt libri communes cunctis illis quinque artibus, & hic finit expositio libri Introductorii. Laus Deo.

Introductionis Porphyrij, cum Auerroe et Leui finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS PRAEDICAMENTA.

SEVERINO BOETHO INTERPRETE:

Cum Auerrois Cordubensis Expositione, & Leui Gherſonidis Annotationibus: omnibus nunc primum

à Iacob Mantino Hebræo Medico in Latinum conuersis.

SVMMA LIBRI.

De quibusdam tanquam suppositis, ad Prædicamentorum doctrinam conferentibus. De Prædicamentis ipsis. De consequentibus quibusdã ad ipsa Prædicamenta: ac de nonnullis uocibus, de quibus mentio facta est in Prædicamentis.

TRACTATVS PRIMVS.

De Aequiuocis, Vniuocis, & Denominatiuis: Eorum etiam, quæ dicuntur diuisio. Cap. I.

Equiuoca dicũtur, quorũ nomen solum commune est, secundum nomen vero substãtiæ ratio diuersa: vt animal, & homo, & quod pictum est. horũ.n. solum nomẽ commune est, ſm nomen vero substãtiæ ratio diuersa. Si. n. quis assignet quid sit eorum vtrunq; quòd animal est, propriã assignabit vtriusq; rationem.

Vniuoca vero dicũtur, quorum & nomen commune est, & secundum nomen eadem substantiæ ratio: vt animal & homo, atq; bos. communi enim nomine horum vtrunq; animal nuncupatur, & est ratio substãtię eadem. Si quis.n. assignet vtriusq; rõnem, qd vtrũq; est quòd aial est, eandem assignabit rationem.

Denominatiua vero dicuntur, quæcunq; ab aliquo, differentia casu, secundum nomen habent appellationem: vt à grãmatica grammaticus, & à fortitudine fortis.

Eorum quæ dicuntur, alia quidem secundum complexionem dicuntur, alia vero sine complexione. Ea igitur quæ ſm complexionẽ dicuntur, sunt, vt homo currit, homo vincit: Ea vero quæ sine complexione dicuntur, sunt, vt homo, bos, currit, vincit.

AVERROIS EXPOSITIO.

Tractatus Primus.

Libri intentio.

Propositum huius tractatus est exponere ea, quæ in libris Aristotelis continentur de arte Logica: ac perficere ipsa pro viribus nostris, & vt nostri moris est in reliquis eius libris. Et incipiemus à primo suorum librorum huius artis, qui liber prædicamentorum nuncupatur. Et dicimus hunc librum summatim diuidi in tres tractatus. Primus tractatus se habet veluti præfatio ad ea, quæ vult tractare in hoc libro. nam in eo continẽntur ea, quæ sunt veluti prænotiones, & definitiones ad ea, quæ vult tractare in hoc libro. In Secundo tractatu affert decẽ prædicamẽta singillatim, & describit vnũquodq; eorum sua descriptione sibi propria: et diuidit ipsum in suas species famosas, & tradit eius propria quoq; famosa. In Tertio notificat consequentia vniuersalia, & accidentia communia cunctis prædicamentis, vel pluribus eorum, quatenus sunt prædicamenta euentia.

Libri Diuisio.

Primus Tractatus continet quinque capita. In Primo capite narrantur quædam, quæ insunt entibus ratione significationum dictionũ super ipsis. In Secundo declaratur qd sit substãtia, quidue accidens, prout in hac consyderatur arte, hoc est ipsa substãtia vniuersalis, eiusq; individuum: & accidens vniuersale, eiusq; individuum. In Tertio notificat q̃ quando aliquod prædicatum prædicatur de aliquo subiecto, prædicatione notificante essentiam eius, & prædicetur de illo prædicato aliud prædicatum notificans etiam eius essentiam, q̃ illud aliud prædicatum notificabit quoque essentiam illius subiecti, quam notificauit illud primum. In Quarto declarabit quę nam sint illa genera, quæ debẽnt communicari in differentijs diuisiuis, & quæ vero non. In Quinto affert diuisionem entium simplicium in decem prædicamenta, & vniuscuiusque adducit exemplum: vbi declarabit etiam q̃ in entibus simplicibus, quæ per simplices dictiones denotantur, non datur affirmatio vel negatio: sed datur in ipsis compositis, ea ratione, qua denotantur per compositas dictiones.

Primæ partis diuisio.

Caput Primum.

INquit Aristoteles. Res, quarum nomina sunt ęquiuoca, sunt illæ, quæ nihil aliud habent cõmune, q̃ nomen solum: sed definitio cuiuslibet earum, notificans eius essentiã, prout significat illud nomen ęquiuocum, est quidem diuersa à definitione alterius. habet enim definitionem sibi propriam: vnaquæque earum

vt exempli gratia, hoc nomen animal, quod dicitur de homine picto & de homine rationali: quorū quidem definitiones sunt diuersæ, nihilq; vniuersale & commune eos coniungit, nisi nomen tantum: vt cùm dicimus de ipsis simul quòd sunt animalia.

Res vero, quarum nomina sunt vniuoca, sunt quæ idem obtinent nomen & commune, & definitio, quæ præstat earum essentiam, prout illud nomē significat, est quoq; eadem; vt exempli causa, hoc nomē animal, quod dicitur de homine, & equo. Nam hoc nomen animal est commune eis, & definitio eorum significat eandem essentiam: hoc est quando dicimus, corpus nutribile sensituum, quæ est definitio animalis.

Res autem, quarum nomina sunt denominatiua, sunt quæ denominantur nomine alicuius affectus vel dispositionis, sed earum nomina discrepant à nomine illius affectus per casum: quia continent subiectum illius affectus, cū ipso affectu: vt denominatur fortis ab ipsa fortitudine, & prudens à nomine prudentiæ.

Res præterea, quę per dictiones significantur, quędam sunt simplices, quæ per simplices dictiones significantur: vt homo & equus. Quædam vero sunt compositæ, quæ per dictiones compositas indicantur: vt homo est animal, & equus currit.

LEVI ANNOTATIONES.

Caput Primum.

EXit Aristoteles. Æquiuoca dicuntur, &c. Inquit Leui. Ea dicuntur æquiuoca, quæ non habent illud vnum nomen propter aliquid substantiale commune eis, sed propter aliquid accidentale, in quo communicant: vt exemplificauit ipse de homine picto, & homine rationali. communicant enim in re accidentali, nempe ipsa figura, nam homo non est ratione, qua habet illam figuram sibi propriam: sed est homo ea ratione, qua est rationalis.

Vniuoca vero, &c. Id est quæ habent vnum nomen propter aliquid substantiale in quo communicant, vt dedit exēplum. & ideo oportet vt habeant idem nomen, & eandem definitionem, qm definitio significat quiditatem rei, quæ per illud nomen significatur, & cum quiditas, quæ per hoc nomen vniuoca significatur, sit vna in omnibus rebus, in quibus communicat hoc nomen, ideo necesse est vt definitio sit eis vna.

Denominatiua autem, &c. Inquit Leui. Cū Arist. declarauerit quędam nomina vniuoce dici de rebus, quas significant, ratione rei substantialis in qua communicant: & quædam alia æquiuoce dici de illis rebus, quas significant, ratione rei accidentalis in qua communicant: manifestum autem est, q accidēta, quorum nomina non sunt denominatiua, communia quidem sunt rebus, quas significant ratione rei substantialis, in qua communicant: nam, cum dicimus nigredinem, significamus hanc & illam, & illam nigredinem, ratione rei substantialis in qua communicant, quę est ipse color aggregatiuus visus: sed cum eorum nomina fuerint denominatiua, tunc sunt communia rebus, quas significant, ratione rei accidentalis, quæ est hoc accidens: vt cum dicimus album, quod est cōmune niui, & cygno, & reliquis rebus albis, ratione rei accidentalis, in qua communicant: ideo narrauit hic nomina denominatiua hac ratione: qm ipse declarabit adhuc de ipsis huiusmodi differentiam, nempe, q quandoq; se habeāt vt nomina vniuoca, qñq; vero vt æquiuoca. Et ideo prefatus est hic eius memoriam, vt sui quoddam principium & prænotio ad ea, quæ de ipsis intendit post hoc tractare.

D. d. Aristo. Ea vero, quæ per dictiones incomplexas significant. Inquit Leui. Aristo. præposuit in hac arte Logica tres libros, qui sunt communes quinque artibus: quarum sententias declarauit in reliquis quinque libris, & illi tres libri, qui sunt communes cunctis artibus, iunt liber Prædicamentorum, & Peri hermenias, & Priorum. Et, cū hæc ars doceat intentiones rationis, & sermonis, & qcquid ab eo procedit, dirigatq; hominem ad hoc, vt eius rationem exterius cū correspondeat conceptui animę, atq; æquetur, vt in hac arte probabitur: conceptus vero animæ oriatur ex rebus, quæ sunt extra animam, quæ quidem sunt ipsa: circo oportuit primo notificare entia quid sint in se: nō ea ratione, qua de eis fit ratiocinium & sermo, & ideo dicit q entium, aliqua sunt incompositæ, aliq; vero compositæ, & incompositæ significantur per dictiones incompositas, & compositæ per compositas. & intrauit hic compositæ, ea ratione, qua sunt extra animam, non ratione interpretationis, nam de hac in libro Interpretationis tractabitur, vt ipsemet ostendet, & hoc potest manifeste colligi ex verbis eius in hoc loco.

Eorum quæ sunt, diuisio. Cap. II.

EOrum quę sunt, alia de subiecto aliquo dicūtur, in subiecto vero nullo sunt. vt homo de subiecto quidē dicitur quodam homine, in subiecto vero nullo est. Alia autem in subiecto quidem sunt, de subiecto autem nullo dicuntur. In subiecto vero esse dico, quod cùm in aliquo sit, non sicut quędā pars, impossibile est esse sine eo in quo est: vt quædam grammatica in subiecto quidem est in anima, de subiecto vero nullo dicitur. & hoc album in subiecto quidem est corpore: omnis enim color in corpore est: de subiecto autem nullo dicitur. Alia vero de subiecto dicuntur, & in subiecto sunt. vt scientia in subiecto quidem est in anima, de subiecto vero dicitur, vt de grammatica. Alia vero neq; in subiecto sunt, neque de subiecto aliquo dicuntur: vt quidam homo, & quidam equus, nihil enim talium neq; in subiecto est, neque de subiecto aliquo dicitur. Simpliciter autem quæ sunt indiuidua, & vnum numero de subiecto nullo dicūtur: in subiecto autem nihil aliqua prohibet esse. quædam enim grammatica in ubiecto est: at de subiecto nullo dicitur.

Complexionum consistentium et inconsistentium descriptio.



Caput Secundum.

ENtium quæ dam de aliquo prædicātur subiecto, & nō sunt in subiecto aliquo: hoc est, q quędam notificant essentiam & quiditatem cuiusuis rei, de quā prædicantur, & nihil quod sit extra substantiā subiecti notificant. & hoc est ipsa substantia vniuersalis: vt animal, & homo: quę quidem cùm prædicantur de aliqua re, notificant profecto eius substantiā, & non rem aliam, quæ sit extra eius substantiam. Quædam vero alia sunt in subiecto, videlicet quæ non sunt pars eius, & quæ non possunt consistere sine subiecto, & de nullo prædicantur subiecto, s. in eo quod quid est. & illud quidem est indiuiduum accidentis: vt hæc nigredo singularis, quę in corpore singulari reperitur. nam omnis color est in corpore. Sunt & aliqua alia, quæ de subiecto aliquo prædicantur, & sunt etiam in subiecto: videlicet, quę de duabus prædicantur rebus, de quarum vna notificabunt quiditeatem, de alia vero non. de ea etenim, cuius est pars substantię, ea quidem ratione notificabunt eius quiditatem: ea vero ratione, qua non est pars substantię, non notificabunt quiditatē eius, sed habent esse in subiecto: vt est accidens vniuersale: vt scientia, quæ de anima & de grammatica prædicatur. nam dicitur grammatica est scientia, & scientia est in anima, cùm igitur prædicatur de grammatica, notificat eius essentiā, cùm sit genus ad ipsam, qua debet responderi ad interrogationem factam per quid est grammatica: & si prædicetur de anima, & dicatur anima est sciens, notificabit de ea rem, quæ non est de eius essentia. Aliqua adhuc alia de nullo prædicantur subiecto, s. prædicatione, quæ notificet eius essentiam: neq; sunt in subiecto, scilicet q non prædicātur de subiecto, ita vt notificēt de eo aliquid alienū ab ipso. & hoc est indiuiduum substantiæ demonstratum, vt Socrates, & Plato. nam de nullo prædicantur iuxta naturalem vsum, tum prædicatione notificante essentiam subiecti, tum etiam prædicatione non notificante eam. Substantia itaq; siue vniuersalis, siue particularis fuerit, in nullo penitus existit subiecto: accidens vero, tam indiuiduum, q; vniuersale, in subiecto quidem existit. Vniuersale præterea, siue sit substantia, siue accidens, dicitur de subiecto: indiuiduum uero siue sit accidens, siue substantia, de nullo subiecto dicitur. Differt præterea indiuiduum substantiæ à suo vniuersali: quoniā eius vniuersale semper de subiecto dicitur: iduiduum vero de nullo prædicatur. Differt quoq; indiuiduū accidentis à suo vniuersali: quia vniuersale prædicatur de subiecto: indiuiduum vero non prædicatur de subiecto.

AVER.

LEVI.

Caput Secundum.

DEinde d. Entium quædam de aliquo prædicantur subiecto, & non sunt in subiecto, &c. Inquit Leui. Intelligit per non esse in subiecto, id quod subiectum est, id est, quod est preter hoc, quòd illud insit ei: vt albedo, quæ est in panno: quoniam pannus est pannus, licet albedo non insit ei. sed animalitas licet sit in homine, vel ipsa rationalitas, non inest tamen ei hac ratione, nempe vt homo sit homo absque animalitate vel rationalitate, & ideo hæc dicuntur de subiecto, hoc est q prædicantur de ipso per se, nō q sint in ipso hac ratione & modo, & licet hęc quoq; dicantur esse in subiecto, hoc quidem dicitur tantum æquiuoce per id, quod in hoc loco itelligitur id, quod dicitur esse in subiecto. Quòd autem ita intelligat esse in subiecto, indicio est dum dicit, aliqua vero sunt in subiecto, quæ scilicet non sunt pars eius, & quæ non possunt stare sine subiecto. D. d. et non prædicantur de subiecto, &c. Inquit Leui. Vult q licet possimus dicere pallium est nigrum, & prædicetur de ipso pallio nigrum, & non in eo, nam non dicimus pallio inest nigrum, patet tamen q non prædicatur de eo in eo quod quid. Ex his ergo ostenditur q licet dicamus homini inest ratiocinium, nihil minus prædicatur de eo, non in eo: quia prædicatio est per se, cū significet partem quiditatis, & ideo potest fieri responsum ad interrogationem per quid est hoc, quòd sit rationale: licet respōderi possit per ipsum quoq; ad interrogationem factam per quale est, cū ipso scilicet genere, vt in superioribus dictum fuit, hoc est si fiat interrogatio p quale animal est, & respondeatur rationale, sed indiuiduum accidentis nemo dubitat q non prædicatur nisi in subiecto, in quo est. nam indiuiduum albedinis non prędicatur nisi in corpore indiuiduo, in quo est. sed species vel genus, accidentis potest prædicari de aliqua re, in eo quod quid est, hoc est prout prædicatur de indiuiduis & speciebus, quæ sub ipso existunt.

sed cum accidens nō existat p se, ideo erit in illo subiecto, i quo existit. nam scientia prędicatur de grammatica in quod quid, eo modo quo prædicatur genus de specie, & ipsa scientia est in subiecto, quod est ipsa anima. nam anima non est anima ratione scientię, sed est accidens in ea existens, si enim anima esset anima ratione scientiæ, tunc homo ignorans non haberet animam humanam: & sic non esset homo, quod est falsum.

D. d. Aliqua adhuc de nullo subiecto prædicātur, &c. Inquit Leui, Iam in superioribus fuit declaratum, q indiuidua substantiarum non prædicantur de aliqua re secundum vsum naturalē, manifestumq; est, ipsa non esse in subiecto: iccirco nec de subiecto prædicantur, neq; in eo existunt.

Regula in prædicatis essentialibus. Cap. III.

QVando alterum de altero prædicatur, vt de subiecto, quæcunq; de eo quod prędicatur dicuntur, oia etiam de subiecto dicentur. vt homo de homine quodam prædicatur: animal vero de homine: ergo & de quodam homine animal prædicabitur. quidam enim homo, & homo est, & animal.

Caput Tertium.

INquit Aristo. Quando aliquid prædicatur de aliquo subiecto prædicatione notificante essentiam eius, mox prædicetur de illo prædicato aliud prædicatū, quod notificet etiā illius essentiam, illud quoq; notificabit essentiam illius subiecti, quam notificauit primum prædicatum. vt exempli gratia homo, cùm prædicatur de Socrate & Platone, notificat quidem eorum essentiam, ac substantiam: si vero de homine prædicetur secundum prędicatum, quod notificet eius substantiam, vt animal, oportet vtiq; necessario vt notificet etiam essentiam Socratis & Platonis, quam notificauit homo.

AVER.

Regula genera non subalterna à subalternis distinguens. Cap. IIII.

DIuersorum generum et non subalternatim positorum diuersæ sunt * specie & differentię: vt animalis, & scientiæ. animalis enim differētiæ sunt, gressibile, bipes, & volatile, & aquatile: scientię vero nulla earum est. neq; enim scientia à scientia differt, in eo quod bipes est. Subalternorū vero generum nihil prohibet easdem esse * differentias. superiora enim de ijs, quæ sub ipsis sunt generibus prędicantur. quare quotcunque differentiæ prædicati fuerint, totidem & subiecti erunt.

Vide. 1. top. c. 4. & 6. 10 pl. * a. l. g. cum specie.

* a. l. g. habet alias. & si non oēs.

Caput Quartum.

INquit Aristo. Diuersorum generum, quæ nō sunt inter sese subordinata, scilicet quorum vnum non subingreditur aliud, eorum quidem differētiæ sunt omnino specie differentes. vt exempli gratia, differentię, quibus animal diuiditur, vt est gressile, et volatile, atq; aquatile, non sunt differentię, quibus scientia diuidatur. nam animal sub genere locat substantiæ: scientia vero sub genere qualitatis reponitur: qualitas autē atq; substantia sunt duo genera suprema, quæ inter sese inuicem non sunt subordinata. Genera vero, quę inter se inuicē sunt subordinata, nihil prohibet quin credatur q eorum differentię sint eiusdē speciei, vt exempli gratia, animal diuiditur in aquaticum, & aereum, & terrenum, per quę diuiditur etiam nutribile: animal autem

AVER.

autem sub nutribili ordinatur. Et huius rei causa est, quia differentię, quibus diuiditur genus superius, prędicantur omnino de generibus quæ sunt sub genere superiori: quia illud prædicatur de omnibus illis generibus, quæ sub ipso existunt. cùm ergo illæ differentię, quibus diuiditur genus superius, non sunt constitutiuę generum quæ sunt sub illo, tunc diuidūtur per eas illa gña, eo pacto quo diuidę genus superius: qa si prędicent, & non sint cōstitutiuæ, erunt profecto diuisiuæ.

Caput Quartum.

LEVI. DEinde d. Diuersorum generum & non subalternatim positorum. Inquit Leui. Nō est necessarium, vt genera, quæ non sunt inter se subordinata, vt eorum differentiæ sint diuersæ specie. quoniam animal potest diuidi in radicabile in terram, & in non radicabile in terram, in quod diuiditur quoque vegetabile: idemq; & gressile diuiditur in bipes, & non bipes, in quod diuiditur volatile. nullum tamen horum generum subordinatur alteri, vt alterum sub altero existat, sed bene est necessarium, vt si hæc genera non possunt in vno genere contineri, ꝙ tunc eorum differentię sint specie diuersæ. Quod quidem ita probatur. quoniam res, quæ non includuntur sub vno genere, non communicant inter se omnino, vt sunt ipsa prædicamenta suprema, quæ nullo pacto communicant inter se in sua quiditate, vt probabitur. si ergo hæc genera, quæ non possunt complecti sub vno genere, possent diuidi per vnicam differentiam, cū differentia sit pars quiditatis, vt probatū est, tunc oporteret vt communicarent in eoꝝ quiditate: quod tamen fuit probatū non esse possibile. sequitur ergo, ꝙ differentię, quibus diuiduntur huiusmodi genera, sunt vtique species diuersæ. Quare, vt nostra fert sententia, hæc fuit intentio Aristotelis, quam diximus super illa verba, Diuersorum generum, &c. & exemplum, quod de animali & scientia tulit, id quidem maxime asserit, sed forte interpretes ac expositores eius peruerterunt eius sententiam, sed vtcūq; sit, id, quod in libris reperitur de hoc, non videtur esse verum.

Incomplexorum in decem prædicamenta diuisio: Quomodoq; affirmationem, aut negationem constituant. Cap. V.

EOrum quæ secundum nullam complexionem dicuntur, vnūquodq;, aut substantiam significat, aut quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut agere, aut pati. Est autem substantia quidem, vt in figura dicatur, vt homo equus. Quantum autem, vt bicubitum, tricubitum. Quale, vt album, grammaticum. Ad aliquid, vt duplum, dimidium, maius. Vbi vero, in foro, in lycio. Quando autem, vt heri, superiore anno. Situm vero esse, vt iacet, sedet. Habere autem, vt calceatum esse, armatum esse. Agere vero, vt secare, vrere. Pati, vt secari, vri. Singula igitur eorum quæ dicta sunt, ipsa quidem secundum se in nulla affirmatione dicuntur, vel negatione: horum autem ad seinuicem complexione affirmatio, vel negatio fit. Omnis enim affirmatio, aut negatio videtur vel vera, vel falsa esse: eorum autem, quæ secundum nullam complexionē dicuntur, nullum neq; verum, neq; falsum est: vt homo, albū, currit, vincit.

Caput Quintum.

AVER. INquit Aristote. Ea quæ incomplexa sunt, quæ per dictiones incomplexas indicantur, necessario significant vnam decem rerum: nempe vel substantiam, vel quantitatem, vel qualitatē, vel ad aliquid, vel vbi, vel quando, aut situm, aut habere, aut facere, vel pati. Est autem substantia, vt homo, equus. Quantitas, vt bicubitum, tricubitum. Qualitas, vt rubeū, nigrum. Ad aliquid, vt duplum, dimidium. Vbi, vt si dixeris Socrates manet i angulo domus. Quādo, vt heri, pridie. Situs, vt sedēs, tacens. Habere, vt calceatus, & indutus. Facere, vt vrere, & secare. Pati, vt secari, & vri. Omnia itaq; hæc decem, si sumantur incomplexa & simplicia, nihil affirmationis vel negationis per ea significabitur: si vero inter se componātur, tunc affirmationem vel negationem indicabunt. vt si dicatur hoc est quantitas, & hoc non est quantitas. Cumq; affirmationem vel negationem pariunt, tunc verum vel falsum continent: quoniam incomplexa nō includunt in se verum vel falsum: vt si dixeris homo seorsum, & albus seorsum. sed, si componantur, & dicatur homo albus, poterit esse hoc dictum verum, & poterit esse falsum. In ipsa ergo constitutione duo coniunguntur simul: nēpe affirmatio vel negatio, & verū vel falsum.

Caput Quintum.

LEVI. DEinde d. Ea quæ incomplexa sunt, &c. Inquit Leui. Intelligit Philosophus ꝙ res, quæ sunt extra animam, ascendūt omnes ad vnum decem prædicamentoꝝ genera. hoc aūt eius etiue probari pōt, mox declarat singillatim singulū eorum.

D. d. Nullum horum, si incōplexa sumantur, significabit affirmationem vel negationem. Inquit Leui. Aristoteles ostendit per hęc verba, ꝙ ipse vult tractare de his in hoc loco, quatenus existunt extra animam, non quatenus significāt affirmationem vel negationem, quæ est in anima, nam de hoc tractabit & considerabit in libro Interpretationis. Hic tamen posset quis dubitare, cur Aristoteles non diuisit entia in duo genera suprema tantum, nempe in substantiam: & accidens, cū videatur accidens vniuoce dici de omnibus prędicamentis accidentis. Ad quod dicēdum est, ꝙ iam fuit probatum in libro Metaphysicę ꝙ hoc nomen ens dicitur secundum prius & posterius de cunctis prædicamētis. nam per prius dicitur de substantia, & per posterius de eorum ordine: vt si dixeris quantitatem esse primum accidēs, quod recipiat ipsum corpus & per ipsam recipiat qualitatem. quoniam, si materia prima non haberet quantitatem, non reciperet qualitates contrarias. & per quantitatem & qualitatem recipit vbi: quoniam locus naturalis datus est ipsi corpori, ea ratione qua est compos quantitatis & qualitatis, hoc est quòd ea ratione, qua est compos quantitatis indiget loco, & ea ratione qua est compos qualitatis, debetur ei locus proprius, ita quoque & situs debetur habenti vbi. & tandem ibi probatum est ꝙ nomen entis dicitur de his accidentibus secundum prius & posterius: ergo nomen accidentis non dicitur de ipsis vniuoce: quia hæc accidentia accidunt substantiæ: aliud medio alio, & sic soluitur hoc dubium. Dignum præterea inuestigatione videtur, quod nam accidētium sit prius in substantia, vtrum scilicet quātitas, vel qualitas. nam cum quantitas, quæ primo in corpore oritur, fit ex qualitatibus secundis, vt dēsitas & raritas, quæ sunt qualitates insequentes caliditatem & frigiditatem: & ipsa quantitas orta insequatur has qualitates: cū ad densitatem sequatur quātitas minor, & ad raritatem quātitas maior: ideo videtur quòd qualitas sit prior. Sed, cum quantitas, quæ primæ inest materiæ, sit causa qualitatum contrariarum, quæ in ea existunt: cū id, quod magis accedit ad orbem cœlestem sit calidum, & quod magis distat sit frigidum: hac ratione videretur, ꝙ quantitas sit prior.

Dubiū, ād ꝑdicamentum sit prius in substantia.

Solutio.

Sed veritas huius negocii quidem est, q qualitas individua est prior in ipso subiecto, ipsa quantitate propria, quam habet propter causam, quam diximus: sed absolute, & simpliciter loquendo, quantitas ipsa absoluta est prior in ipso subiecto qualitate absoluta: quia causa qualitatis est ipsa qualitas in elementis existens: & causa qualitatis, quæ in elementis existit, est ipsa quantitas absoluta, quæ in materia prima reperitur, & ideo in libro Metaphysicę ponitur quātitas prior secundum esse ipsa qualitate, sed de omnibus his extat grauis cōsyderatio, quam pertractabimus suo loco, Deo optimo maximo fauente.

Tractatus

TRACTATVS SECVNDVS.

De Substantia Cap. I.

SVbstātia autem est, quæ proprie, & principaliter, & maxime dicitur, quæ neq; de subiecto aliquo dicitur, neq; in subiecto aliquo est: vt quidā homo, & quidam equus.

Secundæ autem substantiæ dicuntur species, in quibus eæ, quæ principaliter substantiæ dicunt, insunt: & hæ quidem, et harum specierum genera. vt quidam homo in specie quidem est in homine, genus vero speciei animal. secundæ igitur hæ substantiæ dicuntur: vt est homo, atque animal.

Manifestum est autē ex ijs, quæ dicta sunt, ꝙ eorum quæ de subiecto dicuntur, necesse est & nomen & rationem de subiecto prædicari: vt homo de subiecto quodam homine dicitur. prædicatur etiam & nomen: hominem enim de quodam homine prędicabis. & ratio quoq; hominis de quodam homine prædicabitur: quidam enim homo & homo est, & animal. quare & nomē & ratio de subiecto prædicabitur. Eorum vero quæ in subiecto sunt, in plurimis quidem neq; nomen, neq; ratio prædicatur de subiecto: in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet prædicari aliquando de subiecto, rationē vero impossibile est. vt album cùm in subiecto sit corpore, prędicaī de subiecto, dicitur enim corpus albū, ratio vero albi nunq; de corpore ꝑdicabitur.

Alia vero omnia aut de subiectis dicuntur primis substantijs, aut in subiectis eis sunt. Hoc autem manifestum est ex ijs, quę per singula proponūtur. vt animal de homine prædicatur: ergo & de quodam homine animal prædicabitur. nam, si de nullo quorundā hominum, neq; omnino de homine. Rursus color in corpore est: ergo & in quodam corpore. nam, si nō in aliquo esset singulorum, nec omnino in corpore. Quare alia omnia aut de subiectis primis dicuntur substantijs, aut in subiectis eis sunt. Non ergo existentibus primis substātijs, impossibile est aliqd aliorū esse.

* Alias in latina translatione addebatur. Oia, n. alia, aut prędicātur de eis, aut in subiectis eis sunt. quare nō existentibꝫ primis substantijs, impossibile est aliorū aliquid esse. In cod. & Græc. antiquo hæc verba repetuntur: in cęteris vo, ąe viderim, minime.

* Secundarum vero substantiarum, magis substantia est species, q̄ genus: propinquior enim est primæ substantiæ. Si quis enim assignet primam substātiam quid est, euidentius et conuenientius assignabit, speciem q̄ genus assignans. vt hominem quendam aliquis assignans manifestius assignabit, hominē q̄ animal assignans. illud enim proprium magis cuiusdam hominis, hoc autem cōmunius. & cùm quandam arborem assignauerit, manifestius assignabit, assignando arborem, q̄ plantam. Amplius, primæ substantiæ, ideo quòd alijs omnibus subijciuntur, & omnia alia vel de ipsis prędicantur, vel in ipsis sunt, propter hoc maxime substātiæ primæ dicuntur. quēadmodum autem primæ substātiæ ad alia oia se habent, sic & species ad genus se habet. subijcitur enim species generi. genera enim de speciebus prædicantur: species autem cum generibus non conuertuntur. Quare & ex his * species genere magis substantia est. * a. l. addit ex his manifestius ꝙ

Ipsarum vero specierū, quæcunq; nō sunt genera, nihil magis alterum altero substantia est. nihil enim familiarius assignabis de quodam homine, hominem assignādo, quàm de quodam equo, equum. Similiter autem & in primis substantijs nihil magis alterum altero substantia est. nihil enim magis quidam homo substantia est, quàm quidam bos.

Merito igitur post primas substantias sola aliorum omnium species, & genera secundæ substantiæ dicuntur. Sola enim hæc, eorū quę prædicantur, primam substantiam indicant. quendam enim hominem si quis assignauerit quid est, speciem quidem, quàm genus assignando, familiarius demonstrabit: & manifestius faciet hominem assignādo, quàm animal. aliorum vero omnium quicquid assignauerit quis, assignabit extranee: velut albū, aut currit, aut aliud quodcunq; talium assignans. Quare merito hæ solæ aliorum secundę substantiæ dicuntur. Amplius, primæ substantiæ, eò quòd alijs omnibus subijciūtur, et omnia alia de illis prædicantur, vel in ipsis sunt, proprijssimę substantię dicuntur. sicut autem primæ substantiæ ad alia omnia se habent, ita genera & species primarum substātiarum ad reliqua omnia se habent. de his enim reliqua omnia prędicantur. quēdam enim hoiem dices grammaticum esse: ergo & hominem, & aial grāmaticum dices. sīr autem & in alijs.

Commune autem omni substantiæ est in subiecto non esse. Prima nanque substantia nec in subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur. Secundarū vero substantiarum constat quidem etiam sic, quòd nulla est in subiecto. homo. n. de subiecto quidem quodā homine dicitur: in subiecto vero non est: neque enim in quodam homine homo est. similiter autem & animal de subiecto quidem dicitur quodam homine: non est autem animal in quodam homine. Amplius, eorum quæ in subiecto sunt, nomen quidem de subiecto aliquando nihil prohibet prædicari: rationē vero impossibile est. secundarum vero substan-

tiarum

tiarum de subiecto: & ratio prædicatur, & nomen: rationem enim hominis de quodam homine prædicabis, & animalis similiter: quare non erit eorum substantia, quæ sunt in subiecto. Non est autem proprium substātiæ hoc: sed & differentia eorum est, quæ non sunt in subiecto: bipes enim & gressibile de subiecto quidem homine dicitur, in subiecto vero non est. neq; enim in homine est bipes, neq; gressibile. Ratio quoq; differentiæ de illo prædicatur, de quocunque ipsa differentia dicitur. velut si gressibile de homine prædicatur, & ratio gressibilis de homine prædicabit: est enim homo gressibilis. Non conturbent autem nos substantiarum partes, quę ita sunt in toto, quasi in subiecto sint: ne forte cogamur eas non esse substantias cōfiteri. non.n. ita ea quę sunt in subiecto dicebantur, quasi vt partes inessent alicui. Ineſt autem substantijs & differentijs omnia vniuoce prędicari. Omnia enim, quæ ab his prædicata sunt, aut de indiuiduis prędicantur, aut de speciebus. à prima nanq; substātia nulla est prædicatio: de nullo enim subiecto dicitur. Secundarum vero substantiarum species quidem de indiuiduo prædicatur: genus vero & de speciebus, & de indiuiduis. similiter autem & differentiæ & de speciebus, & de indiuiduis prædicantur. Et rationem quoq; suscipiūt primæ substantiæ specierum, & generum, & species generis: quęcunq; enim de prędicato dicuntur, eadem & de subiecto dicentur. similiter autem rationem differentiarum suscipiunt et species, & indiuidua. vniuoca autem erant, quorum & nomen commune est, & ratio eadem. Quare omnia quę à substantijs & differentijs sunt, vniuoce prędicātur. Omnis autem substantia videtur hoc aliquid significare. In primis igitur substantijs indubitabile, et verum est, quòd hoc aliquid significant. indiuiduum enim & vnum numero est quod significatur. In secundis vero substantijs videtur quidem similiter appellationis figura hoc aliquid significare, quando quis dixerit hominem vel animal: non tamen verum est, sed magis quale aliquid significant. neq;.n. vnū est quod subiectum est, quemadmodum prima substantia: sed de multis homo dicitur, & animal. Non autem simpliciter quale quid significat, quemadmodum album (nihil enim aliud significat album, q̄ qualitatem) at species & genus circa substātiam qualitatem determinant. qualem enim quandam substantiam significant, plus autem in genere determinatio fit, q̄ in specie. dicens enim aial plus complectitur, quam qui hominem. Ineſt autem substantijs nihil illis esse contrarium. Primę enim substantiæ quid erit contrarium, vt cuidam homini, vel cuidam animali? at vero nec homini nec animali aliquid est contrariū. Non est autem hoc substantię proprium. sed etiam multorum aliorum vt quantitati. bicubito enim vel tricubito nihil est contrarium. at vero nec decem, nec alicui talium. Nisi forte quis multum pauco dicat esse cōtrarium, vel magnum paruo. determinatorum vero quantorum nullum nulli est contrarium.

Videtur autē substantia non suscipere magis & minus. Dico autem, non quòd substantia non est à substātia magis & minus substantia (hoc enim dictum est quòd est) sed quòd vnaquæq; substantia hoc ipsum quod est, nō dicitur magis & minus. vt si est eadem substantia homo, nō erit magis & minus homo, neq; ipse seipso, neq; alter altero. nō enim est alter altero magis homo: sicut est album alterum altero magis & minus album: & bonum alterum altero magis & minus bonum. sed et ipsum seipso magis & minus dicitur. vt corpus cùm sit album, magis nunc album esse dicetur quam prius: & cùm calidum sit, magis & minus calidum dicitur. substātia vero non dicitur magis neq; minus. nihil enim homo magis nunc homo quàm prius dicitur: neq; aliorū quicquam, quæcunq; substantiæ sunt. Quapropter non recipiet substātia magis & minus. Maxime vero proprium substantiæ esse videtur, cùm vnum & idem numero sit, contrariorum suscepti uum esse: quale in alijs quidem non habet quisquam quod proferat tale, quæcūq; non sunt substantiæ: quod, cùm sit vnum numero, susceptibile contrariorum sit. velut color, qui est vnus & idem numero, non dicitur albus & niger: neq; eadem actio & vna numero, praua & studiosa. similiter autem & in alijs, quæcūq; non sunt substantiæ. Substantia vero, cùm vnum & idem numero sit, susceptiua contrariorum est. vt quidam homo, cùm vnus & idem sit, aliquando quidem albus, aliquando fit niger, & calidus & frigidus, et prauus & studiosus. in alijs autem nullis aliquid tale videtur. Nisi quis forsitan instet, dicens orationem & opinionem contrariorum esse susceptibilia. eadem enim oratio vera, & falsa videtur esse. veluti si vera sit oratio, sedere quempiam, eo surgēte ipsa eadem falsa erit. similiter autem et de opinione. si quis enim verum putet aliquem sedere, surgente eo, falso putabit, eandem de ipso opinionem habens. Sed si quis & hoc suscipiat, tamen modo differt. Nam ea, quæ in substantijs sunt, ipsa quidē mutata susceptibilia sunt

Dubitatiōis solutio.

*a.l.est.

Instantia.

Solutio.

contrariorum. frigidum enim ex calido factum mutatur (alteratur enim) & nigrum ex albo, & studiosum ex prauo. similiter autem & in alijs vnumquodq; eorum mutationem suscipiens, susceptibile contrariorum est. Oratio autem & opinio, ipsa quidem immobilia omnino perseuerāt; cùm vero res mouetur, contraria circa ipsa fiunt. oratio nanque eius q̄ sedeat aliquis, permanet eadem: cùm vero res mota sit, aliquando quidem vera, aliquando autem falsa dicitur. similiter autem est in opinione. Quapropter saltem mō proprium substantiæ est, vt secundum mutationem suiipsius susceptibilis sit contrariorum. Si quis autem recipiat etiam hæc, orationem & opinionem susceptibilia esse contrariorum, non est hoc verum. Oratio nanq; & opinio, non eò quòd ipsa aliquid recipiant, contrariorum susceptibilia esse dicuntur: sed eò q̄ circa alterum aliqua passio facta sit. nam eo q̄ res est, aut non est, eò etiam oratio vera vel falsa esse dicitur, non eò q̄ ipsa susceptibilis sit contrariorum. simpliciter enim à nullo, neq; oratio, neq; opinio mouetur. quapropter non erunt susceptibilia contrariorum, cùm nulla cōtrarij sit passio in eis facta. Verum substantia eo quòd ipsa contraria recipiat, hoc susceptibilis esse contrariorum dicitur. languorem enim & sanitatem suscipit, & candorem et nigredinem: & vnumquodq; talium ipsa suscipiendo, contrariorum susceptibilis esse dicitur. Quare proprium erit substantiæ hoc, cùm vnum & idem numero sit, secundū suiipsius mutationē, susceptibilem contrariorum esse. De substantia quidem hæc dicta sint.

Soto alia.

Mes infra in cap. de Priori.

Tractatus Secundus.

AVER.

Stractatus in sex diuiditur partes. In Prima parte agitur de Prędicamento substantiæ. In Secunda de quantitate. In Tertia de ad aliquid. In Quarta de qualitate. In Quinta de prædicamento agere & pati. In Sexta de situ, & quando, & vbi, atque habere.

Prima pars Quatuordecim cōtinet particulas. In Prima particula notificat q̄ substantiæ bifariam diuidunt: nempe, vel sunt primæ substantię, vel secūdæ: & vnāquāq; earū declarat. In Secunda declaratur, quid sint secundæ substantiæ. In Tertia ostenditur, q̄ secundæ substantiæ, quæ quidem de subiecto prædicantur, hoc habent proprium, vt nomen earum & definitio prædicetur de earum subiecto: & quòd hoc non reperitur in his, quæ sunt in subiecto, quæ sunt ipsa accidentia. In Quarta probabitur, q̄ quicquid est præter primas substantias, indiget primis substantijs ad esse suum. In Quinta ostenditur, q̄ inter substātias secundas, ipsa species est magis substantia, q̄ genus. substantiæ tamen primæ, quæ sunt indiuidua substantiæ, magis habent hoc q̄ ipsa species. & q̄ huius rei causa est simulis: scilicet q̄ si indiuiduum verius dicitur substantia q̄ species, pari ratione species verius nominat substantia q̄ genus. In Sexta notificatur, q̄ secundę substantiæ quæ sunt eiusdem ordinis, non dicitur aliqua earum verius substantia, q̄ alia: pari ratione neq; primę substantię. In Septima explicatur ratio, ob quam conueniat vt species, quæ in hoc prædicamento existunt, atq; genera, nominant secundæ substantiæ: quæ quidem de subiecto prædicantur, potiusq; ea quę prędicantur in subiecto, quæ sunt ipsa accidentia. & ratio, ob quam indiuidua vocantur substantiæ primæ. In octaua describitur substantia simpliciter, siue sit indiuiduum, siue vniuersale: in qua etiam afferuntur propria distinguentia inter substantias secundas, & accidens simpliciter. In Nona declaratur, q̄ illæ proprietates, quibus distinguuntur substantiæ secūdæ ab accidentibus, eisdemmet communicant ipsæ differētiæ.

In Decima probatur, q̄ omnes secundæ substantiæ, atq; differentiæ habent nomina vniuoca. In Undecima soluitur dubiū, quod persuadet secundas substantias comprehēdi per primas, & q̄ sunt eiusdē speciei.

In Duodecima narratur, q̄ ex proprietatibus huius prædicamenti vna est non habere contrarium, in qua proprietate communicant aliqua alia prædicamenta.

In Terciadecima declaratur, q̄ inter proprietates huius prædicamenti vna est, vt non suscipiat excessum vel defectum: cùm tamen alia prædicamenta id suscipiant. In Quartadecima narratur, q̄ principalis proprietas prædicamenti substantiæ est, recipere contraria. & disputat Aristoteles de hoc: et soluit dubium insurgens in hoc negocio.

Primæ partis diuisio.

Sermo de prædicamento Substantiæ.

PArticula Prima. Dixit Aristote. q̄ substantiæ bifariam dicuntur: nempe primæ, & secundæ. Substātia autem, quæ prima denominatur, quæ quidem vere, & primo substantia dicitur, est indiuiduum substantiæ: cuius descriptio iam in superioribus tradita fuit, quæ scilicet nec de subiecto aliquo dicitur, neq; in subiecto existit: ut indiuiduum hois, vel equi.

Particula Secunda. Secundæ vero substantię dicuntur species, in quibus indiuidua existunt simili modo, quo ineſt pars ipsi toto, ac genera quoq; suas continēt species. vt gratia exempli, Socrates existit in specie, s. in homine, & homo in suo genere, quod est animal. & Socrates, qui est indiuiduum, est prima substantia: & homo, qui de ipso prædicatur, atque animal, dicuntur secundæ substantiæ.

Particula Tertia. Ex his itaque, quæ in præfatione huius libri dicta sunt, perspicuum est, quòd ea quæ de subiecto prædicantur, quę quidem sunt secundę substantiæ, necessario prædicatur nomen & definitio eorum de ipso subiecto. vt exempli gratia, hoc nomē homo vere dicitur de Socrate vel Platone indiuiduo: & eius definitio quoq;. nam dicimus Socratem vel Platonem, esse hominem & animal rationale, quæ est definitio hominis. Ea vero quæ in subiecto dicuntur, quæ sunt ipsa accidentia, nec nomen, neq; definitio eorum prædicatur vt plurimum de subiecto demonstrato. ut albedo, quæ non prædicatur de corpore, ita vt dicatur corpus est albedo: neq; etiam eius definitio, ita vt dicatur, corpus est color disgregatiuus visus. In nonnullis tamen locis contingit prædicari nomen, sed non definitionē: vt dicunt Arabes in lingua eorū, q̄ moneta est excussio domini. nam definitio excussionis non prædicabitur de moneta. Si vero per nomina denominatiua significentur, tunc poterit de subiecto vere dici nomen, & definitio eorum. sed definitio non prædicabitur de subiecto prædicatione notificāte eius essentiam, quemadmodum prædicantur definitiones substantiarum

stantiarum dē ipsis substantijs. vt exempli gratia album, quod est in subiecto, scilicet in corpore, ac prædicatur de ipso corpore, quod ab ipso denominatur, & dicitur quòd est album. definitio tamē ipsius albi non prædicatur vllo pacto de corpore, ita vt notificet eius essentiam.

Particula Quarta. Omnia præter primas substātias, quæ sunt quidem ipsa singularia, vel dicuntur de subiecto, vel dicuntur esse in subiecto. Et hoc inductione monstrari potest, videlicet ꝙ indigeant subiecto. vt gratia exempli animal, quod vere prædicatur de hoīe: propterea quia vere prędicatur de aliquo hoīe individuo. nam si non vere diceretur de aliquo hoīe individuo, haudquaq; etiam vere prædicaretur de hoīe, qui est species. Pari ratione & color; qui vere prædicatur de corpore, propterea quia vere prædicatur de aliquo corpore singulari. Sequitur ergo ex his, ꝙ quicqd est præter primas substantias, vel dr̄ de ipsis, vel est in ipsis, ſ. de primis substātijs, vel in eis est, sequitur ergo ꝙ, si non darentur primæ substantiæ, nō posset dari aliqd ex secundis substantijs, neq; ex accidentibus.

Particula Quinta. Inter secundas substantias ipsæ species debent potius vocari substantia, q̄ genera: qa sunt propinquiores primis substantijs q̄ genera. nam si respondeatur p̄ singulū hoīs ad interrogationem factam per quid est Socrates, q̄ est idiuiduum, qd est prima substātia, erit utiq; congrua respōsio ad interrogationē factam p̄ quid est, ex parte gñis eius. Verūtamē responsio p̄ spēm ad interrogationē p̄ quid est individuū, q̄ responsio p̄ genus. vt exempli gr̄a, si quæraf̄ qd sit Socrates et respondeatur ꝙ est hō, erit quidem clarior notificatio de Socrate, q̄ si respondeatur ꝙ sit animal: qa humanitas est magis propria Socrati q̄ animalitas. sic enim se habet vlt̄ vel cōe cum ipso proprio. Hæc ergo est vna ratio, quæ probat ipsas species verius dici substantias, q̄ ipsa genera. Alia vero ratio est, quia, cùm primæ substantię verius dicantur substantia & ens, q̄ secundæ substantię vel accidentia: eò quia reliqua omnia prædicentur de ipsis, vel sint in ipsis: & ita se habēt genera ad species, sicut reliqua alia ad primas substantias: nempe, ꝙ primæ substantię sunt subiecta reliquarum rerum, quēadmodum species sunt subiecta generum: nam genera prædicantur de speciebus, quemadmoduꝫ p̄dicantur reliquę res de primis substantijs, et non econtra: videlicet vt p̄dicentur species de generibus, quemadmodū etiam non contingit in reliquis rebus in prędicatione primarū substantiarū, ſ. de quibus non prædicat substantia prima: ex his ergo sequitur, ꝙ species verius dicuntur substantia, quàm genera ipsa.

Particula Sexta. Species aūt substantiarū, quæ non sunt genera, vna nō est magis spēs q̄ altera. Nam, si de Socrate rñdeatur ꝙ sit hō, non fiet maior notificatio, q̄ si de equo individuo respondeatur ꝙ sit equus. Par quoq; ratio est de primis substantijs. nam non dr̄ verius nomen substantiæ de una q̄ de alia: qm̄ singularis homo non dr̄ verius substantia, q̄ singularis equus.

Particula Septima. Spēs præterea primæ substantiæ, atq; earum genera magis dr̄ secundæ substātię, q̄ reliqua alia, quæ de eis prędicantur. qm̄, si rñdeatur ad interrogationē factam p̄ quid est prima substantia per quoduis hoīs, erit vtiq; notificatiua eius, licet respōsio p̄ spēm maiorem p̄stet notitiam. at, si per aliqd aliud præter hæc rñdeatur, tunc responsio non erit congrua, neq; proportionata interrogationi. vt exempli gratia si respondeatur ad interrogationē, quid est Socrates, ꝙ est homo, tunc maior tradetur notitia, q̄ si respondeatur ꝙ sit asal: quamuis vtrunq; eoīs notificet eius q̄litatem. sed, si respondeatur ꝙ est albus, vel bicubitalis; non respondetur p̄ rem sibi alienam, & quæ est extra eius naturam. Necessario ergo debent hæc nominari secundæ substantiæ magis q̄ aliquid aliud reliquorum prædicamentorum. Hæc igitur est vna exrationibus, ob quam species primarum substātiarum, earumq; genera, potius debeant vocari substantiæ, q̄ reliqua, quę de eis prædicantur. Alia insuper ratione videtur hoc idem ita se habere: nempe, quia eadem est ratio primarum substantiarū ad reliqua omnia, quę est spērum substātiarum & generū earum ad reliqua alia vniuersalia p̄dicamentoīs. nam quēadmodum reliquaoīa vel p̄dicantur de primis substantijs vel existunt in eis, vt paulo ante dictum fuit, ita quoq; reliqua vniuersalia p̄dicamentorum extant in secundis substantijs, ſ. ꝙ illorum vniuersalia existunt in vniuersalibus ipsarū: quemadmodum eorum individua insunt individuis substantiarum primarum: vt grammatica, quæ hominī inest, & bicubitale, quod inest corpori.

Particula Octaua. Cōmune autem est cuilibet substantiæ, siue individuum fuerit, siue vniuersale, nō esse in subiecto. Quoniam, cùm duo sint genera substātiarum, nempe primæ & secundæ substantiæ: primæ aūt vt dictum est, non sunt in subiecto neq; de subiecto dicuntur: secundę vero de subiecto dicuntur, & non sunt in subiecto: commune ergo est vtrique generi earum non esse in subiecto.

Particula Nona. Iam diximus propriū secundarum substantiarum esse p̄dicari de subiecto, et nō esse in subiecto. idcirco nomen, ac definitio earū p̄dicabitur de subiecto, quatenus sunt prędicabilia de subiecto: & ꝙ aliqua eoīs, quæ in subiecto sunt, p̄dicatur nomen eoīs de subiecto, definitio uero non. Verūtamē hoc, quod hñt ipsæ substantię secundę, non est eis proprium: qm̄ & dr̄a ipsa dicitur de subiecto, & non est in subiecto. vt exempli gr̄a rationale, quod dicitur de hoīe, & non est in eo, cū non insit ei, ea ratione, qua inest albedo corpori. & ideo nomen & definitio differentiæ veræ dicētur de subiecto, quemadmodum de secūdis substantijs dictum est: nam hoc nomen rationale, & eius definitio, quæ est esse conceptiuum per cogitationem, & contemplationem, p̄dicabuntur quidem de homine in eo quod quid est. Nec nos quis poterit turbare, dicens ꝙ ipsum rationale atque differentiæ oīno in subiecto sint: nempe in illis rebus, quibus ipsæ sunt differentię. vt rationale quod inest homini, vt accidentia sunt in subiecto, vt albedo in corpore. quoniam rationale est in subiecto, ſ. in homine, quatenus est pars eius. sed nō ita se habet res, de albedine cum corpore. & ideo, cùm dicitur in descriptione accidentiū ꝙ ipsa dicuntur esse in subiecto, nō debet intelligi ꝙ sint in ipso veluti pars eius, sed quatenus subiectum potest reperiri sine ipsis.

Particula Decima. Secundæ rursus substantiæ atq; differentiæ hoc habēt proprium, vt quicquid earum p̄dicetur, prædicabitur quidem vniuoca prædicatione. Nam quicquid earum prædicatur, vel prædicabitur quidem de idiuiduis, vel de speciebus: quoniā primæ substantiæ de nulla re omnino prædicantur: species vero de individuo prædicatur: vt homo de Socrate. genera quoq; de speciebus & individuis prædicantur. De primis autem substantijs necesse est vt prædicentur definitiones specierum earum, atq; earum generum, sicut prædicantur de ipsis nomina eorum. De speciebus autem res perspicua est: de generibus vero res iam ex superius dictis satis constat, nam genus dicitur de specie, & species de substantia prima, quæ est ipsum individuum. et iam fuit dictum, ꝙ quicquid dicitur de prædicato dicto de aliquo subiecto, dicit etiā de illo subiecto: vt se habet genus ad speciem & ad individuum. Et pari ratione prędicabuntur definitiones differentiarum

differentiarum de individuis & speciebus, quemadmodum prædicantur nomina, si ergo res ita se habet, nempe ꝙ res, quarum nomina sunt vniuoca, nomen earum atq; definitio vniuersalis est vnica in se, vt dictum est: sequitur ergo quòd proprium est ipsis differentijs, ac alijs rebus, quæ in hoc prædicamento sunt, vt prædicatio earum de omnibus rebus, de quibus prædicant, sit prædicatio rerum, quarum nomina sunt vniuoca, non quatenus sunt nomina denominatiua.

Particula Vndecima. Videtur autem ꝙ omnis substantia significet substantiam singularem individuam. De primis quidem substantijs nemo dubitare potest hoc esse verum, quòd significant individua ipsa: eorum enim nomina vnicam rem numero significant. De secundis vero substantijs videtur quòd nomina, quæ eas significant, similantur nominibus significantibus illas: quia similantur nominibus individuorum, vel quia sunt in vsu pro nominibus individuorū, quæ quidem significant individuum. sed res nō ita se habet: sed significant quodcunq; individuum cōtigerit, cùm subiectum huius nominis non sit vnum in se: quemadmodum est nomen, quod significat per formam suam, primam substātiam. nam Socratis & Platonis nomen significat individuum tantum: sed homo & animal, & denicq; species, & genus multa significant: licet distinguant huiusmodi multa ab alijs, non distinctione, quæ sit tantum signum, vt distinguit album id quod denominatur per ipsum, sed distinctione per essentiam rei. species autem & genus sunt imposita, vt distinguant rem per suam essentiam ab alia re. veruntamen genus est communius quàm sit species, ñam hoc nomen animal complectitur quicquid significat nomen hominis, cùm animal sit genus ad hominem.

Particula Duodecima. Ineſt autem prædicamento substantiæ hoc proprium, scilicet non habere contrarium: nam homini vel animali nihil est cōtrarium. Sed in hoc proprio communicat cum ea aliquod aliud prędicamentum, vt gratia exempli. quantitas. nam bicubitum, vel decem, vel aliquod aliud hoīs gñis, nullum habet contrarium. Nisi quis dixerit paucum in quantitate esse contrarium multo, & magnum paruo. de quantitate vero discreta manifestum est, ꝙ non habet contrarium: vt quinque, tria, quatuor.

Particula Tertiadecima. Proprium adhuc est ipsi substantiæ non suscipere excessum & defectum. Neq; intelligo vnam substantiam non posse verius nominari substantiam, quàm aliam: nam hoc iam à nobis concessum est, cùm diximus individua substantię principalius dici substantiam quàm eorum vniuersalia. sed intelligimus speciem vel genus earum non prædicari magis de vno, quàm de alio individuo: neque in vno tempore, magis quàm in alio. Socrates enim non est magis animal, quàm Plato, neque magis animal hodie, quàm heri. quemadmodum vnum album, est magis album, aliquo alio albo: & hodie magis album, quàm heri.

Particula Quartadecima. Videtur autem maxime proprium substantię esse, vt cùm sit vna & eadem numero, sit susceptibilis contrariorum. & hoc inductiue comprobari licet, nempe, non posse reperiri aliquod individuum numero præter substantiam, quod recipiat contraria. nam vnus & idem color numero non potest recipere albedinem & nigredinem: neque vna & eadem actio poterit suscipere laudem & vituperationem. partis ratio est de reliquis prædicamentis, quæ non sunt substantia. sed vna & eadem substantia suscipiet quidem contraria. vt exēpli gratia Socrates quandoque erit iustus, quandoque vero iniustus: & quandoque calidus, quandoque vero frigidus. Contra tamen hanc inductionem posset quis instare. quoniam videtur quòd oratio, & opinio suscipiant contraria. nam potest quidem quis dicere, orationem & opinionem, quæ habetur de Socrate surgente, si surgit esse veram: si vero sedeat esse falsam. Vna ergo & eadem oratio suscipiet verum & falsum: quę quidem sunt contraria. Sed & si concedatur, quòd suscipiat contraria, hæ tamen duæ rationes adhuc differunt inter se. quoniam, si substantia suscipit contraria, ideo quidem ea suscipit, quia mutatur in se ipsa, & recedit vnum contrartorum, & aliud recipit. sed oratio & opinio non alterantur in se, dum suscipiunt verū & falsum: sed mutata re in se ipsa extra intellectū, à qua pēdet ipsa opinio, vt gratia exempli, opinio, quæ de Socrate habetur ꝙ sedeat, suscipiet quidem veritatem si Socrates sedeat falsitatem vero si surgit. Proprium igitur substantiæ erit, & si concedamus quòd hoc dicatur suscipere contraria, vt scilicet ipsa mutata in se suscipiat contraria.

Sed melius est dicere quòd hoc non dicitur recipere contraria. quoniam oratio & opinio, & si dicantur quandoque vere, quandoque falsæ, non ideo sic dicuntur, quia verum oriatur in eis per se in aliquo tempore, & falsum alio tempore: quemadmodum oritur albedo in Socrate ipso in vno tempore, & nigredo in alio tempore, sed verum & falsum in oratione est profecto relatio quædam, & proportio insequens mutationem rei, de qua habetur opinio & oratio: non ortus alicuius rei in se. Proprium ergo substantiæ est quòd vna & eadem substantia suscipiat contraria. Et hoc sit satis de substantia.

Veritas & falsitas in oratione est relatio quędā.

Sermo de prædicamento Substantiæ.

LEVI. Articula Prima. Dixit Aristo, Substantiæ bifariā dicūtur, &c. Inquit Levi. Licet propositum huius artis non sit tractare, & inquirere vtrum vniuersalia sint causa particularium, vel particularia sint causa, ob quam vniuersalia reperiantur: quæ quidem controuersia iam orta est inter Aristotelem, & Platonem; nihil minus hæc ars, eò quod sumit genera & species, prout sunt res famosæ, debet vtiq; ratione famositatis, vt ita loquar, determinare quod nam istorum debeat denominari prima substantia secundum famam.

Particula Secunda. D. Auer. Secundæ vero substantiæ, &c. inquit Levi. Dixit simili modo, quo ineſt pars ipsi toto: & non dixit sicut ineſt pars totius, quia cum partes totius sint termini natæ & notæ, minorabitur quidem ipsum totum, si aliqua pars ab eo remoueatur, & sic non remanebit totum: sed species res manebit species: licet tollatur ab ea individuum. Adde etiam ꝙ species non est individua, & ideo eius partes sunt infinitæ. sed partes totius continentur aliquo numero, quicūq; fuerit ille, sed modus, quo insunt individua in ipsa, est similis illi quo ineſt pars: quia sunt in ea, sicut existit pars in toto, & par est ratio individuorum cum generibus: videlicet ꝙ individua reperiuntur in generibus modo simili, quo ineſt pars toti.

Particula Tertia. Ex his ergo quæ in præfatione huius libri dicta sunt, patet ꝙ ea, quæ de subiecto dicūtur, &c. Inquit Levi. Cū dicit Moneta est excussio domini, i. est numisma, seu habet rationem monetæ ex percussione talis domini: & vulgus solet simpliciter nominare monetam excussionem nomine non denominatiuo, & definitio percussionis non prædicatur de moneta: quia percussio est accidens, & moneta est substantia. D. d. Si vero per nomina denominatiua significatur, tunc nomen & definitio vere dicentur de subiecto. Inquit Levi. Hoc est manifestum: quoniam album prædicatur de corpore albo, nam dicimus corpus est album: & definitio quoq; albi de eo prędicabitur, quæ est coloratum colore disgregatiuo visus: dicimus enim corpus est coloratum colore disgregatiuo visus, veruntamen non prædicatur de eo ratione notificante substantiam illius corporis.

Particula Quarta. D. d. omnia præter primas substātias, &c. Inquit Levi. Voluit hic ostendere prout famosum est, id quod supposuerat ante hoc, videlicet ꝙ individua sunt priora secundum esse: ita vt si non præessent ipsa, nō reperiretur quicquam ex secundis substantijs, & accidentibus. patet itaq; ꝙ hæc declaratio satis est, prout ad hanc attinet artem.

Particula

Particula Quinta. D.d. Inter secundas substantias ipsæ species debent potius vocari substantia, &c. Inquit Leui. Hoc est clarum. & vult hic ostendere, ꝙ quanto magis accedunt vniuersalia ad individua, verius nominantur substantia, & ens ꝙ illa vniuersalia, quæ magis recedunt ab individuo. & hoc probat duabus rationibus. Prima, quia quò vniuersale accedit magis ad individuum, eò magis notificat quidditatem illius individui, quod est prima substantia. Secūda est, quia ratio speciei ad idiuiduum est ratio generis ad speciem. nam quemadmodum species prædicatur de individuo, & non econtra, scilicet vt prædicetur individuum de specie: ita quoꝙ genus prædicatur de specie, & non econtra.

Particula Sexta, D.d. Species autem substātiarum, quę non sunt genera, &c. Inquit Leui. Sententia huius dicti est, ꝙ species vtumarum, quæ scilicet non possunt esse genera, nulla earum verus nominatur substantia, ꝙ alia: quia omnes ipsæ exactæ notificant quidditatem primæ substantię, videlicet eius materiam ac formam, & par ratio quoque est de ipsis substantiis primis: scilicet quòd sunt pari modo substantiæ: cum quælibet earum reperiatur individua.

Particula Septima. D.d. Species autem primarum substantiarum, &c. Inquit Leui. Totū hoc est clarū: quū quemadmodum individua accidentium sunt in primis substātiis: ita quoꝙ vniuersalia accidentium sunt in substantiis secundis, quibus hmōi accidēs est proprium, videlicet ꝙ non reperit in aliquo alio: vt Grāmatica, quæ non reperit in aliquo alio ab homine.

Particula Octaua. D.d. Commune autem est cuilibet substantiæ, &c. Inquit Leui. Volunt hic ostendere, ꝙ differentiæ sunt quoꝙ substantiæ, licet dicantur esse in subiecto: nam non dicuntur esse in subiecto, ita vt non sint pars eius, & ideo, si dicuntur esse in subiecto, æquiuoce id dicitur, scilicet de hac prędicatione, & de prædicatione in subiecto, quæ dicta est in principio huius libri.

Particula Nona. D.d. Proprium secundaꝝ substantiaꝝ, &c. Inquit Leui. Intelligit hæc non prædicari in subiecto, sed semper dici de subiecto: licet vniuersalia accidentium quandoꝙ prædicentur in subiecto, vt dictum fuit.

Particula Decima. D.d. Secundæ rursus substantiæ, &c. Inquit Leui. Per id vero, quod dicit, ꝙ horum prædicatio est verum prædicatio rerum, quarum nomina sunt vniuoca, nō quarum nomina sunt denominativa, intelligit nomina deriuata à nomine accidentis, vt album. horum enim nomina dicuntur æquiuoca: non quæ deriuata sunt ex dria substantiali: illa etenim nomina vniuoca dicūtur, vt in superioribus probatū fuit.

Particula Vndecima. D.d. Videtur autem ꝙ quælibet substantia significet substantiam singularem, quæ est ipsum individuum. Inquit Leui. Per hoc quod hic dicit, videtur velle, ꝙ genera & species significent substantiam individuam, quatenus est idiuidua, sed res non ita se habet: sed significāt quodcunq; indiuiduum contigerit ex indiuiduis, de quibus solet fieri prædicatio, & ideo significant multa. D.d. licet distinguant huiusmodi multa ab aliis non distinctione, quæ sit tantum signum, &c. Quoniam primæ substantiæ distinguuntur inter se, non per rem substantialem, sed per id quod est tātum signum, hoc est vocale hoc individuum Socrates, & aliud Plato. nam hoc nomen distinguit per id, quod est signum, nō notificās essentiam eorum, neq; significans aliquod ex accidentibus eorum, & ideo hoc signum est minus efficax ad distinctionem tradēdam, quàm illud signum, quod per exemplum dedit: scilicet ipsum album. nam albedo est signum illis, quæ ab eo denominantur: & notificat hoc accidens inesse eis, & distinguit ea ab aliis per hoc accidens.

Particula Duodecima. D.d. Inest autem substātiæ hoc proprium scilicet non habere contrarium. Inquit Leui. Manifestum est, ꝙ substantia non habet contrarium, sed est quoꝙ manifestum, ꝙ in hoc communicant etiam aliqua alia prædicamenta cum ea: nam quantitas non habet contrarium, & ideo hoc non est proprium substantiæ: vt patet in generibus quantitatis continuæ, & discretæ, quoniam bicubitum vel tricubitum non habet contrarium, identidem neq; quinq;, vel sex habet contrarium. Et si videatur ipsum habere contrarium, id quidem fit ratione pauci & multi, & magni & parui, non quatenus sunt species quantitatis per se existentes: vt sunt duo vel tria, sed posterius probabitur, ꝙ nec magnum & paruum, neq; multum & paucum sunt contraria: immo neq; in genere quantitatis locantur, & ideo dicit Aristo, ꝙ hoc non est verum proprium substantiæ. Insurgit tamen dubium contra hoc, quod dicitur hic, ꝙ substantia non habet contrarium. Quoniam in philosophia Naturali fuit probatum, aliqua elemētorum esse inter se contraria: vt exempli gratia, terra est igni contraria. cur ergo dicit Aristo, substantiam non habere contrarium?

Quidam autem perceperunt hoc dubium, ob quod fuerunt coacti dicere, elementa habere alias formas, præter caliditatem, frigiditatem, humiditatem, & siccitatem, quæ sunt inter se contrariæ, sed illas alias formas dicunt non esse contrarias inter se. & sic verificatur apud eos dictum Aristo, ꝙ substantia non habet cōtrarium. Et nos iam declarauimus in nostris expositionibus in libros Philosophię Naturalis falsitatem huius positionis. Et ideo melius est dicere hanc autem non ponere, nisi ea quæ famosa & apparentia sunt: quæ quidem sunt ipsa sensibilia. nulla ergo datur substantia sensibilis, quæ habeat contrarium sensibile: elementorum autem quædam non habēt esse sensibile, vt aer & ignis: longe minus ergo percipietur inter ipsa contrarietas. Quod autem ex ipsis sensibilibus videtur, est aqua & terra: quæ tamen non sunt contrariæ, & cum aer sentiu non percipiatur, ideo putarunt aliqui primo intuitu ipsum esse vacuum: vt narrauit Aristo, in libro Physicorum.

Particula Tertiadecima. D.d. Proprium adhuc est ipsi substantiæ nō suscipere excessum & defectum. Inquit Leui. Non intelligit hic, ꝙ substantia aliqua non dicatur verius substātia, ꝙ aliqua alia substantia: nam hoc est omnino necessarium, vt iam probatum fuit, sed intelligit ꝙ non prædicatur secūdum magis & minus de ea re, de qua prædicatur. Nos autem dicimus, ꝙ hoc quoꝙ non est vere proprium ipsi substantiæ, quoniam, cum excessus & defectus in prędicatione reperiatur tantum in rebus habentibus contrarium, habens medium, vt in superioribus probatum fuit, & dentur aliqua prædicamenta, quæ non habent medium: ergo manifestum est ꝙ non prædicabuntur de ea re, de qua prædicantur secundum excessum & defectum, & ideo Aristo. debebat dicere etiam in hac parte ꝙ in hoc proprio communicant aliquia alia prædicamenta.

Nec nos latere heet, ꝙ vere ipsa substantia non suscipit excessum & defectum: licet aliquæ substantiæ sint inter se contrariæ: vt diximus de elementis: vt exempli gratia, ignis, nam licet aliquis ignis sit calidior aliquo alio igne, & sic de qualitatibus reliquorum elementorum, quæ sunt formę eorum, dicendum est, vt in libris scientiæ Physicæ probatum fuit: nihil minus non prædicatur ignis de illis partibus secundum magis & minus, neq; aliquod aliud elementum de suis partibus, quoniam ille calor, quo ignis est ignis, habet aliquam latitudinem: & quicquid reperitur in illa latitudine, est quidem ignis eodem tenore, sed de hoc seorsum tractabimus in expositione nostra super libros scientiæ Naturalis, nam hoc negocium desyderat inuestigationem propriam seorsum, hic autem non datur locus huic inuestigationi, vt palam est.

Particula Quartadecima. D.d. Videtur autē maxime proprium substantiæ eē, &c. Inquit Leui. Totum hoc est clarum, & intelligit hic, ꝙ & si fateamur ꝙ, cum vna opinio recipit verum & falsum, dicatur recipere contraria, differat tamen receptio cōtrariorum in substantia, à receptione contrariorum in opinione, quia substantia recipit contraria ipsa mutata in se: sed nō ita res se habet in oratione, & opinione, erit igitur proprium substantiæ, vt recipiat contraria, dum transmutatur in ie. sed melius est dicere, ꝙ hoc non dicitur recipere contraria, & sic non indigebimus illo secundo proprio, scilicet dicere dū in se transmutetur: quoniam, cum dicimus vnam substantiam recipere contraria, nullū aliud prędicamentum cōicabit in hoc.

De Quanto. Cap. II.

QVanti autem aliud quidem est discretum, aliud autem continuum: & aliud quidem ex habentibus positionem ad seinuicem in ipsis, partibus constat, aliud autem ex non habentibus positionem. Est autem discretum quidem, vt numerus, & oratio: continuum vero, vt linea, superficies, corpus. amplius autē præter hęc, locus & tempus. Partium etenim numeri nullus est communis terminus, ad quem copulantur partes eius. vt quinque, si sunt denarij partes, ad nullū terminum communem copulātur quinque & quinque, sed semper discreta sunt. & tria & septem ad nullum communem terminum copulātur. neq; omnino habeas in numero communem terminum

minum partiū accipere, sed semper discretæ sunt. quapropter numerus quidem discretorum est. Similiter autē & oratio. quòd etenim quantum est oratio, manifestū est: mensuratur. n. syllaba breui, & longa. dico autem cum voce orationem factam. ad nullum. n. cōem terminum particulæ eius copulantur. non. n. est cōis terminus, ad quem syllabę copulentur: sed vnaquæq; diuisa est, ipsa sm se ipsam. Linea vero continua est. est. n. sumere cōem terminum pūctum, ad quē partes eius copulentur: & superficiei, lineam. plani nāq; partes ad aliquem cōem terminum copulantur. sili aūt et in corpore habeas sumēre communē terminum, lineam vel superficiem, ad quam corporis partes copulantur. Est aūt talium & tēpus & locus: presens. n. tempus copulatur ad præteritum & ad futurum. rursus locus continuoꝝ est: locum. n. quēdam partes corporis obtinent, quæ ad cōem terminū copulantur: ergo & loci partes, quę obtinent singulas corporis partes, ad eūdem cōem terminum copulantur, ad quem & corporis partes. quapropter continuus erit & locus: ad vnum. n. communem terminum eius partes copulantur. Amplius autem, alia quidem constant ex partibus quæ in eis sunt, positionem habentibus ad seinuicem, alia autem ex non habentibus positionem. vt lineę quidem partes positionem habent ad seinuicem. singulæ nanq; earum sitæ sunt alicubi: & habeas vnde distincte sumas, & assignes vbi singulæ sitę sint in plano, & ad quam partem reliquarum copulantur. sili autē & partes plani positionem habent aliquā. similiter nanq; assignaretur vnaquæq; vbi iacet: & quæ copulantur ad seinuicem. sed & solidi partes similiter, & loci. In numero autem nō poterit quisquam ostendere, quemadmodum partes eius positionem aliquam habēt ad seinuicem, aut vbi iacent, aut quæ partes ad seinuicē connectuntur. Neq; eæ quæ temporis sunt. nihil. n. permanent partes temporis. quod autem nō est permanens, cūo positionem aliquam habebit. Sed magis ordinem quendam dices habere: eò quòd aliud quidem prius sit temporis, aliud vero posterius. Sed & in numero similiter: eò quòd prius numerat vnus ꝙ duo, & duo ꝙ tria. & sic habebunt aliquem ordinem: positionem vero non omnino accipies. Sed & oratio similiter. nulla enī remanet pārtium. sed dictum est simul, & non est hoc amplius assumere. quapropter non erit nulla positio partium eius: siquidem permanet. Igitur alia ex habentibus * positionē partibus constant: alia ex non habentibus positionē. Prorie autem quanta hæc dicuntur sola quæ dicta sunt: alia vero omnia sm accidens. ad hæc enim aspicientes & alia dicimus quāta. vt multum dicitur album, eò ꝙ superficies multa sit: & actio longa, eò ꝙ tempus multū sit, & motus multus. Neq; enim horum singulum per se quantum dicitur. vt si quis assignet quanta actio est, tempore definiet annuam, vel sic alio quo modo assignans. & album quātum quid sit assignans, superficie definiet: quanta enim fuerit superficies, tantum album esse diceret. quare sola propriæ secundum seipsa dicūtur quāta, quæ dicta sunt: aliorum vero nihil per se, sed si forte per accidens. Amplius, quanto nihil est contrarium. In definitis enim manifestum est, quòd nihil est contrarium: vt bicubito vel tricubito, vel superficiei, vel alicui talium. nihil enim illis est contrarium. Nisi qs forte dicat multum pauco esse contrariū, vel magnum paruo. Horum autē nihil est quantum, sed magis eorum quæ sunt ad aliquid. nihil enim ipsum per seipsum magnum vel paruum dicitur: sed eò ꝙ ad alterum refertur. vt mons quidem paruus dicitur, milium vero magnum: ꝙ hoc ijs quæ sunt sui generis maius sit, illud vero ijs quæ sui sunt generis minus: ergo ad alterum est eorum relatio. nā si per seipsum magnum vel paruum diceret, nunquam mons quidem aliquando paruus, milium vero magnum diceretur. rursus in vico quidem plures hoies esse dicemus, athenis vero paucos, cùm sint illis multo plures. & in domo quidem multos, in theatro vero paucos, cùm sint plures. Amplius, bicubitum quidem, & tricubitum, & vnumquodq; talium quantum significat: magnum vero vel paruum non significat quantum, sed magis ad aliquid: quoniam ad alterum consideratur & magnum & paruum. quare manifestum est, quòd ipsa sunt eorum quæ ad aliqd.

Amplius, siue aliquis ponat quanta esse hęc, siue non ponat, nihil est in illis contrarium. quod enim non potest sumi per seipsum, sed ad alterum refertur, quomodo huic aliqd erit contrarium? Amplius autem, si sint magnū & paruum contraria, cōtinget idē simul contraria suscipere, & ea ipsa sibimet esse contraria. contingit enim * simul idem paruum esse & magnum. est enim ad hoc quidē paruum, ad aliud vero idipsum magnum. quare idem & paruum & magnum eodem tempore esse contingit: quare simul cōtraria suscipere. Sed nihil est, quod videatur simul contraria suscipere posse. vt in substantia quidem: suscepti bilis enim contrariorum esse videtur: sed nullus simul sanus est & æger, neq; album & nigrum

Instantia.

* a. l. sumere, & assignare.

* a. l. partius ipsius.

* a. l. pōnem ad seinuicem partibus.

* a co addit aliqñ.

grum est simul: nihilq; aliud simul contraria
suscipiet. Et eadē sibiipsis contingit esse con-
traria. nam si est magnum paruo cōtrarium:
ipsum autem idem simul est magnum & par
uum: ipsum sibi erit contrarium. sed impossi-
bile est aliquid sibiipsi esse contrarium: nō est
igitur magnum paruo contrarium, neq; mul-
tum pauco. Quare nisi & eorū quæ ad aliqd
hæc quis dicat, sed quanti, nihil contrarium
habebunt. Maxime autem circa locum esse
videtur contrarietas quanti. sursum enim ei
quod est deorsum, cōtrarium ponunt: locum
qui in medio est, deorsum dicentes, eò q; plu
rima distantia est medij ad mundi terminos.
Videtur autem & aliorum contrariorum ab
his afferre definitionē. quę enim plurimum à
seinuicem distāt eorum quæ sunt sub eodem
genere, contraria esse definiunt. Non vide-
tur autem quantū susciepere magis & minus:
vt bicubitum. neq; enim alterum altero * ma
gis bicubitum. neq; in numero: vt tria q̄ quin
que nihil magis quinq; aut tria dicūtur, neq;
quinq; q̄ tria. nec tempus alterum altero ma
gis tempus dicitur. nec in nullo eorum, quæ
dicta sunt omnino, magis & minus dicitur.
Quare quantū non susciepit magis & minus
Proprium autem maxime quanti est, q; æqua
le & inęquale dicitur. vnumquodq; enim eo-
rum quę dicta sunt quantorum, æquale et in-
æquale dicitur. vt corpus, æquale & inæqua-
le dicitur. & numerus & tempus, æquale &
inæquale dicitur. similiter autē & in alijs, quę
dicta sunt, vnumquodq; æquale & inæquale
dicitur. In cæteris vero quæcunq; quāta non
sunt, nō prorsus videbitur æquale & inequa-
le dici. vt dispositio æqualis & inæqualis non
omnino dicitur, sed magis similis & dissimi-
lis. & album æquale & inæquale non omni-
no dicitur, * sed simile vel dissimile. Quare
quanti maxime sit proprium, æquale & in-
æquale dici.

Vide p hoc Gilbertum Porretanum in libro sex principiorū, i ca. de Vbi circa finem.

* a. l. magis minus bicubitum.

* a l. sed magis simile.

tur dubia, quibus videtur probari q̄ quātitas habeat
contrarium. In Sexta probatur q̄ quantitas ētiā non
suscipit magis & minus, vt ipsa substantia. In Septima
ostenditur q̄ vera proprietas ipsius quantitatis, cùm
qua nihil aliud communicat, est æquale & inæquale.

Particula Prima. Dixit Aristoteles. Ipsius quāti ali-
quod est discretum, & aliquod continuum: & aliud est,
cuius partes inter sese habent positionem, aliud vero
cuius partes non habent positionem adinuicem.

Particula Secunda. Discretum autem est duplex,
nempe numerus, & oratio. Continuum vero quintu-
plex, videlicet linea, superficies, corpus. præterea quæ
corpora continent, ac amplectuntur, tempus scilicet, et
locus. Est autē numerus quantitas discreta: quia quan
titas discreta est id, cui non conuenit assumere termi-
num communem, apud quem eius particulæ inuicem
copulentur, vt exēpli gratia, decem. nam pars eorum,
quæ est quinque, non copulatur cum alīs quinq;, quæ
sunt alia pars, in termino communi: neq; tria quæ sunt
vna pars, cùm septem: sed omnes particulæ eorū sunt
abinuicem diuisæ. Quòd autem oratio sit quantitas,
nemo ambigere potest: quoniam mensuratur per eius
partem, quæ est minima portio, qua vox proferri pos-
sit: nempe vel syllaba longa, vt la Arabice, vel breui,
vt al. & est q̄uoq; discreta quantitas, cū eius particulæ
non habeant terminum communem, ad quem coniun-
gantur inter se inuicem. syllabæ etenim sunt inter se
diuisæ. Linea vero, & superficies, & corpus, ac tēpus,
atq; locus sunt ex quantitate continua: quia particulæ
cuiusliber eorum possunt habere terminum commu-
nem, ad quem copulentur inter se. qui quidem termi-
nus in ipsa linea est punctum, in superficie vero est li-
nea, in corpore superficies, in tempore instans. nam in
puncto copulantur partes lineæ, & in linea partes su-
perficiei, et in superficie partes corporis copulantur, et
in instanti copulantur partes temporis, quæ sunt præ-
teritum & futurum. Locus quoq;, cùm particulæ cor-
poris in eo contineantur, & in terminum communem
copulentur, oportet ergo vt particulæ loci copulentur.
ad terminum cōem ēt: & sic itaq; est quātitas cōtinua.

Particula Tertia. D.d. Quantitas vero, quæ est par-
tibus habentibus inter se positionem cōstat, est ipsa li-
nea, & superficies, & corpus, atq; locus. Habere autē
ipsas partes positionem inuicem, nihil aliud est, q̄ vt
eius particulæ omnes reperiantur simul. nam si nō sint
simul, non poterit habere aliqua particula earum posi-
tionem inter se: & q̄ quatus portione earum sumpta,
reperietur in parte terminata huius quātitatis, siue sur-
sum, siue deorsum, & copulata parti terminatæ ipsius,
vt gratia exempli, omnes partes lineæ, cùm reperiātur
simul, habent quidem positionem inter se inuicem: &
quælibet earum existit in parte terminata, & coniun-
gitur in parte termina:a, quæ scilicet est illa, quæ ip-
sam insequitur. eademq; est de partibus superficiei ra-
tio, & de partibus corporis, & partibus loci. qm̄ par-
tes loci reperiuntur super partibus corporis replenti-
bus locum: siue locus sit vacuū, siue sit superficies am-
biens corpus exterius, vt sentit Aristoteles. In partī-
bus vero numeri, nullum horum trium reperitur, s. vt
sint simul, & vt sit quælibet earum in parte terminata,
& copulata in parte terminata. Et par ratio est de tem-
pore & oratione, videlicet q̄ partes eorum non repe-
riuntur simul: cùm partes temporis et partes orationis
non habeant permanentiam, neq; posterior portio eo-
rum attingat priorem. Partes tamen temporis atq; nu
meri quendam obtinent ordinem: nam quædam par-
ticula tēporis præcedit, & quædam aliæ succedit. idēq;
de numero dicendum est: nam duo præcedunt tria, sed
nullam obtinent positionem.

Particula

AVER.

QVicquid in hoc prędicamento dicitur septem
continetur partibus. In Prima parte notifi-
cantur partes principales ipsius quātitatis,
quæ sunt quantitas continua & discreta, & habere si-
tum, & priuari situ. In Secunda declarat quæ nā sint
genera ipsius quantitatis, s. famosa & publica, quæ sub
quanto continuo locantur: & quæ sub quanto discre-
to. In Tertia ostenduntur genera, quæ sub situ conti-
nentur, & quæ non. In Quarta exponitur q̄ illa sep-
tem genera quantitatis numerata sunt genera, quæ
apparenter & publice videntur esse per se quantitas.
sed reliqua alia, quę videntur esse quantitas, id quidem
habent ea ratione, qua hæc genera in ipsa reperiuntur.
In Quinta probatur q̄ vna ex proprietatibus quan-
titatis est quoque non habere contrarium: vbi soluun-

Particula Quarta. D.d. Hæc autem prima genera
ex generibus quanti sunt, quæ vere & primo dicitur
quanti: reliqua verò præter hæc quæ quantitatē obti-
nent, dicentur vtiq; esse quanta per accidens, & secun-
do, hoc est medio aliquo horum, quę sunt quantitas re
vera. vt exempli gratia, dicimus aliquam albedinem
determinatam eē magnā, quia est in magna superficie:
dicitur quoq; actio longa, quia in longo tempore effici
tur. Cuius rei indiciū est, q̄a siquis sterrogauerit, quan-
ta sit hæc actio, respōdebitur q̄ est actio vnius anni. &
si interroget quanta sit hæc albedo, respondebit̄ trium
cubitorum vel quatuor, actio. n. terminatur & mensu-
ratur tempore: albedo vero per superficiem, quæ est
trium vel quatuor cubitorum mensuratur. sed, si essent
per se quanta, mensurarentur quoq; per se.

Particula Quinta. Proprium autē quanto est, nihil
illi esse cōtrarium, siue continuū, siue discretum fuerit,
tria etenim vel quinq; non hīt contrarium, neq; linea
& superficies etiā. Nec potest qs obijcere q̄ multū &
pauçū, quæ sunt quantitas discreta, sunt quidē contra-
ria: similiterq; magnum & paruum ex quantitate con-
tinua sunt cōtraria, propter duas rōnes. Prima est, q̄a
pauçum & multum, & magnū & paruum nō sunt ex
prædicamento quantitatis, sed sunt relativa. quantitas
autem est ens per se: paruū vero & magnum & paucū
& multum dicuntur ad aliquid, & in relatione. & ideo
vna & eadem res pōt esse magna & parua, & pauca &
multa: magna qdem in relatione ad aliam, & parua in
relatione ad aliam remadeo vt nos poterimus dicere
montem esse paruum, & formiçam magnam: & si for-
mica sit parua, & mons magnus. Si autem aliquid esset
paruum vel magnum in se, tta vt quædam denomina-
tio per se existens in eo, vt albedo in corpore existens,
non posset mons denofari mons paruus in quauis re,
neq; formica magna. & hæc est vna ratio, quæ probat
quantitatem non habere contrarium: videlicet, q̄a hęc
duo non sunt de prędicamento quantitatis, sed de alio.
Videtur insuper magnū & paruum non esse duo con-
traria: siue locentur in prædicamento quantitatis, siue
non. qm̄, quicquid non intelligitur per se, sed per rela-
tionem ad aliud, non potest habere contraria. cōtraria
enim sunt, quæ maxime inter se distant. id vero quod
in relatione ad aliud dicitur, nihil habet quod maxime
distet ab ipso: cùm possit ad infinitum referri. Tertia
præterea ratio huius est, quia si magnum esset contra-
rium paruo, tunc vna & eadē res esset susceptiua cō-
trariorum simul: cùm vna & eadem res possit denomi
nari magna & parua, sed in relatione ad duo. & si pos-
sent denominari hoc pacto cōtraria in se eo pacto quo
denominatur album et nigrum, tunc reperirentur duo
contraria simul in eodem subiecto, & posset eadē res
simul esse nigra & alba: quod est impossibile. & ideo
duo contraria non possunt simul coniungi in eodē sub-
iecto: nisi duabus rationibus diuersis: vt in reliquis
oppositis hoc idem euenire potest. Præterea, si ma
gnum esset contrarium paruo, idem esset sibi ipsi con-
trarium: cùm idem denominetur magnum & paruum
simul. si igitur dicamus ipsa esse contraria, tunc seque-
retur vt hæ duæ denominationes essent denominatio-
nes firmæ in substātia eiusdem rei: & sic vna & eadem
res esset sibi ipsi contraria. quod est absurdissimum.
Ex his ergo constat magnum & paruum, vel multum
& paucum non esse contraria: siue cōcedamus ea esse
quantum, siue non. D.d. Maxime aūt videtur q̄ con
trarietas insequatur quantitatem in genere eius, quod
est ipse locus. nam locus sursum, qui est pars gibba cœ
li, videtur esse contrarius loco deorsum, qui est mediū
mundi, id est locus terræ, qui est infima pars aquæ, &
infima pars alicuius portionis aeris. Ratio vero, ob

quam putant homines hęc duo loca esse contraria, est,
quia quilibet illorū locorum existit in maxima distan-
tia ad alterum: ita vt non reperiatur aliqua distātia ma
ior illa. &, quia hoc est in ipsis valde manifestum, ideo
definitio reliquorum contrariorum transumpta est ex
hoc nomine: ita vt definitio contrariorum sit hęc, con-
traria sunt illa, quæ inter se maxime distant sub eodem
genere posita, at intelligunt hic quidem distātiam sm
esse, non distantiam sm transitum. Dico itaq; contra
riū reperiri in q̄titate quatenus est ubi, nō quatenus est
q̄titas, neq; quatenus est relattuū, s. sursum et deorsum.
sed hoc idem accidit relationi, quemadmodum accidit
q̄titati: & ideo non videt q̄ relationi insit contrarium.
Particula Sexta. D.d. Proprium quantitati est non su-
scipere excessum & defectum. nam hoc quātum bicu-
bitale non est magis bicubitale q̄i aliud bicubitale: ne-
que tricubitum magis q̄i aliud tricubitū, neq; de tem-
pore quoq; potest dici aliquod tempus esse magis tem
pus q̄ aliud. Verūtamen in his duabus proprietatibus
communicat quoq; substantia, scilicet non habere con
trarium, & non susciepere magis & minus.

Particula Septima. D.d. Maxime proprium quan-
titati esse æquale & inæquale. Nam nihil aliud præter
quantitatem per hoc denotatur. vt gratia exēpli, quale
non dicitur de eo æquale vel inæquale, sed dicit̄ simile
vel dissimile. nam dicimus hanc albedinē esse similem
illi albedini vel dissimilem, & non dicimus æqualem
& inæqualem, nisi per accidens. Proprissimum ergo
quantitatis est, esse æquale vel inæquale.

Sermo de prædicamento Quantitatis.

LEVI.

PArticula Prima. Dixit Aristo. Quanti aliud discretum, &c.
Inquit Leui. Sensus est, q̄ quantitas diuiditur in continuā
& discretam, & ideo diuiditur in id, cuius partes habent situm
inter se se, & in non habentes.

Particula Secunda. D.d. Auer. Discretū aūt est duplex, nēs
pe numerus, & oratio, &c. Inquit Leui. Non videtur verū, s. Dubitatio.
q̄ numerus & oratio sint duo genera quantitatis discretæ: sed
oratio ratione numeri syllabarum eius est species numeri, &
numerus est genus eq̄m numerus innumerabilis, vt decē, qui
possunt esse equi vel asini, vel alia, vel syllabæ orationis. patet
ergo q̄ numerus syllabarum orationis continetur sub nume
ro vniuersali; quēadmodum locatur species sub genere. Et
si quispiam dicat q̄ Aristot. diuisit quantitatem discretam in
hæc duo genera, eò quia cōsyderatio de numero in has duas
diuiditur partes: nam Arithmeticus consyderat de numero
denudato à materia, & immateriali, sed Poeta tractat de nu-
mero syllabarum: tūc esset quoq; necessarium dare hoc tertiū
genus quantitatis discretæ, quæ est ipse numerus sonorus vo-
cum, de quibus tractat Musicus. & sic etiam Aristoteles debe-
ret diuidere lineam in duo genera, s. in genus lineę expers ma
teriæ, de quo consyderat Geometra; & in lineam radiosam,
de qua consyderat Perspectiuus. Possumus tamen dicere, q̄ no lectio
Aristoteles diuisit hic quantitatem discretam in has duas par-
tes, propter quandam differentiam, quæ inter numerum &
orationē apparet, siue ille numerus sit numerus syllabarum,
siue non, quæ est, quia numerus syllabarum est numerus simul
existens, sed oratio non est oratio simul existens, neque pars
posterior eius consequitur priorem. Attamen Aristoteles de-
bebat diuidere numerum in orationem, & non orationem, &
non ponere numerum & orationem duo genera. Deinde d.
Est autem numerus quantitas discreta, &c. Inquit Leui. Hic
declarat id quod intelligebat per quantitatem discretam, vi-
delicet id quod non habet terminum communem, in quo
copulentur partes eius inter se inuicem, nam in linea reperis
tur unus punctus mod, qui est finis vnius & principium alte-
rius: sed hoc non reperitur in numero, vtipte declarauit.

D.d. Quòd autem oratio sit quantitas, &c. Inquit Leui. In-
telligit hic q̄ quantitas vt est quantitas, oportet vt mensuretur
per partem sui ipsius. & hoc perspicuum est, licet mensuretur
pars per totum: vt cū dicitur quanta est hæc eclipsis, & respon-
deatur tertia pars horæ, patet etiam, quia potest mēsurari per
partem eius, nam cum hora sit nota & terminata, eius quoq;
tertia pars est nota, & sexta pars etiam horæ, & potest etiam
responderi sexta pars horæ est mensura huius temporis. & po
test etiam respōderi ad hoc quæsitum, quòd sint duo sexta

horæ. Et hac ratione tollitur dubium, quo pacto posit mensurari totum per totum; vt si dicatur quanta est longitudo huius lineę? & respondeatur quòd est vnus palmus: potest tamen mensurari per mensuram minorem sibi. D. d. quæ est minima portio, quę voce proferri possit. Per hoc declarat simpliciter, quòd mensura, vt est mensura, oportet vt sit minima, quę possit reperiri in eo genere, & hoc est commune, & respondet tam quantitati continuæ, quam discretæ, veruntamen in continua reperitur ex suppositione, in discreta vero ex natura. Exinit autem in continua ex suppositione, vt supponitur motus diurnus pro mensura temporis, quia eius tempus est brevissimum inter cætera tempora reliquorum motuum cœlestium, & sic de alijs mensuris quantitatis continuæ. Est vero in quantitate discreta a natura; quia vnum numerale non recipit diuisionem, quatenus est vnum numerale, hoc enim modis differenter reperitur tam in quantitate continua, quam in discreta; videlicet vt totum mensuretur per minimam partem, quæ reperiri possit: & hoc in oratione reperitur: ergo est quantitas. Possumus tamen adhuc dicere, quod cum dicit, quæ est minima portio, quę voce proferri possit, velit significare ipsam esse quantitatem discretam, nam, si esset quantitas continua, non reperiretur in ea minima portio: cum omnis quantitas continua sit diuisibilis in infinitum, & hoc indicatur dum dicit, & est etiam discreta quantitas; ac si diceret hanc esse aliam rationem probantem ipsum esse quantitatem discretam.

Nec potest aliquis dicere quòd possit reperiri in syllaba aliquid minus, quo possit mensurari oratio, nempe pars syllabę, quoniam syllaba, quatenus est motus vocalis, est quidem diuisibilis in semper diuisibilia, quia hac ratione erit quantitas continua: ex syllaba enim componitur oratio, quatenus est syllaba, sed ex motu syllabæ non componitur oratio, & si in infinitum duplicaretur, dum non fuerit in eo syllaba: & ideo est oratio prima pars, ex qua constat oratio. Si autem variantur syllabæ inter se in longitudine & brevitate, vt ipse dicit, dum inquit vel syllaba longa vel brevi, hoc quidem non facit diuersitatem in eis ea ratione qua sunt vnitates numerales, ex quibus conflet numerus orationis: sed ea ratione, qua quælibet earum est quantitas continua, ratione extensionis vocis, non quatenus est syllaba numeralis, & est etiam discreta, quia syllabæ non copulentur inter se in termino communi: ergo patet orationem esse ex quantitate discreta. Deinde dicit, Locus autem, quia particulæ corporis replent ipsum. Inquit Leui. Aristoteles capit hic locum, quidquid fuerit ipse, siue vas cuum, siue superficies ambiens; quia hæc ars non habet discernere, quod nam horum sit locus, & ideo dicit quòd partes corporis replent ipsum, hæc enim conueniunt cum qualibet harum opinionum de ipso loco. Posset autem quis obiicere contra Aristotelem, quia possunt hic superficiem & locum esse duo genera: cum tamen in Physicis sit probatum quòd locus est superficies corporis ambientis tangentis locatum, sic ergo superficies & locus est genus vnicum; immo locus est vna ex speciebus superficiei: est enim quædam superficies. Nos vero dicimus, quod licet concederemus rem ita se habere, nihilominus non decebat ipsum ponere hic ista duo genera pro vno genere; quia non est manifestum & famosum, quòd locus sit superficies ambiens, hæc autem ars nihil ponit, quod non sit famosum, locus autem neminem latet esse quantum, cum dicatur magnus & paruus, itidem & superficies, cum igitur non sit publicum & notum, quòd locus sit superficies: ergo hæc ars debuit ponere ipsi duo genera. Sed melius est dicere quòd locus non est superficies re vera, quoniam superficies est superficies ex se ipsa, sed est locus quatenus continet corpus, & ambit ipsum, & sic superficies est aliud a loco.

Quòd autem superficies non sit ipse locus, sic probatur, quoniam, si superficies esset locus tunc quanto superficies ambiès esset maior locus esset maior: & sic locus partis ipsius corporis esset maior quàm locus totus, quod est falsum: quia manifestum est quòd locus partis est pars loci totius. Quòd vero sequatur quòd locus partis sit maior quàm locus totius, sic probatur. Iupponamus quòd aliquod corpus, quod ambiat superficies rectę, si fodiamus foueam in illo corpore in vna illatum superficierum, tunc erunt superficies illius foueæ cum reliquo illius superficiei, quam fodimus in eo, maiores illa superficie, quam fodimus. & hoc perspicuum est apud studiosum in Geometria. & ideo illa superficies, quæ ambit aliquod corpus, postquam ablata fuit aliqua pars, erit maior superficie ambiente totum illud corpus. patet ergo quòd, cum dicimus aliquem locum esse maiorem, non intelligimus quòd illa superficies ambiens ipsum sit maior: sed intelligimus quòd comprehendit corpus maius. Potest & alia ratione probari quòd locus non sit superficies; nempe quia superficies mensuratur superficie, quæ est pars eius: sed locus non mensuratur p superficiem, quæ est pars superficiei ambientis: quia nulla pars illius superficiei est locus, quia non est superficies ambiens. nam vna ex proprietatibus quantitatis est, vt mensuretur sua parte, mensuratur autem locus per locum, qui est pars eius ratione continentiæ: quia nos dicimus hoc vas continere nummum quarundam mensurarum notarum. & sic est solutum dubium.

Particula Tertia. Deinde dicit, Quantitas vero, quæ ex partibus habentibus inter se positionem, est ipsa linea. Inquit Leui. Per has tres conditiones intelligit declarare id quod vocant, cum dixit partes habentes positionem inter se; & quia fixus est localis, ideo cum dicitur, vt omnes partes eius simul permanent, intelligit quòd sint simul in loco, reliquæ conditiones sunt de se manifestę. Et hinc tollitur dubium de numero, cum dixit, quòd nulla harum conditionum reperitur in eo. Posset tamen dici quòd numerus simul reperiatur, sed quòd non sit simul in loco, & hoc intendebat cum dixit, simul: quia numerus non est in loco quatenus est numerus. & sic videtur quod quacunque particula reperta in numero sit in parte determinata, & coniuncta in parte determinata, nam numerus quinarius contingitur cum senario natura. & duo sunt in parte principii ipsius denarii, & nouem in parte finis: ratione scilicet ordinis, quem naturaliter obtinet ipse numerus. sed hoc non est in loco, vt oportet esse in illis tribus conditionibus: quia sunt ex positione partium notæ, sed ipsius situs qui est localis. Deinde dicit, Partes tamen temporis, atque partes numeri, habent aliquem ordinem: sed nullam obtinent positionem. Inquit Leui. Per hoc intelligit, quòd licet non sit ordinatus in loco, nihil minus reperitur ibi aliqua pars prior natura, & aliqua posterior: quia vnum præcedit duo, & duo tria, itidem & pars temporis supposita præcedit partem eius sequentem post ipsam, & non potest aliter nari.

Particula Quarta. Deinde dicit, Hæc autem prima genera ex generibus quantitatis, &c. Inquit Leui. Hoc est necessarium, quia quantitas est quantitas per se, non in relatione ad aliud. & ideo oportet vt tota ipsa quantitas mensuretur per eius partem, vt paulo ante fuit dictum. Inquit Leui. Propter hoc necesse est, vt quicquid non potest mensurari per partem eius, vt non sit quantitas, nisi per accidens: vt si diceremus, quanta est hęc albedo; quoniam est quidem quanta, ratione superficiei, non ratione albedinis, & ideo mensuratur hæc qualitas, scilicet albedo per superficiem, non per se, nam de albo vt album est, quæritur quale sit, non quantum nisi per accidens, vt paulo ante dictum fuit.

Particula Quinta. Deinde dicit, Proprium autem quanto est nihil illi esse contrarium, &c. Inquit Leui. Aristot. declarat hic primo quòd non est necessarium quantitatem habere contrarium ratione magni & parui, quæ in ea reperiuntur, vel multi & pauci, quia hæc non sunt de prædicamento quantitatis.

Deinde dicit, Videtur insuper magnum & paruum nō esse duo contraria. Inquit Leui. Hoc est de se notum, nam nemo dicet album esse contrariū flauo vel viridi, sed nigro: quia ipsi sunt duo colores maxime distites, & declarat hic Aristoteles, q magnum & paruum, & multum & paucum non sunt contraria, quia non maxime distant, nam si ponamus contrarium alicuius pauci aliquod magnum, potent vtiq imaginari magius illo magno, & minus illo paruo. & huius rei ratio est, quia nullum horum est per se intelligibile: sed in relatione ad alterum, potest autem vna res ad infinitas referri. Deinde dicit, Tertia præterea ratio, &c. Inquit Leui. Aristote. declarat hic alia ratione q hæc non possunt esse contraria: quia contraria non coniungontur in vnico subiecto simul secundum vnicam rationem. sed manifestum est q vna & eadem res potest denominari simul magna & parua in relatione ad duas res. sed, si posset sic denominari ratione contrarietatis, scilicet per se, vt est album & nigrum, tunc posset eadem res denominari nigra & alba simul, & hoc est falsum, ratione eadem, sed duabus rationibus diuersis est possibile, nam aliqua res potest esse alba in actu, nigra in potētia. Adhuc sequeretur, si hęc essent contraria, vt eadem res esset sibi ipsi contraria: quod est falsum. quantitati ergo nihil est cōtrarium. Nec multum & paucum, & magnum & paruum, sunt de prædicamento quantitatis, nec que sunt contraria, cum sint cuiusuis prædicamenti. Deinde dicit. Maxime autem videtur q contrarietas insequatur quantitatem in genere eius, quod est locus, &c. Inquit Leui. Cum corpora existant in loco, ideo locus est superficies ambiens, iuxta sententiam Aristotelis de loco sphæræ: vel est vacuum, iuxta sententiam aliorum, idcirco extra mundum non datur locus. & ideo ille locus, qui maxime distat a loco, qui est deorsum, q est orbis terræ, erit pars gibba suprema cœli; sed in Phy

sicis

sicis probatum est, quòd hæc loca non sunt contraria; sed loca contraria sunt locus ignis, & locus terræ, & ideo accidit eis scilicet vt sint contraria; quia sunt locus corporibus contrariis in qualitate, ita vt vbi ignis quiescit, vel ad ipsum mouetur, quod quidem est ipsum sursum, ab illo quidem terra mouetur, & ita quodque se habet terra cum igne. Et ideo in quibusdam libris reperitur scriptum concauum orbis, per quod intelligitur concauum orbis lunæ, quod est conuexum ignis, & hęc litera magis placet nobis.

Particula Septima. Deinde dicit, Maxime propriū est quantitati esse æquale & inæquale, &c. Inquit Leui. Hoc patet ex supradictis, nam, si dicatur hæc albedo est æqualis illi albedini, non dicit nisi quia accidit eis existere in superficiebus æqualibus inter se, non ratione qualitatis.

De his quæ ad aliquid. Cap. III.

AD aliquid vero talia dicuntur, quæcunq; hęc ipsa quę sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad alterū: vt maius hoc ipsum quod est alterius dicitur; aliquo enim maius dicitur. et duplum alterius dicitur hoc ipsum quod est: alicuius enim duplum dicitur. similiter autem & alia, quæcunq; huiusmodi sunt. At vero sunt etiā & hæc ad aliqd: vt habitus, dispositio, sensus, scientia, positio, hæc. n. omnia, quę dicta sunt, hoc ipsum quod sunt, aliorum esse dicunt, vel quōlibet aliter ad alterū, & non aliud q ddam. habitus. n. alicuius habitus esse dicitur, & scia alicuius scientia, & positio alicuius positio: & alia quoq; similiter. Ad aliqd igitur sunt, quęcunq; hæc ipsa quæ sunt, aliorum esse dicunt, vel quōlibet aliter ad alterum. vt mons magnus dicitur ad alterum (magnus. n. mons dr ad aliquid) & simile alicui simile, & cætera talia similiter ad aliquid dicuntur. Sunt autem & accubitus, & statio, & sessio positiōes quædam. positiones vero ad aliquid sunt. iacere autem & stare vel sedere, ipsa quidē non sunt positiones: denominatiue vero dicuntur ab ijs, quæ dictæ sunt, positionibus. Inest autem & contrarietas in ijs quæ sunt ad aliquid. vt virtus vitio contrarium, cùm sit vtrunque eorum ad aliquid: et scientia ignorantię. Non autem omnibus ijs, quæ sunt ad aliquid * inest contrarium. duplici enim nihil est contrarium, neq; triplici, neq; vlli talium. Videntur autem & magis & minus ea quæ ad aliqd sunt, suscipere. simile enim & dissimile magis & minus dicitur: & æquale & inæquale magis & minus dicitur, cùm vtrunque sit ad aliquid. simile enim alicui simile dicitur, & inæquale alicui inæquale. Nō autem omnia quæ sunt ad aliquid, suscipiunt magis et minus. duplum enim non dicitur magis & minus duplum, nec aliquid talium. Omnia autem quæ sunt ad aliquid, ad cōuertentia dicuntur. vt seruus domini seruus: & dominus seruī dominus esse dicitur. & duplū dimidij duplum: & dimidium dupli dimidium. & maius minore maius: & minus maiore minus. similiter autem & in alijs. Sed ea su aliquotiens differrent sm locutionem. vt scientia scibilis scientia dicitur: & scibile scientia scibile. & sensus sensibilis sensus: & sensibile sensu sensibile. At vero aliquotiens non videbitur conuerti: nisi conuenienter ad quod dicitur assignetur, sed peccet is qui assignat. vt ala si assignetur auis, non conuertitur vt sit auis alæ. nō enim prius conuenienter assignatum est ala auis. neq; eni quatenus auis est, eatenus ala ipsius dicitur: sed eò q alata est. multorum enim & aliorum alæ sunt, quæ non sunt aues. Quare si assignetur conuenienter, & conuertitur: vt ala alati ala est: & alatum ala alatū. Aliquotiens autem forte & nomen fingere necesse erit: si non fuerit nomen impositum ad quod conuenienter assignetur: vt temo si assignetur nauigij, non est assignatio cōueniens. neque enim eò q nauigium est, eo ipsius temo dicitur. sunt enim nauigia, quorum temones non sunt. quare non conuertitur: nauigium enim non dicitur temonis nauigium. Sed forte conuenientior assignatio erit, si sic quodāmodo assignetur: temo temonatæ rei temo est, aut quomodocunq; aliter. nomen. n. non est positum. & conuertitur si cōuenienter assignetur: temonatum enim temone temonatum est. Similiter autem & in alijs. vt caput conuenientius assignabitur capitati caput, q; si animalis assignetur. neq; enim eò q est animal, caput habet. multa enim animalia sunt capita non habentia. Sic autem fortasse facillime quis sumet, quibus posita nō sunt nomina, si ab ijs quæ prima sunt, & ijs ad quæ conuertuntur, nomina ponātur: vt in ijs quæ prædicta sunt, ab ala alatum, à temone temonatum. Omnia igitur quæ ad aliquid dicuntur, si conuenienter assignentur, ad conuertentia dicūtur. quoniam si ad quodlibet aliud assignentur, & non ad id ad quod dicuntur, non conuertuntur. dico autem, quoniā neq; eorum quæ in confesso ad conuertentia dicuntur, & nomina eis posita sunt, nihil cōuertitur, si ad aliquid eorum quæ sunt accidentia assignentur, & non ad id ad quod dicunt. vt seruus, si non domini assignetur, sed hominis vel bipedis, vel cuiuscunq; talium, non conuertitur. neq; enim dici potest, homo est seruī homo: non enim conueniens est assignatio. Amplius si quidē conuenienter assignetur ad quod dicitur, oibus alijs sublatis, quæcunq; accidentia sunt, relicto autem solo illo ad quod assignatum est cōuenienter, semper ad ipsum dicetur. vt si seruus ad dñm dicitur: circunscriptis omnibus, quæ accidentia sunt domino, vt esse bipedē, vel scientiæ susceptibilem,

* a. 1. ineſt cō trarietas.

lem, vel hominem, relicto vero solo quod dominus est, semper seruus ad ipsum dicetur: seruus enim domini seruus dicitur. Si autem non conuenienter ad id, ad quod dicitur assignetur: circunscriptis omnibus aliis, relicto autem eo solo, ad quod assignatum est: non dicetur ad ipsum assignetur enim seruus hominis, & ala auis, & circunscribatur ab homine esse dominum, non sane amplius seruus ad hominem dicetur. cùm enim dominus nõ sit, neque seruus est. similiter & de aue, si admittur eam alatam esse: nõ enim amplius erit ala ad aliquid. cùm enim non sit alatum, nec ala erit alicuius. Quare oportet assignare ad id, ad quod conuenienter dicitur. Et si sit nomen positum, facilis erit assignatio: si autem non sit, fortasse necessarium erit nomen fingere. si autem sic assignentur, manifestum est quoniam omnia quæ ad aliquid sunt, ad conuertentia dicuntur. Videntur autem ipsa ad aliquid simul esse natura. & in plurimis quidem verum est: in aliquibus vero nõ verum. simul enim duplum & dimidium sunt: & cũ sit dimidium, duplũ est. & cùm sit dominus, seruus est: & cùm sit seruus, dominus est. similiter autem his & alia. Simul autem, hęcausę rũ sese inuicem. si enim non sit duplum, non erit dimidium. & si non sit dimidium, non erit duplum. similiter autem & in aliis, quæcunq; talia sunt. Non autem in omnibus his quę ad aliquid, verum videtur, esse simul natura. scibile enim scientia prius videbitur esse. nãq; in pluribus præexistentibus rebus scientias accipimus: in paucis enim vel nullo quisquam hoc perficiet simul cum scibili scietiam esse factam. Amplius, scibile sublatum simul aufert scientiam: scientia vero simul non aufert scibile. nam si scibile non sit, non erit scientia: * a. l. addit amplius nullius enim * erit scientia. scientia vero si non sit, nihil prohibet eẽ scibile. vt circuli quadratura si est scibilis, scientia quidem eius nondũ est: ipsa vero scibilis est. Amplius, animali quidem sublato non erit scientia: scibilium vero plurima esse contingit. Similiter autẽ his sese habent ea quæ de sensu sunt. sensibile enim prius q̃ sensus esse videtur. sublatum. n. sensibile simul aufert sensum: sensus vero sensibile non simul aufert. sensus enim circa corpus & in corpore sunt. sensibile autem sublato, aufertur & corpus. * sensibile enim corpus est. cũ autem corpus non sit, aufertur & sensus. quare simul aufert sensibile sensum. sensus vero sensibile non simul aufert. sublato enim animali, sensus quidẽ aufertur. * sensibile autem erit corpus: vt calidum, dulce, amarum, & omnia alia quæcunq; sunt sensibilia. Amplius, sensus quidem simul cum sensu fit, simul enim fit animal & sensus: sensibile vero ante animal aut sensum est: vt enim, et aqua, & alia huiusmodi, ex quibus animal constat, ante sunt quam animal omninõ sit aut sensus. quare prius videbitur esse q̃ sensus esse videbitur. Habet autem dubitationem, vtrum nulla substãtia ad aliquid dicatur, quemadmodum videtur, * si hoc contingat ẽm quasdã secundas substantias. Nam in primis substantijs verum est. nam nec tota, nec partes primarum substantiarum dicuntur ad aliquid. nam quidam homo non dicitur alicuius quidam homo, nec quidam bos alicuius quidam bos. Similiter autem & partes. quædam enim manus non dicitur alicuius quædam manus, sed alicuius manus. & quoddam caput nõ dicitur alicuius quoddã caput, sed alicuius caput. Similiter autem & in secundis substantijs, atq; hoc quidem in pluribus, vt homo, non dicitur alicuius homo, nec bos alicuius bos, nec lignũ alicuius lignum, sed alicuius possessio dicitur. in huiusmodi ergo manifestum est, quoniã non sunt ad aliquid. In aliquibus vero secũdis substantijs habet dubitationem. vt caput alicuius caput dicitur, & manus alicuius dicitur manus, & singula huiusmodi. quare hæc forsse ad aliquid esse videbuntur. Sufficienter eorum quæ sunt ad aliquid, definitio assignata est, aut omnino difficile, aut impossibile est ostendere quòd nulla substantia eorum quę sunt ad aliquid dicitur. si autem non sufficienter, sed sunt ad aliquid, quibus hoc ipsum est esse, ad aliquid. quodammodo se habere, fortasse aliquid cõtra ista dicetur. Prior vero definitio sequitur quidẽ omnia ea quæ sunt ad aliquid, non tamen in ipsis idem est: cùm eo quod est eẽ ad aliquid, ipsa quæ sunt, aliorum dicantur. Ex his autẽ manifestum est quòd, si quis aliquid eorum quæ sunt ad aliquid, definite sciet, & illud ad quod dicitur, definite sciturus est. Manifestum igitur & ex ipsis est. si enim nouit aliquis hoc quod ad aliquid est, est autem esse eius, quæ ad aliquid sunt, idem ac ad aliquid aliquo modo se habere, & illud nouit, ad quod hoc aliquo modo se habet. si enim non nouit omnino ad quod hoc aliquo modo se habet: neque si ad aliquid hoc aliquo modo se habet, noscet. Sed & in singulis palam hoc est. vt si quis nouit quis definite, quòd duplum est, & cuius duplum est, mox definite nouit. si enim nullius definitorum nouit ipsum duplum esse, neque si sit duplum omnino nouit. Similiter autem & hoc aliquid si nouit quis, quòd melius

Dubium.

*2. l. an hoc.

* a. l. sensibilium enim & corpus est.

* a. l. sensibile autẽ non, vt calidum

lius est, & quo melius est statim definite necessarium est nosse. Propter hæc autem non indefinite hoc cognoscet, quòd hoc est peiore melius. suspicio enim hæc est, non scientia. non enim adhuc sciet exacte quòd est peiore melius. si enim sic accidit, nihil est deterius ipso. Quapropter palam est quòd necessarium est, si nouerit, quis aliquod relatiuorum definite, & id ad quod dicitur definite necesse est nosse. Caput vero & manus, & eorum singula, quæ substantię sunt, ea ipsa quę sunt sciri definite possunt: ad quod vero dicãtur non est necessarium scire. cuius enim hoc caput, vel cuius hęc manus sit, non est scire definite. quare non erunt hæc ad aliquid. Si vero non sunt hæc eorum quæ sunt ad aliquid, verum erit dicere quòd nulla substantia eorum est quæ sunt ad aliquid. Fortasse autem difficile sit de huiusmodi rebus vehementer asserere, nisi ea sæpe pertractata sint. dubitasse autem de horum vnoquoque non est inutile.

Pars Tertia Tractatus Secundi.

Sermo de prædicamento Relationis.

AVER. QVæ in hoc continentur prædicamento, octo complectũtur partibus. In Prima describuntur relatiua, & numerantur exemplo. In Secunda, q̃ reperitur contrarium in relatiuis. In Tertia, q̃ aliquod relatiuum suscipit magis & minus. In Quarta, q̃ vnum ex propriis relatiuorũ est, vt quodlibet eorum dicatur ad conuertentiam: si sumantur secundum eorum nomina significãtia super ipsa, quatenus sunt relatiua, si nomen habeant, vel si imponatur eis nomen, si nomine carent. In Quinta, q̃ si duo correlatiua capiantur ſm sua nomina significantia super ipsa, quatenus sunt correlatiua, & vtriq; conuertibilia, q̃ ille affectus, quo quodlibet eorum est correlatiuum ad suum compar, est quidem validior cæteris affectibus repertis in illis duobus correlatiuis. nam ablatis reliquis affectibus, si remaneat ille affectus, non tolletur illa relatio, quæ est inter illa duo correlatiua: sed ablato illo affectu, tollitur & illa relatio. sed, si capiantur, non quatenus sunt conuertibilia, tunc non sequitur, vt ablatis reliquis rebus existentibus inter ipsa duo relatiua, si remaneat ille affectus, qui refertur ad suum compar, vt remaneat relatio ipsa. In Sexta, q̃ ex proprietatibus duorum correlatiuorum est, vt reperiantur simul natura, & q̃ ablato vno auferatur & aliud. & soluitur id, quod sequitur ex tali dubio. In Septima, ponitur id quod posset afferre dubiũ de ipsis substãtijs, vtrum scilicet reperiatur in eis aliquid relationis. & solutio huius dubij est accomodando illam primam descriptionem relatiui, & corrigendo eam cum quadam conditione & hypothesi rei, quæ insequitur vera relatiua: nempe q̃ primo descripsit ipsum relatiuum leui quadam consyderatione, et iuxta apparentiam & famam. & hoc ita fecit, vt facilior doctrina traderetur. nam facilior est transitus discipuli a re famosa & apparẽte ad veram rem, q̃ si primo velit rem veram discere. In Octaua dicit q̃, si in descriptione relatiuorum subiũcitur illa conditio, qua descriptio ipsa sit propria ipsis & notificet essentiam eorum, tunc inueniemus, q̃ vna ex eorum proprietatibus est, vt cognito vno necessario cognoscatur aliud. & q̃ per hoc probatur, q̃ nulla substantia poterit inter correlatiua connumerari. & notificabit adhuc difficultatem solutionis horum dubiorum in hoc loco. et huius rei causa est, quia hic tractat de eis secundum apparentiam.

Particula Prima. Dixit Aristo. Ad aliquid dicuntur ea, quorum quiditates & essentiæ dicuntur in relatione ad aliquod aliud, siue per se, siue per aliquam dictionem relationis, vt est dictio ad, & alia similia. vt exempli gratia maius, nam eius quiditas dicitur qdem in relationem ad aliud: est enim maius aliquo alio. & vt duplum est vtiq; aliquo alio duplum. Et habitus affectusq;, & sensus, & scientia dicuntur ad aliquid. horum autem omnium quiditas dicitur in relatione ad aliquid aliud. nam habitus alicuius rei est habitus: & scientia alicuius scibilis est scientia: & sensus alicuius sensibilis sensus. identidem & magnum & paruum dicuntur ad aliquid, sic etiam & ipsum simile: nam est alicuius rei simile. Sunt, quoq; ad aliquid accubitus, et statio, & sessio, sed dicere sedet & iacet, sunt ex prædicamento positionis: positio vero est aliquo pacto ad aliquid. sed dicere stabit, iacebit, sedebitq; non sunt de prædicamento positionis: sed dicuntur esse ex his, quibus inditum est nomen à positione: hoc est ex his, quę sunt in prædicamento situs.

Particula Secũda. Inest autem relatiuis, vt sint contraria, exempli gratia virtus & vitium, quæ sunt relatiua, & sunt contraria. & scia & ignorantia sunt quoq; relatiua & contraria. Tamen hoc non reperitur in cunctis relatiuis. nam duplum non habet contrarium, neque triplo duplum est contrarium.

Particula Tertia. Quædam quoq; relatiua suscipiũt magis & minus. nam simile & dissimile, & æquale & inæquale, quodlibet ipsorum est relatiuum: & tamen datur aliquid magis simile, q̃ aliud simile, & minus simile. eodem modo & inequale. Quædam vero eorum non suscipiunt magis vel minus. nam vnum duplum non est minus duplum, quàm aliud duplum, neq; magis duplum quàm aliud duplum.

Particula Quarta. D. d. Et ex proprietatibus præterea amborum correlatiuorum est, vt vnumquodque eorum dicatur ad conuertentiam: vt exempli causa, seruus est domini seruus, & dominus est serui dominus: & duplum est dimidij duplum, & dimidium est dimidium dupli. & sic de reliquis eorum, siue nosa virtusq; correlatiui fuerint diuersa, vt duplum & dimidium: siue fuerit vnum eorum deriuatum ab altero eorum, vt scięntia & scibile, & sensus & sensile. nam quodlibet eorum dicitur in relatione ad alterum. Potest tamen imaginari q̃ huiusmodi proprietas non reperiatur in multis relatiuis, cũ non refertur vnũquodq; eorũ ad alterum relatione recta: hoc est cùm non refertur alterum ad alterum in eo quod quid: sed sit relatio vnius eorum ad suum compar in eo q̃ quid, & ipsius comparis ad illud sit relatio per accidens, velut cuiuslibet eorum non sit relatio in eo quod quid. vt exempli gratia si referatur ala ad pennatum, vt si dicatur pennatum habet alam, tunc non erit uera responsio huius per conuertentiam, dicendo, pennatum est pennatum alæ. identidem si referatur pẽnatum ad alam, & dicatur ala est ala pẽnati: quia nõ refertur ala ad pennatum in eo quod quid est pennatum, cùm possit reperiri aliquid habens alam, & non pennam. ergo relatio alæ non fit ad ipsum, quatenus est pennatum: neq; relatio pennati ad alã est, quatenus est pennatum. & ideo hæc relatio non est recta. Sed, si commutetur hoc, & sumatur relatio recta, & dicatur alatum est alatum ala, tunc dicitur ad conuertentiam: videlicet, ala est ala alati, vel si dicatur, [illegible] est pennatum penna: & ala pennata est ala [illegible]

ſdeo, cũ relatio recta non habuerit nomen indicans ipſam, quatenus eſt recta, & hoc ſiue nullum correlatiuorum id habeat, ſiue vnum tantum id obtineat, tunc erit neceſſarium, vt qui relatiuum vult formare impo nat nomen vtriq; eorum, vel vni eorum: ita vt ea correlatiua efficiat, vt exempli gratia, ſi remus referatur ad nauem, tunc nõ erit huiuſmodi relatio recta & conuenies. nam non eſt de ratione nauis, quatenus nauis eſt, vt indigeat remo; nam aliquæ dantur naues, quæ remo vacant: quẽadmodum remus indiget naui quatenus eſt remus. quare non conuertitur vt nauis ſit nauis remi: quemadmodum dicitur q̃ remus eſt remus nauis. Sed, ſi volumus vt huiuſmodi relatio ſit recta vtriq;, & ſumatur eadem ratione, tta ut alterutrũ eorum ad alterutrum referatur, oportet dicere remus eſt remus nauis remitæ: & tunc erit verum dicere nauis remita eſt nauis remo. nam quemadmodum remus eſt remus naue, ita nauis remita eſt nauis remo. Vt alio adhuc exemplo, ſi caput ad capitatum referatur, tunc relatio erit conueniens: ſed, ſi ad animal, tunc nõ erit recta. quoniã animal quatenus eſt animal, non eſt capitatum: cũ multa reperiantur animalia non habentia caput. Hæc itaq; eſt via, qua debet procedere ille, qui relatione vtitur in his quę non habent nomen ſumptum à relatione: nempe vt imponat eis nomẽ, quod vtrũq; correlatiuorum conſignificet: ita vt eorum relatio ſit recta: vt de ala & remo dictum fuit. Omnia ergo relatiua, ſi recte ſumãtur, videlicet ea ratione, qua ſunt relatiua, non ea ratione, qua in alio prædicamento reperiuntur, obtinebunt quidem ſemper huiuſmodi proprietatem: videlicet, vt quodlibet eorum conuertatur ad ſuum compar. ſed cũ vnum eorum refertur ad alterum, & ſumitur quodlibet eorum impropriè & per quoduis accidens contigerit de his, quæ in vtroq; correlatiuorum reperiuntur, quæ relationem efficiunt, & non captantur per illud accidens, quo ipſa ſunt correlatiua, & quòd alterutrum eorum ad alterutrum refertur, tunc non dicuntur ad conuertentiam etiam ſi habeant nomen ſibi impoſitum ea ratione, qua ſunt correlatiua: longeq; minus ſi non obtinuerint nomen, ea ratione, qua ſunt correlatiua. vt gratia exempli, ſeruus ſi nõ referatur ad dominum, cuius quidem nomen eſt nomen correlatiui ipſius: ſed referatur ad hominẽ vel ad bipes, vel ad aliquod quippiam tale, quod homini ineſt, profecto non conuertentur. nã homo non eſt homo, ea ratione, qua habet ſeruum: ſed eſt dominus ea ratione, qua habet ſeruum. ſed, ſi vice hominis ſumatur dominus, tunc conuertentur.

Particula Quinta. Habet præterea hoc peculiare & proprium illa denominatio & affectio, ob quam correlatiua ipſa obtinent correlationem: vt circunſcriptis et ablatis reliquis denominationibus accidẽt alibus, quæ vtriq; correlatiuorum accidunt, quibus quidem relatio ſit indiſtincta: nõ propterea auferetur illa relatio, quæ inter duo correlatiua exiſtit: ſed dempta illa denominatione tollitur ipſa relatio. vt exempli cauſa, ſeruus ſi dicatur in relatione ad dominum, & circunſcribantur à domino reliquæ denominationes & affectus, ad quos poſſet ſeruus referri, vt eſt homo vel bipes, & reliqua alia, & non tollatur ab ipſo hoc nomen dominus: tunc relatio, quam habet ſeruus ad ipſum non tolletur. Sed ſi ſeruus referatur ad hominem, vel bipes, at auferatur ab eo q̃ ſit dominus, tunc auferetur quoq; illa relatio: quia non eſt ſeruus, ſi non habet dominum. ergo recta & conueniens relatio eſt illa denominatio, qua ablata auferetur & ipſa: ſed ipſa nõ auferi, etſi aliqua alia auferaſ. & hoc hic, qđ Ariſ. narrauit, eſt velut regula, qua cognoſcatur illa denominatio, qua relatio recte & conuenienter fiat. Dixit. Huiuſmodi autem relatio, qua recta ſit correlatio, facile qdẽ inueniri poterit, ſi vtrũq; correlatiuum habuerint nomen ſignificans ipſa, ea ratione, qua huiuſmodi obtinent relationem. ſed ſi nomine careant, id vtiq; difficile erit, et tunc oportebit adiuuenire huiuſmodi denominationẽ & affectum p hanc regulam: & fingere atq; imponere vtriq; correlatiuo nomen ſignificans ipſa, ea ratione, qua huiuſmodi obtineant relationem.

Particula Sexta. Dixit, Ea quæ ad aliquid ſunt, videtur eſſe ſimul natura. & hoc in pluribus eorum perſpicuum eſt. nam duplum & dimidium ſimul reperiuntur: inuento enim vno, inuenitur & alterum: ablato vero vno, aufertur & alterum. Sed in quibuſdam relatiuis videtur hoc dubitationem habere: qm̃ ſcibile videtur eſſe prius ipſa ſcientia. nam ſcientia in pluribus rebus habeẽ de re quę prius eſt. ſed q̃ ſimul reperiantur, hoc quidem raro fit, & in paucioribus. nullum ergo ſcibile eſt ſimul natura cũ ſcientia de ipſo. Scibile præterea videtur eſſe prius natura ipſa ſcientia, nam ſublato ſcibili aufertur ſcientia: ſed ſublata ſcientia non tollit̃ ſcibile. & hæc eſt deſcriptio ipſius prioris naturæ, vt poſt hoc dicetur, vt exempli gr̃a quadratura circuli, in qua conati ſunt omnes Geometræ priores, & adhuc nõ attigerunt eam. ſi autem eſt ſcibilis eius ſciẽtiæ hondum eſt habita: & ſi nõ eſt ſcibilis, eius quidem ſciẽtiã nunq̃ amplius habebit. Adde etiam, q̃ ſublato hoſte tollitur vtiq; ſcientia: cũ tamen reperiatur ſcibile hominẽ non reperto. Et hoc idem dubiũ contingit fieri de ipſo ſenſu & ſenſibili. nam videt ipſum ſenſile eſſe prius ipſo ſenſu, cũ ſublato ſenſibili, tollit̃ etiã cum eo ſenſus ipſe: qa ſenſus & ſenſibile non reperiunt̃ niſi in corpore: & ablato ſenſibili auferi corpus: & ablato corpore tollit̃ & ſenſus & ſentiens. ſed ablato ſenſu non tollitur propterea ſenſibile: quia poteſt animal deeſſe, & tamẽ corpus ſenſibile poterit reperiri: vt eſt corpus calidum & frigidum. Senſus præterea reperitur reperto animali ſimul: at ſenſibile reperitur ante ipſum. nam aqua & ignis & reliqua elementa conſtituunt quidem animal, & reperiunt̃ anteq̃ reperiaẽ animal, & ideo videtur q̃ ſenſibile reperiaẽ anteq̃ reperiatur ſenſus. Expoſitores autem ſoluunt hoc dubium dum dicũt, q̃ ſi ſenſus & ſenſibile, & ſcientia & ſcibile ſumaną vel in potẽtia vel actu, tunc ſunt ſimul: & eſt vera huiuſmodi proprietas. ſed dubium eſt, ſi alterum eorum ſumaẽ in potentia; & alterum in actu. ſed cũ ipſum eſſe potentiale, & id quod in potentia eſt, non ſit res manifeſta, & famoſa, ideo Ariſtot. reliquit ſolutionem huius dubiũ ad alium locũ, quta in hoc loco tractat de his rebus, quatenus ſunt apparentes, & famoſæ.

Particula Septima. Oriẽ autem dubium, vtrum in ſubſtantijs reperiaẽ aliquid, quod ſit relatiuum, quatenus eſt ſubſtãtia. Hoc autem dubium inſurgit de quibuſdam ſecundis ſubſtãtijs. nam de primis nullum habetur dubium. qm̃ manifeſtum eſt q̃ nemo dicet villã ſubſtãtiam primam dici ad aliquid, tam totam quàm eius partem. nam is homo ſingularis non dicitur q̃ ſit homo alicuius rei. Identidem, neq; pars aliqua eius ſingularis. nam non dicetur q̃ aliqua manus ſingularis ſit manus alicuius hominis vel alicuius equi: ſed dicet manus hominis vel equi: & tandem relatio fiet ad ſpecies nõ ad individua. Et hoc idem videtur in pluribus ſubſtantijs ſecundis. nam non dicitur homo eſt homo alicuius rei, neq; bos alicuius rei bos, quatenus ſcilicet eſt bos, hoc eſt ſubſtantia, ſed vt eſt poſſeſſio alicuius poſſeſſoris. Sed in aliquibus earum poterit hoc dubium militare. nam poteſt dici caput eſt caput alicuius rei, & manus manus alicuius rei, & ſic de aliis ſimilibus: manus autem & caput ſubſtantiam ſignificant: quare poſſet aliquis credere multas ſubſtantias dici ad

ad aliquid. Dixit, Attamen ſi definitio eorum, quæ ad aliquid dicuntur, quæ eſt q̃ ad aliquid dicuntur ea, quorum quiditas dicit in relatione ad aliud, ſufficienter ſit aſſignata, tunc difficilis erit ſolutio huius dubĩ, vel impoſſibilis. nam harum ſubſtantiarum quiditas manifeſte dicitur in relatione. ſed, ſi vera deſcriptio relatiuorum ſit, q̃ ſint duæ res, quarum cuiuslibet quiditas dicitur in relatione ad comparem eius in aliquo modo, quo inſit illi qditati, quæ relata eſt ad cõparem ſuum, quicunq; fuerit ille modus relationis, tunc ſolutio huius dubĩ erit facilis. nam ſub prima definitione poteſt includi quicquid primo intuitu putatur eſſe relatiuũ: ſed ſub hac definitione reponit̃ quicquid eſt vere relatiuũ, non prima conſyderatione leui. Intelligit aũt per hoc, q̃ licet caput ſignificet ſubſtantiam relatam ad hominem, id qdem nõ fit vera relatione, ſed relatione accidentali: videlicet quæ nõ eſt de eſſentia rei relatę, & hoc ſub prima deſcriptione includi poteſt. Illa vero relatio, quæ eſt de eſſentia cuiuslibet correlatiuorum, eſt, vt paucum & multum. nam quodlibet eorum eſt de eſſentia ſui comparis: & hoc ſub ſecũda deſcriptione, ſcilicet vera intelligitur.

Particula Octaua. Dixit, Ex hac ergo vera definitione ipſorũ duorum correlatiuorũ manifeſte conſtat hoc eſſe eis proprium, vt ſi quis perfecte norit vnum eorũ neceſſario cognoſcet reliquum, nam ſi quis norit hoc dici ad aliquid: & qditas vnius duorũ correlatiuorũ habeat eſſe in relatione ad alterũ correlatiuum: palam vtiq; eſt q̃, ſi cognoſcat qditatem vnius illorum duorum correlatiuorum, cognoſcet & qditatem alterius. aliàs enim eius cognitio de qditate alterius duorũ correlatiuorũ non eſſet re vera, ſed eſſet opinio, vel fallacia. Et hoc adhuc inductione palam eſt, exempli gratia, ſi quis nouit hoc eſſe vere duplum, tam ſciuit illam rem quæ eſt illi vere duplum, identidem q̃ ſcit hoc eſſe melius, nouit vtique illam rem, qua hoc eſt melius: niſi forte huiuſmodi notitia ſit imaginatio quædam, & nõ re vera. nam ſi non norit id quod dicit̃ eſſe melius, poterit vtique fieri vt nulla reperiatur res quæ ſit minus bona eo: & ſic, cũ dicimus illud eſſe melius, erit falſum. hinc apparet q̃ caput & manus non ſunt ex veris relatiuis, quia poteſt cognoſci qditas cuiuslibet eorum, quatenus habent eſſe perfectum per ſe, præter hoc q̃ ſciatur illa res, cuius eſt caput, & res cuius eſt manus. Dixit. Veruntamen vere definire quid reliquorũ prędicamentorum ſit ad aliquid, & quid non ſit, eſt fortaſſe difficile: niſi ſæpe conſyderentur, ſed dubitare de ſingulis eorum non eſt inutile.

Sermo de prædiçamento Relationis.

LEVI. PArticula Prima. Dixit Ariſto. Ad aliquid dicuntur, &c. Inquit Leui. Intelligit accubitum eſſe ad aliquid: quia percipitur in relatione ad accubantem: & ipſe accubans ſumitur in definitione eius, & accubans eſt de prædicamento poſitionis, vt dicit poſt hoc, & eſt ad aliquid quoq;, modo, vt in libro Metaphyſicæ dictũ eſt, ſed accũbabit, ſtabit, ſedebitq;, ſunt ſumpta ab accumbante, ſtante, ſedente, quę ſunt de prędicamento ſitus, nam nihil aliud ſignificat accũbabit, niſi erit accumbans. & ſic de reliquis, & ſic patet q̃ hæc ſunt denominata à ſitu, q̃ eſt in prædicamento ſitus, hoc eſt ab eo, quod eſt in prædicamento ſitus, non ab eo quod eſt in prędicamento relationis. & ipſa ſunt de prædicamento agere, ſ. accũbabit, ſtabit, ſedebitq; vel de prædicamento pati ex alia ratione: nempe, quia patiuntur ex accubitu, & ſtatione, & ſeſſione: & ratione materiæ ſunt in prædicamento pati, ſed quatenus agunt hæc accidentia, ſ. ratione animæ, ſunt in prædicamento agere. nec eſt abſurdum, vt eadem res ingrediatur duo prædicamenta duabus rationibus diuerſis. Dixit, Inteſt autem relatiuis vt ſint contrarii, &c.

Inquit Leui, Non intelligit hic per relatiua id quod dicitur vnum eorum in relatiõe ad alterum: ſed q̃ quodlibet eorum eſt ad aliquid, nam virtus eſt virtuoſo virtus: & virtuoſus capitur in eius definitione, identidem vitium eſt vitium vitioſo, & ſcientia ſcibili, vt paulo ante dictum fuit, & ignorãtia ignoranti, ſed hoc non contingit in cunctis relatiuis. qm̃ dantur aliqua nomina relatiua, quæ non habent contrarium: vt duplum, quod non habet contrarium.

Particula Tertia. Dixit. Quædam quoq; relatiua ſuſcipiunt magis & minus. Inquit Leui. Ariſt. vult q̃ ſimile ſuſcipiat magis & minus. & hoc palam eſt. qm̃ dicimus duos colores non eſſe ſimiles propter diſtãtiam, quæ eſt inter duos illos colores. nam poteſt reperiri vnus color magis diſtare ab vno illorum, q̃ diſtet alter eorum ab altero. poteſt enim dici de aliquo viridi, q̃ non eſt ſimile alteri viridi, propter diſtantiam quæ exiſtit inter illos duos colores, & poterit reperiri aliud viride magis diſtare ab illo. Debes tamen ſcire q̃ hoc eſt verum de ſimili & diſſimili, quæ ſunt in prędicamento qualitatis, de quo eſt hic ſermo, non de ſimili & diſſimili, quod tranſumptiue & figuraliter dicitur de ſubſtãtia, vt dicitur in libro Metaphyſicę. nam, cum ſubſtantia non ſuſcipiat magis & minus, neq; hęc ſuſcipere magis & minus eſt dicendum. Æquale vero non ſuſcipit magis & minus: ſed bene ſuſcipit magis & minus ipſum inæquale. & palam eſt, ſcilicet quòd æquale non ſuſcipiat magis & minus, nam quæ ſunt vni tertio æqualia, inter ſe ſunt æqualia, vt in Mathematicis habetur.

Particula Quarta. Dixit. Et ex proprietatibus amborum relatiuorum, &c. Inquit Leui. Hoc dicitur hic curtim & latius loquendo, donec declaretur magis vera relatio, quoniam ala non dicitur ad aliquid, vt poſt hoc declarabitur. nam cum ala ſit ſubſtantia, poteſt intelligi per ſe & ſeorſum: ſed in relatiuis hoc eſt impoſſibile. ſed, ſi volumus vt relatio ſit conueniens & recta, tunc fingimus nomẽ ipſi alæ, quatenus refertur ad alatum, & dicimus alatum eſt alatum ala alati: & ſic dicitur ad conuertentiã: vt ſi dicamus ala alati eſt ala, alati, alato. D. d. vel ſi dicamus pennatum eſt alatum penna. Inquit Leui. Hoc etiã dicitur latius, & ſi volumus q̃ relatio ſit recta, dicimus, alatum penna habet alam alati penna: & conuertitur ſic, ala alati penna eſt ala ipſius alati penna, & ſimiliter dico, q̃, cum Ariſto. dicit q̃ ſi referatur caput ad capitatum, erit relatio recta. Dicitur quoq; amplo modo dicendi: quia caput cum ſit ſubſtantia, poteſt de ſe intelligi: ſed ſi volumus facere rectam relationem dicemus, caput capitati eſt ipſius capitati: & conuertetur ſic, capitatum habet caput capitati.

Particula Quinta. D. d. habet præterea hoc peculiare, &c. Inquit Leui. Hoc eſt notum.

Particula Sexta. D. d. Ea q̃ ad aliquid ſunt, videtur eſſe ſimul natura. Inquit Leui. Per hoc intelligit q̃ ſcibile reperitur antequã ſciatur: qm̃ res fuit, poſtq̃ fuerit. & hoc in pluribus rebus ita ſe habet, & ideo cum dicat, ſed q̃ ſimul reperiantur. hoc hic raro, ſeu in paucioribus rebus. ideo dicit, quia prius debet reperiri res anteq̃ de ea habeatur ſcientia, palam autem eſt q̃ ſi ſumat ſcibile rõne relationis. hoc eſt quatenus eſt ſcibile, tunc non reperietur ſcibile ante ſciẽtiam eius, quia impoſſibile eſt vt ſit ſcibile, & non habeatur de eo ſcientia, niſi fuerit ſcibile in potentia; & tunc habebitur de eo ſcientia in potẽtia. ſed cum ſcibile non ſit ante ſcientiam, quatenus eſt ſcibile, ſed ratione qua eſt correlatiuum: ideo non curauit Ariſto. ſoluere hoc dubium. Et ſimiliter eſt manifeſtũ id, quod poſt hoc dicit de relatiuis, quæ non ſunt ſimul natura, q̃ ibi non ſumuntur quatenus ſunt relatiua, ſed cum hęc proprietas relatiuorum habeat locum, ſi ſumantur quatenus ſunt relatiua, & dubium inſurgit ſi ſumantur quatenus non ſunt correlatiua, ſic ſolutio dubii eſt de re nota. At ille modus, quo Auerroes dicit q̃ aliqui exponitores ſoluerunt hoc dubium, eſt notus, veruntamen non videtur q̃ ſoluantur per illud omnia dubia, qm̃, ſi auferatur hoc modo aufertur ſcientia in actu, & in potentia: cum tamen poſſit reperiri ſcibile in potentia ſcibile: hoc eſt q̃ de eius natura eſt vt ſit ſcibile, ſi reperiatur ſcibile: & ob hoc ex ratione ſui eſt, vt ſit ſcibile. Poſſet præterea adhuc dici, q̃ nec etiamo poſſibilitas ſcientiæ de aliquã re fit, poſtq̃ illa res eſt, nam non poſſet reperiri de ea talis poſſibilitas, niſi poſtq̃ eſt. & ideo melior ſolutio huius dubii eſt illa, quam diximus. Verum poſſet quis dubitare in hoc, quoniam videmus aliquas res, de quibus habetur ſcientia, antequam ſit ipſum ſcibile, vt exempli gratia, ſi aliquis artifex ſit inuentor alicuius inſtrumenti noui, vel alicuius compoſitionis aliquarum rerum, pro aliquibus actionibus faciendis, & illa res erit facta apud artificem anteq̃ ſit: quia ipſe ſcit materiam rei, & eius formam, & finem, atq; efficiẽtem, qui enim hæc nouit, nouit vtiq; perfecte ipſam rem. Nos autem dicimus q̃ ſcientia & ſcibile in hoc ſunt ſimul, quia ſciẽtia extat de ipſo ſcibili, quæ eſt ſcientia in actu: & ipſum ſcibile eſt ſcibile in actu, ſ. ipſum ſtelligibile ipſius, quia reperitur in anima artificis, & illud eſſe, quod habet in anima artificis, eſt causa vt illa res ſit poſtea ab ipſo artifice extra animam.

Particula

Ingt Manetinus interpres Ariſtotelis. Et animaduertendum, q̃ in lingua Hebrea, non dant nomina, quæ ſignificent potentiam vel habilitatẽ ad eſſe, vt apud Latinos, quę terminant in bilis vel ibile. & ideo non dat apud Hebreos nomẽ ſcibile, ſed ſcitum. & ſi volunt dicere aliq̃d ſcibile, dicẽt p circunlocutionem, ſ. id, quod poteſt ſciri. & ideo iſti vbiq; ſubſtituunt ſcibile, in lingua Hebraica reſpondet ſemper ſcitum. & ideo iſti quoq; Leui coactus eſt replicare aliquã vbi circa hoc tedio mei.

Particula Septima. D.d. Orſ autem dubium,&c. Inquit Leui. Hoc eſt notum. D.d. Attamen,ſi demnito eorum, &c. Inquit Leui. Per hoc manifeſtatur id, quod diximus. quid ſit relatio recta in ſuperioribus,ampliori modo loquēdi: quæ quidem non eſt vere relatio: quia vera relatio eſt, cuius quidditas cuiuslibet correlatiuorum dicitur in relatione ad alterum.

Particula Octaua. D.d. Ex hac ergo veri definitione &c. Inquit Leui. Hoc eſt manifeſtum, q̄ non poteſt haberi vera notitia de vno correlatiuorum quin habeatur de altero: quia quodlibet eorum eſt de eſſentia alterius. Sed poſſet quis dubitare, dicens q̄ poſſet neceſſarium vt quilibet vnum correlatiuorum cognoſceret vnum correlatiuorum, cognoſcit & alterum perfecte, tunc ſequeretur, q̄d quod refertur ad vnam rem,illud refert. Quo ergo pacto poſſet referri ad innumeras res numero id, quod refertur ad aliquam vnam rem, cum ex vnica re nō poſſit cum infinitis res. Adde etiam, q̄ eſt impoſſibile vt de re non cognoſcibili cognoſcatur ſcientia. Nos autem vel mus q̄d quod refertur ad aliquod paucum in numero ſunt multa genera numerandi tm̄ ſunt paucum in relatione ad quinque & ſex & reliqua numeros innumeros, eſdem id quod refertur ad magnum & paruum in quantitate, intrepide dicit. Nos ergo dicimus q̄ neceſſario id, quod refertur ad aliquam rem determinatam, eſt res denumerata, ſed illa pluralitas non refertur ad vnum, quod refertur ad paucum in numero eſt per accidens: hoc eſt, ex ratione qua accipimus, id quod refertur ad ipſum eſſe ipſum multum aliquod, ſed per ſe id quidem quod ad ipſum refertur eſt ipſum multum ad quod refertur quatenus eſt par ipſo: non quidem vt eſt quid q̄d vel tex vel reliqui dicunt, ſed hæc relatio notatur vt in trium relationum, quæ inter omnes duos exiſtunt numeros: nempe q̄ te modus vel eſt equalis primo, vel minor eo vel maior, & hac ratione verum eſt dicere q̄ quilibet numerus tm̄ ſit quinque vel ſex qui hoc non cognoſcitur, ex eſſentia huius relationis, & hac ratione tenetur dictum de magno & paruo in quantitate. Dd. Attamen vere determinat quid reliquorum prædicamentorum ſit ad aliquid & quid non, eſt fortaſſe difficile: ei dubitare de eo non eſt difficile, inquit Leui. Sentus eſt q̄ ſoluere dubia rebus, ſentias declarando id ſi vere relationum & quid non ſibet vnq; demonſtrem: licet rones, quemadmodum dicitur, ſatisfacere, nō ſit ſufficiens eas facere.

De Qualitate, & Quali. Cap. IIII.

QValitatem vero dico, ſecundū quam quales quidam eſſe dicuntur. Eſt autem qualitas, eorum quę multipliciter dicuntur. Vna quidem igitur ſpecies qualitatis, habitus & diſpoſitio dicantur. Differt autem habitus a diſpoſitione, q̄ * permanentior, & diuturnior eſt. Tales vero ſunt ſcientiæ & virtutes. ſcięt̄ia enim videtur eſſe permanentiū & diuturnorum. vt ſi quis vel mediocriter ſumat ſcientiam, niſi grandis permutatio facta ſit, vel ab ægritudine, vel ab aliquo huiuſmodi. ſimiliter autem & virtus, vt iuſtitia, & temperantia, & ſingula talium non videntur poſſe facile moueri, neq; facile permutari. Diſpoſitiones vero dicuntur, quę ſunt facile mobilia & cito permutabilia: vt calor, & infrigidatio, & ægritudo, & ſanitas, & quæcūq; alia huiuſmodi. afficitur enim quodammodo ſecundum eas homo: cito autem permutatur, & ex calido frigidus fit, & ex ſanitate in ægritudinem tranſit. ſimiliter autem & in aliis, niſi aliqua earundem contingit per temporis longitudinem congenita, et immobilis, vel omnino difficile mobilis exiſtens, quam iam quiſpiam * vt habitum vocet. Manifeſtum eſt autem quod hęc volunt habitus dicere, quæ ſunt diuturniora, & difficilius mobilia. nanq; diſciplinas non multum tenientes, ſed facile mobiles exiſtentes, non dicunt habitum habere, & tamen diſpoſiti ſunt aliquo modo ſecundum ſciam peius, meliuſue. quare differt habitus à diſpoſitione, quòd hęc quidem facile mobilis ſit: ille vero diuturnior & difficilius mobilis. Sunt autem habitus & diſpoſitiones: diſpoſitiones vero non neceſſe eſt habitus eſſe. qui enim retinent habitum, & quodammodo diſpoſiti ſunt ſecundum ipſos: qui autem diſpoſiti ſunt, non omnino retinent habitum. Aliud vero genus qualitatis eſt, ſecūdum quod pugillatores vel curſores, vel ſalubres, vel inſalubres dicimus: & ſimpliciter quæcunq; ſecundū potentiam naturalem vel impotentiam dicuntur. Non enim, quoniam ſunt diſpoſiti aliquo modo, vnumquodque huiuſmodi dicitur: ſed quod habent naturalem potentiam vel impotentiam facile aliquid facere, vel nihil pati. vt pugillatores, vel curſores dicuntur, non q̄ ſint diſpoſiti aliquo modo, ſed q̄ habeant potentiam naturalem vel impotentiam aliquid facile faciendi. Salubres autem dicunt, eò quòd habeant potentiam naturalem vt nihil à quibuslibet accidentibus facile patiantur: inſalubres vero, quod impotentiam habeant naturalem nihil facile à quibuſcunque accidentibus patiendi. Similiter autem his durum & molle ſe habent. durum enim dicitur, quod habeat potentiam non facile ſecari: molle vero, quod eiuſdem ipſius habeat impotentiam.

Tertium vero genus qualitatis eſt, paſſibiles qualitates & paſſiones. ſunt autem huiuſmodi vt dulcedo & amaritudo, & auſteritas, & omnia his cognata. amplius, & calor, & frigus, & albedo, & nigredo. Quod quidem igitur & hæ qualitates ſunt, manifeſtū eſt, quæcunque enim has ſuſceperint, ipſa qualia dicuntur ſecundum ipſas: vt mel, quoniam dulcedinem ſuſcepit, dicitur dulce: & corpus album, quoniam albedinem ſuſcepit. ſimiliter * & in cæteris. Paſſibiles vero qualitates dicunt̄ non quòd ea, quæ illas ſuſceperint ſint qualitates, aliquid patiantur. neq; enim mel, quoniam aliquid paſſum ſit, dicitur dulce, neque aliquid aliud huiuſmodi. ſimiliter autem his & calor & frigus paſſibiles qualitates dicuntur, non quòd ea quæ illas ſuſcipiunt, aliquid paſſa ſint: ſed quoniam ſecūdum ſenſus vnaquęq; dictarum qualitatum paſſionis eſſectiua eſt, paſſibiles qualitates dicuntur. dulcedo enim paſſionem quandam tecūdum guſtum eſſicit, & calor ſecundum tactum: ſimiliter autem & aliæ. Albedo autem, & nigredo, & cæteri colores non eodem modo ijs, quæ dicta ſunt

† Ieqt Manuel ſi Le ui. Videtur ſe textū. Fortaſſe non tu ex. ſuiſſet. Sane vtimam partē nam non ſecit Iu Diuersi ſcies nec eſt difficile ſed ſi cit, e ſtatu le ſ. ſtore de ſingulis.

Vide q̄ hoc 6. Meta. 19.

* a l. multo permanentior.

* a l. difficilius mobilium

* a l. ſpiam fortaſſe.

* a l. vel.

* a l. in cæteris ſe hęt.

ſunt, paſſibiles qualitates dicunt̄: ſed eò quòd ipſæ ab aliqua paſſione innaſcuntur. Quod.n. fiunt propter aliquam paſſionem multæ colorum mutationes, manifeſtum eſt. erubeſcens enim aliquis, rubeus factus eſt: & timēs pallidus, & vnūquodq; talium. * quare etiā ſi quis natura aliquid talium accidētium perturbationumue paſſus eſt, ſimilem colorem veriſimile eſt eum habere. quæ enim affectio nunc in eo quod verecundetur circa corpus facta eſt, etiam ſecundum naturalem conſtitutionem eadem fieri poteſt affectio, vt & naturalis color ſimilis ſit. Quæcunque igitur talium accidentium ab aliquibus paſſionibus difficile mobilibus & permanentibus principium ſumpſerunt, paſſibiles qualitates dicuntur. ſiue enim ſecundum naturalem conſtitutionem pallor ſit aut nigredo, qualitates dicuntur (quales enim ſecundū eas dicimur) ſiue propter ægritudinem longam, vel propter æſtum eidem contigit nigredo, vel pallor, & non facile prætereunt, vel etiam per vtam permanent, paſſibiles qualitates & ipſæ dicuntur: ſimiliter enim quales ſecūdum eas dicimur. Quæcunque vero ex ijs, quæ facile ſoluuntur, & cito tranſeunt, fiunt, paſſiones dicuntur, qualitates vero minime. non enim aliqui ſecundum ipſas dicuntur quales. neq; enim qui propter verecūdiam rubeus factus eſt, rubeus dicitur: neq; cui pallor propter timorem venit, pallidus eſt: ſed magis eò quod aliquid paſſus eſt. quare paſſiones quidem huiuſmodi dicūtur: qualitates vero minime. Similiter autem his, & ſecundū animam paſſibiles qualitates & paſſiones dicuntur. quæcunq; enim mox in naſcēdo ab aliquibus paſſionibus difficulter mobilibus fiunt, qualitates dicuntur & ipſæ: vt amentia, mentis alienatio, & ira, & alia huiuſmodi: quales enim ſecundum eas dicuntur, ideſt iracundi atque amentes. ſimiliter autem & quæcunque alienationes non naturales, ſed quę ab aliquibus alijs accidentibus factæ ſunt difficile prætereūtes, & omnino immobiles, qualitates ſunt etiā huiuſmodi: quales enim et ſecundum eas dicuntur. Quæcunq; vero ab ijs quæ facile et cito prætereunt, fiunt, paſſiones dicuntur. vt ſi quis contriſtatus, iracundior fiat. * non. n. dicitur iracundus, qui huiuſmodi paſſione iracundior eſt: ſed magis quia aliquid paſſus. quare paſſiones quidem huiuſmodi dicūtur: qualitates vero minime. Quartum vero genus qualitatis eſt figura, & circa vnumquodq; conſtans forma. amplius autem ad hæc rectitudo, & curuitas, & ſi quid aliud his ſimile eſt. ſecundum enim vnumquodq; eorum quale quid dicitur. triangulum enim vel quadrangulum eſſe quale quid dicitur, & rectum aut curuum. & ſecundum etiā formam vnumquodq; quale dicitur. Rarum vero & ſpiſſum, & aſperum & leue putabunt quidem quale quid ſignificare: ſed aliena huiuſmodi putātur eſſe à diuiſione, quæ circa qualeſt. quandam enim poſitionem magis videntur partium vtrunq; monſtrare. ſpiſſum enim dicitur, eò q̄ partes ſibiipſis propinquæ ſint: rarum vero, eò q̄ diſtent à ſeinuicem. & lene quidem, q̄ in rectitudine aliquo modo partes faccant: aſperum vero, q̄ hæc quidem ſuperet, illa vero ſit inferior. Fortaſſe qdem igitur alius quiſpiam modus apparuerit qualitatis: ſed fere qui maxime dicuntur hi ſan tqualitates itaque ſunt, quæ dictæ ſunt.

Qualia vero ſunt, quæ ſecundum has denominatiue dicuntur, vel quomodolibet aliter ab his. In plurimis itaque & fere in omnibus denominatiue dicuntur: vt à candore candidus, & à grammatica grammaticus, & à iuſtitia iuſtus. ſimiliter & in alijs. In aliquibus vero, eò q̄ nō ſunt poſita qualitati nomina, non contingit ea quæ dicuntur, ab ijs denominatiue dici. vt curſor, aut pugillator, qui ſecundum naturalem dicit potentiam, à nulla qualitate denominatiue dicitur. non enim poſita ſunt nomina potentijs, * ſm quas iſti quales. dicuntur; ſicuti diſciplinis, ſm quas pugiles vel palæſtrici ſecūdum diſpoſitionem dicuntur. pugillatoria enim & palæſtrica diſciplina dicitur: quales vero ab his denominatiue dicuntur, qui diſponuntur. Aliquando autem & poſito nomine non dicitur denominatiue, quod ſecundum eam quale dicitur: vt à virtute ſtudioſus. eo enim q̄ virtutem habeat ſtudioſus dicitur: ſed non denominatiue à virtute. non autem in pluribus hoc tale eſt. Qualia ergo dicunt̄, quæ denominatiue à dictis qualitatibus dicuntur, aut aliquo modo aliter ab eis. Ineſt autem & contrarietas ſecundum qualitatem: vt iuſtitiæ iniuſtitia contraria eſt, & albedo nigredini, & alia. ſimiliter autem & ea quæ ſecundum eas qualia dicuntur: vt iniuſtum iuſto, & album nigro. Non in omnibus autem hoc accidit. rubro enim aut pallido, aut huiuſmodi coloribus nihil eſt contrarium, qualibus exiſtentibus. Amplius, ſi contrariorum alterum fuerit quale, & reliquum erit quale. hoc autem palā eſt ex ſingulis proponenti alia prædicamenta. vt ſi eſt iuſtitia iniuſtitiæ contrarium: quale autem eſt iuſtitia: quale igitur & iniuſtitia. nullum.n. aliorū prædicamentorum aptabitur iniuſtitiæ, neq; quātum, neq; ad aliquid, neq; vbi, nec omnino aliquid

* a l. quare & ſi quis natura talū aliquā paſſionū paſſus eſt ex aliqbus naturalibus accidentibus, ſimilem

* f. co. ad. paſſio dicit.

* a. co. ad. pugi.

no aliquid huiusmodi, nisi quale. sic autem & in alijs, quæ secundum quale sunt contraria.

Suscipiunt autem qualia magis & minus. album enim magis et minus album alterum altero dicitur: & iustum alterum altero magis et minus. sed et ipsa intensionē suscipiūt. cum candidum nanq; sit, contingit amplius candidum fieri. Non tamen omnia sed plurima. iustitia nanq;, si dicatur magis & minus iustitia, potest quilibet ambigere: similiter autem & in alijs dispositionibus. quidam enim dubitant de talibus. iustitiā nanq; iustitia non omnino aiunt magis & minus debere dici, nec sanitatem sanitate. minus autē habere alterum altero sanitatem aiunt: & iustitiam alterum minus altero habere dicitur. sic autē & grammaticam, & alias dispositiones. sed tamen ea, quæ secundum eas dicuntur *, indubitanter recipiunt magis & minus: grammaticior enim alter altero dicitur, & iustior, & sanior. sic autem & in alijs. Triangulus vero & quadrangulus non videntur magis & minus suscipere: neq; aliqua aliarum figurarum. quæ enim definitionem trianguli recipiunt & circuli, omnia similiter trianguli vel circuli sunt. eorum autem, quæ non recipiunt rationem eandem, nihil magis alterum altero dicetur. nihil enim quadratum magis q̄ parte altera longius, circulus est: neq; alterum enim recipit circuli rationem. simpliciter autē, si vtraq; non recipiunt propositi rationem, non dicetur alterum altero magis. non ergo oia qualia recipiunt magis & minus. Horum itaque, quæ prædicta sunt, nullum est propriū qualitatis. Simsilia vero aut dissimilia fm solas dicuntur qualitates. simile enim & dissimile alterum alteri non est fm aliud, nisi fm id quod quale est. Quare proprium est qualitatis fm eam simile, vel dissimile dici. At vero nō decet conturbari, ne quis nos dicat de qualitate propositum facientes, multa eorum quę sunt ad aliquid connumerasse: habitus enim & dispositiones eorum quæ ad aliquid sunt; esse dicebamus. Penè enim in omnibus * qualitatibus genera ad aliquid dicuntur, nihil autem eorum quæ sunt singularia. nam cùm disciplina genus sit, idipsum quod est alterius dicit: alicuius enim disciplina dicitur. eorum vero quæ singularia sunt, nihil ipsum quod est alterius dicitur. vt grammatica non dicitur alicuius grammatica: nec musica alicuius alterius musica. sed forte fm genus & hæ ad aliquid dicuntur: vt grammatica alicuius dicitur disciplina, non alicuius grammatica: & musica alicuius disciplina, non alicuius musica. Quapropter quæ singularia quidem sunt, nō sunt ad aliquid. dicimur autem quales fm singula. * hæc enim & habemus: scientes enim dicimur eò quòd habemus singularum scientiarum aliquas. quare hæ erunt etiam qualitates, quę singulares sunt, secundum quas aliquando & quales dicimur: hæ autē non sunt eorum quæ sunt ad aliquid. Amplius, si contingit idem ipsum & quale & ad aliquid esse, nihil est inconueniens in vtrisque hoc genero tibus enumerare.

* a.l. qualia

* a.l. has. n. & habemus scientias.

Remouet dubitationem.

* a.l. ad. co. qualibus.

Pars Quarta Tractatus Secundi.

Sermo de prædicamento Qualitatis.

QVæ in hoc continentur prędicamento vndecim comprehenduntur partibus. In Prima AVER. particula Aristo. definit hoc prædicamentum, & dicit q̄ diuiditur in diuersa genera prima. In Secūda notificat, quod sit illud genus, quod dicitur habitus, & dispositio. & declarat quod. nam ipsorum dicatur proprie habitus, de quo dicitur famose, & apparenter qualitas: & quod illorum dicatur proprie dispositio, & q̄ dicuntur qualitas, quia sunt eiusdem naturæ. In Tertia notificat secundum genus huius prædicamenti, quod dicitur naturalis potentia, & impotētia naturalis. In Quarta declarat tertiū genus huius prędicamenti, & est qualitas passionis & passibilis. & notificat quare dicatur qualitas passionis, & ponit differentiam inter id quod nominatur passio, & id quod nominatur passibilis qualitas: & q̄ nomen qualitatis apparēter dicitur simpliciter de passione, ea ratione met, qua dicitur simpliciter potius de ipso habitu q̄ de ipsa dispositione. In Quinta notificat quartum genus huius prædicamenti, quod est qualitas, quę in quantitate reperitur, quatenus est quantitas. In Sexta dubitat de sungoso & denso, & de leni & non leni: & vtrū sub hoc continēantur prædicamento, vel sub prædicamento situs. In Septima declarat, q̄ res quæ p qualitatem denominantur, sunt quę nominibus denominatiuis significantur, derivatis ab ipsis abstractis, quæ prima exempla nominantur, quę huiusmodi significant qualitatem. In Octaua probat, q̄ contrarietas reperitur in qualitate: sed in quibusdam, non in omnibus. & q̄, si vnum cōtrariorum est qualitas, necessario & alterum erit qualitas. In Nona ostēdit q̄ qualitas suscipit magis & minus: & q̄ hoc non est commune omni qualitati. In Decima probat, q̄ proprium qualitatis est eē simile vel dissimile. In Vndecima dubitat de multis, quæ dicta sunt in hoc tractatu, & in tractatu de relatiuis etiā. & reddet rationem, vnde eueniat hoc eis, & dicit q̄ contingit hoc illis duabus diuersis rationibus.

Particula Prima. Dixit Aristoteles descriptionem qualitatis esse, illas dispositiones, quibus interrogatur de idiuiduis qualia sint. & huiusmodi qualitates dicuntur de quatuor varijs generibus primis.

Particula Secūda. Dixit. Vnum eorum est illud genus qualitatis, quod habitus & dispositio appellatur. Differt autē habitus à dispositione, quòd habitus hoc genere dicatur esse permanētius quid atq; diuturnius: dispositio vero quid facile mobile: vt sunt scientiæ & affectus, atque optimæ virtutes. Nam scientia, quæ de aliqua habetur re, si arte perficiatur, existimabitur esse ex rebus permanentibus, quæ difficile recedunt: nisi forte grandis oriatur in homine mutatio, siue ab ægritudine, siue ab aliquo incommodorum, quæ soleat euenire: ita vt sit causa diuturnitate temporis, vt homo deueniat

deueniat ex illa scientia in ignorantiam, & eius oblitionem. Dispositio vero huius generis dicitur de rebus, quæ facile mutantur: vt est morbus & sanitas, & frigus & calor, quę sunt causa sanitatis & ęgritudinis. nam sanus cito euadit ægrotus, & ægrotus sanus: dum non vehemēter imprimatur hoc & hæreat: ita vt cum difficultate soluatur. quoniam, si res ita se haberet, deberet potius vocari habitus. Dixit. Manifestum est, q̄ per hoc nomen habitus Græca lingua significantur ea, quæ diuturniora sunt & difficile mobilia. Nam qui disciplinas manifeste eas non exactissime retinet, non dicitur apud Græcos habitum obtinere. nam qui ita se habet, dicitur ad disciplinas dispositus, siue melius, siue petius. Sunt quoque habitus aliquo pacto dispositiones: sed dispositiones non sunt habitus. Habitus prēterea sunt primo dispositiones, mox in fine efficiuntur habitus. Hoc autem genus, vt dictum est, est affectus ipsi, qui in anima, & in animato, quatenus est animatum, reperiuntur.

Particula Tertia. Dixit. Et secundum genus qualitatis est, quo aliqua res dicitur habere naturalem potentiam vel impotentiam: vt cùm dicitur aliquis sanatiuus & ægrotatiuus & similia. nam non dicit aliquid sanatiuum & ægrotatiuum, & similia alia, eò quia habeat aliquas dispositiones in anima, vel in ipso animato, quatenus est animatum: sed quatenus habet naturalem potentiam vel impotentiam naturalem. Intelligo per impotentiam naturalem, vt agat quis cum difficultate aliquid, sed facile patiatur: per naturalem vero potentiam, vt facile quidem agat, difficile vero patiatur. vt exēpli gratia, dicitur aliquis sanatiuus, quia habet potentiam ne patiatur à morbis, & symptomatibus: dicitur q; cursor vel pugillator, quia habet potentiam vt facile agat, difficile vero patiatur. dicitur quoque ęgrotatiuus, quia non habet potētiam naturalem, vt non facile patiatur. Et par est ratio de duro & molli. nam dicitur durum, quia habet naturalem potentiam, ne facile patiatur: molle vero, quia non habet potentiam, ne facile patiatur.

Particula Quarta. Dixit. Est tertium genus qualitatis, quod quidem qualitates passibiles & passiones nuncupatur. & huius generis species sunt sapores, vt dulcedo & amaritudo: & colores, vt albedo & nigredo: ac tangibilia, vt calidum & frigidum, humidum & siccum. Quòd autem hæc sint qualitates palam est, cùm quicquid denominetur per quoduis horum, quæretur de ipso per dictionem quale, vt gratia exempli, nos dicimus quale est hoc mel, quò ad dulcedinem? & qualis est is pannus, quo ad albedinem? & respondetur q̄ est valde dulce, & valde albus, vel non valde. Dicuntur autem hæ qualitates passibiles, non quia ortatur aliquid passionis in illis rebus, quæ ita denominantur: sed quia efficiunt in sentientibus eas aliquam passionem. vt exempli gratia, dulcedo in melle, & amaritudo in aloe dicuntur qualitates passibiles, non quia passio sit orta in melle à dulcedine, neq; in aloe ab amaritudine: sed quia passionem efficiunt in lingua, & par ratio est de calido & frigido cùm sensu tactus. Tertia vero species, quæ est scilicet ipsi colores, non dicuntur quidem qualitates passibiles hoc pacto: quoniam colores non efficiunt passionem in visu: sed vocatæ sunt hæ qualitates passibiles, quia earum esse in ea re, quæ per eas denominatur, oritur quidem à passione. nā manifestum est q̄ rubicunditas verecundi, & pallor timentis oriuntur à passibilitate peruentu sanguinis & spiritus. ita quoq; est credendum, q̄ qui à suo ortu fuerit natura rubicundus vel pallidus, q̄ huius rei causa est, quia eius temperatura in sua prima procreatione ita fuerit affecta, vt sequatur ipsam rubedo in ipso verecundo, & pallor in timente. Quæcunque ergo talia accidentia permanentia fuerint, atq; difficile mobilia, passibiles qualitates vtiq; dicentur, de qbus solet fieri interrogatio per dictionē quale. Sed, si aliquod horum facile soluatur, citoq; transeat, tunc nō debet dici id passibilitas, neq; solet de eo fieri interrogatio per dictionē quale: ideoq; proprio nomine id vocari debet passio tantum, non passibilitas. vt gratia exempli, pallor & rubor cū inerint nobis à natura, & à prima nostra procreatione, tunc dicitur aliquod indumentum propter illa quale est: sed rubedo, quæ ob verecundiam oritur et pallor ob timorem, tunc non dicitur aliquis propter ipsa qualis sit: quoniam, quia affectus est, haudquaq; dicetur rubeus vel pallidus: sed dicitur rubuit & pallut tantum: & vt verbo dicam, passus est tantū. oportet ergo vt hæc dicantur tantum passio', licet differant in diuturnitate permanentiæ, vel in eius breuitate. Simili quoq; ratione & animæ affectiones, dicuntur passibiles qualitates, si à natura stabiles fuerint: passiones vero, si casus quidam fuerint, neq; hominē naturā infint vel temperaturæ vt dementia & iracundia. nam q̄ hos duos per naturam obtinent affectus, dicetur quidem iracundus vel demēs. & ideo huiusmodi affectus vocantur qualitates passiuæ. At si quis iracundia afficitur ob aliquid afferens contristationem, tunc is non debet dici iracūdus, neq; demens: sed dicitur iratus est, & infamiuit. Quapropter hæc debent nominari passiones, non passibilitates. nam huiusmodi loquendi modus videtur conuenire semper rei permanenti.

Particula Quinta. Quartum vero genus qualitatis est figura & forma, quæ in vnaquaq; constituunt re: & rectitudo & curuitas, & alia his similia. nam, si aliquid per hæc denominetur, dicetur vtiq; quale sit: respōdetur etenim ad interrogationē de triangulo vel quadrangulo quale nam sit, quod est triangulus vel quadrangulus: & quòd sit rectum vel curuum, identidem & de forma dici potest.

Particula Sexta. Dixit. Rarum autem & spissum, & asperum & lene, hæc duo genera videntur esse, sub hoc genere locata. Sed melius est putare hæc duo genera eē aliena ab hoc genere. nam palam est q̄ quodlibet horum videtur magis debere locari in prædicamento situs & positionis, q̄m in hoc prædicamento: quārarum & densum videntur significare positionem partium. dicitur etenim densum id, cuius partes sunt libi ipsis propinquæ: rarum vero, cuius partes à se mutuem distēt, similiter & lene id, cuius partes in sua superficie æquales taceant, seu in rectū, ita vt vna aliam non superet: asperum vero, cuius partes non sunt æquæ, sed altera superat alteram, Dixit. Videtur autem fortasse q̄ dentur alij modi qualitatis: sed hi, qui hic narrati sunt in hoc genere, videntur esse tot numero tū, quot sunt hic positi: intelligit per hoc Aristo. q̄ illæ qualitates sunt, quibus fit interrogatio per dictionem quale, de speciebus, quę sunt scilicet formæ specificæ, vel quę sequūtur formas specificas. sed hæ qualitates sunt, quibus fit interrogatio de indumentis: & sunt scilicet res, quæ insequuntur ipsas formas propter materiā, & res ipsæ materiales. & hæc differentia, quæ inter hæc duo genera qualitatum reperitur, eā satis manifesta.

Particula Septima. Dixit, Qualia autem sunt, quæ per nomina significantia allatiue qualitates denotant, & sunt ipsa nomina in abstracto, seu primaria exēplaria. & hoc in maiori parte eorum denominatiue dicuntur in lingua Græca, vt album quod ab albedine derivatum est: vel iustus à iustitia. * Verum raro fit vt in lingua Græca non reperiantur qualitates abstractæ a subiecto, quibus insit nomen, à quo illę qualitates denominentur, quatenus sunt in subiecto. vt exempli gra-

a Inqt Montan' interp. Auer nōnulli hoc comentum Aristo. q̄ hæc in apud Cic. cōcta nulla redemonstrant sic enim ratiocinatus potentes, vel impotentes.

tia nomina imposita apud Grecos illis rebus, quæ sub genere naturalis potentiæ vel impotentiæ continẽtur, à nulla re videntur denominari: vt pugillator vel cursor, nam nomina, quę significant huiusmodi affectus, non deriuantur apud Græcos à cursu uel pugillatione: vt in lingua Arabica fieri solet: licet non sit impossibile quin in lingua quoq; Arabica reperiantur aliquæ actiones, quę non sunt deriuatæ ab aliquo originali nomine, Sed fortasse contingit in lingua Græca, vt qualitas aliqua abstracta à subiecto habeat vnum nomen, illa tamen met qualitas, quæ in subiecto existit, ab aliquo alio nosę denominetur: vt dicũt ipsi gra exempli, à virtute studiosus, seu probus, nõ aũt virtuosus vocat.

Particula Octaua. Dixit. Inest autem contrarietas ipsi qualitati: vt exempli gratia, iustitia est contraria iniustitiæ, & albedo nigredini. & hoc idem contingit in ipsis concretis, scilicet habẽtibus qualitates illas: vt iusto contrariatur iniustus, & albo nigrum. sed non in omnibus qualitatibus datur cõtrarium: neq; etiam in ipsis qualibus, siue concretis habentibus illas qualitates. nam viridi vel rubeo nihil contrariatur, neq; vllis mediis coloribus. Præterea, si vnũ contrariorũ fuerit qualitas, alterq; quoq; erit oĩno q̃litas. & hoc Inductione mõstrari põt: vt exẽpli causa, eũ iustus contrarietẽ iniusto: & iustus sit in p̃dicamento q̃litatis: iniustus quoq; erit in p̃dicamento qualitatis, nã non erit verum dicere iniustum existere in prædicamento quantitatis, neque relationis, vel in aliquo alio prædicamento. eademq; est ratio de reliquis contrariis in qualitate existẽtibus.

Particula Nona. Dixit. Qualitas autem suscipit magis & minus, nã datur aliquis magis iustus altero, & albus albior altero, quia subiecta horum suscipiunt magis & minus. Sed hoc non reperitur in omnibus, sed in aliquibus, sed ambiguitas insurgit, eũ huiusmodi qualitates capiuntur abstractæ à suis subiectis, nempe vt iustitia & iniustitia, vtrum suscipiant magis & minus: quoniam aliqui homines hoc recusant & censent quidem, q̃ non datur aliqua iustitia, quæ sit magis iustitia altera: neque sanitas magis sanitas altera, sed bene potest esse aliquis magis iustus altero: & sanus magis sanus altero: & sic de reliquis speciebus huius generis, quę sunt similes affectus. Triangulus vero & quadrangulus non recipiunt magis & minus. nam non est aliquis triangulus magis triangulus q̃ alter triangulus: neque quadrangulus, quoniam quicquid includitur sub definitione trianguli est triangulus æquali definitione, sed id, quod non includitur in definitione rei, non dicetur in relatione ad ipsum, nemo enim potest dicere q̃ quadratum æquale sit magis circulus, vel rotundũ, q̃ quadratum altera parte longius. & vt verbo dicam, comparatio verificatur de rebus, quæ sub eadem diffinitione continentur. Ergo non omnis qualitas suscipit magis & minus, & nullum horum, quæ dicta sunt, est vere proprium qualitatis.

Particula Decima. Verum autem proprium, quod de nullo alio dicitur, est esse simile, atque dissimile.

Particula Vndecima. Dixit. Non debet quis dubitare de his, quæ dicta sunt, vt dicat Aristotelem velle hic enumerare qualitates: cùm tamen enumerent multa quæ ad aliquid dicunt: vt habitus & dispositio, quæ in primo genere huius prædicamenti numerata sunt, cùm sub relatione contineantur. nam habitus est alicuius rei habitus, similiter et dispositio. Nã hęc debent connumerari inter relativa in suis generibus, nõ in suis speciebus, quoniam ipsa scientia, quę est genus ad grammaticam & ad iura, dicitur in relatione ad aliquid. iden tidem & ipsum scibile. sed grammatica non dicitur in relatione ad aliquid, neque ipsa iura: nisi forte dicatur ad aliquid ratione generis sui: hoc est q̃ grãmatica est scientia alicuius scibilis, quod est scientia recte loquendi. Cùm ergo hæ species non sint ad aliqd, sed sint qualitatis, & sint species qualitatum propter suum genus: ideo manifestum est, q̃ earum genus est ex ipsa qualitate, nam grammatica & ius quodlibet eorum habet esse, prout scientia est qualitas, sed accidit generi eorũ, quod est scientia, vt habeat nomen vnum ea ratione, qua est ad aliquid, & nõ habeat nomen ea ratione, qua est qualitas: contra id, quod accidit speciebus quæ sub ipso existunt, quæ scilicet habent nosa ea ratione, qua sunt qualitates, vt grammatica & iura: sed non habent nomina ea ratione, qua sunt relativa. Neque est inconueniens aliquid enumerari in duobus prædicamentis, & duobus generibus: diuersis tamẽ rationibus et modis, non eadem ratione, quoniam hoc est impossibile.

Sermo de prædicamento Qualitatis.

Particula Prima. Dixit descriptionẽ qualitatis eẽ &c. Inqt Leui. Ideo dixit de individuis, quia interrogatio, quæ fit de speciebus quales sint, quæ scilicet sunt formæ ipsæ specificę, vt intellectus in homine, vel id quod insequitur formas speciales, non ingreditur hoc prædicamentum: vt rationale in homine vel risibile, sed, vt nostra fert sententia, risibile, quoque est huius prædicamenti: vt nigredo eorũ, quæ licet reperiantur in tota specie, tamen subingreditur tertium genus qualitatis, scilicet passionis vel passibilis qualitatis.

Particula Secunda. Dixit, Vnum genus est, habitus & dispositio, &c. Inqt Leui. Scire debes q̃ hoc genus qualitatis, quod diuiditur in habitum & dispositionem, eius genus vocat græce dispositiõ; mox diuiditur ipsum genus in duas partes: quarum vna vocatur habitus, qui est difficilis remotionis: secũda vocat nomine sui generis, s. dispositio, quæ est res facilis ablationis, & hoc genus, quod in has duas partes diuiditur, pertinet ad res quæ arte & electione comparantur, nam reperiuntur in ipso animato, quatenus est animatũ. Per id vero quod dicit, q̃ sanitas & ægritudo, & calidũ & frigidum, quæ sunt causa sanitatis & ægritudinis, ingrediuntur hoc genus, intelligit eã sanitatem, quæ ab electione & regimine artificioso comparatur: itidem & ægritudo ex mala electione: & eadem ratione de calido & frigido dicendum est, & ideo dixit q̃ sunt causa sanitatis & ægritudinis: quoniam ipse homo suo regimine optimo statuet ea in æquitate vel auertet, ita vt fiat mutatio, à qua oriatur morbus. Per id vero quod dicit. Nã qui diligenter non exactissime retinet, nõ dicitur habere habitum: intelligit q̃ ii non dicunt eum, qui non est in scientia consummatissimus, sed leuiter eam est adeptus, q̃ obtineat habitum in illa scientia: sed q̃ habet dispositionem, & dicunt q̃ habitus ipsi sunt alio quo pacto dispositiones: quia vere prædicabitur genus de specie, & ideo nomen generis eius, quod est dispositio, vere dicetur de specie, quæ est habitus. Quadam ergo ratione nomen speciei, quæ est dispositio, prædicabitur de specie quæ est habitus: sed ipsę quæ est dispõ, nulla vtiq; ratione poterit esse habitus, habitus autem possunt esse prius dispositiones, ante perfectionem artis.

Particula Tertia. Dixit. Et secundũ genus qualitatis est, quo aliqua res dicitur habere naturalem potentiam, &c. Inquit Leui. Scias q̃ hoc genus non fit ab electione & arte, sed ea ratione, qua temperatum est aptum recipere affectiones, nam quicquid difficile ab alio afficitur, sed in ipsum facile agat, dicitur habere naturalem potentiã: sed quod facile patitur, difficile tamen agat, dicitur non habere naturalem potentiã, quia non habet potentiam vt custodiat suum esse, quia patietur ab alio anteqũ agat in ipsum: & ideo facile patitur. & hac ratione sanum & ægrotũ sub genere continentur: videlicet ea sanitas, quæ à temperatura atq; natura prouenit, non quæ ab electione & arte, quia illa est ex genere habitus & dispositionis. Similiter & cursus ac pugillatio sunt huius generis: cum quis fuerit natura promptus, vt cursum exerceat, atq; pugillationem cum facilitate & non patiatur ab eis nisi cum difficultate, vel econtra, sed, si hoc ab arte & vsu fiat, tunc sub priori genere continentur vt eius descriptione dictum fuit. Et par ratio est de duro & molli, id est q̃ durum habet naturalem potentiam ne patiatur facile: mollę vero habet naturalem impotentiam, quia facile patitur, & hoc in Philosophia Naturali probatum est: scilicet q̃ siccum difficilius patitur q̃ humidum, & durities fit à sicco, & molle ab humido.

Particula Quarta. Dixit. Est autem tertium genus qualitatis, passio & passibilis qualitas, &c. Inquit Leui. Scire debes, q̃ hoc genus refertur ad passionem, quæ fit in sensibilibus & in anima, in sensibilibus quidem, vt albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, præter hoc quod quæramus, vtrũ hæc qualitas sit causa vt aliquis habeat naturalẽ potentiam vel non, sed ea ratione qua illud idiuiduũ est album, vel dulce, vel frigidum, vel siccum, & Aristo. reddet causam, ob quam dicãtur passibiles qualitates: videlicet quia vel generant in ipsis sentientibus passionẽ aliquam, vel oriuntur ipsa a passione. In scientia autem Naturali declaratum est, q̃ ab omnibus his afficiuntur & patiuntur ea, quæ ipsa sentiũt passione aliqua: verum ipse loquitur hic de his secundum apparentiam & famam, vt reddit rationem quo ad apparẽtiam, quare dicantur qualitates passibiles. In nonnullis vero qualitatibus apparet, q̃ patiuntur ab eis, qui eas sentiunt, vt amaritudo, & dulcedo tin aliquibus tamen non apparet huiusmodi passio, vt in coloribus. Vocantur aũt à vulgo qualitates passibiles, quia oriũtur in earum subiecto à passione, & hac ratione vocantur qualitates passibiles: & non propter passionẽ, quã generant in sentientibus eas: quia non est manifestum q̃ ipsæ gignant in sentientibus ipsas passionem vllo pacto, atque illæ quæ in animo existunt, vt iracundia & demẽtia, seu cupiditas, & reliqui quoq; mores, qui ab arte habent ortum: sed propter promptitudinem & habilitatem, quam habet aliquis vt patiatur ab his rebus. Neq; huiusmodi passio vocatur etiam naturalis potentia vel impotẽtia: quoniam huiusmodi passio non habet vim transmutandi essentiam illius indiuidui vel corrumpendi ipsum, sed cum huiusmodi qualitas fuerit permanens difficileq; mobilis, vocatur qualitas passibilis: si vero facile soluatur nominat passio, vt ex modo loquendi ipsius translatoris perspicuum est. Nobis tamen visum est q̃ verum nomen quod magis conueniat ipsi qualitati difficile mobili huius generis, est qualitas passibilis. quoniam albedo prædicatur de illo quod est promptum & aptum absolute, sine coniunctione alicuius tẽporis, vt dicitur Socrates est albus: si id à natura & à suo temperamento obtinuerit. Sed quod est huius generis facile dissolubile, dicitur qualitas eius, de quo dicitur passum fuisse, id est per verbum præteritum. nam dicimus de aliquo simili, rubuit vel palluit: at non est dicendum, est rubeum, neque est pallidum.

Particula Quinta. Dixit. Quartum vero genus, &c. Inquit Leui. Hoc est clarum.

Particula Sexta. D. d. Rarum autem & spissum. Inquit Leui. Non te lateat, q̃ ratum, seu spongiosum & fungosum, atque densum & spissum bifariam dicitur vnumquodq; eorum. Primo modo dicitur id, cuius aliquæ partes corporis distant ab aliquibus à se inuicem, vel appropinquãt inter se inuicem, hoc est, q̃ id, cuius partes sunt remotę, altera ab altera inuicem, dicitur rarum: id vero, cuius partes sunt inter se proximæ vel annexæ, dicitur densum. Secundo modo dicitur de crassitie corporis, & eius tenuitate. & hac ratione dicitur aer rarus, & terra densa. Rarum ergo & densum primo modo videtur esse de prædicamento positionis: sed rarum & densum secundo modo est de prædicamento qualitatis. Aristoteles autem declarauit hoc in hoc loco, quia nõ est palam & publicum, q̃ dẽ rarum & densum secũdum hunc secundũ modũ significationis: immo & id habet controuersiam aliquã inter antiquos. nam quidam eorum putant q̃ raritas aeris nihil aliud sit q̃ distare eius partes à seipsis inuicem: & densitas terræ sit approximari eius partes ad se inuicem, sed in scientia Naturali sunt probatæ falsitas illius opinionis. D. d. Videtur autem vt dentur alii modi qualitatis, &c. Inqt Leui. Intelligit q̃ hę qualitates prędicentur de individuis, erũt earum nomina, vt plurimum, nomina accidentium illarũ qualitatum: vt ab albedine albus, à iustitia iustus, & quandoque non derivantur ab illis nominibus, vt ipse exemplificat.

Particula Octaua. Deinde dicit. Inest autem contrarietas qualitati, &c. Inquit Leui. Hoc est clarum inductione.

Particula Nona. D. d. Qualitas autem suscipit magis & minus, &c. Inquit Leui. Cum ipsa qualitas sit id, quo fit interrogatio de idiuiduis qualia sint, vt ex eius descriptione superius data haberi potest, palam est q̃ earum aliquæ suscipiunt magis & minus in huiusmodi prædicatione. In habẽtibus enim contrarium & medium, nemo quidem dubitat: nam dicimus hoc est magis album illo vel calidius. Sed ea quæ non habent medium, & habent contrarium, vt sanitas, ægritudo, videntur etiam susciepere magis & minus, nam videtur aliquis alio sanior, cum tamen hoc non fiat, propterea quia non datur medium inter sanitatem & ægritudinem, imo eo quia datur medium inter sanitatem & ægritudinem, has suscipere magis & minus est afferendum, nam si capiatur sanitas & ægritudo ratione naturalis potentiæ & impotentię, tunc palam est q̃ inter hæc duo contraria, dantur plura media: quoniam aliquis habebit naturalem potentiam vt sit sanus, plus q̃ habeat aliquis alius: hoc est, q̃ difficile patiatur ab alio, & tic quia facilitas vel difficultas patiendi habent medium, immo plura fortasse media, hoc est inter extremam difficultatem, & extremam facilitatem, ob id hac ratione suscipiunt magis & minus: videlicet, q̃ dicitur de ipsa naturali potentia, q̃ aliquis est magis sanus altero. In habitu quoq; & dispositione res est perspicua: videlicet sanitas, quæ ex arte optimi regiminis comparatur, quoniam inter habitum in extremo, & dispositionem in extremo dantur multa media: hoc est inter extremam facilitatem ablationis & extremam difficultatem, & hac ratione patet, q̃ dabitur aliquis magis sanus alio: & ægrotus magis ægrotus alio. Ad hæc cum causa sanitatis & ægritudinis sint calidum, frigidum, humidum, & siccum: & hæ qualitates habeant medium: ergo oportet vt inter sanitatem & ægritudinem in ipso indiuiduo existant, quæ res licet sanitatem & ægritudinem in ipso indiuiduo duo reperiatur medium, sed huius rei explicano magis attonet ad scientiam Naturalem, verumtamen huius rei declaratio in hoc loco aliquid vtilitatis attulit ratione speculationis, si verũ fuerit q̃ aliqua sanitas sit magis sanitas q̃ alia. Nos autem dicimus q̃, cum non omnis alteratio, quã recipit homo in sua temperatura necessario pariat morbum: alteratio vero quę fit in temperatura, fiat ab aliquibus qualitatibus ad suas contrarias, & extet iter ipsas medium: ergo huiusmodi alteratio erit in tempore: vt in Naturali scientia probatum est. Et ideo dicimus q̃ inter sanitatem & ægritudinem datur medium in ipso individuo: & est id, quod inter puram potentiam & purum actũ existit, nam pura potentia est sanitas, quoniam nõdum est vllo pacto alterata vel mutata: purus vero actus est ipse morbo, quia tunc alteratio est in extremo, & id quod in medio existit eorum, est id, quo transitur ad morbum & proceditur. manifestum autem est q̃ non dicitur, quòd aliquod individuũ statim q̃ incœperit alterari sit ægrotum: licet tunc sit magis propinquum morbo q̃ antea: & id quod est magis propinquum ad morbum est minus sanus. Et ideo dicimus q̃ inter aliquam sanitatem & aliquam ęgritudinem datur medium: non inter sanitatem simpliciter, & ægritudinem simpliciter. quoniam eo tempore, quo homo accedit ad morbum vel ambulat versus morbum, tunc necessario est ægrotus. sed cum dicimus q̃ dicitur aliquis sanior aliquo: id quidem ita dicimus, quia capimus aliquam sanitatem, & ideo dicimus dari aliquam sanitatẽ maiorem alia, nam, cum sanitas sit vluma species, ideo prædicatur de individuis tantum: hoc est sanitate Socratis, & sanitate Platonis, & si est verum dicere q̃ Socrates est magis sanus Platone: ideo ita dicitur, quia sanitas Socratis est validior sanitate Platonis, quæ est quædam sanitas, quia datur vna sanitas maior alia. Patet ergo q̃ aliquæ qualitates vere suscipient magis & minus, cum prædicantur de individuis: siue prædicentur de illis per nomina denominatiua vel non denominatiua, & hoc ipsemet Aristot. dixit in exemplo superius, s. q̃ est verum dicere sanitatem Socratis hodie esse duplã ad sanitatem eiusdem Socratis externam. Manifestum tamen est q̃ hęc inuestigatio non attinet ad hãc artem, sed ad Medicum, & Physicum spectat considerare vtrum detur medium inter sanitatem & ægritudinẽ, sed id quod hic considerari debet, rõne apparentiæ vel tamẽ est, vtrũ qualitas suscipiat magis & minꝰ, vel ne. & hoc siue sumatur suo nomine denominatiuo, siue non denominatiuo.

Particula Vndecima. D. d. Non debet quis dubitare, &c. Inquit Leui. Hoc est manifestum, quoniam, cum prædicamenta sint genera suprema, non possunt inter se alia sub aliis contineri, nam oportet vt distinguantur suis quiditatibus omnia, ergo quo pacto posset ingredi vna & eadem res sub duobus prædicamentis eadem ratione, cum hæc sit maxima differentia in eorum quiditatibus, ita vt in nullo communicent. Sed duabus diuersis rationibus hoc est possibile, vt grammatica & iura, quæ sub scientia, quæ est eorum qualitatis genus, continentur: & tamen est nomen dictum ad aliquid sub prædicamento relationis contentum: sua tamen essentia locantur sub qualitatibus, similiter & ipsa scientia quatenus est affectus quidam in anima existẽs, & in ipso animato sub qualitate ordinata est. ob id si scientia habeat nomen solum quatenus est qualitas, tunc sub hoc prædicamento tantum continebitur.

De Agere & Pati. Cap. V.

Recipit autem agere & pati contrarietatem, & magis & minus. Calefacere enĩ ei quod est frigefacere contrarium

trarium est,& calefieri ei quod est frigefieri,& delectari ei quod est contristari. quare suscipiunt contrarietatem. Et magis & minus. est enim calefacere & magis & minus, & calefieri magis & minus, & tristari magis & minus. suscipiunt igitur magis & minus agere & pati. De his igitur tot dicuntur.

Pars Quinta Tractatus Secundi.

Sermo de prædicamentis Agere, et Pati.

AVER. DIxit Aristo. Agere, & Pati suscipiunt contrarietatem, ac magis & minus. Nam calefieri est contrarium frigefieri, & econtra: & delectari contristari. ergo hoc genus recipit contrarium. Atque magis & minus. nam, cùm dicimus aliquid calefieri, id quidem erit vel magis vel minus: nam res calefit plus & minus, similiterq; delectatur plus & minus.

Sermo de prædicamentis Agere, et Pati.

LEVI. DIxit. Agere, & Pati suscipiunt cõtrarietatẽ. Inqt Leui. Hoc est clarum, Scire tamen debes, q̃ sub prædicamento agere includuntur omnes actiones: vt vendet, emet, texet, deleditabitur, accumbet, stabit, comedet, bibet, ambulabit, & reliquæ aliæ actiones. Identidem pati dicitur de omnibus passionibus, siue fuerint motus, vel nõ fuerint. Et ideo prædicamentum agere & pati insequitur omnia alia prædicamenta. In substantia quidem, vt cum dicimus generabit corrumpet, generabitur & corrumpitur. In quantitate, vt augebit & minuet, crescet & decrescet. In qualitate, vt cum dicimus docebit discet, calefaciet calefiet, sanabit sanabitur. In vbi, vt cum dicimus, transferet trãsferetur. In relatione, vt fecit Socratem seruum, vel factus est Socrates seruus. In situ, vt sedebit stabit, hæc autẽ prædicamenta ingrediuntur prædicamentum agere & pati. nam ea ratione, qua homo agit huiusmodi actiones, vt gratia exempli, sessionem, stationem, est in prædicamento agere & ea ratione, qua ipse patitur, est in prædicamento pati. Verũtamen hoc fit duobus variis modis, quia ratione materiæ patitur, qa materia est quæ sedet & stat: sed ratione animæ agit, quia ab anima proueniunt hę actiones per ipsum, & ideo sublata anima, remanet materia: & nõ datur agens, quod agat has actiones. Et hic soluitur dubium, quod posset heri de his rebus: nẽpe quo pacto possunt reperiri simul in prædicamento agere & pati, cum sint duo genera suprema. Agens præterea & patiens sunt correlatiua, & correlatiua sunt oppolita: & ideo nihil potest esse correlatiuũ sibi ipsi. Soluto itaq; huius dubii est q̃ vere agens in hoc loco, non est ipsum passum: vtrũ sunt dictum. huius tamen rei declaratio magis attinet ad Naturalem scientiam, ibiq; perfecte exponitur. nam ibi probatur q̃ omne mouens est aliud à moto. & ideo, si dicamus ignem ascendere à centro, & terrã descendere ad centrum, includens vtiq; hæc dicta in prædicamento agere & pati simul: sed duabus variis rationibus, vt ibi probatum est, nã mouens in ipso igne & terra est aliud a moto, nam materia eorum est, quę mouetur: forma vero est quę mouet, & vt verbo dicam quod cum prædicamentum videatur subingredi prædicamentum agere & pati, soluetur dubium eo modo paulo ante dicto. sed ordo rerum iam deuiauit nos ab eo in quo eramus. reuertamur ergo ad id, vnde digressi sumus. Dicamus itaque q̃ prædicamentum quando, est, vt cum dicimus Socrates statuit tale tempus Platoni in tali negocio. Habere vero vt vestin calceatum uel tectum: calceatus est, vestitus est. Accidit præterea prædicamento agere, vt dicatur Socrates coegit Platonem, vt ędificet; vel Plato fuit coactus à Socrate vt ędificet. In prædicamento quoq; pati, vt si dicatur Socrates coegit Platonẽ vt texuerit; vel Plato fuit coactus à Socrate vt texuerit. Sunt quoq; aliqui qui putant, q̃ agere & pati dicantur de generibus motus tantum; videlicet de motu qui est in substantia, & in vbi, & qualitate, & quantitate, nam motus reperitur in prædicamento substantiæ, quo ad apparentiam: licet in Physicorum libro probatum sit, q̃ in prædicamento substantiæ non datur motus, & videtur esse sententia Alpharabii iudicio meo, iuxta ergo hanc positionem dabuntur aliqua prædicamẽta, quæ non erunt ex aliquo decem prædicamentorum; & sic decem prædicamenta non continebunt ipsum ens. nam, cum dicimus comedet, ędificabit, non est vtiq; ex prædicamẽto qualitatis; sed comedens, ędificans sunt in prædicamento qualitatis; quia per hæc respondetur ad interrogationem factam de individuis per dictionem quale, sed non respondetur per ipsa, quando fit interrogatio de eis per dictionę qualiter comedit, ędificat: sed respondetur per hæc, si fiat interrogatio de eis per dictiones agere, vt exempli gratia, si fiat interrogatio, quid agat Socrates in tali tempore: tunc respondebitur comedet, vel ędificabit, & alia id genus. Est quoq; manifestũ, q̃ secare & secari sunt in prædicamẽto agere & pati, vt dicit Arist. cum tamen secare non sit motus, quia secare est facere multa ex vno: & inter vnum & multa non datur medium, quia omnis res est vna vel plures: motus tamen non fit nisi in contrariis habentibus medium, vt in libro Physicorum probabitur. His ergo sic accomodatis, insurgit dubium, quod posset quis dubitare & dicere, cur Aristoteles tractauit seorsum in hoc libro de ipso motu, cũ sit in prædicamento pati. Præterea videtur q̃ ea, quæ seorsum tractauit Arist, in fine huius libri, videntur insequi patria prædicamenta: vt sunt ipsa contraria, & prius & posterius, & simul. hæc enim, omnia vel plura consequuntur prædicamenta, & par videtur esse ratio de ipso motu, nam neminem latet ipsum reperiri in pluribus prædicamentis, nã reperitur, quòd ad apparentiam in prædicamento substantiæ, & in prædicamento quantitatis, & qualitatis, & vbi, & ideo dicit Aristo, in libro Physicorum, q̃ motus dicitur analogice de his, de quibus dicitur: quia non continetur sub vno prædicamento. Quo pacto ergo prędicamentum pati est genus, nam si esset genus dictum de omnibus passionibus, tunc diceretur de eis vniuoce, vt in libro prædicabilium declaratum est, cum ergo motus contineretur sub eo quomodocunq; fuerit, ergo & motus contineretur sub vno genere; & sic necessario diceretur vniuoce de omnibus, de quibus dicitur. sed iam dictum est, q̃ est impossibile vt contineatur tantum sub vnico genere. Oritur tandem dubium, quo pacto prædicamentum pati sit genus vnum licum sub eo contineantur genera motuum, qui sunt in pluribus prædicamentis: cum tamen ea, quæ sub pluribus prædicamentis continentur, non possint habere vnum genus, quod ea amplectatur: quoniam hæc prædicamenta sunt sua quiditate distincta. si ergo hæc haberent genus quod ea amplecteretur, tunc haberent quiditatem communem: quod est falsum. Et simile dubium quoq; oritur de prædicamento ad aliquid, scilicet quo pacto possit esse vnum prædicamentum, cum omnia consequatur prædicamenta, vt dicit Auerroes in summula sua in libros Metaphysices, vtrum scilicet detur genus commune omnibus prædicamentis: vel quo pacto res se habeat. nam hoc est vtiq; dignum scitu. Nos itaque dicimus quòd prædicamentum agere & pati sunt de se omnino genera, vniuoce dicta: sed contingit vt huiusmodi genera accidant pluribus rebus. Si ergo capiantur ratione essentiæ suæ, tunc sunt genera: sed si capiantur ratione qua accidunt aliis, sunt de consequentibus ipsa prædicamenta, quoniam id quod gignitur & oritur, potest esse substantia: & huiusmodi passio dicitur generatio & corruptio. potest quoq; esse quantitas: & tunc huiusmodi passio dicetur incrementum & decrementum. potent etiam esse vbi: & tunc huiusmodi passio dicetur translatio. poterit item esse qualitas: & tunc dicetur huiusmodi passio, alteratio. Sed cum essentia & quiditas motus sumatur ratione rei genitæ & nouæ ter ortæ, vt in libro Physicorum probabitur: namibi dictum est, q̃ motus est actus entis in potentia, quatenus est in potentia: actus autem seu perfectio est id, quod genitum est: hac ergo ratione motus ipse est in pluribus prædicamentis, & dicetur analogice. Et hac met ratione soluetur dubium de relatione, quo nam pacto possit esse vnum prædicamentum, cũ omnia insequatur prædicamẽta, nam ratione relationis est genus vniuoce dictum: sed ratione rerum quibus accidit relatio, oia consequitur prædicamenta, & sic soluuntur omnia dubia.

De cæteris Prædicamentis. Cap. VI.

DIctum est & de eo quod est situm esse in ijs quæ sunt ad aliquid, q̃ denominatiue à positionibus dicitur. De reliquis vero, idest quãdo, & vbi, & habere: propterea q̃ manifesta sunt, nihil de ipsis aliud dicitur, quàm quę in principio dicta sunt: quòd Habere quidem significat calceatum esse, armatum esse: Vbi vero, vt in lycio in foro: & alia

alia quæcunque de his dicta sunt. Igitur de omnibus generibus, quæ proposuimus, sufficiunt quæ dicta sunt.

Pars Sexta Tractatus Secundi.

Sermo de prædicamento Situs, & cæteris prædicamentis.

AVER. DIxit. Iam dicta sunt ea quæ situm habent in tractatu prædicamenti relationis: & ibi fuit dictum, quòd illorum nomina dicuntur denominatiue à prędicamento relationis, vt sedens, & accubans. nam accubitus, et sessio sunt in prędicamento ad aliquid: sedens vero, & accubans sunt huius prædicamenti. Dixit. De reliquis autem prędicamẽtis iam narratis, scilicet quando, & vbi, & habere, nihil aliud, quàm id quod exemplo traditum fuit in initio huius libri: sunt enim simplicia. vt cùm dicimus quòd habere significat calceatum esse, uel indutum esse: vbi uero, vt cum dicimus Socrates est in platea, & reliqua exempla à nobis tradita. hæc enī tractatio de his generibus satis est pro præsenti proposito.

Sermo de prædicamento Habere.

LEVI. DIxit. Iam dicta sunt, &c. Inquit Leui. Hoc est notum, sed admiratione dignum est, cur Aristoteles iteraut declarare iterum in fine huius libri prædicamentum habere, cum hic esset locus suus. Mea ergo fert sententia, quòd id quod est proprium prædicamento habere, iam innuit in initio huius libri, cum dixit, vt calceatus vel indutus; quod est proprium prædicamento habere, iuxta sententiam expositorum. & quoniam ipse Aristoteles narrabit in fine huius libri ea, quæ consequuntur prædicamenta, aut aliqua eorum, ea ratione qua cõsequuntur plura prædicamenta vno: ideo narrauit ibidem prædicamentum habere, ea ratione qua consequitur aliqua prædicamenta, vt ibidem exponemus Deo annuente. Cum autẽ nos iam fuerimus polliciti in initio huius expositionis, quòd nos volumus perficere sermonem de his, quę non narrauit Aristoteles, iuxta quod Auerroes affert ex verbis eiusdem Aristotelis: itaq; cum tantum quatuor prædicamenta exponere perfecit, videlicet, substantię, quantitatis, relationis, qualitatis: ideo visum est nobis orationem de reliquis sex prędicamẽtis complere. & iam de prædicamento agere & pati satis diximus: reliquum autem nũc est, vt sermonem compleamus de reliquis quatuor prędicamentis, quæ sunt quando, vbi, situs, & habere.

Sermo de prædicamento Quando.

QVando autem est id, quo aliquod tempus refertur ad aliquam rem, quæ in eo existit, & hoc bifariam dicitur: nempe vel est relatio tẽporis ad rẽ, quę i eo existit: vel est relatio instantis ad rem, quæ in ipso existit. & quodlibet horum diuiditur in id, quo interrogatur de indiuiduo, vel in id, per quod interrogatur de specie vel genere. & quandoq; refertur per ipsum aliquid ad aliquod, ea ratione, qua vtrunq; illorum reperiuntur vnico instanti, vel tempore. & illa res erit signum illius temporis. Præterea ipsum quando, aliud est vniuersale, aliud vero particulare. Vniuersale quidem, vt cum dicimus, quando fuit talis res? & respondeatur in tali anno: quia fuit in aliquo tempore eius. Particulare vero est illud, per quod refertur aliquod tempus ad aliquam rem, ratione sui ipsiusmet, nõ ratione alterius temporis in eo existentis. Quando itaque vere dicitur particulare seu proprium, & non vniuersale, quod patet, eo quia interrogatio facta per quãdo, desinit in ipsum. Sed illud quando, quo interrogatur de aliquo individuo, in quo nam tempore reperiatur: vt si quæratur, quando fuit talis à tali loco ad talem locum? & respõdeatur in tali die. sed illud quando, quo interrogatur de individuo in quonam instanti reperiatur, vt si quæratur, quando fuerit Sol in capite arietis, vel quando talis est mortuus? & respondeatur in tali instanti. Instans vero, atq; tempus particularia cognoscuntur quidem ratione distantiæ eorum ab instanti præsenti: vel ab alio instanti, cuius distantia ab instanti præsenti sit nota. contingere tamen potest, vt notitia illius temporis fiat ratione distãtiæ eius ab instanti, cuius distantia ab instanti præsenti sit incognita. vt si quis quærat quãdo fuit talis res, & respondeatur anno tertio regis talis: licèt ignoretur, in quo nam tempore fuerit ille rex, sed palam est, quòd hoc pacto erit quidem huiusmodi responsio diminutæ notificationis. Potest adhuc fieri interrogatio per quando, vt si quęratur quando regnauit talis rex? Potest adhuc contingere, vt ipsa distantia ab instanti noto, non fuerit determinata: & tunc quoque responsio erit imperfectæ notificationis, vt si quæratur, quando fuit tale negocium? & respondeatur prope ad tale instans, & hc suscipiet magis & minus: quoniam potent esse magis propinquum, quàm aliud propinquum. Veruntamen non est propterea opinandum, quòd ipsum quando suscipiat magis & minus, sed accidit ipsi quando, quia non fuit sumptum particulare vel proprium, & propter ipsam relationem: non quòd ipsum quãdo suscipiat de se magis & minus. Quòd autem ita sit, vt diximus, videlicet quòd hoc accidet ipsi quando propter illa duo simul, sic probatur. Quoniam, si plures res essent in vno instanti propinquo alicui instanti noto, tunc non referentur quo ad propinquitatem ad illud instans notum secũdum magis & minus: sicèt hoc quod dicimus propinquum, sit de prædicamento relationis, similiter si sumatur quando vniuersale, & non sumatur per ipsum relatio, tunc non suscipit magis & minus, nam multæ res referuntur ad vnum annum, quæ non fuerunt simul; quia quęlibet earum fuit in diuersis temporibus illius anni: & non referuntur ad illum annum secundum magis & minus. Patet itaque hoc accidere ipsi quando propter illa duo simul; scilicet quia est sumptum particulare, & propter relationem. Illud quoque quando, per quod interrogatur de specie & genere, aliud est tempus, & aliud est instans, vt paulo ante fuit dictum. Initias autem, vt cum quæritur, quando eclipsabitur luna? & respondeatur, quando subingredietur vmbram terræ, vel si quæratur, quando erit completa formatio fœtus masculi in specie humana? & respõdeatur cum fuerint completi quadraginta dies à puncto conceptionis. Tempus vero, vt si quæratur, quando fit incrementum in animali? & respondeatur tempore adolescentiæ, vel quando fit decrementum in animali & respondeatur tempore decrepitatis. Et ob hanc causam potent quis credere dari contrarium in prædicamento quando: cum tempus incrementi sit contrarium tempori decrementi. Attamen hæc contrarietas nesit habenti prædicamentum quando, non ipsi quando, nam, si contrarietas esset in eodem tempore, ita vt illud tẽpus esset ibi tempori contrarium: tunc sequeretur quòd tempus esset sibi ipsi contrarium: quod est maxime falsum. Sed quo pacto hoc sequatur nunc dico. quoniam adolescentiæ tempus alicuius viri potest esse tempus decrepitatis alterius viri, qui est decrepitus tempore adolescentiæ illius. & hoc ita se habet, quia non datur tunc nisi vnus cum tempus, vt palam est hoc, & verum omnino, nam tempus non multiplicatur ad multiplicationem rerum, quibus est tempus: sed est vnum & idem in se in omnibus locis. Si igitur tempus adolescentiæ esset contrarium tempori decrepitatis ratione ipsius temporis, tunc sequeretur quòd idem tempus esset sibi ipsi contrarium: quod est impossibile. Patet itaque quòd hoc contrarium accidit illi enti, quod ad ipsum tempus refertur. Id vero, per quod aliquod refertur ad aliquod, aliud est particulare, aliud vero non particulare, illud autem, quo refertur aliquid particulare ad aliud particulare, vt cum dicimus, cum interrogamur, quando talis rex ędidit talem legem? & respondeamus, quando venit talis populus ad eius prouinciam. palam autem est quòd in hoc responso oportet quòd fiatur quando fuit ille casus, qui est signum temporis, quo illa res, de qua nos interrogamur fuerit. alias enim contingeret iterum interrogare per quando. Potest tamen contingere vt in responsionem huius interrogationis dicamus, quòd prope inventionem illius casus id contigerit: & tunc contingit, vt huiusmodi quando suscipiat magis & minus ratione relationis. & quia non fuit sumptum ipsum quando particulare, & proprium, hoc est, quod non fuit sumpta terminata distantia temporis, quo illa res fuit ab illo, in quo fuit ille casus, qui fuit sumptus pro signo temporis noti & determinati. Id vero, per quod refertur aliquid non particulare ad aliquod non particulare, vt si quæratur quando erit dies? & dicatur, quando orietur Sol, vel si dicamus, cum interrogabimur, quando erit seruus, quando reperietur dominus, vel si dicamus, quòd cum interrogamur quando debeat heri responsio per genus rei, vel per eius speciem: cum interrogatur per quid est, & huius rei ratio est, quia locutio fit in tempore, vel si quæratur, quando mutabitur aliqua syllaba in aliqua dictione in aliam syllabam longiorem? & dicemus cum fuerit in hac dictione, vt in nostra lingua mons est, vel si quæratur, quando tractabitur de tali re in tali scientia? respondebitur cum tractabitur de tali re, & potest contingere, vt fiat responsum prope tale in

rem, vt si quęratur, quando audietur tonitruus? & respondeatur, prope apparitionem fulguris. Posset tamen quis dubitare, quia videtur quòd aliquod relatiuum ingrediatur prædicamentum quando, videlicet in illis modis, quibus dicitur prope tale tempus, vel prope inuentionem talem. Sed nemo potest dubitare, quòd hoc non insit ipsi quando, quatenus est quando: quia illud tempus, de quo quæritur ipsum quando, nō habet esse per se: sed illud insitans, a quo sumitur distantia eius cum sit notum: ideo contingit vt notificemus ipsum quando per huiusmodi relatiuum, palam autem est quòd ipsum quando non refertur ad illud instans: vt in definitione relatiuorum dictum fuit. nam potest fieri illud instans, præter hoc quod sciatur hoc instans propinquum ei, de quo facta est interrogatio per quando, in definitione autem relatiuorum fuit dictum, quòd cognito vno, cognoscitur & alterum omnino, per rationem videtur quòd quantitas ingrediatur hoc prædicamentum, in illa specie eius, qua refertur res ad tempus, in quo reperitur. Veruntamen facile constare potest, quòd responsio ad quando non notificabit quantitatem temporis, quo res reperiuntur, sed notificabit tempus in quo reperitur: sicut illud tempus sit pars temporis, in quo illa res reperitur: siue sit æqualis ei, siue communitus eo. & ideo videmus quòd post responsionem ad quando, contingit interrogare per quantum, vt exempli gratia, si interrogemur, quando fuerit eclipsis talis: dicimus quòd fuit in tali hora, mox interrogabimur, quantum fuit tempus durationis huius eclipsis? & respondebimus duæ horæ. & si interrogemur, quando fuit principium eclipsis, & quando desiit? respondebimus à principio tertiæ horæ, vsque ad finem quintæ: licet contingerit, vt per huiusmodi responsum cognoscatur quantitas temporis eclipsis, hoc tamen est per accidens, quoniam interrogatio non fuit nisi vt notificaretur instans particulare, in quo fuit finis eius. Accidit tamen, vt de his duabus interrogationibus sciat quantitas temporis, quo res inuenitur. Potest tamen contingere, vt interrogetur simul per quantū, & quando, cum fuerit initium, quo res reperitur, quando fuerit, scilicet vt quæratur, vsque quo duraverit eius esse: & responsum erit quoque compositum ex quanto, & quando in potentia. Quod autem ex quanto, patet quoniam in respondendo ad hanc interrogationem, nos dicimus, exempli gratia, viginti annos. Quòd vero ex quando, patet: quia principium huius temporis iam est notum, & ideo iam est notum, quando est completum esse ipsius. Accidit adhuc & in ipso quando propter relatiuum in eo genere, quo refertur aliquid ad aliquod. nam manifestum est quòd omnia relatiua ingrediuntur in hoc, vt cum dicitur, quando reperitur terminus? & respondetur, cum reperitur dominus. veruntamen manifestum est, quòd hæc simul reperiuntur tempore. & est quoque manifestum, quòd aliud est relatiua esse simul, & aliud relato. Proprium autem ipsi vero quando est, non habere contrarium: neque suscipere magis & minus, in his tamen communicant cum eo substantia, & quantitas, & quędam alia prædicamenta. Proprium præterea verum ipsius quando est, quòd vnum & idem numero eius. hoc est vnum tempus est, quando indifferenter multis rebus, scilicet illis rebus, quæ tunc reperiuntur tantum. reliqua vero accidentia, & substantiæ, vnum & idem numero eorum non refertur nisi ad vnam rem particularem, quæ est ipsum subiectum. Differt autem quando ab vno numerali. quoniam vnum numerale est vnum indifferenter cunctis rebus: sed ipsum quando est tantum quando cunctis rebus, quæ in eo tempore reperiuntur.

Est quoque proprium ipsi quando, vt de eo dicatur tunc, vel non tunc.

Sermo de prædicamento Vbi.

IPsum vbi eandem habet proportionem & rationem ad locum, quam habet ipsum quando ad tempus. & ideo eorum differentiæ sunt correspondentes: nam locus & tempus sunt in prædicamento quantitatis, sed eorum differentiæ non sunt eædem, quia duo prædicamenta non possunt diuidi per easdem differentias, vt in superioribus declaratum fuit. Ipsum autem vbi est relatio loci ad corpus: & est duplex, scilicet vniuersale, vel particulare. Vniuersale quidem, vt cum dicitur Socrates est in domo. nam domus cōtinet alia corpora quam Socratem. Particulare vero, vt cum dicitur, aqua est in amphora vel aliquid aliud simile, quod non contineat nisi illud corpus, cuius ipsum est ei locus. Verum autem vbi est locus ipse particularis, non vniuersalis. Ipsius præterea vbi aliud est, quo quæritur de aliquo indiuiduo, aliud vero, quod de specie vel genere interrogatur. Illud vero, quod ad indiuiduum refertur, est, vt cum dicimus aquam singularem esse in amphora, vel Socratem in gymnasio. Aliquando tamen nouheatur ille locus, in quo existit illud corpus, cuius locus quæritur, per eius distantiam ab aliquo, loco noto determinato, vt cum dicitur Socrates est propinquus Hierusalem per vnum miliare; & quandoque non notificatur quanta sit distantia eius ab illo loco, & dicitur quòd est propinquus Hierusalem. sic huiusmodi genus vbi potest suscipere magis & minus. sed propter hoc non est dicendum quòd ipsum vbi suscipiat magis & minus, quoniam hoc ideo contingit, quia non sumitur hic ipsum vbi particulare, & relatione rationis: cum manifeste appareat hoc contingere propter illas duas causas. nam ratione relationis non suscipit magis neque minus, si distantia fuerit eadem, vt si exempli gratia essent homines aliqui, quorum quilibet sit propinquus ad Hierusalem per vnum miliare, tunc de quolibet eorum dicetur, quòd est propinquus ad Hierusalem per vnum miliare eodem modo. similiter quoque si sumatur locus vniuersalis, tunc de quolibet corpore in eo existente dicetur, quòd sunt in ipso eodem modo & ratione, & sic non recipiunt magis & minus: sed contingit in hac re, vt suscipiat magis & minus, propter illas duas causas simul. Ipsum tamen vbi, quo interrogatur de specie vel genere, est, vt cum quæritur vbi sit ignis elementaris: & dicitur in cauitate orbis Lunæ, vel super conuexum & gibbum aeris. vel quæratur vbi sit iecur, in animali iecur habente: & respondeatur in eius dextra, vel quæratur vbi reperiatur coralium perfectum? & dicatur in mari. Ipsius præterea vbi aliquod est, quo refertur aliquid ad aliquid ea ratione, qua vtrumque eorum est in vno loco vniuersali, & cōmuni. & hoc diuiditur in id, quo quæritur de aliquo indiuiduo, vel quo quæritur de aliqua specie, vel genere. Illud vero, quo de aliquo quæritur indiuiduo, vt si quæratur vbi sit Socrates? & respondeatur, quòd est cum Platone. Illud tamen, quo quæritur de specie vel genere, vt si quæratur vbi sit argentum mmerale? & respondeatur cum plumbo, vel vbi sit coruus, & aquila: & respondeatur cum cadaueribus. Solet quoque metaphorice interrogari per vbi de re, quæ non est in loco, vt fuit accidentia & aliquæ substantiæ, vt si quæratur, vbi est dies, quando Sol est in capite cancri, in quo non est nox: & responsum in extrema parte habitationis in parte septentrionali, vel vbi sit anima: & respondeatur in corpore organico, vel vbi sit latitudo pectoris: & respondeatur in homine, vel vbi sit scientia: & dicatur in anima, vel vbi tractabitur de tali negocio: & respondeatur in tali scientia, & vt paucis rem comprehendar, de quocunque dicitur hoc est in hoc, contingit quidem vt de eo quæratur per vbi. At verum vbi inter omnia hæc, est illud, quo dicitur, quod corpus est in loco. sed iam alibi numerati sunt modi, quibus dicitur aliquid esse in aliquo. nec enim inquisitio non attinet ad hanc nostram institutionem. Patet itaque quòd reliqua alia, de quibus dicitur, quòd aliquid existit in aliquo, non sunt quidem ex prædicamento vbi, vt in descriptione ipsius vbi dictum est. Solet quoque metaphorice quæri de aliqua re, ad quam deberet sequi aliqua affectio animi, & non sequatur: vt si dicatur alicui, qui non fungitur munere suo condecenti itque correspondenti diuitiis eius, vbi sunt thesauri tui? vel vbi est fortitudo tua? quando non vtitur fortitudine vbi conueniat ea vti. Præterea ipsum vbi suscipit contrarium. nam sursum simpliciter, qui est locus ignis, est contrarium deorsum simpliciter, & absoluto, quod est locus terræ. hoc autem inest ipsi vbi naturali quatenus est naturale. nam siue locus sit vacuum siue distātia, vt Antiqui putabant? siue sit superficies ambiens exterius, vt in hoc loco apparet, nō poterit habere contrarium, quia vacuum non est contrarium vacuo, neque superficies superficiei: sed superficies ambiens est contraria superficiei ambienti, propter naturam corporis, in quo existit talis superficies, & hac ratione motus corporum naturaliter, est ad sua loca naturalia: vt in scientia Naturali probatum est.

Posset tamen aliquis dubitare, quia videtur quòd vbi, & quando sint relatiua: cum quodlibet eorum dicitur in relatione ad aliud. Verum enimuero constat ea non esse vere ad aliquid: hoc est q̄ non est quodlibet eo⁹ de essentia alterius. Qm̄ vbi & q̄n̄ non debent itelligi, quatenus sunt vbi & q̄n̄, nisi sciantur res ad quas ipsa sunt relata, illæ tamē res poterunt intelligi per se? & si non sciantur vbi & quādo, & ideo vbi & quando vna tantum ratione dicuntur ad aliquid. Parq̄ est ratio de prædicamento situs, & prædicamento habere, quæ sunt scilicet vna tantum ratione ad aliquid. Proprium autem ipsius vbi est, vt per ipsum dicatur ibi, vel non ibi.

Sermo de prædicamento Situs.

SItus est proportio latey, seu partiū corpo⁹ ad se inuicē. hoc aūt bifariam fit; nēpe vel q̄ referatur latera partiū corporis ad partes loci, in quo corpus exist, siue fuerit vniuersalis, siue particularis: vel q̄ referantur latera corporis ad latera alterius corporis. Corpus autem habēs situm est illud, cuius omnia, vel aliqua eius latera sunt cognita. Latera vero ipsius corporis dignoscuntur vel natura, vel ex hypothesi. Quæ autem ex hypothesi, vel propter ipsam quantitatem tantum: vt in similaribus partibus eueniat quorum tres dimēsiones sunt insimiter se distinctæ, nam maior dimensio dicitur longitudo, dimensio vero breuior dicitur profunditas, seu altitudo: tertia autem dimensio dicitur latitudo. In huiusmodi itaq; corporibus non dignoscuntur partes longitudinis, quæ sunt sursum & deorsum: neq; latera latitudinis, quæ sunt dextrum & sinistrum: neq; latera profunditatis, quæ sunt ante & retro: sed denominantur earum positiones ratione harum dimensionum: si dicamus, q̄ stent super profunditatem suam, vel super longitudinem suam, vel super latitudinem suam. Vel propter ipsam qualitatem, vt cum figura superficierum ambientium ipsum corpus sint inter se diuersæ: vel q̄ sit aliquod vestigium cognitum in vna illarum superficierum, quæ ipsum ambiunt: vel in pluribus, quo dignoscantur eius latera omnia, vel aliqua. & in tali corpore non dignoscetur dimensio terminata, neq; latus terminatum ab ipsa distantia: sed dignoscentur eius superficies, & per eas denominabitur situs ipsius, nam dicetur de ipso, q̄ talis supficies eius est in latere partis talis loci, in quo existit, & hac ratione possunt dignosci latera aliqua sphæræ: videlicet, cum fuerit in superficie ambiente ipsam aliquod vestigium, & signum in aliquo loco, vel aliqua signa. & hoc pacto videntur dignosci situs corporis cœlestis à mūdo inferiori: scilicet propter sydera, quæ in eo existūt in locis terminatis. Sed vtrum corpora cœlestia habeāt dimensiones terminatas, & latera terminata naturaliter, vel non, hoc est vtrum habeant sursum & deorsum, dextrum & sinistrum, ante & retro, vel ne, non est nostrum declarare: sed ad Naturalem Philosophum recurrere oportet. Possunt quoq; dignosci per hypothesim latera & partes, quæ sunt longitudo, latitudo, & profunditas, vel aliqua eorum, & eorum latera, vel aliqua eorū in genere heterogeneo, quod arte fit, vt sunt candelæ cereæ, vel alia id genus, in quibus dignoscitur longitudo, & sursum atque deorsum ex suppositione: & pannus laneus, in quo cognoscitur longitudo, & latitudo, & profunditas ex subiectione: & cognoscuntur in ipso latera profunditatis & longitudinis. In eo vero quod est ex natura, aliud est, in quo cognoscitur vna dimēsio, & eius latera: vt in stirpe, in qua scilicet dignoscitur longitudo & eius latera, quæ sunt sursum & deorsum, aliud vero est, in quo dignoscuntur omnes distantiæ, seu dimensiones, & earum latera: vt in animalibus. Corpus præterea habēs situm, aliud est quod refertur ad locum: aliud vero ad aliud corpus, & quodlibet istoy vel est individuum, vel genus, aut species. Individuum autem quatenus refertur ad locum, est, vt si dicatur Socrates sedet, vel Plato, vel accumbit, nam illud latus, ad quod vergit caput Socratis, ipsius scilicet loci in quo existit, quando accumbit, aliud est, quam latus, ad quod vergit, quādo stat, vel sedet. & par ratio est in aliquibus aliis eius partibus. Individuum vero quatenus refertur ad aliud corpus, est, vt si dicamus sinistra Socratis est ad dextra Platonis: & vt dicimus de lana carminata quòd longitudo vna ipsius existit apud longitudinem alteram: & vt dicimus de aliquo corpore, quòd talis pars eius existit apud talem partem ipsius, versus sursum, vel versus latus deorsum: vel alia latera ipsius corporis; quoniam vna pars non est altera. Illud quoque, quod est genus vel species, prout ad locum refertur, est, vt cum dicimus, quòd homo est erectæ statura: & plantę cuius caput est deorsum, id est eius radix. Illud vero, quod est genus vel species, quod ad aliud refertur corpus, vt cum dicimus cor esse in parte sinistra, & hepar in dextra, in animali habente hepar, & vt dicimus arcum cœlestem, seu iridem obtinere colorem purpureum existentem apud viridem, & viridem apud flauum in latere interno superficiei ipsius circuli. & vt dicimus, quòd lucem oui existit apud candidum in latere interno ipsius oui.

Sed posset quis dubitare, vtrum situs habeat contrarium? quoniam videtur, quòd situs hominis sit contrarius situi plantarum, cum homo habeat caput sursum, & planta deorsum.

Verum si res ita se haberet, tunc posset quis imaginari, quòd situs sit quoque contrarius situi, quando scilicet facies vnius fuerit in parte posteriori alterius, vel dextra vnius in latere sinistra alterius, & sic accubās erit contrarius accubanti, & stans stanti, nam quemadmodum opponitur situs situi, quando latus sursum vnius fuerit latus deorsum alterius: sita quoque opponetur situs situi, quando latus dextrum vnius est latus sinistrum alterius, vel cum latus anterius vnius sit latus posterius alterius. nam quemadmodum opponitur ipsum sursum ad deorsum, in habente situm: ita quoque opponitur dextrum sinistro, & anterius posteriori. Quòd si nō sit contrarius situs situi, propter eorum contrarietatem in lateribus dextri & sinistri, & anterioris & posterioris, tunc sequeretur quòd non esset contrarius situs situi, propter eorum contrarietatem in lateribus sursum & deorsum, & licet videatur apparens, quòd non sit contrarius in situ ille, qui habet eius faciem in latere posteriori alterius, vel cuius dextrum existit in sinistro alterius, ex quo videtur sequi quòd situs hominis non sit contrarius situi plantæ, sed videtur quòd in hoc non par ratio, quoniam diuersitas situum, quæ in lateribus dextri & sinistri, & ante & retro existit, non prouenit propter diuersitatem naturæ ipsius situati: quoniam & habentia situm, quæ sunt eiusdem naturæ, differunt quidem situ hoc modo diuersitatis, præter hoc, quòd habeant vnum istorum situum præter naturam. Sed diuersitas situum, quæ oritur propter sursum & deorsum, non reperietur in habentibus situm, quæ sunt eiusdem naturæ, nisi cum aliquis eorum inerit eis præter naturam: vt fit in homine, quando habet caput deorsum, & planta habeat radicem sursum. Adde etiam, quòd oppositio lateris sursum ad latus deorsum est validior, quàm oppositio cuiuslibet alterius lateris reliquorum ad suum oppositum, & hoc est manifestum in habentibus hæc latera naturaliter, & ideo videtur quòd sit verum dicere, quòd situs hominis sic contrarius situi plantæ: etiam si eueniat, quòd non detur contrarietas in situ, propter latera dextri & sinistri, & ante & retro. Sed si hoc concedatur, tunc oritur ambiguitas, quoniam potest quis existimare, quòd accubitus sit contrarius stationi: & si sta tio esset contraria situi plantæ, tunc stationi darentur plura contraria vno. sed in libro Metaphysicæ probatum est, vni contrario vnica ratione vnum tantum esse contrarium. Sed hoc dubiū videtur posse solui, si dicatur quòd modus, quo opponitur accubitus stationi, non est ratione diuersitatis situum per latera opposita: quia si situs non habent latera opposita: sed ideo fit, quia accubitus reperitur naturaliter in aliquo imbecilli, quod non potest suas actiones naturales exercere: vel propter aliquem morbum, vel quia desyderat somnum, vel quia est delassum. Statio vero est opposita huic rei, scilicet quòd inest naturaliter ipsi sine vigilantia. Accubitus ergo opponitur stationi, ea ratione, qua opponitur lassitudo morbus, vel qua opponitur somnus vigilis, aut lassitudo contrario suo. & ideo accubitus non est contrarius stationi ratione situs, sed ratione alicuius dispositionis existentis in habente situm. Sed melius est dicere, quòd non datur contrarium in prædicamento situs. quoniam contraria vel habent medium, vel non habent, & quæ non habent medium, necesse est vt subiectum denominetur per vnum eorum: vt numerus, qui necessario est vel par vel impar. Sed contraria habentia medium, ipsum quidem medium refertur ad vtrumque extremorum, & denominatur per ea simul, propterea quia participat quodlibet eorum, vt exempli gratia, aqua tepida est calida & frigida, & color viridis est niger & albus: & ideo necessario subiectum eorum quoque vel denominabitur vno contrariorum, vel vtroque ipsorum simul. Situs vero, qui sunt contrarii in suis lateribus, non sunt ex contrariis, non habentibus medium: quia ipsorum subiectum priatur quodlibet eorum. Neque etiam sunt ex contrariis habentibus medium, quoniam, si ita esset, tunc quicunque esset sedens, & accubans, atque incuruans: & hic de similibus dicere retur, stans erectus super pedes suos, & stans erectus super caput suum: quod est impossibile. Cum ergo in situs non sint ex contrariis habentibus medium, neque ex non habentibus medium: & non dentur alia genera contrariorum præter hęc: ergo huiusmodi situs non erunt contrarii, & sic patet quòd in prædicamento positionis nullum datur omnino contrarium. At ipsa inclinatio, quæ videtur esse media inter accubitum & stationem, huiusmodi quidem similitudo contingit propter motum factum in vbi: hoc est, propterea quia cum stans vult incumbere, mouet suum corpus in vbi de loco ad locum: & primo inclinatur, mox accumbit. & propter motum factum in vbi ipsa inclinatio est media inter accubitum, & stationem, non ratione positionis: quia situs deorsum est alius à situ incumbentis, & à situ stantis, & non datur medium inter ipsos, vt diximus. Sed in dubium venit, vtrum tungosum & denium, & glabrum atque hispidum sint ex prædicamento situs, vel ex prædicamento qualitatis, patet autem, quòd si hæc duo essent ex prædicamento situs, tunc daretur contrarietas in prædicamento situs, nam spongiosum est contrarium denso & leue contrarium aspero. Dicendum ergo est quòd raritas & ispissum bifariam dicitur, primo quidem de corpore leui & crasso: hoc est quòd corpus tenue dicitur raruum, & crassum

dicitur densum,& hoc pacto dicuntur aer & aqua rara, & terra densa,rarum autem & densum hac ratione non sunt de prædicamento positionis:quoniam hoc non significat situm partium;sed sunt de prædicamento qualitatis. Secundo modo dicitur de corpore, cuius partes non adhærent perfecte inter se,& hac ratione nix & panis fermentatus dicuntur spongiosa, & lapides dicuntur densi.Si ergo modus raritatis & densitatis potest credi esse in prædicamento situs: quoniam verisimile videtur,hoc inesse ipsi raro & denso,propter situm partium inter se.sed hoc est quæ non sunt apprime connexę, dicitur rarum:& quando maxime hærent, dicitur densum. Sed si diligenter ens inuestigetur,constabit vtique hæc quoque esse ex prædicamento qualitatis. nam si res dicatur fungosa, quia aliquæ eius partes non exacte hæreant inter se, tunc lapis esset spongiosus,si haberet foramina plena aere. quod est falsum:quia nullo pacto potest dici lapis rarus. nam res densa, si habuerit foramina, potent vtique nominari caua, sed non rara.& hoc perspicuum est,quo ad apparentiam. sed aliquid habens foramina,dicetur quidem rarum, cum fuerit molle. Constat ergo quòd rarum dicitur de re molli ea ratione, qua est mollis,non ea ratione,qua habet foramina. sed contingit vt quædam corpora subtilia aerea habeant foramina,& sic patet, quòd rarum & densum, non dicuntur ratione situs partium,sed ratione mollitiei & duritiei, quæ à sicco & humido prouenium:quæ quidem sunt qualitates. Potest & alia ratione probari,quòd rarum & densum non sunt ex prædicamento situs. nam ad interrogationem factam per qualis sit res: respondebitur quòd est rara vel densa:& non cum quæritur qualis sit situs partium eius inter sese iuicem.sed cũ quæritur qualis sit situs partium eius inter se:vt si dixeris quòd talis pars est in latere talis partis,vel quòd eius partes non hærent inter se inuicem:& non respondebitur omnino quòd illa res sit rara vel densa.palam ergo est quòd rarum & densum non sunt ex prædicamento situs.quoniam,si essent ex prædicamento situs, tunc ad interrogationem factam de situ responderetur per ipsa,& hoc est de se notum. Et hac met ratione potest probari, quòd lene & asperum non sunt ex prædicamento situs. nam cum fiat interrogatio de situ partium inter sese, non respondebitur quòd habens illas partes sit hirsutum, vel glabrum: sed ad interrogationem factam per quale est, tunc respondebitur hirsutum vel glabrum. Nec te latere velim, quòd glabritas & hispiditas,quæ in rebus arunciosis reperiuntur, ratione artis sunt ex quarto genere qualitatis: quod est genus formæ & figuræ. quoniam diuersitas quæ inter lene & asperum artificiale existit,fit quidem ratione figuræ:cum illa lenitas & hispiditas, non sequatur naturam rei, sed lenitas & asperitas, quæ in rebus reperiuntur naturalibus, sunt quidem ex tertio genere qualitatis,videlicet passionis vel passibilitatis. quia lenitas & asperitas fiunt in rebus naturalibus à siccitate & humiditate:nam lenitas fit ratione humiditatis, & asperitas ratione siccitatis. Aristoteles tamen in prædicamento qualitatis dixit quòd raritas & densitas, & lenitas & asperitas videntur esse de prædicamento situs,largo modo dicto:non quòd vere dicant esse de prædicamento situs. Leui tamen minerua locutus est ibi Aristoteles de hoc negocio: quia ille non est locus huius considerationis. Nos tamen fumus coacti tractare de hoc negocio ratione inuestigationis nostrę,vtrum scilicet reperiatur contrarium in prædicamento situs vel ne:sumus inducti tractare de hoc,quia Aristoteles dicit in scientia Naturali, quòd in prædicamento situs non datur motus: quia motus reperitur in habentibus contraria mediata, & hoc non reperitur in ipso situ. patet enim, quòd,si daretur contrarium in ipso situ, q̃ non reperirentur in eo contraria habẽtia medium: quoniam subiectum,quod per illa contraria, quæ possunt imaginari in prædicamento situs,denominatur,non videtur vacare aliquo ipsorum.& ideo sumus diligentes declarare,vtrum in prædicamento situs reperiatur contrarium,vel ne. Potest quoque ipse situs referri latius ad id, quod non est corpus, ea ratione, qua est in corpore:vt est linea & superficies.nã dicimus lineam stare secundum angulum rectum super lineam,vel secundum alium angulum determinatum.& dicitur linea aliqua esse opposita alteri lineæ:vel quòd ambæ sint in vna linea: vel quòd existat super aliquam superficiem: vel quòd declinet super superficiem ad aliquod latus: & sic refertur situs alicuius superficiei ad superficiem. sed de his positionibus Mathematicus considerat.

TRACTATVS TERTIVS.

De Oppositis. Cap. V.

DE oppositis autem quot modis solent opponi dicendum est. Dicitur enim alterum alteri opponi quadrupliciter, aut ut ea quę ad aliqd,aut ut contraria, aut ut priuatio & habitus,aut ut affirmatio & negatio. Opponitur autem unumquodque istorum ut sit figuratim dicere,tanquã ea quę ad aliquid quidem,ut duplum dimidio: tanquam contraria, ut malum bono: tanquam autem secundum priuationem & habitum, ut cæcitas & uisio: tanquam uero affirmatio & negatio,ut sedet non sedet. Quæcunq; igitur ad aliquid opponuntur, ea ipsa quæ sunt oppositorum dicuntur,aut quomodolibet aliter ad ipsa. ut duplum dimidij, hoc ipsum quod est, alterius dicitur: alicuius enim duplum dicitur.& scientia scibili, tanquam ea quæ sunt ad aliquid opponitur:& dicit scientia ipsum quod est scibilis:& scibile dicitur ipsum quod est ad oppositum ad scientiam.scibile enim aliquo dicitur,s.scietia scibile. quæcunq; ergo opposita sunt tãquam ad aliquid, ea ipsa quæ sunt oppositorum, vel alio quolibet modo ad inuicem dicuntur. Illa vero, quæ opponuntur vt cõtraria, ea ipsa quidem quę sunt nullo modo ad se inuicem discũtur: contraria tamen sibijnuicem dicuntur. neq; enim bonum mali dicitur bonum, sed cõtrarium.quare differunt ab inuicem hæ oppositiones. Quæcunque vero cõtrariorum talia sunt,vt in quibus nata sunt fieri, & de quibus prædicantur necessarium sit alterum ipsorum inesse,horum nihil est medium. quorum vero nõ est necessarium alterum inesse, horum omnino est aliquid medium. Vt ęgritudo & sanitas in corpore animalis nata sunt fieri:& necessarium est alterum ipsorum inesse aialis corpori,vel ęgritudinem,vel sanitatem.& par quidem & impar de numero prędicantur:& necesse est horum alterum numero inesse vel par vel impar: & non est horum aliquod medium,neque ægritudinis & sanitatis,neque imparis atq; paris. Quorum autem non est necessarium alterum inesse, eorum est aliquod medium. vt nigrũ & album in corpore animalis nata sunt fieri, & non est necessarium alterum eorum inesse corpori. non.n. omne corpus vel album vel nigrum est. sed & prauũ & studiosum p̃dicãtur qdem de hoie & de alijs cõpluribus: non est autem necessarium

necessarium alterum eorum inesse ijs,de quibus prædicantur.non enim omnia aut praua aut studiosa sunt, sed est aliquid eorum medium:vt albi & nigri,fuscum & pallidum, & quicunq; alij colores: prauí vero & studiosi, quod neque prauum neque studiosum est. In aliquibus igitur medijs posita sunt nomina:vt albi & nigri,fuscum & pallidũ, & quicunque alij huiusmodi colores: in aliquibus vero non est nomine facili medium assignare,vtriusq; vero extremorum negatione medium definitur:vt quod neque bonum neq; malum est,neque iustum neque iniustum.

Priuatio vero & habitus dicuntur quidem circa idem aliquid:vt visio & cęcitas circa oculum.vniuersaliter autem dicere est in quo natus est habitus fieri, circa hoc dicitur vtrumque eorum fieri. Priuari vero tunc dicimus vnumquodque habitus susceptibilium,quando in quo natum est inesse, vel quando illud natum est habere,nullo modo insit. edentulum enim dicimus,non quod non habet dentes, & cæcum non quod non habet visum: sed quod non habet,quando natum est habere.aliqua enim ex natiuitate,neque dentes habent,neque visum:sed non dicuntur edentula,neque cæca. Priuari vero & habere habitum non est priuatio & habitus. habitus enim visus est,priuatio vero cæcitas. habere autem visum non est visus, nec cæcum esse cæcitas. priuatio enim quædam est cæcitas: cæcum vero esse priuari, non priuatio est. Amplius,si idem esset cæcitas & cæcum esse, vtraque de eodem prædicarentur. sed cæcus quidem dicitur homo: cæcitas vero homo nullo modo dicitur. Opponi quidem etiam ista videntur, priuari scilicet & habere habitum, quemadmodum priuatio & habitus. idem enim modus est oppositionis. nam sicut cæcitas visui opponitur,sic cæcum esse & visum habere opponuntur. Non est autem neque hoc quod sub affirmatione & negatione est, affirmatio & negatio. affirmatio nanque oratio affirmatiua est,& negatio oratio negatiua:quod vero sub affirmatione & negatione est,nulla est oratio,* sed res.dicuntur autem hæc esse opposita adinuicem, tanq̃ affirmatio & negatio. nam & in his modus oppositionis idem est. sicut enim affirmatio ad negationem opponitur, vt quod sedet, ei quod non sedet, sic & res quæ sub vtroq; est opponitur,scilicet sedere aliquem ad non sedere. Quòd autem priuatio & habitus non opponuntur vt ad aliquid, manifestũ est.non enim dicitur idipsum quod est oppositi.visus enim non est cæcitatis visus,nec vllo alio modo ad ipsum dicitur. similiter autem neq; cæcitas visionis cęcitas dicatur:sed priuatio quidem visionis dicitur,cæcitas vero visionis nõ dicitur,* neque visus cæcitatis. Amplius ad aliquid omnia ad conuertentia dicũtur. quare,si cæcitas eorum quæ ad aliquid sunt,esset; vtique & conuerteretur ad illud ad quod dicitur.sed non conuertitur: non enim dicitur visus cæcitatis visus. Quod autem neque vt contraria opponuntur quæ secundum priuationem & habitum dicuntur, ex his manifestum est.Contrariorum enim, quorum nihil est medium, necesse est vel in quibus fieri nata sunt,aut de quibus prędicantur,alterum ipsorum inesse semper:eorũ enim nihil medium erat,quorum alterum inesse susceptibili necesarium erat, vt in languore & sanitate, & impari atque pari. quorum vero aliquid medium est,nunquam necesse est omni inesse alterum.neque enim necesse est omne susceptibile vel candidum vel nigrum esse, neque frigidum vel calidum: horum enim medium aliquid nihil esse prohibet. insuper autem & horum erat aliquid medium, quorum alterum inesse susceptibili non necesarium erat præter illa,quibus vnum inest naturaliter,vt igni calidum esse,& niui candidum: his enim determinate necessarium alterum est inesse,& non vtrũuis contingit. non enim possibile est ignem frigidum esse, neq; niuem nigram.quare omni quidem susceptibili non necesarium est alterum ipsorum inesse, sed solis quibus natura vnum inest: & his determinate vnum non vtrũuis contingit. In priuatione autẽ & habitu neutrum eorum quæ dicta sunt verũ est. non enim semper alterum eorum inesse susceptibili necesariũ est.quod enim nondum natum est habere visum, neq; cęcum, neq; visum habens dicitur.quare non erunt hæc, vt ea contraria, quorum nihil est medium. Sed neq; vt ea, quorum aliquid est mediũ.necesarium enim est aliquando omni susceptibili alterum eorum inesse. quando enim iam ad habendam visionem natum fuerit,tunc aut cæcum,aut habẽs visum dicetur. & eorum non determinate alterum,sed vtrũuis contingit. * non enim necesarium est vel cæcum vel visum habens esse,sed vtrumuis contingit. in contrarijs autem, quorum aliquid medium est, nunq; necesarium erat omni susceptibili alterum inesse, sed quibusdã:& his determinate vnum, * & non vtrũuis contingit. Vnde palam est quòd ſm neutrum modorum tanq̃ contraria opponuntur ea,quæ ſm priuationem & habitũ opponuntur. Amplius, in contrarijs quidem cùm sit

* a.f. non habet(sed res)

* a.f. non habet(neq; visus cæcitatis)

* a.f. non necessario vt cæcũ vel visum habẽs dicetur determinate, sed

* a.f. non habet(& non vtrũuis contingit.)

susceptibile, ad iuicem mutationem fieri possibile est: nisi alicui vnum natura ineſt, vt igni calidum *. etenim sanum possibile est languere, & candidum nigrum fieri, & calidum frigidum, & ex studioso prauum, & ex prauo studiosum fieri possibile est. prauus enim ad meliores exercitationes deductus, & doctrinas (etsi ad modicum aliquid proficiat, vt melior sit) si certe semel quamuis modicum incrementum sumpserit, palam est, quia aut perfecte mutabitur, aut satis multum incremẽtum sumet. semper enim bene mobilior ad virtutem fit, etiam quodcunque incrementum sumpserit à principio. quare etiam verisimile est plenius eum sumere incrementum. & hoc dum semper fit, perfecte in contrarium habitum restituetur: nisi forte tempore prohibeatur. Verum in priuatione & habitu impossibile est adinuicem mutationem fieri. ex habitu enim in priuationem mutatio fit, à priuatione vero in habitum impossibile est. neque enim cæcus factus aliquis, rursus vidit: neque cùm caluus fuerit, rursus comatus factus est: neque cùm fuerit edentulus, dentes ei iterum orti sunt.

* a.l. addit & alius albũ.

Quæcunque vero tanquam affirmatio & negatio opponuntur, palam est quòd nullo prædictorum modo opponuntur. in solis enim his necessarium est semper, hoc quidem eorum verum, illud autem falsum esse. neque enim in contrarijs necessarium est semper alterum verum esse, alterum autem falsum: neque in rjs, quæ ad aliquid sunt: neq; in habitu & priuatione. vt sanitas & languor contraria sunt: & neutrum horum neque verum, neq; falsum est. similiter autem & duplum & dimidium tanquam quę ad aliquid opposita sunt: & non est eorum neutrum, neq; verum, neque falsum. sed neque ea quæ secundum priuationem & habitum dicuntur: sicut visio & cæcitas. Omnino autem eorum quæ secundum nullam dicuntur complexionem, nihil neque verum neq; falsum est. omnia autem quæ dicta sunt, sine complexione dicuntur. Verũtamen maxime tale hoc contingere videbitur in rjs quę secundum complexionem contraria dicuntur. sanum nanq; esse Socratem ad languere Socratem contrarium est. Sed neq; in his necessarium semper alterum verum esse, & alterum falsum. cùm enim Socrates sit, aliud quidem verum, aliud autem falsum erit: cùm vero nõ sit, ambo falsa sunt. neq; enim languere, neq; sanum esse verum est, cùm ipse non sit omnino Socrates. In priuatione vero & habitu cùm non sit omnino, neutrum verum est. cùm autem sit, non semper alterum quidem verum erit, alterum autem falsum. habere nanq; visum Socratem ei quod est cæcum esse Socratem opponitur, sicut priuatio & habitus. & cùm sit, non necessarium est alterum verum esse vel falsum. cùm enim nondum sit natus habere, vtraque falsa sunt. & cùm non sit omnino Socrates, similiter quoque falsa sunt vtraque & visum eum habere, & cæcum eum esse. In affirmatione vero & negatione semper siue sit, siue non sit, hoc quidem falsum erit, illud autem verum. Languere nanque Socratem, & non languere Socratem, cùm ipse sit, palam est quod alterum eorum verum, alterum vero falsum est. & cùm non sit, similiter. languere etenim cùm non sit, falsum est: non languere autem, verum. Quare in his solis proprium erit semper alterum eorum verum, alterum falsum esse, quæcunq; tanquam affirmatio & negatio opponuntur.

Contrariũ aũt bono quidem ex necessitate malum est. hoc aũt per singulorũ inductionẽ palã est. vt sanitati languor, & iustitiæ iniustitia, & fortitudini timiditas: sic aũt & in alijs. De contrarijs.

Malo autem aliquando quidem bonum est contrarium, aliquando malum. defectui enim, cùm malum sit, superabundantia contraria est, cùm sit etiam ipsa malum. similiter autem & mediocritas, cùm vtrique cõtraria sit, bonum est. Sed in paucis quis tale hoc aspiciet, in pluribus vero semper malo bonũ contrarium est. Amplius, contrariorum non necessarium est si alterum sit, & reliquum eẽ. Sanis nanq; omnibus, sanitas quidem erit, languor vero non. similiter autem albis omnibus, albedo quidem erit, nigredo vero nõ. Amplius, si ei quod est Socratem sanum esse, Socratem languere contrarium est: non contingit autem simul vtraque eidem ineſſe: non vtiq; continget cùm alterum contrariorum sit, & reliquum esse. cùm enim sit Socratem sanum esse, languere Socratem non erit. Palam vero est quòd circa idem, aut specie, aut genere nata sunt fieri contraria. Languor nãque & sanitas in corpore animalis nata sunt fieri. albẽdo autem & nigredo, simpliciter in corpore. iustitia vero & iniustitia in anima hominis. Necesarium autem est omnia cõtraria, vel in eodem genere esse, vel in contrarijs generibus, vel ipsa genera esse. album enim & nigrum in eodem genere sunt: color enim eorum genus est. iustitia vero & iniustitia, in contrarijs generibus: illius nanque virtus genus est, huius autem vitium. bonum vero & malum non in genere sunt, sed ipsa sunt genera aliquorum existentia.

Pars

Tractatus Tertius.

Pars Prima. Sermo de Oppositis.

AVER. VOd loquitur in hac parte complectitur vndecim partibus. In Prima Aristo. numerat genera oppositionum, & notificat quodlibet eorum per exempla. In Secunda tradit differentiam iter opposita relatiua, & opposita contraria. In Tertia declarat duo esse genera contrariorum. In Quarta notificat naturam oppositorum fm habitum & priuationẽ: probatq; q quæ habent priuationem & habitum, non sunt ipsa priuatio & ipse habitus: ipsa tamen opponũtur quoq;, vt priuatio & habitus. In Quinta notificat q res quæ affirmantur vel negantur, non sunt ipsa propositio affirmatiua & negatiua: & q hæc etiam opponuntur, quemadmodum opponuntur affirmatiua & negatiua propositio. In Sexta declarat differentiam, quæ est inter habitum & priuationem, & inter duo relatiua. In Septima ostendit differentiam, quæ est inter priuationẽ & habitum, & inter duo contraria. In Octaua declarat differentiam, quæ est inter affirmationem & negationem, & inter reliqua tria, scilicet priuationem & habitum, & duo correlatiua, & duo contraria: & soluet obiectionem quę oritur contra illam differentiam, quam dedit in ipsis contrarijs. In Nona probat, q vnum est vni contrarium, & quandoq; duobus. In Decima ostendit, q non est necessarium vt vno cõtrario dato, detur & aliud, quę est proprietas ipsius relatiui. In Vndecima explicat, q quælibet duo contraria, vel sunt vnius generis, vel duorum generum contrariorũ, vel q sint ipsamet duo genera contraria & non ingrediuntur sub vno genere.

Particula Prima. Dixit. Opposita quadrupliciter dicuntur, nempe duo correlatiua & duo contraria, & priuatio & habitus, atq; affirmatio & negatio. Exemplum correlatiuorum, duplum, & dimidium: exemplum vero contrariorum, bonum et malum: priuationis autem & habitus, cæcitas & visus: affirmationis quoq; & negationis, vt cùm dicimus Socrates sedet, Socrates non sedet.

Particula Secunda. Differunt autem duo correlatiua à duobus contrarijs, quoniam vniuscuiusq; correlatiuorum, quodcunq; fuerit illud, quiditas dicitur in relatione ad aliud suum compar, siue per se, siue per aliquam dictionum relationis, quæcũq; fuerit illa: vt duplum, quod dicitur in relatione ad dimidium. sed quiditas vnius contrariorum non dicitur in relatione ad alterum: sed dicitur q quiditas vnius eorũ contrariatur quiditati alterius, nam non dicitur, bonum est mali bonum, sed dicitur est ei contrarium. neq; dicitur album est nigri album, sed ei contrarium. hæc ergo duo genera oppositorum differunt necessario inter se.

Particula Tertia. Cõtraria autem, quorum subiectum quod per ea denominatur, non vacat vno eorum, sunt vtiq; illa contraria, quæ non habẽt medium: vt sanitas & ægritudo. nam nullum corpus animatum est expers vnius istarum, & vt par & impar: quoniam nullus est numerus, qui non denominetur altero istorum. hæc ergo dicuntur quoq; contraria non habentia medium. At in illis contrarijs, quæ habent medium, nihil cogit vt eorum subiectum non vacet alterutro cõtrariorum: vt gratia exempli, nigredo & albedo, quę sunt in corpore. nam cùm non sit necessarium, vt quodlibet corpus coloratum sit vel album, vel nigrum, sed corpus potest vacare vtrisq;: ideo datur medium inter ipsa, quæ sunt flauum & viride, & reliqui colores medij inter album & nigrum, identidem laudabile & vituperabile: nam non est necessarium vt quælibet res sit vel laudabilis, vel vituperabilis. ideoq; dantur media etiam inter ipsa, nempe id, quod non est laudabile, neq; vituperabile. In quibusdam autem ipsa media habent nomina, vt flauum & citrinum. in quibusdam vero non habent nomina, & tunc medium dicitur per abnegationem duorum extremorum: vt cùm dicimus, nec bonum nec malum, neq; iustum neq; iniustum.

Particula Quarta, Dixit Arist. Sed priuatio & habitus in vna atq; eadem re inueniuntur: vt exẽpli gratia, visus & cæcitas, quæ in oculo reperiuntur. & sic genus priuationis vniuersaliter est, quod habitus à subiecto suo proprio auferatur eo tempore, quo aptum est habere illum, absq; quòd sit possibile ipsum habitum in tempore futuro inuenire. quoniam quidem dicitur edentulus ille, qui non habet dentes in tempore, quo illos ex proprietate debet habere. & rursus q non habet visum in tempore, quo ex cõsuetudine debet habere visum. & ob id non dicitur de animalibus absq; dentibus nascentibus, vti sunt catuli canum, qui quidem dentium sunt expertes, & cæci. Dixit. Nec qui habitu priuatur neq; qui habitum habet, dicitur priuatio vel habitus, vt exempli gratia, visus est habitus, cæcitas vero priuatio eius. habens itaq; visum non est visus, neq; cæcus est cæcitas. nam si subiectum ipsius visus, & ipse visus essent idem, itidem si subiectum cęcitatis & cæcitas essent idem: tunc vere prædicaretur visus de ipso videnti, & cæcitas de cæco, & videns diceretur visus, & cæcus diceretur cæcitas. Verumtamẽ quemadmodum priuatio & habitus sunt duo opposita, ita quoq; illa quæ per ipsa denominantur, sunt duo opposita, nam, si cæcitas opponitur visui, cęcus quoq; opponitur videnti: quoniam modus oppositionis in ipsis est utique idem.

Particula Quinta. Dixit. Neq; id, quod affirmatur & negatur, est quoq; affirmatio & negatio. nam affirmatio est oratio affirmatiua, & negatio oratio negatiua: id uero quod affirmatur uel negatur, non est oratio, sed est res, quæ per dictionem simplicẽ, uel per dictionem quæ habet uim simplicem, significatur. res uero, quæ affirmatur uel negatur, eadem quoq; opponitur oppositione, qua affirmatio negationi opponitur. ut gratia exempli, quemadmodum opponitur Socrates, sedet huic, scilicet Socrates nõ sedet, ita opponitur sessio non sessioni.

Particula Sexta. Videtur autem q priuatio & habitus non eodem opponantur modo, quo opponũtur correlatiua. quoniam eorum, quæ fm habitum & priuationem opponuntur, quiditas unius eorum non dicitur in relatione ad alterum: quemadmodum dicitur quiditas rerum quę relatiue opponuntur. nam non dicitur usus est cæcitatis usus: neq; cæcitas est usus cęcitas. Differunt præterea secundo, quoniam quodlibet duorum correlatiuorũ, ut in superioribus dictum fuit, dicuntur ad conuertentiam: sed ea quæ secundum priuationem & habitum opponuntur, nõ dicuntur ad conuertentia. nam usus non est usus cęcitatis, neq; cæcitas est cæcitas usus, qui est habitus.

Particula Septima. Videtur quoq; q opposita fm priuationem & habitum, non sint opposita fm cõtrarietatem. Qm quodlibet duorũ oppositorum, quæ fm contrarietatem opponuntur, uel sunt contraria nõ habentia medium: & huius generis contrariorum proprium est, ut subiectũ, quod per ea denominatur, non sit expers unius eorum: ut sanitas & ægritudo, nã corpus animalium non priuatur altero istorum: uel sunt contraria habentia medium: & huius generis contrariorum proprium est, ut subiectum sit expers utriusq;

eorum, cũ non ineſt unum eorum naturaliter ei: ut cæ-
ditas in igne, & frigiditas in niue. ignis.n. non eſt ex-
pers caliditatis, neq; nix frigiditatis. neceſſe eſt ergo vt
contraria habentia medium, vel reperiatur vnum eo-
rum in ſubiecto omnino, ita vt non ſeparetur ab ipſo
vllo pacto: vel vt ſubiectum priuetur vtroq; eorum.
Priuatio vero & habitus nihil horũ propriorum, quæ
generibus contrariorum inſunt, habent: q̃m oppoſita
ſm priuationem & habitum, non eſt neceſſarium, vt
vnum eorum ſemper reperiatur in recipiente: ſed bene
eſt hoc neceſſarium, tempore quo recipiens ſolet natu-
raliter recipere quodlibet eorum. vt exempli gratia, id
quod natura natũ eſt ut videat, poterit priuari vtroq;
vt catulus cams, qui quidem non dicetur cæcus, neq;
videns. contrariorum vero non habentium medium,
nõ priuatur ſubiectum vno eorum nullo tempore. pri-
uatio itaq; et habitus non ſunt ex cõtrarijs nõ hñtibus
medii, neq; ex hñtibus mediũ: q̃m neceſſe eſt, ut alter-
duor; oppoſitor; ſm habitũ & priuationẽ inſit ſubie-
cto eor;, eo tempore quo ſolet naturaliter reperiri in eo
habitus, ſed hoc non reperitur in illis mediis, quorum
nullum cõtrariorum eorum reperitur in ſubiecto ſem-
per: quia quandoq; ſubiectum priuatur vtroq;. Neq;
eſt dicendum q̃ habitus & priuatio ſint ex his quę ha-
bent medium, & vnum eorum reperiatur ſemper in ſu
biecto: quia non datur in priuatione & habitu aliquid
illorum, quorum neceſſario vnum inſit ſemper ipſi ſu-
biecto. Differt præterea hoc genus quoque priuatio-
nis, quod paulo ante deſcripſimus ab oppoſitis con-
trarijs: q̃m ex quolibet contrariorum poteſt fieri mu-
tatio in alterutrum, cùm non inſit alterum eorum na-
turaliter ipſi ſubiecto ſemper, ut calor igni. nam album
poteſt fieri nigrum, & nigrum album, & vir ſtudioſus
poteſt effici prauus, & prauus poteſt fieri ſtudioſus, &
probus: videlicet cùm deductus fuerit atq; translatus,
vt inquit Ariſto. ad conuerſationem alicuius, qui opti
mas obtineat cogitationes, et ad bonos rectores. nam
probi viri dirigunt ſua cõuerſatione homines ad pro-
bas exercitatiões: licet pauca fuerit profectio. ſed ſi in-
crementum motus ad virtutem ſumpſerit, tunc quan-
to diutius in eo perſeuerauerit, tanto facilius mutabit:
& tũc vel magnam adipiſcetur probitatis portionem,
vel ad ipſam deueniet perfectionem, niſi impediatur
à tempore. In hoc tamen genere priuationis & habi-
tus, ipſe habitus poteſt mutari ad priuationem, ſed pri
uatio non poteſt mutari in habitum: cùm iam in eius
definitione fuerit dictum, q̃ non poteſt habere regreſ-
ſum in futurum. nam cæcus non poteſt euadere vi-
dens, neque caluus comatus.

Particula Octaua. Dixit. Palam autem eſt, q̃ ea quæ
ſm affirmationem & negationem opponuntur, non
ſunt aliquod aliorum trium generum oppoſitionum.
nam affirmationis & negationis proprium eſt, vt ne-
ceſſario vnum eorum ſit verum & alterũ falſum: hoc
vero in nullo alio reliquorum eſt neceſſarium. vt gra
tia exempli ſanitas & ægritudo, quæ ſunt ex oppoſitis
contrarijs, nullum eorum dicitur eſſe verum vel fal-
ſum. identidem & oppoſita relatiua, vt duplum & di-
midium: atq; priuatio & habitus, vt cæcitas & viſus.
& vt verbo dicam, cùm hæc tria ſignificentur per dic-
tiones incomplexas, vel per id, quod habet vim ſigni
ficationis dictionis incomplexæ: ideo non dicitur ali-
quod eorum verum neq; falſum. nam cũ dicimus ani
mal, nec verum neq; falſum ſignificamus: niſi coniun-
gatur cum aliquo alio, vt ſi dixerimus homo eſt ani-
mal, aut non eſt animal. Videtur tamen q̃ oppoſita
cõtraria, atq; priuationis et habitus cõmunicent cum
affirmatione & negatione, quando dicuntur de aliquo
alio, videlicet, quando ſignificantur per dictiones com
plexas, cõplexu enunciatiuo: vt cùm dicimus de cone
trarijs, Socrates eſt ſanus, Socrates eſt ęgrotus. vtrũq;
enim horum dictorum ſunt cõtraria. & ſimiliter cùm
dicimus, Socrates cęcus, Socrates eſt videns. Differũt
tamẽ hæc duo dicta ab affirmatione & negatione, q̃m
ea, quæ opponuntur hoc modo, ſ. contrarietatis, non
erit vnum eorum verum, & alterum falſum, niſi illud
ſubiectum, quod per vnum ipſorum denominatur, re-
periatur. vt exempli gratia cùm dicimus, Socrates eſt
ęger, Socrates eſt ſanus, tunc vnum horum dictorum
eſt verum, & alterum falſum, Socrãte exiſtente. ſed So
crate non reperto, tunc vtrũq; duorum dictorum erit
ſimul falſum. Sed oppoſitorum ſm priuationẽ & habi
tum, vt cùm dicimus Soc. eſt cęcus, Socra. eſt videns,
tunc vnum iſtorum erit ſemper verum, & alterum fal
ſum. duabus tamẽ conditionibus ſuppoſitis, quarum
vna eſt, vt Socrates reperiatur, & ſit eo tempore, quo
naturaliter debet ineſſe ei viſus. nam Socrate non exi-
ſtente, erit vtrũq; falſum dicere ſiue q̃ ſit cæcus, ſiue q̃
ſit videns: ſimiliter vtrunq; horum erunt ſimul falſa,
Socrate exiſtente & dormiẽte. ſed affirmationis & ne-
gationis, ſemper ſi vna eſt vera, altera eſt falſa: ſiue re-
periatur ſubiectum, ſiue non reperiatur. nam, cùm di-
cimus Socrates eſt ęger, Socrates non eſt ęger, vna
iſtarum neceſſario erit vera, & altera falſa: ſiue Socra-
tes reperiatur ſiue non. Hac itaq; proprietate diſtin-
guuntur oppoſita ſm affirmationem & negationem à
reliquis propoſitionibus cõpoſitis ex ipſis oppoſitis.

Particula Nona. Dixit. Malum autem de neceſſita-
te eſt contrarium bono. & hoc inductione perſpicuum
eſt; ſi partes boni & mali perquirantur. nã ſanitas con
trariatur morbo, & iniuſtitia iuſtitię, & timiditas for-
titudini, & ſic de reliqs. ſed malo duo poſſunt eſſe con
traria, nempe bonum & malum. nam puſillanimitas,
quæ eſt malum, eſt contraria audacię, quæ eſt quoq;
malum. fortitudo ergo quæ eſt bonum, contrariatur
duobus. ita enim ſe habent bona, quæ ſunt media in-
ter duo extrema, quæ ſunt malum. Verũtamen ea quę
ſunt huius generis in paucis reperiuntur rebus, ſed in
pluribus bonum ſolet eſſe contrarium malo.

Particula Decima. D. Cõtrariorum ppriũ eſt, vt ſi
unum eor; ſit, nõ ſit neceſſe alterum eſſe. nam ſi quod-
libet animal fuerit ſanum, non dabitur utiq; ægritu-
do: & ſi omnia eſſent alba, nulla quidem daretur nigre
do. ſi Socrates præterea fuerit ægrotus, non eſt neceſ-
ſarium, ut Plato ſit ſanus: ſed non poteſt Socrates eſſe
ſimul ſanus & ægrotus. Dixit. Et de natura omnium
duorum contrariorum eſt, ut in eodem exiſtant ſubie-
cto. ut ſanitas & ægritudo, quæ in corpore animãtium
exiſtunt, & albedo & nigredo in corpore ſimpliciter,
& iuſtitia atq; iniuſtitia in anima hominis exiſtunt.

Particula Vndecima. Dixit. Quælibet duo contra-
ria, uel ſunt in eodem genere, ut albedo & nigredo: ho-
rum enim genus propinquum eſt ipſe color; vel ſunt
in duobus generibus cõtrarijs, ut iuſtitia & iniuſtitia.
nam genus iuſtitiæ eſt virtus, & genus iniuſtitiæ eſt
uitium, quæ ſunt contraria. uel ſunt ipſamet duo gene
ra contraria, quæ non habent ſupra ſe genus aliud: ut
bonum & malum. intelligit per hoc ſcilicet unum eo-
rum eſſe in uno prædicamento, & alterum in altero
prædicamento. nã ſi in eodem prædicamẽto exiſterẽt,
tunc illud ipſum prædicamentum eſſet genus eorum.

Sermo de Oppoſitis.

LEVI.

DIXit Ariſto. Oppoſita quadrupliciter dicunt, &c.
Inquit Leui. Cum in hoc libro conſyderetur de
rebus quatenus ſunt extra animam, vt ſuperius
dictum fuit, & iam expletus ſit ſermo de ea par
te, quæ in omnibus illis reperitur, videlicet de
decem prædicamentis, ideo facit hic mentionem, de quibuſ
dam accidentibus communibus cunctis prædicamentis, vel
maiori

maiori parte eorum. Eſtractat de oppoſitis, propterea quia
ens vel eſt ipſum, vel aliud, manifeſtum autem eſt, q̃ id quod
eſt aliud, non eſt ipſum. Et ideo declarat hic genera ipſius di
uerſi, ſeu alii, quibus opponitur ipſum, & dicit quòd ſunt quas
uor genera, videlicet duo correlatiua. nam ſeruus eſt alius à
domino atq; diuerſus, & ipſa relatio conſequitur cũcta prædi
camenta. Duo præterea contraria: nam calidum aliud eſt à
frigido. contraria itaq; conſequuntur prędicamenta habentia
contrarium. Priuatio quoq;, & habitus eodem modo. nam
cæcitas aliud eſt q̃ viſus, diuerſaq; eſt ab ipſo. Similiter & af-
firmatio & negatio, nam qui ſedet aliud eſt à non ſedẽte, cum
non poſſit eſſe ſimul ſedens & non ſedens. Et palam eſt q̃ pri
uatio & habitus conſequuntur plura prædicamenta. nam po
teſt eſſe in ſubſtãtia ipſa, vt cæcitas & viſus; & poteſt eſſe in quas
litate, vt ignorãtia & ſcientia, affirmatio vero & negatio in om
nibus reperitur prædicamentis, & hoc eſt per ſe notum. Mox
declarat differentiam, quę inter has oppoſitiones reperitur &
primo declarat quandam differentiam, quæ inter relatiua &
contraria reperitur. Deinde oſtendit aliqua contraria non ha
bere medium, & q̃ illud ſubiectũ, quod per ea denominatur,
neceſſario denominabitur vno ipſorum, aliqua alia vero non
habere medium, & q̃ illud ſubiectum, quod per ipſa denomi-
natur, non eſt neceſſarium vt denominetur vno eorum, niſi ils
lud ſubiectum obtinuerit vnum illorum contrariorum à natu
ra: vt caliditatem ignis, & frigiditatẽ nix, nam ignis nunquam
eſt expers caloris, neq; nix frigoris, hoc autem primo propo-
ſuit hic Ariſto, tanq; præfationem ad ea, quæ dicturus eſt, poſt
hoc de differentijs horum oppoſitorum. Poſſet autem alis
quis dubitare, quo nam pacto poteſt vnum ſubiectum reperi
ri cũ vno contrario ſemper, & aliud ſubiectum cum alio con
trario; cum neminem lateat ipſa contraria habere vnum ſub
iectum. quod adhuc in ſcientia Naturali probabitur exacte.

Ad quod dicendum eſt, q̃ nemo dubitat q̃ caliditas quæ eſt
in igne, & frigiditas quæ in niue, habent quidem vnum ſubie
ctum, videlicet materiam primam, vt in Philoſophia Natura
li probabitur. Ariſtoteles tamen ideo dedit differentiam in
ter hoc genus contrariorum, & aliud genus, quia illud aliud ge
nus habet ſubiectum, formam habens, & ideo priuatur vtroq;
contrariorum: vel habebit aliquod eorum, quodcunq; fuerit
illud præter hoc, quod tranſmutetur eius forma: vt nigredo &
albedo in homine. ſed in hoc ſecundo genere non priuatur
ſubiectum habens formam ab illo contrario, niſi corrumpa-
tur, nam ignis nunquam priuabitur calore, dum eſt ignis; neq;
nix frigore, dum eſt nix. Poſt hoc probat q̃ priuatio & habi
tus neceſſario reperiũtur in eadem met re, videlicet in qua na
turaliter debet reperiri habitus, tempore quo debet reperiri
naturaliter in ea, præter hoc q̃ poſſit reperiri in ea in futurum.
Deinde oſtendit oppoſitionem fieri in his rebus ſimplicibus
his modis tin compoſitis vero cum ſuis ſubiectis. hoc eſt q̃ cę-
cus opponitur videnti, quemadmodum opponitur cęcitas vi
ſui: licet cæcus non ſit cæcitas, neque videns viſio. & hoc idem
probatur in omnibus modis oppoſitionis, nam quemadmo
dum ſedens opponitur non ſedenti, propterea quia eſt aliud,
ita quoq; opponitur ſeſſio non ſeſſioni. Id vero quod reperi
tur ſcriptum in libris noſtris, Socrates ſedet, eſt ad maiorem
declarationem, id eſt ſubiectum ſedens. Nam Ariſto, non tra
ctat hic de propoſitione: ſed i libro peri Herminias tractabit
de ipſa propoſitione. Sed Ariſto, tractat hic de his oppoſitis
ea ratione, qua ſunt aliud extra animam: hoc eſt q̃ vnum eſt
aliud ab alio & diuerſum, vt diximus, ſedens autem opponis
tur non ſedẽti, quia non poteſt vna & eadem res ſimul ſedere,
& non ſedere. Deinde poſuit quaſdam differentias inter ops
poſitionem priuationis & habitus, & oppoſitionẽ relationis.

Poſt hoc declarauit quandam differentiã, quę inter oppoſita
ſecundum priuationem & habitum, & oppoſita ſecundũ cons
trarietatem reperitur, & diuiſit oppoſita contraria trifariam,
& inuenit priuationem & habitum non ſimilari alicui illorum
modorum in ſuis proprietatibus. & hoc cogit ne priuatio &
habitus ſint oppoſita ſecundum contrarietatem, quia, ſi eſſent
oppoſita ſecundum contrarietatem, tunc haberent aliquam
proprietatum, quæ in cõtrariis reperiuntur. Deinde probat,
q̃ poteſt in aliquibus oppoſitis cõtrariis fieri mutatio ex quos
libet eorum in alterum. & hoc eſt impoſsibile fieri in pri
uatione & habitu: vt in eius deſcriptione dictum fuit. Mox
declarat quandam differentiam, quæ reperitur inter oppoſi
tionem affirmationis & negationis, & reliquas oppoſitiones.
nam cum ipſa negatio nõ ſit quoddã aliud, vel diuerſum, ſed
eſt abſolute aliud: ideo neceſſe eſt vt vere dicatur de omni, ſi
affirmetur aliquid vel negetur. nam de qualibet re vere dice
tur q̃ eſt vel dominus, vel non dominus: vel q̃ ſit videns, vel
non videns: vel quod ſit ſana, vel nõ ſana. Sed ideo in hoc loc
co attulit has inueſtigationes, ratione prædicamentorum, vt
oſtenderet in quo differat hæc oppoſitio à reliquis oppoſitio-
nibus, per illa enim dignoſcunt ipſæ oppoſitiones, hoc eſt, per
ſubiecta illarum oppoſitionum. nõ q̃ ipſe inquirat hic de his
oppoſitionibus, ratione ſcilicet veri & falſi: ſed ea ratione, qua
reperiuntur extra animam, quaterus vnum non eſt aliud. At
conſyderatio de oppoſitis, quatenus ſunt in anima, erit in li-
bro de Interpretatione.

Particula Nona. Dixit. Malum autem de neceſſitate eſt con
trarium bono, &c. Inquit Leui. Ariſt. loquitur hic figuraliter,
dum dicit q̃ vni cõtrario poſſunt dari duo contraria. ſed vtrũ
hoc poſſit fieri, vel ne, iam in libro Metaphyſicæ probabitur,
ſcilicet ſi vni contrario datur vnicum contrariũ. Quare, ſi ma-
lum habeat duo contraria, illud quidem erit duabus ratio-
nibus diuerſis. quod patet, quoniam puſillanimitas habet
duo contraria duabus rationibus diuerſis: nam ſuum con-
trarium ratione vtilis, id eſt boni, eſt ipſa fortitudo non audas
cia: ſed ſuum contrarium ratione eſſentiæ qualitatis huius af
fectionis animæ, non erit fortitudo, quia non ſunt in extrema
diſtantia: ſed erit ipſa audacia. Poſſet tamen quis dubitare &
dicere, q̃ fortitudo habet duo contraria, ratione boni & mali,
quæ ſunt puſillanimitas & audacia, nam fortitudo eſt bonum,
& puſillanimitas eſt eius contrariũ ratione mali: & ſimiliter eſt,
ei contraria ipſa audacia. Dicendũ ergo eſt, q̃ nos non dici-
mus fortitudinem eſſe contrariam puſillanimitati ratione diſ
ſtantiæ tranſitus, quę inter ipſas exiſtit in eſſentia qualitatis: ſed,
ratione, qua eſt declinatio à medio, quod eſt in vltimo. cũ ers
go dicimus contrarium fortitudinis eſſe declinationem à me
dio, tunc nõ erit niſi vna contrarietas: ſed contigit vt fortitudo
habeat duo contraria, ſi ſumamus declinationem ad aliquam
partem, manifeſtum eſt quòd non erit contrarium ea ratione,
qui eſt declinatio ad hanc partem: ſed ea ratione, qua declis
nat ad alias. Reliqua ſunt nota.

Particula Vndecima. Quodlibet duorum contrariorũ, &c.
Inquit Leui. Ratio huius eſt, quia malum eſt in prædicamento,
patiſſimis enim paſſio eſt malum, quoddã. bonum vero eſt
in prædicamento agere: & deniq; eſſe eſt bonum, & priuatio
malum, & ideo poſſumus dicere ens diuidi primo f ens in poſ
tentia, & ens in actu, & omne ens in actu eſt bonum, & in poten
tia malum: quia eſt priuatio, & ratione ipſius aduenit malum
ipſis entibus, vt in libro Phyſicorum probabitur.

De Priori. Cap. II.

PRius autẽ alterum altero dicitur quadrupliciter. Primo quidem & maxime
proprie ſm tẽpus: ſm quod antiquius
alterũ altero, & vetuſtius dicitur. in eo enim
q̃ tempus amplius eſt, & antiquius & vetu-
ſtius dicitur. Secundo autem, quod non cõ
uertitur ſm ſubſiſtendi conſequentiam. vt
vnũ duobus prius eſt. duobus enim exiſten-
tibus, mox vnum eſſe conſequens eſt: vno
vero exiſtente, duo eſſe non neceſſarium eſt.
quare non conuertitur ab vno conſequentia,
vt reliquum ſit. prius autem illud eẽ videtur,
à quo non conuertitur eius quod eſt eſſe con
ſequentia. Tertio vero ſecundum ordinem
quendam prius dicitur: quemadmodum &
in ſcientijs, & in orationibus. nam in demon-
ſtratiuis ſciẽtijs eſt prius & poſterius ordine:
elementa enim * priora ſunt ordine ijs quæ * Boe. ad in Geometria
deſcribuntur. ſed & in Grammatica elemen-
ta ſyllabis priora ſunt. & in orationibus ſimi-
liter proœmium narratione prius ordine eſt.
Amplius præter ea quæ dicta ſunt, quod me-
lius & honorabilius eſt, prius natura eſſe vi-
detur. conſueuerunt autem & multi honora-
biliores & magis dilectos à ſe priores apud ſe
dicere. eſt quidem & penè alieniſſimus prio-

rum

rum hic modus. Modi igitur qui dicti sunt de priore, fere tot sunt. Videtur autem præter eos qui dicti sunt, alter esse prioris modus. ebrium enim quę conuertuntur secundū esse cōsequentiam, quod alteri quomodolibet causa est, conuenienter prius natura dici posſit. Quòd vero quædam sunt huiusmodi, palam est. esse nāq; hominem, secundum ipſius esse consequentiam ad veram de se conuertitur orationem. nam si homo est, vera est oratio, qua dicimus, quòd homo est. & conuertitur: nam si vera est oratio, qua dicimus q̄ homo est, est homo. Est autem vera oratio, nequaquā causa, vt sit res: verūtamen res quodammodo causa videtur, vt sit vera oratio. eo enim quòd res est aut non est, vera oratio aut falsa dicitur. Quare secundum quinque modos prius alterum altero dici poteſt.

Pars Secunda Tractatus Tertij.

Sermo de Priori.

AVER. DIxit prius autem alterum altero quadrupliciter dicitur. Primo quidem atq; famoso illorum modo dicitur, prius tempore: ut dicimus aliquem esse seniorem & antiquiorem alio. Secundo modo dicitur, prius natura: & est quidem illud, quod reperitur, reperto posteriori. sed ablato ipso, aufertur & posterius, & non conuertitur cum eo ſm esse: videlicet, vt si reperiatur prius, reperiatur quoq; posterius, & si aufertur prius, aufertur & posterius: sed ablato posteriori non aufertur prius: vt se habet vnum ad duo in prioritate. nam repertis duobus reperitur & vnū: sed reperto vno, non est necessarium vt repertantur ipsa duo. & quicquid reperti reperta aliqua alia re, sed non reperiatur illa res reperto illo, dicitur quidem illud esse prius illa re. Tertio modo dicitur prius ordine: vt cū dicitur in scientijs & artibus, q̄ definitiones & descriptiones, quas Geometræ pręponunt ipſis figuris, sunt priores in ordine doctrinæ ad id, quod volunt demonſtratione probare. & in scribenda disciplina cognitio elementorum simplicium prędecit doctrinam scripturæ, identidem & prooemium in oratione prius est ordine ipsa narratione. Quarto modo est prioritas dignitatis & præstantiæ: nam quod est natura nobilius, videtur esse prius ignobiliori. & ideo hæc opinio videtur esse communis cunctis: licet is modus prioritatis valde diuersus ab illis modis prædictis. est enim hic modus prioritatis præstantior cæteris aliis modis.

Inquit interpres. Aristo. dicit quis modus est altissimus ab aliis. ideo q̄ non vt q̄ sit pſtantior, vt exponit hic Auerrois. ni si forte intelligat q̄ magis famosus & apparens apud vulg⁹: cū ista, quæ Pdicamentis tradūtur ab Aristote. sint portus famosi & apparentes, q̄ vera, vt exponit ipsemet Aver. alibi, atque Leuitherson. des.

DIxit. Videtur autē q̄ hi quatuor tm̄ sint modi prioris, qui prima cogitatione reperiri videntur. Verūtamen datur alius modus prioris: videlicet id, quod est prius, quia est causa alicuius rei: & conuertitur cum ea re ſm consequentiam essentię. Nempe vt si reperiatur prius, quod est causa, reperiat & posterius: & si reperitur posterius, reperitur & prius. exempli gratia, prius est homo, quàm opinio vera, quæ habetur de eo quòd sit: homine autem existente, existit & opinio de ipso: existente q̄q; huiusmodi opinione de ipso, existit & homo. homo autem est causa, vt hæc opinio reperiatur: non ipsa opinio est causa, vt reperiatur homo. nam causa veri & falsi est ipsum esse rei, quæ est subiectum alterius duorum oppositorum extra animam. Cùm ergo is sit vnus modorum prioritatis, sequitur quòd ipſum prius dicitur quinque modis.

Sermo de Priori, & de Simul.

LEVI. DIxit. Prius autem alterum altero quadrupliciter dicit, &c. Inquit Leui. Prius & posterius est cōmune pluribus prædicamentis. & ideo declarauit eius significatum hic, & propter hāc metrōem quoq; declarauit id quod dē apud, vel simul.

De Simul. Cap. III.

SImul autem dicūtur ſimpliciter quidem & proprijſſime, quorum generatio i eodem est tempore. neutrum enim eorum neq; prius neque posterius est. Simul autem secundum tempus hæc dicūtur. Natura vero simul sunt, quæcunq; conuertuntur quidem secundum eius quod est esse consequentiam, sed nequaquam alterum alteri causa est vt sit. vt in duplo & dimidio. cōuertunt̄ eteni hæc. nam cùm duplum sit, dimidium est: & cum dimidium sit, duplum est: sed neutrum alteri causa est, vt sit. Dicuntur autem simul natura, & quę ex eodem genere è diuerſo abinuicem diuiduntur. E diuerſo autem diuidi ab inuicem dicuntur, quæ secundum eādem sunt diuiſionē: vt volatile, gressibili, & aquatili. hæc enim abinuicem è diuerſo diuidunt̄, cùm sint ex eodem genere. animal nanq; diuiditur in hæc, in volatile, gressibile, & aquatile: & nihil horum prius vel posterius est, sed simul hæc natura esse videntur. Diuiditur autem & vnumquodque horum in species rursus, vt volatile, gressibile, & aquatile. Erunt ergo & illa simul natura, quęcunque ex eodem genere secundum eandem sunt diuiſionem. genera vero speciebus semper priora sunt: neq; enim conuertuntur secundū eius quod est esse consequentiam. vt cùm quidē aquatile sit, animal est: cùm vero sit animal, non necesse est vt aquatile sit. Simul ergo natura dicuntur, quæcunq; quidē conuertuntur secundum eius quod est esse consequentiā, sed nequaquam alterum alteri vt sit, causa est: & ea quæ ex eodem genere è diuerſo diuidūtur abinuicem. Simpliciter autē simul sunt, quorum generatio in eodem est tempore.

Pars Tertia Tractatus Tertij.

Sermo de Simul.

AVER. SImul dupliciter dicitur. Primus autē modus, quo proprijſſime & simpliciter dicitur, est, quādo generatio duorum fit in eodem tempore. nam, cùm alterum eorum non præcedat tempore, dicuntur esse simul tempore. Secūdus vero modus est eorum, quæ dicūtur simul natura. & is modus est duplex. vnus est eorum quæ conuertuntur ſm esse consequentiæ: hoc est q̄, cùm reperitur vnum eorū, reperitur et alterum: licet alterum non sit causa alteri. vt duplum & dimidium. nam dato duplo, datur & dimidium: & dato dimidio, datur & duplum: sed nullum horum est causa alterius. Secundus modus autem est, vt ſpecies quæ idē genus diuidunt diuiſione prima: vt volatile, aquatile, gressibile, & gressibile. Hæc enim sunt quidem species diuidentes ipſum animal, quod est earum genus: & nullum ipſorum est prius altero, neq; posterius: & ideo hę dicuntur esse simul natura. Possunt insuper & quelibet harum ſpecierum diuidentium diuidi rursus in alias species etiam: & erunt quoq; hæ simul natura. vt cùm diuiditur gressibile in bipes, & quadrupes, et pluripes, et priuatum pedibus. Genera vero harum ſpecierum sunt priora eis prioritate naturæ: quoniam non conuertuntur ſm esse cum eis, nam reperto aquatili reperitur & animal: sed reperto animali non reperitur de necessitate aquatile. Ea ergo quæ dicuntur esse simul natura sunt, vt diximus, duobus modis. Quorū vnus est earū rerum, quæ conuertuntur secundum consequentiam, altera ad alteram, licet vna non sit causa alterius'. Secundus modus est ſpecierum, quæ diuidunt genus: videlicet quælibet ipſarum est æqualis alteri. Ea vero, quæ dicuntur ſimpliciter simul, sunt quorum generatio fit in eodem tempore.

De Motu. Cap. IIII.

MOtus autem ſpecies sunt sex: generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, & ſm locum mutatio. Aliį itaq; motus palā est quod abinuicem diuerſi sunt. non. n. est gn̄atio corruptio, neq; augmētum diminutio, neq; ſm locum mutatio. ſiſr aūt & alįj. In alteratione vero habet quandam dubitationē; ne sit forte necessariū id quod alteratur, per aliquam reliquaq; motionū alterari. Hoc aūt non verū est. nam ſm omnes penè passiones, aut cōplures accidit nos alterari, nulla aliarum cōicante motionū. nam neq; augeri necessarium est quod p passionem mouetur, neq; diminui. ſiſr autem & in alįjs. Quare alia pręter alios motus erit alteratio. nā ſi esset eadem, oporteret id quod alteratur, mox & augeri, vel minui, vel quandā aliarum motionum sequi, sed non necesse est. Similiter aūt & quod augetur, aut alia aliqua mutatione mouet, alterari oporteret. sed sunt quædā quæ augmētantur, quæ non alterant. vt quadratū gnomone circūpoſito creuit q̄dem: alteratū vero nihil factū est. sic & in alįjs hmōi. quare alįj motus sunt abinuicem.

Dubium.

Quadrati accretio, Gnomone circumpoſito.



Est autem ſimpliciter motui quidem quies contrarium: iįs vero quæ per ſingula sunt, & ſingula. generationi quidem corruptio contrarium, augmentationi vero diminutio, secundum locum mutationi secundum locum quies. maxime autem videtur opposita esse ad contrarium locum mutatio. vt ei quæ inferius est, ea quæ ſuperius est: & ei quæ ſuperius est, ea quę inferius est. Reliquo vero aſſignatorum motuum non facile est aſſignare quid forte est contrarium. videtur autem nihil esse ei contrarium: niſi quis & in hoc secundum qualitatem quietem opponat, aut in contrarium qualitatis, mutationem: ſicut & in mutatione secundum locum, quietem secundum locum, aut in contrarium locum mutationem. est enim & alteratio mutatio secundum qualitatem. quapropter opponitur motui ſecundum qualitatem quies ſecundum qualitatem, aut in contrarium qualitatis mutatio. vt album fieri ad id quod nigrum est fieri. alteratur enim in cōtraria, qualis mutatione facta.

Pars Quarta Tractatus Tertij.

Sermo de Motu.

AVER. SPecies motus sunt sex: videlicet generatio, et eius oppoſitum corruptio: incrementum q̄q;, atque eius oppoſitum, ſcilicet decrementum: mox alteratio, deinde mutatio ſecundum locum, quæ apud nos translatio vocatur. Omnes autem hæ ſpecies sex palam est, quòd sunt inter ſe diuerſæ, pręter alterationem. nam nemo exiſtimabit generationem esse corruptionem, neq; incrementum decrementum, neque translationem esse aliquid horum: sed alterationem poterit aliquis credere esse idem cum reliquis motibus, quos narrauimus. Verūtamen alteratio reperitur in omnibus generibus quatuor qualitatum, quæ narrauimus, vel in maiori parte eorū, in quibus nihil reliquorum motuum communicat, neque eos sequitur. nam id quod mouetur aliqua qualitatum, non est necessarium vt augeatur, vel minuatur: & ſic de reliquis. Sequitur ergo quòd motus alterationis differt ab alįjs motibus. nam ſi ipſa alteratio & aliquis alius motus essent idem, vel quod ipſam insequeretur aliquis alius motus, tunc esset necessarium, vt id quod est alteratum, creuerit vel decreuerit, vel aliquo modo mutationum mutatum fuerit: cùm tamen res non ita ſe habeat. * Quòd autem sequatur oppoſitum, nempe vt quicquid creuerit, aut aliquo alio motu motum fuerit, alteretur: cùm tamen res non ita se habeat. nam ſi quadrato addatur per artem Geometricam id, quo innouetur illa ſuperficies, quæ gnomon vocatur, creuiſſe dicitur: cùm tamen nulla in eo facta ſit alteratio. & ſic de ſingulis alįjs ſimilibus. oportet ergo vt huiusmodi motus, qui hic numerantur, ſint inter ſe diuerſi. Hæc tamen ratio, qua vſus est hic Ariſtoteles, est figuraliter, ſeu latius ſumpta: quoniam augmentum non dicitur de hac re, niſi metaphorice. Sed re vera quicquid augetur alteratur quidem, et quicquid generatur quoque, at id, quod ſecundum locum mouetur, non est neceſſarium vt alteretur, ſed totum hoc non declaratur in hoc

Vide. 5. Ph. a tex. 24. vſque ad. 30.

Re vera quicquid augeſ, alteratur: & etiam quod generatur.

in hoc loco. & ideo processit in hoc figuraliter, & largo modo. nam nihil aliud vult probare hic, quàm quòd alteratio differat à reliquis motibus. Dixit, Et motui quidem simpliciter, qui est genus, contrariatur quies simpliciter, quæ est genus rebus quiescentibus: motibus vero particularibus contrariatur quietes particulares, & motus particulares. mutationi enim secundum locum contrariatur quies secũdum locum, & quemadmodum generationi contrariatur corruptio, & incremento decrementum ita quoque videtur quòd motui secundum locum contrarietur motus secundum locum, ratione contrarietatis loci, ad quem fit motus. vt exempli gratia, quia motus sursum contrariatur motui deorsum: cùm ad sursum sit contrarium deorsum. Sed motui, qui relictus est ex reliquis motibus, quos narrauimus, non est facile reperire ei contrarium, nec ratione quieris, neque ratione motus, sed posset quis imaginari, quòd non habeat contrarium: nisi forte aliquis dixerit quoque quòd quies, quæ ei opponitur, sit ipsa quies in qualitate: & ipse motus etiam qui opponitur illi motui, qui est in qualitate contraria illi qualitati, quæ illi motui inest: vt dicebatur quòd motui in loco opponitur quies in loco: vel motus ad contrarium illius loci, ad quem erat alius motus. vt gratia exempli, mutationi seu alterationi ad nigredinem contrariatur alteratio, seu mutatio ad albedinem, atque quies in albedine.

Sermo de Motu.

LEVI. SPecies motus sunt sex, &c. Inquit Leui. Cum motus reperiatur in pluribus prædicamentis, ideo est communis quibusdam prædicamentis: & propterea exposuit eius significatum. Generatio autem & eius contrarium, quod est ipsa corruptio, sunt in prædicamento substãtiæ, nam per generationem intenditur generatio substantiæ rei, incrementum vero & decrementum sunt in prædicamento quantitatis, alteratio autem in prædicamento qualitatis, & mutatio secundum locum in prædicamento vbi. Potest tamen existimari quòd sit in prædicamẽto positionis: licet Aristoteles non meminerit eius: vt est motus rotæ molendini, quæ semper habet idem vbi similiter & motus corporum cœlestium. Nisi forte quis dixerit q eius motus sit partium eius quæ mutant locum suum in vbi: quod est falsum, quoniam motus partium eius est per accidens, ratione scilicet motus totius, vt in Philosophia Naturali probabitur: motus autem totus est per se, & ideo motus debet ascribi ipsi mobili per se, non per accidens: & ideo dixit Auicenna, quòd motus corporum cœlestium est in prædicamento situs. Auerrois tamen negat hoc, nos tamen inuestigabimus hoc in libro Physicorum, Deo optimo cõcedente. Hoc enim indiget scrutatione, cui non datur huc locus. Palam autem est quòd hæ sex species motus sunt inter se diuersæ. D. d, Verũtamẽ alteratio reperitur in omnibus quatuor generibus qualitatum.

Inquit Leui. Cum narrauerit Aristoteles species motus, voluit quoque ostendere eas esse inter se diuersas, & dixit q hoc est manifestum, præterquam in ipsa alteratione. & primo declarauit hoc, dicens quod alteratio reperitur in cunctis generibus prædicamentorum, vel in pluribus eorum: sed non reperiuntur in eis reliqua genera motus: id est quòd non est necessarium vt in calido & frigido, & his similibus hat generatio, quando ipsa innouãtur & oriuntur: neque vt fiat augmentum, etiam in eorum ortu & par est ratio de horum oppositis: neque ex eorum ortu sequitur mutatio secundum locum. sequitur ergo quòd motus alterationis differt à reliquis motibus.

Præterea, si alteratio & aliquis alius reliquorum motuum essent idem: sequeretur ad ipsam aliquis motus. quod quidem est cõtra id, quod nos asserimus: videlicet, quia nos iam affirmauimus dari motum alterationis sine generatione, vel aliquo alio reliquorum motuum. tunc enim oporteret quod id quod est alteratum, fuerit auctum vel diminutum, vel fuerit aliquo modo diuersitatis diuersum: quod quidem non reperitur, vt iam supernus diximus. & sequeretur etiam huius oppositũ videlicet q, si alteratio & aliqs alius motũ essent idẽ, sequeretur quoq; huius contrarium: s. vt id, quod fuerit auctũ, vel motũ aliquo alio motu, esset & alteratũ; quod est falsum, ergo alteratio & aliquis alius motuum reliquorum non sunt idẽ.

Deinde dicit. Si quadrato addatur per artem Geometricam, & gnomon, &c. Huius dicti sensus est, vt reor, quòd, cum in aliqua figura oppositorum laterum, addatur lignum aliquod, ita vt illa figura cum illo signo sit simillis primæ figuræ: & hoc quidem fit cum protrahatur diameter illius figuræ, & addatur in vno duorum laterum eius illemet diameter secundæ figuræ oppositarum costarum cum illa additione, vt declarat Euclides. Dedit autem hoc exemplum de augmento, quia augmentum ita quidem fit, videlicet quòd figura similatur sibi ipsi secundum figuræ post augmentum, quæ erat ante augmentum. & hoc est manifestum de ipso incremento. & palam est, vt inquit Auerroes, quòd additamentum in superficie non est augmentum, in scientia autem Naturali probabitur, quòd oportet vt alteratio præcedat motum generationis & incrementi. Debes præterea scire, quòd id quod Aristoteles dicit in hoc loco, est verum omnino; nempe quòd incrementum, est quid simile illi additamento facto in superficie, quoniam huiusmodi superficies ipso est alterata sua qualitate quæ est ipsa figuratio: cum illo additamento remanet illa figura, quam habebat, eo pacto quo exposuimus; sed est addita eius quantitas solum. & eadem est ratio de incremento: quoniam id, quod auctum est, non alteratur omnino ea ratione, qua est auctum; sed est tantum addita eius quantitas; nutritum enim est ipsum auctum, non ipsum nutrimentum, alteratio vero quæ præcedit ipsum incrementum, necessario fit in nutrimento, non in nutrito; & ideo verum est id, quod Aristoteles dicit de ipso augmento.

Id ergo quòd dicit Auerroes, quòd i Phyticis probatum est, quòd est auctum, iam fuit alteratum, non contradicit penitus huic dicto Aristi. D. d. Et motui quidẽ simpliciter, q est genus, &c. Inquit Leui. Intelligit q contrariũ ipsius motus, q est genus harum specierum, quas narrauimus, est ipsi quies, quæ insequitur oppositum huj motuũ: videlicet priuatio motus.

Deinde dicit. motibus vero particularibus, &c. id est Inter has species motus prædictis dantur duo contraria, scilicet vel quietes particulares, vel motus particulares illis oppositi. nam mutationi secundum locum contrariatur quies secũdum locum: & motus secundum locum contrarius illi motui, vt exempli gratia, quòd motui sursum contrariatur quies deorsum, quæ est id, à quo fit motus, non quies sursum, quia illa est finis motus & eius perfectio, vt in scientia Naturali probabitur. Similiter etiam contrariatur ei motus deorsum: eò quia fines vtriusque motus sunt contrarij, de se, quia quietes motuum illorum sunt contrariæ: & hoc palam est. Eadem quoque ratione ipsi generationi contrariatur corruptio, atque quies in eo, à quo fit generatio, & non in eo ad quod fit generatio: quia illa est finis generationis, & eius perfectio. Augmento quoque contrariatur decrementum, atque quies in eo, in quo erat res, antea quã augeretur. Alterationi rursus ad albedinem contrariatur quies in nigredine, atque alteratio ad nigredinem. Posset tamen aliquis quærere, quo pacto potest fieri vt quodlibet horum habeat duo contraria: cum iam supponitur fuerit vnum contrarium habere tantum vnicum contrarium. Ad quod dicendum est, quòd huiusmodi duo contraria sunt tantum vnum contrarium, nam alteratio, seu mutatio ad albedinem, cui diximus contrariari quietem in nigredine, & motum ad nigredinem, dico quòd in his reperitur contrarietas rationẽ quietis, quæ opponitur quieti, non ratione motuum, nam, si mutationi ad albedinem contrariaretur quies in nigredine, eo quia qualitas rei, quæ mutatur ad albedinem in colore suo sit contraria, quia quiescit in nigredine, hoc est id quod est nigrum, tunc sequeretur quòd nigrum contrariaretur nigro in suo colore. quoniam nigrum potest incipere transmutari in albedinem: & tunc trãsmutabitur ad albedinem, dum tamen adhuc sit nigrum: verum tamen iam est aliquantulum mutatum ad albedinem: & sic sequeretur, quòd nigrum esset contrarium nigro in colore suo, quod est impossibile. Sequitur ergo quòd transmutatio ad albedinem, contrariatur quieti in nigredine, quia quies in albedine ad quam mouetur idem id quod transmutatur ad albedinem, est contraria quieti in nigredine. & pari ratione dico, quòd ideo transmutationi ad albedinem contrariatur transmutatio ad nigredinem, quia quietes, ad quas mouentur, sunt contrariæ. nam si essent contrariæ ea ratione, qua habent illum colorem tempore transmutationis, seu alterationis, nulla habita ratione ad finem, tunc sequeretur quòd flauum esset flauo contrarium: quoniam possumus supponere quòd id, quòd transmutatur ad nigredinem sit flauum aliquo tempore transmutationis. similiter potest esse id, quod transmutatur ad albedinem flauum. & sic sequeretur quòd flauum contrariaretur flauo: quod est falsum. Sequitur ergo quòd non habet contraria, nisi ratione quietum

contrariarum:

contrariarum: & quòd hac ratione habebunt contrarietatem in extremo distantiæ. sed cum ipsa contrarietas sit ratione quietis, non ratione motus: ideo patet hæc duo contraria, quæ dicuntur contrariari vni contrario, esse vnum contrarium. & sic soluitur dubium.

De Habere. Cap. V.

HAbere secundum plures modos dicitur. Aut enim vt habitum & dispositionem, aut aliam aliquam qualitatem. dicimur enim disciplinam aliquam, atq; virtutem habere. Aut vt quantum, vt quam contingit aliquis habens magnitudinem. dicitur enim tricubitam habere magnitudinem vel quadricubitam. Aut vt ea quæ circa corpus sunt, vt vestimentum, vel tunicam. Aut vt in parte, vt in manu annulum. Aut vt partem, vt manum vel pedem. Aut vt in vase, vt modius grana tritici, aut amphora vinum. vinum enim habere amphora dicitur, & modius grana tritici. hæc enim omnia habere dicuntur, vt in vase. Aut vt possessionem. habere enim domum & agrum dicimur. Dicitur autem & vir vxorem habere, & vxor virum. sed qui nunc dictus est modus, alienissimus est eius quod est habere. nihil enim aliud vxorem habere significat, quàm quòd cohabitant. Forte tamen & alij quidam eius quod est habere, apparebunt modi: sed qui dici consueuerũt, penè omnes enumerati sunt.

Pars Quinta Tractatus Tertij.

Sermo de Habere.

AVER. HAbere autem sex modis dicitur. Quorum primus est secundum habitum, & affectum. dicimus enim nos habere scientiam & virtutem. Secundus est, secundum quantitatem. nam dicimus nos habere magnitudinem, cuius longitudo est talis vel talis. Tertius est ille, qui dicitur de re quæ corpus cõtinet, siue totum: vt tunica & pallium. Vel partem corporis, vt annulus in digito, & calciamentũ in pede, & is tertius modus videtur esse proprius prædicamento habere secundum expositores. Quartus autem modus dicitur de ratione, quam habet pars ad totum: vt cùm dicimus habere manum, & pedem.

Quintus vero est sumptus ex vsu Græcorum, qui est de ratione, quam habet res ad vas in quo est: vt triticum in horreo, & vinum in lagena. solent enim ipsi Græci dicere lagena habet vinum, & horreum habet triticum. Sextus tandem est, secundum rem possessam: vt cùm dicimur habere diuitias, atque habere domum, atque habere vxorem. sed iste modus, qui nunc dictus est, videt esse alienissimus ab his modis, quibus dicitur habere. nam cùm dicimus habere vxorem, nihil aliud magis significamus, quàm approximationẽ.

Dixit. Fortasse alij modi ipsius habere præter hos, quos narrauimus, reperiri possunt: tamen illi, qui famosi sunt, seu in vsum ueniunt, sunt tantum ij, quos narrauimus.

Sermo de Habere.

LEVI. DIxit. Habere autẽ sex modis dr, &c. Inquit Leui. Totum hoc est clarum. & id de quo dicitur habere in primo significato, est de prædicamento qualitatis. nam cum dicimus aliquem habere scientiam, & habere virtutem, intelligimus ipsum esse scientem, & probum, quæ res sunt qualitates. Id vero, de quo dicitur habere in secundo significato, est de prædicamento quantitatis. nam cum interrogamur, quanta sit talis magnitudo, dicimus habere tantam vel tantam magnitudinem. Tertium autem significatum eius apud expositores, est proprium ipsi prædicamento habere: & est quicquid circundat corpus, & continet ipsum, cum non fuerit pars eius, sive fuerit in toto ipso, siue in eius parte, & hoc, siue ab arte, vt est calciamentum & indumentum, siue à natura, vt est cortex arboris, & squamæ piscium. Quartum significatum eius est, de prædicamento substantiæ. Quintum autem significatum est de prædicamento vbi. Sextum significatum eius videtur quoque esse de prædicamento qualitatis. quoniam diuitiæ & paupertas sunt affectiones, quæ in animato reperiuntur. In quolibet tamen horum extat aliqua relatio, qua ipsum habere consequitur illa prædicamenta: & est id, quo dicitur aliquid esse alicuius absolute, & simpliciter secundum apparentiam, & famam. & videtur quòd quemadmodum dicitur aliquid esse in aliquo de aliis prædicamentis, quàm de prædicamẽto vbi, ita quoque dicitur aliquid esse alicuius de aliquibus aliis, præter prædicamentum habere. Aristoteles autem enumerauit hic quot modis dicatur aliquid habere aliquid, ea ratione, qua consequitur plura, quàm vnum ex decem prædicamentis, sed reliqua alia, quæ consequuntur ipsa decem prædicamenta, vel aliqua ipsorum, vt est potentia & actus, vnum & plura, & alia similia, exacte tractantur ab ipso Aristotele in libro Metaphysicę. & neglexit tractare de eis hic, quia ipse tractat in hoc loco de his rebus, ratione apparentiæ & famositatis tantum.

Prædicamentorum cum Auer. & Leui finis.

GILBERTI PORRETANI, PERIPATETICI SEX PRINCIPIORVM LIBER.

SVMMA LIBRI.

De Forma, Actione, Passione, Quando, Vbi, Positione, Habitu, Et de eo quod est suscipere magis, & minus.

De Forma. Cap. I.

FOrma est compositioni contingens, simplici & inuariabili essentia consistens. Compositio eteni non est: quoniam à natura compositionis seiungitur. Compositio.n. alteri vnaquęq; adueniens, maiorem se coniunctam efficit quodam modo. In forma autem hoc commune non est. nam in eo quòd corpus album est, non dicitur maius aut minus seipso non albo: nec si non album intelligatur, destructio compositionis vel minoratio aliqua facta est, sed alteratio solum. Quoniam autem fortasse in alijs idem contingit proferri, additum conuenienter existimo, inuariabili essentia consistens. in anima enim alteratio contrarietatis inuenitur, vt tristitiæ, & gaudij. Sed quoniam (vt aiunt quidam) simplicitati, nulli vero variationi subiecta est, vt ea quę est anima mundi, dissocians hanc ab omnibus, addidi compositioni contingens. Erit itaque terminus formæ dicta definitio. neque enim superflua neq; diminuta, siquis subtiliter inuestigauerit, reperietur. Habet autem dubitationem ex præcedentibus, vtrum aliqua forma variabilis sit. hoc autem videtur in pluribus. nam eadem oratio susceptiua veri & falsi est: & albedo claritatis & obscuritatis: & oratio eius quod est in re, & non est. Sed non est ita. nam nihil differt albedinem claram dicere, quàm susciptens clarum dicere. non est autem oratio eadem susceptiua cõtrariorum, nec oõ eius quæ in re est & non est: sed orationes notæ sunt earum quæ sunt in anima passionum. de his autem dictum est alibi.

An forsa aliqua inuariabilis sit.

Primo de Interp. cap. 1. Substantiale quid.

Substantiale vero est, quod confert esse ex quadam compositione compositioni, vt in pluribus, quod impossibile est deesse ei. vt ratio & sensus: siue horum similia, vt cõtinuum & discretum. Hoc vero erit vt materia, & illud vt forma. vt corpus, quod est hominis materia, anima vero forma. erit itaque substantiale, vt corpus, homo, & ratio. hæc autem in his q̃ de Categorijs dicta sunt, expedita sunt.

Videtur autem forma, quędam à natura esse, quædam vero ab actu. ratio enim à naturæ rst, color vero & passio quædam in actu consistunt. In quibusdam autem dubitatio est, vtrum à natura, an ab actu incipiant esse, vt in figura incisionis. nam nihil additionis fit, sed separatio quædam partium. Dico autem figuram esse à natura: assentiri vero ab actu, sed quæ coniunctionis est ab actu est, vt domus. manifestum autem de his. Sed in his quæ in pluribus sunt, palam non est. nam ea quæ in pluribus sunt, in actione esse impossibile est. à natura autem non videtur fieri, quoniam ea, quæ à natura sunt, à creatura pręexistente sumunt principium. palam vero est creaturam non esse: nihil enim rationis omnino, quare hæ creaturæ sint, poterit explicari. Natura igitur in his occulte operatur. nam sicut ex plurium partium coniunctione constitutio quædam primorum excedens quantitatem efficitur: sic ex singularium discretione vnum quoddam intelligitur, eorum excedens prædicationem. Quapropter communitas omnis naturalis est, quia à singularitate procedit, quæ creationi adæquatur. Subtiliter autem etiam speculantes, sicut naturam in actionibus operari latenter inuenimus, sic creaturarum creatorem i natura, ex actu, qui numero naturam stabiliuit. Sed hæc hactenus: alterius enim consyderationis sunt. Formarum vero alia quidem est in subiecto & de subiecto dicitur. vt scientia in subiecto quidem est, vt in anima, & de subiecto quidem dicitur, vt de Grammatica. Quædam autem in subiecto est, de subiecto autem nullo dicitur, vt albedo Socratis. * Quędam vero neque in subiecto est, neque de subiecto dicitur, vt humanitas Socratis & Platonis. similiter autem & his, quæcunque formarum sunt indiuiduæ. Quædam vero dicuntur de subiecto, et in subiecto nullo sunt, vt rationale mortale. Eorum vero quę in subiecto sunt, & quę de subiecto non sunt dicibilia, alia quidem sensibilia sunt, alia insensibilia. Sensibile vero est, quod sensu comprehenditur: vt albedo, color, sonus, sapor, percussio, dulcedo. Insensibilia, quę ratione comprehenduntur: vt doctrina disciplina. simpliciter autem nihil eorum

Formarum diuisio. * Forte melius arte.

Formarum alia diuisio: de qua in ante prædicamentis cap.

* a co. non habet hoc diuisionis membrum.

* 2. Lin vocis cõplone significat.

quę de subiecto dicuntur sensibilia sunt. Manifestum est autem ex his, quæ proposita sunt, quoniam quædam sunt sita alicubi, vt nigredo in oculo: quædam vero difficile est assignare, vt scientia, paternitas, filiatio: nisi forte in componentium & generantium complexione. singulorum autem quæ dicta sunt * incomplexionis eius quæ in voce est, notatio est: hoc vero subsistens erit vel contingẽs. Eorum vero quæ contingunt existenti, singulum aut extrinsecus aduenit, aut intra substantiam consyderatur simpliciter: vt linea, superficies, corpus. Ea vero quæ extrinsecus contingunt, aut actus, aut pati, aut dispositio, aut esse alicubi, aut in mora, aut habere necessario erunt. Sed de his, quæ subsistunt, & quæ non solum in quo existunt, exigunt, in eo, qui de Categorijs libro inscribitur, disputatum est. de reliquis vero continuo agamus.

De Actione. Cap. II.

ACtio vero est, secundum quam in id quod subijcitur, agere dicimur: vt secans quis in eo quòd secet, secans dicitur. Est autem alia quidem animæ, alia vero corporis. Differunt autem, quoniam ea quæ corporis est, mouens est necessario illud in quo est: idem enim quod corpus agens est, & mobile est. actio autem animæ non id mouet in quo est, sed coniunctum. anima autem dum agit, immobilis est: mouet enim corpus. anima autem permanet immutabilis: quoniam anima nec secundum locum mouetur, nec secundum quẽquam aliorum motuum nisi secundum alterationem, non in suscipiendo crementum, neque decrementum mouetur, neque diminuendo, neque ad oppositum locum transeundo. locus enim corpus est: aïa vero non est corpus. Impossibile est autem non corpus corpore moueri, quia nullam loci susçipit mutationem. solum vero corpus, eò quòd de loco ad locum transit, mouetur. Hoc autem in quibusdam dubitabile apparebit. speculo enim permanente immobili, imaginis motus fieri videtur ad oppositi mutationes. impossibile ergo erit soluere, concesso quòd ibi forma existat vere. Si vero non est incredibilis error, in vulgo putabitur, licet sit conuenientius. Scire autem oportet, quòd omne quod in motu est, in actione est: moueri enim actio est. si quid enim mouetur, agit necessario. omnis ergo actio in motu est: omnisq; motus in actione firmabitur. Proprium igitur actionis est in motu esse, sicut proprium motus in actione. Et in his quidem actionibus, in quibus est generatio aliqua, palam est: de his vero quæ corrumpuntur, fortasse obijcitur. nam qui destruit in motu est, nihil autem facere videtur. nam nihil efficit, sed quod factum est destruitur. Dico autem actionem, non quid, sed in quid agat exigere. Non est autẽ motus actio, sed quale. quiescere enim quale est: quare & motus quidem quale erit. Simpliciter autem quæcunque contrariorum oppositionem suscipiunt, eiusdem susçipiunt generis prædicationem. Naturalis vero actionis proprietas est passionem ex se in id quod subijcitur, inferre. omnis enim actio passionis est effectiua: & omne passionem inferens, actio est. Contingit autem actionem actione effici. actio enim eius quod per se mouetur, eius actionis, quę per aliud mouetur, generatiua est. actio enim ab animali illata, ab ea quæ est animalis, principium sumit. Nihil autem interest siue agere, siue pati, animalis eius quod ab animali agere est, principium dicatur. Et sic actus quidem est primordiale principium: pati vero permixtum. quamobrem actionis, passionisq; actus est generatiuus. Facere vero id quod quale est ex se gignit. Qualitas, quę calor est, eam efficit quæ calefacere est, actionem. Quantitatum vero particularium positio effectrix est, & qualitatũ. asperitas enim & similia qualia sunt: linea vero & superficies, & soliditas quantitates sunt. vniuersa enim hęc à situ substantiam & generationem habent. Quantitas autem quantitatis: vt longitudinis linea, latitudinis planum, altitudinis solidum corpus. Qualitatis vero qualitas: vt calor caliditatis. Situs autem agere & pati: in dispositionis nanque compositione quædam generatio simplicium fit, qua in motiua actione consistere necesse est. Quando vero tempus. Vbi vero locus. Habere autem corpus. ea enim quę circa corpus sunt, habere dicuntur. Eorum vero quę in subiecto nõ sunt, indiuiduorum, corruptio quidem est in primis: generatio autem in his quę mox post primorum constitutionem consistunt. Eorum vero, quæ de ipsis prædicata sunt, ea à quibus omnino generaliter nulla est prædicatio, vt omnes quidem homines eius hominis, qui communis est, & uniuersalis. Recipit autem facere & pati contrarietatem, et magis & minus. secare enim ad plantare contrarium est, & urere ad humidum facere. & calefieri magis & minus dicitur, & infrigidari: siccari, & humidum fieri, tristari, & gaudere magis & minus dicitur.

De

De Passione. Cap. III.

PAssio est effectus illatioq; actionis, secundum quam hæc quidem patiuntur magis, illa uero minime, secundū quòd quædam animantiora sunt alijs: ut animantius quidem brutum est arbore, animantius uero irrationali rationale. Omnia uero, quæ de generatione dicta sunt, eadē dici possunt de ea, quæ in rebus est, passione: quadam autem prolatione non recta, sed mutatione. Est autem pati eorum quæ multipliciter dicuntur. animæ enim actionum unaquæque passio dicitur, quas quidem sub actione locauimus: vt amor, odium, tristitia, & gaudere. quę omnia qualitates passibiles, actiones animæ appellamus. Dicitur quoque passio, quòd in naturam agit: vt morbus, febris, ægritudines, & reliqua quæ qualia dicta sunt. Passio vero, vt dictum est, prima est generatio actionis. Non est autem in agente passio, sed in eo in quod agitur, & operantis actum suscipit. percutiens. n. pati non dicitur, sed materia actum suscipiētes: ea vero, quæ nunc relinquuntur, in eo qui est de Generatione libro tractantur. Et de passione hæc sufficiant.

De Quando. Cap. IIII.

QVando vero est, quod ex adiacentia temporis relinquitur. Tempus vero quando non est, vtriusq; autem ratio cōiuncta est, vt tempus quidem præteritum quando non est, effectus autem eius, & affectio, secundum quam dicitur aliquid fuisse, quando est. Instans autē quando non est, sed secundum q̄ aliquid æquale, vel inæquale est. eius autem affectio, secundū quam aliquid dicitur in instanti esse, quando est. Futurum similiter tēpus quando non est, sed id quod futurum est. quoniam contingere necesse est, secundum q̄ aliquid dicitur futurum eē cras, vel in aliquo tempore. Est igitē quando, aliud ex eo q̄ abijt, aliud ex eo quod instat, aliud vero ex eo quod necesse est contingere. Dictum est enim in Categorijs præteritum & futurum esse quantitates, & quòd magis est continuans ad præsens. De præterito quidem dictum est hoc, non quòd in substātia permaneat, sed quoniam in excessu suo nondum præterijt: de futuro autē, quoniam necesse est contingere, quod tantum est, ac si instaret. nulla enim differentia est in eo quod permanet, & quod futurum est, & quod nūc abijt. Quamobrem & de futuris agitur, & secundum ea aliquid dicitur, & nūcupationem existentiū sortiuntur. vt Sol orietur cras, cras erit nauale bellū, heri obijt Socrates, & aliqd dicitur secundum tempus id quod futurum est, de eo qui nascetur futurū, aut necessario de eo quod est. vt Callias disputabit cras, vel nō disputabit cras: disputabit. n. futurā actionem significat: nihil aūt inde est, quod in substantia adhuc sit. Differt enim quādo ab eo quod est vbi: quoniam in quocunq; tēpus est vel fuit vel erit, in eo quidem quando, est vel fuit vel erit, quod secundum idem tempus dicitur. quando enim quod existenti est, cum ipso instanti est, & simul in eodem sunt, quādo vero ex eo quod abijt & quod futurum est, nūquam simul erunt. vbi vero & locus, à quo est, vel sit, nunquam simul in eodem. vbi autem in circunscriptione est: locus aūt in complectente. Distat autē quando, quod ex præterito est, ab eo quod ex futuro p̄cedit: q̄m quando quod ex futuro præterito posterius est: quod vero ex præterito, est prius futuro. Quando autem vnum & idem, primum quidem ex futuro est, secundum ex præsenti, posterius vero ex præterito: quemadmodū tempus. primum quidem nunc est futurum, postea vero præsens, deinde præteritum. Sicut autem & tempus, aliud quidem compositum est, aliud vero simplex. Est autem compositum, quod in composita actione cōsistit: simplex vero, quod cum simplici procedit. Et ita quando, aliud simplex, aliud cōpositum. simplex quidē, vt in momento, & nunc esse: compositum autem, vt in hora, die, hebdomada, & similibus. Amplius, quemadmodum temporis partes sine mora succedent, similiter & partes quando. quādo quippe præteritum & futurum ad præsens copulatiue reducuntur. Distat autem & tempus ab eo quod quādo: quoniam secundum tempus aliquid est mensurabile: vt motus annuus q̄s, & motus multus dicitur, eò q̄ multo tempore permanet. At vero secundum quādo nihil mensuratur, sed aliquando dicitur esse, & secundum idem temporale, & variabile pronuntiatur. Ineſt autem q̄n non suscipere magis & minus. non enim dies vel diurnus magis & minus die vel diurno dicitur, nec vnumquodque diurnius alio: sic & de alijs. quare omni quando ineſt non dici secūdum magis & minus. Amplius quando nihil est cōtrarium. etenim q̄n ex præsenti est vnum & idem quando de futuro & præterito. impossibile est autem duas de eodem prædicari indiuiduo contrarietates. Amplius autem contraria nunquam in

eodem

eodem erunt insimul: quando autem, quod secundum præteritum & futurum, insimul erit in eodem. idem nanque quod est fuisse uerum est esse, et permansurum. cōtrariorum uero ratio est, nunquam in eodem simul consistere, neque de indiuiduo eodem dici, & in eodem tempore. Quare contrarietas in eo, quod quando est, non enuntiabitur. Est autem quando in omni eo, quod incipit esse. ut corpus quidem vniuersum aliquando est & in tempore: suscipit enim temporum alterationes. alteratur enim corpus in æstu, uere, hyeme, & autumno. Similiter autem & animalia acutius quædam in hyeme, quædam in æstate, quædam in uere speculantur secūdum instrumenti complexionem. Anima enim concita corpori imitatur complexiones ipsius, ut qui aridæ uel gelidæ compaginationis, demētiores seipsis in autumno fiunt sæpe: quibus uero sanguis principatur, in uere. Similiter autem & in alijs secundum similitudinem complexionis animalium & temporum. Erit igitur in tempore, quicquid temporis suscipiens uariationes alteratur secundum tempus. Huiusmodi uero sunt quæ dicta sunt. de paucis autem, aut de nullis alijs conueniētius erit proferre.

Vide I libro de Physionomicis Aristote.

De Vbi. Cap. V.

VBi uero est circunscriptio corporis, à circunscriptione loci proueniēs. Locus autem in eo, quod capit, est, & circūscribit. Est ergo in loco, quicquid à loco circūscribitur & complectitur. Non est autem in eodem locus & ubi. locus autem ī eo quod capit: ubi uero in eo quod circūscribit & complectitur. Videtur autem non omni adesse. anima enim nusquam est. nullū enim locum occupat, neq; implet: animatum nanq; aliud capere potest. Nunquam autem contingere palam est occupatum quidem aliquo locum capere aliud, & complecti posse occupante permanēte. granum enim modio adueniēs retineri non posset, aere quo implebatur, gescente. aere enim expulso granum utiq; recipitur. Nequaquam igitur duo in eodem loco esse simul possunt, nec idem unum in diuersis. Quamobrem nec anima quidem localis erit, cùm locum nullatenus occupet. Similiter autem & quæcunque à corporis ratione dissentiunt, loci carent circunscriptione. Mouet autem quis quæstionem fortasse, idem in diuersis & pluribus concludens. etenim vox in auribus diuersorum est: vox autem & si aer non sit, esse non poterit sine aere: et in auribus diuersorum est. Quare dicitur & corpus idem esse in diuersis locis, vox enim omnino vna & eadem in diuersis quidem aeris partibus esse non potest. Concedentibus itaq; nobis vnam & eandem vocem omnino in auribus diuersorum sentiri, vtiq; & confiteri oportet omnino vnam particulam aeris ad aures diuersorum peruenire. simpliciter autem vnum & idem in pluribus totum impossibile est inueniri. Quamobrem etiam concedere cogimur, vel diuersum quidem in auribus diuersorum sentiri, vel vnum & idem omnino in pluribus locis. Relinquitur igitur diuersum sensum esse imaginabiliter se generantium, & similiter. quare & vox quædam non animalis est. ea enim, quæ imaginabiliter fit, similiter animalis non est, quoniam ab animali nō profertur. Adhuc autem dicimus omnem vocem animalis esse. Quis enim vocem ab initio audiuit, in silentio quidem simpliciter, nisi animalium? quare vox quidem animalis dicitur, quæcunq; quidem ab ipso proferente fit. vnius ergo vox ad aures diuersorum dirigitur: vna autē & eadem non contingens est. Vbi autem, aliud quidem simplex, aliud vero compositum. Simplex quidem, quod à simplici loco procedit: compositum autem, quod ex composito. Locus autem simplex est origo, & constitutio eius quod est continuorum. Locus autem, vt dictum est quidem, compositus habet particulas copulatas ad eūdem terminum, ad quē particulæ corporis copulantur: corporis vero partes iuxta punctum: loci ergo particulæ solidorum particulas claudunt. etenim loca simplicia corporis minimi occupatiua sunt. Quare nec locus sine corpore, nec soliditas sine loco erit. Contentio autem de sphæræ extremitate oritur: nihil enim extra ipsam est. In ea aūt locus esse non poterit, vt dictum est à Superioribus, quòd ab eo quidem loco ambitur. confitentibus ergo nobis sphæram localem esse, cōfiteri vtiq; necesse est, aliud quidē præter eam, in quo extremitatis locus existat: nihil autem præter ipsam est: quare extremitas quidem in loco non est. de huiusmodi autem insolitum & occultum est pronuntiare, & contra sensibilia. Caret autem vbi intensione & remissione. non enim dicitur alterum altero magis in loco esse vel minus, licet etiam maiorem vel minorem locum possideat. non autem secundum vbi, vel secūdum quantitatem aliquam est magis & minus, sed secūdum id quod quale est. Ineſt autem vbi nihil esse contrarium: eò quòd nec loco quidem ineſt contrarietas: locus enim loco non

est contrarius. Quòd autem nec alijs manifestũ est. sursum enim & deorsum esse contraria pluribus videntur. multum enim distare videtur id quod sursum est ad id quod deorsum est, quemadmodum sursum & deorsum. quare contrarietas videtur vbi circa sursum esse & deorsum, quemadmodum circa locorum quantitates. Contingit autem contraria in eodem esse. sursum enim et deorsum eẽ, in eodem sunt. idem enim sursum & deorsum est ad diuersa quidẽ sumptum. nam turris altitudo sursum est ad nos, sphæræ autem extremitati comparata inferior est. Amplius contrarium sibimet quidam idem fore contingit. si enim sursum esse & inferius esse contraria sunt, cùm idem sursum & deorsum sit: colligitur idem sibimet cõtrarium fieri. Non ergo contrarietas vlla in eo quod in loco est.

De Positione. Cap. VI.

POsitio est quædam partium situs, & generationis ordinatio, secundum quam dicuntur stantia vel sedentia, vel aspera, vel lenia, vel quolibet aliter dispositа. sedere autem & iacere positiones non sunt, sed denominatiue ab his dicta sunt. Solet autẽ quæstio induci de curuo & recto, aspero & leni, quadrangulo & triangulo, bicubito & tricubito, magno & paruo, breui & longo, & similibus: quãdam enim positionem partium significare videntur. Asperum enim dicitur, cuius partium una alteri supereminet. Lene uero dicitur, cuius particulæ æqualiter porrectę sunt. similiter autem & de alijs. Nõ sunt autem positiones ea quæ dicta sunt omnia, sed qualia circa situm existentia. ex eo namq; quòd partes si sunt dispositę, ex eo talia sensibus iudicantur: non autem ex eo quòd talia, scilicet & aspera & lenia, uel bicubita, uel tricubita sunt. similiter autem & de alijs huiusmodi, quæ partium habent positionem. Erit igitur unumquodq; prædictorum non positio, sed quale, quod circa positionẽ nascitur.

Suscipere autem uidetur situs contrarietates. nam sedere ad id quod stare contrarium esse videtur. contraria enim sunt, quæ in eodem indiuiduo, eodemq; tempore impossibile est reperiri: vicissim tamen possibilia inesse. sedens autem illico stare potest, & stans sedere. quocunque autem sedente, impossibile est eundem stare. Ponẽtibus autem nobis hæc contraria esse, inconuenientia recipere cogimur, hoc, quòd vnum sit contrarium plurium. secundum enim dictorum consequentiã non magis sedere ad id quod est stare contrarium est, quàm ad accumbere. Similiter autem & quemadmodum sedere & stare nunq; in eodem simul reperiuntur, ita & accumbere & sedere & stare. secundum igitur huiusmodi dispositiones situi nulla cõtrarietas inerit. Fortassis autẽ nec insolitum quidẽ putabitur vnum plurium esse contrarium. palor etenim ad album & nigrum contrarium esse videbitur. nam sub eodem genere cum sint, nunquam simul inueniuntur, & vicissim transmutantur. relinquitur ergo vnum pluribus esse aduersum. Nõ est autem pallidum ad nigrum vel album contrariũ: etenim cum vtroque in eodem est. pallidum enim & colores reliqui ex albo & nigro conficiunt: necessarium ergo in quocunq; pallidum est, in omnibus esse album & nigrum. similiter autem & de cæteris quidẽ coloribus. Amplius autem contrariorum quidem ratio est circa idẽ natura existere. sedere enim & iacere non circa idem natura sunt seiuncta. est enim sedere proprie circa rationalia: iacere vero & accũbere circa diuersa. huius autem signum est equi et hominis similitudo, quibus sine dubio accubitus esse probatur. Proprium autem positionis, neq; magis, neq; minus dici. Sedere autem nõ magis positio est quàm accumbere, neq; minus, neque sedens alterum altero magis & minus dicitur, neque accumbens, neq; vniuersaliter secundum allam positionem. Magis autem proprium videt esse positionis, substantiæ proxime assistere, omnibus quidem alijs formis suppositis. Positio autẽ nihil aliud est quàm naturalis ipsius, substantiæ ordinatio, qualis vel à principio, quidem innata est, vt ea quæ asperis & lenibus, æqualibus & inæqualibus ineſt: vel à naturali quidem motu consueto, vt sessio & accubitus & similia. Quicquid igitur proxime substantiæ est assistẽs id necessario positio est, & omnis quidem positionis huius ratio suscipit prædicationem.

De Habitu. Cap. VII.

HAbitus est corporum & eorum quæ circa corpus sunt, adiacentia: secundũ quam hoc quidẽ habere, illa vero dicuntur haberi. Hæc autem non secundum totum dicuntur, sed secundum particularẽ diuisionem: vt armatum eẽ, calceatum esse. his autem neq; simplicia nomina imposita sunt, quibus ea appellantur, sed sunt eis posita, armatio, calceatio: horum autem secundũ proportionem & reliquis. Suscipit autem habitus magis & minus. armatior enim est eques pedite. dicitur & calceatior, qui calceamentis & caligis vtitur, quàm qui solis calceamentis vel caligis vtitur. In quibusdam autem nõ videtur quòd cum magis & minus prædicentur: vt vestitum esse, & similia. Habitui quoque nihil est contrarium. etenim armatio calceationi non est contraria. idem etenim armatus & calceatus. quòd autem alijs contrarium non est, palam est. similiter autem his & reliqua. Proprium quidem habitus est in pluribus existere, vt in corpore, & in his quæ circa corpus sunt existentia. adiacet enim corpori, & his quæ circa corpus sunt. hoc autem, vt dictũ est, fit secundũ eam quæ est in partibus diuisionem. In paucis autem alijs principijs huiusmodi inuenies. in quantitate enim solũ, & in his quæ ad aliquid sunt similia reperies. ad aliquid autem, vt figuraliter dicatur, & similitudo & dissimilitudo, quæ isunt pluribus similibus & dissimilibus: quantitas autem vt numerus qui in numerabilibus ineſt, vtique semper crescens secundum vnitatum multifariam ascensionem. simpliciter autem nihil inuenies tot distribui partibus, vt numerum. non autem omnis quãtitas, aut relatio talium est. Habitus autem omnis in pluribus necessario existit, vt in corpore, & in his quæ circa corpus sunt. Omne igitur quod in corpore & circa corpus est existens, habitus nomẽ sortitur. Quare magis proprium quidem habitus erit in corpore, & circa corpus existentibus, secundum eam quæ partium est diuisionem, vt in pluribus existere. Dicitur autem habere multis modis. habere enim dicitur alterationem, vt albedinem, & nigredinẽ: quantitatem, vt longitudinem. nihil enim aliud est dicere albedinem aut longitudinem habere, quàm album aut longum esse. Dicitur etiam vas aliquid habere, vt modius triticum: quod nihil aliud est habere, quàm continere. Habere quoque in membro dicimur, vt in digito annulum: quod tantũdem est dicere, quãtum est digitum in annulo esse. Dicitur vir vxorem habere, & recipere vxor virũ. hic autem insolitus est habendi modus, quo vir habetur vel haberi dicatur. hoc autẽ habere nihil aliud est quàm cohabitare. Quare modi habendi qui dici consueuerunt, quinario numero terminantur. Fortassis quidem essent alij modi habendi præter hos qui dicti sunt: sed si qui sunt, diligens inquisitor inueniat. Et quidem de principijs hęc dicta sufficiant. reliqua vero in eo quod de Analyticis est, quęrantur volumine.

Videi Prædicamẽtis ỹ fine.

De eo, quod est plus, minus, ne suscipere. Cap. VIII.

DIcitur autem magis & minus suscipere tripliciter. Aiunt enim quidam secundum crementum vel diminutionem eorum, quę suscipiunt subiectorum. Aliter autem & alij ipsa quidem quæ suscipiuntur, in suscipiente diminui & crescere annuntiant. Alij autem secundum vtrunque, amborum diminutionem & augmentationem. A primis itaque inchoantes, quæ eorum rata sit ac firma sententia manifestabo. Siquis vero primam & secundam destruxerit, vtiq; & tertiam destruit, quę ex vtraq; conficitur, coniunctione. Non ergo secundũ suscipientium. ipsorum crementum vel decrementum, cum magis vel minus aliqua dicũtur. Nulla enim ratio obuiaret dicenti hominem & animal & substantiam, & cætera consimilia cum magis & minus dici, concedentibus nobis secũdum subiecti intensionem & remissionem quælibet cũ magis & minus dici. Amplius autem equus quidem & augmenti, & diminutionis motum frequenter sustinet. dicitur. n. equus minor vel maior lapide quodam, qui nunq; intensionem et remissionem passus est. mons etiam alio monte maior dicitur, cùm neuter crescat vel decrescat. Amplius autem margarita, albior quidem equo dicitur, cui pedem album contingit habere. hoc autem non est, quia equus quidem in essentia à margarita superatur. colligere igitur oportet vel margaritam, quidem albiorem equo pronuntiari, secundum magnitudinem subiecti vel paruitatem: vel non verum albiorem equo margaritam esse: vel nihil omnino magis vel minus dici secundum subiectorum magnitudinem vel paruitatem, neq; secundum crementum vel diminutionem. Hoc autem palam est, quòd secundum magnitudinem subiecti margarita albior equo non dicitur: tamen margarita albiorem equo esse non falsum est. Relinquitur ergo nihil secundum magnitudinem subiecti amplius vel minus dici: similiter autem neque secundum paruitatem. Amplius autem neque secundũ ea quæ inficiunt. Si enim secundum magnitudinem albedinis vel alicuius cæterorum dicitur aliquid albius aliquo, vel secundum paruitatem minus album, vel quomodolibet aliter: vtique & magis albus equus, vel homo, vel quodlibet aliud albius margarita dicetur. etenim maior albedinis quãtitas equo accidit quàm margaritæ. Amplius autem magis & minus alterum al-

tero dicitur,non ſecundum ſubiecti,neq; accidentis crementum. Quoniam autem nō ſecundum ſubiecti crementum vel magnitudinem aliud paruius alio dicatur,manifeſtum eſt:neq; ergo ſecundum ipſius accidentis ampliorem quantitatem.etenim quantitas vltra ſubiectum protendi non poteſt,quoniam terminus quantitatis eſt corpus.paruitas autem quantitati ſupponitur: quare vltra paruum quidem ſubiectum paruitas ipſa non porrigitur.quanto igitur ſubiectum paruius efficitur,tanto paruius quantitas minoratur.Patet itaq; nihil ſecundum magis & minus prædicari,neq; ſecundum ſubiecti ſolū augmentum vel diminutionem,neq; ſecundum accidentis:quare neq; ſecundum vtrunq;. Oportet igitur ab alia eam inuenire,quæ cum magis & minus dicantur. Huiuſmodi vero ſunt ea,quæ ſunt in voce eorum quæ aduenium,& non ſecūdum ſubiecti vel mobilis crementum vel diminutionem,ſed quoniam eorum quæ ſunt in voce, impoſitioni propinquiora ſunt,ſiue ab eadem remotiora ſunt. de his etenim cū magis dicuntur quæ proximiora ſunt et quæ in ipſa voce eſt impoſitioni, cùm minus autem de his quæ remotiora conſiſtunt. Vt album dicitur illud,i quo pura albedo eſt. quanto igitur ad vocis impoſitionem accedens puriori inficitur albedine, tanto & candidior aſſignabitur. & paruum quidem dicitur,quod alijs comparatum ſtaturæ diminutione & quantitate vincitur. quicquid igitur eſt quod in quantitatis menſura ſuperatur, id. continuo paruius pronuntiatur.ſimiliter autem de alijs. Dubitabit autem aliquis,quare hęc quidem cum magis et minus dicantur, ſubſtantiæ vero minime. hoc autem contingit,quoniam ſubſtātiarum impoſitio quidem in termino eſt,vltra quem tranſgredi impoſſibile eſt. Additur autem & de accidentibus quibuſdam,quæ ſine magis & minus dicuntur:vt quadrangulus,& triāgulus, & ſimilia. non enim triangulus magis vnus altero dicitur. Contingit autem, quoniam in ſubſtantiarum quidē deſignatione accipitur, etenim quadrangulus quantitas nunciupatur,& corpus quadrangulatum. uel eadem,quæ in ſuperioribus eſt ratio,hic verat. quoniam huiuſmodi impoſitio in termino facta eſt,vltra quē tranſgredi non licet. quemadmodum in ſuperlatiuis.etenim albiſſimus vel nigerrimus & huiuſmodi ſine amplius ſunt,& minus; eò quòd huiuſmodi impoſitio in termino eſt, vltra quem porrigi impoſſibile eſt, & citra permanere. poſſibile enim ſi contingit, nullum ſequitur impoſſibile. quapropter ſi omnes puncti componantur,nullam faciunt magnitudinem: quoniam punctus puncto additus nihil auget. Eſt autem generatio ſimplex, & corruptio non congregatione nec ſegregatione atomorum, ſed quando tranſmutatur ex aere ſpecificato in hoc totum. In ſubiecto enim duo ſunt, quorum hæc quidem eſt forma ſecundum rationem: hæc aurē ſecundum materiam.quando igitur in his duobus eſt tranſmutatio,generatio & corruptio erit ſimpliciter ſecundum veritatem. Dicitur autem ſimpliciter generari in his magis hoc aliquid & forma q̄ terra. muſicus hō corruptus eſt, hō immuſicus generatus eſt, hō manet idem:ſiquidem in his paſſio non eſſet ſecundum ſe muſica & immuſica, his quidem generatio eſſet, his autem corruptio. Ideo hominis quidem hæ paſſiones, hominis autem muſici & immuſici generatio quædam & corruptio. nunc autem eſt hominis hæc paſſio manentis muſica & immuſica: ideoq; alteratio talis eſt. Eſt aūt materia maxime quidem ſubiectum generationis et corruptionis proprie ſuſceptibile.Sed quare diſcens non dicitur generari ſimpliciter,ſed quod generari diſciplinatum,hæc determinata ſunt in Prædicamentis. hæc autē hoc aliquid ſignificant et. ſubſtantiam,hæc autem quale,hæc aūt quantum. Quæcunque igitur non ſubſtantiam ſignificant,non dicuntur ſimpliciter, ſed ſecundum aliquid generari.Eſt autem cui ineſt ſecundum naturam moueri, vt ignis.

Libri Sex Principiorum finis.

Ariſtotelis

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS

DE INTERPRETATIONE LIBER PRIMVS,

SEVERINO BOETHO INTERPRETE:

Cum Auerrois Cordubenſis Expoſitione,
& Leui Gherſonidis Annotationibus:
omnibus nunc primum
à Iacob Mantino Hebræo Medico
in Latinum conuerſis.

SVMMA LIBRI.

De Notis.De Orationis principijs. De ipſa Oratione, Enunciatione,ac ipſius ſpeciebus. De enunciationum oppoſitionibus,ac circa ipſarum ueritatem et falſitatem regulis, in quocunque tempore.

De Notis: Et ut in intellectu,ita etiam in uoce uerum & falſum reperiri. Cap. I.

SECTIO PRIMA, ſm Græcos.

PRimū oportet ponere quid ſit nomen, & quid verbum: poſtea quid eſt negatio, & affirmatio, & enuntiatio,& oratio. Sunt ergo ea quę ſunt in voce,earę quę ſunt in anima paſſionū notæ:& ea quæ ſcribuntur, eorum quæ ſunt in voce.Et quemadmodum nec literæ omnibus eædem, ſic nec eædem voces. Quorum tamen hæc primum notæ ſunt,eędem omnibus paſſiones animæ ſunt: & quarum hæ ſimilitudines,res etiam eædem.De his vero dictum eſt in ijs qui ſunt de Anima: alterius.n. hæc ſunt negotij. Eſt autem quemadmodum in anima aliquando quidem intellectus ſine vero vel falſo, aliquando autem cui iam neceſſe eſt horum alterum ineſſe: ſic etiam in voce.circa compoſitionem enim & diuiſionem eſt verum & falſum. Nomina igitur ipſa & verba conſimilia ſunt ei,qui ſine compoſitione & diuiſione eſt, intellectui: vt homo vel album,quando non aliquid additur. neque enim falſum,neque verum adhuc eſt. Signum autem huius eſt. hircoceruus enim aliquid ſignificat:ſed nōdum verum aliquid, vel falſum,niſi eſſe vel non eſſe addatur, vel ſimpliciter, vel ſecundum tempus.

In. 5. de Alatex. 59.

Circa cōpoſitionē & diuiſionē ē verum & falſum.

AVERROIS EXPOSITIO.

Differentia Prima.

DIxit Ariſto. Oportet primum dicere, quid ſit nomen, quidq; verbū: poſtea quid eſt negatio, & affirmatio:& tandem quid ſit enunciatio, quid quoque oratio,quæ eſt genus affirmationis & negationis. Dicimus ergo,q; dictiones,quibus loquimur, ſignificant primo res,quę in anima exiſtunt. literæ quoq; ſcriptæ ſignificant primum illas dictiones.Et quemadmodum literæ ſcriptę, id eſt ipſa ſcriptura, non eſt eadem apud omnes gentes: ita quoq; illæ dictiones, quibus illæ res etiam explicātur, non ſunt eædem omnibus gentibus. & ideo ad placitum, & non naturaliter ſignificant. At res, quæ in aīa exiſtunt, eędē vtiq; ſunt apud oēs: quēadmodū & ipſa entia quoq; illæ res quæ in aīa exiſtūt, ſunt ſiſ'tudines & ſignificant ipſa,ſunt eadē natural'r oībus. Verūtamen tractare de mō, quo illæ res, q̄ in aīa exiſtunt, ſignificēt entia exiſtentia extra aīam,non attinet ad hanc ſcientiam: ſed in libro de Anima de hoc tractabitur.

Dictiones autem in hoc ſimilantur illis rebus intellectis. quoniam quemadmodum res poteſt intelligi ſine vero vel falſo:ita quoq; dictio poteſt intelligi ſine vero vel falſo.& quemadmodum intellectus alicuius rei poteſt dici verus vel falſus:ita etiam ipſa dictio poteſt dici vera vel falſa. Verum præterea & falſum reperiuntur in ipſis rebus intellectis, & in ipſis dictionibus ſignificantibus eas,ſi inuicem componantur, vel diuidantur. ſed ſi ſeorſum capiantur, tunc nec verum, neque falſum ſignificant. Nomen autem & verbum ſimilia ſunt rebus ſimplicibus, quæ neque verum, neque falſum ſignificant: eò quòd ſunt ſine aliqua compoſitione, vel diuiſione: vt homo vel album. quoniam, ſi non additur ei eſt, vel non eſt, tunc neq; verum, neque falſum ſignificat: ſed ſignificat rem indiuiduam,ſine tamen aliquo vero vel falſo. Et ideo cùm dicimus hircoceruū,aut chimeram,neq; verum, neq; falſum ſignificamus,niſi addiderimus eis eſt, vel non eſt,ſiue ſimpliciter, vel ſm tēpus, & dicamus hircoceruus eſt,vel non eſt, vel chimera fuit, vel non fuit.

LEVI ANNOTATIONES.

Differentia Prima.

DIxit Auerroes. Oportet primum dicere quid ſit nomen,quidq; verbum,&c. Inquit Leui, Cum in hoc libro tractetur de oratione, quæ ſuſcipit affirmationē & negationem; ideo operępreciū fuit,vt ipſe Ariſtoteles notificaret primo aliquid de ipſis dictionibus,quatenus ſunt partes orationis

nis;quæ sunt nomen & verbum, at statim post hoc probabitur q̃ omnis oratio constat ex nomine & verbo, vel ex nomine & aliquo habente vim verbi. nam de dictionibus quatenus sunt partes entis, iam tractauit in superiori libro. D. Postea quid est negatio. Inquit Leui. Sensus est q̃ aliqua oro suscipit affirmationẽ vel negationem: aliqua vero non, vt post hoc probabit.

D. Dicimus ergo q̃ dictiones, quibus loquimur, &c. Inquit Leui. Per hoc autem intelligit, q̃ entia sunt vtique eadem in se apud omnes gentes. nam probatum iam fuit ipsa entia esse illa decem prædicamenta superius dicta: & ideo oportet vt illæ res, quæ sunt in anima, sint exemplaria significantia suis per illa. & quoniam extat aliqua disceptatio inter Antiquos de huiusmodi ente intelligibili, quatenus in libro Metaphysicæ dictum fuit, sed ad hanc artẽ non attineat, vt determinet quẽnã harũ opinionũ sit verior: ideo vsus est hic sermone communi vtriq; opinioni. At modus quo vtere significent, in libro de Anima tractabitur: destructio vero reliquarum opinionũ, in libro Metaphysicæ ponetur. Dictiones autem significant primo huiusmodi res in anima existentes, quæ quidem sunt eædem apud omnes gentes, sed ipsæ dictiones non sunt eædẽ apud omnes gentes: quemadmodum scriptura literarũ, quæ primo significant huiusmodi dictiones, non sunt eędem apud omnes gentes. nam vt scriptura vnius non est scriptura alterius: ita quoque res se habet in dictionibus. & ideo dictiones significant ad placitum, & non per naturam. quoniam si illæ dictiones significarent per naturam illas res quæ sunt eædem, hoc est in mente apud omnes, tunc non possent huiusmodi dictiones esse diuersæ apud gentes: cum tamen sint diuersæ, vt sensu probatur, & ideo necesse est vt significẽt ad placitum, hoc est iuxta decretum hominum, qui decreuerunt ita dictiones debere significare. D. Dictiones autem similantur in hoc illis rebus intellectis. Inquit Leui. Scire debes, q̃ scientia vel habetur per conceptum simplicem, & nominatur apud Arabes formatio: vel per notitiam complexorum, & nominatur apud Arabes verificatio. Simplex igitur conceptus est notitia rei per dictionem simplicem significatę, hoc est quidditatis vnius rei: vt hominis vel equi. quoniam potest concipi eius quiditas vel per se, cum fuerit res nota: vel per id quod significat eius definitio, vel descriptio. nam definitio & descriptio dicuntur etiam conceptus & formatio, cum non quæratur per eas, vtrum res sit, vel non sit: quod quidem est ipsa verificatio, idest complexorum notitia. Ipsa autem veritas cadit quandoque sit de vna quiditate, quandoque de duabus. Illa autem quæ de vna sit, est vt cum quærimus, vtrum talis res sit: vt si dicatur quòd homo est, & vacuum non est. De duabus vero quiditatibus sit, vt si quæratur vtrum hoc insit huic, vel non insit ei: vt cum dicitur quòd sensus inest homini, & vocalis non inest ei. Ipsum præterea esse quandoque reperitur simpliciter, hoc est absolute: vt cum dicitur triangulo insunt anguli æquales duobus rectis. quoniam hoc non attribuitur, neque ascribitur triangulo cum aliquo tempore, sed quocunque contigerit tempore. & quandoque ipsum esse erit in aliquo tempore: vt cum dicitur Socrates erit ambulans, videlicet in tempore futuro. Manifestum est quòd ipsa dictio potest intelligi, & esse intellecta, licet non sciamus vtrum sit vel non sit: quod quidem est ipsa verificatio, & potest id quod de ea intelligitur, dici verum vel falsum: cum componitur cum alia quiditate, quę de ea affirmetur, vel negetur: vel cum verbo est, idest verbo substantiuo: vt antea fuit dictum. Per id vero quod dixit, quòd res intellectæ & dictiones quæ eas significant, cum componuntur simul, sunt duæ quiditates, innuit illam veritatis rationem, quę est duabus quiditatibus. Et cum dicit vt homo vel album, cum non additur ei est, vel non est, intelligit actum simplicem, nẽpe formationem. At cum postea dixit, nisi additerimus ei est vel non est, & dicatur homo est vel non est, vel album est aut non est, intelligit per hoc illam veritatis rationem quæ fit de vna quiditate: & dicit quòd nihil differt, siue illa quiditas reperiatur, siue non reperiatur: vt exempli gratia de hircocervo, & chimera quæ sunt res, quę nõ reperiuntur.

De Nomine. Cap. II.

NOmen igitur est vox significatiua, sm placitum, sine tempore, cuius nulla pars significatiua est separata. in noie. n. quod est equiferus, ferus nihil p se significat, quẽadmodum in oratione, quę est equus ferus. At vero non quẽadmodũ i simplicibus noibus, sic se habet in compositis. In illis. n. nullo mõ pars significatiua est: in his autẽ vult quidẽ, sed nullius est, separata. vt in eo quod est equiferus hoc quod est ferus, nihil significat p se. Secundũ placitũ vero, qm̃ natura, noium nulli est, sed qñ fit nota. qm̃ designant & illiterati soni, vt terarũ: quoꝝ nullũ nomẽ est. Non hõ vero nõ est nomẽ. at vo nec positũ nomẽ est, quo illud oportet appellare. neq; n. oro, neq; negatio est: sed sit nomẽ infinitũ: qm̃ sit in quolibet est, & qd est, & qd nõ est. Philonis autẽ, aut Philoni, & quæcunq; talia sunt, non sunt noia, sed casus nois. ratio aũt ipsorũ est, in aliis quidem eadẽ: differũt autem, qm̃ cum est, vel fuit, vel erit, neq; uerũ, neq; falsum est, nomẽ vero semper. vt Philonis est, vel non est. nondum enim neque verum dicit, neque falsum.

Sermo de Nomine.

AVER. NOmen autem est dictio significans ad placitum, aliquam rem sine tempore, cuius nulla seorsum sumpta significat partem illius rei: sicut illud nomen sit simplex, vt Socrates, & Plato, vel compositum, vt seruiregius, cùm fuerit nomen alicuius hominis sic nominati. nam si seorsum sumatur ab hoc nomine seruiregius, quod est nomen alicuius hominis, seruus, vel rex nullam partem profectò significabit illius rei, quam significabat, cùm dicebamus seruiregium. ueluti in lingua nostra, seruus regis significat, cùm volumus significare seruum ipsius regis. nam seruus ibi significat partem illius rei, quam significabat seruiregius: & similiter re significat partem rei (& vt apud Latinos Antoninuspius.) In hoc tamen differũt nomina simplicia à compositis, vt seruus Socratis, & dominus Platonis: quòd pars nois simplicis quę est vna syllabarum, ex quibus componitur illud nomen, nihil penitus significat, neq; per se, neq; per accidens: vt est litera S. ex Socrate. sed pars nominis compositi potest per accidens tamen aliquid significare separata: vt si contigerit vt aliquis, qui nominatur seruus regis, sit seruus regis: & aliquis qui vocet Antoninus pius, sit pius. In definitione præterea nominis additur ad placitum: quia dictiones quibus loquuntur homines, non significant sm naturam: sicut sunt plures dictionum, quibus cætera animalia bruta loquacitant: quæ quidem sunt dictiones, quæ non scribuntur. nam dictiones quibus plura animalia garrulant, constant quidem ex syllabis, ex quibus constant dictiones, quibus homines loquuntur, vel ex syllabis constantibus ex literis similibus eis in organo prolationis, & sunt significatiuæ rerum propriarũ, ac sibi peculiarium, scilicet ipsimet animalibus. Nominum autẽ aliud finitum, aliud infinitum. Nomen finitum est illud, quod significat ipsos habitus rerũ: vt homo, & equus. infinitum vero est illud, quod constat ex nomine habitus prædicti, & dictione, non in illa scilicet lingua, in qua est in vsu huiusmodi nomen. vt cùm dicimus nõ homo, non animal, & huiusmodi nomen dicitur infinitum: quia non potest dici simpliciter nomen, quia non significat rem possessam seu habitum. neq; est etiam res negatiua. nam eius significatio, est significatio nominis nõ positi: licet sit compositum. & ideo potest fieri negatiuum, quemadmodum nomẽ finitum. Nomen præterea cùm est in genitiuo, vel accusatiuo, vel alio casu, vel mutatur aliqua alia simili mutatione, tunc non dicitur simpliciter nomen, sed nomẽ casuale. Nominum ergo, aliud obliquum, aliud non obliquum: & definitio ipsius nominis amplectitur vtrũq; simul. Interest tamen inter obliquum, & non obliquum nomen, vt in lingua Arabica patet, quòd si nominibus obliquis adiungatur verbum fuit, vel erit, vel est, & dicatur Socrati fuit, vel Socratem erit, aut Socratis est, nihil veri vel falsi significabit. at nomen rectum, si addatur ei aliquod horum uerborum, uerum uel falsum significabit: ut si dicatur Philo fuit, uel Philo est. Hæc itaque sunt, q̃ Ari. narrauit de definitiõe nois, & eius spẽbus.

Sermo de Nomine.

LEVI. DIxit. Nomen autem, &c. Inquit Leui. Sensus est, q̃ dictio sit genus ad illas dictiones, quibus homines loquuntur, & loquacitãt atq; garrulant animalia bruta. nam dictiones, quibus homines loquuntur, significant ad placitum eorum. sed non ita res se habet de dictionibus, quæ in vsum animalium irrationalium veniunt: quia semper significant rem determinatam, secundum eorum naturam, non ad placitum. D. d. sine tempore, &c. Ideo apposuit hoc, vt distingueret hanc dictionem ab illa, quæ cum hoc, quod significet rem, adhuc significat tempus: & est ipsum verbum. vt ambulabit, ambulauit, reliquũ vero quod in definitione sumptum est, manifeste consequitur ipsam dictionem, per quod quidem distinguit nomen ab oratione, quę ex duabus constat dictionibus: quarum vna significat partem illius conceptus, quem significabat totum, & hoc non potest fieri in vna dictione nisi per accidens, vt ipsemet dicit, nihilominus non significat partem rei, quam significabat illud totũ: licet aliqd significet, vt ipse dixit. D. d. Nominum autem aliud finitum, aliud infinitum, &c. Inquit Leui. Iam declarabit post hoc, q̃ nomen infinitum idem significat, quod ipsa priuatio: cuius descriptio iam data fuit in libro prædicamentorum. & ideo, vt sua fert sententia, magis congruit exemplum eius, non videns, vel non iustus: quoniam dicere non videns, idem significat quod dicere cæcus, & dicere non iustus, quod est dicere iniustus, quod est priuatio. Sed non homo significat non huiusmodi priuationem: quoniam cum priuatur ab ipso humanitas, vt equus, & asinus, verbi gra. non sunt apti habere ipsam, & ideo huiusmodi priuatio est illa, de cuius natura est, vt reperiatur alicui parti generis: & non est illa priuatio, quæ in libro Prædicamentorum definita fuit. Videtur tamen, quòd nomen infinitum in lingua, in qua est in vsu, dicatur de omni re, de qua dicitur nomen priuationis absolutę. Priuatio vero absoluta & simpliciter, vel dicitur de ea priuatione, quæ in libro Prædicamentorum est definita, vel de ea re, quæ est apta reperiri alicui speciei eius, vt priuatio organorum masculinitatis, vt ita loquar, ab ipsa fœmina eiusdem speciei: vel quæ est apta reperiri alicui generi eius, vt priuatio volatus, ab animali gressibili. D. d. Et ideo potest fieri negatiuum, quia possumus dicere non iustus, non est bonus, ac si non iustus sit subiectum aliquod, vel dicatur Socrates nõ est non iustus. D. d. Nomen præterea cum est in genitiuo, &c. Idem contingit in lingua nostra Hebraica in aliquibus nominibus, quorum vltima litera est, he, vt Ieremiae.

ficat tempus, illa vero id quod circũcirca est. Ipsa igitur sm se dicta verba nomina sunt, & significant aliquid: constituit enim qui dicit intellectum, & qui audit, quiescit. sed si est vel non est, nondum significat. neq; enim signum est rei esse vel non esse: neque si ipsum ens dixeris nudum. ipsum. n. nihil est, consignificat autem compositionem quandam, quam sine compositis non est intelligere. * a. l. ipsum g̃ ipsum.

Sermo de Verbo.

AVER. VErbum est dictio, quæ rem aliquam, atq; tempus illius rei significat. & illud quidem tribus perficitur temporibus, nẽpe præterito, & præsenti, atq; futuro: nullaq; eius pars seorsum sumpta aliquid significat. & hoc autem per se. Proprium q̃ ipsius verbi est, vt semper aliquid enunciet, non quòd de eo enuncietur: & quòd semper sit prædicatum, & non subiectum. & ideo semper significat rem, quæ de alio solet prædicari. & hoc vel erit per modum, quo significabit ipsam prædicationem, & copulationem prędicati cum subiecto. & hoc quidem fiet, quando fuerit ipsummet appositum, & enũcians: vt cùm dicitur, Socrates sanatur, & conualuit, Socrates ambulabit. vel erit per modum, quo significet copulationẽ prædicati cum subiecto, cùm fuerit aliquod nomen: vt cùm dicitur Socrates est animal. Prædicatum præterea, quod significat copulationem eius cum subiecto, vel erit ex his, quæ dicuntur esse in subiecto, videlicet cùm fuerit aliquod accidens existẽs in subiecto: vel erit ex his quę dicuntur de subiecto prædicari, cùm fuerit ipsum subiectum pars subiectiua prædicati. Id vero, quod in definitione verbi additur, s. quod cum hoc quod significat aliquam rem, significet adhuc tẽpus illius rei, est vtiq; differentia, qua distinguitur verbum à nomine. nam hoc quod dicimus valet, quod est verbum, significat vtiq; idem, quod significat valetudo, quæ est nomen: sed adhuc significat tempus præsens, vel futurum, in quo reperitur valetudo. nam apud Arabes præsens & futurum tempus confunduntur. quamobrem vnicam habent probationem quęcunq; de præsenti seu de futuro dicuntur. Verborum insuper, aliud finitum, aliud infinitum. Finitum autem est, quod significat id, quod significat nomẽ finitum, & tempus illius rei. Infinitum vero, quod signat eã rem, quã signat nomen infinitũ, & tempus illius rei: & est priuatio rei, quam signat nomen finitum, hoc est illa priuatio, quæ in libro Prædicamentorum definita fuit. vt cùm dicimus non valet. significat enim id, quod signat non valetudo, et tẽpus illius rei. Verbum vero infinitum est vnum ex generibus verbi, cùm subingrediatur definitionem verbi simpliciter superius dictam: & habet proprietatem ipsius verbi iam prædictam, quæ scilicet est, vt significet semper id, quod solet de alio prædicari, siue prædicatione rei de subiecto, siue in subiecto. vocatur autem hoc verbum infinitum, quia derivatur à nomine infinito. Huiusmodi verba infinita non dantur in lingua Arabica: quemadmodum neq; nomen infinitum dari apud Arabes. Verbo rursus, aliquod est obliquum, aliquod vero non obliquum: & est illud, quod simpliciter vocatur verbũ. Verbum non obliquum, est illud, quod apud plures gentes significat tempus præsens. obliquum vero significat illud tempus, quod circumcirca tẽpus præsens reperitur: & est ipsum præteritum, & futurum. In lingua tamen Arabica non datur propria nota temporis præsentis: sed est communis nota tam præsenti q̃ futuro, & ideo statuerunt Verbi proprietates. Cap. de oppositis.

eorum Grammatici, cùm volunt futurum significare, præponunt ipsi verbo, notã, vt, vel, quòd: vt ꝙ sanet, vt ambulet. Præsens autem tempus est illud, quod capitur à nostra cogitatione existens in actu, & determinatum: vt cùm dicimus hanc horam, & hoc instans. & ideo nomen temporis simpliciter dicitur de præsenti, quia est magis notum vulgo. & in relatione ad ipsum intelligitur tempus præteritum, & futurum: quia præteritum tempus est illud, quod hoc præcedit tempus: futurum vero quod est posterius ipso. At vtrum id, quod de tẽpore imaginamur, ita se habeat in re vt imaginamur: vel non ita res se habeat, non est præsentis consyderationis. Verbum præterea similatur nomini, & cõmunicat cum eo. quoniam cùm simplex profertur, intelligitur per ipsum aliquid sufficiẽs in se: quẽadmodum in nomine fit si, simpliciter seorsum proferatur, & ideo cùm audiens ipsum audierit, acquiescit: licet per hoc non intelligat, vtrum illa res quouscꝙ fuerit vel non fuerit: vt cùm dicimus fuit, aut erit. & hoc quando hæc verba sunt enunciatiua per se, sed cũ fuerint copulæ, & coniunctiones non poterit intelligi per ipsa aliquid, quod sit satis in se: vt accidit in ipsis propositionibus. nã propositio significat compositionem prædicati cum subiecto. ipsa autem compositio non potest intelligi, nisi intelligantur res cõponẽtes. hoc autem fit, cùm fuerint copulæ & coniunctiones: vt cùm dicimus Socrates est sciens, vel nõ est sciens. Duplex itaqꝫ est verbum, aliud quidem ꝑm se itellectum: & est illud uerbum, quod est de se indicatiuum. Aliud vero, quod non est de se intellectum: & est verbum copulatiuum, quod uocaꝫ verbum substantiuum. Hoc itaqꝫ totũ est id, quod de nominis & verbi definitione, atqꝫ eorum speciebus necessariꝰ, ex quarꝫ diuersitate propositiones diuersificantur, Arist. tradidit in hoc loco. De propõnibus vero ĩ libro Poeticę mentionẽ facies.

Sermo de Verbo.

LEVI. Definit d. Verbum est dictio quæ rem aliquam atque tẽpus illius rei significat, &c. Inquit Leui. Horũ dictorũ sẽtentia est, ꝙ dictionum aliquæ significant aliquam rem, aliquę vero non. sed tempus rei, vt est verbum substantiuum est, quando est veluti copula: vt cum dicitur Socrates est albus. qa nunc verbum illud est, non significat rem aliquam, sed tẽpus illius rei, hoc est tempus, quo albedo inest Socrati. & eadem est ratio de propositionibus & coniunctionibus, vt ad eum, vel in eo, & etiam ab, cum, & alia id genus. Sed dicho, quę significat verbum, significat per se rem aliquã cum reliquis differentijs narratis in hac definitione. D. d. atqꝫ tẽpus illius rei. Per hoc differt verbum à nomine, nam iam dictum fuit nomen significare rem expertẽ temporis. Et per id quod dicit, nullaqꝫ eius pars seorsum sumpta aliquid significat per se: differt verbum ab oratione. In hac tamen definitione nõ dixit ad placitum significatiuã, quia dictiones, quibus animalia irrationalia loquuntur, non significant tempus illius rei. D. Cum dicit ꝙ proprium ipsius verbi est, vt semper sit enuncians, non enunciatum de eo, intelligit ꝙ id, quod volumus notificare in ipsa enunciatione, est ipsum verbum: hoc est, verbum inesse ipsi nomini, vel negari ab ipso. & ideo significat tempus relationis, seu attributionis prædicati ad subiectum, quod est ipsum nomen, & ideo est prædicatum non subiectum. nam id, de quo enunciatur, est subiectum in oratione: licet posterius loquatur. nã licet dicatur ambulabit Socrates tamẽ ꝑ huiusmodi enunciationem, volumus notificare ambulationem inesse Socrati. & ideo semp significat rẽ, quæ est apta ꝓdicari de alio. Verbũ præterea, quandoqꝫ est enunciatio per se, scilicet vt sit vnũ verbum significans aliquam rem, & tempus illius rei: vt cum dicimus, ambulabit, & quandoqꝫ erit enunciatio per participium: vt cum dicimus, erit ambulans. nam habet vim ipsius verbi.

Id vero, quod dicit Auerroes, verbum quandoque significare tempus præsens, non est verum in lingua nostra Hebraica, qui verbum ita se habens, oportet vt sit nomen denominatiuum, seu participium: vt cum dicimus ambulans vel iacens, quod Hebraice significat etiam ambulat licet. si hoc verbum ergo significaret naturaliter tempus præsens, tũ quemadmodum nõ decet dicere, ens, ambulabit; seu reperitur, vel ambulauit, per tempora diuersa, s. præteritum & futurum: ita non deceb dicere, fuit ambulans, aut erit ambulans. In lingua tamen nostra est in frequenti vsu, propterea quia hæc dictio ambulans est nomen: non propterea ꝙ ambulans, quod Hebraice significat etiam ambulat, significet tempus præsens. nam hac ratione hoc non decet. & Alfarabius etiam dicit hoc non esse verbum. Possumus tamen dicere, ꝙ apud Græcos datur dictio significans rem, & tempus præsens: quoniam in lingua Latina reperitur dictio significans naturaliter rem, & tempus, præsens: licet in aliis linguis nobis cognitis non reperiatur hoc. Verbũ autem substantiuum quandoqꝫ est enunciatio, id est verbum in ipsa verificatione vnius quidditatis: vt cum dicimus homo est, & quandoqꝫ est copula, hoc est cum animat solicet aliquid de aliquo, vel negat aliquid ab aliquo: vt cum dicimus Socrates est ambulans, vel Socrates non est ambulans. Sed qñando est copula, nihil significat de se: vt cũ dicimus, Socrates est iustus. nam cum dicimus Socrates est iustus, non itelligimus Socratẽ esse, sed ꝙ iustitia inest Socrati, & ideo cum dicimus, est, nõ intelligitur aliquid in se sufficiens sibi: quoniam non potest intelligi compositio sine intelligentia rerum compositarum. Sed cum ex ipsa enunciatione intelligatur aliquid per se existens, & sibi sufficiens, cum nihil aliud quæratur per ipsum, ꝙ ꝙ res reperiatur: licet nõ cognoscamus illam rem, nihilominus iam intelligimus ex ipsa rem aliquam, s. ipsum esse, & tempus illius rei: vt cum intelligimus per verbum ambulabit ipsam ambulationem, & tempus ambulationis. At cum illud esse seu est, sit veluti copula aliqua, vt cum dicimus est sciens, tunc non intelligitur esse simpliciter, & absolutum, sed esse coniunctum & copulatum, hoc ipsum esse scientem, & hoc est manifestum. Hæc autem verba & eis similia, quandoqꝫ sunt verbum, quandoque copulæ. Cũqꝫ ergo sunt verbũ, tunc verificatur de eis id, quod in definitione verbi dictum est, sed cum fuerint copulæ, non verificabitur id de ipsis. Et hæ copulæ & coniunctiones dicte runt ab aliis coniunctionibus, vt sunt, in, ab, ad, de, super, & his similia: cum significent prædicationem prędicati de subiecto, & tempus illius prædicationis, istæ autem aliæ coniunctiones non efficiunt illud. & ideo hæ copulæ vocantur proprie verba substantiua.

De Oratione: Enunciatione, una ac pluri: Affirmatione & Negatione, ac Contradictione. Cap. IIII.

ORatio autẽ est vox significatiua, cuius partium aliqua significatiua est separata, vt dictio, sed nõ vt affirmatio * vel negatio. vt homo aliquid significat, sed non quod est aut non est: sed erit affirmatio vel negatio, si quid additũ fuerit. Sed non hominis syllaba vna. neque enim in eo, quod est sorex, rex significat, sed vox nunc est solũ. In duplicibus vero significat quidem aliquid, sed non ꝑm se, quemadmodum dictum est *. Est autem oratio omnis quidem significatiua, non autem sicut instrumẽtum: sed quemadmodum dictum est, ꝑm placitum. Enunciatiua vero non omnis: sed in qua verum vel falsum est. nõ autem in omnibus inest, vt deprecatio oratio quidem est, sed neqꝫ vera, neque falsa. Cæteræ igitur relinquantur. Rhetoricæ enim, vel Poeticæ conuenientior est consyderatio: enuntiatiua vero præsentis est speculationis. Est autem vna prima oratio enuntiatiua affirmatio, deinde negatio: aliæ vero omnes coniunctione vna. Necesse est autem omnem enuntiatiuam orationem, ex verbo esse, vel ex casu verbi. etenim hominis ratio, nisi addatur, aut est, aut fuit, aut erit, aut aliquid huiusmodi, nondum oratio enuntiatiua

* Mul. co. non habent uel negatio.

* a.1 addit in superioribꝰ.

tiua est: quoniam vnum quiddam est, & non multa animal gressibile bipes. non enim eò ꝙ propinquæ partes dicuntur, vna erit. est autẽ alterius hoc tractare negotij. Est autẽ vna oratio enuntiatiua, quæ vnum significat, vel coniunctione vna: plures autem, quæ plura, & non vnum, vel ineoniunctæ. Nomen igitur, vel verbum dictio sit solum: quoniam nõ est dicere sic aliquid significantem, voce, vt enuntiare, vel aliquo interrogante vel nõ, sed ipso sponte proferente. Harum autem hæc quidem simplex est enuntiatio, vt aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo: hæc autẽ ex his composita, velut oratio quædam iam composita. Est autem simplex enuntiatio, vox significatiua de eo quod est aliquid, vel nõ est, quemadmodum tempora diuisa sunt. Affirmatio vero est enuntiatio alicuius de aliquo. Negatio vero enuntiatio alicuius ab aliquo.

Vide. 7. & 8. Meta.

Quoniam autem enũtiare est, & quod est, non esse: & quod nõ est, esse: & quod est, esse: & quod non est, non esse: & circa ea quæ extra præsens, tẽpora sunt, similiter: omne vtiqꝫ contingit quod quis affirmauerit, negare, & quod quis negauerit, affirmare. Quare manifestum est, ꝙ omni affirmationi opposita est negatio, & omni negationi affirmatio. Et sit hoc contradictio, affirmatio & negatio oppositæ. Dico autem opponi eiusdem de eodem, non autem æquiuoce, & quæcunqꝫ cætera talium contra sophisticas determinauimus importunitates.

Sermo de Oratione.

AVER. Ingt Iacob interpres in lingua tum Arabica cũ Hebraica, articulus, q ꝑponit nomini, q̃d ẽ subiectum, habet vim ꝑbi substantiui ẽ: ita vtidẽ sit dicere ipse hõ ẽ alal. & dicere hõ ẽ alal.

ORatio est interpretatio significans aliquid, & quælibet eius partium primarum, hoc est simplicium, significat quidẽ seorsum per modum intelligentiæ & conceptionis, nõ per modum affirmationis & negationis. vt cùm dicimus, homo, animal. nam interpretatio huius dictionis homo, quę est vna pars eius, aliquid significat per modum conceptionis, non ea ratione, qua hoc sit vel non sit. similiter & interpretatio huius dictionis animal, quæ est secunda pars huius orationis. Id autem quod appositum in ipsa definitione orationis, dum dicit, ꝙ vna eius partium primarum seorsum sumpta aliquid significat, est differentia qua distinguitur oratio à nomine. nam pars nominis simplicis, quæ est ipsa syllaba, nihil significat penitus. Nominis quoqꝫ cõpositi pars nihil significat, nisi per accidens: vt si contingat vt nomen alicuius sit seruus regis, qui sit re vera seruus regis. Oratio autem significat ad placitum, non naturaliter, neqꝫ eo modo, quo cuilibet rei compositæ datur interpretatio composita significans eam. quę significatio in nulla alia interpretatione reperitur: quemadmodum non reperit actio alicuius instrumenti sine ipso instrumento. multi enim putant ipsas interpretationes ita significare. Alij vero putant ipsas interpretationes naturaliter significare, sine aliqua nostra electione penitus: tam electione compositionis per institutionem, qꝫ electione compositionis naturalis: utputant qui asserunt dari compositiones interpretationum, quæ significant unamquãqꝫ rem ꝑm naturam. Oratio præterea alia perfecta, alia imperfecta, perfecta vero alia indicatiua, alia nõ indicatiua: ut est imperatiua, deprecatiua, optatiuaqꝫ. Hic trs de indicatiua oratione sermo est. de reliquis autem orationibus perfectis in libro Rhetoricorum, & Poeticæ, ipse tractabit: quemadmodũ de generibus orationum imperfectarum, quæ sunt ipsæ definitiones, & descriptiones in libro Posteriorum perscrutabitur. Oratio præterea enunciatiua est illa, quæ uera uel falsa denominatur: et est vel simplex, uel composita. Simplex autem ex uno subiecto atqꝫ uno prædicato constat, non ex pluribus subiectis uel prędicatis. et hæc est duplex. una est & prima, ipsa affirmatio: alia uero secunda & posterior ipsa negatio. Cõposita uero est, quæ ex duabus constat orationibus simplicibus. Simplex autem oratio erit utiqꝫ una, cùm subiectum eius significabit unam rem: similiter & prædicatum. dicitur tamẽ plures, cùm prædicatum plura significat, uel ipsum subiectum, uel utrunqꝫ. Composita uero dicitur una, ꝙ coniunctionem quę eam coniungit: erutqꝫ plures, cùm nullam habuerit coniunctionem quæ eam coniungat. Et ideo omnis oratio uel est una, uel plures. & si una, uel propterea quòd eius subiectum & prædicatum unam, significant rem, uel propter coniunctionem qua coniũgitur: & sunt quidem illæ orationes, quæ pluspuam unum subiectum, & unum prædicatum obtinẽt: ut fit ex coniunctione conditionalium, & prædicatuarum. Nam conditionales sunt una ex coniunctione, quæ est signum conditionis: ut cùm dicimus, si est supra terrã Sol, dies est. nam hæc duo simplicia, nempe, si Sol est supra terram, dies est, faciunt utique unam orationem. Prædicatuę uero orationes sunt quidem una per coniunctionem, quę est terminus medius: ut cùm dicimus homo est animal, & animal est corpus: ut post hoc dicetur. Dicitur autem oratio plures, uel quia eius prædicatum, uel subiectum, uel utrunqꝫ plura significant: vel quia non habent copulam, qua copulentur. Oratio præterea prædicatiua est illa, quæ constat ex nomine & verbo, vel ex aliquo, quod officio verbi fungitur pro coniunctione prædicati cum subiecto. nam oratio prædicatiua, cuius prædicatum est nomen, & subiectum etiam est nomen, non potest fieri sine verbo, vel aliquo alio, quod stet vice verbi, quod significet coniunctionem prędicati cum subiecto. & hoc siue actu & explicite, vt sit in alijs linguis præter Arabicam: aut in potentia occulta, vt frequentissime fit in lingua Arabica. nam cum in hoc tria reperiantur, nempe subiectũ & prædicatum, & relatio continges prædicatũ cum subiecto: ideo fuit necessarium hic ẽt cõnumerare tres dictiones: quarum vna significabit prædicatũ, alia vero subiectum, & alia relationem ipsius coniunctionis. Et illa dictio, quæ significabit coniunctionem prædicati cum subiecto, poterit quidem significare huiusmodi coniunctionem tempore præterito, aut futuro, aut præsenti: vt si dicatur Socrates est nunc doctus, aut Socrates fuit iã doctus, vel Socrates erit, s. adhuc doctus. poterit tamen significare coniunctionẽ non sub aliquo tempore contentam. & hæc est ipsa prædicatio necessaria: vt cùm quis dixerit, triangult anguli sunt æquales duobus rectis. sed in lingua Arabica non reperitur dictio, quæ significet hoc modo coniunctionis, quemadmodum reperitur in alijs linguis. sed dictio quæ in lingua Arabica videtur esse conformior illi, est hęc dictio ipsum, vt cũ dicimus Socrates ipse alal. aut dictio, reperitur, vt cùm dicimus Socrates reperitur animal.

Quo pacto ꝓpõges & conditionales, & prædicatiuæ hanc vnã.

Nomen præterea & verbum, nec verum neqꝫ falsum signãt: oratio ꝙo verũ vel falsum signat. Vocat aũt oratio verũ vel falsum signans, ꝓdicatiua, atqꝫ ꝓpositio, et ipsa, ꝓpõ, alia est affirmatio, alia vo negatio.

affirmatio

affirmatio vero videtur esse appositio alicuius rei super aliquā rē: at negatio est ablatio rei à re. & id quod ex hoc constituitur, dicitur oratio composita. Describitur iterū oratio simplex sic, Oratio simplex est enunciatio, significans rem esse vel nō esse, vel præsenti tempore, vel etiā futuro, aut præterito, aut absolute. Affirmatio autem est enunciatio, affirmans aliquid de aliquo. Negatio vero est enunciatio, auferens aliquid ab aliquo. Et cùm possit fieri enunciatio per orationem, quatenus est in anima, de re, quę est extra animā, quod non sit: & de re quæ nō est ꝙ sit: & de re quæ est, ꝙ sit: & de re quæ non est, ꝙ non sit: & hoc siue enunciatione simpliciter, siue aliquo trium temporum, quæ sunt præsens, præteritum, & futurum: poterit ergo contingere, ut quodcunq; quispiam affirmauerit, alter neget: et quodcunq; negauerit, alter affirmet. Sequitur ergo, vt omni affirmationi detur negatio opposita, & omni negationi affirmatio. Hoc autem intelligitur ea ratione, qua affirmatio & negatio sunt in anima, & nō quatenus sunt extra animam. nam res extra animam affirmatæ, nullam habent negationem oppositam: neq; res negatæ, affirmationem oppositam. consyderatoreni de affirmatione & negatione est, prout sunt in anima. Negatio vero & affirmatio sunt vere opposita, cū id, quod de eis prędicatur, fuerit idem of ex parte, idem tidem & ipsum subiectum. Sed si non fuerit idem, vel propter æquiuocationē aliquam, vel aliqua alia huiusmodi, de quibus in libro Sophisticæ rationum admonebimus, tunc affirmatio & negatio nō erūt oppositæ.

Sermo de Oratione.

I EVI. Dixit, Oratio est interpretatio significans aliquid, &c. Inquit Leui, Intelligit per id quod dicit, est interpretatio significans aliquid, ſ. significatione conceptua simplicis, quæ formatio dicitur, seu prima apprehensio, & in hoc communicat quælibet oratio: videlicet ꝙ quælibet oratio habet significationem primæ intentionis, seu rei simplicis & incomplexæ, vt aiunt, quam Arabes formationē vocant: licet habeat quoque significationē complexorum: seu secundæ intentionis, vt discuntiquam Arabes verificationem vocant, vt post hoc declarabit. patet ergo ꝙ quicquid habet significationem verificatiuam & complexorum, habet etiam formatiuam & incomplexorum, & non econtra. Sed cum intelligat per hanc significationem, illam formalem, seu incomplexorū, & nomen & verbum etiam eodem modo significent, ideo oportuit distinguere in hac definitione ipsam orationem à nomine & verbo. & ideo dixit in hac definitione, & quælibet eius partium primarum significat seorsum: quia quælibet partium simplicium significat seorsum, per modum conceptionis & primæ formationis: hoc est ꝙ quælibet eius partiū primarum, quæ sunt nomen & verbum, vt post hoc declarabitur, autipsum nomen, & id quod habet vim verbi, significat partem rei, quam significauit ipsum totum complexum, per modum conceptionis primæ, & formationis, & non partem rei, quam significauit ipsum totum complexum per modum verificationis, seu complexorum cognitionis: quia hoc est impossibile. Et propter hoc etiam debemus intelligere ꝙ, cum ipse dicit, significans aliqd, non intelligit significationem verificatoriam, seu complexorum, quia, si sic intelligeret, tunc non ingrederetur hanc definitionem nisi oratio enunciatiua, & sic non fuisset opus dare aliam differentiam, vt distingueretur a nomine & verbo: quia iam prædixerat ipsa non significare significatione cōplexorum, & verificatoria, neq; esset etiam verū, ꝙ significaret quælibet partium partem rei, quam significat ipsum totum complexum, si intelligeret hic per illam significationem, significationem verificatoriam, & complexorum. & hoc est de se notum. Per id vero quod dicit, ꝙ quodlibet simplicium significat seorsum, exponit id quod dixerat, ſ. ꝙ vnaquæq; partium primarum eius significat seorsum, & exponit quòd per significationem hic dictam intelligit significationem formatiuam, & incomplexorum. D.d. Oratio autem significat ad placitū, non naturaliter. Inquit Leui. Hoc posuit hic, tanq; notum & famosum, ꝙ linguæ sunt ad placitum inuentæ: & ideo sunt diuersæ. Et voluit per hoc, vt puto refellere duas opiniones famosas. Prima est, quæ assert ꝙ quælibet res composita instituta per vnā enunciationem compositam naturaliter, eāq; significantem: quæ significatio non datur per aliam enunciationem, quemadmodum non reperitur actio instrumenti sine ipso instrumento, vt delicet naturali. nam non reperit actio concoctionis alicuius animalis sine eius ventriculo: aliàs enim frustra daretur illud instrumentum. Hæc tamen opinio est manifeste falsa: qm̄ nos videmus in vna & eadem lingua varias enunciationes, significantes vnicam rem. Secunda opinio, vt reor, est quæ putat posse reperiri varias enunciationes significantes vnicam rem, quę attamen significat naturaliter: & si nullam obtineamus electionem penitus de ipsis: siue illa sit electio compositionis arbitraria ac positiua: siue sit electio compositionis naturalis. Huius autem rei hæc est sententia, vt opinor, quod non est in arbitrio nostro eligere quācunq; enunciationem significantem hanc vel illam rem ad placitum, neque ad quamuis enunciationem significantem eam secundum naturam: sed oportet omnino, vt cum volumus significare aliqd, entum, vt significemus illud aliqua enunciatione terminata, ex illis scilicet enunciationibus quæ illud significant, sed non est nostrum eligere huiusmodi enunciationem, sed est terminata secundum naturam, iuxta aliquod clima, vel ob aliquas alias rationes. At ꝙ variæ enunciationes significent vnā rem, iuxta illorum sententiam, est veluti conficere atramentum ex variis rebus, quod potest vtiq; fieri ab aliquibus rebus, potest tamen adhuc confici ex aliquibus alijs rebus: sed non ex quauis re cōgerit, sed ex rebus terminatis. Sed hæc quoq; opinio est apparenter falsa. Possumus tamen exponere, ꝙ cum dicit ꝙ sunt aliqui, qui putant ipsas enunciationes ita significare, ꝙ velit dicere ꝙ dantur aliqui homines qui conueniunt nobiscū in hoc, ꝙ enunciationes significent ad placitum, non secūdum naturam: qui quidem fuerunt coacti dicere ꝙ non significant secundum naturam, quia sunt aliqui alij homines, qui putant enunciationes significare secundum naturam, absq; aliqua nostra electione, & arbitrio penitus: hoc est quòd hmōi significatio non inuenitur per aliam enunciationem: quemadmodum non reperitur actio organi naturalis sine ipso organo. & ideo non est in arbitrio nostro accipere quācunq; compositionem voluerimus ad significandum aliquod compositum ex compositionibus impositis ipsis enunciationibus significantibus huiusmodi significationem: quia putant ipsi non dari cōpositionem factam per impositionem, siue ex arbitrio ipsius enunciationis, neq; etiam quācunq; cōpositionem tapiamus, ex compositionibus naturalibus ipsarum enunciationum significantium hoc significatum: quia non datur nisi vna enunciatio significās hoc significatum. Quòd autem hęc opinio sit manifeste falsa, patet ex pluralitate linguarum, quę reperiunt.

D.d, Oratio præterea alia perfecta, &c. Inquit Leui. Per orationem imperfectam intelligit eam, quæ habet vim dictionis simplicis: vt sunt definitiones, & descriptiones, quæ ingredimur definitionem precedētem ipsius orationis. vocauit autem eas orationem imperfectam, quia non habent prædicatum, & subiectum: sed earum significatio est velut significatio dictionis simplicis. De his autem non tractabit hic, iste enim liber tractat de his enunciationibus indicatiuis, quæ sunt communes quinque artibus ipsis. De definitione vero in arte Demonstrādi agitur. De descriptione tamen in arte Dialectica, seu Topica tractatur. Perfecta aūt oratio, alia est nō indicatiua, vt est imperatiua, & optatiua, vocat autem eas orationes perfectas, quia habent subiectum & prædicatum: vt si dicatur Socrati per modum imperandi, ædifica domum. hæc autem oratio videtur habere similitudinem cum partibus orationis indicatiuæ: nisi ꝙ indicatiua indicat aliquid ita se habere, vel non ita se habere: sed quæ non est indicatiua, id non indicat.

De oratione ita ꝙ non indicatiua tractatio non attinet ad hūc librum: sed ad librum Rhetoricorum & Poeticæ, in quibus huiusmodi orationes sunt in vsu: vt ibidem declarabitur, at de oratione indicatiua, quæ quidem est cōmunis cuiuslis prædicamentis, cum omnes artes eis vtantur, in hoc libro tractat.

D. Oratio præterea enūciatiua est, &c. Inquit Leui. Vocauit Arist. priorē ipsam affirmationem multis rationibus. Prima est, quia ipsa affirmatio est prior notitia, hoc est quòd prius cognoscitur id, quod affirmat de aliqua re, & illius causa cognoscitur negatio rei ab alqua re. Secunda, quia prius affirmatur de pluribus rebus id, quod affirmat de vna re, donec fiat ad hoc notitia maior, & dignoscantur differentiæ. vt exempli causa, puer primo iudicat omnes mulieres, quas videt, esse matrē suā, donec validior reddatur discretio, atq; dignotio, & distinguat eam à reliquis, & ideo prius cognoscuntur ea, in quibus communicant aliquæ res, mox dignoscuntur differentiæ illarum rerum, & ex huiusmodi differentiis sunt ipsæ negationes: vt cum negamus volatum ab animali gressili, quia est qd prius

prium ipsi pennato, & volucri. Tertia, quia affirmationes, quę sunt de aliqua re, sunt vtiq; ordinatæ, sed quæ ab ea negantur sunt infinita, quod adhuc tuius exponetur in libro Posteriorū. Istis igitur de causis affirmatio est prior. nam perspicuum est, ꝙ oratio simplex, cuius subiectum est nomen æquiuocum, est oratio multiplex. vt exempli gratia, si dicatur omnis canis est corpus, nam idem valet vt si diceretur omnis canis latrabilis est corpus: & omnis piscis canis est corpus: & omnis stella canis est corpus, & ita quoque, si fuerit prædicatum nomē æquiuocum, aut & subiectum & prædicatum simul. D.d. Oratio præterea prædicatiua est illa, quæ constat ex nomine & verbo, vel ex aliquo, quod officio verbi fungit, &c. Inquit Leui. Hoc est notum, qm̄ nomē non cōiungitur cum nomine, nisi p copulam coniungētem eatsed bene cōiungitur nomen cū verbo, palā est, ꝙ ex multis dictionibus non fit oratio, nisi coniungantur inuicem per verbum vel per aliquid, quod habeat vim verbi, nam dicere, Socrates Plato, non est oratio, sed coniungātur alter alteri per verbum, vel per aliquid quod habet vim verbi, & tunc est oratio. copulatio autē fit cum verbo substantiuo est, cum quo verbo substantiuo extat vis nominis prædicati, & vis verbi, & inest ei proprietas verbi, & vere conueniet ei descriptio verbi superius data: videlicet, quòd significet rē, & tempus illius rei. Verūtamen quandoq; extat ibi verbū substantiuum in potentia, & occultum: vt cum dicimus Socrates sapiens: cuius sensus est, Socrates est sapiens. D.d. Nomen præterea & verbum, nec verum neq; falsum significent, &c. Inquit Leui. Prima descriptio orationis enunciatiuę est, ꝙ oratio indicatiua dicitur illa, quæ verum vel falsum significat. & post hoc declarabit, quo pacto res se habeat i huiusmodi oratiōe. & dicit, ꝙ datur aliqua oratio indicatiua, quæ nec verum neq; falsum indicat, dum proferatur: vt sunt orationes futuræ possibiles: vt cum dicimus, Socrates ibit cras ad plateam, sed nihil facit huiusmodi obiectio contra descriptionē hanc ipsius orationis indicatiuæ. quoniam huiusmodi oratio erit vera vel falsa omnino in futuro: licet non sit vera neq; falsa, dum profertur, sed oratio non indicatiua nullo tempore omnino erit vera vel falsa. Secunda vero descriptio ipsius orationis indicatiuæ, si debeat amplecti omnem orationem indicatiuā, oportet vt intelligamus per hoc quod dicit, quòd oratio simplex est enunciatio significans rem esse, vel non esse, contineat rem inesse rei, & rem existere simpliciter, nā quædam significant rem inesse rei, vel non inesse rei: vt cum dicimus Socrates est sapiēs, aut non est sapiens, quædam vero alię significant rem esse simpliciter, vel non esse: & sunt propositiones absolutæ: vt cum dicimus homo est, & vacuum non est. Palam autem est, ꝙ res quæ sunt in anima, quæ per orationem significantur, possunt vtiq; ita se habere extra animam, atq; respondere ipsi esse: & huiusmodi res sunt veræ, possunt tamen non correspondere, & sunt falsæ, & hoc palam est, & publicum, nempe verum & falsum depędere ex rebus, & si aliqui Antiquorum dixerint, oia esse falsa, aliqui vero alij omnia esse vera, attamen professor huius artis non habet tractare de illorum opinionibus, quia ipse ponit tantum res publicas & famosas: sed illorum opiniones non habent ortum à rebus publicis. In libro autem Metaphysicæ tractabitur de eorum opinionibus. Si igitur dantur aliqua vera, aliqua falsa, sequitur ergo, vt quicquid affirmatur ab aliquo, possit negari ab alio, & econtra. & hoc quatenus est in anima, non enim potest extra animam affirmatum & negatum simul esse: sed extra animam vel est affirmatum, vel negatum, & hoc iam supponitur à professore huius artis, prout ex publico & famoso habetur: videlicet, ꝙ affirmatio & negatio diuidunt verum & falsum. Et inductione probabitur ex generibus verificationis, quoniam verificatio, quæ ht de vna quiditate, est, vtrum existat, vel non existat, palam autem est ꝙ si est existens, non est non existens: & si est non existens, ergo nō est: & si non est, ergo est non existens, nam non datur medium inter esse & priuationem. Hacmet quoq; ratione potest dici de verificatione facta de duabus quiditatibus, quoniam vel vna quiditas inest alteri, vel non. & propter hoc est manifestum, ꝙ affirmatio & negatio, si vna est vera, altera est falsa: & econtra. Et licet Antiqui contradicant huic sententiæ, tamen professor huius artis iam supponit hoc rōne famositatis & publicę apparentiæ: quia nos videmus in disputationibus contradicere alterum alteri, ita vt dicat vnus alteri non esse verum id, quod ipse dicit esse verum. si igitur negatio & affirmatio essent idē, tunc alter non contradiceret alteri. hoc autem satis est in hac arte. Manifestum autem est, ꝙ negatio & affirmatio non opponuntur, nisi fuerit in eis prædicatum idem, atq; subiectum, nā hęc, homo non est hinnibilis, non opponitur huic, equus est hinnibilis: quia subiectum non est idem, neq; hæc, homo nō volat, non opponitur huic, homo est rationalis: quia prędicatum nō est idem. Eadem quoq; ratione, si fuerit vnum eorum nomen æquiuocum aut vtrunq;, & capiatur in vna illarum propositionum pro vno significato, & in alia pro alio significato: qa nunc significatum ipsius subiecti & prædicati in ambabus propositionibus non erit idem. Identidem si verba copulantia nō significent vnam & eādem rem: vt cum dicitur Socrates erat dives, & Socrates nō est nunc dives, nam verbū copulans in vna propositione significat tempus præteritum, in alia vero tempus præsens. & sic de reliquis verbis copulantibus: sicut contingit quoq; in propositionibus modalibus, vt exempli grana de modalibus hæc, Socrates possibile est vt scribat, non opponitur huic, Socrates non est necessarium vt scribat, qua modus non est idem in vtraq; propositione: ita quoque hęc, Socrates est cum domo, non opponitur huic Socrates non est cum domo: quia propositio, cum, non est eadem in ambabus propositionibus. Simili modo etiam si capiatur subiectū vel prędicatum absolute & simpliciter in vna propositione, in alia vero copulatum & coniunctum. nam hæc, Socrates est albus piłis, non opponitur huic, Socrates non est albus, nam in vna illarum capitur albus copulate, & in alia absolute. In libro tamē Sophismatum fiet mentio de aliquibus istorum. nam Sophistarum propositum est inducere homines, vt credant extare contradictionem in propositionibus: in quibus nulla existit contradictio. Aristoteles autē tradit ibi regulas & methodos, quibus huiusmodi deceptiones tollantur omnino.

Diuidiur Enunciatio iuxta quantitates notas. Enunciationum oppositiones assignantur: circaq; ipsarum ueritatem ac falsitatem regulæ traduntur: ac quæ sit una affirmatio & negatio determinatur. Cap. V.

SECTIO SECVNDA. Text Græcus.

QVoniam autem sunt hę quidem rerum vniuersales, illæ vero singulares: (Dico autem vniuersale, quod i pluribus prędicari natum est: Singulare vero quod nō: vt homo quidem vniuersalium est, Callias vero eorum quæ sunt singularia): necesse est quoq; enūtiare quòd inest aliquid aut non, aliquādo quidem alicui eorū quæ vniuersalia sunt, aliqn autem eorū quæ singularia * sunt. Si ergo in vniuersali vniuersaliter enūtiet quis * quòd est aut non est, contrariæ enuntiationes erunt. Dico autem in vniuersali enuntiare vniuersaliter: vt omnis homo albꝰ est, nullus homo albus est.

* a.l. funt: siquidem in vniuersali

* a.l. q; est aliqd, aut ñ, erunt hę contrariæ enuntiationes.

Quando autem in vniuersalibus, non vniuersaliter autem, * non sunt contrariæ: quæ autem significantur, est esse aliquando contraria. Dico autem nō vniuersaliter enuntiare in ijs quæ vniuersalia sunt, vt est albus homo, nō est albus homo. cùm enim vniuersale sit homo, non vniuersaliter vtitur enuntiatione. omnis nanq; non vniuersale significat, sed quòd vniuersaliter. In eo vero quod prędicatur vniuersale, id quod est vniuersaliter prędicare, non est verum. nulla enim affirmatio vera erit, in qua cùm vniuersale sit prædicatum, vniuersaliter prædicatur: vt est omnis homo, omne animal. Opponi autem affirmationem negationi dico cōtradictorie, quæ vniuersaliter significat eidem, quòd non vniuersaliter. vt omnis homo albus est, non omnis homo albus est: nullus homo albus est, aliquis homo albus est. Contrarie vero vniuersalem

* a.l. hę quidem nō sunt contrariæ:

salem affirmationem & vniuersalem negationem. * vt omnis homo iustus est, nullus homo iustus est,

* a.l. vt ois hō alb⁹ est, nullus hō albus est,

Oppositarum propositionum descriptio,



De regulis oppositarū propōnum.

Quocirca has quidem impossibile est simul esse veras: his vero oppositas contingit aliquando in eodem simul esse veras: vt non omnis homo albus est, & aliquis homo albus est. Quæcunq; igitur contradictiones vniuersalium sunt vniuersaliter, necesse est alteram esse veram vel falsam: & quæcunq; in singularibus sunt: vt est Socrates albus, non est Socrates albus. Quæcunq; autem in vniuersalibus quidem, non vniuersaliter autem, non semper hæc quidem vera est, illa uero falsa est. simul.n. uerū est dicere ꝙ est hō albus, & ꝙ non est homo albus. & est hō pulcher, & nō est hō pulcher. si ensim turpis est, non est pulcher. & si sit aliquid, non est. Videbitur autem subito inconueniens esse: iccirco quoniā uidetur significare idem, hoc, non est homo albus, & hoc, nullus homo est albus. hoc autem neq; idem significat, neq; simul necessario, Manifestum est autem ꝙ una negatio unius affirmationis erit. hoc enim idem oportet negare negationem, quod affirmatio affirmauit, & ab eodē uel ab aliquo singularium, uel ab aliquo uniuersalium: ut uniuersaliter, uel ut non uniuersaliter. dico autem ut est Socrates albus, non est Socrates albus. Si autem * aliud aliquid ab eodē, uel ab alio idem, non est opposita, sed erit ab ea diuersa. Huic uero quæ est, omnis hō albus est, illa quæ est, non omnis homo albus est. illi uero quæ est, aliquis homo albus est, illa quæ est, nullus homo albus est. illi autem quæ est, est homo albus, illa quæ est, non est homo albus.

*a.l. aliud vt ab alio idem non eodem.

Quòd igitur una affirmatio uni negationi opponitur contradictorie, & quæ sunt hę, dictum est. & quòd contrariæ aliæ, & quæ sunt illæ, dictum est. & ꝙ non omnis uera uel falsa contradictio, & quare, & quando vera uel falsa. Vna autem affirmatio & negatio est, quæ unum de uno significat, uel cùm sit uniuersale uniuersaliter, uel non similiter. ut omnis homo albus est, non omnis homo albus est: est homo albus, non est homo albus: nullus homo albus est, aliquis homo albus est: si album unum significat, Si uero duobus unum nomen positum est, ex quibus non est unum, non est una affirmatio, neq; una negatio: ut si quis ponat hoc nomen tunica, hoi & equo: ꝙ tunica alba est, hæc non est una affirmatio, nec una negatio. Nihil enim differt hoc, q̄ dicere quòd est homo * equus albus. hoc autē nihil differt quàm dicere est homo albus, & est equus albus. Si ergo hæ multa significant, & sunt plures, manifestum est quòd & prima, vel multa, vel nihil significat. neque enim est aliquis homo equus. Quare nec in his necesse est hanc contradictionem veram, illam vero falsam esse.

De affirmatione & negatione vna.

*a.l. addidit

De Enunciationum oppositionibus, ac ipsarum circa ueritatem & falsitatem regulis,

Differentia Secunda.

AVER.

Rerum aūt duo sunt genera: aliæ enim sunt uniuersales, aliæ vero singulares, t. ipsa individua: Intelligo autem per vniuersale, id quod natum est prædicari de pluribus: vt animal, quod de homine & equo, & reliquis animalibus prædicatur. Singulare vero est, quod nō est natū prædicare de pluribus vnoi vt Socrates & Plato. Cùm ergo enunciamus aliquid inesse alicui aut non inesse, necesse vtiq; erit huiusmodi enunciationem esse alicuius rei vniuersalis, uel singularis. & si rerum fuerit uniuersalium, necesse est ut sumatur cum aliquo signo indicante quantitatem, (quod Arabes murū uocant) uel sine tali signo. Intelligo autem per signum huiusmodi, dictionem uniuersalem & particularem: ut omne, et aliquod. & si cū nota sumatur quantitatis, tunc necesse erit ut sumat cum nota quantitatis uniuersali uel singulari. Oppositiones autem ſm affirmationem & negationem, quarum subiectum est aliquod singulare, dicuntur singulares: ut cùm dicimus Socrates est missus, Socrates non est missus. Oppositiones uero, quarū subiectum est quid vniuersale sumptū sine nota quantitatis, uocantur indefinitæ: ut cùm dicimus, homo est albus, homo nō est albus. Sed oppositiones, quarum subiectum est quid uniuersale, sumptum cum nota quantitatis tripliciter fiūt. nam uel sumitur quodlibet eorum cum nota uniuersali: aut unum eorum cū nota uniuersali, & alterum cum nota particulari: uel utrūq; cum nota singulari sumitur. Si ergo utrunq; eorum nota uniuersali constet, contrariæ enunciationes uocantur: ut cū dicimus, omnis homo est albus, nullus homo est albus. Si uero unū eorum constet uniuersali nota, & alterum particulari, uocantur contradictoriæ. & hoc bifariam fit: videlicet vel vniuersalis propositio constabit per affirmationē, particularis vero per negationem: vt cùm dicitur omnis homo est albus, non omnis homo est albus, vel aliquis homo non est albus: cùm negatiua particularis his duobus modis enunciat: vel erit huius cōtrarium, vt scilicet addatur nota vniuersalis ipsi negationi, & particularis affirmationi: vt si dicatur aliquis homo est albus, nullus homo est albus. Quòd si quælibet earū nota particulari constet subcontrariæ vocabuntur: vt si dicatur aliquis homo est albus, aliquis homo nō est albus. sunt ergo gña oppositionum ſm affirmationem & negationem sex, nempe singulares, indefinitæ, contradictoriæ quæ duæ sunt, contrariæq;, atque subcontrariæ. Ea vero ratione, qua coniungitur nota quantitatiua ipsi prædicato, nulla vtiq; datur diuisio ipsarum enunciationum, quoniam, cùm annectit nota quantitatiua ipsi prædicato, erit vtiq; enunciatio vel falsa, vel superabundans. falsa quidem, vt cùm dicitur omnis homo est omne animal: superflua vero, vt cùm dicitur, omnis homo est aliquod animal.

De regulis oppōnum in oppōnibus p̄ sentis ac fūturis.

Et posteaq; iam posita fuerunt genera enūciationū, nunc dicendum est, ꝙ singulares diuidunt semper verum & falsum: videlicet, ꝙ si vna est falsa, alia est vera: & ꝙ non possunt simul esse veræ vel falsæ, vt cùm dicitur Socrates abijt, Socrates non abijt. & hoc est manifestum inductione. Contradictoriæ quoq; in omni materia diuidunt verum & falsum. Contrariæ vero diuidunt verum & falsum in materia necessaria, & impossibili. sunt tamen simul falsæ in materia possibili, & non possunt esse simul veræ: sed si vna est vera, altera est falsa. Subcontrariæ autē diuidunt quoq; verum & falsum in materia necessaria, & impossibili. sunt tamen simul ueræ in materia possibili. at una illarū existente falsa, altera erit de necessitate uera. Exemplum contrariarum, quæ sunt simul falsæ in materia possibili: ut cùm dicitur omnis homo est albus, nullus homo est albus. exemplum subcontrariarum quæ in materia possibili sunt ueræ: ut si dicat aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus. Indefinitæ uero possunt esse simul ueræ in materia possibili: attamen possunt habere naturam enunciationis contrariarum. & huius rei causa est, quia articulus, Al, in lingua Arabica, & Ha, in Hebraica, i. ipse & alij, qui funguntur officio horum articulorum in alijs linguis, quandoq; significant id, quod significant notæ uniuersales, & quādoq; id quod significant notæ particulares. si igitur fungantur officio notarum uniuersalium, tunc habent uim cōtrariarum: si uero idem significent, quod & ipsæ particulares notæ, tunc habent uim subcontrariarum: quoniam poterit esse simul uerū dicere al, i. ipse homo est albus, et al, i. ipse homo non est albus: quando scilicet idem significet ille articulus al, vel ha, t. ipse, quod signāt nota particularis. possunt tamen esse simul falsæ, qñ idem significet ille articulus al, seu ha, in Hebræo, quod significat nota uniuersalis.

At genera oppositionum dictarum poterunt quidem ita se habere, ut descripsimus, s. ut aliquæ earum diuidant uerum & falsum semper: aliquæ uero sint simul ueræ: & aliquæ falsæ simul, dum capiatur pro una affirmatione una negatio, & uni quoque negationi respōdeat una affirmatio: seruatisq; cum hoc adhuc alijs conditionibus ad id requisitis, quæ adhuc dicentur, & non ꝙ detur uni affirmationi plusq̄ una negatio: ut ꝙ detur affirmationi uniuersali negatiua uniuersalis, & negatiua particularis: ut si opponatur huic propositioni, s. omnis homo est albus, nullus homo est albus, & non omnis homo est albus: uel contra negatiuam uniuersalem opponatur affirmatiua particularis, et affirmatiua uniuersalis: ut cùm dicitur nullus homo est albus, opponatur aliquis homo est albus, ois homo est albus. Et huius rei causa est, quia uni affirmationi una debetur negatio: & ipsa quoq; affirmatio est affirmatio unius negationis. & huius rei indicium est, quia negatio negat eandem rem, quam affirmauit affirmatio de eodemmet subiecto, quod affirmauit affirmatio: siue illud subiectum fuerit quid singulare, siue uniuersale, in quo fuerit apposita nota uniuersalis uel particularis. nam si prædicatum, quod affirmatur, non esset prædicatum, quod negatur: identidem et subiectum illius nō fuerit subiectū negatum: tunc illi affirmationi dabitur alia negatio, & illi negationi alia affirmatio.

De uicibus affirmationis, ac negationis.

Affirmatio præterea & negatio tūc dicitur eē vna, cùm idem significat dictio subiecti & prædicati in eis: siue subiectum sit quid particulare, vel vniuersale: siue apponatur ipsi vniuersali nota vniuersalis, uel non apponatur. vt si dicatur omnis homo est albus, non omnis homo est albus: & homo est albus, homo nō est albus: si ponamus hominem & album significare idem. Sed si dictio subiecti earum, vel prædicati non significent idem, tunc illa affirmatio non erit vna affirmatio, neq; negatio una negatio. vt exempli gratia, si quis imponat hoc nomen tunica ipsi homini, & equo, & dicat tunica est alba, tunica non est alba: tunc hęc affirmatio non erit vna, neq; negatio erit vna. quoniam, cùm dicimus tunica est alba, duas significat affirmationes. nam idem significat quod homo est albus, & equus est albus, quæ sunt duæ enunciationes, et non vna. idētidem dicere, tunica non est alba, duas significat negationes. nam significat idem, quod equus non est albus, & homo non est albus. cuius rei causa est ipsa dictio æquiuoca: nempe tunica, & ideo illa enunciatio, cuius prædicatum, vel subiectum, vel vtrunq; est nomen æquiuocum, nō est vna, sed plures: et tot numero, quot sunt significata, quæ per nomen a quinquocum significantur. Oppositiones ergo, quæ per huiusmodi enunciationes æquiuocas fiunt, s. contradictoriæ & singulares, nō est necessarium vt si vna sit vera, altera sit falsa. Sed post hoc adhuc dicemus, quando enunciationes, quarum subiectum vel prædicatum sunt plures res, dicani vna enunciatio, & quando non. Tria ergo sunt subijcienda in ipsis oppositionibus, si debeat reperiri in eis oppositio, vt narrauimus. Primum est vt sit earū subiectum & prædicatum vnum omni ex parte: non ꝙ capiatur in vna earum vno modo, & in alia alio modo. Secundum, vt earum affirmatio & negatio sit eadem. Tertium, vt ponatur oppositum vnius affirmationis vna negatio. iam patuit autem quando sint oppositæ, vere oppositæ, & quot sint genera oppositionum, & qualiter disponantur in oppositione.

De Enunciationum oppositionibus, ac ipsarum circa ueritatem ac falsitatem regulis.

Differentia Secunda.

LEVI.

Deinde d. Rerum autem duo sunt genera, vniuersales, &c. Inquit Leui. Licet non sit semper necessarium, vt cum nota quantitatiua reperitur in prædicato, quòd sit falsum vel superfluum: quoniam potest esse verum, & non esse superfluum: vt cum dicitur omnis homo est omne rationale: & sic de reliquis omnibus, quæ cōuertuntur in prædicatione: nihilo secius, propterea ꝙ potest contingere in aliquibus materis, vt sit falsum vel superfluum: ideo putauit Aristo. ꝙ non contingitur nota quantitatiua ipsi prædicato in aliqua lingua. Sed posset quis obiicere, & dicere, ꝙ si sic esset, ergo non deberet poni nota quantitatiua in ipso subiecto: quia contingeret etiam illud esse falsum, uel superfluum. superfluum quidem, vt cum dicitur aliquod animal est rationale, nam hoc idem sequitur si dicatur, animal est rationale: & sic illud aliquod, erit superfluum. falsum uero, vt cum dicitur, omne animal est rationale. Ergo illa causa, quam Aristo, reddit, cur nō sit in vsu ponere notam quantitatiuam in ipso prædicato, non est vera: quoniā ob eandemmet causam non deberet esse in vsu ponere notā quantitatis in ipso subiecto. Ad hoc autem dicendum est, ꝙ ideo non

non est in usu ponere nõtam quantitatiuam in predicato, quia sunt duo quæsita simul; videlicet, vtrum prædicatum affirmetur de subiecto, vel an sit denegatum ab omni alia re præter ꝺ̃ ab illo. nam, cum dicimus, omnis homo est omne rationale, iudicabitur ꝙ omnis homo est rationalis; & iudicabitur etiam ꝙ ipsum rationale est denegatum ab omni alia re, præterꝺ̃ ab ipso homine. Hæc autem sunt duo quæsita diuersa: & ideo in usum uenit ponere hoc in duabus propositiõibus, nõ in vna. & hoc est de se notum, quoniam quæsitum ipsum nihil aliud est, ꝙ vtrum hæc res insit huic rei, vel non insit ei: non utrum insit huic rei, & non insit alicui alteri simul.

De regulis oppõnũm in ꝓpõnib⁹ p̃sentis, ac p̃teriti ejꝰ.

D.d. Et posteaꝙ iam posita fuerunt genera enũciationum, Inquit Leui, Hoc vtiq; est manifestum in ipsis singularibus oppositis. quoniam, cum subiectum sit vnum numero, & affirmatio & negatio non coniungantur in eademmet re, neq; negantur simul à re, ideo oportet ut diuidant semper uerum à falso, quoniam hoc est publicum, & famosum de ipsa affirmatione & negatione: videlicet quòd non coniunguntur in eadem re simul, neque negantur ab ea simul. & hoc probatur ad huc per inductionem in duobus modis uerificationis, vt paulo ante dictum fuit, nam Socrates vel est, vel non est. similiter etiam Socrates sedet, vel Socrates non sedet. & hoc est satis notum de se, ratione famositatis, & diuulgationis, quæ satis est in hac arte. Similiter etiam & ipsæ contradictoriæ diuidunt verum à falso simul, & hoc inductiue quoꝙ probatur, quoniam ipsa vniuersalis vel est vera, vel falsa, & si falsa, vel falsa in toto, vel in parte. sed si fuerit vera, manifestum est ꝙ non est vera de toto subiecto, nisi propterea quia est uera de omni parte subiecti. nam non erit verum dicere, omne animal est sensitiuũ, nisi verificaretur de qualibet partium subiectuarum animalis, ſ. ꝙ sit sensitiua, & eadem est ratio de negatiua. Sed cum verificetur affirmatio prædicati de omnibus partibus subiectus ipsius vniuersalis, ideo sequitur ꝙ non potest esse verum dicere aliquod animal non est sensitiuum; quoniam de eademmet parte fuit affirmatum in propositione vniuersali ꝙ sit sensitiuum, sic igitur sequeretur ꝙ una & eadem pars animalis sit sensitiua, & non sensitiua simul; quod est falsum. & ideo dicere aliquod animal non est sensitiuum necessario erit falsum. Similiter quoque probabitur, quòd si uniuersalis fuerit negatiua & vera, quòd particularis affirmatiua erit falsa. & ex hoc probatur quòd si uniuersalis fuerit falsa de omni, quòd necesse est ut particularis sit uera; quia uniuersalis nõ est falsa de omni, nisi quia est falsa in omnibus partibus subiecti ipsa negatio. ergo necesse est, ut paulo ante fuit dictum, quòd affirmatio sit uera de ipsis: & sic erit uera enunciatio uniuersalis affirmatiua. & si sit uera uniuersalis affirmatiua, ergo necessario erit uera particularis affirmatiua: quæ quidem sub ipsa continetur, videlicet, si est verum dicere, omne animal est sensitiuum, necessario vtiq; erit verum, aliquod animal est sensitiuũ; & ideo oportet vt sit vera ipsa particularis. & si fuerit falsa ipsa vniuersalis in parte aliqua, ideo oportebit vt sit vera de illa met parte ipsa negatio, si fuerit affirmatiua: & ipsa affirmatio, si fuerit negatiua. & cum hoc sit verum de illa parte, erit vtiq; verum de aliqua parte etiam ipsius vniuersalis. & ideo oportet, vt particularis sit vera, si vniuersalis sit falsa; siue in toto, siue in parte. iam autem fuit probatum, quòd particularis est falsa, quando vniuersalis est vera. Ita quoꝙ oportet contradictorias diuidere verum à falso in omni materia. & hoc videtur esse verum in contradictoriis, licet subiectum vel prædicatum fuerit æquiuocum, si sumatur secundum vnum significatum in ambabus propositionibus: videlicet, ꝙ sumat in quaslibet illarum propositionum secundum quodlibet significatum, quod per eas significatur, aut secundum aliquod ipsorũ: & id quod in vna propositione significatur, significet omnia illa, quæ significantur in alia propositione. His autem sic se habentibus, videtur ꝙ ipsæ contradictoriæ diuidant verum à falso semper. nos tamen declarabimus paulo infernus, vbi declarantur conditiones datæ ab Aristo. quo pacto res se habeat in hoc. At si in vna illarum propositionũ non significentur omnia illa, quæ significantur in alia, tunc vel non erunt huiusmodi propositiones oppositæ omnino: & hoc vtiq; fiet, si sumatur in vna propositione secũdum vnum significatum, & in alia secundum aliud significatum: vel ꝙ sint oppositæ, sed non contradictoriæ. vt si dicatur, nullus canis latrat, & intelligamus per hoc omnia illa, quę nominantur canis, vt pisces canis, & sydus, & latrabilis, tunc eius contradictorium non erit dicere aliquis canis latrat, si intelligamus per hoc, tantum sydus illud vocatum canis, & pisces etiam qui canis vocatur: quoniam contradictorium oportet vt sit in aliqua parte ipsius vniuersalis, quęcunq; fuerit illa, & non in parte determinata, vt ex superius dictis patet. nam si propositio vniuersalis fuerit falsa in parte, oportebit ipsam particularem contradictoriam esse veram: quia ipsa est vera de ea parte, de qua vniuersalis est falsa. Sed si sumatur pars particularis & propria, tunc non oportet, vt sit vera illa particularis, quæ significat illam partem, quia potest fieri vt ipsa vniuersalis sit vera de illa parte, & falsa alia parte, præter illam, & est maxime notum. & ideo posuit Aristot. aliquas conditiones de ipsis propositionibus oppositis, in qbus reperiuntur illæ proprietates, quas numerauit in vnaquaq; oppositarum. D.d. Contrariæ quoꝙ diuidunt verum à falso in materia necessaria, & impossibili, hoc est necessaria toti subiecto, vel impossibili toti subiecto. sed si fuerit necessaria in vna parte, & impossibilis in alia parte, tunc sunt simul falsę, vt cum dicitur, omne animal est rationale: nullum animal est rationale. possumus tamen dicere, ꝙ Arist. vocat hoc possibile largo modo; vt dictur in libro Prædicabilium, ꝙ differentia inest generi in potentia. Sed vt nostra fert sententia, littera hic ita debet se haberi, ꝙ contrariæ diuidunt verũ à falso, in materia necessaria, vel impossibili toti subiecto: & sunt simul falsæ in materia, quæ non est necessaria vel impossibilis toti subiecto. & includitur in hoc ipsum possibile, & id quod est necessarium alicui parti subiecti, impossibile ęq; scilicet alicui alii parti. Vel possumus dicere, ꝙ Aristo. non est locutus hic nisi de enunciationibus contrariis, in quibus subiectum nõ est diuisum in varias species, & tũc dictum illius est verum. Cuius rei indicium est, ipsum exemplum datum ab eo de hoc, cum dicat, omnis homo est albus, nullus homo est albus. Identidem dicendum est de subcontrariis, ꝙ scilicet, si vna est vera, altera est falsa in materia necessaria, vel impossibili toti subiecto: & sunt simul veræ in materia quæ nõ est necessaria vel impossibilis toti subiecto: & sub hoc ingreditur id, quod est necessarium alicui parti subiecti, impossibile alicui alteri parti. & ideo huiusmodi modus dicendi de proprietatibus subcontrariarum dicitur in lingua nostra, nam in illo modo dicendi suo nõ dignoscitur ipsius eorum in ipso necessario alicui parti subiecti, & in impossibili alicui alteri parti. Posset quoꝙ dici, ꝙ Arist. non loquitur hic de subcontrariis, nisi cum subiectum nõ est diuisum in varias species, & huius rei indicium est exemplum datum ab ipso de hoc: videlicet, aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus. Et potest credi, ꝙ Aristo. subiciat post hoc hanc conditionem, ſ. ꝙ subiectum vel prædicatum non dicatur de pluribus rebus: nempe ne vnum eorum sit genus, neq; nomen æquiuocum. At re vera Aristo. non vult ꝙ non sit vnum eorum genus, vt post hoc declarabimus, & ideo rationabile est vt per nes cessarium, vel impossibile intelligatur hic id, quod est necessarium vel impossibile toti subiecto: & per possibile itelligatur id, quod non est necessarium vel impossibile toti subiecto.

D.d. At genera oppositionum dictarum poterunt quidem ita se habere, vt scripsimus, &c. Inquit Leui. Sensus est, vt vni affirmationi detur vis vnius negationis, ita vt non sumat nota quantitatiua communis vtriſq; illis rebus, nempe notæ vniuersali, atq; particulari, vt cum dicitur, omnis homo non est scribens, nam quandoq; significat id, quod significat dicere, non omnis homo scribit: quandoq; vero habet vim huius propositionis, ſ. nullus homo scribit: cum scilicet capitur illud non scribens pro infinito nomine, nõ pro negatione: ac si diceret, omnis homo est non scribens, vel est id quod nõ scribit simul, quod est ipsum prædicatum. & sic hæc erit propositio quæ affirmat prędicatum, quod est scilicet non scribens, de omnibus individuis hominis. De enunciationibus itaq; sic se habentibus non est necessarium vt æque respondeant illę proprietates prædictæ in ipsis oppositis, nam si hunc, omnis homo est albus, opponatur hæc, omnis homo non est albus, ita vt capiatur pro negatiua particulari, & negatiua vniuersali: tũc non erit necessarium, vt si concedamus has esse contrarias, ꝙ propterea sint ambæ falsæ in materia posibili, quoniam cum dicitur, omnis homo non est albus, potent intelligi de particulari negatiua, & erit vera, identidem ne ꝙ erit necessariũ, si ponamus has esse contradictorias, ꝙ pròpterea si vna est vera, altera sit falsa: quia, si dicatur omnis homo non est albus, potest intelligi de negatiua vniuersali, licet sint ambæ falsæ. ita quoꝙ res se habebit, si nota affirmatiõis esset æquiuoca, si hoc reperiatur in alqua lingua. Quemadmodum ergo debemus præcaueri ab æquiuocatione subiecti vel prædicati, ita oportet vt caueamus ab æquocatione, quę posit esse in nota quantitatis, & ideo dixit ꝙ habeat vim vnius negatiuæ; quoniam potest dari vna negatiua, quæ habeat vim duarum negatiuarum, identidem potest reperiri in vna affirmatione, & ita possemus quoꝙ dicere, licet sit satis remotum, ꝙ si capiantur pro vna affirmatione duæ negationes in actu, & vna sit particularis, & alia vniuersalis, non erit necessarium, vt hic sit verum id, quod dixum⁹ de oppositis, quia huic, omnis homo est albus, non

Ingt Iacob interpres. in lingua Hebraica idem valet hõ scribit, & hõ est scribens, & sic in negatiuis.

non contradicit, nullus homo est albus, & aliquis homo non est albus, ita vt sint simul veræ hæ duæ, sicut erat falsum dicere omnis homo est albus, & ita etiam huic, omnis homo est albus, non est contraria, nullus homo est albus, & omnis homo non est albus simul ita vt sint falsæ omnes istæ in materia posibili, fuit autem necessarium dare oppositum vnius affirmationis vnam negationem, & non plures: & oppositum vnius negationis vnam affirmationem, & non plures: quia vna negatio est quidem vna negatio unius affirmatiõis: & similiter vna affirmatio est vna affirmatio vnius negationis. Sed si ponerem⁹ pro opposito vnius affirmationis plusꝺ̃ vna negatio, siue in potentia, siue in actu, palam est ꝙ cum ipsa affirmatio oppositur cuilibet illarum negationum, erit vtiq; plusꝺ̃ vna, ratione oppositionum. nam opponetur vni negationi, & adhuc alteri, & ideo hæc affirmatio vel negatio, siue negationes habebunt vim duorum generum oppositarum, & huius rei ratio, ſ. ꝙ hæc vna affirmatio sint duæ ratione negationum, quibus opponitur, est, quia negatio negat ipsummet prædicatum ab ipsomet subiecto, quod affirmauit affirmãs. & hac ratione opponitur ei, & ideo oportet vt vni rei non opponatur nisi vna res, nam obiectio fit hac ratione, hoc est, ꝙ obijciẽs obijcit illi qui proponit ei negationem unam, & non duas negationes, quia tunc essent duæ obiectiones. Hoc itaq; est id, quod nobis uidetur in hoc loco iuxta literam. Verũtamen contra hanc conditionem ab Aristot. positam insurgit dubium non mediocre: nempe ꝙ, si Aristote. intelligeret per hanc conditionem id, quod intelligit Auerroes, tũc huiusmodi conditio esset posita tempore. nam, si adesset æquiuocatio in nota quantitatiua, ut dixmus nos, tunc obijciens intelligeret eam uelut ꝙ particularem, uel tanꝙ uniuersalem, sed non intelliget vllo pacto ꝙ sit simul ptialis & uniuersalis. sed nemo dubitat, ꝙ nõ est obijcientis consuetudo, ut obijciat ipsi affirmanti per duas negationes, videlicet ꝙ, si dixerit quispiam, omnis homo est albus, non obijciet ei obijciẽs, ut dicat simul, nullus homo est albus, non omnis homo est albus nisi forte retrahat se à prima negatione, & dicat secundam negationem. & ipsius oppositum erit secunda negatio, non prima, sed vtcunq; sit, tandem manifestum est, ꝙ hæ duæ negationes simul non sunt oppositæ propositioni ipsius affirmantis: quia non sunt una propositio, sed quælibet earum opponitur proprie ei, & i qualibet earum reperiuntur illæ proprietates, quæ enumeratæ sunt in illa oppositione. Si ergo hęc esset sententia huius conditionis, tũc nihil faceret hæc conditio in hoc negocio. Sed vt mea fert sententia, Aristo. voluit per hanc conditionem, vt non sumatur in vna enũciatione aliqua pars terminata ipsius subiecti, vel ipsius prædicati in altera enunciatione, quoniam, si ita fieret, tũc vni affirmationi non daretur vis vnius negationis: neque tunc etiam veræ essent illæ proprietates, dictæ in ipsis oppositis. vt gratia exempli, si dixerit quispiam, omne animal est rationale, & obijciat ei obijciens dicens, nullus homo est rationalis, ꝙ autem hęc negatio nõ sit vna illi affirmationi, nemo ambiget, quia illi affirmationi dabuntur plures negationes, vt si dicatur nullus equus est rationalis, nullus asinus est rationalis. & ideo non respõdet illi affirmationi vis vnius negationis, sed vis plurium negationum, sed vna negatio respõdens illi affirmationi erit hæc, nullũ animal est rationale, vel hæc, non omne animal est rationale. Constat autem quoꝙ, si ita res se haberet, tunc non verificarent se de eis illæ proprietates datæ in ipsis oppositis de necessitate, quoniam necesse est vt existimentur hæ duæ enunciationes esse contrariæ: quia in qualibet earum exstat nota quantitatiua vniuersalis, & de istis profecto non verificantur proprietates contrariarum: nec existimantur esse contradictoriæ, quia homo est aliquod animal. & ideo existimabitur, ꝙ cum dicimus, nullus homo est rationalis, habeat vim istius, ſ. aliquod animal non est rationale. & de his quoꝙ non verificabuntur omnino proprietates contradictoriarum: quia vtręq; sunt falsæ. Et si diceremus etiã vice huius, ſ. nullus homo est rationalis, hanc, non omnis homo est rationalis, tunc posset potius existimari, ꝙ sint contradictoriæ, quia est particularis: tamen non verificabuntur de eis proprietates contradictoriarum, & par vtiq; erit ratio de affirmatione: videlicet, si vni negationi detur vis plurium affirmationum: vt si capiatur pro oppositа huius, nullum animal est rationale, hæc, omnis equus est rationalis, vel aliquis equus est rationalis. sic enĩ non verificabuntur de eis illæ proprietates datæ ipsis oppositis. vt perspicuum est. Idemꝺ̃ contingit in ipso prædicato: vt gratia exempli, si quispiam dixerit, Socrates nõ sentit, & obijciens obijciat ei, & dicat, ꝙ sentit oculo, tunc hæc affirmatio non erit vna illi negationi, sed habet vim plurium affirmationum, ſ. videlicet dicendo, ꝙ sentit lingua, vel aure, vel naribus eius; & sic poterunt esse hæ ambæ falsæ, cum Socrates tuerit cæcus. Idemꝺ̃ contingit in enũciationibus vniuersalibus, vt exempli causa, si detur pro oppositа huius, nulla spongia marina sentit, hæc, aliqua spongia marina sentit sensu visus. hę autem duæ enunciationes reputabuntur esse contradictoriæ, cum tamen sint simul falsæ, & ideo fuit coactus Aristo. ponere hanc cõditionem, quia potest fieri obiectio hoc modo dicto. Dicit igitur Arist. ꝙ huius rei indicium, scilicet ꝙ oporteat vni negationi dari, ac respondere id, quod habeat vim vnius affirmationis, & vni affirmationi respondere vna negatio, indicium est, quia negans negat quidem eandemmet rem prædicatam, quam affirmauit ipse affirmans, ab ipsa met re subiecta, & hac ratione extat inter eos disceptatio, nam, si prædicatum affirmatum non esset prædicatum negatum, vel subiectum non esset subiectum, tunc illi affirmationi responderet alia negatio, præter hanc negationem; & huic negationi alia affirmatio, præter hanc affirmationem. Si igitur controuersia, & disceptatio fiet in vno subiecto, & in vno prædicato, ergo si capiatur in vna enũciatione aliqua pars ipsius subiecti, quod est in altera, vel aliqua pars prædicati, tunc non erit illi oppositа sed erit oppositа illi enunciationi, in qua capitur illa pars tantum. At existimatur ꝙ illa sit sua oppositа: quia cõgit vt constineatur in ea illa enunciatio quæ est oppositа ei, vt gra exempli, hæc, omne animal est rationale, existimabitur ꝙ sit oppositа huic, nullus homo est rationalis: quia contingit ꝙ connεatur in ea enunciatio, quæ est ei oppositа, quæ quidem est hæc, omnis homo est rationalis. & ideo sua oppositа erit hæc, omnis homo est rationalis, non hæc, omne animal est rationale: quia non est sua oppositа ratione reliquarum specierum animalium, quæ in ea continentur, præter hominem. nã obijciens non obiecit de illis vllo pacto in hac propositione: necessario enim habent aliam negationem, non hanc. hac ergo ratione fuit verificatum, ꝙ, si res non ita se haberet, tunc non essent vere oppositæ. Addidit insuper Aristot. hucaliam conditionem: nempe, vt ipsa affirmatio sit vna, & negatio quoque vna, hoc est, ne subiectum vel prædicatum sit æquiuocum: licet non dicatur in ambabus enunciationibus æquiuoce, sed vna harum enunciationum significet omnia illa, quæ in altera enũciatione significata sunt, nam si ita res se haberet, tũc enunciatio non esset vna, sed plures, & si enunciatio non fuerit vna, oppositio quoq; non erit vna, sed plures. & ideo si ita res se haberet, tunc illæ proprietates datæ de oppositis non verificarentur de ipsis, & hoc quidem declarabimus, postęq; declaraue rimus per modum prætationis aliquid de enunciationibus, quarum subiectum est nomen æquiuocum. Dicamus ergo ꝙ cum dicimus, exempli gratia, aliquis canis est latrans, significatur omnino ꝙ aliquid eorum omnium, quæ per hoc nomẽ canis significatur, in hac enũciatione est vtiq; latrabile: & ideo hoc erit, exempli causa, ac si diceremus, aliquis canis est latrabilis, & aliquod sydus cœleste est latrabile, & aliquis piscis est latrabilis; si velimus significare per canem, in hac enunciatione terrestrem, & cœlestem, & aquatilem, quoniam canis non est vna met res, dicta de omnibus rebus, quas ipse significat, & ideo nulla harum rerum est aliquis canis, sicut est homo alia quod alal. nam alal est eadem res i homine, & equo, & reliquis rebus, de quibus dicitur. Sed non ita se habet res in nomine æquiuoco, quia non datur aliquid, quod amplectetur has res diuersas, quod significet eas, ita vt sint vnum totum, seu vniuersale, & ideo illa particularitas refertur ad omnes illas res, quas significat hoc nomen in hac enunciatione. Et pari ratione debet intelligi hoc, si capiatur negatiua particularis in hus iusce modi enunciationibus per interpretationem, non omne, hoc est, non omnis canis cœlestis est latrabilis, & nõ omnis canis terrenus est latrabilis, si capiatur hæc dicto canis in hac enunciatione pro his duabus rebus. Possumus adhuc exponere hoc alio modo: nempe, qm̃ cum dicitur omnis canis est latrabilis, vel nullus canis est latrabilis, hæ propositiones sunt vtiq; plures, & sunt tot numero, quot sunt res significatæ in hac propositione per hoc nomen canis, nam canis nõ est vna res in se dicta vniuoce de illis rebus, quoniam dicitur de eis æquiuoce. & sic quoque oportebit esse in ipsa particulari. Nec potest aliquis obijcere, ꝙ pluralitas enunciationum hic sit velut enunciatio vniuersalis ratione vniuersalitatis, nam enũciatio potest esse vniuersalis, licet sit vna: quãdo scilicet illud nomen dicitur vniuoce: vt cum dicimus omne animal est sensituum, sic igitur erit illa enunciatio plures enunciationes, ratione nominis æquoci, & ideo erit quoꝙ ipsa particularis plures enunciationes, ratione nominis æquiuoci, quod in ea continetur. Videtur autem ꝙ ipsa vniuersalitas nihil efficit, quando enunciatio est plures: quia enunciatio æquiuoca est vtiq; plures. licet non habeat notam quantitatis: vt cum dicitur, canis est latrabilis, & velimus per hoc iubiectum itelligere canem latrabilem,

Idem,

bilem, fydusq; cœleste. His ergo sic positis, dicimus q, cum enunciationes sita se habuerint, tunc non oportebit vt repe riantur in eis proprietates datæ in ipsis oppositis, & hoc pátet ex isto exemplo, cum subiectum fuerit nomen æquiuocum, videlicet q ponat oppositum huius, nullus canis est latrabilis, hãc, aliquis canis est latrabilis: & intelligatur p hanc dictionẽ, canis, in vtraq; enunciatione, canem terrestrem, & canem cœlestem, tunc ambæ hæ erunt falsæ: licet sint contradictoriæ. & iam fuit prædictum, q ex proprietatibus contradictoriarum est, vt si vna sit vera, altera sit falsa in omni materia, hoc autem contingit hic, qa hic sunt plures oppositiones vna, & in qualis bet earum inuenies proprie proprietatem cõtradictoriarum. nam cuꝫ dicimus, nullus canis terrestris est latrabilis, & aliquis canis terrestris est latrabilis, hæ diuidunt quidem verum à falso, ita quoq; si dicatur, nullus canis cœlestis est latrabilis, & aliquis canis cœlestis est latrabilia, & non est necessarium propter hoc, vt sint simul veræ ambæ vniuersales: neq; ambæ particulares. & ita quoque declarandum est de ipsis contrariis, q non oporteat eas diuidere verũ à falso in materia necessaria & impossibili, quando subiectum significat æquiuoce multas res. vt exempli gratia, sint ipsæ oppositæ hæ, omnis canis est animatus, & nullus canis est animatus, & itelligamus per dictionem, canis, in vtraq; enunciatione canem terrestrem, & cœlestẽ, tunc prædicatum inest necessario toti subiecto, vel impossibile: hoc est, vel erit necessarium, vel impossibile cuilibet subiectorum, quæ significantur per nomen canis. hæ autem enunciationes non diuidunt verum à falso, ita vt vna sit vera & altera sit falsa: sed vnaquæq; illarum est respectu totius subiecti falsa: quia oppositiones sunt plures, attamẽ de vnaquaq; earum erit verum dicere proprie, q diuidunt verum à falso, sed nõ de omnibus simul, quia non est necessarium q si reperiantur plures oppositiones contrariæ, vt sint propter ea veræ omnes affirmatiuæ earum, aut negatiuæ: sed potest esse vera in aliquibus earum ipsa affirmatiua, & in aliquibus aliis ipsa negatiua. Et hoc met exemplo potest declarari res in ipsis subcontrariis: quæ quidem eodem modo se habentes ob æquiuocationem non diuidunt verum à falso. Hoc quoq; modo declarabitur res, quando prædicatum fuerit dictum in qualibet enunciationum de pluribus rebus æquiuoce, q scilicet tunc non uerificabuntur de ipsis proprietates datæ de ipsis oppositis. ut exempli gratia, in singularibus, si dicatur Socrates est perspicax, Socrates non est perspicax, & intelligamus per perspicacem, eum q est perspiciens in scientia iuris, & qui habet perspicacem usum: et sic non diuident uerum à falso hæ enunciationes omnino, qa Socrates potest esse perspicax in usione sua, & non in scientia iuris, uel ecõtra, & huius rei causa est, quia hic datur plusquam una oppositio: quoniam quælibet harum enunciationum est enunciationes plures. Exẽplum uero de contradictoriis, ut si dicatur, oẽ latrans est canis, non oẽ latrãs est canis, & intelligamus p canẽ sydus cœleste, & canẽ terrestrem, hæ quidem enunciationes erũt simul falsæ: qa quælibet harũ enunciationũ sunt duæ enunciationes, & secundum unum significatum, erit uera ipsa affirmatiua: sed iuxta secundum significatum erit uera ipsa negatiua: & ideo non erunt simul ueræ ambæ affirmatiuæ, neq; ambæ negatiuæ, & hoc met exemplo potest probari de contrariis, & subcontrariis, q scilicet non oportet si una sit uera, altera sit falsa, si ita se habuerint: licet prædicatum fuerit necessarium, vel impossibile toti subiecto, nam hæc, omne latrans est canis, nullum latrans est canis, ambæ hę sunt falsæ, si p canem intelligamus terrenum, & cœlestem, ita quoq; si dicatur aliquod latrans est canis, aliquod latrans nõ est canis. Oportet igitur, ut enunciatio in oppositis sit una non plures: & tunc habebũt illas proprietates traditas de ipsis oppositis. Scire præterea debes, q simile huius continget, quando in unaquaque enunciationum fuerint plura subiecta, uel plura prædicata: tunc cum dicitur, omnis homo & omnis equus sunt rationales: uel omnis homo est rationalis & uolatilis, nullus homo est rationalis neq; uolatilis, uerumtamen quandoq; accidit q subiectum uel prædicatum erunt plura actu, hoc est q in quoslibet eorum erunt plures dictiones, & enunciatio erit una, sed quibusnam conditionibus fiat hoc, uel non fiat, post hoc declarabitur: uidelicet quando erit ipsa enunciatio una, sic se habens, & quando erit plures. Tres itaque conditiones oportet supponere in ipsis oppositis, & tunc ipsa oppositio habebit illas proprietates, quæ unicuiq; oppositarum datę sunt. Prima est, q subiectum & prædicatum sit omnifariam unum in utraque enunciationum oppositarum: non q capiatur in una uno modo, & in alia alio modo: quia tunc non erunt oppositæ, & ex consequenti non habebunt illas proprietates datas ipsis oppositis. Secunda, ut affirmatio in eis atq; negatio sit una, & hoc unq; ita eueniet, si subiectum uel prædicatum, uel utrũq; eorum non dicatur æquiuoce de multis rebus, nam si ita res se haberet, & diceretur de unaquaque enunciationum oppositarum de pluribus rebus æquiuoce, erunt utiq; oppositę: sed non habebunt illas proprietates datas de ipsis oppositis: qa hic datur plusq; una oppositio, ut diximus, & ideo necesse est ut affirmatio sit una, non plures: & ipsa quoq; negatio necessarium est ut sit una, & non plures. Tertia conditio est, q oppositum illius enunciationis, quæ est una affirmatio, sit id quod habet uim unius negationis: & eodẽ modo de una negatione, asserendum est, illius oppositum esse id, quod habet uim unius affirmationis. nam, si ponatur oppositum unius affirmationis id, quod habet uim plurium negationum: & hoc utique fiet si sumatur in una enũciatione pars aliqua subiecti uel prædicati alterius enunciationis, vt declarauimus: tunc non erit ipsa una oppositio, vt narrauimus. & hoc idem est dicendum de ipsa negatione, si ponatur eius oppositũ id, quod habeat vim multarum affirmationum, & huius rei causa est, quia enunciatio una multiplex reddit aliam, quæ erat una, multas, nos autem iam diximus, necesse esse, affirmationem esse unam, & negationem unam. Hæc igitur sunt, quæ nobis visa sunt pro exapositione illarum trium conditionum. & est quidem clara sententia. & forte hoc met voluit Aristo, nam apud nos non reperitur textus Arist. in hac parte, & ego puto, q Arist. non tradidit in hac tertia conditione illam expositionem quam Auerroes dedit: sunt enim verba ipsius Auerrois, sed quicunque fuerit, oportet quidem vt tradantur hic istæ conditiones eo modo, quo exposuimus.

Quo pacto in futuris contingentibus contradictionis regula ueritatem habeat. Cap. VI.

IN ijs ergo quę sunt, & quæ facta sunt, necesse est affirmationem vel negationem veram esse vel falsam. Et in vniuersalibus quidem vt vniuersaliter, semper hãc quidem veram, illam vero falsam esse, & in ijs quæ singularia sunt, quẽadmodum dictum est. in vniuersalibus autem quæ non vniuersaliter dicta sunt, non necesse est. dictum est autem & de his. In singularibus vero & futuris, non similiter. Nam si omnis affirmatio & negatio vera vel falsa est: & omne necesse est esse vel non esse.* quare si hic dicat futurum esse aliquid: ille vero non futurum dicat hoc ipsum: manifestum est, quòd necesse est verum dicere alterum ipsorum: si omnis affirmatio vel negatio vera vel falsa est. vtræq; n. non erunt simul in talibus. Nam si verũ est dicere, quòd album vel non album, necesse est esse album vel non album. & si est album vel nõ album, verum erat affirmare vel negare. & si non est, falsum dicit: & si falsum dicit, non est. Quare necesse est semper affirmationem aut negationem veram esse vel falsam. Nihil igitur neq; est, neq; fit, nec à fortuna, nec vtrumlibet contingit, neq; erit, neq; non erit: sed ex necessitate omnia, & non vtrumlibet contingit. aut enim qui dicit verus est, aut qui negat. similiter enim vel fieret, vel non fieret. quod enim vtrumlibet cõtingit, nihil magis sic vel non sic se habet, vel habebit. Amplius autem, si est album nunc, verũ erat dicere prius, quòd erit album. quare semper fuit verum dicere quodlibet eorum quæ facta sunt, quòd est vel erit. si autem semper verum fuit dicere quòd est, vel erit, non potest hoc non esse, vel

non

* a.l. si enim hic quidem dicis

non futurum esse. quod autem non põt non fieri, impossibile est nõ fieri: & quod impossibile est nõ fieri, necesse est fieri: oia igitur quæ futura sunt, necesse est fieri. Nihil igit vtrumlibet contingit neq; à fortuna erit*. nam, si à fortuna, non ex necessitate. At vero neq; neutrum verum est dicere contingit: vt quòd neq; erit, neq; non erit. Primum enim cùm sit affirmatio falsa, negatio non vera erit: & cùm hæc falsa sit, contingit affirmationem non veram esse. Et ad hæc, si verum sit dicere, quòd albũ est simul & magnũ, oportet esse vtrũq;. si vero erit cras, oportet fore cras. si autem neque erit, neque non erit cras, non erit vtrũlibet contingit. vt est nauale bellum: oporteret enim neque fieri nauale bellum, neque non fieri. Quæ ergo contingunt inconuenientia hæc sunt, & huiusmodi alia: si quidem omnis affirmationis et negationis, aut in vniuersalibus dictis vt vniuersaliter, vel i ijs, quæ sunt singularia, necesse est oppositarum, hãc quidem veram esse, illam vero falsam. nihil autem vtrumlibet contingit esse in ijs quæ fiunt, sed omnia esse & fieri ex necessitate. Quare neq; consultare oportebit, neq; negociari: quòd si hoc quidem facimus, erit hoc: si vero non hoc, non erit hoc. Nihil enim prohibet, & in annum decies millesimum, hunc quidem dicere hoc futurum esse, illum vero non dicere. quare ex necessitate erit vtrumlibet eorum, quod ab ipso verum erat dicere tũc. At ꝯo nec hoc differt, si aliqui dixerint contradictionem, vel non dixerint. manifestum. n. quòd sic se habent res, etiam si nõ hic quidem affirmauerit quid, ille vero negauerit. non enim propter negare vel affirmare erit, vel non erit, nec in decies millesimum annum, magis quàm in quantolibet tempore. Quare si in omni tempore sic se habebat vt alterum vere diceretur, necesse erat hoc fieri: & vnumquodq; eorum quæ fiunt, semper sic se habebant, vt ex necessitate fieret. si enim vere dixit quis quod erit, non potest non fieri: & quod factum est, verum erat dicere semper, quòd erit. Si itaq; hæc impossibilia sunt: videmus enim eẽ futurorum principium, & ab eo quod consultamus, atque aliquid agimus: & quòd est omnino in ijs quę non semper actu sunt, possibile esse, & non esse similiter, in quibus vtrunque contingit & esse & non esse, quare & fieri, & non fieri: & multa nobis manifesta sunt sic se habentia: vt quòd hanc vestem possibile est incidi, & non incidetur, sed prius exteretur: similiter autem & non incidi possibile est, non enim esset eam prius exteri, nisi possibile esset non incidi:

* a.l. addit, sed oia ex necessitate.

quare & in alijs generationibus, quæ secundum huiusmodi potentiam dicuntur: manifestum igitur est, quòd non omnia ex necessitate, vel sunt, vel fiũt: sed alia quidem vtrumlibet cõtingit, & nihil magis affirmatio quàm negatio erat vera vel falsa: alia vero magis quidem, & vt in pluribus alterum, nihilominus contingit fieri & alterum, alterum vero minime. Igitur esse quod est, quando est, & non esse quod non est, quãdo non est, necesse est. sed non omne quod est, necesse est esse, nec quod non est, necesse est non esse. non enim idem est, omne quod est, necessario esse, quando est, & simpliciter ex necessitate esse. similiter autem & in eo quod nõ est. Sed & in contradictione eadem ratio est. esse quidem vel non esse omne necesse est, et futurum esse vel non: non tamen diuidentem, dicere alterum necessarium. dico autem vt necesse est futurum esse bellum nauale cras, vel non futurum esse; non tamen fieri cras bellum nauale necesse est, neque non fieri: fieri tamen, vel non fieri necesse est. Quare cùm similiter orationes veræ sint, quemadmodum & res, manifestum est quòd quæcunque sic se habent vt sint vtrumlibet contingit, & contraria suscipiant, necesse est similiter se habere & contradictionem. quod contingit in ijs, quæ non semper sunt, vel non semper non sunt. horum enim necesse est alteram partem contradictionis veram esse vel falsam, non tamen hanc vel illam, sed vtramlibet contingit: & magis quidem veram alteram, non tamen iam veram vel falsam. Quare manifestum est, quòd non est necesse omnis affirmationis vel negationis oppositarũ, hanc quidem veram, illam autem falsam esse. non enim quemadmodum in ijs quæ sunt, sic se habent & in ijs quæ non sunt quidem, possibilibus tamen esse vel non esse, sed quemadmodum dictum est.

De oppositionum, uerum & falsum diuidentium regulis, in propositionibus futuri temporis.

AVER.

DIcamus itaq;, q illæ oppositiones quæ diuidũt semper verũ à falso in omni materia, quæ quidem sunt singulares, & contradictoriæ, siue in rebus præsentibus, siue in præteritis, necesse quidem est vt ita diuidant uerũ & falsum, vt vnum sit verum & alterum sit omnino falsum: siue nos sciamus veritatem, siue non sciamus, quoniam vnum horum dictorum, ſ. Socrates nunc existit, vel Socrates hũc non existit, manifestum est, q est uerum, & alterũ est falsum: siue constet apud nos uerum à falso, siue non perfecte constet: posteaq; constat fm esse perfectum fm se, eadẽq; est ratio de rebus præteritis, & de rebus necessarijs, in quibus non oportet subijcere, ac præsupponere tempus pro earum esse. Sed res futuræ, quæ sunt res contingentes, & possibiles, non diuidunt perfecte inse

uerum & falsum. Nam necesse est ut huiusmodi oppo
sita in tali materia, uel diuidant uerum & falsum, uel
non diuidant. Iterum, si diuidãt uerum & falsum, utrũ
hoc fiat perfecte & actu, aut non perfecte. & si non di
uidant uerum à falso, tunc uel erunt simul uera, uel si
mul falsa, uel utrunque simul. Si ergo omnis affirma
tio & negatio diuidunt perfecte uerum à falso in se, &
sit necessarium quãlibet rem esse, uel non esse: sequitur
ergo ex hoc, ꝙ si ꝙs dixerit de aliqua re futura, ꝙ erit,
alius uero dicat ꝙ nõ erit, ꝙ necessario altera istarum
propositionum erit uera & altera falsa: quoniam non
possunt esse utraq; hæc simul, s. esse & non esse. sequi
tur autem natura entis propositionem ueram: & uera
propositio insequitur ipsum. quia si quispiam dixerit
aliquid esse album, & sit uerum, oportet ut extra ani
mam sit album. & si sit falsum, oportet quoq; vt extra
aiam non sit album. & si dicatur non esse album, & sit
uerum, necesse est ut extra animam sit non album. & si
fuerit falsum, oportet ut extra animam sit album: &
econtra, s. si quid fuerit extra animam album, necesse
est propositionem ueram de ipso esse, ꝙ sit album, &
falsam, ꝙ non sit album. & si extra animam fuerit non
album, necesse erit, ut uera propositio de eo sit, ꝙ sit
non album, & falsa ꝙ sit album. Si igitur affirmatio
& negatio oppositæ de rebus futuris sic sunt disposite,
ut altera earum perfecte in se nunc reperiat uera & alte
ra falsa: ergo tunc futura ipsa essent necessaria: nihilq; à
fortuna, uel à causa indeterminata posset reperiri, neq;
daretur quicquam, de quo posset dici, quod possit esse
& non esse: sed erit omnino necessarium illud esse. &
hoc necessario sequitur ex hoc quod dicitur, ꝙ altera
oppositionum est uera uel falsa sm esse determinatum
in se, & non poterit altera earum deduci ad esse nõ ue
rum, siue ex affirmatione, siue ex negatione id fuerit.
quoniam si id fieri posset, rũe ueritas in altera duarum
oppositionum non esset determinata sm esse in se ipsa.
cum ergo uerum & falsum in utraq; oppositarum
non habuerit determinatum esse in se, tunc una & ea
dem res posset esse & non esse indifferenter. quemad
modum si una & eadẽ res absq; discrimine posset esse
& non esse, tunc uerum & falsum in altera oppositio
num, de qua dicitur, nõ haberet determinatum esse in
se: neq; affirmatio unius rei prius diceretur de ea quàm
negatio: neq; negatio prius q̃ affirmatio. neq; hoc ita
fiet, propterea quòd aliquis ita affirmauerit illud, uel
negans negauerit illud. Sequeretur q̃s etiam, ꝙ si ali
quid fuerit album aliquo tempore, ut enunciatio facta
de ipso, anteq̃ sit album, ꝙ erit album, sit uera enun
ciatio, atq; necessaria. part quoque ratione enũciatio,
quæ fit de quauis re futura antequã sit, dicens ꝙ erit,
erit utiq; uera, quemadmodum est dum res generatur:
adeo ꝙ illa enunciatio dicens de aliquo ente præsenti
quod est, erit ita vera, sicut illa, quæ dicit quod erit, qñ
erit in futurum. & sic non esset possibile vt de aliqua
re possibili, quæ nunc non est, dicatur ꝙ erit, quin sit
omnino. illud uero, quod non põt esse quin sit, impossi
bile est quin sit: id uero, quod est impossibile quin sit,
necessarium est vt sit: & id, quod est necessarium, opor
tet ipsum necessario esse: & sic omnia erunt necessaria
sm suum esse. Et sic nihil fiet à casu uel fortuna, neq; ali
quid quod sit aptum esse, & non esse. qm̃ id quod est à
casu, ita utiq; se habet, ꝙ suum esse, vel non esse nõ est
omnino necessarium: quemadmodum id cuius suum
esse vel non esse est omnino necessarium, non fit à casu.

Neq; potest præterea dici, ꝙ affirmatio & negatio
coniunctæ reperiantur in rebus futuris, ita vt sint si
mul ueræ, neq; possint auferri ab eis, ita vt sint simul
falsæ. vt si dixerimus aliquid esse possibile vt sit, et pos
sibile ꝙ non sit, sint simul vera, vel simul falsa. Nam, si
fuerint simul falsa, sequeretur ꝙ dicto cõtradictoria nõ
diuiderent verum & falsum in omnibus rebus: cuius
rei tamen contrarium iam fuit probatum. idẽidem se
queretur, si essent simul vera. Sequeretur q̃ rursus, si
essent simul vera, vt eadem res esset & nõ esset simul:
quod est absurdum. tolleretur q̃ etiam natura ipsius
possibilis. Si tamen fuerint simul falsa, tunc sequeretur
vt eadem res nec esset neq; non esset. & hoc impossibi
le sequitur quidem, si dicamus ipsa opposita dividẽtia
verum & falsum in oĩbus materiis diuidere et determi
nate in rebus futuris, vel non diuidere, si fuerint simul
vera, vel simul falsa. Perspicuum autem est, multa
oriri omnino incõmoda, si tollatur natura ipsius possi
bilis, & ponatur omnia futura esse necessaria. Pri
mum incõmodum est, quia inanis esset consultatio õm
nis, atq; solertia, qua vtimur pro euitanda aliqua re, ne
eueniat, omnisq; diligentia ad aliquam rem producen
dam. id quoq;, quod aliquis opinatur, nempe vt ꝙ si se
cerit id quod fieri debet, succedet id quod succedere
debet: & cõtra, si non fecerit non succedet, erit vtiq;
consyderatio vana, corruptaq; opinio, inanisq; res: ita
vt ex hoc sequetur inconueniens, videlicet vt si quis
piam præuiderit aliquid esse oriturum ad annos vsq;
denos millenos, exempli causa, & sumpserit numerum
causarum inducentium ortum illius rei, eiusq; generati
onem, in hoc lõgissimo tempore, si tot milibus annis
contingeret viuere, alius vero iudicarit hoc ꝙdẽ tem
pore illud idem nullo pacto esse oriturum, et examina
uerit in toto illo tempore numerum causarum prohi
bentium illius euentum & ortum: tunc opus vtriusq;
eorum erit vtiq; frustra, & manis excogitatio, atq; te
mere facta, quoniam id quod erit, est illud quod est de
se necessario verum: siue alter illorum iudicarit illius
priuationem, & alter eius esse, vel neuter eorum id iu
dicarit. Neq; potest ipsa voluntas esse causa, vt aliquid
oriatur, sed res omnes suo naturali cursu procedent, &
iuxta id, quod habent de altero contradictorum: li
cet nemo iudicarit illud esse venturum, vel non posse
euenire. neq; quicq̃ refert siue decẽ milibus annorum
id aliquis cogitarit, siue tantillo temporis: immo idem
erit, ac si nihil penitus in ea re cogitarit. Omnia autem
hæc sunt absona, & contra naturale nostrum institu
tum. nam videmus multa, quorũ ortus habet initium
à cogitatione, & ex desyderio ad ea. Videmus præte
rea aliquas res, quæ naturaliter efficiuntur, esse ex sui
natura aptę vt possint esse & non esse indifferenter: vi
delicet, ꝙ sunt possibiles vt sint, vel non sint indifferen
ter. & hoc ratione agentis & recipientis simul. vt gra
tia exempli, vestis possibile est vt discindatur anteq̃
præ vetustate atteratur: & est quoq; possibile vt non
dilaceretur, sed vetustate exteratur. nam possibilitas
vtriusq; horum in ipsa veste est quidem ad vtrumli
bet, tum ratione agentis, tum etiam ratione patientis:
& ita res procedet in cunctis rebus ortis in hac mate
ria, quæ quidem habet huiusmodi possibilitatẽ & po
tentiam. palam ergo est, ꝙ non omnia sunt necessaria,
sed duobus reperiuntur modis: nempe, vel erunt necef
saria, vel possibilia. iterumq; possibilia tripliciter sunt,
vel sunt possibilia ad vtrumlibet, quibus quidem non
magis debetur esse quàm priuatio: neq; magis priua
tio q̃ esse. vel sunt possibilia vt in pluribus: & sunt illa
quibus vnum oppositorum magis q̃ aliud inuenitur
quo ad esse: & illud aliud rarenter oritur. & in hoc gẽe
ipsius possibilis reperiũtur vtraq; species possibilium
simul, videlicet, & quod vt plurimum, & quod raro.
Necessaria vero aliqua sunt simpliciter necessaria, &
sunt quidem ea, quæ semper sunt, uel semper non sunt:
aut sunt necessaria non simpliciter, & sunt illa quæ ne
cessaria sunt dum sunt, uel necessario non sunt, dũ non
sunt.

sunt, & hæc bifariam reperiuntur: nempe uel sunt res,
quarum prædicatum necessario inest subiectis earum,
dum perseuerant earum subiecta reperiri, ut rationale
alicui homini, dum talis homo reperitur: uel sunt res
priuatiuæ, scilicet quæ nõ sunt, dum earum subiecta non
reperiuntur: aut sunt res quæ quidẽ sunt dum ipsæ per
seuerant esse, ut quod homo sit dum reperitur. Cùm
ergo hæ sint partes naturæ ipsius esse, & sit necessariũ
ut modus affirmationis & negationis pro uero & fal
so sic annexus rei quæ habet esse extra animam: mani
festum est quòd illa opposita, quæ diuidunt uerum &
falsum in omni materia, diuidant uerum & falsum in
generibus rerum necessariarum secundum determina
tionem propriam in se: hoc est quòd ueritas & fallitas
earum dif terminata in se extra animam: licet non ha
beamus determinatam scientiam de eare, & ignore
mus qualiter se habeat. In materia autem possibili &
contingenti, in rebus futuris, si una est uera altera est
falsa, quoniam necesse est ut reperiatur alterum duo
rum contradictoriorum in futuro: sed non determina
te in se. sed, quia secundum naturam suam priuatæ sunt
determinatione, quemadmodum & apud nos: & ideo
non potest haberi in hoc genere scientia, quia ipsamet
res est ignorata. sed in his quæ sunt possibilia ut in plu
ribus non ad utrumlibet, una duarum partium oppo
sitorum conuenientior est ut sit una, quàm altera: cùm
eius esse sit conuenientius, quàm non esse. & in huius
modi genere rerum poterit haberi determinata scien
tia de aliqua re futura earum, antequàm sit: uidelicet
de re futura, quæ solet euenire ut in pluribus. Commu
ne ergo est hoc omnibus duobus oppositis, quæ nata
sunt diuidere uerum à falso in rebus futuris, in materia
contingenti non determinate. sed in ipso possibili ad
utrumlibet, nullum duorum oppositorum est dignius
ut sit uerum, quàm alterũ. at in ipso possibili ut in pau
cioribus unum duorum oppositorum dignius est, ut
sit falsum, quàm alterum. in ipso tamen possibili, quod
est ut plurimum, unum duorum oppositorum dignius
est, ut sit uerum, quàm alterum. Ex his ergo patet quo
pacto duo opposita diuidãt uerum à falso, in omnibus
rebus: & hoc scilicet, in his quę nata sunt diuidere uerũ
à falso semp, quæ sunt ipsa cõtradictoria, & singularia.

De oppositionum, uerum & falsum diuidentium regulis, in propositionibus futuri temporis.

LEVI.

Deinde d. Dicamus ita ꝙ illæ oppositiones, quæ semper diuidunt verũ à falso, &c. Inquit Leui. Cum iam prædictum fuerit, ꝙ contradictoriæ & singulares diuidunt semper verum à falso in omni materia, declarat hic, nunc, ꝙ sit hoc in eis secundum esse perfectum in rebus præteritis, aut in præsen
tibus, aut i futuris necessariis, vt quòd erit eclipsis Lunæ in tali tempore futuro, vel nõ erit: vel Sol erit in capite arietis in die tali futura, aut nõ erit. At res futuræ possibiles vt cum dicitur, Socrates ambulabit in tali tempore, vel non ambulabit, aut omnis homo, qui est in tali loco, ibit cras ad talem locum, vel aliqua pars eorum non ibit, non diuidunt verum à falso perfe
cte, quando enunciationes proferuntur: quia potest esse quæ
uis earum enunciationum vera, non ꝙ sciatur nunc, quæ nam earum sit futura perfecte vera. quod sic probatur, quoniam necesse est vt hę oppositæ in hac materia diuidant verum à fal
so, vel non diuidant. & si vna fuerit vera & altera falsa, vel hoc erit secundum esse perfectum, videlicet, ꝙ seligatur verum à falso, dum propositiones pronunciantur: aut non secundum esse perfectum, hoc est ꝙ id, quod ad actum deducitur, est ips
sum verum. sed non dignoscitur verum à falso, dum proposi tiones proferuntur: sed quælibet earum potest deduci ad esse tunc. sed cum euenerit illud tempus, tunc reperietur vna illa
rum vera, & altera falsa. Quòd si non diuidant verum à falso, tunc vel erunt simul veræ, vel simul falsæ, vel simul veræ, & falsę: hæc enim est diuisio necessaria. Cum itaque sit necessa rium, vt ipsæ oppositæ sint secundum vnam harum diuisionũ in vero & falso: idcirco consentaneum est nunc scrutari, quænã earum sit vera. Dicamus ergo, ꝙ si quælibet affirmatio & ne
gatio diuiderent verum à falso, tunc oporteret, vt in rebus fu
turis vna propositionum esset determinate vera, ante aduen
tum rei, & sic sequeretur maximum inconueniens: nempe vt natura ipsius entis insequeretur orationem veram, & oratio vera insequeretur naturam entis: & sic procederet res in cir culo, videlicet, quòd sequeretur esse rei oratiodem veram, anteq̃ fit: & postquam fuerit ipsa res, insequetur oratio vera esse ipsius rei. Præterea ex hac positione sequeretur, ꝙ omnia futura essent necessaria secundum esse suum: & sic nihil re periretur à casu, & sine causa perfecta. nam res dicitur fieri à ca su, quia fit à causa nõ perfecta: vt cum quis fodit foueam, & ins uenit thesaurum. hoc enim refertur ad id, quod à casu euenit: quia non fodit ille huiusmodi foueam, illius finis grana: neq; est necessarium vt ille qui foueam fodit ꝙ reperiat thesaurũ, & ideo dicimus, ꝙ inuenire thesaurum dũ fodit illam foueam, est à casu, & si esset necessarium, vt res reperiatur anteq̃ fit, tunc illæ causæ id efficientes, essent temere inuentę, immo nulla eis set ibi omnino causa: postq̃ ipsa causa nõ est, quæ rem causet, sed res est de se necessaria absq; istis causis. Rursus, si ita res se haberet, tunc nõ posset vna harum duarum orationum redu ci ad actum, nisi illa quæ est vera, quoniam, si posset id nec, tũc ipsa veritas in altera illarum oppositarum non posset habere perfectum esse in se: quod est contra id, quod suppositum fuit. Et si non habuerit perfectum esse de se, tunc vna & eadem res posset indifferenter esse, & non esse, & non erit res ita vera vel falsa anteq̃ sit, quemadmodum est dum est: propterea ꝙ affir mans affirmauerit eam, vel negans negauerit ipsam, hoc est, ꝙ non sequitur suũ esse ab ipsa oratione: quod est id, quod sup positum fuit ãtea in hac positione. Sequeretur insuper, si pos nerentur istæ oppositæ diuidere perfecte verum à falso, vt sup positum fuit antea, ꝙ omnes res essent necessariæ. & sic seques retur id, quod fuit prius suppositum, videlicet, ꝙ nihil reperis retur à casu: quod est falsum, vt post hoc exactius probabitur.

Et posti narrauimus ea incõmoda, quæ oriuntur ex hac po sitione, nunc perquirendæ sunt aliæ partes diuisionis. Et dicas mus ꝙ non possunt esse simul veræ, ita vt coniungantur vnã in futuro affirmatio & negatio eiusdem rei, neq; etia simul falsæ, ita vt priuetur vtroq; in futuro. & multo minus erunt simul ves re & falsæ: quoniam iam antea probatum fuit, secundum com munem famam omnium, ꝙ affirmatio & negatio non coniun gunt simul in vna re, neq; simul res priuatur eis. Item si essent simul veræ, tunc oporteret vt omnes res essent necessariæ: vt scilicet nullum daretur possibile, sed oporteret quælibet illa
rationum esse necessariam. Et posti declarauit, ꝙ hę ratio nes tollunt naturam possibilis, nunc enumerat ea incõvenien tia, quæ sequuntur huiusmodi positionem. Ex quibus vnum est, quia inanis esset omnis consultatio, & solertia, quæ tamen res manifesta est apud omnes, ac famosa, vt id ab ortu nostro nobis insitum est: præter hoc, quòd indigeamus aliquo præ ceptore, à quo discamus ipsam consultationem, ac uolũtatem esse causam, ob quam multa oriantur, & huiusmodi possibili tas apparet in agente, & in patiente, hoc est, ꝙ agens habet li berum arbitrium, & electionem, vt possit vtrunq; oppositum agere. & passum est in potentia quoq;, vt patiatur ab ipso uolẽ te, & eligente vtrunq; oppositorum. vt exempli gratia, agens liber, & eligens habet potentiam vt dilaceret vestem, & habet potentiã nõ dilacerare eã, & sic etiã vestis põt dilaceran ab ips so agẽte, & põt non dilacerari. vt si alteraf præ vetustate, anteq̃ inferat in eã actio dilacerationis. Ergo palam est ex publica fama, ꝙ aliquę res sunt possibiles, siue vt plurib⁹, siue ad vtrũ libet, siue vt in pauciorib⁹: & aliquæ alię sunt necessariæ, & hoc siue ꝙ vna qditas insit de necessitate alteri qditati, vel negetur ab ea semp, vel negetur secundũ esse: vt cum dicit ꝙ vacuum impossibile est esse, & horum omnium quodlibet, vel erit sim pliciter, vel in aliquo tempore: vt si dicatur ꝙ Luna patietur ta lem eclipsim in tali tempore, vel nõ patietur, vel ꝙ iste homo particularis existit, dum perseuerat existere. ergo sequetur ꝙ aliquis homo existit: quia est animal rationale, & animal ratio nale est homo de necessitate. si ergo res ita se habet, vt veritas & falsitas sit annexa rei existenti extra animam, sequitur ergo ꝙ huiusmodi opposita, quæ sunt de possibili futuro, diuidunt verum à falso, sed non secundũ esse perfectum & complectum.

Librum de Interpretatione Græci in Quinque secarunt sectiones. Auerroes in Quatuor differentias. Boethius quandoq; in duos, quandoq; in Sex libros. Latini posteriores in duos. Cum autem hoc parum cuiquam videat leat, et nos in duos diuisimus: adiecta etiam ad facilitatem intelligentiam in capita diuisione.

ARISTOTELIS
DE INTERPRETATIONE
LIBER SECVNDVS,

cum Auer. Expositione, & Leui Annot.

SVMMA LIBRI.

De Enunciationibus infinitis. De Enunciationum unitate, ac pluralitate: Et prædicationibus coniunctis, atq; diuisis. De Enuntiationibus modalibus. Et quæ Enunciationes magis inuicè sint contrariæ.

De Enunciationibus infinitis cuiuscunque generis, ipsarumq; oppositionibus, ac consequentijs. Nomina item ac uerba transposita idem significare. Cap. I.

QVoniam autem est aliquid de aliquo affirmatio significans: hoc autem vel nomen est, vel innominatum: vnum autem oportet eē & de vno id quod est in affirmatione: nomen autem dictum est & innominatum prius: (non homo enim nomen quidem non dico, sed nomen infinitum: vnum enim significat aliquo modo infinitum nomen: quemadmodum & non valet non verbum *:) sed infinitum verbum. erit igitur omnis affirmatio & negatio, vel ex nomine & verbo, vel ex infinito nomine & verbo. Sine verbo autem nulla affirmatio vel negatio est. est enim, vel fuit, vel erit, vel fit, vel quæcunque alia huiusmodi verba, ex ijs sunt quæ posita sunt: consignificāt enim tempus. Quare prima erit affirmatio & negatio, est homo, non est homo: deinde, est non homo: non est non homo. Rursus, est omnis homo, non est omnis homo: est omnis non homo, non est omnis non homo. Et in ijs, quæ extrinsecus sunt, temporibus eadem ratio est.

* a.l. addis dico

SECTIO TERTIA. Sm Græcos.

Quando autem est, tertium adiacens prædicatur, dupliciter dicuntur oppositiones. Dico autem, vt est iustus homo, ipsum est, tertium dico adiacere nomen, vel verbum in affirmatione. Quare ob id ipsum quatuor erūt illæ, quarum duæ quidem ad affirmationem & negationem se habebunt secundum consequentiam, vt priuationes: duæ vero minime. Dico autem quòd est, * aut iusto adiacebit, aut non iusto: quare etiam negatio. quatuor igitur erunt. Intelligimus vero quod dicitur ex ijs, quæ subscripta sunt. Est iustus hō, huius negatio est, nō est iustus hō: est non iustus homo, huius negatio est, nō est nō iustus homo. est. n. hoc in loco, & non est, iusto & non iusto adiacebit. Hæc igitur, quemadmodum in Resolutorijs dictum est, sic sunt ordinata. Similiter autem se habebunt & si vniuersaliter nominis sit affirmatio. vt omnis est homo iustus, negatio huius, non omnis est homo iustus: omnis est homo non iustus, non omnis est homo nō iustus. Tamen non similiter angulares veras esse contingit. contingit autem aliquando.

* a.l. addit hic,

In fine primi Priorum.

Enuntiationum indefinitarum dispositio, ex primo Priorum in fine.

Simplex affirmatio. Homo iustus est.	Simplex negatio. Homo iustus non est.
Priuatoria negatio. Homo iniustus non est.	Priuatoria affirmatio. Homo iniustus est.
Infinita negatio. Homo non iustus nō est.	Infinita affirmatio. Homo non iustus est.

Earundem dispositio in terminis uniuersaliter ac in parte.

Simplex affirmatio vſr. Omnis homo iustus est.	Simplex negatio in parte. Non omnis hō iustus est.
Priuatoria negᵒ in parte. Nō omnis hō iniustus est.	Priuatoria affirmaᵒ vſr. Omnis hō iniustus est.
Infinita negatio in parte. Nō omnis hō nō iustus ē.	Infinita affirmatio vſr. Omnis hō non iustus est.

Vt dispositæ sunt hæ Enunciationes de subiecto finito, eodem pacto disponi possunt Enunciationes de subiecto infinito, addendo ipsi homini dictionem, non.

Hæ igitur duæ oppositæ sunt mutuo. Aliæ autem duæ ad non homo, quasi ad subiectum aliquod additum. vt est, iustus non homo: non est iustus non homō. est non iustus non homo: non est non iustus non homo. plures autem his non erunt oppositiones. Hæ autem extra illas, ipsæ secundum se erūt, vt nomine vtentes eo, quod est non homo.

In quibuscunque autem est non conuenit, vt in eo quod est sanum esse, & ambulare, in ijs idem facit sic positum, ac si est adderetur. vt, sanus est omnis homo: non sanus est omnis homo. sanus est omnis non homo: non sanus est omnis non homo. non enim dicendum est non omnis homo, sed non, negationem ad id quod est homo, addendam est. omnis enim non vniuersale significat, sed quòd vniuersaliter. Manifestum est autem ex eo quod est, valet homo, non valet homo: valet non homo, non valet nō homo. hæc enim ab illis

ab illis differunt, eo quòd vniuersaliter non sunt, quare omnis, vel nullus nihil aliud consignificat, quam quod vniuersaliter de nomine vel affirmationem uel negationem, ergo & reliqua eadē oportet apponi. Quoniam uero contraria est negatio ei quæ est, omne est animal iustum, illa quæ significat, q̄ nullum est animal iustum: hæ quidem manifestum est, quòd nunquam erunt neque uerę simul, neque in eodem; his uero oppositæ, erunt aliquando, ut nō omne animal iustum est, & est aliquod animal iustum. Sequuntur uero & hæ, eam quidem quæ est, omnis est homo nō iustus, hæc, nullus homo est iustus: * illam uero, est non omnis homo nō iustus, opposita, quòd est aliquis homo iustus. necesse est enim aliquem esse. Manifestum est autem etiam quod in singularibus si verum est interrogatum negare, quòd & affirmare verum est. vt, putasne, Socrates sapiens est? non. Socrates igitur est non sapiens. In vniuersalibus vero non est vera quæ similiter dicitur: vera autem negatio est. vt putasne, omnis homo sapiens est? nō. omnis igitur homo non sapiens est. hoc enim falsum est. sed non, igitur omnis homo sapiēs est, verum est, hæc enim opposita est illa vero contraria. Quę vero secundum infinita contraiacentes sunt nomina & verba, vt in eo quod est non homo, vel non iustus, quasi negationes sine nomine & verbo esse videbuntur, sed non sunt. semper enim vel veram vel falsam esse necesse est negationem: qui vero non homo dixit, nihil magis quam qui dicit homo, sed etiam minus verus vel falsus fuit, nisi aliquid addatur. Significat autem est omnis non homo iustus, nulli illarum idem, nec huic oppositæ, quæ est, non est omnis non homo iustus. ea vero quæ est, omnis non iustus non ho est, illi quæ est, nullus est iustus non hō, idem signāt.

* a.l. illam vero quæ ē, æquis ē hō iustus, opposita, q̄ non ois hō non iustus.

Transposita vero nomina & verba idem significant: vt est albus homo, & est homo albus. Nam, si hoc nō est, eiusdem multæ erunt negationes. sed ostēsum est quòd vna vnius est. Eius enim quæ est, est albus homo, negatio est, non est albus homo. eius autem quæ est, est homo albus, si non eadem est ei quæ est, est albus homo, erit negatio, vel ea quæ est, non est non homo albus, vel ea quæ est, non est homo albus. sed altera quidem est negatio, ea, quæ est, non est non homo albus, * eius, est non homo albus: altera vero eius quæ est, est albus homo. quare erunt duæ vnius. Quod igitur transposito nomine & verbo, eadem fit affirmatio & negatio, manifestum est.

* a.l. negatio eius quæ est, est nō hō albus.

De Enunciationibus infinitis.

VOniam autem enunciationum, aliquæ sunt de secūdo adiacente, & sunt quidem illæ, quarum prædicatum est verbum: aliquæ vero de tertio adiacente, & sunt illæ, quarum prædicatum est nomen, vocantur autem illæ, quarum prædicatum est verbum duales, quia cōstant subiecto & prædicato tantum: & illæ, quarum prædicatum est nomen, dicuntur ternales, quia constant subiecto & verbo copulante, atq; prædicato: nomen autem & verbum ex quibus constant enunciationes, vel est finitum, vel infinitum: ergo omnis enūciatio de secundo adiacente cōstabit, vel ex nomine finito, & verbo finito, vt enim dicitur homo est: vel ex nomine infinito, & verbo infinito: vt cùm dicitur non homo non est: aut ex nomine finito, & verbo infinito, vt cùm dicitur homo non est: aut ex nomine infinito & verbo finito: vt cùm dicitur non homo est. Veruntamen verbum infinitum non venit in vsum in propositionibus de secundo adiacente: quia non posset dignosci in eis distincte dictio negatiua ab infinita: cùm eadem sit dictio negatiua, & infinita; & ideo nulla lingua solet efficere enunciationes de secundo adiacente, quæ ex verbo constent infinito. & sic demuntur ex his quatuor generibus enunciationum duo genera: nempe illud genus cuius nomen subiecti est infinitum, et prædicatum infinitum quoq;, & illud cuius nomen subiecti est finitum, & verbum est infinitum. Relinquitur ergo duo genera, & eorum oppositiones erunt duæ, & propositiones quatuor. & si multiplicemus has duas coniugationes oppositionum cum sex coniugationibus oppositionum præcedentium, tunc oppositiones enunciationum dualiū erunt duodecim, & enunciationes erūt viginti quatuor. Et cùm vnaquæq; enunciationum dualium habeat verbum significans tempus præsens, vel futurū, vel præteritum, si ergo multiplicemus hæc tria cū viginti quatuor enūciationibus, tūc enunciationes deductæ in hoc gñe erūt septuaginta duę, & oppōnes triginta sex. q̄ si multiplicentur cū illis tribus materiis, s. possibili, necessaria, & impossibili, tūc resultabunt enunciationes, quę ex his cōstant, ducētę et sexdecim.

Enunciationes vero ternales sunt in duplo enunciationum dualium, & earum oppositæ sunt in duplo oppositorum illarum, eo quia reperiuntur in eis illa quatuor genera oppositorū: videlicet illud, in quo nomen subiecti & prædicati est finitum, & vocantur simplicia: vt cùm dicitur homo est iustus, homo non est iustus. & illud genus in quo nomina sunt infinita: vt cùm dicitur, non homo est non iustus, non homo non est nō iustus. & reliqua duo genera, videlicet illud genus, i quo alterum est finitum, alterum vero infinitum, videlicet, siue subiectum, siue prædicatum: atque eorum oppositæ. Enunciationes autem de tertio adiacente, quarum subiectum est nomen finitum, prædicatū vero est vel nomen finitum, vel infinitum, si ponantur cum suis oppositis in figura quadrilatera, & ponantur earum oppositæ super duobus lateribus, quæ sunt in latitudine areolæ: & illæ quæ non sunt oppositæ super duabus costis in lōgitudine areolæ: ita vt affirmatiua ipsius simplicis stet cum negatiua indefinitæ in vnica costa, & negatiua ipsius simplicis cum affirmatiua indefinitæ in alia costa etiam: tunc enunciationes indefinitæ ita se habebunt cum simplicibus in affirmatione, sicut se habent etiam enunciationes priuatiuæ cum ipsis simplicibus, etiam in affirmatione: sed priuatiuæ non ita se habebunt cum indefinitis, sicut se habent in-

differitæ cũm simplicibus: & hoc etiam ita se habet in omnibus generibus sex oppositionũ. Intelligo autem hic per priuatiuas enũciationes, illas enunciationes, quarum prædicatinomẽ significat priuationem, quam iam in superioribus descripsimus: vt cũm dicitur, homo est ignorans: uel quod vitiosum est ex duobus contrarijs: vt cũm dicitur homo est iniustus. Considerentur ergo primo ipsæ indefinitæ, & ponantur in figura quadrilatera, vt supposuimus: & ponatur quoque priuatiuę sub infinitis, vt posuimus infinitas cum simplicibus: nempe, cũm adiunxerimus illi figurę quadrilateræ aliam figuram è regione vnius costarum primæ figuræ. vt exempli causa, si ponamus figuram ABCD, & ponamus figuram ei annexam CDEF, & ponamus super costam AB, affirmatiuam simplicem & eius oppositam, quæ sunt, homo est iustus, homo non est iustus: & super costam CD, negatiuam infinitam, & eius oppositam, quæ sunt homo non est non iustus, homo est non iustus: & super costam EF, negatiuam priuatoriam & eius oppositam, quæ sunt homo non est iniustus, homo est iniustus, sic.

Enunciationum indefinitarum dispositio.

Affirmatiua simplex,	Negatiua simplex,
A. Homo est iustus.	Homo non est iustus. B.
Negatiua infinita,	Affirmatiua infinita,
C. Hõ non est nõ iustus.	Homo est non iustus. D.
Negatiua priuatoria,	Affirmatiua puatoria,
E. Homo nõ ẽ iniustus.	Homo est iniustus. F.

Si examinentur ergo huiusmodi enunciationes ſm hanc subiectionem, inuenies illas, quæ sunt super costas earum in latitudine areolæ, non se consequi, quia sunt oppositæ. & iam ex superius dictis agnouisti, quo pacto opponantur inter se. Et si examinentur illę, quæ sunt super costam earum, in longitudine areolæ inuenies negatiuam infinitam vere sequi ad affirmatiuam simplicem: sed non econuerso. nam si est verum dicere homo est iustus, verum quoq; erit dicere, homo non est non iustus: sed non sequitur, si esset verum dicere, homo non est non iustus, q̃ sit verum dicere, homo est iustus. quia dicere, homo non est non iustus, potest verificari de homine iusto, & de homine qui nec iustus neque iniustus denominatur: vt est puer, vel vir non ciuilis. Negatiua igitur infinita plus veritatis amplectitur quàm affirmatiua simplex: quia uerificat de tribus, sed affirmatiua simplex de vno tantum. Reperto autem uniuersali, non est necessarium reperiri particulare: quemadmodum est necessarium vt dato particulari, detur & vniuersale. vt exempli causa, animal & homo. nam dato homine, datur & animal: sed non necesse, vt dato animali, detur homo. Negatiua vero simplex cum affirmatiua infinita contrario modo se habet, quo ad veritatem: nempe, quia negatiua simplex sequitur ex affirmatiua infinita: sed non econtra, quia negatiua simplex plus veritatis continet q̃ affirmatiua infinita, nam cũm dicitur, homo non est iustus, verificatur de homine iniusto, & de homine qui non est iniustus, neq; iustus, qui scilicet est inciuilis, vel puer. Sed cũm dicitur, homo est non iustus, significat priuationem. priuatio autẽ est ablatio rei ab aliquo, cui nata est ineſſe, tempore quo nata est ineſſe ei, vt superius definita fuit. Affirmatiua itaq; infinita verificatur de vna: negatiua vero simplex de tribus rebus verificatur. Sed si consyderetur earum affirmatio quo ad falsitatem, opposito modo se habebit. quoniam affirmatiua simplex sequitur enegatiua infinita: ergo affirmatiua infinita est magis particularis, quo ad falsitatem, q̃ affirmatiua simplex: ita cũm dicitur homo est iustus, falsum erit de iniusto, & de homine qui nec est iustus neq; iniustus, erit de puero. sed cũm dicitur, homo nõ est non iustus, erit falsum de iniusto solum. Eodem modo res se habet de consecutione negatiuæ simplicis cũ affirmatiua infinita, quo ad falsitatem, contra id quod contingebat eius consecutione, quo ad veritatem: vt delicet, q̃d quod sequitur ex eis, uel sit uerum uel falsum. Et si examinentur priuatiuæ cum simplicibus in huiusmodi consecutione, reperientur quo ad veritatem & falsitatem se habere, veluti se habet infinita cum simplice. sed illæ, quæ sunt per diametrum locatæ, scilicet per diametrum AD, sunt quidem contrariæ ratione materiarum: & hoc adhuc declarabitur tibi in futurum. Et cum disponantur reliqui modi oppositionum hac dispositione, inuenies q̃ eodem modo se habebunt quo ad affirmationem, s. contradictoriæ, & singulares, atq; contrariæ, & subcontrariæ. Sed illæ, quæ sunt locatæ per diametros in quocunq; genere, res erit diuersa: quoniam aliquæ poterunt esse verę simul, & aliquæ falsæ simul. Arist. tamen non narrauit ex his, nisi hactenus, quas nos narrauimus: distulitq; negocium ad librum Priorum. Ordo autem vniuersalis pro notificatione harum consequetium inter se est, q̃ omnes duæ propositiones ex istis, quæ cõueniant nota quantitatis, in qualitate vero discrepent, videlicet in negatione et affirmatione consequuntur se ad inuicem, s. q̃ vtę sequitur ex particulari: sed oppositæ contrariæ atq; contradictoriæ non se consequuntur, vt traditum est.

Enunciationum uniuersalium, ac partis culariũ, dispositio.

A. Affirmatiua simp; vris,	Negatiua sim, pticularis, B.
Omnis homo est iustus.	Nõ omnis hõ est iust⁹.
C. Negatiua infinita particu.	Affirmatiua ifi. vris, D.
Non ois hõ est nõ iust⁹.	Omnis hõ est nõ iust⁹.
E. Negatiua puatiua pticu.	Affirma. puatiua vris, F.
Non ois hõ est iniustus.	Omnis hõ ẽ iniustus.

Enũciationes vero de tertio adiecto, si earum subiectum sit nomen infinitum, & prædicatum quandoque finitum, quandoq; infinitum, pariunt quidem in hoc genere simplices & infinitas, affirmatiuas, atq; negatiuas, præter illas quæ superius dictæ sunt. Et earum simplices erunt illæ, quarum nomen prædicati ipsarũ est nomen infinitum: vt in primo genere simplicium fiunt. infinitæ vero earum erunt, vt fiunt in primo genere illarum, quarum nomen prædicati est infinitum: q̃m enunciatio denominatur quidem simplex, vel infinita ratione prædicati, non ratione subiecti. Simplex vero huius generis affirmatiua erit: vt cũm dicitur nõ homo est iustus. negatiua autem erit, vt cũ dicit non homo non est iustus. infinita vero ipsius affirmatiua erit, vt cũm dicitur, non homo est nõ iustus, cũm illius negatiua erit, non homo nõ est non iustus. Palam autẽ est, q̃ hæ duæ oppositæ, quæ in hoc genere ternalium fiũt, videlicet, quarum subiectum est nomen infinitũ, differunt vtiq; ab illis oppositis, quæ fiunt in eo genere enunciationum, quarum subiectum est nomen finitum: q̃m subiectum illarum est priuatio subiecti ipsarum. Iam autem fuit alibi ostensum, quæ sint genera priuationis, quæ per nomen infinitum indicantur. In hoc autem genere enunciationum, quando fiunt negatiuæ, tunc dictio negatiua non fungit officio dictionis infinitæ

infinitæ in eis, neq; altera alteri annectitur sed oportet vt dictio negatiua in eis collocetur cum nota quantitatiua, in habentibus notas quantitatiuas: vt contingit fieri in primo genere enunciationum ternalium, sed in indefinitis, ac singularibus ponitur quidem cũ verbo substantiuo est. Dictio vero infinitiua in his semper locatur cum ipso subiecto, ita vt in enũciationibus simplicibus negatiuis huius generis dictio negatiua bis capiatur, cum ipsa scilicet nota quantitatis, in enunciationibus habentibus notam quantitatiuam, in ipso scilicet subiecto. sed in enũciationibus indefinitis, atq; singularibus ponitur quidem cum verbo substantiuo & cum subiecto. In infinitis vero ter capitur nempe, Primo semel cum nota quantitatiua, vel cum verbo substantiuo: secundo cũ subiecto: tertio vero cum prædicato. & nunquam debet annecti vna dictionum negationis in his apud aliam, ut exempli gratia, q̃ negatiua huius, Omnis non homo est iustus, erit non omnis nõ homo est iustus: & non hæc, scilicet non omnis homo est iustus, & negatiua huius, Omnis nõ homo est non iustus, erit non omnis homo non est non iustus. et hoc, scilicet ponendo dictionem negatiuam in tribus locis, non in duobus: vt si diceretur, nõ omnis homo est non iustus. Et par erit ratio in enunciationibus de secundo adiecto huius generis, videlicet in earum simplicibus: quoniam iam diximus, q̃ nõ dantur in eis infinitæ ſm significatum linguarum apud nos notarum. In ipsis enim dictio negatiua debet quoq; locari in ipsa bis, cũ ipso subiecto semel, & semel cum nota quantitatiua, in habente notam quantitatiuam, aut cum ipsomet verbo in singularibus atq; indefinitis. Neq; satis erit vna earum sine altera quoq;. vt exempli causa, quemadmodum negatiua huius, scilicet ois homo ambulat, cuius subiectum est nomen finitũ, est, non omnis homo ambulat: ita quoq; negatiua huius, omnis non homo ambulat, erit non omnis non homo ambulat: & nõ hæc, s. non omnis homo ambulat: neq; hęc, omnis homo non ambulat, quoniã dictio negatiua non potest fungi munere dictiõis priuatiuę, neq; dictio priuatiua supplebit vices negatiuæ. nam id, quod altera aufert, est aliud ab eo, quod aufert altera. nam dictio negatiua in habentibus notã quantitatiuam tollit enunciationem vniuersalem, quam cõtinebat nota quantitatiua vniuersalis: & enunciationem particularem, quam continet nota quantitatiua particularis. sed dictio infinitiua tollit subiectum vniuersalem, non enunciationem vniuersalẽ: nam nota vniuersalis, quæ est coniuncta in ipsa enunciatione, nõ significat q̃ res quæ est subiectum, sit vniuersalis, ita vt eo ablato auferatur ipsa rẽs vniuersalis subiecta: sed significat enũciationem esse vniuersalem, non q̃ res subiecta sit vniuersalis. & hoc patet in indefinitis: quoniam propterea q̃ non habent notam quantitatiuam, oportet vt res subiectæ in eis non sint vniuersales, cũm dictiones significẽt significationem vniuersalem. vt cũm dicitur, homo est iustus, homo nõ est iustus, nam hæc dictio homo, significat rem vniuersalem, licet non annectatur ei dictio omnis. Nam, si dictio omnis, significaret rem vniuersalem, tunc hæc dictio homo, non significaret rem vniuersalem, nisi apponeretur ei dictio omnis. Et ideo est necessarium, vt adiungatur dictio negatiua in enunciationibus habentibus notam quantitatiuam, quarum subiecta sunt nomina infinita, siue sint consequentes, siue disperatæ, cũ nota quantitatiua: & repetatur secundo dictio negatiua cum subiecto, sed si fuerint infinitæ, repetetur tertio cum prædicato, sed si non fuerint infinitæ, satis erit repetere eam cum subiecto. Quandoq; tamen dantur aliquæ loca in materia possibili, in quibus dictio infinitiua habet vim dictionis negatiuæ, circa diuisionem vel falso in omni materia: dantur tamẽ & aliqua loca, in quibus hoc nõ sequitur. Locus vero, in quo dictio priuatiua habet vim negatiuę, sunt enunciationes singulares: hoc est, si earũ subiecta sumantur quãdo sunt, & eo tempore quo sunt apta denominari per habitum, & per priuationem oppositam ei. vt exẽpli causa, si quærat aliquis, vtrum Socrates sit iustus vel non iustus, & sit vera responsio, q̃ non est iustus: & aliquis alius vice illius dicti nostri, quod fuit, non est iustus, respondeat q̃ est non iustus, nam idẽ significat hic dicere non iustus, quod significat non est iustus, siue Socrates sit iustus, siue non iustus. Potest tamen fieri talis locus, vt dicunt expositores, cũm interrogans vult, q̃ respondens recipiat ab eo propositionem affirmatiuam, & respondeat ei per negatiuam, vbi capiat vice negatiuæ infinitam. & conducet vtiq; ipsam ei, quando posuerit eã in syllogismo, in loco in quo affert vtilitatem per affirmatiuam, non per negatiuam: vt in propositione minori primæ figuræ. quoniam, cũm minor præmissa primæ figuræ fuerit negatiua, nullam affert vtilitatem ad ipsam cõclusionem, vt in libro Priorum probatũ fuit. Potest tamen is modus conferre etiam ipsi interrogãti, quando voluerit concludere ex negatione aliquã contradictionem. sed id, quod nos exposuimus de hac re in hoc loco, videtur esse manifestum, ſuxta huius libri propositũ. Locus vero, in quo dictio puatiua cõiungitur cum ipso habitu, non habeat vim dictionis negatiuæ, pro diuidendo falso à vero, sunt quidem enunciationes vniuersales in hac materia, vt si quærat aliquis, putaſne omnis homo est sapiens, an non omnis homo est sapiens? & respõdens respondeat pro, nõ omnis homo est sapiens, omnis homo est non sapiens. nam illud, quod opponitur huic dicto, s. omnis homo est sapiens, oppositione diuidẽte verum à falso, semper est dicere non omnis homo est sapiens, non dicere omnis homo est non sapiens, nam sapiens & non sapiens habent vim duorum contrariorum, vt si dicatur omnis homo est sapiens, nullus homo est sapiens. Contraria autẽ sunt simul falsa in hac materia, vt superius probatum fuit. At oppositiones, quæ inter nomen finitum & infinitum reperiuntur, atque inter verbum finitum & infinitum, non sunt de genere oppositionis affirmationis & negationis. quoniam, cùm dicitur nõ homo, nõ significatur in ea lingua, in qua sunt in vsu huiusmodi nomina, id quod significat dicere nõ est homo. quia dicere non est homo, significat subiectum, à quo negatur humanitas: licet non explicite appareat huiusmodi sermone negatio humanitatis à subiecto. & ideo est propositio composita. & similiter significat cùm dicitur non est sanus. sed, cùm dicitur non sanus, & non homo, non habetur significatio negatiua, si dicatur sine coniunctione cum ipso nomine, vel sine verbo explicito in eo. Sed dicere non homo, significat priuationem humanitatis, & non sanus, priuationem sanitatis, quæ est res simplex, significans ægrotum. palam autem est, q̃ non habet significationẽ negatiuam, quia negatiua est, vel vera vel falsa. sed dicere non homo, non dicit verum neq; falsum: dum non annectitur ei est: licet significet rem quandam & formam existentem, longe minus ergo significabit non homo, verum vel falsum: cùm non significet esse determinatum, sed indeterminatum. Enunciationum uero, quarum subiectum est nomen infinitum, simplices quidem atq; infinitæ ita se consequuntur, quemadmodum simplices cum infinitis, in enũciationibus, quarum subiectũ est finitum. Nam, cùm dicitur omnis nõ homo est non iustus, quæ est infinita affirmatiua, in hoc genere significans idem quod illa cùm dicitur, nihil quod est non homo, est iustus, quę est vna negatiua simplex. & ſic

Ingnit Manetinus interpres Credo q̃ hoc dixerit Auer. q̃ i lingua Arabica, & Hebraica nõ reperitur verbum est & ſtãm valet dicere nõ homo, & nõ est homo.

hoc genus enunciationum, quarum subiectum est nomen infinitum, & illud genus enũciationum, quarum subiectum est nomen finitum, non datur consecutio, neque oppositio.

Cumq; transmutatur & transponitur ordo nominis subiecti, aut prædicati, aut uerbi copulatiꝰ in enunciationibus de tertio adiacente, aut nomen subiecti & prædicati, aut ipsum verbum in de secundo adiacẽte: videlicet, vt præcedat id, quod debet secundo loco locari: vel ponatur in vltimo loco id quod debet poni in primo: & vt verbo dicam, cp permutetur eorum ordo, remaneat tamen in eis subiectum subiectum, & prædicatum prædicatum: tunc enunciatio remanebit eadem, in qua veritas seruabitur si fuerit vera, vel falsitas si falsa. vt gratia exempli, si dicatur, est homo iustus, est iustus homo, hæc enim enunciatio est eadem in se. similiter si dicat, Socrates stat, & stat Socrates. Nã si enunciationes, quæ non differunt nisi ſm suas partes in ꝓcedentia, & sequentia positione, non essent vna & eadem enunciatio, tunc oporteret vt vna enunciatio haberet plusq; vnam negationem: cùm tamen sit iam probatum, cp vna affirmatio non habet nisi vnicã negationem. nam, si cùm dicitur, est homo iustus, & est iustus homo, non esset vnica enunciatio, sed duæ diuerforum significatorum: & negatio huius, scilicet est homo iustus, esset non est homo iustus: & negatio huius, est iustus homo, esset non est iustus homo: & sit quoq; manifestum, cp dicere non est homo iustus, est negatiua huius, s. est homo iustus: tunc sequeretur, cp, est homo iustus, haberet duas negatiuas: vna erit, non est homo iustus: altera uero non est iustus homo: quæ est negatio enunciationis, quam diximus esse diuersam significato ab illa, quæ dicit, est homo iustus, quæ est illa, est iustus homo. Perspicuum itaq; est, cp, cùm permutatur ordo nominum & verborum, quæ sunt partes enunciationum in ipsa oratione, ab usu illius linguæ, in qua fit, hoc est ab ordine elegantiori, remaneat tamen prædicatum prædicatum, & subiectum subiectum, tunc remanebit illa enunciatio eadem.

LEVI ANNOTATIONES.

De Enunciationibus infinitis.

Einde d. Quoniam autem enũciationum aliquę sunt de secundo adiacente, &c. Inquit Leui. Scire debes ꝓ partes orationis enunciatiuæ sint nomen & verbum, aut nomẽ & quicquid habet vim verbi: videlicet, nomen cum nomine, & cum verbo substantiuo est, copulante. quo quidem verbo oratio est oratio: quia significat relationem prædicati ad subiectum. quæ quidem est in oratione affirmatiua, vt cum affirmatur prædicatum inesse subiecto, vt cum dicitur, homo est iustus: vel in negatiua, vt in qua negatur esse prædicati de subiecto, cum dicitur, homo non est iustus. Et hinc probari potest, cp nota negationis est prior nota essentiali, & præcedit eam. quoniam quemadmodum in illa verificatione, quæ ht de vna quiditate, quærimus vtrum sit vel non sit: ita quoque euenit in verificatione, quæ ex duabus fit quiditatibus: videlicet vtrum vnum insit alteri, vel nõ insit, & ideo negatio vtiq; præponitur notæ essentiali, ideſt huic verbo substantiuo est. hoc autem adhuc declarabitur exactius post hoc. Dico autem cp in lingua nostra nunq; potest prædicatum esse verbum infinitum. nam idem est apud nos dicere Socrates non ambulabit, ac si diceretur Socrates non erit ambulans.

Alt interps. Hoc habet veritatẽ, nisi nomen adiectiuũ, siue de nolanũ nominetur verbũ: vt dicit apud Auer. vt si dicam Socrates nõ videns.

D. d. Enũciationes autem de tertio adiecto, quarum subiectum est nomen finitum, prædicatum vero est vel nomen finitum vel infinitum, &c. Inquit Leui. Postq; declarauit quo pacto opponatur oratio simplex, vult nũc declarare id, quod ex ea consequitur, nam id quod ex oratione composita sequitur, in libro Priorum tractabit, & inibi quoq; tractabit de eius oppositis. In libro enim Prædicamentorum iam tractauit de his quæ sequuntur dictionem: nempe cp, de quo prædicatur spẽs, prædicatur & prædicatum speciei, hoc est genus. nam ipsum quoq; notificat quandoq; eius quiditatem, similiter etiam tractauit ibidem de his, quæ opponuntur dictioni, vt declarauimus. Dicit ergo cp, si subiectum earum fuerit vnum semper in his enunciationibus, sed prædicatum quandoq; finitum, quãq; infinitum, & ponantur enunciationes eo ordine quo narrauit, tunc ita se consequentur inter se infinitæ, & simplices, sicut consequuntur priuatiuę, & simplices inter se. Et intelligo per enunciationes priuatiuas, illas in quibus nomen prædicati significat vel priuationem iam definitam in libro Prædicamentorꝰ, vt cũ dicimus, homo est ignorans: vel quod vitiosus est duoꝝ contrariorum, vt cum dicimus, homo est iniustus. & si hoc sit habitus quidam: quia natura tradidit hanc possibilitatem in ipso recipiente illa duo contraria propter illud cõtrarium, quod est bonum, non propter illud quod est malum. & ideo oportet in definitione harum virtutum, ac potentiarum res periatur illud contrarium quod est bonum, non illud contrarium, quod est malum, vt Aristo. dicit in libro Topicorum. vt exempli gratia, ars quidem medica non est scientia inducendi sanitatem, ac ægritudinem, & qui eam definit cp sit ars, qua disingamur ad inducendum morbum hominibus, non vere definit eam, neque recte: quoniam Medicina intẽditur per se inducere sanitatem, ita quoq; contingit in ea potẽtia, quam habet homo naturaliter, vt sit iustus, vel iniustus: scilicet tꝫ debet definiri per iustitiam ipsam; quia illius gratia fuit concessa huiusmodi facultas, primo, & per se hominibus ipsi. Habites ergo contrarius virtuti erit priuatio ipsius perfectionis, cuius gratia tradita fuit huiusmodi vis. At nemo dicet, cp ille qui obtinet contrarium bonum, priuetur cõtrario malo: licet sit necessarium, vt priuetur contrario malo per præsentiam contrarij boni; qa huiusmodi habilitas & promptitudo nõ est in eo gratia illius contrarii mali. D. d. Si examinemꝰ ergo hmõi enũciationes secundũ hanc subiectionẽ, inuenies illas q̃ sunt sup costas eoꝝ, i latitudinis areolę, &c. Sequet cp si affirmatiua simplex fuerit vera, erit quoq; vera vniuersalis infinita, sed nõ econtra. In falsitate vero res contrario modo se habet, quia, si negatiua infinita est falsa, erit quoq; falsa affirmatiua simplex: vt post hoc declarabit. Sed in consecutione negatiuæ simplicis cum affirmatiua infinita, quo ad veritatem huius contrarium contingit: nempe, quia si infinita est vera, simplex quoq; erit vera: & non econuerso. In falsitate vero reperitur res quãq; econtra: videlicet, cp, si simplex fuerit falsa, erit quoq; infinita falsa: & nõ econtra. Manifestum autem est cp ita se habet infinita cum ipsa simplici, quo ad cõsecutionem in veritate vel falsitate, sicut se habet priuatiua cum simplici, quia infinita habet vim priuatiuæ. infinita vero cum priuatiua conuertitur in cõsecutione, siue in vero, siue in falso. hoc est, cp si hæc est vera, homo est nõ iustus, erit quoq; vera hæc, homo est iniustus: & econtra, si est vera hæc, homo est iniustus, erit vera hæc, homo est nõ iustus, eodemq; modo si vna harum fuerit falsa, altera erit falsa. Illę autem quæ super lineam obliquam sunt locatæ, sunt contrarię ratione materiæ. hoc est, quia earum prædicata sunt cõtrariæ: non cp sint illa contraria, quæ prædicta sunt in ipsis oppositis: quia illa contraria habent notam quãtitatiuam vniuersalem. & inuenies ea in ipsis indefinitis in materia possibili esse simul vera: vt cum dicimus, homo est iustus, homo est non iustus. sic militerque in subcontrariis.

Enunciationum indefinitarum dispositio.

	Affirmatiua simplex,	Negatiua simplex,
A.	Homo est iustus.	Homo non est iustus. B.
	Negatiua infinita,	Affirmatiua infinita,
C.	Hõ non est nõ iustus.	Homo est non iustus. D.
	Negatiua priuatoria,	Affirmatiua priuatoria,
E.	Homo nõ est iustus.	Homo est iniustus. F.

Sed in contrariis inuenies quidem ea ambo falsa in hac materia, scilicet possibili, cum fuerint ambæ enunciationes vniuersales, quæ sunt hæ, omnis homo est iustus, omnis homo est non iustus, & in contradictoriis si vniuersales collocentur altera sub altera ex vna parte, & particulares ex alia parte, vt ipse supponet post hoc, tunc inuenies eas quæ sunt locatæ per lineam obliquam, esse contradictorias, & diuidere verum à falso, hoc est, cp, si non seruetur hęc conditio in earum locatione, tunc erunt illæ, quæ sunt in linea obliqua vel contrariæ, vel sub contrarię. Et ideo dicit in illo vniuersali ordine, cp ambę enunciationes, quę sunt locatæ altera sub altera in illo situ prędicto, debeant esse conformes in quantitate, & differentes qualitate. & inuenies quo ad veritatem sequi semper negatiuã ab affirmatiua:

stiua: quo ad falsitatem vero affirmatiua sequitur ex negatiua. Sed si permutetur iste ordo, videlicet in contradictoriis: nam in aliis est impossibile, tunc inuenies cp, si ponatur affirmatiua simplex vniuersalis, & sub ipsa locetur particularis negatiua infinita, & ponantur per latitudinem illæ, quæ sunt illis contradictoriæ, inueniemus illas, quæ sunt per obliquum esse contrarias, quia sunt vniuersales; videlicet super lineam obliquam A D, iuxta situm huius figuræ.

Enunciationum vniuersalium ac particularium dispositio.

A.	Affirmatiua simp. vꝝis, Omnis homo est iustus.	Negatiua sim. pticularis, B Aliquis hõ nõ ẽ iustus.
C.	Negatiua infinita pticu. Aliqs hõ nõ est nõ iustꝰ.	Affirmatiua ifi. vꝝis, D. Omnis hõ est nõ iustꝰ.

Et inuenies negatiuam sequi ex affirmatiua quo ad veritatem: econtra vero in falsitate. quemadmodum cum fuerint conformes in quantitate. nam, si hæc est vera, omnis homo est iustus, necessario erit quoq; vera hæc, aliquis homo non est non iustus: sed nõ conuertitur hoc, similiter quoq; si est verum dicere, omnis homo est non iustus, necessario etiam erit vera hæc, aliquis homo non est iustus: & non conuertetur hoc. sed in falsitate res contrario modo se habebit. At si ponamus affirmatiuam simplicem particularem, & sub ipsa locemus vniuersalem negatiuam infinitam, & per latitudinem ponamus illas, quæ sunt illis contradictoriæ, tunc inuenietis illas, quæ per obliquum sunt locatæ, esse subcontrarias: quia sunt particulares, s. quæ sunt per lineam obliquam, quę est A D, iuxta positionem huius figuræ.

A.	Affirmatiua simp. ptic. Aliquis homo est iustꝰ.	Negatiua simp. vꝝis, B. Nullus hõ est iustus.
C.	Negatiua infinita vꝝis, Nullus hõ est nõ iustus.	Affirma. infinita ptic. D. Aliquis hõ ẽ nõ iustus.

Neque inueniemus alteram sequi ex altera illarum enunciationum quæ in latitudine tabellæ locatæ sunt, tam in veritate quàm in falsitate: hoc est, quòd si hæc, aliquis homo est iustus fuerit vera, non propterea est necessarium, quòd hæc quoque sit vera, nullus homo est non iustus; quia possunt esse aliqui homines iusti, & aliqui iniusti: & tunc illa erit falsa. ita quoq; si fuerit vera hæc, nullus homo est non iustus, non oportet vt sit vera etiam hęc, aliquis homo est iustus: quia potest homo priuari iustitia, & iniustitia, & hoc maxime in eo subiecto, quod non est aptum denominari per vnum istorum. Pari ratione quoq; probatur, cp si est vera hęc, aliquis homo est nõ iustus, non oportet propterea, vt sit vera hæc, nullus homo est iustus: quia possunt esse aliqui homines iusti, & si est vera hæc, nullus homo est iustus, non propterea est necessarium vt sit vera hæc, aliquis homo est non iustus: quia iam possunt priuari omnes à iustitia & iniustitia, vt paulo ante dictũ fuit. Ita quoq; dico cp non consequuntur se se inuicem in falsitate, quoniam, si hæc fuerit falsa, aliquis homo est iustus, non est necessarium, cp hæc quoq; sit falsa, nullus hõ est non iustus: quia potest totũ subiectum priuari iustitia & iniustitia, vt in his, quæ non sunt apta denominari aliquo contrariorum. & si hæc fuerit falsa, nullus homo est non iustus, non est necesse vt sit falsa hæc, aliquis homo est iustus, quia possunt esse aliqui homines iusti, & aliqui iniusti. Et si fuerit falsa hæc, aliquis homo est nõ iustus, non est necessarium cp sit falsa hęc, nullus homo est iustus: quia totum subiectum priuatur iustitia. & si fuerit falsa hæc, nullus homo est iustus, non est necessarium vt sit falsa hæc, aliquis homo est non iustus. Sed cum permutatur ordo: videlicet, cum non conueniunt in quantitate, in longitudine areolæ, tunc corrumpitur huiusmodi consecutio in aliquibus positionibus, vt diximus. Ideo posuit Aristoteles huiusmodi conditionẽ, nempe vt conueniant in quantitate: licet in quibusdam positionibus seruetur huiusmodi consecutio: quamuis non conueniant in quantitate, vt fuit declaratum. Aristo. vero distulit expositionem huius negocii: videlicet quo pacto res se habeat in his, quæ in linea obliqua locata sunt, ad librum Priorum. ibi enim exacte declarat hoc. At de oppositione enunciationum, quarum prædicata sunt contraria, tractabit in fine huius libri.

D. d. Enunciationes autem de tertio adiacente, si earum subiectum sit nomen infinitum & prędicatum quandoq; finitũ, quandoque infinitum. Inquit Leui. Sensus est, cp non nomen enunciatio infiniti, propterea quia subiectum sit nomẽ infinitum. & ideo enunciatio erit simplex, cum fuerit prędicatum finitum, licet subiectum sit nomen infinitum. Et huius rei causa est, quoniam cum enunciatio sit enunciatio ratione habitudinis, quam habet prædicatum ad ipsum subiectum: cũq; ergo ꝑdicatum fuerit infinitũ (.i., ablatum in lingua Hebraica) auferetur illa ratio, atq; habitudo, quæ est inter prædicatum & subiectum: ideo illa enũciatio debet esse infinita, i., ablata seu abnegata, vt in lingua Hebraica reſpõdet. nam, cum dicimus Socrates est non iustus, aufertur à Socrate iustitia: quia impossibile est vt sit simul iustus, & non iustus. Id enim, quod facit ipsam propositionem esse propositionem, est illa ratio, & habitudo, quæ est inter prędicatum & subiectum. si enim dicamus, non homo est iustus, non auferetur propter hoc ipsa iustitia ab homine: sed est adhuc possibile secundum hanc enunciationem, vt homo sit iustus, nihil enim prohibet, quin sequatur vnum prædicatum ad vana subiecta, & ideo ipsa dicto subiecti est infinita, sed non enũciatio, genera vero priuationis, quę significantur per nomen infinitum, iam in prędecentibus fuerunt explicata, videlicet priuationis definitæ in libro Prędicamentorum: vel si fuerit illud vitiosius duorum cõtrariorum. & ideo dicere non iniustus, vel non ægrotus, & his similia non debent poni inter nomina infinita, quoniam nos dicimus qñ aliquis est priuatus iustitia, cp est non iustus, & qui est priuatus sanitate, vocatur non sanus, quia priuati sunt ea re, ob quã habebant illam aptitudinem ad recipienda huiusmodi contraria, & obtinebant habitum illum contrarum vitiosum, neque dicemus eum, qui adeptus est habitum bonum priuatum habitu malo. Verũtamen videtur, cp nomen infinitum sit in vsu in aliqua lingua, præter hoc, quod significet priuationem illã, quæ definita fuit in libro Prædicamentorũ, vel significet illud vitiosius extremum duorum contrariorum, nam qñq; ponitur etiã pro priuatione substantiæ: vt ipsemet dedit exẽplum, cũ dicit, non hõ, priuatio vero substantiæ non est priuatio eius rei, quæ est apta reperiri in ipsa re, eo tpe quo est apta reperiri in ea, ꝓter hoc cp possit reperiri in ea in futuris: sed est priuatio rei, q̃ est apta reperiri in aliquo gñe ipsius, & ideo nomen infinitum ponitur pro aliqua alia re, quæ in plus se habet q̃ priuatio, quę definita est in libro Prędicamentorum. At scire debes etiam cp non auferetur ipsum esse ignobilius ab esse nobilion. nam non dicitur, cp animal sit nõ inanimatum, sed auferetur esse nobile ab esse ignobili: quia procedit processu perfectionis, i., ad perfectionem suam: & illius gratia reperitur huiusmodi facultas in his entibus, & ideo animal dicit irrationale, & planta dicitur non sensitiua, quia planta habet esse gña animalis, & ainalhois gratia, vt in Philosophia Naturali probatũ est, & ideo de equo, exempli gratia, dicitur quod est non homo: & non dicitur cp homo est non equus. D. d. In hoc autem genere enunciationum, quando fiunt negatiuæ. Inquit Leui. Scire debes, cp subiectum & prædicatum ipsius enunciationis sunt materia eius: relatio vero, quæ est inter prædicatum & subiectum, est eius forma: ideſt cp per huiusmodi habitudinem & rationem, quam habet prędicatum ad subiectũ, ipsa enunciatio est enunciatio. & iam probatum fuit superius, cp enunciatio infinita nõ est enunciatio negatiua: quia infinita enunciatio potest esse affirmatiua, & negatiua, neq; est etiam idem significatum. nam non idem significat dicere, homo est non iustus, & dicere, homo non est iustus, vt iam probatum fuit, & ideo oportet declarare in quo loco enunciationis debeat locari nota infinitatis, & in quo loco negationis: vt non capiatur infinitas pro negatione: vel ecõtra, negatio pro infinitate. Dicimus ergo, cp infinitatio subiecti, vt ita loquar, seu ablatio in lingua nostra, ponitur cum ipso subiecto, & infinitatio prædicati cum prædicato, & hoc perspicuum est. Nota vero negationis debet poni ante verbum est, quod copulat, nam enũciatio est enunciatio per illud verbum, & hoc patet in ipsis singularibus, & indefinitis. In habentibus vero notam quantitatis, & in enunciationibus vniuersalibus, ponitur cum nota quantitatis, quia ibi existit verbum est: vt cum dicitur nullus homo est iustus, nam sensus est: nõ est aliquis homo iustus. sed si ponatur negatio inter subiectum & prædicatum, tunc enunciatio non erit vniuersalis, sed particularis: videlicet aliquis homo non est iustus, quia habet vim, ac si diceret, non omnis homo est iustus. & ideo potest poni negatio in enunciatione particulari, tum inter prædicatum & subiectum: tum etiam cum ipsa nota quantitatis. nam possumus dicere aliquis homo non est iustus: vel non omnis homo est iustus. Arist. tamen permissiue concedit, vt semper ponatur nota negationis in enunciationibus quãtitatiuis cum nota quantitatis, quia nõ potest poni semper inter subiectum & prædicatum vt patefecimus. Ergo in lingua nostra, & aliis similibus, non potest fieri in enunciationibus de secundo adiecto,

cto, enunciatio infinita, vt declarauimus. nam infinitatio prædicati, seu ablatio ponitur quidem post verbum est, non ante, quia tunc esset negatio. Aristo. autem declarat, in quo differat infinitatio ꝑdicati & subiecti ab ipsa negatione, & dicit, ꝙ non sunt idem infinitatio & negatio: sed id quod aufert vna earum ab ipsa enunciatione est aliud, ꝙ id quod tollit altera earum. eam nota negationis in propositionibus quantitatiuis tollit vniuersalitatem enunciationis, vel eius particularitatem: hoc est, ꝙ tollit vniuersalitatē habitudinis prædicati ad subiectū, qua ipsa enunciatio est enunciatio, vt paulo ante fuit dictum, nam, cum dicimus, nullum A est B, tollitur ab hac enunciatione quicquid continet nota particularis de coniunctione prædicati ad partem prædicati, similiter etiam cum dicimus, aliquod A non est B, tollitur ab ipsa enunciatione, quicquid amplectitur nota vniuersalis de cōiunctione prædicati ad totum subiectum. & hoc consequit per se ex his enūciationibus negatiuis, quæ tollunt ab enunciatione illam habitudinem, quæ se habet veluti forma enūciationis, vt paulo ante fuit dictum. & ideo non reperitur negatio nisi in enunciatione. At infinitatio prædicati vel subiecti tollit ab ipsa enunciatione subiectum vel prædicatum, quæ se habent veluti materia enunciationis. & hoc, quo ad prædicatum satis constat: sed quo ad subiectum etiam sic probatur, quoniam totum prædicatum est ipsum nomen infinitum, & ideo tollitur eo nomine nomen finitum: sed non tollitur ab enunciatione habitudo prædicati ad subiectum: quia prædicatum in hac enunciatione non est nomen infinitum, ita vt dicamus ꝙ infinitatio illa, seu ablatio tollat ipsum ab enunciatione per se: sed prædicatū in illa enunciatione est ipsum nomen infinitum, & ideo infinitatio reperitur sine propositione, videlicet in nomine simplici, sed, si de natura infinitationis esset tollere id quo enunciatio est enunciatio, tunc infinitatio non reperiretur nisi in enunciatione: vt res se habet de negatione, & reddit rationem huius rei, ſ. quia nota quantitatis vniuersalis significat totaliter de omni prædicato ad subiectum: non ꝙ efficiat subiectum vniuersale, sed enunciationem efficit vniuersalem, quia subiectum ipsum potest esse vniuersale de se absq; nota quantitatiua: vt cum fuerit ipecies, vel genus, vel aliquod aliud subiectum vniuersale. Patet ergo ꝙ nota quantitatis nō reddit vniuersale ipsum subiectū, sed habitudinem prædicati ad subiectū reddit vniuersalem. Hinc constare licet, ꝙ negatio in propositionibus habentibus notam quantitatis tollit vniuersalitatem enunciationis, nō subiectum vniuersale: vt posset credi, cum dicimus, non omne, nam hoc dictum continet notam quātitatiuam vniuersalem. si nota ergo quantitatiua redderet subiectum vniuersale, tunc posset quis credere, ꝙ, cum tollitur nota quantitatiua, tolleretur subiectum vniuersale: & sic infinitatio & negatio in hoc casu esset idem. sed palam est, ꝙ nota quantitatiua non efficit subiectum vniuersale vllo pacto: sed enūciationem reddit vniuersalem. & ideo aliud est tollere vniuersalitatem notæ quantitatis, & tollere vniuersalitatem subiecti. Præterea, si p huiusmodi negationem tolleretur subiectum, tunc cum dicit non vnum, i. nullum (sic enim Hebraice dicitur nullū ſ, nō vnum) esset enunciatio sine subiecto, quod est falsum: quia quælibet enunciatio habet subiectum & prædicatum, vt dictum fuit.

In indefinitis vero, ac singularibus res euidentior est. videlicet, ꝙ id quod infinitato tollit ab eis, est aliud ꝙ id quod tollit ab eis negatio. nam infinitato tollit ab eis subiectum vel prædicatum: sed negatio tollit ab eis illam habitudinem, quā habet prædicatum ad subiectum. In quantitatiuis autem posset quis existimare, ꝙ in aliquibus earū negatio tollat subiectum. & ideo declarauit hoc Aristo. in ipsis quātitatiuis, ideo ꝙ oportet ponere notam negationis in loco suo debito: ita vt nō ponamus infinitationem prædicati in loco negationis, & oportet ita fieri in enūciationibus necessariis, & in impossibilibus. At in ipsa possibili enunciatione, quandoq; dantur aliqua loca, in quibus idem erit negatio & infinitatio prædicati ratione materiæ, hoc est, ꝙ si fuerit vera infinitatio, erit quoq; vera negatio: & e contra, si fuerit vera negatio, erit quoq; vera infinitatio. Et hoc cōtingit hem tū in enunciationibus singularibus cum illa conditione ab Aristo. data: nempe, vt tollatur de natura illius subiecti vt possit denominari per ipsam priuationem, & per habitum illi oppositum, & hoc idem declaratur de indefinitis in hac met materia, & de particularibus. At in enunciationibus vniuersalibus hoc non verificatur, vt ipsemet declarauit. nam, cum dicimus, omnis homo est nō iustus, & aliquis homo non est iustus, harum vna est vniuersalis, & altera est particularis, & particularis potest esse vera, & vniuersalis falsa, in hac materia: immo non solum est possibile, sed necessarium. & ideo datur locus errandi in enunciatione vniuersali, si ponatur illa nota non, cum prædicato vice negationis, ex hac parte, ſ. ex parte particularitatis & vniuersalitatis: non ꝙ ipsa infinitatio & negatio non sint idem in hac materia: cum non variantur in nota quantitatis. Et dicunt expositores, ꝙ ex hoc acquirimus aliquam vtilitatem in arte Dialectica, & quando, respondens proponit enunciationem negatiuam, nihil vtilitatis affert. & qui quidem conuertit ipsam in affirmatiuam instituitur, tunc affert aliquid vtilitatis. Et nos dicimus, ꝙ hęc vtilitas habetur etiam in enunciatione necessaria: quia terminus medius necesse est vt sit vnus in ambabus propositionibus, vt in libro Priorum probatur. & ideo, cum dicimus nullum A est B: & omne B est C: & conuertimus minorem in infinitam, tūc nulla habetur ex hoc vtilitas: quia tunc habebimus, omne A est non B: & omne B est C: & sic terminus medius non erit idē, quia in minori est non B: in maiori vero B. & nomen finitum differt à nomine infinito. & ideo oportet, vt maior sit, omne non B est C. Dicamus quoq;, ꝙ si maior esset, omne, id quod non est B est C: & habeamus apud nos hanc, nullum A est B, prout sit enūciatio necessaria: ꝙ tunc inferet, ergo omne A est C, quia conuertimus minorem in affirmatiuam, dicendo, omne A est non B: & habeamus apud nos hanc, quicquid est non B, est C: infertur ergo, omne A est C, vt in libro Priorum declarabitur. & ideo melius erit dicere ꝙ Arist. non loquitur in hoc loco de hac re, propter huiusmodi vtilitatem: sed vt notificaret illa loca, in quibus non sequitur falsum, si ponatur negatiua pro infinita, vel infinita pro negatiua. Possemus tamē adhuc dicere, ꝙ illa vtilitas acquiritur in hac materia tantum: quia in ipsa necessaria, de qua fecimus exemplum, declaratur conclusio, præter hoc, ꝙ minor efficiatur affirmatiua, quoniam manifestum est, ꝙ, cum dicimus nullum A est B, ꝙ A ingredi sub omni eo, quod non est B, præter hoc quòd conuertatur in affirmatiuam, sed in materia possibili non est manifestum ꝙ A ingrediatur sub omni eo quod non est B, nisi conuertatur in affirmatiuam: quia possibile est vt negatur ab ipso A id, quod est B, & id quod non est B. & hoc quod tractamus hic, magis attinet ad librum Priorum: ibi itaq; exacte tractabitur. Aristo. autem declarabit adhuc diuersam, quę iter oppositionem affirmationis & negationis existit, & oppositionem ipsius infinitationis, & hoc in eadem met dictione abiq; enunciatione, quia dicto infinita habet vim subiecti vel prædicati tantum: vt superius fuit dictū: sed dicto negatiua finita significat dilationem prædicati ab ipso subiecto: licet non declaretur subiectum, sed nomen infinitum nō indicat super ablationem eius, à subiecto, nisi declaretur subiectum, & ideo nomē infinitum, non significat verum vel falsum: cum non significet habitudinem, quæ inter prædicatum & subiectum existit. At vocamen infinitum significat verum vel falsum: propterea quòd significat habitudinem ipsius prædicati ad subiectum: licet, non declaretur, vt paulo ante diximus. Aristo. autem dicit, ꝙ hæ enunciationes, quarum subiectum est nomen infinitum, ita se consequuntur inuicem in vero vel falso, sicut se consequuntur inuicem illę priores enunciationes, quarū subiectum est finitum, in vero vel falso, & hoc satis constat ex ipsa expositione ibidem data. Inter hoc autem genus enunciationum, & illarum præcedentium nulla fiet consecutio, cum hæc enunciatio extet sine illo subiecto, & nihil illius subiecti nobis signi-

cum

cans diuidat verum à falso in hoc et genere oppositionis, sed, si dicere, non est homo rationalis, & non est rationalis homo, essent duæ enunciationes diuisæ, tunc vna affirmationi darentur duæ negationes oppositæ, quod est impossibile: quia iam fuit declaratum, ꝙ negans negat prædicatum à subiecto met ipso, quod affirmauit affirmans de ipso: & id quod ita se habet, est vtiq; vnum determinatum. & ideo necesse est, vt hæ duæ negationes sint enunciatio vna. & ideo erit vna negatio in significato: licet sit permutatus ordo dicendi in eis.

De Enunciationum unitate, ac pluralitate. Et quo pacto ueritas & falsitas in eis reperiatur in prædicationibus coniunctis, atq; diuisis. Cap. II.

AT vero vnum de pluribus, vel plura de vno affirmare vel negare, nisi sit vnum aliquid quod ex pluribus significatur, non est affirmatio neque negatio vna. Dico autem vnum, nō si vnum nomen positum sit, non sit autem vnum aliquid ex illis. vt homo est fortasse & animal, & bipes, & mansuetum, sed ex his vnum fit. ex albo autem, & homine, & ipso ambulare non est vnum. Quare nec si unum aliquid de his affirmet aliqs, erit affirmatio vna: sed vox quidem vna, affirmationes vero multæ. nec si de vno ista: sed similiter multæ. Si ergo dialectica interrogatio responsionis est petitio, uel propositionis, uel alterius partis cōtradictionis: propositio uero contradictionis est unius pars: non erit una responsio ad hęc. neque. n. interrogatio una, nec; etiam si sit uera. dictū est autem de his in Topicis. Simul autem manifestū est, quòd nec hoc ipsum quid est, dialectica interrogatio est. oportet enim datum esse ex interrogatione, eligere, utram uelit contradictionis partē enunciare: sed oportet interrogantem determinare, utrum hoc sit homo, an non hoc.

8. Top.

Qm uero hęc quidē prædicant cōposita, ut unum oē prędicatum fiat, eorq; que extra prędicantur: alia vero non: quæ est differentia? De homine enim verum est dicere, & extra animal, & extra bipes: & hæc vt vnum: & hominem, & album: & hæc vt vnum. sed non si cōriarius est, & bonus: etiā coriarius bonus. * Si enim quoniam vtrunq; verū, esse oportet & simul vtrūq;, multa incōuenientia erūt. De homine enim & hominem verum est dicere et album: quare et omne. rursus si album ipsum, & omne. quare erit homo albꝰ albus, & hoc in infinitum. & rursus musicus albus ambulans, & hæc eadem frequenter implicita in infinitum. Amplius, si Socrates, Socrates est, & homo: & Socrates Socrates homo. & si homo & bipes, erit homo bipes. Quòd igitur, si quis simpliciter * dicat complexiones fieri, multa accidit dicere inconuenientia, manifestum est. Quemadmodum autem ponendum est, nunc dicimus. Eorum igitur quæ prædicantur, & de quibus prædicari accidit, quæcunq; ſm accidens dicuntur, vel de eodem, vel alterum de altero, hæc non erunt vnum. vt homo albus est, & musicus: sed non est vnum album & musicum. accidentia enim sunt vtraq;. Nec si album, musicum verum est dicere, tamen non erit album musicum vnum aliquid: ſm accidens enim album musicum. quare non erit albū musicum vnum aliquid. quocirca nec coriarius bonus simpliciter: sed animal bipes. non enim secundum accidens. Amplius, nec quæcunque insunt in altero. quare neq; albū frequenter: neq; homo, homo animal est vel bipes. insunt enim in homine animal & bipes. Verum est autem dicere de aliquo & simpliciter: vt aliquem hominem hominem, aut aliquem albū hominem, hominem album. non autem semper. Sed quando in adiecto quidem aliqd oppositorum insit, quod consequitur contradictio, non verum, sed falsum est: vt hominem mortuum, hominem dicere. quando autem non insit, * verum. Aut, qñ insit quidē, semper non verum est: quando vero non insit, non semper verum est. vt Homerus est aliqd, vt poeta, vtrum igitur est? an non. ſm accidēs enim prędicatur est, de Homero (ꝙ. n. est poeta) sed nō ſm se ꝑdicat de Homero ipsum est. Quare in quibuscunq; prædicationibus neq; contrarietas ineſt, si definitiones pro nominibus dicantur, & ſm se prędicentur, & nō ſm accidens, in his aliquid & simpliciter verum erit dicere. Quod autem non est, quoniā opinabile est, non est verum dicere esse aliqd. opinio. n. eius est, non qđ est, sed quod nō est.

* σκυτιδς
* a. l. quare non si alterū verum

* a. l. addit & vt contingit.

* a. l. addit semper.

De enunciationum unitate, ac pluralitate. Et ueritate falsitateq; in prædicationibus coniunctis atq; diuisis.

CVm ex vnum nomē affirmetur de pluribus nominibus, vel affirmātur multa nomina de vno nomine, aut negatur vnum nomen de pluribus nominibus, vel negantur plura nomina de vno nomine, tunc nec illa affirmatio erit vna affirmatio, neque negatio vna negatio. Eodem quoq; modo, quando affirmatur vnum nomen de uno nomine, uel negetur ab eo, non erit vna affirmatio neq; vna negatio, cūm non fuerit illa res, quam dictio illa significat vna, vt iam superius dictum fuit: nisi illa nomina significent eandem rem, ſ. cùm fuerint nomina synonyma, quę scilicet oīa idem significant: vel vt id, quod significatur per plura nomina, sint partes definitionis, vel descriptiōis vnius rei: vt cùm dicitur homo est animal, et homo est rationalis, nam quod ex his duobus prædicatis constat, est definitio hominis: quoniam homo est animal rationale, similiter si fuerit eius descriptio, vt cùm dicitur homo est animal, homo est bipes. nam totum compositum est descriptio hominis: videlicet animal bipes. & hæc dictio homo significat vniuersali ratione id, quod significat quodlibet illorum duorum dictorum seorsum. Sed si id, quod ex pluribus prędicatis cōstat, non

AVER.

sit

sit verum, neq; ipsa quoq; eorum affirmatio erit vna: itaq; idem neq; negatio erit vna, pari ratione si de vno subiecto pluriuma prædicentur prædicata, non habebunt vnam affirmationem, neq; vnam negationē: vt exempli causa, si de homine prædicet q̄ est albus, & q̄ ambulat. hæc enim duo si prædicentur simul de homine, & dicatur homo est albus et ambulat, non significabit vnam rem, nisi per accidens, & ita se habet res in hoc, sicut in prædicato quod est dictio æquiuoca plura significans, cùm de vno prædicatur subiecto, subiectum quoq; quod est nomen æquiuocum, si de eo prædicetur prædicatum vnum, non significabit vnicam rem: hoc est, q̄ quemadmodum enunciatio, cuius prædicatum est nomen æquiuocum, nō est vna enunciatio: ita neq; illa enunciatio, cuius subiectum est nomen æquiuocum, est vna enunciatio. Res etiam se habet eodem modo in enunciatione, in qua plura affirmantur per diuersa nomina de uno subiecto; uel in qua affirmatur unum prædicatum de pluribus subiectis, quæ per uaria nomina significātur: cùm compositum ex illis prædicatis uel subiectis pluribus nō fuerit una res. Enunciationes uero, quarum prædicatum uel subiectum fuerit nomen æquiuocum, cùm sint enunciationes plures, ideo interrogatio dialectica de eis non debet esse interrogatio una, neq; responsio responsio una, &, si fuerint omnia illa, quæ significantur per nomen æquiuocū subiectum, & uerificetur de eis unum prædicatum: uel fuerint omnia illa, quæ significantur per nomen æquiuocum prædicatum, & uerificentur de uno subiecto: uel prædicati & subiecti nomen plura significabit, ita ut quodlibet eorum significet plura: sed omnia quæ p nomen prædicati significantur, uerificentur de omnibus his, quæ per nomen subiecti significantur, ut in libro Topicorum probatum fuit. Illę enim, qui p uiam dialecticam respondet, non debet declarare ipsi interrogationem suam, ita ut notificet ei illa, quæ illud nomen æquiuocum significat: quoniam tunc tam responsio q̄ interrogans scirent æqualiter eam rem, in qua disceptantur, propositum autem ipsius interroganti per uiam dialecticam est, vt respondēs acceptet ab ipso alteram partem contradictorij, quam vult ponere pro propositione, qua destruat positionem respondentis. Si igitur interroget interrogans ab ipso respondente in Dialectica per propositionem æquiuocam, & acceptauerit ab ipso rūdente unā partem cōtradictionis, & interrogans fecerit ex una illarū rerum propōnem, ex qua putat concludere id, quod decreuit destruere contra respondentem, ex concessis ab ipso respondēre, tunc debet respondens dicere, non accepto hoc: sed id quod acceptauit est hoc, uel hoc. et tunc ipsi interroganti nihil conducet, q̄ respondens acceptauerit ab eo unā partem contradictionis. At interrogatio doctrinalis potest fieri nomine æquiuoco: quia ad doctorem attinet corrigere interrogationem, distinguendo id, quod per illud nomen æquiuocum significatur. & ideo hæc non erit interrogatio dialectica; quoniam hoc genus interrogationis determinat eam partem, quam significat illud nomen æquiuocum. vt si interroget aliquis qd sit oculus, s. in lingua Arabica & Hebraica, cui respondebit respondens, illud nomen significare multa: nam significat oculum animalium, & fontem aquarū, & oculum Solis, & alia. sed in interrogatione dialectica, cùm interrogās quærat de partibus cōtradictionis, vt acceptetur ab eo vna ipsarū: vt si quærat an hoc sit hoc, vel non sit hoc, ideo oportet vt interrogatio sit terminata, ad hoc, vt responsio conueniens ei sit terminata: & hoc fit nomine quidem vniuoco.

At cùm prædicata plura, quæ de vno prædicantur subiecto, videntur sequi res quæ existūt, vel sunt prædicata, quæ seorsum sumpta uera sunt, coniunctim quoq; sint uera, & aggregatum ex eis fuerit prædicatum vnum, et est id, quod diximus, quod aggregatum ex ipsis facit enunciationem vnam: uel sunt prædicata, quæ seorsum sumpta uera sunt, & cùm coniunguntur sunt quoq; uera, sed aggregatum ex eis non est prædicatum vnum, nisi per accidens: uel sunt prædicata, quæ quidem separata sunt uera, at cùm congregantur constituunt absurdum, & superfluum prædicatū: uel prædicata, quæ si seorsum capiantur uera sunt, sed adiuncta sunt falsa: idcirco cōsentaneum est, vt tradamus regulam, qua hæc prædicata manifeste distinguantur à se inuicem, postq; ostenderimus non esse necessarium, vt quicquid est uerum separatum, sit uerum coniunctum, quin sequatur ex hoc sermone falsum, uel superfluum. Dicimus quoq;, q̄ non est necessarium, ut ōia prædicata quę sunt uera diuisim, sint uera coniuncta, quin sequatur ex hoc sermone absurdum et superfluū, & hoc ostenditur propter ipsas materias, & propter ila inconuenientia quæ sequuntur ex hac positione, si concessissemus eam. Propter materias autem, quia uerum erit dicere, Socratem esse medicum, & esse prudentem: cùm tamen non sit necessarium, vt hæc duo uere dicantur de ipso simul: ita vt dicamus, ipsum esse medicum prudentem. Incommodorum uero, quæ sequuntur dicentem, q̄ quicquid est uerum diuisim, sit uerum coniunctim, præter hoc, q̄ sequatur ex hoc inconueniens, hoc unum est: videlicet, q̄ si esset verum dicere q̄ Socrates est homo, & q̄ est albus sit quoque verum: & erit quoq; necessarium, vt id, quod est aggregatum ex his sit verū: videlicet, vt Socrates sit homo albus. & si prædicetur de eo etiam, q̄ est homo albus; & q̄ est albus, ita vt sint duo prædicata seorsum sumpta, tunc necessario vere dicetur de ipso, q̄ est homo albus albus, similiter si capiatur huiusmodi sermo, veluti vnum prædicatum seorsum, & capiatur primus sermo, ac si esset prædicatum seorsum, tunc vere dicetur de eo q̄ est homo albus, homo albus albus: præterea hoc q̄ sequatur ex hoc sermone absurdum vel superfluum. & sic procedet res in infinitum: quod est impossibile. Præterea si prædicentur de eo multa diuisim, oportebit vt omnes compositiones, quæ contingere possunt ex illis diuisis, verificētur de eo: videlicet; si inter se componantur, & fuerint infinita, tūc de vno subiecto infinita prædicabuntur. quēadmodum si vere dicat de eo q̄ est homo, & q̄ est albus, & q̄ ambulat, tunc necessario vere dicetur de eo homo albus ambulat: & q̄ est homo homo albus ambulat: & q̄ est homo homo homo albus ambulat: sic q̄; q̄ est albus albus, ambulat; & ambulat. & sic erunt prædicata, quę de eo verē prædicabuntur infinita. Cōstat ergo q̄ non omne id, quod verificatur diuisim, oportet ipsum verificari coniunctim: vt putarunt multi Antiquorum.

His itaq; sic declaratis, consyderandum nunc est, qñ ex multis quæ de vno prædicantur, & ex uno quod de multis prædicatur, fiet una enunciatio: videlicet, cùm coniunctum ex his multis fuerit res una, & uera: & qñ id non fuerit. Dicamus itaq;, q̄ cùm prædicatio horum multorum de subiecto non fuerit prædicatio per accidens, neq; unum subsequatur aliud, atq; cōtineatur in eo, hoc est, ut conditio, seu hypothesis contingat in habēte illam hypothesim: & longe minus si illamet hypothesis & conditio sit illud quod habet ipsam conditionē: ut si dicatur, Socrates albus est albus: cū hoc scilicet non dicatur ad maiorem expressionem; tūc. n. coniunctum ex his erit una res. Sed, cùm eorum prædicatio fuerit sm accidens, & dicamus Socratem esse album, et q̄ ambulat, tunc coniunctum ex his non erit una res. Eodem quoq; modo, si secundum contineatur

in primo

in primo, tūc enim erit sermo superfluus: ut si dicatur, q̄ Socrates est homo animal: ita ut per animal exponatur, & exprimat homo. nam in dictione hō, continet animal: & ideo illa expressio, & expositio per ipsum animal est superflua: contra id quod fit, cùm per differentiam exprimitur genus. Cùm igitur ipsa prædicata separata seorsum; sumpta uacent his duobus: nempe & à prædicatione sm accidens, & ne unum eorum contineatur in alio, tunc enunciatio erit una: ut cùm dicitur q̄ homo est animal, & q̄ est bipes. Ea uero, quę sunt simul uera in prædicatione de aliqua re cum altera per alteram exprimitur, quædam sunt uera seorsum, & quædam non. Illa autem, quę sunt uera, sunt illa, quæ habent in se duas conditiones. Vna est, ut non contineat in ipso conditionato sermone aliquid, quod sit oppositum illius rei conditionatæ, atq; expressæ in quouis modorum oppositionum quatuor: siue fuerit manifesta talis oppositio, ratione significationis nominis: ut cùm dicitur animal mortuum. nam mortuum contrariatur animali (in lingua Arabica, & Hebraica, ubi idem significat animal, quod uiuens ratione significationis nois eius, s. animalis. siue id sit manifestum, non ratione significati ipsius nominis, sed ratione significationis ipsius definitionis, vel descriptionis: vt cùm dicitur, homo mortuus. nam hoc manifestum quidem est, q̄ homo contrariatur mortuo ratione definitionis eius, quo est animal rationale. cumq; continetur ergo oppositio in huiusmodi expressis adiunctis, tunc sunt falsa seorsum sumpta, qñ de mortuo vere dicitur q̄ est homo mortuus: sed nō vere dicitur de eo, q̄ sit homo.

Secunda conditio est, vt prædicatio ipsius expressi in adiuncto de subiecto non sit sm accidens, hoc est per aliud, sed per se, i. propter se ipsum. quoniam, si prædicaretur hoc modo per accidens, esset falsum diuisim sumptum: vt cùm dicitur, Homerus est poeta. nam, si seorsum dicatur Homerus est, erit falsum: qa nunc non est Homerus: priuatus enim est. Et huius rei causa, qa hæc dictio est, prædicatur de Homero, ea ratione qua est poeta, & non primaria prædicatione, i. propter se ipsum, hoc est simpliciter. & cùm dicitur q̄ est, quatenus est poeta in opinione nostra, tunc est uere dictum. & ideo in his, cùm sumitur hoc pacto dictio, est, potest esse id verum de re priuata etiam. quēadmodum hæc enunciatio, s. non est, cùm prædicatur de aliqua re, propter aliud vere dicitur de re existente: & tamen nō diceretur vere de ea re, si de ipsa prædicaretur sm se, vt si dicat de Socrate indiuiduo nūc existente q̄ non est paries. nam non erit verum dicere de ipso, q̄ non est simpliciter: quemadmodum non est verum dicere de aliqua re non existente, q̄ est simpliciter. Cùm ergo non cōtineatur in ipso adiuncto expresso oppositum illius rei expressę, adiunctæ ue: cùm significauerit illam rem expressam adiunctā ue sua definitione vel nomine, & nullum ibi prædicatum propter aliud: tunc necesse est vt hmōi prædicata separatim sumpta, sint vera, ita diuisa seorsum, quemadmodum sunt vera coniuncta.

LEVI.

De Enunciationū unitate, ac pluralitate: ueritateq; ac falsitate in prædicationibus coniunctis atq; diuisis.

DEinde d. Cūq; vnum nomen affirmat de pluribus noibus, vel affirmantur multa noia de vno, &c. Inquit Leui. Cū Aristo. supposuerit in ipsis oppositionibus, q̄ affirmatio & negatio sit vna, hoc est, vt non affirmentur plures res de vna re, vel vna res de pluribus rebus, vult declarare hic, qñ illa enunciatio, cuius subiectum, vel prædicatum, vel utrūq; fuerint plures res sit enunciatio vna, ita vt affirmatio sit vna, vel negatio vna: & qñ non fuerit hoc. Et dicit q̄ si hęc res plures fuerint nomina synonyma, tunc enunciatio est vna: quia propositū omnium ipsorum est vnum. & hoc est de se notum, ita quoque, si hæ plures res essent declaratio nominis, videlicet, si fuerit definitio vel descriptio, tunc enim significant simul nomen simplex: & ideo enunciatio erit una: vt cum dicitur, Socrates est animal rationale, vel animal bipes. nam idē significant, quod dicere Socrates est homo. sed si illud cōpositum ex pluribus rebus illis non esset vnum, nisi per accidens, tunc enunciatio non esset vna: vt cum dicitur Socrates est albus, ambulans. qa hæc prædicata non sunt vna res, nisi ea ratione, qua accidit album esse ambulantem. Illæ uero propositiones, quarum prædicatum, vel subiectum est nomen æquiuocum, nō potest esse interrogatio dialectica earum vna interrogatio, sed & ipsa responsio etiam: licet enunciatio sit vera in omnibus suis propositis, qñ, qui interrogat dialectice, vult q̄ respondēs concedat ei aliquas propositiones, ex quibus conficiet syllogismum: vt destruat positionem respondētis. & ob hoc palam est, q̄ interrogans non debet interrogare significata huius enunciationis æquiuoce in vna interrogatione: quia respondens respondet ei quomodocunq; fuerit; & cum interrogans voluerit destruere positionem respondentis in illa propositione, quam cōcessit, intelligens per ipsam vnam aliam ex significationibus, in quibus enunciatio cōcat, tunc poterit respondere ei ipse respondens, non concessi hoc: sed concessi illam enunciationem in vno significatorum, in quibus cōcat hæc enunciatio. & sic nō respondebit respondens in ea vnū responsum, hoc est, vt contradicat illis significatis, quæ significat ipsa enūciatio, & respondeat vnicuiq; eorum: quia non est officium suum corrigere interrogationem ipsius interrogantis: nisi sciat quid velit affirmare ei ipse interrogans: & non concedet ei quicq; illorum significatorū, quibus quærit defendere se ipse interrogans aut iuuare, qñ obijcit contra significata enunciationis. Hoc autem non est officium Dialectici, vt in libro Topicorum probabit: videlicet, vt notificet id in quo exsistit disceptatio. sed respondens Dialecticus respondet plura responsa: hoc est, q̄ responsio debet eo pacto, quo poterit dicere adhuc, non ita concessi & acceptaui, adhuc vt eius responsio non sit terminata. & hac ratione interrogatio Dialectici interrogantis debet esse terminata, At qui per viam doctrinalem interrogat, potest utique vnica interrogatione interrogare de his enunciationibus, qa ad doctorem attinet corrigere interrogationem: cum nullus eorum quærat vincere alter alterum, sed inuenire veritatem.

D. d. At cum prædicata plura, quæ de vno prædicantur subiecto, quatuor modis repertantur, &c. Inquit Leui. Postq; declarauit, qñ plura prædicata, vel plura subiecta sunt vnum, nunc vult declarare qualiter se habeant in diuisione & compositione, hoc est quando id quod est verum diuisim, sit verum coniunctim, & ecōtra. Et dicit q̄ dantur aliqua prædicata, quę sunt vera diuisim & coniunctim, & compositum ex ipsis erit vna res: videlicet definitio, vel descriptio. & inueniuntur alia, quæ sunt vera diuisim & coniunctim, sed quod ex eis constat, non est vna res, nisi per accidens. nam erit verum dicere q̄ Socrates est albus, & q̄ est ambulās, & sic erit verū dicere, q̄ est albus, ambulans. verūtamen aggregatum ex ipsis nō est vnum, nisi per accidens, neq; id, quod ex eis constat est nugatio, neq; superfluum. Qūq; tamen dantur aliqua quæ sunt vera diuisa, & non sunt falsa coniuncta, sed est nugatio & superfluitas: vt cū dicitur, Socrates est albus, Socrates ambulat. Socrates albus ambulat. quòd si prædicentur omnia hæc prædicata de Socrate, tunc res erit nugatio, & superfluitas: vt probauit ex illis incommodis quæ sequebantur, si non concedatur q̄ res sit nugatio & superfluitas, & ita quoq; constat, q̄ erit verum dicere, q̄ Socrates est rationalis, & q̄ est animal, & si cōiungamus hęc prædicata, & dicamus, q̄ est rationale animal, tunc illud animal erit superfluū: qa nemo dubitat q̄ ipsum rōnale est aial. Dantur præterea aliqua alia, quæ sunt vera diuisa, sunt tamen falsa coniuncta, & hoc propter ipsam materiam. nam erit verum dicere, q̄ Socrates est medicus: licet sit insufficiens & ignorans in arte medica, & q̄ est sufficiens, si fuerit doctus in scientia alia: & tamen nō erit verum dicere, q̄ sit medicus sufficiēs, cum sit insufficiens in arte medica. Aristo. autem hic declarat, quando coniungantur prædicata diuisa, ita vt id quod ex eis cōstat, sit vnum & verum, & nulla inde sequatur nugatio, & superfluitas. & dicit, q̄ ad hoc requiruntur duæ conditiones. Prima, vt prædicatio harum rerum plurium non sit per accidēs. nam, si alterum de altero prædicaretur per accidens, tunc non erunt simul vna res, vt cum dicitur, Socrates est albus ambulans: quia contingit Socratem esse album, & ambulātem, & manifestum est, q̄ iuxta hanc conditionem prædicatum erit vnum, & verum, nam licet sequatur falsum, cum dicitur, Socrates est medicus, sufficiens ratio est, quia cum dicimus sufficiens tem, non intelligimus sufficiētem in medica facultate, & ideo eorum prædicatio simul de Socrate erit per accidens, eo quia accidit ei vt sit medicus, & sufficiens in aliqua alia scientia. Secunda

Prio Topi.

Inqt Iacob interps. Hęc dictio, rōnalis apud Hebræos ł pro masculo, pro fœmina, pro neutro sumpta. & ita ora adiecta ua masculina possunt accipi p neutris. Præterea participia pro p̄senti verbo, & adiectiua cōfundūtur.

cunda conditio est, vt caueatur ne fiat nugatio aut superfluitas in re: hoc est ne ipsa conditio contineatur in conditionato (vt ita loquar) & longe minus, ne ipsamet conditio sit conditionatum. Exemplum, quando conditio continetur in conditionato: vt cum dicitur, Socrates est rationale animal, nam id quod significatur per hoc, quod dicitur animal, quod est ipsa conditio, continetur in conditionato, quod est rationale. nam omne rationale est animal. Exemplum, quando conditio est ipsummet conditionatum: vt cum dr, Socrates albus est albus: cũ scilicet nõ itelligimus p hoc signare vehementẽ albedinẽ.

D.d. Ea vero, quæ sunt simul vera in predicatione de aliqua re. Inquit Leui. Posteà declarauit quando sunt vera ea, quæ sunt diuuncta cum coniunguntur, vult nunc declarare, quãdo erunt uera ea, quæ sunt coniuncta cum separantur, & dicit, q̃ illa, quæ sunt vera separata, sunt illa quæ duas habent conditiones. Prima est, vt non contineatur in ipsa conditione aliqd, quod opponatur ipsi conditionato, quocunq; modorum quatuor oppositionum: sicut illa oppositio sit de se nota, vt cum dicitur, Socrates est animal mortuum, nam non dicitur uere ipsum esse animal aut fuerit ipsa oppositio nota ratione definitionis: vt si dicatur, Socrates est homo mortuus, quoniam homo opponitur mortuo ratione suæ definitionis: & ideo non erit verum dicere, Socrates est homo, sed homo mortuus. Secunda vero conditio est, ut prædicato ipsius conditionati de ipso subiecto non sit propter aliud, sed propter se, nam erit verum dicere, q̃ Homerus est poeta: & tamen non est verum dicere, q̃ est, quia hæc dictio est, prædicatur de Homero propter poeticam facultatẽ, non propter se: cum ipse non reperiatur.

Inquit Mãtinus interpr. Notandũ, q̃ in lingua Hebraica idẽ significat mortuũ, & mortale. & sic de similibus, quia non hñt Hebræi illa nomina potentialia, s. verbalia, neque ea quæ definunt in bile vel in bile.

De Enunciationibus cum modo, et earum ad inuicem oppositionibus, ac consequentijs: tum ex aliorum, tum ex propria opinione. Cap. III.

SECTIO QVARTA, ſm Græcos.

His vero determinatis cõsyderandum est, quemadmodum sese habent negationes & affirmationes ad se inuicem, quæ sunt de possibili esse & non possibili, & de contingenti & non contingenti, & de impossibili & necessario. habẽt enim aliquas dubitationes. Nam si eorum, quæ complectuntur, illæ sunt sibi inuicem oppositæ contradictiones, quęcunq; ſm esse & non esse disponuntur: vt eius quę est, esse hominem, negatio est, non esse hominem, non ea quæ est, esse nõ hominem: & eius quæ est, esse album hominem, ea quæ est, nõ esse album hominẽ, sed non ea quæ est, esse nõ album hominem: (si enim de omni aut affirmatio, aut negatio est, lignum erit verum dicere esse non album hominem:) * quòd si hoc modo & in quibuscunq; esse non additur, idem faciet quod pro esse dicitur: vt eius quæ est, homo ambulat, non hęc, ambulat non homo negatio erit, sed hæc, non ambulat homo. nihil enim differt dicere hominem ambulare, vel hominẽ ambulantem esse. Quare si hoc modo vbicq;, & eius quæ est possibile esse, negatio erit possibile non esse, sed non ea quæ est, non possibile esse. Videtur autem idem posse & esse & non esse. omne enim quod est possibile diuidi vel ambulare, & non ambulare & non diuidi possibile est. Ratio autem est: qm̃ omne quod sic possibile est, non semper in actu est. quare inerit ipsi etiam negatio. potest enim & non ambulare quod est ambulatiuum, & non videri quod est visibile. at vero impossibile est de eodem oppositas veras esse affirmationes & negationes. non igitur eius quæ est, possibile esse, negatio est hæc, possibile nõ esse. Contingit enim ex his, aut idem affirmare & negare simul de eodem, aut non ſm esse vel non esse, quæ apponuntur fieri affirmationes & negationes. si ergo illud impossibile est, hoc erit magis eligendum, est igitur negatio eius quæ est, possibile esse, ea quę est, non possibile esse, sed non ea quæ est, possibile non esse. Eadem quoque ratio est & in eo quod est contingẽs esse: etenim negatio eius est, non contingens esse. & in alijs quoq; simili modo, vt in necessario, & impossibili. Fiunt enim quemadmodum in illis esse, & non esse appositiones, subiectæ vero res, hoc quidem album, illud vero homo: eodem quoque modo hoc in loco, esse quidem & non esse vt subiectum fit, posse vero & contingere appositiones sunt, determinantes (quẽadmodũ in illis esse & non esse) veritatem & falsitatẽ, similiter hæ in eo quod est, esse possibile, et esse nõ possibile. Eius vero quæ est, possibile nõ esse, negatio est, non ea quæ est, non possibile esse, sed ea quæ est, non possibile non esse, & eius quæ est, possibile esse, non ea quæ est, possibile non esse, sed ea quæ est, non possibile esse. Quare & sequi sese inuicem videbuntur, possibile esse, & possibile non esse. idem n. possibile esse, & non esse. non n. contradictiones sunt sibi inuicem huiusmodi possibile esse, & possibile non esse. Sed possibile esse, & non possibile esse nunq̃ simul in eodẽ veræ sunt. opponuntur n. necq; ea quę est, possibile non esse, et non possibile non esse, nunq̃ simul in eodem veræ sunt. Similiter autẽ & eius quæ est, necessariũ est esse, negatio non est ea quę est, necessarium non esse, sed ea quæ est, non necessarium esse. eius vero quæ est, necessarium non esse, ea quæ est, non necessariũ non esse. & eius quæ est, impossibile esse, non est ea quæ est, impossibile non esse, sed hæc, non impossibile esse. eius vero quę est, impossibile non esse, ea quæ est, non impossibile non esse. Vniuersaliter vero (quemadmodum dictum est) esse quidem & non esse oportet ponere quemadmodum subiecta: negationem vero & affirmationem hæc, faciẽtem, ad esse & non esse apponere. & has oportet putare esse oppositas dictiones: possibile, & non possibile: contingens, non contingens: impossibile, non impossibile: necessarium, non necessarium: verum, non verum. Consequentię vero ſm rationem fiunt cùm ita ponũtur. illam enim quæ est, possibile esse, sequitur ea quæ est, contingit esse: & hęc conuertitur illi,

* a. l. addit. q̃d inconueniens eſt.

& non

& non impossibile esse, & non necessarium esse. illam vero quæ est, possibile non esse, & contingens non esse, ea quæ est, non necesse non esse, & non impossibile non esse. illam autem quæ est, non possibile esse, & non contingẽs esse, ea quæ est, impossibile esse, & necesse nõ esse. illã vero quæ est, non possibile nõ esse, & non cõtingens nõ esse, ea quæ est, impoſe non esse, & necessariũ esse. consyderet aũt ex subscriptiõe, quẽadmodũ dicimus.

* a. l. autem

Enunciationum modalium consequentiæ secundum alios.

Ordo I.	Ordo III.
Antecedentes.	Antecedentes.
Possibile esse	Non possibile esse.
Contingens esse.	Non contingens esse.
Sequentes.	Sequentes.
Non impossibile esse.	Impossibile esse.
Non necessarium esse.	Necessarium non esse.
Ordo II.	**Ordo IIII.**
Antecedentes.	Antecedentes.
Possibile non esse.	Non possibile non esse.
Contingens non esse.	Non contingens non esse.
Sequentes.	Sequentes.
Non impossibile non esse.	Impossibile non esse.
Non necessarium nõ esse.	Necessarium esse.

Hæ igitur impossibile, & nõ impossibile eam quæ est cõtingens & poſe, & nõ contingens & non poſe sequuntur quidẽ contradictorie: sed conuersim. eã. n. quę est poſe esse, negatio impossibilis sequit, quæ est, non impossibile esse. negationẽ vero affirmatio. nã illam, non possibile esse, ea quæ est, impossibile eẽ. affirmatio. n. est impossibile ésse: non impossibile vero negatio. Necessarium vero quemadmodum se habet, consyderãdum est. Manifestum est ẽnim quòd non eodẽ modo se habet, sed contrariæ sequuntur, contradictoriæ autem sunt extra. non. n. est negatio eius, quę est, necesse nõ esse, ea quæ est, nõ necesse esse esse: cõtingit. n. veras eẽ vtrasq; in eodẽ. quod. n. est necessariũ non eẽ, non est necessarium esse. Causa aũt huius est, cur non sequtur necessarium sit cęteris: qm̃ contrarie, impossibile esse, necessario redditur idem valens. nã quod impoſe esse, necesse hoc, non qdem eẽ, sed potius non esse. quod vero impoſe non esse, hoc necessarium esse. quare si illa sit sequuntur poſe & nõ poſe: hęc, è contrario: qm̃ non signant idem necessarium & impoſe: sed (quẽadmodum dictum est) conuersim. An certe impoſe est sic poni cõtradictiões necessarij. nã quod necessariũ esse, poſe esse. nã si non, negatio consequet: necesse. n. est aut affirmare aut negare. quare si non poſe esse, impoſe esse. igitur impoſe esse, quod necesse eẽ: quod est incõueniẽs. At vero illã quæ est, poſe esse, non impoſe esse, sequtur: hanc vero, ea quę est, non necessariũ eẽ. quare contingit qd necessariũ eẽ, nõ necessariũ eẽ: qd est icõueniẽs. At vero necq; necessariũ esse, sequtur eã quę est, poſe eẽ, necq; ea q̃ est, necessarium non esse. illi. n. vtraq; contingit accidere. hæc aũt vtralibet vera fuerit, nõ erunt illa vera: simul. n. poſe esse, & non esse. si ẏo necesse eẽ vel non esse, nõ erit vtrũq; poſe. relinqtur ergo non necessariũ non esse, sequi eã quæ est, poſe eẽ. hæc. n. vera est & de necesse esse. hæc eni sit contradictio eius, q̃ sequtur illã, quæ est, nõ poſe esse. illã. n. sequtur ea q̃ est, impoſe eẽ, & necesse nõ eẽ, cuius negatio est, nõ necesse nõ esse. Sequunt igit & hę cõtradictiões ſm p̃dictũ modũ: & nihil ipoſe cõtigit sic positis.

Enunciationum modalium consequentiæ secundum Aristotelem.

Ordo I.				Ordo II.
Antecedentes.				Antecedentes.
Possibile esse.	Contra-	Contrarię.	dictoriæ	Possibilẽ non esse.
Contingens esse.				Contingens non esse.
Sequentes.				Sequentes.
Non impossibile esse.	Contra-	Contrariæ.	dictoriæ	Non impossibile non esse.
Non necessariũ non esse.				Non necessariũ esse.
Ordo III.				**Ordo IIII.**
Antecedentes.	Contra		dictoriæ	Antecedentes.
Non possibile non esse.		Contrariæ.		Non possibile esse.
Non contingens non esse.				Non contingens esse.
Sequentes.	Contra'		dictoriæ	Sequentes.
Impossibile non esse.		Contrariæ.		Impossibile esse.
Necessarium esse.				Necessariũ non esse.

Dubitabit

Dubitatio.

Dubitabit autem aliquis, si illam quæ est, necessarium esse, ea quæ est, possibile esse sequitur. Nam si non sequitur, contradictio sequetur quæ est, non possibile esse. & si quis, hãc non esse dicat contradictionẽ, necesse est dicere possibile nõ esse: quæ vtræq; falsę sunt de necesse esse. * At vero rursus idẽ videtur esse possibile incidi & nõ incidi, & esse & nõ esse: quare erit necesse esse, contingens non esse. hoc autem falsum est. Manifestũ est autem, quòd non oẽ possibile vel esse, vel ambulare, etiam oppositа potest: sed est i quibus non sit verum. primum quidẽ in ijs quæ non ſm rationẽ possunt. vt ignis calefactiuus est, & habet vim irrationalem. Quæ igitur ſm rationem potestates sunt, eædẽ plurium etiam cõtrariorum sunt. irrõnales vero nõ oẽs: sed (quemadmodum dictũ est) ignẽ non est possibile calefacere, & non; neq; quæcunq; alia semper agũt. alia vero possunt & ſm irrationales potestates simul opposita suscipere. sed hoc huius gratia dictum est: qm̃ non ois potestas oppositorũ susceptiua est, neq; quęcunq; ſm eandem spẽm dicuntur. Quædam verb potestates æquiuocę sunt. possibile. n. nõ simpliciter dicit. sed hoc quidem, qm̃ verum est quod in actu est: vt possibile ambulare, qm̃ ambulat iam, & oino possibile esse, qm̃ iam est in actu quod dicitur esse possibile. illud vero, qm̃ actu esse poſset: vt possibile ambulare, quoniam ambulare poſset. & hęc quidem in solis mobilibus est potestas, illa vero & in immobilibus. vtrunque vero verum est dicere, possibile ambulare vel esse, & quod ambulat & actu est, & ambulatiuum. Sic igitur possibile non est verum de necessario simpliciter dicere, alterum autem verum est. Quare, quoniam partem vniuersale sequitur, illud quod ex necessitate, consequetur poſse esse: sed non omne. Et est quidem fortasse principium quod necęsarium est, & quod non necęsarium est, omniũ vel esse, vel non esse. & alia, uelũti horum consequentia, consyderare oportet.

* a 1. addit quare ad necessariũ eẽ, poſe eẽ sequitur.

Aliorum modorum ad ipsum necessarium consequentia.

Ordo I.	Ordo II.
Necessarium esse.	Non necessarium esse.
Non possibile non esse.	Possibile non esse.
Non contingens non esse.	Contingens non esse.
Impossibile non esse.	Non impossibile non esse.
Ordo III.	**Ordo IIII.**
Necessarium non esse.	Non necessarium nõ esse.
Non possibile esse.	Possibile est.
Non contingens esse.	Contingens esse.
Impossibile esse.	Non impossibile esse.

Manifestum est autẽ ex ijs quæ dicta sunt, quòd id quod ex necessitate est, secundum actum est. quare si priora sunt sempiterna, & quæ actu sunt potestate priora sunt. Et hæc quidem sine potestate actus sunt, vt primæ substantiæ, alia vero cum potestate, quæ natura quidem priora sunt, tempore vero posteriora. alia autem nunquam actus sunt, sed potestates solum.

De enunciationibus modalibus.

Differentia Tertia.

CVm autem enunciationum, aliquæ sint modales, aliquæ vero non modales: per modum aut ſm intelligo dictionem, quæ quo pacto prædicatum insit subiecto declarat: vt cùm dicitur necessarium est hominem esse animal: vel possibile est ipsum esse philosophum. generaq; dictionum modalium sunt duo: Vnum est ipsum necessariũ & quicquid de necessitate consequitur ipsum, eiq; ascribitur, quod quidem est ipsum impossibile: quod est vtiq; vna ex eius partibus, quoniam necessariũ ipsum vel est necessarium, quo adesse, vel est necessarium, quo ad non esse, quod quidem est ipsum impossibile: Alterum vero genus est, ipsum possibile, & quod ei annectitur ratione possibilitatis, eiq; ascribitur: vt cùm dicimus, contingens: consentaneum igitur est nunc consyderare, quæ nam sint oppositiones huius generis, & quæ sint cõsecutiones quæ in eis fiunt: & hoc tam in infinitis, q̃ in simplicibus. Ideo autem fuerunt duo modi dictionum modalium, quia quod in eis desyderatur, est, vt earum significatio sit annexa, atq; respõdens ipsi enti. ens autem est duplex, nempe vel potentia vel actu: & ipsum necessarium dicitur de eo, quod actu existit: possibile vero de eo quòd in potentia; tractandum itaq; est primum de illorum oppositionibus: mox de his quæ inter sese consequuntur in illis. Dicamus ergo, q̃ videtur in prima consyderatione, q̃ dictio negativa in his enunciationibus debeat locari cum verbo substantiuo, s. verbo est, quod est dicto copulativa, & non cum prædicato: vel sic etiam in enunciationibus non modalibus. Nam negatiua huius, homo est iustus, est, homo non est iustus, non hæc, homo est non iustus. nam affirmatio & negatio in omnibus rebus diuidunt verum à falso: videlicet q̃, si vna est vera, altera est falsa. sicergo negatiua huius, homo est iustus, esset, homo est non iustus, tunc sequeretur iuxta hoc exemplum horum duorum dictorum, vt diuidant verũ à falso in omnibus rebus, ita vt si esset falsum, exempli gratia dicere, lignum est iustum, esset vtiq; verũ dicere, q̃ est non iustum. sed qm̃ dicere iustum & non iustum, si vnum est verum, alterum est falsum in homine tantũ: tunc oporteret si esset verum dicere, lignum est non iustum, vt esset etiam verum q̃ lignum sit homo non iustus. quod est maxime absurdũ. At cùm dictio negativa in enunciationibus de tertio adiecto, atq; de secundo ponatur cũ ipso verbo, poterit quispiam opinari, rem ita se habere etiã in enunciationibus modalibus: & sic negatiua huius, possibile est hoc esse, erit, possibile est hoc nõ esse. Sed nemo ambigit, q̃ de eadem re potest dici, possibile est ipsam esse, & possibile est ipsam non esse: vt exempli gratia possibile est hoc incidi & possibile nõ incidi: & possibile est hoc ambulare, & possibile est non ambulare. nam possibile nihil aliud est, q̃ id quod non est necessarium

rium vrsit: & ideo possibile est vt sit, et non sit. Sed, cũ duo opposita non possint esse simul vera in eadem re, idcirco palam est, q̃ dicere possibile est esse, nõ est negatiua huius, scilicet possibile est non esse. Et posteaq̃ declarauimus, q̃ in his enunciationibus, scilicet modalibus, dictio negativa non debet poni cum prædicato, neq; cum verbo substantiuo, s. est: ergo oportet vt ponatur cum ipso modo. & tunc negatiua huius, possibile est esse, erit, nõ est possibile esse. & eadem est ratio in reliquis omnibus modis iam narratis. Hoc autẽ oportet ita se habere. qm̃ quemadmodum in enunciationibus non modalibus, nos connectimus notam negatiuam illi rei, quæ se habet in ipsa prædicatione veluti forma, & est verbum est, non illi rei quæ se habet vt materia, quæ est ipsum prædicatum: ita quoq; hic ponitur nota negationis cum illa re, quæ se habet ad verbum est, velutì verbum est, in nõ modalibus ad ipsum prædicatum, & est ipse modus. Nam verbum est, cùm in enunciationibus non modalibus ostendat qualiter se habeat prædicatum ad subiectum, ideo eadem est ratio verbi est, ad ipsum prædicatum in his enunciationibus, quę est formæ ad materiam. & cum hæc eadem sit ratio modi ad verbum est, quoniam significat qualiter se habeat prædicatum ad subiectum, ideo eius ratio quoq; ad verbum est, erit ratio formæ ad materiã. Cum̃q; ergo hæ duæ rationes sint eędem, & nota negationis fuerit ibi posita cum verbo, oportet vt ponatur hic cum ipso modo. Tandem manifestum est q̃ negatio huius, possibile est esse, erit, non est possibile esse. q̃ hæc duo semper diuidunt verum à falso, ita scilicet, vt si vnum sit uerum, alterũ sit falsum. Sed cùm dicitur, possibile est esse, possibile est non esse, non erunt contradictoria: immo inter se cõsequentia, identidem, negatiua huius, possibile est non esse, quæ est infinita de possibili, erit, non est possibile non esse. & negatiua huius, necessarium est esse, erit, nõ est necessarium esse, et negatiua huius, necessarium est non esse, quæ est infinita de necessario, erit, non est necessarium non esse. Idẽ tidẽ negatio huius, impossibile est esse, erit, non est impossibile esse. & negatio huius, impossibile est nõ esse, quę est infinita de possibili, erit, nõ est impossibile non esse. & hæ sunt illę enunciationes oppositę huius gñis.

Consequentes vero ita se habẽt, vt nunc dicam. Ad affirmatiuam possibilem simplicem, quæ est hęc, possibile est esse, sequuntur duæ: vna est negatiua impossibilis simplex, vt cùm dr̃, nõ est impoſe esse: altera est negatiua necessaria simplex, quæ est cũ dr̃, non ẽ necessarium esse. Ad affirmatiuam uero possibilem infinitam, quæ est hæc, possibile est non esse, consequuntur secundum apparentiam & famam notã duæ altæ: vna est negatiua necessaria infinita, quæ est hæc, nõ est necessarium non esse: altera est negatiua impossibilis infinita, quæ est hæc, non est impossibile non esse. Ad negatiuam quoq; possibilem simplicem, quæ est hæc, non est possibile esse, sequuntur duæ etiam, vna est affirmatiua necessaria infinita, quæ est hæc, necessarium est non esse: altera vero est affirmatiua iposibilis simplex, quæ est hæc, impossibile est esse. Ad negatiuam vero de possibili infinitam, quæ est hæc, non est possibile non esse, sequuntur duę etiam: vna est affirmatiua necessaria simplex, quæ est hæc, necessarium est esse: altera est affirmatiua impossibilis infinita, quę est hæc, impossibile est non esse. Ponamus ergo earum oppositas in latitudine tabellæ: consequentes vero, alias sub alijs: & erit hæc descriptio hic inferius descripta sic.

Enunciationum modalium consecutio famosa.

Ordo I.	Ordo III.
Antecedens.	Antecedens.
Affirmatiua poſis ſsiplex,	Negatiua poſis ſimplex,
Possibile est esse.	Non est possibile esse.
Consequentes.	Consequentes.
Negatiua necessaria ſimp.	Affirma. necessaria ſimp.
Nõ est necessarium esse.	Necessarium est nõ esse.
Negatiua ſpoſis ſimplex,	Affirma. ſpoſis ſimplex,
Non est impossibile esse.	Impossibile est esse.
Ordo II.	**Ordo IIII.**
Antecedens.	Antecedens.
Affirma. possibilis ſfinita,	Negatiua poſsibilis ſfinita,
Possibile est non esse.	Nõ est possibile non esse.
Consequentes.	Consequentes.
Negatiua necessaria ſfini.	Affirma. necessaria ſimp.
Nõ est necessariũ non eẽ.	Necessarium est esse.
Negatiua impoſis ſfinita,	Affir. impoſsibilis ſfinita,
Non est impoſe non esse.	Impoſsibile est non esse.

Cum̃q; animaduerterimus huiusmodi consecutionem famosam, eam̃q; diligẽter consyderauerimus, inuenimus q̃ dicens, est impoſsibile, & dicens, non est impoſsibile, inferent hæc, scilicet est possibile, & nõ est possibile: hoc est, q̃ eorũ contradictorium inferet contradictorium: hoc est, q̃ affirmatiua earum inferet negatiuam. verumtamen hoc fit per conuerſionem, videlicet q̃ negatiua ipſius impoſsibilis infert affirmatiuam ipſius possibilis: & affirmatiua ipſius impoſsibilis infert negatiuam ipſius possibilis. Sed enunciationes necęsarię earum, quæ sequuntur ad ipsas possibiles, non inferunt contradictorium, sed contrarium: hoc est contrarium affirmatiuæ ipſius necęsariæ, quæ est contradictoria negatiua necęsaria. Nam negatiua huius, necęsarium est non esse, quæ sequitur ad hanc, nõ est possibile esse, non est hæc, non necęsarium est esse, quæ sequitur ad hanc, possibile est esse, qm̃ possunt vere dici de vna & eadem re: quoniam id quod est necęsarium non esse, vere dicetur de eo, non est necęsariũ esse. sed cùm dicitur, necęsarium est non esse, erit quidem contrarium huius, necęsarium est esse: quod est vtiq; contradictorium huius, nõ est necęsarium esse. Et causa, ob quam sequitur ad possibilem negatiuam simplicem affirmatiua infinita, & ad negatiuam possibilem infinitam sequitur affirmatiua simplex, est, quia ipsum impoſsibile contrariatur rei quæ necęsario est: licet eadem sit vis vtriuſq; earum omnino. & quia ad ad negatiuam possibilem simplicem sequitur impoſsibilis affirmatiua simplex: & ipsa impoſsibilis affirmatiua simplex contrariatur affirmatiuæ necęsariæ simplici: ideo necęse est vt sequaĩ ad eam cõtraria affirmatiuę necęsariq̃ simplicis, quæ est affirmatiua necęsaria infinita. sed cùm ad negatiuam possibilẽ infinitam sequatur impoſsibilis infinita affirmatiua: & ipsa ipoſsibilis infinita affirmatiua contrariet affirmatiuæ infinitæ necęsariæ: ideo oportet vt sequaĩ ad eã contraria necęsariæ infinitæ affirmatiuæ, quę est necęsaria simplex affirmatiua. Cum̃q; ergo examinabitur hoc, putabitur q̃ eodem modo se habeat illud possibile, quod sequitur ad necęsarium, sicut illud possibile, quod sequitur ad impoſsibile: nempe q̃ in ipſis contradictorium infert contradictorium, sed non eo modo primo: cuius exẽplum explicatũ fuit. Ad eam ergo quę dicit, possibile est esse, sequitur, non est necęsarium non eẽ: quæ est contradictoria huius, necęsarium est nõ esse: quod quidem sequitur ad hanc, non est possibile esse, non hæc qua dicitur, non est necęsarium esse. & ad eã

quæ dicit, possibile est non esse, sequitur hæc, non est nectium esse, quod est cõtradictorii huius, nectium est esse, quod sequit ad hanc, non est possibile nõ esse, nõ hæc, non est nectium esse, vt posuimus in prima põne. Atquonã pacto probet ꝙ id, quod sequit ad hanc, possibile est et, sit, non est nectium nõ esse, & nõ dicere, nõ est necessarii esse, hoc quidem ordinabitur iuxta illam declarationẽ, qua diximus ꝙ dicere, possibile est esse, sequitur ad hanc, necessarium est esse. & hoc sic probatur. Quoniam de hac, s. necessarium est esse, vel vere dicetur hæc, s. possibile est esse, vel, non est possibile esse: cùm dicere, possibile est esse, & non est possibile esse, sint duo cõtradictoria, quorum ti unum est verum, al: erum est falsum in omnibus rebus. si ergo non vere dicatur de ea, possibile est esse, vere dicetur, non est pole esse. & si fuerit vera dicere, nõ est pole eẽ, erit quoq; verum, impole est esse: qm̃ sequit ad hanc, s. nõ est pole esse. si ergo sit verum dicere, impole est esse, sequit aq; vt id quod est nectium eẽ, sit impole esse, qd̃ est absurdum. sequitur igitur ꝙ id, quod uere sequitur ad hanc, s. necesse est esse, erit dicere, possibile est esse. qm̃ si vnum contradictoriorum est falsum, reliquum erit verum. si concedatur ergo ꝙ possibile est esse, sequitur ad necessarii est esse, tunc dico quod ad possibile est esse, sequitur ex propositionibus necessarijs ipsa negatiua infinita, quæ est, non est necessarium non eẽ. Cuius rei demõstratio est, qm̃ necesse est vt id quod sequit ex hoc, s. ex illa pole simplici affirmatiua, sit vel negatiua nectia simplex, uel affirmatiua nectia simplex, uel affirmatiua nectia infinita, uel negatiua nectia infinita. si igit fuerit negatiua nectia simplex, ut supposuimus, q̃ est hęc, nõ est nectium eẽ: & tm ita erat illa pole affirmatiua simplex, q̃ sequebat ex ipsa nectia affirmatiua simplici: ergo oportet, ut sequat ex affirmatiua simplici eius cõtradictorii, quę est nectia negatiua simplex. Nã res ita deducit. qcqd est nectium eẽ, pole est eẽ: & qcqd est pole esse, non est nectium eẽ: ergo qcqd est nectium eẽ, nõ est nectium eẽ: at hoc ẽ falsum, & impole: qa duo cõtradictoria nõ possunt eẽ simul uera: si igit non sequit ex ipsa negatiua nectia simplex, relinquit ut sequat ab ipsa, uel affirmatiua nectia simplex, uel affirmatiua necessaria infinita, vel negatiua necessaria infinita: sed nec affirmatiua nectia simplex, uel infinita uere sequit ex ipsa possibili imã id qd̃ est pole eẽ, est pole esse & non eẽ: & id quod est pole esse & non eẽ, non est necessarium esse, neque necessarium non esse, ut palam est de se. At cùm opus sit, ut sequatur una ex quatuor enunciationibus necessarijs ab ipsa possibili simplici: & iam fuerit probatum non posse sequi ex ipsa aliqua illarum trium: reliquũ ergo est ut nulla alia possit ab ea sequi, ꝙ hęc, scilicet nõ est nectium non esse: quæ est negatiua nectia infinita. Et hoc adhuc vr̃ esse oino nectium, ppea qa nõ sequit ex hac põne illud incõuenies, qd̃ sequebatur, si cõcederet ꝙ ab ipsa possibili sequeret negatiua nectia, nã ex hac, s. necessarii est eẽ, sequit hęc, nõ est necessarii non esse: cũ de eadẽ re possint simul esse uerę

Enunciationum modalium consecutio uera: quam hoc etiã loco ad cõmodiorem legentium inspectionẽ posuimus.

Ordo I.

Antecedens.
Affirma. possibilis simp. Possibile est esse.

Consequentes.
Negatiua spossibilis simp. Non est impossibile esse.
Negatiua nectia infinita, Non est necessarii nõ eẽ.

Contra- Contrariæ. dictoriæ.

Ordo II.

Antecedens.
Affirmatiua pos is infinita, Possibile est non esse.

Consequentes.
Negati. spossibilis infinita, Nõ est impossibile nõ eẽ.
Negatiua nectia simplex, Non est necessarium esse.

Ordo III.

Antecedens.
Negatiua possibilis ifinita, Non est possibile nõ esse.

Consequentes.
Affirmatiua spole is ifinita, Impossibile est non esse.
Affirmatiua nectia simp. Necessarium est esse.

Contra- Contrariæ. dictoriæ.

Ordo IIII.

Antecedens.
Negatiua possibilis simp. Non est possibile nõ esse.

Consequentes.
Affirma. spossibilis simp. Impossibile est esse.
Affirmatiua nectia infinita, Necessarium est non esse.

positæ, vel ne, niſi ſciamus id quod est extra animã, à quo pendent opiniones ipſæ: vtrum ſcilicet vna earum sit vera, & alia falſa. Impoſsibile itaque erit ponere huiuſmodi opiniones, quę non, sunt oppoſitæ ex ſe, esſe duas partes contradictorii in ipſo quæſito: ita vt dicamus per viam inquiſitionis, quòd Socrates vel est albus, vel geometra, quia vtraque harum opinionum poſſunt esſe simul veræ de Socrate, vel falſæ: cum nos non habeamus perfectam veritatem de vna earum, neq; ſcimus esse ipſius Socratis extra animam. Et ideo videtur quòd opinio contraria illi opinioni noſtræ; quam habemus de Socrate, quòd sit albus, est opinio noſtra de eo quòd non sit albus, & ſic in huiuſmodi contrarietate, vni contrario vnum dabitur contrarium determinatum, non infinita contraria: quęadmodum erat necessarium iuxta illam aliam poſitionem.

Adde etiam, quòd hæ poterũt poni pro duabus partibus contradictoriiſ: licet non ſciamus, quæ ipſarum sit vera, nam bene poterit verificari de Socrate quòd sit albus, vel quòd non sit albus, vt dictum fuit. & tamen non erit necessarium, vt sit albus vel niger: immo poterit esse expers vtriuſque horum: neque vt sit vel albus, vel geometra, vt iam fuit dictum. Alia præterea ratione id confirmatur, nempe quia oppoſitio affirmationis & negationis asſimilatur illi oppoſitioni, qua proceditur ad generationem, vel ad corruptionem. nam generatio fit ex non ente ad ens, hoc est ex negatione ad affirmationem; & corruptio vero ex affirmatione ad negationem. At oppoſitioni ex ente ad non ens, quæ fit ea ratione qua prędicata sunt contraria, videtur ſimilari illa oppoſitio, qua proceditur ad alterationem, nam alteratio fit dẽ ente ad ens: hoc est ex affirmatione ad affirmationem: vt in ſcientia Naturali probatum fuit. Manifeſtum autem est, quòd alietas in ſubſtantia est maioris diuerſitatis, quàm ſit alietas in qualitate, Nam magis differt homo ab ea re à qua fuit generatus, quæ non est homo, ꝙ differat homo niger ab illo, & ſic ſequitur quòd illa opinio, quæ est diuerſa in ipſa ſubſtantia, ad illa quæ prædicit, est magis contraria, quàm ſit illa oppoſitio, quæ est diuerſa ratione oppoſitionis ipſius esſe ad aliud esſe. Alia iterum ratione id comprobari poteſt, videlicet, quia opinio, quę fit per negationem, indicat de ſe ablationem opinionis affirmationis. nam opinio, quam habemus de Socrate, quòd non est albus, indicat per ſe ablationem opinionis de eo quòd ſit albus, ſed illa opinio, quam habemus de Socrate quòd est niger, nõ indicat per ſe ablationem opinionis de eo quòd ſit albus, niſi per accidens, hoc est, ea ratione qua contigit nigrum non esſe album. quia vnum esſe non opponitur alteri esſe, niſi hac ratione. & ideo illa opinio, quæ est de negatione, magis opponitur opinioni affirmatiuæ, quàm opponatur opinio cõtrarię. & ex hoc ſequitur, quòd huiuſmodi opinio sit abſolute atq; ſimpliciter & maxime contraria opinioni affirmatiuæ. Alia adhuc ratione id firmari poteſt. Quoniam habere opinionem de aliqua re bona, quòd ſit mala, est vtiq; opinio, quę aliã affert opinionem, videlicet, quòd non est bona, & poterimus dicere, ꝙ hac ratione tiñ opinio, quam habemus de re aliqua ꝙ ſit mala, est oppoſita illi opinioni, quam habemus de re quòd ſit bona: videlicet ea ratione, qua contingit rem malam non esſe bonam. At opinio, quam habemus de aliqua re bona, quòd nõ ſit bona, non propterea ſequitur quòd ſit mala, ita vt poſsimus dicere quòd hac ratione tantum negatio opponatur affirmationi: quoniam non est necessarium vt quicquid non est bonũ, quòd ſit malum, nam linea non est neque bona neque mala. Et ſi adhuc concedamus quòd opinio quæ habetur de aliqua re quòd nõ est bona, opponitur opinioni, quam habemus de ea quòd ſit bona, ratione opinionis contrariæ, quę eam infert, quæ est ſcilicet, quòd est mala, & dentur aliqua, quæ non habeant contrarium, vt in libro Prædicamentorum probatum fuit: manifeſtum est quòd opinio quæ de eis habebitur negatiua, non erit opinio cõtraria: quia opinio negatiua de ea non poteſt inferre opinionem contrariã: quia iam fuit ſuppoſitum, quòd non habeant contrarium. vt exempli gratia, ſi cogitemus tempus esſe quantitatem: & cum quantitas non habeat contrarium, ideo opinemur ipſum non esſe quantitatem: non poterit vtique inferri ex hac opinione opinio contraria ipſi quantitati, & ideo patet, quòd in rebus non habentibus contrarium non datur oppoſitio: quod est falsum. Conſtat itaq; quòd opinio negationis est oppoſitio, & reperitur in omnibus rebus: opinio vero ipſius contrarii, licet ſit oppoſitio, tamen non reperitur in cunctis rebus, ſequitur ergo, quòd id, quod natura opponitur ipſi affirmationi, est illa opinio, quæ opponitur cuilibet affirmationi: non ea quæ opponitur alicui affirmationi, ſed non opponitur cuilibet affirmationi: quia non opponitur ei per ſe, ſed per accidens, nam, ſi per ſe opponeretur ei, tunc daretur in omni affirmatione: quod perſpicuum est, at opponitur ei propter illam opinionem quæ extra inferitur, quæ in omni materia reperitur, & est ipsa opinio negationis. Alia iterum ratione id confirmari licet. Nempe, qu a neceſſe est, vt opinioni negationis opponatur vnum tram, videlicet vel opinio affirmationis, vel opinio affirmationis contrarii, vel opinio negationis eius, hoc autem est neceſſarium, quia contraria sunt duo, & affirmatio & negatio duo quoquet & alterum alterum indicat, & ſic sunt quatuor: & hæc opinio est vna ex ipſis: relinquũtur igitur tria. manifeſtum tamen est, quòd nullum horum est contrarium extremum opinioni negationis, niſi ipſa opinio affirmationis, vt dictum fuit. opinio itaq; affirmationis est, quæ maxime distat ab opinione negationis, & ideo neceſſe est, vt opinio negationis maxime differt ab opinione affirmationis. ſed cum vni contrario vnum debeatur contrarium, vt ſuperius dictum fuit; ergo oportet vt extremum atq; maximum contrarium ipſi affirmationi ſit ipſa negatio: quia non poteſt esſe eius maximum contrarium etiam affirmatio contrarii: quia contrarium non habet niſi vnum contrariũ maxime diſtans, vnica ratione. Verũtamen, ſi vnum ſit maxime diſtans, alterum vero non ſit maxime diſtans, non erit vtique impoſsibile. quia ipſi albo poterit esse contrarium ipſum maxime nigrum, & nigrum non maxime. nigrum tamẽ quod est maxime nigrum, est illud tantum contrarium quod maxime distat ab eo. Deinde dixit. Nec intereſt in his exemplis, &c. Inquit Leui. Sensus est, quòd in ratione data, quæ probat, quòd maxima oppoſitio, quæ opponitur affirmationi, est ipſa negatio, nihil differunt exemplaria dita à nobis in hoc, siue afferantur cum litera He, quæ est articulus in lingua Hebraica, & Al in Arabica: ſiue afferantur cum nota vniuerſalitatis, quia quemadmodum bono opponitur, non est bonum, ita cuilibet bono opponitur, nullum est bonum. nam in qualibet parte reperiuntur in anima opiniones oppoſitæ, videlicet opinio affirmationis, & opinio negationis, & ideo opiniones cõtrariæ in anima iunt cuidem met rei, verumtamen quandoque id quod ore promitur, non indicat ex his opinionibus cõtrariis id, quod in anima exiſtit. vt ſi fuerint in aliqua parte hominum opinio affirmatiua, & opinio negatiua, quæ iunt opiniones contrariæ, & ſi voluerimus ſignificare huiuſmodi opiniones, dicendo, aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus: vel homo est albus, homo nõ est albus: est manifeſtum quòd id, quod ore proferitur, non est indicium eius quod in anima exiſtit de contrarietate opinionum; quia poteſt esse vt aliquod vnum particulare non erit aliud: cum tamẽ in anima fuerit ſumptum vnum & idem particulare. Conſtat ergo, quòd contrarium affirmationis in ſermone est negatio: ſermone vero eiuſdem rei vniuerſalis, quam ſignificauit ipſa affirmatio in ſermone, & hoc reperitur in singularibus, & in contrariis: quia cum sint vniuerſales, neceſſe est vt ſubiectum ſit idem in vtraque enunciatione, Et ſimiliter reperitur hoc in ipſis contradictoris in vna parte rei vniuerſalis: hoc est, quòd in vna parte enunciationis vniuerſalis ſumitur affirmatio & negatio, quæ ſunt maxime contrariæ, vt ſuperius fuit dictum. At in ſubcontrariis vel indefinitis non est neceſſarium, vt opiniones ſint oppoſitæ, nam nõ est neceſſarium vt ſubiectum in vna ipſarum enunciationum ſit idem, quod in altera, ſed poteſt esſe vna pars eius in vna enunciatione, & alia pars eius in altera enunciatione. ſed cũ non sit in eo, quod ſignificatur per ſermonem de ipſis, vt ipſæ opiniones ſint contrariæ, ideo patet quòd non ſunt contrariæ: quia possunt esſe ſimul veræ, & licet diuidant verum à falso, & in materia neceſſaria, & impoſsibili, tamen conſtat quòd non est neceſſariũ propter hoc, vt opiniones quæ eas ſignificant ſint contrariæ: quia possunt esſe in ſubiectis diuerſis. ſed in ipſis contrariis palam est, vt opiniones quæ eas ſignificant, ſint contrariæ: quia ſubiectum est idem in vtraque enunciatione, & ideo non possunt esſe simul veræ, neq; denudatur ſubiectum etiam ab vno eorum in materia neceſſaria, & impoſsibili. & hac ratione, vna enunciatio earum erit contraria alteri: ita vt ſi vna ſit vera, altera sit falſa in materia neceſſaria, & impoſsibili: hoc est, ea ratione qua ſubiectum est vnum & opiniones, quæ eas ſignificant, ſunt contrariæ. Sed ſubcontrariæ & indefinitæ diuidant verum à falso in materia neceſſaria, & impoſsibili, ratione materiæ, non ratione alicuius cõtrarietatis exiſtentis in ipſis: quia non est neceſſarium in vtraque enunciationum, vt ſubiectum ſit vnicumtnequevt opiniones, quę eas ſignificant, ſint contrariæ: vt ſuperius fuit declaratum. Et ſic finit liber Peri Hermenias. Laus Deo glorioso.

Libri de Interpretatione, cum Auerroe & Leui finis.

PRIORVM RESOLVTORIORVM

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

PRIORVM RESOLVTORIORVM

LIBER PRIMVS,

cum Auerrois Cordubensis media Expositione:

Ioanne Francisco Burana Veronensi interprete.

SVMMA LIBRI.

Agitur de nonnullis principijs, pro sequentium cognitione. De Propositionum conuersionibus. De Syllogismorum simplicium, ac mistorum figuris, ac complicationibus omnibus. De Figurarum ternario numero, ac etiam Terminorum in quolibet syllogismo. De Medij syllogistici inuentione, seu propositionum abundantia. De Syllogismorum male contextorum in proprias figuras resolutione.

De Syllogismi structura, Sectum Primum.

De Propositione, Termino, Syllogismo, Dicto de omni, ac Dicto de nullo. Cap. 1.

PRimum dicere circa quid, & cuius sit consyderatio: qm̃ circa demonstrationem, & * scientiæ demõstratiuæ. Postea determinare, qd est propositio, & quid terminus, & qd syllogismus, & qualis perfectus, & qualis iperfectus: post hæc autem & quid in toto esse, aut non esse hoc in hoc: & quid dicimus de omni, aut nullo prædicari. Propositio igitur est oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo: hec autem, aut vniuersalis, aut in parte, aut indefinita. Dico autem vniuersalem quidem, omni aut nulli inesse: in parte vero, alicui aut nõ alicui, aut non omni inesse: sed indefinitam inesse, aut non inesse sine vniuersali, aut secundum partem: vt, contrariorum vnã esse scientiam: aut voluptatem non esse bonum. Differt autem demonstratiua propositio à dialectica: qm̃ Demonstratiua, sumptio alterius particulæ contradictionis est. non enim interrogat, sed accipit demonstrans. Dialectica vero, interrogatio contradictionis est. Nihil autẽ differet, quo vtriusq; fiat syllogismus, nãq; & demonstrans, & interrogans ratiocinatur, accipiens aliquid de aliquo, inesse aut non inesse. Quare est Syllogistica quidem propositio simpliciter affirmatio, aut negatio alicuius de aliquo sm dictum modũ. Demonstratiua vero, si vera sit, & per suppositiones, quæ à principio sunt, accepta. sed Dialectica, percunctanti quidem interrogatio contradictionis: ratiocinanti autem sumptio apparentis, & probabilis: quemadmodum in Topicis dictum est. Quid itaq; propositio, & quomodo differat syllogistica, & demonstratiua, & dialectica, accurate in sequentibus dicet: ad præsentem vero vsum sufficiant, quæ nunc à nobis determinata sunt. Terminum autem voco, in quem dissoluitur propositio, vt prædicatum, et de quo prędicatur: aut appositio, aut diuiso, esse, aut non esse. Syllogismus autem est rãtio, in qua positis quibusdam, alterum quid à positis, necesse est cõtingere, eo q̃ hæc sint. Dico autem, eo q̃ hæc sint, propter hæc contingere: propter hęc vero, nullius extrinsecus termini adiumento indigere ad necessarium efficiendum. Perfectum itaq; voco syllogismum, nullo alio indigentẽ præter assumpta, vt necessarium appareat. Imperfectũ vero, indigentem aut vnius, aut pluriũ, quæ sunt quidem necessaria per subiectos terminos, non tamen assumpta sunt per propositiones. In toto autem esse alterum altero, & de omni prædicari alterum altero, idem significat. Dicimus autem de omni prædicari, qm̃ nihil sit subiecti accipere, de quo alterum non dicitur: ac de nullo consimiliter.

In Primo libro. In principio Primi libri Poster.

* διαλύ, τται aliꝫ legunt resolutur

* λόγος Alij legunt oratio

* Alexan. lege, & scias demonstratiuam: & cetera vt iacet.

AVERROIS EXPOSITIO.

Pars Prima.

Sermo de Propositione, Termino, Syllogismo, Dicto de omni, ac Dicto de nullo. Cap. 1.

DIxit. Operæprecium est, vt primo incipiamus enarrare id, quod hoc in libro quærimus, ac vtilitatẽ ex re, quã quærimus prouenientẽ. Deinceps post hæc, quæ respectu aliorum, de quibus hoc in libro sermonem facit, radicum & principiorum vicem obtinent: hoc est vt primo cognoscamus quid propositio, & quid terminus, & quid syllogismus, & syllogismorũ qualis perfectus, & qualis imperfectus, & quid prædicatum de omni, vel prędicatum de nullo, aut non de aliquo. Et dicemus, q̃ id, quod quærimus hoc in libro, est demonstratio: quoniam syllogismum quærimus, quia demonstrationem quærimus. Vtilitas vero, quæ ex hoc prouenit, est, vt cognitionem assequamur demonstratiuam de re of sm maximam perfectionem, quam homo potest naturaliter cõsequi. Et propositio quidẽ est oratio affirmatiua alicuius de aliquo, aut negatiua alicuius ab aliquo. Et propositio diuidetur ex parte qualitatis, & ex parte

Intentio huius libri.

Vtilitas.

Quid sit propõ, & quæ eius diuisiones ex parte sũt tatis & qualitatis.

parte quantitatis: ex parte quidem quantitatis, q̃ alia vniuersalis, alia particularis, alia indefinita: ex parte vero qualitatis, qm̃ vniuaq; q̃, aut affirmatiua est, aut negatiua. Et vniuersalis affirmatiua ea est, in qua affirmatur prædicatum de omni subiecto: ceu si dicam, omnis homo animal. Vniuersalis autem negatiua ea est, in qua prædicatum negatur ab omni subiecto: velut si dixerim, nullus homo lapis. Et particularis affirmatiua ea est, in qua de parte subiecti affirmatur prædicatum: quemadmodum si dicam, aliquod animal homo. Particularis vero negatiua est, siue prædicatum ab aliquo negetur subiecto, vt si dicam, aliquod animal non est homo: siue negetur vniuersale ipsum à subiecto, ceu si dicamus, non omne animal homo. qm̃ particularis negatiua binas habet interpretationes, quarum vna est partis destructio, altera vero vniuersalitatis, quę in ipsa reperitur. Cæterum indefinita ea est, cui penitus sępimentum non annectitur, aut vniuersale, aut particulare: quemadmodum dicimus, scientia contrariorum vna, & voluptas non est bonum. Et hę diuisiones sunt propositionis ex parte formæ, hoc est diuisiones vtiles ad cognitionẽ syllogismi simpliciter. Diuisiones vero ex parte materiæ sunt: qm̃ ipsius, alia est demonstratiua, alia dialectica, ac reliquæ, in quas partitur sm artium sermocinalium materias: quemadmodum in sequentibus ex hac arte planũ fiet. Ac propositio quidem demonstratiua & dialectica re à se inuicem differunt. Ac differentiarum vna hæc est, q̃ demonstratiua propositio, altera est cõtradictionis pars, & ea quidem vera. Dialectica vero esse potest vtralibet ex partibus contradictionis: qm̃ assumitur concessa à respondente, & respondens poterit vtrãlibet contradictionis partem respondere, nanq; interrogans interrogationẽ in hac arte dat illi optionem, vt respondeat per vtram magis voluerit contradictionis partem. Nec differunt inter se demonstratiua ac dialectica propositio in descriptione, sm q̃ syllogismum simpliciter astruunt, verum nulla in hoc penitus inter eas differentia est: nanq; vterq; & Demõstrator & Dialecticus ratiocinabitur verum syllogismum, vbi aliquid de aliquo prædicari aut non prædicari accepertt, dum propositionum aliquam ponit. Erit itaq; propositio syllogistica veluti genus demonstratiuæ ac dialectícæ propositionis, de qua consyderabimus hoc in libro, oratio affirmatiua alicuius de aliquo, aut negatiua alicuius ab aliquo. Demonstratiua vero ea est, quæ ex primis fuerit naturaliter scitis: sed dialectica ex probabilibus, si astruas syllogismum: sin autem interrogas, ex concessis probabilibus. Sectiones vero, quibus à seinuicem distinguunt propositiones istæ plectę, traditæ sunt in libris & Demonstrationis & Dialecticæ: vbi sm modum istum consyderandę relinquuntur, & cõsimiliter cæterarum propositionum diuisiones in proprijs perficiuntur artibus, sicuti sophisticæ & rhetoricæ propositiones. Verũenimuero satis fuit hoc in loco propositionũ diuisiones cognoscere sm quantitatem prædictam.

Particularis negatiua duplex est.

Diuisio ppõnis ex parte qualitatis & qualitatis est sm formam. Diuisio ppõnis i dialecticã & demonstratiuam est ex materia. Dita inter ppõnem dialecticam & demonstratiuã.

Propõ syllica est veluti genꝰ ad dialecticã & demõstratiuã.

Quid sit terminus.

Verbũ substantionis nõ est res necessaria i ppõne, sed sumit loco copulæ.

Terminus uero hoc in libro significat illud, in quod resoluũtur propositiones, sm quòd pars est necessaria ad hoc, q̃ propositio sit, hoc est prædicatum ac subiectum: qm̃ partes sunt propositionis necessariæ. non autem ea, quæ propositioni adjciuntur loco copulæ, quẽadmodum inuentionis verba, cùm in ea nõ resoluatur propositio, tanq; partes sibi necessarias, erit enim tam propositio in actu, licet inuentionis verbum in ea sit in potentia, & lateat: veluti consuetudo est apud Arabas in ternarijs, ac quemadmodum res se habet in binarijs, hoc est ex eo quòd non est illis opus verbo inuentionis. & in hoc æquales sunt propositiones affirmatiuæ & negatiuæ.

Quid sit syllogismus & declaratio partium definitionis.

Dixit. Syllogismus autem est oratio, in qua cùm ponuntur res plures vna, sequitur ex necessitate propter hæc posita, per se non per accidens aliud quid ab illis. Oratio hic genus est syllogismi: & hoc volumus orationem enunciatiuam: & reliqua quæ accipiuntur in definitione, differentiæ sunt, quibus distinguitur oratio vere syllogistica à non syllogistica. Vnde dum inquit, cùm ponuntur, intelligit cùm admittũtur, hoc est conceduntur. & dum inquit, res, intelligit propositiones. Deinde addit, plures vna, qm̃ ipse inferius declarabit, q̃ non erit syllogismus ex propositione vna. Et cũ dixit aliud quid, intelligit ipsius conclusionem. & hoc, qm̃ oportet cõclusionem aliud esse à propositionibus, qm̃ nil est, quod ad suũpsius monstrationem accipiatur. Et cùm dixit, sequitur ex necessitate, addidit necessitatis conditionem: qm̃ consequentiarum alia necessaria, & alia non necessaria. & sm hanc conditionem distinguitur syllogismus ab orationibus, ex quibus res sequitur consequentia nõ necessaria: quemadmodum inductio, & exemplum, & syllogismi, in quibus aliqñ negatio concluditur, nonnunq; affirmatio. Et cùm dixit, per se, intelligit, vt sit syllogismus perfectus, hoc est, vt nihil in eo desit, quod ad syllogismũ factat. Et dum inquit, non per accidens, significat figuras, quæ in nõnullis concludunt materijs: quemadmodum infra declarabitur, conclusionem fieri ex binis affirmatiuis in secunda figura, cùm prædicata subiectis in prędicatione æqua fuerint. Et pars eorum, quæ in hac definitione assumũtur, ex se manifesta est, q̃ syllogismo insit: pars vero & inesse monstrabitur. Quemadmodum syllogismum orationem esse enunciatiuã, ex se manifestum est: quoniã oratio enunciatiua ea est, quæ aut vera aut falsa est. & similiter quod in ea dicitur, vt ex ipsa sequatur aliud à propositionibus, quodq; consequentia necessaria sit, & hoc ex se manifestum. & consimiliter vt sit consequentia per se, non per accidens, hoc etiam ex se clarum, hoc est syllogismum oportere hac disponi dispositione. Quod vero monstrandum derelinquitur, est oportere in ipso boni propositiones plures vna. & hoc infra declarabitur: planum nãq; fiet syllogismum omnem ex binis compositum esse propositionibus, neque pluribus, neque paucioribus. Syllogismus autem quidam perfectus, et quidam imperfectus. Et perfectus vtiq; is est, cui non est opus, quo appareat ex ipso sequi conclusio, facere aliud præter id, quo ipsius ostenditur conclusio. Imperfectus vero is est, qui indiget, quo appareat ex ipso conclusio sequi, vt aliud fiat aut alia ex ijs, quæ sequuntur ex propositionibus, quę in ipso fuere positę. & hoc, quia oportet syllogismum esse complexum, hoc est nihil ipsi deficere, vt syllogismus sit. Et adhuc iste diuidit duas in partes. qm̃ ipsius alius est, cui aliquid deest, vt appareat eẽ syll's, & is est, qui sibi nomen imperfecti vendicat: alius vero est, cui nihil deficit, ut appeat eẽ syllogismus, & is est perfectus.

Diuisio syll's in perfectum & imperfectum.

Verumenimuero dictum de omni, aut dictum de nullo, significat, nihil in omni reperiri subiecto, de quo non prædicetur prædicatum, hoc est, vt prædicatum insit omni subiecto, & omni etiam illi, quod per subiectum dispontur, inexistat: adeo, vt cùm dicimus, omne animal est corpus, & velimus in ipso exercere intentionem dicti de omni, non tantum sit intentio nostra, vnumquodque ex animalibus est corpus, sed vnumquodque ex animalibus, & omne id quod per vnumquodque ipsorum dispontur, est corpus. Et hæc est differentia inter dictum de omni, quod principium efficitur in hoc libro, & inter propositionem vniuersalem: & dictum de nullo consimiliter. significat enim nihil in omni reperiri subiecto, à quo nõ negetur prædicatum, ita vt prædicatum negetur ab omni subiecto, & ab ijs omnibus,

Quid sit dictum de omni.

Differentia inter dictum de omni & propositionẽ vniuersalem.

omnibus, quibus ineſt ſubiectum, hoc eſt ab ijs, quæ diſponuntur à ſubiecto. Et hęc ſunt illa, quorum cognitionem præcedere oportet conſyderationem de ſpecie-bus ſyllogiſmorum, quæcunq; fuerit ſpecies.

De conuerſione propoſitionum Inexiſtentium. Cap. II.

QVoniam vero omnis propoſitio eſt, aut ineſſe, aut neceſſario ineſſe, aut contingenter ineſſe; harum autem aliæ affirmatiuæ, aliæ negatiuæ ſecundum vnamquanq; allocutionem: rurſus vero affirmatiuarum ac negatiuarum, aliæ ſunt vniuerſaliter, aliæ in parte, aliæ indefinitæ: Vniuerſaliter quidem priuatiuam, in eo, quod eſt ineſſe, terminis conuertere neceſſe eſt: vt, ſi nulla uoluptas bonum, neq; bonum vllum erit uoluptas. Prædicatiuam autē conuertere quidem neceſſarium, nō tamen uniuerſaliter, ſed in parte: vt, ſi omnis voluptas bonum, & bonum aliquod eſſe voluptatem. Earum vero quæ in parte, prędicatiuam quidem conuertere neceſſe eſt ſecundum partem: ſi enim voluptas aliqua bonum, & bonum aliquod erit uoluptas. Priuatiuam autem non neceſſarium: nō enim, ſi homo non ineſt alicui animali, et animal non inerit alicui homini. Primum itaq; ſit priuatiua uniuerſaliter, A B, propoſitio. ſi enim nulli A ipſum eorum quæ ſunt B, ineſt, & B inerit nulli eorū quæ A. nam ſi alicui, vt C, non verū erit quod dicitur, nulli ipſum A, eorum quæ B ineſſe: C enim ex his quę B ſunt, eſt. Si vero omni A ipſum eorum quæ ſunt B, & B alicui eorum quę A, inerit. nam ſi nulli, & A eorum quæ B, nulli inerit: verum ſuppoſitū fuerat omni ineſſe. Conſimiliter autem & ſi propoſitio ſecūdum partem ſit. ſi enim A alicui eorum quæ B, & B alicui eorum quæ A, neceſſe eſt ineſſe. nam ſi nulli, & A nulli eorum, quę B. Sin autem A alicui eorum quæ B, non inſit, non neceſſe & B alicui eorum quę A, non ineſſe. vt ſi B quidem eſt animal, A vero homo: homo quidem enim nō omni aiali, animal autem omni hoi ineſt.

Sermo de cōuerſione propoſitionū Abſolutarū. Cap. II.

ET omnis propoſitio aut eſt abſoluta, hoc eſt actu exiſtens, aut neceſſaria, aut poſſibilis. & propter hoc diuidūtur ſyllogiſmorum genera ad diuiſionem modorum propoſitionū. Amplius iſtarum vnaquæq;, aut affirmatiua eſt, aut negatiua: aut vniuerſalis, aut particularis, aut indefinita. quamobrem faciūt ſyllogiſmorum inuentorum ſpecies ſm modos iſtos, hoc eſt ex ipſis, alius ex propoſitionibus conſtat neceſſarijs, & inexiſtentibus, & poſſibilibus, quemadmodum fecere etiam ſpecies ex parte variationis propoſitionum in quantitate, ac qualitate: in quantitate qdem ſm variationem ſeptimentorum: in qualitate vero ſm affirmationis ac negatiōis diuerſitatem. modus igitur neceſſarius, ac poſſibilis tam ex præcedente libro cognoſci ſunt. Inexiſtentes autem eas eſſe videtur velle, quę actu non neceſſario inueniuntur, hoc eſt in quibus prædicatum ineſt omnibus ſubiecti individuis, multo tempore, & veriſimile eſt, vt in hanc ſpeciem veniant propoſitiones, de quibus ambigitur an neceſſarię ſint, an vero non neceſſariæ, non autem illæ, quæ actu inueniuntur, dum ſubiectum inuenitur aut prædicatum; quemadmodum arbitratus eſt Alexan. qm & ſingulares ſunt. & ſi ex ipſis vniuerſalis reperitur, raro eſt, aç per accidens, cum alioqui & hoc genus propoſitiones fierī in ſequentibus prohibeat Ariſt. Neq; rurſum eſt aliquid comprehēdens neceſſarium ac poſſibile, quę, admodum exiſtimauit Theophraſtus atq; alij nonnulli, niſi forte rationem inexiſtentis eſſe vellet ignorare, ipſam neceſſariam eē aut poſſibilem. qm quod hic vtenditur, eſt diuiſio propoſitionis ſm exiſtentiæ diuiſiones, aut ſecundum diuiſiones ſcitorum primorum, quæ nobis naturaliter in propoſitionibus iſunt. adhuc ex ijs, quæ infra dicemus, clarum iſtud fiet. Harum itaq; trium propoſitionum, hoc eſt inexiſtētis, neceſſariæ, ac poſſibilis, aliæ qdem conuertunt, aliæ vero minime, i. vt in conuerſione mutet ordo partiū enunciationis, vt ſit prædicatum ſubiectū ac ſubiectū prædicatū, ſeruata veritate et qualitate ſua affirmationis ac negationis. Atqui cū mutatur ordo & nō ſeruet veritas, illud eſt, qđ hac in arte nuncupat euerſio enūciationis.

Ex propoſitionibus itaq; vniuerſalis negatiua abſoluta conuertitur, ſeruata quantitate. vt in exemplo, ſi verum eſt, nullā voluptatem eē bonum, verum etiam erit, nullum bonum voluptatem eſſe. Affirmatiua uero vniuerſalis conuertitur quidem, non tamen ſeruata quantitate, hoc eſt vniuerſaliter, ſm negatiuæ diſpoſitionem. ceu ſi verum ſit, quod dicimus, omnis voluptas bonum, erit itidem verum, aliquod bonum voluptatem eſſe. Ex particularibus autem abſolutis, affirmatiua quidem conuertitur in parte. veluti, ſi verum eſt, quod dicimus, aliqua voluptas bonum, oportet vt verum etiam ſit, aliquod bonum voluptatem eſſe. Negatiua vero non ſemper conuertitur in omni materia ex iſta ſpecie, quod tamē exigitur in conuerſione propoſitionum omnium. neque enim, ſi verum eſt aliquod animal non eſſe hominem, propterea & conuerſum verum erit, aliquem hominem non eſſe animal. & inductio ſufficit ad oſtendendum aliquid non conuerti, veluti particularem negatiuam: ſed ad monſtrandum aliquid conuerti iam eſt opus oſtatione.

Sit itaq; primo exēplum vniuerſalis negatiuæ, quod dicimus, A ineſt nulli B, ita vt A exemplum ſit ſubiecti, B vero prędicati. Exemplum etenim elementorum accommodatius, ne fortaſſe quiſpiam exiſtimaret, quod monſtratur, ſequi gratia materiæ, hoc eſt propter ſubiectum exemplum, non autem propter rem in ſe: veluti ſi loco A ponerem⁹ animal, loco B lapidem. Dicamus igitur, ſi verum fuerit, quod dicimus, nullum A B ꝙ oportet ex neceſſitate verum etiam eē, nullum B A. quoniam, ſi non eſt verum, quod dicimus, nullum B A, contradictorium ſuum verum erit, quemadmodum expoſuimus in libro præcedente, hoc eſt, aliquod B A. ponemus igit particulare iſtud, ſenſibile aliquod, puta C: erit ergo C, quod eſt pars ipſius B, ſm ſenſum inuentum in A: quare aliquod A ſm ſenſum inerit ipſi B: & nos iam poſuimus verum eſſe, nullum A eſſe B: ſed hoc impoſſibile & non conuenit: quare falſum, quod diximus, aliquod B eſſe A. ꝙ ſi hoc falſum, verum erit, quod aſſerebamus, nullum B eſſe A, quod mōſtrare intendebamus. Affirmatiua vero abſoluta vniuerſalis conuertitur, quemadmodum diximus in parte. ſi enim verum extiterit, omne B eſſe A, dico ꝙ ſequitur ex neceſſitate in omni materia, vt verū ſit, aliquod A B. demonſtratio

Quæ ſint propones inexiſtentes.

Non ponit ſoliam Alex. quæ eſt, ꝙ ꝓpō in qua, tunc ſibi. of de eiſ⁹ ꝓpōnibus ſubiſ neceſſ ma, ſi ipſa æquiuālēs eam. a Cōtra opi. Theophra.

Quid ſit conuerſio.

Quid euerſio.

Quare Ariſ. in demſtatione cōuerſionum elemēta vtatur.

Quęſitas & qualitas propoſitionis.

Nota nō eē niſi duas materias, quoniam abſoluta ē ex natura poſſibilis.

In. 2. de interpre.

monſtratio huius. nanq; ſi non eſt verum, quod dicimus, aliquod A B, verum erit ſuum contradictorium, quod eſt, nullum A eſſe B: & cùm hoc verum extiterit, verum erit & conuerſum, veluti antea expoſuimus de vniuerſali negatiua, hoc eſt, nullum B eſſe A. ſed tā poſueramus, omne B eſſe A, quod eſt impoſſibile, & non conuenit: ergo quod diximus, nullum A eſſe B, falſum eſt ex neceſſitate. ꝙ ſi hoc falſum, verū erit ſuum contradictoriū, aliquod A B. De affirmatiua vero abſoluta in parte dicimus etiam cōſimiliter, ꝙ in parte cōuertitur. quoniam, ſi verum extiterit, aliquod B eſſe A, verum quoq; erit aliquod A eſſe B, ex neceſſitate: quia ſi non eſt verum, verum erit ſuum contradictorium, nullum A B: & cùm fuerit hoc verum, cōuerſum etiam ſuū verum erit, quod eſt, nullum B A. ſed iam poſuimus, aliquod B eſſe A: quod & impoſſibile & non conuenit. quare ſi falſum extiterit, nullum A eſſe B, ex neceſſitate verum erit contradictorium ſuum, aliquod A B. Negatiua aūt in parte non ſemper conuertitur. cuius exemplum, ſi loco B, ponamus animal, & loco A, hominem, tunc verum erit, non omne animal hominem eſſe: non tamen propterea ſuum conuerſum verum, non omnis homo aīal. & hoc ſufficit in deſtructione, quemadmodum diximus. Atq; hæ qdem ꝓpōnes ſunt, quæ conuertunt, quæq; non conuertunt in materia abſoluta.

De conuerſione propoſitionum Neceſſariarum. Cap. III.

EOdem autē modo ſe habebit & in neceſſarijs propoſitionibus. vniuerſalis enim negatiua vniuerſaliter conuertit: affirmatiuarum vero vtraq; ſm partem. Si. n. neceſſe eſt A, eorum quę B, nulli ineſſe, neceſſe & B, eorum quæ A, nulli ineſſe. ſi enim alicui contingit, & A eorum quæ B, alicui contingeret. Sin autem ex neceſſitate A omni vel alicui eorum quæ B ineſt, & B alicui eorum quę A neceſſe eſt ineſſe. ſi enim non neceſſe, neq; A alicui eorum quæ B, ineſſet vtiq; ex neceſſitate. Priuatiuum vero in parte, non conuertit ob eādem cauſam, ob quā & prius diximus.

Sermo de conuerſione propoſitionum Neceſſariarum. Cap. III.

CÆterum ex propoſitionibus neceſſarijs, vniuerſalis quoq; negatiua conuertitur vniuerſaliter, & vniuerſalis affirmatiua conuertit in parte, & conſimiliter affirmatiua particularis, ſm diſpoſitionem abſolutarum. Huius autem oſtenſio eſt. quoniam, ſi verum extiterit, nullum B eſt A ex neceſſitate, dico ꝙ ſequitur, vt verum etiam ſit, nullum A eſt B ex neceſſitate. demōſtratio huius, quoniam ſi non fuerit verū, quod dicimus ex neceſſitate, nullum A eſt B, contradictorium ſuum erit verum. hoc autem eſt aut affirmatiua in parte in materia poſſibili, quæ eſt contraria materiæ neceſſarię, aut alia neceſſaria affirmatiua particularis: quoniam non ſunt hic niſi iſtæ duæ materiæ, propterea ꝙ abſoluta eſt ex natura poſſibilis, & impoſſibile, quod accidit ex poſitione ipſarū eſt vnum: qm poſſibile id eſt, quod cùm ponit in actu, non accidit ex poſitione ſua impoſſibile. Quòd ſi poſuerimus ipſam neceſſariam particularem, monſtrabitur ex hac poſitione ſequi impoſſibile ſm extenſionem præcedentem negatiuę abſolutę. Si vero ponamus particularem poſſibilem: quemadmodum ſi ponamus, poſſibile eſt aliquod A eſſe B, & tunc planum erit, ſi poſuerimus aliquod A eſſe B in actu, nō accidet ex hoc impoſſe. atqui ſi poſuerimus, aliquod A eſſe B in actu, erit & aliquod B A in actu, quoniam particularis abſolutā iam conuertitur, & tam poſuimus, nullum B eſſe A ex neceſſitate, quod eſt impoſſibile & non cōuenit, et quod eſt ex natura poſſibilis & poſſibile contrarium eſt neceſſario. & cùm falſa extiterit affirmatiua particularis neceſſaria & poſſibilis, ſequitur vt vera ſit vniuerſalis negatiua neceſſaria, quoniam, quod non eſt cōtingens neq; neceſſarium, illud eſt negatum neceſſario. Vniuerſalis vero affirmatiua neceſſaria conuertitur ipſa quoq; in particularem neceſſariam. ſi enim verum extiterit, omne B eſſe A ex neceſſitate, dico ꝙ ſequitur, vt ſit verum, aliquod A eſſe B ex neceſſitate. quoniam, ſi eſt aliquod A B contingenter, & non ex neceſſitate, ſequitur vt ſit aliquod B A contingenter. & hoc ſm mōſtrationem poſitionis præcedentis, quæ facta eſt de inexiſtente: propterea ꝙ ſi ponamus, aliquod B, quod eſt contingēter aliquod ſenſibile, erit hoc quoddā A, & quoddam B. quod ſi ita eſt, erit aliquod B A contingēter: ſed iam poſuimus, omne B eſſe A ex neceſſitate, quod eſt impoſſibile & non conuenit: quare ſi hoc ita eſt, ſequitur, vt ſimul cū hoc, quod dicimus, omne B A ex neceſſitate, verum etiam ſit aliquod A eſſe B ex neceſſitate. Affirmatiua autem neceſſaria in parte, & ipſa conſimiliter conuertitur in particularem neceſſariam, quoniā, ſi fuerit aliquod B A, ex neceſſitate B, oportet vt ſit aliquod A ex neceſſitate B. quia ſi non, non erit aliquod B, ex neceſſitate A. Et hæ ſunt propoſitiones abſolutę, ac neceſſariæ, quæ conuertuntur, & hæc expoſitio, quam expoſuimus, eſt expoſitio, quam intendit Ariſtoteles.

De conuerſione propoſitionum Contingentium. Cap. IIII.

IN contingentibus vero, quoniam multifariam dicitur cōtingere: (etenim neceſſarium, & non neceſſarium, & poſſibile, cōtingere dicimus:) In affirmatiuis quidē conſimiliter ſe habebit ſecundum cōuerſionem in omnibus. ſi enim A omni vel alicui eorum, quæ B contingit, & B alicui eorum quæ A continget vtiq;. ſi enim nulli, neq; A nulli eorum quę B. oſtenſum eſt enim hoc prius. In negatiuis vero non ſimiliter: ſed quæcunq; quidem contingere dicuntur, eo ꝙ ex neceſſitate non inſunt, aut nō ex neceſſitate inſunt, ſimiliter. vt, ſi quis hominem dicat, contingere nō eſſe equum, aut album nulli veſtimento ineſſe. horum enim, illud quidē ex neceſſitate non ineſt, hoc autem non ex neceſſitate ineſt. Et conſimiliter conuertitur propoſitio. ſi enim contingit nulli homini equum eſſe, & hominem contingit nulli equo. & ſi album contingit nulli indumento, & indumentum contingit nulli albo. ſi enim alicui neceſſe, & album alicui erit ex neceſſitate: hoc enim oſtenſum eſt prius. Cōſimiliter & in negatiua in parte. Quæcūq; vero, eo ꝙ vt plurimū, atq; ob id, ꝙ nata ſunt, cōtingere dicūtur, ſm quem modum determinamus contingens, nō ſimiliter ſe habebunt in priuatiuis conuerſionibus.

exterum

*i.e. addunt privativa.

ceterum vniuersalis quidē * propositio non conuertitur: quæ vero in parte conuertitur. Hoc autem erit manifestum, quando de contingenti dicemus. Nunc vero nobis & hoc sit præter ea quæ dicta sunt, planum, ꝙ contingere nulli, aut alicui non inesse, affirmatiuam habet figuram. Contingit nanq; ad ſſimi litudinē ipsius est, ordinatur: ipsum vero est, in quibuscunque prædicetur, affirmationem semper & omnino facit: vt, est non bonum, aut est non album, aut simpliciter est nō hoc: monstrabitur autem & hoc per sequentia: secundum vero conuersiones ad aliarum similitudinem se habebunt.

Sermo de conuersione propositionum Possibilium. Cap. IIII.

PRopositiones vero possibiles, hoc est de quibus vere dicitur nomen possibile: quęq; ita se habēt, vt possint esse & non esse in tempore futuro, sic disponuntur ſm conuersionem, vt affirmatiuæ absolutæ & necessariæ: hoc est ꝙ vniuersales affirmatiuæ & particulares conuertantur in parte. & hoc manifestum. nanq; si fuerit omne A B contingenter, vel aliquod A B etiam contingenter, dico ꝙ aliquod quoque B A contingenter erit. quin si non est contingenter, sed fortasse necessario, aliquod igit̄ A erit B necessario ſm ꝙ prędiximus. & iam posuimus, omne A esse B contingenter: quod impossibile & non conuenit. Cæterum propositionum negatiuarum cōuersio in hac materia econtrario se habet, quàm in illo. & hoc, qm̄ vniuersalis negatiua in hac materia non conuertitur vniuersaliter, & particularis conuertitur: quemadmodum declarabimus in sermone de syllogismis, qui componuntur ex propositiōibus possibilibus. Et causa huius est: qm̄ negatiua in hac materia non est re vera negatiua: quemadmodum declaratum est in libro præcedente. vis nanq; ipsarum est affirmatiuarum vis. Et hoc, qm̄ modus in ipsis similis est verbo substantiuo, quod est in enunciationibus sine modo. & quemadmodū enunciatio, in qua dictio negatiua nō componitur cum verbo affirmatiuo, sed cum prædicato, est affirmatiua, vt cùm dicimus, Zatol est non bonus, vel est non albus, eodem pacto se habebunt & enunciationes istæ: quoniam dictio negatiua in ipsis non coniungitur cū modo, sed cum prædicato. vt cùm dicimus, possibile est hoc non esse in hoc, aut possibile est non esse in parte huius. Verum hoc ampliori declaratione declarabitur in sequentibus.

De tribus figuris ex propositionibus Inexistentibus. Cap. V.

DEterminatis vero his, dicamus iam p quæ, & quando, & quomodo fit omnis syllogismus: posterius autem dicendum de demonstratione. prius enim de syllogismo dicendum, quàm de demonstratione, eo ꝙ vniuersalior syllogismus est. demonstratio nanq; syllogismus quidam est: syllogismus vero non omnis, demonstratio.

Prima Figura.

CVmq; itaq; termini tres sic se habeant inuicem, vt vltimus in toto sit medio: & medius in primo aut sit, aut non sit: necesse est extremitatum esse syllogismū perfectum. Voco autem medium, quod & ipsum in alio, & aliud in hoc est: quod & positione fit medium. extremitates vero, quæ & ipsa in alio est, & in qua aliud est. Si enim A de oi BIET B de omni C: necesse est A de omni C prædicari. prius.n. dictum est, quomodo de cĩ dicimus.



Prima vtilis coniugatio.

Consimiliter vero, si A de nullo quidem B: ꝙ vero de omni C: ꝙ A nulli C inerit.



Secunda vtilis coniugatio.

Sed si primum, omne consequitur mediū: medium vero nulli inest extremo: nō erit syllogismus extremitatum. nihil enim necessarium accidit, eo ꝙ hæc sint. nanq; & omni & nulli contingit vltimo primum inesse: quare neq; quod ſm partem, neq; quod vniuersaliter fit necessarium. cùm vero nullum sit necessarium, per hæc non erit syllogismus. Termini omni inesse, animal, homo, equus: nulli, animal, homo, lapis.



Prima inutilis coniugatio.

Neque quando neq; primum medio: neque medium vltimo nulli insit: neque sic erit syllogismus. Termini inesse, scientia, linea, medicina: non inesse, scientia, linea, vnitas.

Vniuersalibus

Secunda inutilis coniugatio. Auer. accipit hos terminos: rōnale, equus, homo, asinus.



Vniuersalibus igit̄ terminis exñtibus, planum in hac figura, quādo erit & quando non erit syllogismus: & ꝙ si fuerit syllogismus, terminos ita se habere necesse est, vt diximus: & si ita se habuerint, planum ꝙ erit syllogismus.

Si vero hic vniuersaliter, ille in parte ad alteram: quando quod vniuersaliter ad maiorem extremitatem, aut prædicatiuum, aut priuatiuum: quod autem in parte, ad minorem prædicatiuum: necesse est syllogismum esse perfectum. cùm vero ad minorem, aut aliter quodammodo termini se habuerint, impossibile. Dico autem maiorem extremitatem, in qua medium est: minorem vero, quæ sub medio. Insit enim A omni B: B vero alicui C: si itaque est, de omni prædicari, quod in principio diximus, necesse est A alicui eoꝝ quę C inesse.

Tertia vtilis coniugatio.



Et si A nulli eorum quæ B inest: B vero alicui C: necesse est A alicui C non inesse. determinatum enim est & de nullo quomodo dicimus. quare erit syllogismus perfectus. Consimiliter & si indefinitū sit B C, prædicatiuum existens. idem enim erit syllogismus, & si indefinitum, & si in parte accipiatur.

Quinta vtilis coniugatio.



Sin aūt ad minorē extremitatem vlr pónaī, aut p̄dicatiuum, aut priuatiuū, non erit syll's, neq; affirmatiuo, neq; negatiuo, neq; indefinito, neq; secundum partem existente. vt si A alicui B insit, aut nō insit: B vero omni C insit. Termini, ꝙ insit, bonum, habitus, prudentia: ꝙ non insit, bonum, habitus, ignorantia.

*ἀμαθία insipientia.

Auer. ꝙ prudēta accipit scientia.

Tertia inutilis coniugatio.



Rursus, si B nulli insit C: A vero alicui B insit, aut non insit, aut non omni insit, neq; sic erit syllogismus. Termini, ꝙ omni isit, album, equus, cygnus: ꝙ nulli, albū, equus, coruus. idem & si A B indefinitum sit.

Quarta inutilis coniugatio.



Neq; qñ quod ad maiorē extremitatē vlr fiat aut p̄dicatiuū aut priuatiuū: quod aūt ad minorē priuatiuū ſm partē, nō erit syll's, siue indefinitū, siue in parte accipiaī. vt si A oi inest B: B vero alicui C nō inest, aut nō oi inest: cuicūq;.n. alicui nō insit medīū, hoc et oē, & nullum ipsum sequetur primum. Subiiciātur.n. termini, aial, homo, album: postea & de quibus non prędicatur albis homo, sumantur cygnus, & nix: igitur animal de illo quidē prædicaī oi: de hoc aūt nullo: quare nō erit syll's.

Quinta inutilis cōiugatio.



Rursus

Rursus A quidem nulli insit B :B vero alicui C nõ insit. Termini sint, inanimatum, homo, album: postea accipiantᵉ de quibus albis non prædicaᵗ homo, cygnus, & nix. inanimatum nanq; de hoc quidem omni: de illo autẽ nullo prædicatur. Amplius, quoniam indeterminatum est, B alicui C non inesse: verificatur autem & si nulli ineat, et si non omni, ꝙ alicui nõ ineat. si vero tales assumantur termini, vt nulli insit, non fit syllogismus: hoc enim dictum est prius. Planum itaq;, quòd, eo quòd termini sic se habeant, non erit syllogismus: esset. n. & in his. Consimiliter autem monstrabitur, & si vniuersaliter ponatur priuatiuum.

Sexta inutilis coniugatio.



Neq; autem si vtraq; iteruallα ſm partem extiterint, aut prædicatiue, aut priuatiue, aut hoc prædicatiue illud priuatiue, aut indefinitum illud definitum, aut vtraque indefinita, non erit syllogismus nullo pacto. Termini communes omnium, animal, album, equus: animal, album, lapis.

Sexdecim inutilũ, tum particularũ, tum indefinitarum contu gationũ exẽplum.



Planum igit ex dictis, quemadmodũ si fuerit hac in figura secundum partem syllogismus, ꝙ necesse est terminos sic se habere, vt diximus: aliter vero se habentibus, nullo modo fit. Manifestum autem &, ꝙ syllogismi omnes in eadem perfecti sunt (omnes enim perficiuntur per ea, quę à principio sunt accepta) quodq; problemata omnia mõstrantur per hanc figuram: nanq; & omni, & nulli, & alicui, & non alicui ineſſe. Voco autem figuram talem Primam.

Sermo in tribus figuris, ex propositionibus Absolutis. Cap. V.

Sed posteaq; fuere hæc declarata, dicamus ex quo componatur syllogismꝰ, qui antea definitus fuit, & in quo componatur, & quo pacto compositio sua, & quando componatur compositione, ſm quam ex ipso ſequatur aliud ab ipso ex necessitate. Amplius, post hoc oportebit de demõstratione loqui: qm̃ oportet sermonem de syllogismo p̃cedere sermonem de demonstratione. syllꝰus nanq; vtiꝰ est demõstratione. omnis. n. demonstratio syllogismus, & non est omnis syllogismus demonstratio: puta, si extiterit figura concludens, & non fuerint propositiones suæ verę.

Syllus, de q̃ quæritur in libro Priore, ẽ, q̃ cõponi super quæ tum determinatum.

Dicamus igitur ꝙ syllogismus, de quo quærimus hoc in libro, est syllogismus qui componitur sup quę sito determinato, veluti cũ dicimus: omne C A, aut nullum C A, ac manifestum, cùm acceperimus aliquid proportionatum ipsi C, & ipsi A, quæ sunt extremitates quæsiti, puta exempli gratia B, ꝙ binæ propositiones componuntur ex tribus terminis, ex quibus duo sunt separati inter se, communicãtes vero in termino vno. & si accipiamus aliquid communicans duabus extremitatibus quæsiti ſm hanc dispositionem, fieri potest, vt ſm hanc ostẽdatur quę sitũ, hoc est, q̃c sit A, vel ꝙ nõ sit A, vel nõ sit in ipso A. Exẽplum huius dicti, C est B: & B est A: & sequit ex hoc, vt sit C in A, & A in C: aut dicamus C est B: & B non est A: igitur sequitur ꝙ C non sit in A. Et subiectum quæsiti, quod est C, in vna propositione vocatur extremitas minor: & prædicatum quæsiti, quod est A, in altera propositione dicitur extremitas maior: & terminus ipsis cõmunis, terminus medius: et propositio i qua est minor extremitas, nuncupat minor: et i qua est maior extremitas, appellatur maior, Ordo autem medij termini inter ambas extremitates dicitur figura. Et quoniam quatuor sunt positiones termini communis duabus extremitatibus, vna vt prædicetur de vtrisq; extremitatibus, altera vt eisdem subiiciatur, tertia vt sit subiectum in maiore, & prædicatum in minore, quarta econuerso: considerabimus ſm quem ordinem ex istis verificetur, vt sint figuræ naturales ſm potentiam cogitatiuam, hoc est, vt super ipsas cadant homines naturaliter, non autem ſm potẽtiam artificialem. qm̃ syllogismus, quem hæc ars conatur tradere, hoc est de quo solicita est, vt genera ipsius comprehendat, & separet species concludentes in vnoquoq; genere à non concludentibus, ſm perscrutationem istam ostendet tibi, ꝙ figuræ prædicatiuæ sunt tres, & ꝙ quarta figura, quam posuit Galenus non est figura naturalis, in qua medius terminus de maiori prædicatur extremo, & minori subiiciturꝫ

Quid maior, qd minor extremitas, & qd medius terminus.

Ordo medij termini ſm extremitates vocatur figura.

Quarta figura, quam ponunt Galenꝰ & naturalē. Vide infra digressione propria, cap. 8.

Tractatus de Prima figura.

Dicamus igitur, si fuerit ordinatus medius terminus inter duas extremitates, ita vt prædicetur de minore, & subiiciatur maiori, quemadmodum si dicamus, omne C B: & omne B A: planum ꝙ ex dõ iste syllogisticus est, quodq; nobis ineſt ſm naturam. Aristꝰ. vero appellat ordinem istum figuram Primam. Qm̃ igitur ómnes duæ propositiones, aut sic se habent, ꝙ am bæ sunt vniuersales, aut particulares, aut indefinitæ, aut vna ipsarum vniuersalis, & altera in parte: aut vna ipsarum vniuersalis, & altera indefinita: aut vna ipsarum indefinita, & altera in parte: & vnaquæq; harum trium ſpecierum bifariam variatur, vel vt sit vniuersalis maior & particularis minor, vel econuerso: & consimiliter vniuersalis nõ indefinita ac particularis cum indefinita: & vnaquæq; harum nouem ſpecierum ita se habet ſm compoſitionem, aut vt ambæ ſimul affirmatiuæ

Ex diuisiõ ppõnũ colligunt. 16. coniugationes in prima figura.

matiuę sint, aut negatiuę ſimul, aut vna ipsarum affirmatiua & altera negatiua, & hoc duobus modis, vno ꝙ sit minor negatiua & maior affirmatiua, secundo in contrarium huius. ex quo planum si multiplicatę fuerint illæ quatuor in has nouem, efficientur hæc in figura sex ac triginta coniugationes. Et Aristote. exponit, quæ concludat, quæve non concludat. veluti cùm dicit, quando fuerint duæ propositiones vniuersales affirmatiuæ: concludetur ex necessitate vniuersalis affirmatiua, cuius exemplum ex elementis, vt si ponamus

Prima cõiugatio vnius.

omne C B: & omne B A: dico ꝙ ex hoc concluditur, omne C A: & hoc semper ex necessitate. Exemplum vero huius in materiis, quemadmodum si ponamus, omnis homo animal: & omne animal sensibile: sequit ex hoc, ꝙ omnis homo sensibile. Quodq; hoc sequat, planum ex intentione dicti de omni, quod descripsimus in principio huius libri. et hoc, quoniam intentio huius quod dicimus, omne B A, & omne animal sensibile, quæ est maior propositio in hac coniugatione, nimirum est, ꝙ omne id quod ẽ B, aut disponitur per B affirmatiue, ipsum est A: & posteaquam coniunxerimus in hunc locum, quòd C disponitur per B affirmatiue, sequitur ex necessitate, vt disponatur C per A. Cõsimiliter cùm dicimus, omne animal sensibile, nempe volumus, vt omne quod disponitur per animal sit sensibile: & posteaq; coniunxerimus huic, quòd homo disponitur vt sit animal, planũ est ex hoc sequi, vt ipse disponatur per sensibile. & iste est vnus ex modis concludentibus in hac figura. Eodem pacto cùm extiterint duæ propositiones vniuersales, & fuerit maior negatiua, & minor affirmatiua, manifestum similiter ex intentione dicti de nullo, quòd vniuersalem negatiuam colligit. Exemplum huius, vt cùm dicimus, omne C B: nullum B A: sequitur ex hoc, quòd nullum C sit A: quoniam intentio eius quod dicimus, nullũ B A, significat ꝙ nihil, quod affirmatiue disponitur per B, est A: & C disponitur affirmatiue per B: sequitur itaq; vt non disponatur per A.

Secunda cõiugatio vtilis.

Si vero fuerint ambę propositiones vniuersales negatiuæ simul, aut maior affirmatiua & minor negatiua, non erit ex hoc syllogismus concludens, neq; vniuersalem, neq; particularem. & hoc, quoniam manifestum, quòd in materiis concludit aliquando affirmatiuam veram, & aliquando negatiuam veram. Et iterꝫ, quoniã non est in ipso intentio dicti de omni. qm̃ conditio eius, quod de omni dicitur, est, vt sit A negatum ab omni eo, quod disponitur per B, dispositione affirmatiua: & qm̃ C disponitur per B, dispositione negatiua, non sequitur ex hoc, vt disponatur per A, dispositio ne negatiua, siue maior affirmatiua extiterit, siue negatiua. & ad hæc, quoniam duo isti modi concludunt in materiis aliquando affirmatiuam verã, & aliquando negatiuam veram. Hoc autem planum, si posuerimus terminos duarum propositionum vniuersaliũ, quarũ maior affirmatiua & minor negatiua, animal, homo, equus: vbi animal sit maior terminus, homo medius, & equus minor: et aliquando, animal, homo, lapis. quoniam igitur dicimus, nullus equus homo: omnis homo animal, concludimus vniuersalem affirmatiuam, hoc est, omnem equum esse animal. cùm vero dicimus, nullus lapis homo: omnis homo animal: concluditur vniuersalis negatiua, hoc est, nullus lapis animal. quoniam igitur hæc cõpositio aliquando concludit negatiuam, & nonnunquam concludit affirmatiuam, non sequetur ex ipsa aliud ex necessitate ac semper secũdum id quod acceptum fuit in definitione syllogismi. cùm itaq; res ita se habeat, nõ est syllogismus.

Conditio dicti de omni. Vide clarius supra capi. 1. circa finem.

Eodem pacto ponentur termini, qui concludunt affirmatiuam in vtrisq; propositionibus vniuersaliter negatiuis, rationale, equus, & homo: qui vero vniuersalem negatiuam colligunt, rationale, equus, et asinus. & hoc, quoniam, nullus homo equus: nullus equus rationale: & concluditur, omnis homo rationale. & rursus, nullus asinus equus: nullus equus rationale: & concluditur, nullus equus rationale. cùm igitur hæc coniugatio aliquando concludat affirmatiuam, & aliquando negatiuam, non erit vtiq; coniugatio syllogistica. Atq; hæc est syllogismorum intentio, qui ex duabus vniuersalibus propositionibus hac in figura componuntur, hoc est ꝙ duo ex ipsis concludunt, & duo non concludunt. Scitu tamen dignum, quòd is, qui ex binis negatiis construitur in hac figura, nihil penitus concludit, seu syllogismo artificiali, siue etiam naturali, qui est cùm dicitur cogitatio sine consyderatione. Si vero minor in ipso extiterit negatiua, tam existimatur quòd concludat negatiuam in parte, posteaquam propositiones conuersæ fuerint. atqui hęc species conclusionis non est ex syllogismo, super quem cogitatio naturaliter cadit, nimirum concluderet, si in quarta figura syllogismus naturaliter cõstrueretur: atqui quod intenditur, quemadmodum diximus, est expositio syllogismorum, super quos naturaliter cadit humana cogitatio.

Nota syllꝰm ex duab⁹ vlis b⁹ negatiis nihil penit⁹ concludere sed ex minori negatiua tm, cõcludere conclusionem artificialem, quã idiotica vocãt.

²Quòd si in hac figura vna propositionum vniuersalis extiterit & altera in parte, & maior vniuersalis fuerit, aut affirmatiua aut negatiua, & minor particularis & affirmatiua, erit ex hoc syllogismus cõcludens perfectus. Exẽplum huius, quoniam si ponamus, aliquod C B: & omne B A: sequitur vt sit aliquod C A. Hoc autem manifestum ex intẽtione dicti de omni, quoniam dispositio eius quod est, omne B A, quemadmodũ plerunq; diximus, est, quòd omne quod disponitur per B dispõne affirmatiua, ipsum est A: sed ponitur aliquod C disponi per B: sequitur itaq; vt particulare hoc sit dispositum per A. Et consimiliter si posuerimus aliquod C B: & nullum B est A: sequitur ex hoc, aliquod C non esse A, & hoc etiam manifestum ex intentione dicti de omni negatiui. Similiter sequetur dispositio, si in duobus modis istis loco particularis idefinitam ponerimus: quoniam indefinita ex necessitate est particularis. neq; enim fieri potest, vt indefinita particularem non valeat: & hoc est, quod ex necessitate ipsi semper ineſt. Quòd si dispositionem vniuersalem significat, non tamen oportet hoc et ineſſe: et propterea posuerũt ipsius vim, vim particularis.

²Coniugationes vtiles tm̃.

Nota de ꝓpõne indefinita.

Si vero vniuersalis propositio fuerit minor, seu affirmatiua, siue negatiua, & maior non vniuersalis, sed indefinita vel particularis, negatiua aut affirmatiua, nõ erit ex hoc syllogismus. Et hoc manifestum, quoniam in ipsis non reperitur intentio dicti de omni. & ad hæc planum etiam ex materiis, hoc est, quoniam i materiis concludit aliquando affirmatiuam, & aliquando negatiuam. Exemplum huius, si ponamus quòd omne C B: et aliquod B est A, vel non est A: non sequitur ex hoc, vt sit C negatum ab aliquo A, aut insit in aliquo A. & hoc, quoniam deficit hic aliqua ex conditionibus dicti de omni vniuersalis, quæ in ipsa repertatur. quia intentio dicti de omni fuerat, vt A prædicaretur negatiue aut affirmatiue de omni eo, quod tãtum disponitur affirmatiue per B: sed A dicitur de aliquo B, non autem de omni eo. Exemplum vero terminorum, qui concludunt affirmatiuam veram, vbi minor fuerit vniuersalis affirmatiua, & maior affirmatiua in parte, bonum, habitus, & scientia. & hoc, quoniam omnis scientia est habitus: & aliquis habitus est bonus: & conclusio, quòd omnis scientia bonum, & hoc est verum. qui vero negatiuam concludunt, sunt, bonum, habitus, & ignorantia, quæ est secundum vtiam habitus, hoc est innata. & hoc, quoniam omnis ignorantia habitus: & aliquis habitus

Coniugationes partic. vtiles inutiles.

bitus bonum, tamen nulla ignorantia bonum. & hoc etiam non concludit secundum viam naturalem) Consimiliter si posuerimus quòd nullum C est B: & aliquod BA, vel aliquod B non est A: non concludemus conclusionem seruantem quantitatem. & hoc quoque manifestum ex intentione dicti de omni, & ex materijs. Exemplum igitur terminorum propositionum, quæ concludunt affirmatiuam, cùm maior extiterit affirmatiua particularis, & minor negatiua vniuersalis, album, equus, & cygnus. & hoc, quoniam nullus cygnus est equus: & aliquis equus album: et concluditur, omnis cygnus album. Termini vero, qui negatiuam veram cõcludant, sunt, album, equus, & coruus. & hoc, quoniam nullus coruus est equus: & aliquis equus album: & concluditur, nullus coruus album, quę est negatiua vera. cùm igitur declaratum sit, quòd in huiusce modi syllogismis aliquando concludit vniuersalis affirmatiua, nonnunquam vniuersalis negatiua, planum quòd non concludunt negatiuam in parte, nec affirmatiuam in parte. Et hoc, quoniam ex parte, qua concludit vniuersalem affirmatiuam, non potest cõcludere vniuersalem negatiuam, nec particularem negatiuam semper: ex parte vero, qua concludit vniuersalem negatiuam, non potest concludere vniuersalem affirmatiuam semper, nec particularem etiã affirmatiuam. atq; hi quidem non sunt syllogismi in comparatione eius, quod fm naturalem viam concluditur. Eodem autem pacto, si loco particularis accipiatur indefinita, quoniam ipsarum vis est vna. Consimiliter etiã si maior propositio extiterit vlis, seu affirmatiua, seu negatiua, & minor particularis negatiua, non erit item syllogismus, qui secundum viam naturalem quęsitum colligat. quoniam, cùm minori extremitati non insit medius terminus, hoc est non: prædicetur de ipso affirmatiue secundum conditionẽ positam in dicto de omni, fieri potest vt maior extremitas illi insit, & nulli etiam insit. Exemplum cuius, si posuerimus, quòd aliquod C non inuenitur in aliquo ex B: & omne BA: potest concludere quòd A aliquando ineat alicui C, & aliquando non ineat. Exemplum vero huius ex materijs, animal, homo, album. & hoc, quoniam aliquod album non est homo: & omnis homo animal, & tunc fieri non potest, quin particularis, aut secundum positionem sit, aut secundum naturam, hoc est particularis positione: si cùm dicimus, aliquod album non est homo, quæ est negatiua in parte, verum fuerit simul cum vniuersali negatiua, puta, nullum album est homo, tũc syllogismus complicabitur ex duabus propositionibus vniuersalibus, quarum minor est vniuersalis negatiua, & maior vniuersalis affirmatiua. sed iam expositum est per terminos, quòd iste non concludit, propterea q̃ contraria colligit. Quòd si cum hoc quod dicimus, aliquod album non est homo, simul vera non extiterit vniuersalis negatiua, & sit aliquod album ex necessitate homo, & aliquod etiam non sit homo: si inquam ita fuerit non reperientur in hac positione termini, qui concludant contraria, hoc est affirmatiuam & negatiuam: quoniã oportet vt sit aliquod C A. nanque si cum hoc, quod dicimus, aliquod album nõ est homo, simul verum extiterit, aliquod album esse hominem, tunc oportet vt hæc coniugatio sit coniugatio concludens, hoc est vt sit ex minore affirmatiua in parte & maiore vniuersali: sed iam declaratum fuit, q̃ est concludens proculdubio affirmatiuam in parte: & propterea non est verum, vt in consimili materia inueniri possit vniuersalis negatiua: quoniam ipsa contradicit particulari affirmatiuę. Atqui declaratum est in consimili materia, cùm fuerit propositio particularis negatiua vera simul cũ affirmatiua particulari, hoc est, vt dicimus, particularis per naturam, q̃ complicatio ista non concludit: quoniam fieri potest, vt inueniatur in illo particulari aliquod, à quo negetur homo, de quo vere prædicetur animal: & item aliquod, de quo dicatur falso. puta, si posuerimus aliquod album, quod non est homo, exempli gratia niuem, verum erit, cũ dixerimus, nullam niuem esse animal, q̃ si posuerimus, exempli gratia cygnum, vere proferre poterimus, omnem cygnum esse animal. Hoc igitur modo manifestum nobis factum fuit, q̃ hæc complicatio nonnunq; vniuersalem affirmatiuam veram concludit, & aliqñ vniuersalem negatiuã veram, quæ sunt contraria. Nil præterea vetat, vt dicamus complicationem istã non concludere, fm q̃ hoc in loco quærimus cõiugationes sem per concludentes, non autem fm materiam aliquam. cæterum si admiserimus complicationẽ istam concludere affirmatiuam in parte, hoc vtiq; fieri, cũ negatiua particularis, fm naturã particularis erit, hoc est in materia, in qua simul etiam verificatur affirmatiua in parte, non autem vbi simul vera extiterit vniuersalis negatiua, quam vocamus particularem positione. Sed quod quærimus in materijs est, quòd per se concludit, hoc est in omni materia. et propterea non recensebitur coniugatio ista inter materias concludentes: quemadmodum nec illa, quæ ex binis affirmatiuis concludit in figura secunda, licet fortasse concludat in aliqua materia, quoniam materiæ, in quibus cõcludit, sunt apud nos ignotæ. Consimiliter etiam declarabitur q̃ coniugatio illa non concludet per se, in qua maior propositio negatiua fuerit vniuersalis, & minor negatiua particularis, quemadmodum de hac quoque declarauimus. Termini vero huius ex materijs, animatum, homo, album: quoniam aliquod album non est homo: & nullus homo est inanimatum. quòd si sub hoc aliquo acceperimus, niuem & cygnum, concludetur nobis, quòd nix non est animatum: & cygnus, quia volatile, est animatum. & ita inuenietur coniugatio ista concludens duo contraria simul. Quòd si duæ propositiones acceptæ in hac figura extiterint ambæ particulares, aut ambæ indefinitæ, aut vna indefinita & altera particularis, non erit ex his syllogismus, siue ambæ fuerint affirmatiuæ, aut ambæ negatiuæ, aut altera affirmatiua & altera negatiua. Et hoc manifestum ex eo, quòd non inuenitur in ipsis intentio dicti de omni: quoniam ipsum determinatur binis conditionibus: vna, quòd maior sit vniuersalis, quomodocunque se habeat secundum qualitatem, hoc est affirmatiua vel negatiua: altera, quòd minor sit affirmatiua, quomodocunque se habuerit secundum quantitatem, hoc est vniuersalis aut particularis. Iam autem declaratum est ex terminis, quòd non concludit: quoniam contraria concluduntur in omnibus istis complicationibus. Termini vero communes ad vniuersalem affirmatiuam concludendam, animal, album, homo: hoc est, vt sit animal maior extremitas, album medius, homo minor. & hoc, quoniam inuenies terminos istos ad omnes coniugationes illas, vt concludant affirmatiuam. nanq; aliquis homo album, & aliquod album animal: & aliquis homo non est album, & aliquod album non est animal: & ex omnibus istis sequitur, quòd omnis homo animal. Termini vero communes ijs, quæ concludunt vniuersalem negatiuam, animal, album, lapis: animal maior, album medius, lapis minor. Iam itaque expositum est, quæ concludant in hac figura, quę ue nõ: quodq; ex ipsis quatuor tm concludit, & quæ ex duabus cõstruit vniuersalibus affirmatiuis, & quę ex vniuersali affirmatiua maiore & particulari affirmatiua minore, & quæ ex vniuersali negatiua maiore

maiore & vniuersali affirmatiua minore: quodq; concludit omnes enim coniugationum species, hoc est vniuersalem affirmatiuam, particularem affirmatiuam, vniuersalem negatiuã, & particularẽ negatiuam: quodq; syllogismi concludentes in hac figura sunt perfecti, & ob hoc vocata fuit figura prima. Quod vero priores excogitarunt, q̃ tres modi figuræ istius binas conclusiones colligunt, hoc est modus concludens vniuersalem negatiuam, concludit etiam conuertentem, & concludens particularem affirmatiuã consimiliter, & concludens item vniuersalem affirmatiuam, q̃ videlicet isti etiam conuertentes suos concludunt, hoc est affirmatiuam in parte: hoc inquam illi asserunt, quia intentionem ignorant Aristotelicam. Aristoteles nãq; hoc in loco intendit connumerare conclusionum species, quæ per se & primo in syllogismis inueniuntur naturalibus: non autem qui sunt secundum intẽtionem secundam, & non secundum cursum syllogismi.

Quare appellat prima figura. Nota de triplici coniugationib⁹ aliis in prima figura, quæ cõcludunt conuertites, quæ non memi nit Aristo.

Licet coniugatio ex vniuersali affirmatiua vlterius negatiua, & particulari negatiua vlt̃ non concludat. põt tñ in alia qua determinata materia concludere. sed hmõi cõiugatiões nõ consyderantur in hoc libro.

Secunda Figura, ex propositionibus Inexistentibus. Cap. VI.

QVando vero idem huic quidem omni, illi autem nulli insit: aut vtrique omni, aut nulli, figuram quidem talem voco Secũdam. Medium vero in ipsa dicitur, quod de vtrisq; prædicatur: extrema autem, de quibus dicitur hoc. maius vero extremum, quod ad medium iacet: minus aũt, quod longius à medio. ponitur autẽ medium quidem extra extrema, sed positione primum. Perfectus quidem in hac figura nullo pacto est syllogismus: potest autẽ esse, & vniuersaliter, et non vniuersaliter terminis existentibus. Vniuersaliter quidem existentibus terminis erit syllogismus, quando medium huic quidem omni, illi vero nulli insit: & si ad vtrumuis fuerit priuatiuũ: aliter vero minime. Prædicetur M de N quidem nullo: de X autem omni: quoniam itaque conuertitur priuatiuum, nulli M inerit N: M vero omni X suppositum est: quare N nulli X. hoc enim monstratum est prius.



Prima vtilis coniugatio, maioris conuersione indiget, vt ad primã reducatur figurã.

Rursus si M N quidem omni: X vero nulli: & X N nulli inerit. Si enim M nulli X, & X nulli

M: M autem omni N inerat: X vero nulli inerat: facta nanque rursus est prima figura. quoniam vero conuertitur priuatiuum, & N nulli inerit X: quare idem erit syllogismus.



Secũda vtilis coniugatio, minoris & conclusionis conuersione indigens, & præmissarũ trãspositione.

Est autem ipsa monstrare & ad impossibile deducentes.



Deductio ad impossibile vtriusq; coniugationis.

Quòd itaque sit syllogismus ita se habentibus terminis, planum. verum non perfectus: non enim solum ex his, quæ ex principio, sed et ex alijs efficitur necessarium.

Si autem M de omni N, atque X prædicetur, nõ erit syllogismus. Termini quòd insit, substantia, animal, homo: quòd nõ insit, substantia, animal, numerus: medium, substantia.



Prima inutilis coniugatio.

Et quando neq; de x, neq; de N aliquo prædicetur M. Termini q; insit, linea, animal, homo: q; non insit, linea, animal, lapis.

Secunda inutilis coniugatio.



Manifestum itaq;, si sit syllogismus, vniuersaliter terminis existentibus, necesse terminos ita se habere, vt diximus in principio: aliter.n. se habentibus, non efficit necessariũ.

Quando autem medium ad alterum vniuersaliter sit, quando quidẽ ad maius sit vniuersale, aut prædicatiue aut priuatiue, ad minus vero & secundum partem & oppositè (dico autem oppositè, si vniuersale priuatiuum, quod in parte affirmatiuum: si vero vniuersale prædicatiuum, quod in parte priuatiuum) necessarium est, syllogismum fieri priuatiuum secundum partem. Si nanq; M inest N quidem nulli: x vero alicui: necesse est N ipsi x non inesse. Quoniam enim cõuertitur priuatiuum, nulli M inerit N: M vero suppositum est x alicui non inesse: quare N alicui x non inerit, efficitur nanque syllogismus per primam figuram.



Tertia vtilis coniugatio, maioris conuersione indigens.

Rursus si M N quidem omni: x vero alicui M non insit: necesse est N x alicui non inesse. Si enim omni ineſt: prædicetur autem & M de omni N: necessarium est M omni x inesse: suppositum vero fuerat alicui non inesse. Et si M N quidem omni inest: x vero non omni: erit syllogismus quòd non omni x N. demonstrauo autem eadem.



Quarta vtilis coniugatio, quæ per impoſſe ostẽsionem deducitur.

Si vero de x quidem omni: de N vero non omni prædicetur M: nõ erit syllogismus. Termini, * aial, substantia, coruus: * animal, album, coruus.

* Al.c ad.q insit,
* q noniit,



Tertia inutilis coniugatio.

Neq; quando de x quidem nullo: de N vero aliquo. Termini q; insit, animal, substãtia, vnitas: q; non insit, animal, substãtia, scientia.



Quarta inutilis coniugatio,

Alexan. & Auer. q vitare accipiũt lapis.

Quando itaque oppositum sic vniuersali quod est secundum partem, dictum est, quando erit, & quando non erit syllogismus.

Quando vero propositiones eiusdem sint figuræ, quemadmodum vtræq; priuatiuæ aut affirmatiuæ, nullo pacto erit syllogismus. Sint enim primum priuatiuæ, & vniuersale adiaceat maiori extremo, vt M N quidem nulli: x vero alicui non insit: contingit vtiq; N & omni, & nulli eorum quæ sunt x, inesse. Termini q; nulli insit, animal, nix, nigrum.

Quòd



Quinta inutilis cõiugatio.

Quòd vero omni insit, non est capere: si M x alicui quidem inest: alicui autem non. Si.n. N omni x: M vero nulli N: M nulli x inerit: sed suppositum fuerat alicui inesse. sic itaq; non contingit terminos capere. Ex indefinito autem monstrandum. quoniam enim verificatur quòd M alicui x non insit, & si nulli insit: cùm vero nulli inerit, non erat syllogismus: manifestum, quòd neq; nunc.



Ostẽsio per ipoſſe, q nõ concludatur de oi, misi ex indefinito, idest particulari ex põne, nõ natura.

Rursus sint prædicatiuæ, & vniuersale potiatur consimiliter, vt M N quidem omni: x vero alicui insit: cõtingit vtiq; N, & omni & nulli inesse x. Termini quòd nulli insit, album, cygnus, lapis.



Sexta inutilis coniugatio.

Quòd vero omni, non est capere ob eandem causam, quam prius: sed ex indefinito monstrandum.



Ostẽsio per ipoſſe q non concluditur de oi, nisi ex ẽdefinito, vt in superiori.

Si vero vſe ad minus est extremum: & M x quidem nulli: N vero alicui non inest: contingit N, & oi & nulli inesse x. Termini q; insit, albũ, aial, coruus: q; nõ insit, albũ, lapis, coruus.



Sexta inutilis coniugatio.

Si autem prædicatiuæ sint propositiones, termini quòd non insit, album, animal, nix: q; vero insit, album, animal, cygnus.

Septima inutilis coniugatio.

Manifestum itaq;, quando eiusdem figuræ sint propositiones, & hæc quidem vſr, illa vero i parte, q; nullo modo efficit syllogismus.

Verum neq; si alicui vtriq; insit, aut nõ insit: aut huic qdẽ, illi vero nõ: aut neutri oi: aut indefinite. Termini omnium cões, albũ, animal, homo: album, animal, inanimatum.



Septima inutilis coniugatio.

Manifestum itaq; ex dictis, ꝙ & si ita se habeant termini ad seinuicem, quemadmodum dictum est, ex necessitate fit syllogismus: & si syllogismus fit, necesse est terminos ita se habere. Planum autem, ꝙ & omnes, qui in hac figura, syllogismi iperfecti sunt (omnes enim perficiuntur alliumptis quibusdam, quæ vel insunt terminis ex necessitate, aut ponuntur, vt suppositiones, vt quando per impossibile monstremus) & quòd non fit affirmatiuus syllogismus per hanc figuram, sed omnes priuatiui, & qui vniuersaliter & qui ꝑm partem.

Tractatus de Secunda figura, ex propositionibus Absolutis. Cap. VI.

CVm vero terminus medius prædicatur de duabus extremitatibus, hoc est de subiecto quæsitae prædicato eiusdem: & hoc, siue de ipsis affirmatiue prædicetur, vel negatiue: aut de vno affirmatiue, & de alio negatiue: siue subiectum in ambabus vniuersaliter sit, siue in parte: vel in vna ipsarum vniuersaliter, in altera in parte, aut indefinite: planum quod talis complicatio est complicatio syllogismi: quodq; cogitatio humana super ipsam naturaliter cadit: non autem secundum viam artificialem. Exemplum huius: quoniam diceret fortasse aliquis, hic abortiuus non est animal: & si aliquis interrogaret, quare; responderet, quoniam animalis vox est vehemens: & manifestum, quòd ex hoc sermone excerpi potest propositio minor, quę tam est euidens, hujus videlicet nati vocem non esse vehementem, vox igitur vehemens medius est terminus, qui de binis prædicatur extremitatibus. Talis autem complicatio vocatur figura Secunda. Terminus vero, qui de ipsis prædicatur, medius nuncupatur, & subiectum quæsiti minor, & eiusdem prædicatum maior. Ac propositio, cuius subiectum, est subiectum quæsitti, propositio minor: cuius autem subiectum est prædicatum quæsiti, propositio maior. Ponemus itaque primum in sermone minorem extremitatem: postea sequetur medius: deinde sequetur maior, vt distinguatur maior à minori: quoniam non distinguuntur in hac figura, nisi vt ad quæsitum referuntur. In hac igitur figura non inuenitur syllogismus perfectus: inueniuntur autem syllogismi concludentes, cùm fuerint propositiones vniuersales, & non vniuersales. Si itaque sint vniuersales, syllogismus erit, cùm medius prædicatur de vna extremitatum omni affirmatiue, vtra earum fuerit: & de altera prædicetur negatiue. quòd si de ipsis prædicetur affirmatiue, non erit syllogismus concludens.

Figura Secunda est naturalis.

Nota non distinguuntur extremitates maiorem & minorem, nisi penes quę huius figura Secunda.

Primus modus vltę vtilis.

Ponamus ergo primum duas propositiones vniuersales, vnam negatiuam & alteram affirmatiuam: sitq; maior negatiua et minor affirmatiua: dico igit quòd concludit negatiuam vniuersalem. Exemplum huius: omne C B: et nullum A B: dico quòd sequitur ex hoc: nullum C A. si enim conuertamus negatiuam vniuersalem dicentem, nullum A B: et dicamus, nullum B A: cùm tam supra posuerimus, omne C B: concludemus in secundo modo primæ figuræ secundum quod declarauimus, quòd nullum C est A. Consimiliter si posuerimus etiam minorem negatiuam, & maiorem affirmatiuam, dico quòd complicatio ista quoque concludit vniuersalem negatiuam. Exemplum huius: si dicamus nullum C B: et omne A B. concludetur nullum C A. quod monstratur, si conuertamus propositionem negatiuam, & fiat, nullum B C: cùm iam positum fuerit omne A esse B: ergo nobis concluditur in modo secundo figuræ primę quòd nullū A est C. quòd si iterum conuertamus conclusionē istā, erit nobis, nullū C A. sed hāc conclusionē per se concludebat syll's primus figuræ istius.

Secund's modus vniuersalis vtilis.

Modi vtiles inutiles.

Cùm vero exiterint binæ propositiones vniuersales affirmatiuæ aut negatiuæ simul, non facient syllogismum concludentem, puta, si posuerimus omne C B: & omne A B: dico quòd non sequitur ex hoc, vt sit omne C A, neque aliquod C A. Hoc autem planum ex materijs, quæ contraria colligunt. Exemplum terminorum concludentium affirmatiuam ex materijs, homo, substantia, & animal: vt accipiamus substantiam terminum medium. & hoc, quoniam omnis homo substantia: & omne animal substantia: & concluditur in materia, quòd omnis homo animal. Exemplum vero ex materijs terminorum concludentium negatiuā, lapis, substantia, & animal. & hoc, quoniam omnis lapis substantia: & omne animal substantia: & concluditur in materia, nullus lapis animal. Et similiter cùm, posuerimus, nullum C B, & nullum A B: namque & complicatio etiam ista in materijs contraria simul concludit. Exemplum terminorum concludentium affirmatiuam, homo, linea, & animal. & hoc, quoniam nullus homo est linea: & nullum animal est linea: & concluditur, omnis homo animal. Exemplum vero terminorum concludentium vniuersalem negatiuam, lapis, linea, animal. nullus enim lapis linea: & nullum animal linea: & concluditur nullus lapis animal. Inueniuntur ergo duę complicationes istę aliquando concludentes affirmatiuam, & aliquando negatiuam: non igitur est syllogismus. Iam itaque declaratum est ex hoc tractatu, cū fuerint duæ propositiones vniuersales, quando erit, & quando non erit syllogismus in hac figura: quòd q; syllogismi concludētes in hac figura non sunt perfecti: quoniam iam exposuimus quòd per aliud cōcludunt, non autem per se.

Sylli particulares.

Si vero vna duarum propositionum in hac figura vniuersalis exiterit, & altera particularis: si maior vniuersalis fuerit, & minor particularis, & vna ab altera diuersa exiterit in qualitate: hoc est, si vna fuerit negatiua, & altera affirmatiua: erunt ex hoc syllogismi concludentes. Sit itaq; primum maior vniuersalis negatiua, & minor affirmatiua in parte, puta, aliquod C B: nullum A B: dico quòd ex necessitate aliquod C non est A. quoniam conuertitur, nullum B A: et iam fuit positum, aliquod C esse B: & nullum B est A: reuertitur itaque ad figuram primam: sed iam declarauimus quòd in hac figura sequitur, aliquod C non esse A. Similiter etiam si fuerit maior propositio vniuersalis affirmatiua, & minor particularis negatiua: puta, aliud C non est B: & omne A B: dico quòd sequitur ex hoc negatiua in parte, aliquod videlicet C non eē A. Quod mōstratur. sī. n. non fuerit verum, quod dicimus, aliquod C non est A, erit suum contradictorium verum, ꝙ omne C est A: cū quo consūgemus propositionem secundam, quam posuimus, omne A B: & sequitur ex hoc in figura prima, omne C esse B: sed iam posuimus aliquod C non esse B: quod fieri non potest & non cohæret, sed quod ex falso sequitur est falsum: & falsum est, quod sequitur ex eo, quod diximus, omne C esse A: falsum igitur etiam erit, oē C esse A: ergo contradictorū suum verū, quod est aliquod C nō esse A, & hoc est, qđ volebam⁹ declarare.

Prima cōiugatio particularis vtilis.

Secunda cōiugatio particularis vtilis.

Syllī nō cōcludentes particulares, si ppōnes sint differentes ſm qualitatem.

Cùm vero extiterit in hac figura propositio maior particularis & minor vniuersalis: & vna ipsarum diuersa in qualitate fuerit à secunda, non erit syllogismus ex hoc. Sit ergo primum maior particularis negatiua, & minor vniuersalis affirmatiua: puta, omne C B: & aliquod A non est B. hoc autem declaratur: quoniam repe riuntur contraria simul concludi in materijs diuersis.

Termini

Termini igitur concludentes affirmatiuam sunt, coruus, animal, substantia: coruus minor, animal medū, & substantia maior: quoniam omnis coruus animal: & aliqua substantia non est animal: & cōcluditur, omnis coruus substantia, quæ est affirmatiua vera. Termini vero concludentes negatiuam sunt, coruus, animal, album: nanq; omnis coruus animal: et aliquod album non est animal: & concluditur, nullus coruus est album. & hoc est verum. Consimiliter etiam non erit syllogismus, si maior affirmatiua extiterit in parte, & minor vniuersalis negatiua. Exemplum huius ex elementis: nullum C B: aliquòd A B. Termini vero concludentes affirmatiuam in hac complicatione sunt, lapis, animal, substantia: et lapis est minor, animal medium. & hoc, quoniam nullus lapis est animal: & aliqua substantia animal: & concluditur, omnis lapis substantia. Termini autem concludentes negatiuam, scientia, animal, substantia: & scientia minor secundum ordinem nostrum, & animal medius. & hoc, quoniam scientia non est animal: & aliqua substantia animal: conclusio, scientia non est substantia. Iam itaque declaratum est, cùm fuerit propositio vniuersalis in hac figura diuersa à particulari secundum qualitatem, quando erit, & quando non erit syllogismus. Si vero exiterint vniuersalis & particularis aut indefinita consentientes in qualitate, hoc est, aut simul negatiuæ, aut affirmatiuæ simul: nō erit omnino syllogismus. Sint ergo primum negatiuæ, & sit maior propositio vniuersalis, et minor particularis: puta, nō omne C est B: & nullum A B. Hoc autem ostenditur, quoniam non omne C B non est determinatum: cùm hac enim vera est vniuersalis negatiua, & affirmatiua iterum in parte. Quòd si cùm ipsa vniuersalis negatiua extiterit vera, non erit syllogismus concludens secūdum ꝙ declaratum fuit: cùm inueniuntur termini concludentes vniuersalem affirmatiuam. Quando autem cum ipsa vera simul fuerit affirmatiua particularis, non inueniuntur termini concludentes vniuersalem affirmatiuam. quoniam, si inuenirentur termini concludentes, quòd omne C sit A: cùm iam posuerimus, nullum A B, sequetur vtiq;, nullum C esse B, & erit particularis negatiua, negatiua secūdum positionem, non secūdum naturam: sed iam posuimus ipsam negatiuam secundum naturam: hoc est vt simul cum ipsa verum foret, aliquod C esse B. hoc autem fieri nequit, & non cohæret. Atqui declaratum est complicationem istam non concludere, quoniam negatiua particularis non est determinata: hoc est, quoniam aliquando est particularis secundum naturā, & aliquando secundum positionem. & si ita est, aliquando concludet & aliquando non concludet. sed quod aliquando concludit & aliquando non concludit, non connumeratur inter syllogismos: quoniam syllogismus concludit vnicam conclusionem ex necessitate. Operæpretium autem esset, vt afferentes ad hoc expositionē præcedentem ita, vt similiter faceremus, quemadmodum fecimus in figura prima, accipientes videlicet sub illo aliquo quippiam, de quo verificaretur prædicatū quæsiti, atq; iterum aliud aliquod, de quo falso diceretur. puta in exemplo, si dicamus aliquod album nō est aial: & nullus lapis est animal: deinde accipiamus sub aliquo albo quippiam, de quo falso dicatur lapis: puta, pannum album: atq; aliud iterum de quo vere profera tur lapis: puta, sapphirum. Cęterum expositio ista idē valet, quod transductio ad vniuersalem negatiuam minorem: & propterea manifestum ex eo, quid existimauerit hic Aristo. Sint rursus affirmatiuæ, & sit maior vniuersalis, & minor in parte: puta, aliquod C B: & oē A B: consimiliter non erit ex hoc syllogismus. & hoc cùm simul cū affirmatiua particulari vera fuerit vniuersalis affirmatiua. hæc, n. nunq; concludit ſm q̃ declaratum fuit: et inueniuntur termini concludentes affirmatiuam & negatiuam. ꝙ si cum ipsa vera extiterit negatiua in parte, non inuenies terminos, quibus concludas vlem affirmatiuam, ob causam quā diximus: qñ ambæ erant negatiuæ. Atqui planum ꝙ non concludit, cùm eo modo ſm se declaratum fuerit, quo & aliud expositum est. Si vero negatiuę simul fuerint, & minor propositio vniuersalis extiterit, maior vero particularis, velut, nullum C B: aliquod A non est B: non erit ex hoc syllogismus. Termini concludentes affirmatiuam vniuersalē, coruus, album, aial: coruus minor, album medius, & animal maior. concludēs vero negatiuam, coruus, album, lapis: coruus minor, album medius, & lapis maior. Et consimiliter non erit syllogismus, cùm fuerint simul affirmatiuæ, & minor extiterit vniuersalis, & maior in parte: qñ hæc concludit contraria. Exemplum terminorū concludētium affirmatiuam, cygnus, album, animal: cygnus minor, album medius & aial maior. & hoc, qñ omnis cygnus album: & aliquod animal album: & conclusio, omnis cygnus animal. qui vero concludunt vniuersalem negatiuam, nix, album, aial. & hoc, qñ omnis nix albū: & aliquod aial album: & conclusio, nulla nix aial. Iam itaq; declaratū est, cū fuerint binæ propositiones similes in qualitate & diuersę in quantitate, ꝙ non erit syllogismus in figura hac. Et, si ambæ extiterint particulares aut indefinitæ, aut vna ipsarum particularis & altera indefinita, non erit etiam ex ipsis syllogismus: siue fuerint affirmatiuę simul, siue negatiuę simul: aut vna ipsarum affirmatiua & altera negatiua: qñ omnes concludunt in materijs diuersis, aliqñ affirmatiuā, & aliquando negatiuam. Termini cōes concludentes in oībus affirmatiuam, homo, album, aial. homo minor, album medius, et aial maior. nec te latet cōplicatio ipsorum: & omnes concludūt, omnis homo est animal. Termini vero concludentes negatiuam, inanimatum, album, animal: inanimatum minor, albū medius, animal maior: & oēs concludūt ꝙ inanimatū non est animal. Iam igitur ex hoc manifestū est, cùm fuerit hac in figura syllogismus concludens, ꝙ necessarium est, vt propositiones se habeant, quemadmodum dispossimus: hoc est vt maior sit vniuersalis & minor diuersa ab ipsa in qualitate: quodq; cùm extiterint propositiones ſm hanc dispositionem, necessariū est, vt sit syllogismus in hac figura. Et cum hoc simul manifestum, ꝙ omnis syllogismus, qui est in hac figura, est imperfectus: qm̄ iam declaratum, ꝙ est syllogismus per additionem rerum aliarum, quæ vel sunt dispositiones consequentes propositiones suas ex necessitate, dum conuertuntur & reducuntur ad figuram primam: vel etiā fit declaratio per impossibile. Et manifestum etiā ꝙ hac in figura non est conclusio affirmatiua, sed aut negatiua vniuersalis, aut negatiua in parte.

Quoniā negatiua particularis nō ē determinata, iccirco hęc coniugatio qñq; concludit qñq; non, ob idq; inutilis tuli canda.

Collectio, quæ ppria sunt Secundæ figuræ.

Tertia Figura. Cap. VII.

SIn autem eidem, hoc quidem omni, illud vero nulli insit: aut ambo omni, aut nulli, figuram talem voco Tertiam. Sed medium in ipsa dico, de quo ambo prædicamus: extrema vero, quæ prædicantur: maius, quod à medio longius: minus autem, quod proximius. ponitur vero medium extra quidem extrema, positione autem vltimum. Perfectus itaque neque in hac figura syllogismus efficitur: poterit autem, cùm & vlr, & non vlr termini ad medium exiterint.

Vniuerſaliter igitur terminis exiſtẽtibus, cùm & P, & R omni inſit S, erit ſyllogiſmus, ꝙ alicui eorum quæ ſunt R, P inerit ex neceſſitate. Quoniã enim cõuertitur prædicatiuum, inerit S alicui eorum, quę ſunt R. quamobrem qm̃ P oi S: S vero alicui R: neceſſe eſt P alicui R ineſſe. per primam nãꝙ figuram ſyll's efficit.

Prima vtilis coniugatio, minoris conuerſione indigens, vt ad primã reducatur figuram.



Poſſumus aũt et p impoſſe, & exponendo, demõſtrationem facere. Si ambo. n. omni inſunt S, ſi quid eorum quę ſunt S, accipiatur, vt N; huic & P, & R inerũt: quare alicui R inerit P.

Demſtatio eiuſdem per impoſſibile.



Oſtẽſio per expõnem.

Et ſi R omni S; ipſum vero P nulli inſit: erit ſyllogiſmus, ꝙ P alicui eorum quę ſunt R, nõ inerit ex neceſſitate. erit enim idẽ modus demonſtrationis, conuerſa, R S, propoſitione.

Secunda vtilis coniugatio, minoris conuerſione indigens.



Monſtrari vero poſſet & per impoſſibile, quemadmodum in priori.

Demſtatio eiuſdem per impoſſe.



Oſtẽſio per expõnem.

Si vero R nulli S; P vero omni inſit S: nõ erit ſyllogiſmus. Termini ꝙ inſit, animal, equus, homo: ꝙ non inſit, animal, inanimatũ, homo.

Prima inutilis coniugatio.



Neꝙquando ambo de nullo dicantur, erit ſyllogiſmus. Termini ꝙ inſit, aſal, equus. inaſatum: ꝙnõ inſit, homo, equus, inaſatum.

Secunda inutilis coniugatio.



Manifeſtum itaque & in hac figura quando erit, & quando non erit ſyllogiſmus, cùm termini vniuerſaliter fuerint. Quando enim ambo termini prædicatiui poſiti ſint, erit ſyllogiſmus, quòd alicui ineſt extremum extremo: quando autem priuatiui, non erit. Quando autem hic priuatiuus ſit, ille vero affirmatiuus: ſi maior quidem factus fuerit priuatiuus, alter autem affirmatiuus, erit ſyllogiſmus, quòd alicui non inerit extremum extremo: ſi econuerſo, non erit.

Sed, ſi hic quidem vniuerſaliter, ſit, ille autem in parte, terminis vtriſq; prædicatiuis exiſtẽtibus, neceſſe eſt fieri ſyllogiſmum, ſi vterlibet terminorum vniuerſaliter ſit; Si enim R omni

omni ineſt S: ipſum vero P alicui: neceſſe eſt P alicui eorum quæ ſunt R ineſſe. Quoniam enim conuertitur affirmatiua, inerit S alicui eorum quę ſunt P. quare quoniam R quidem omni S; S vero alicui eorum quæ ſunt P: & R alicui P inerit: quare & P alicui R.

Tertia vtilis coniugatio, maioris & concluſionis conuerſione indigens, & præmiſſarũ tranſpoſitione.



Demſtatio eiuſdem per impoſſibile.



Oſtenſio p expõnem.

Rurſus ſi R quidem alicui S; P vero omni ineſt: neceſſe eſt P alicui R ineſſe. idem enim modus erit demonſtrationis.

Quarta vtilis coniugatio, minoris conuerſione indigens.



Eſt autem demonſtrare & per impoſſibile, & expoſitione, quẽadmodum in prioribus.



Demſtatio eiuſdem p impoſſe.

Oſtenſio p expõnem.

Sed ſi hic quidem ſit prædicatiuus, ille vero priuatiuus, vniuerſaliter autem prędicatiuus, quando minor quidẽ ſit prædicatiuus, erit ſyllogiſmus. Si enim R omni S: ipſum vero P alicui non ineſt: neceſſe eſt P alicui R non ineſſe. Si enim omni: & R omni S: & P omni S inerit: ſed non inerat. Mõſtratur autem & ſine deductione, ſi acceptum fuerit aliquid eorum quæ ſunt S, cui P non ineſt.

Quinta vtilis coniugatio, p deductionem ad impoſſibile oſtendit.



Oſtẽſio per expõnem.

Quando autem maior quidem ſit prædicatiuus, minor vero particularis priuatiuus, non erit ſyllogiſmus: vt ſi P quidem omni ineſt S: R autem alicui S non ineſt. Termini ꝙ oi ineſt, animatum, homo, animal.

Tertia vtilis coniugatio.



Nulli vero non eſt accipere terminos; ſi alicui quidem ineſt ipſum R, alicui autem non. ſi enim nulli R ineſt P: ipſum vero

& P alicui S non inerit: ſuppoſitum autem eſt, omni ineſſe. Si enim omni S ineſt P: R vero alicui S: & P alicui R inerit: ſuppoſitū autem fuerat, nulli ineſſe. Sed quemadmodum in prioribus accipiendum eſt. cùm etenim indefinitum ſit, alicui non ineſſe, & quòd nulli ineſt, verum eſt dicere, alicui non ineſſe: cùm vero nulli inſit, non eſt ſyllogiſmus. manifeſtū igitur, ꝙ non erit ſyllogiſmus.

Oſtēſio per ipoſt. ꝙ nō concludatur de nullo, niſi ex indefinito, vt etiā in ſecunda figura.



Sed ſi priuatiuus terminorum vniuerſaliter ſit, qui autem in parte prædicatiuus, cùm maior ſit priuatiuus, minor vero prædicatiuus, erit ſyllogiſmus. Si enim P nullis: R autē alicui ineſt S: R P alicui non inerit. Rurſus. n. erit prima figura, R S, propoſitione conuerſa.



Sexta vtilis coniugatio, minoris conuertionē indigens.

Sed qñ minor ſit priuatiuus, non erit ſyll's. Termini ꝙ inſit, aial, hō, ſyluestre: ꝙ nō inſit, aial, ſcia, ſyluestre: medium amborū, ſyluestre.



Quarta inutilis coniugatio.

Auer ꝙ ſyluestri accipit aquaticū.

Necꝙ quādo vtricꝙ priuatiui poſiti fuerint, ſit autem hic quidem vniuerſaliter, ille vero in parte. Termini ꝙ inſit, cùm minor ſit vlr ad mediū, animal, homo, ſyluestre; quod non inſit, animal, ſcientia, ſyluestre.



Quinta inutilis coniugatio.

Auer ꝙ ſyluestri accipit animatum & aquaticū.

Sed quādo maior vniuerſaliter, minor vero in parte: ꝙ non inſit, coruus, nix, album.



Sexta inutilis coniugatio.

Quòd autē inſit, non eſt capere terminos, ſi R alicui quidem ineſt S, alicui vero nō ineſt. Si enim P omni R: R autem alicui S: & P alicui S inerit: ſed fuerat ſuppoſitum nulli. cęterum ex indefinito monſtrandum.



Oſtēſio per ipoſt. ꝙ nō concludatur de oſ, niſi ex indefinito, vt ſuperius.

Neque quando vterque alicui medio inſit, aut non inſit: aut hic quidem alicui, ille vero non omni, aut indefinite, non erit ſyllogiſmus. Termini omnium communes, animal, homo, album: animal, inanimatum, album.

Manifeſtum



Cæterarum inutilium cōiugationum cōe exemplum.

Manifeſtum itaq; & in hac figura, quando erit, & quando non erit ſyllogiſmus: & ꝙ ita ſe habentibus terminis, quemadmodum dictum eſt, fit ex neceſſitate ſyllogiſmus: & ſi exiſtat ſyllogiſmus, neceſſe eſt terminos ita ſe habere. Manifeſtum etiā, quòd omnes imperfecti & qui hac in figura ſyllogiſmi ſunt: (perficiuntur nanq; omnes aſſumptis quibuſdā): & ꝙ vlr ratiocinari per hanc figurā non licet, necꝙ priuatiuū, necꝙ affirmatiuum.

Tractatus de Tertia figura, ex propoſitionibus

Abſolutis. Cap. VII.

CVm vero medius terminus ſubijcitur ambabus quæſiti extremitatibus, & extremitates de ipſo prędicātur, vocatur figura iſta, figura Tertia, veluti, ſi A, & C prædicentur de B. & manifeſtum etiam ꝙ figura hæc eſt figura naturalis. & hoc, qñ alis quis vtiq; diceret ꝙ C eſt A, cùm B ſit C & A. Et ex materijs: quoniam corpus eſt innouatiſt: qñ paries eſt corpus, & eſt innouatum. Propoſitio autem, in qua eſt ſubiectum queſiti, vocatur minor: qñ & ipſum vocatur terminus minor. ea vero, in qua fuerit prædicatū, queſiti, quod eſt extremitas maior, nuncupatur maior. ſit autem in exemplo, minor extremitas C, medius B, & maior A, & ſit ipſorum ordo, vt primo incipiamus à termino medio, deinde ſequatur minor, poſtea maior. Non erit autem in hac quoq; figura ſyllogiſmus perfectus: poteſt autem in ipſa ſyllogiſmus eſſe, cùm fuerint propoſitiones vniuerſales, aut vna ipſarum vniuerſalis & altera particularis: & poteſt etiam non eſſe ſyll's.

Figura Tertia eſt figura naturalis.

Prim⁹ ſyllus vtilis vtilis.

Sint ergo primum binæ propoſitiones vniuerſales & affirmatiuæ, vt in exemplo, omne B C: & omne B A: dico, ꝙ hic concludit, aliquod C eſſe A. qm̄ minor vniuerſalis, oē B C conuertitur in particularem, aliquod C B: & iam poſuimus omne B eſſe A: concluditur itaq; in figura prima, aliquod C eſſe A, ſm̄ ꝙ ibi declaratū fuit. Hoc autem declaratur per impoſſibile, & per poſitionem. Acper impoſſibile quidem, cùm accipitur contradictorium concluſionis, & huic annectitur altera duarum propoſitionum, ex quibus ſequitur contradictorium alterius propoſitionis: ex quo autem falſum ſequitur, illud etiam eſt falſum. Secundum vero poſitionem, ſi ponamus aliquod B eſſe C: & quoniam C in omni B, & G eſt pars ipſius B, ex neceſſitate G erit pars ipſius C. & quoniam A in omni B, ex neceſſitate G erit pars ipſius A: ſed tā fuerat pars ipſius C: igitur aliquod C eſt A. Conſimiliter ſi fuerit maior propoſitio negatiua, & minor affirmatiua, erit etiam ſyllogiſmus. vt ſi dicamus, oē B C, nullum B A: dico ꝙ concludit aliquod C non eſt A: hoc eſt negatiuam in parte, quoniā, ſi conuerterimus affirmatiuam vlem in parte, fiet complicatio hunc in modum, aliquod C B, nullum B A: quæ concludit, aliquod igit C non eſt A, & hoc in figura Prima.

Secūdus ſyllogiſm⁹ vtis vtilis.

Coniugationes vtles inutiles.

Sin autem vniuerſalis negatiua extiterit minor, & vniuerſalis affirmatiua maior: veluti ſi dicamus, nullum B C: & omne B A: non erit ex hoc ſyllogiſmus concludens quæſitum: quoniam concludit contraria, cùm ſit in materijs. Exemplum terminorum cōcludentium affirmatiuam, equus, homo, animal: equus minor, homo medius, animal maior. & hoc, quoniam nullus homo equus: & omnis homo animal: & concluditur, omnis equus animal, quæ eſt affirmatiua vera. Termini vero concludentes negatiuam, inanimatū, homo, animal. quoniam nullus homo eſt inanimatum: & homo eſt animal: & concluditur inanimatū non eſt animal.

Quòd ſi fuerint ꝓpoſitiones vniuerſales negatiuæ, non erit ſyllogiſmus omnino, quoniā concludunt duo contraria. Termini autem concludentes affirmatiuam ſunt, equus, inanimatum, animal: & equus minor, inanimatum medius, animal vero maior. & hoc, quoniam inanimatum non eſt equus: & inanimatum non eſt animal: & concluditur, ꝙ equus eſt animal. Cōcludentes vero negatiuam, equus, inaſatum, hō: equus minor, inanimatum medius, & homo maior. & hoc, qm̄ inanimatum non eſt equus, & inanimatum non eſt homo, & equus non eſt homo. Sed tam declaratum eſt, quando erit ſyllogiſmus hac in figura, et quando non, cū ambę propoſitiones vniuerſales extiterint. Et hoc, quoniam ſi fuerint affirmatiuę, erit ſyllogiſmus cōcludens affirmatiuam in parte. & ſimiliter ſi maior negatiua extiterit, & minor affirmatiua, erit ſyllogiſmus concludens negatiuam in parte. Sin autem fuerint negatiuæ, aut minor negatiua vniuerſalis cum maiore affirmatiua, non erit ſyllogiſmus.

Si vero altera ipſarum vniuerſalis extiterit & altera in parte, vtrauis contigerit, & affirmatiuæ fuerint, erit ſyllogiſmus cōcludens affirmatiuam in parte. puta in exemplo, ſi poſuerimus, omne B C: & aliquod B A: dico ꝙ aliquod C eſt A: hoc eſt ſi minor extiterit vniuerſalis, & maior in parte. Et hoc, quoniam, ſi conuertatur aliquod B A, & fi at aliquod A B: & omne B C: concludetur in prima figura, aliquod A eſſe C. ꝙ ſi cōuertatur & concluſio iſta, quæſitum deinceps concludetur, puta, aliquod C A. & hoc concluditur per binas conuerſiones.

Syll. priculares concludentes vbi ſint ambæ affirmatiuæ.

Cōſimiliter etiam ſi minor extiterit particularis, & maior vniuerſalis, erit ſyllogiſmus concludens. exemplum huius, ſi ponamus, aliquod B eſſe C: & omne B Ē A: dico ꝙ concluditur aliquod C eſſe A. Et hoc, quoniā conuertitur hæc particularis, & fit aliquod C B: & omne B erat A: quare concluditur in prima figura, aliquod C eſſe A. Monſtratur item hoc per poſitionem, ſi poſuerimus, exempli gratia, ꝙ aliquod B ſit G, & tunc omne G erit C: & omne G A: & ita redit ad eam, quæ ex ambabus conſtat vniuerſaliter affirmatiuis, hoc eſt, quæ concludit aliquod C eſſe A. Monſtratur item deducendo orationem ad impoſſibile: quod vocatur in contrarium ꝓmutatio. & hoc, qm̄, ſi acceperimus cōtradictorium concluſionis, & ipſi contunxerimus alteram duarum propoſitionum, ſequitur vt altera ſit falſa. puta in exemplo, ſi accepermus, nullum C A, quod eſt contradictoriū concluſionis, & huic addiderimus propoſitionē minorem, aliquod videlicet B eſſe C: cōcludemus in figura prima, ꝙ aliquod B non eſt A, quod eſt contradictorium maioris propoſitionis, quam poſuimus, ꝙ vt delicet omne B eſt A. cùm igitur oratio, in qua ponitur contradictorium concluſionis, deducatur ad impoſſibile, ſequitur, vt hoc etiam contradictorium ſit impoſſibile. concluſio itaque vera erit.

Quòd ſi altera ipſarum extiterit affirmatiua, & altera negatiua, & fuerit propoſitio negatiua maior & affirmatiua minor, iam fiet ſyllogiſmus. Puta in exemplo, ſi ponamus primo maiorem negatiuam in parte, & minorem vniuerſaliter affirmatiuam: veluti ſi omne B ſit C, & aliquod B non ſit A: dico ꝙ concluditur aliquod

Coniugationes particulares vtiles, vbi vna ſit affirmatiua & altera negatiua.

quod C nõ est A. Et hoc per deductionem sermonis ad impossibile, qm̃, si non fuerit verum quod dicimus, aliquod C non est A, erit suum contradictorium verum, omne, videlicet C esse A: sed posteaq̃ conunxerimus huic propositionem minorem, puta q̃ omne B C: concluderur, q̃ omne B est A, quod impossibile: quoniam contradictorium est propositionis maioris: tam enim posumus q̃ aliquod B non est A. suum itaq̃ contradictorium verum erit, aliquod videlicet C non esse A.

Hic nota id, q̃d fit cæpõ, circa res sensibilem.

Cæterum hoc per positionem etiam monstratur: si ponatur B rem sensibilem, vt exempli gratia G: & sit nullum G A: omne G C: quoniam G est pars ipsius B. redit enim ad speciem concludentem huius figuræ, hoc est, quæ ex duabus constat vniuersalibus, maiore negatiua, & minore affirmatiua, et cõcludit aliquod C nõ esse A. & modus iste nõ monstratur per cõuertionem.

Cõiugationes inutiles, vbi b̃ affirmatiua, & p̃ria Tertiæ figuræ.

Consimiliter si maior extiterit vniuersaliter negatiua cum minore affirmatiua in parte, erit ita quoque sylls concludens, puta in exẽplo: aliquod B C, nullum B A: concludit aliquod C non esse A. & hoc, qm̃, si cõuertatur affirmatiua minorẽ, redibit ad figurã primã.

Cõiugationes inutiles, vbi mior sit negatiua.

Sin autem maior propositio extiterit affirmatiua & minor negatiua, non erit ẽm hoc syllogismus ad quæsitũ. Et istæ duæ sunt species: vna vt maior sit vniuersalis, ac minor in parte. puta in exemplo, aliquod B nõ est C, & omne B A: dico enim, q̃ non concludit. & hoc, quoniam in materijs diuersis contraria colligit. Exemplum terminorum concludentium affirmatiuam, homo, animal, & animatum: & homo minor, animal medius, & animatum maior. & hoc, qm̃ aliquod animal non est homo: & omne animal animatum: & concluditur omnis homo animatum. Termini vero concludentes negatiuam nõ inueniuntur, si simul cum negatiua particulari vera extiterit affirmatiua in parte, & fiat aliquod B C: & omne B A: igitur aliquod C A, quare vere proferri non potest, nullum C esse A. Atqui, species hæc connumeratur inter non concludentes, propterea q̃ in aliqua materia tantum cõcludit, puta in ea, in qua oũ negatiua particulari vera fuerit affirmatiua in parte. Consimiliter si minor extiterit vniuersalis & maior in parte. vt in exemplo, nullum B C: & aliquod B A: dico igitur q̃ non concludit. Termini autem concludentes affirmatiuam, aquaticum, homo, animal. & hoc, quoniam nullum aquaticum homo: & aliquod aquaticum animal: & concluditur, q̃ omnis homo animal, quę est conclusio. Termini vero concludentes negatiuam, aquaticum, scientia, animal: & hoc, quia nullum aquaticum est scientia: & aliquod aquaticum est animal: & colligit nulla scientia est animal, quæ est conclusio.

Cõiugationes inutiles, vbi ambæ sunt negatiuæ.

Consimiliter etiã non erit syllogismus, cùm simul fuerint negatiuę, vniuersalis & particularis. Exẽplum terminorum concludentiũ negatiuam, cùm fuerit minor vniuersalis & maior in parte, animatum, scientia, animal: animatum medius, scientia minor, & animal maior. & hoc, quoniam animatum non est scientia: & animatum non est animal: & concluditur, scientia non est animal. Exemplum vero terminorum concludentium affirmatiuam, aquaticum, homo, animal. et hoc, quoniam aquaticum non est homo: & aliquod aquaticum non est animal: & colligitur, omnis homo animal, quæ est conclusio. Termini vero concludentes negatiuam, cùm fuerit maior propositio vniuersalis negatiua, & minor particularis, album, nix, coruus. & hoc, qm̃ aliquod album non est nix: & nullum album est coruus: & conclusio, nulla nix coruus. Termini autem concludentes affirmatiuam non inueniuntur ob causam prædictam: hoc est si cum negatiua particulari vera assumpta affirmatiua in parte. Et hoc, qm̃, si conclusum fuerit, omne C A, cùm tam supra acceperimus aliquod B nc: cõcludetur nõ bis aliquod B esse A: sed iam posueramus in propositionibus huius syllogismi, nullum B esse A, quod fieri non potest, & non cohæret. in specie igitur hac colligi nequit vniuersalis affirmatiua. Atqui planum, q̃ non est syllogismus: qm̃ non concludit conclusio vna semper. & hoc, quoniam ignoramus, quando simul cum negatiua particulari verificatur affirmatiua particularis, & quando vniuersalis negatiua cum eadem hac. Si vero fuerint binæ propositiones in hoc syllogismo particulares, aut indefinitæ: aut vna particularis & altera indefinita: seu affirmatiuæ simul fuerint, seu negatiuæ simul: siue vna ipsarum affirmatiua & altera negatiua, non erit in hoc syllogismus. Termini vero concludentes affirmatiuã vniuersalem in omnibus istis speciebus, album, homo, animal. Concludentes autem negatiuam, album, inanimatum, animal: album medius, & animal maior.

Coniugationes inutiles, vbi ibi q̃ propõnes sint particulares, aut indefinitæ.

Epilogus. Notat hoc loco conditiones & p̃pria Tertiæ figuræ.

Cæterum ex hoc tractatu iam manifestũ est, quando erit, & quando non erit syllogismus hac in figura. qm̃, si minor in hoc syllogismo fuerit affirmatiua, & altera propositionum vniuersalis, siue minor, siue altera, ab hac, nimirum erit syllogismus concludens: & si fuerit syllogismus concludens ex necessitate propositiones ita erunt dispositæ. Præterea, declaratũ etiã fuit, q̃ syllogismi figuræ istius non sunt perfecti: quodq̃ ex ipsis sunt qui monstrantur per conuersionẽ, per positionẽ & per ipossibile: alij vero ostenduntur per positionẽ & per ipossibile. Quodq̃ in hac figura nõ inueniatur conclusio vlis neq; affirmatiua, neq; negatiua.

Quæ coniugationes penitus inutiles sint: quæ vero non penitus, in omnibus figuris. Quo pacto syllogismi omnes perfecti fiant: & reducantur omnes in uniuersales Primæ figuræ. Cap. VIII.

PLanum autẽ, & q̃ in omnibus figuris, qm̃ non fiat syllogismus, prædicatiuis aut priuatiuis vtriusq; existentibus terminis, & in parte, nihil penitus fit necessariũ: prædicatiuo autem & priuatiuo, & vniuersaliter accepto priuatiuo, semp fit syllogismus minoris extremi ad maiorẽ. Quemadmodũ si A omni B, aut alicui B vero nulli C, conuersis nãq; propositionibus, necesse est C alicui eorum quæ sunt A, non inesse.



Consimiliter

Ostensio, q̃ pacto conuersio ex maiori affirmatiua, minori negatiua in prima figura vtilis fiat.

Consimiliter & in alijs figuris: semper. n. per conuersionem fit syllogismus. Palam autem, q̃ & si indefinitum pro prædicatiuo in parte ponatur, eundem faciet syllogismum in omnibus figuris.

Manifestum autem, & q̃ omnes imperfecti syllogismi perficiuntur per primam figuram. aut enim monstratiue, aut per impossibile cõcluduntur omnes: vtroq; autem modo prima efficitur figura. Si quidem monstratiue perficiantur: quoniam per conuersionem concluduntur omnes: conuersio vero primã efficiebat figuram. Sin autem per impossibile monstrantur: quoniam posito falso, syllogismus efficitur per primam figuram. Quemadmodum in vltima figura, si A, & B omni insunt C, q̃ A alicui B ineſt. si enim A nulli B: B vero omni C: A nulli C: sed erat omni. Consimiliter & in alijs.



Ostẽsio per impossi, quo pacto prima coniugatio Tertiæ figuræ reducatur ad primam figuram.



Ostẽsio per impossi, quo pacto duæ priores coniugationis primæ figuræ ad primam secundæ.

Cõsimiliter autem & in priuatiuo erit demonstratio. Si enim A nulli B: B vero alicui C ineſt: A C alicui non inerit. si enim omni nulli autem B ineſt: nulli C B inerit. sed hæc erat media figura.



Ostẽsio per impossi, quo pacto quarta coniugatio primę figuræ reducat ad secundam secundæ.

Est autem & omnes syllogismos reducere ad vniuersaliter syllogismos, qui i prima sunt figura. Qui quidem in secunda sunt figura, planum quòd per illos perficiuntur: præterquam quòd non omnes consimiliter: sed vniuersales, priuatiuo conuerso: qui vero in parte, vterque per deductionem ad impossibile. Qui autem sunt in prima figura secundum partem, perficiuntur quidem & per seipsos: verum est etiam per secũdam figuram monstrare ad impossibile deducẽdo. Vt si A omni B: B alicui C: quòd A alicui C inerit. si enim nulli: B vero omni: nulli C B inerit: hoc enim fit per secundam figuram.

Quamobrem, quoniam omnes, qui in media sunt figura, syllogismi reducũtur ad vniuersales syllogismos, qui in prima: qui vero secundum partem in prima ad eos, qui in media: planum, q̃ & qui secundum partem reducentur ad vniuersales syllogismos, qui in prima figura. Qui vero in tertia, cùm termini vniuersaliter sunt, statim perficiũtur per eos syllogismos, qui in prima figura. cùm vero in parte fuerint accepti, per syllogismos in parte, qui sunt i prima figura: isti autem in illos redacti sunt: quare & qui in tertia figura secundum partem omnes reducẽtur ad vniuersales syllogismos, qui in prima. Qui igitur ineſſe, aut non ineſſe mõstrant syllogismi, dictum est quomodo se habent: & secundum se, qui ex eadem figura: & ad seinuicem, qui ex diuersis figuris.

De

De coniugationibus penitus, et non penitus inutilibus in omnibus figuris. De Quarta figura contra Galenum. De perfectione omnium syllogismorum, & reductione omnium ad universales Primæ figuræ. Cap. VIII.

Quæ sint cõmunia oibus figuris.

COmmune est aũt omnibus figuris, vt non concludatur ex ambabus negatiuis, neq; ex ambabus particularibus, neq; ex ambabus indefinitis, neq; ex indefinita & particulari: qm̃ vis indefinitarum est vis particularium. Amplius, declaratum est in omni syllogismo, cùm fuerint binæ propositiones, vna vniuersalis negatiua, & altera affirmatiua, ꝙ erit syllogismus semper concludens, hoc est concludens, aut quæsitum positum, aut quæsitum non positum: ac quęsitum quidem positum, cùm maior ī figura prima extiterit vniuersalis negatiua: quæsitum vero non positum, cùm minor fuerit negatiua vniuersalis. Consimiliter res se habebit & in figura secunda, cùm minor in ipsa fuerit vniuersalis negatiua, & maior particularis: ac in figura tertia cùm minor fuerit negatiua. Et hoc, quoniam, si fuerit nullum C B: & omne B A: & conuertimus vtrasq; propositiones istas, & dixerimus ali quod A B: & nullum B C: concludemus, aliquod A non est C. Atqui non connumerantur syllogismi tales intra syllogismos, quos hic intendimus: quoniam quod quærimus hoc in loco, est syllogismus, super quem naturaliter cogitatio cadit in comparatione ad quęsitum determinatum. Verum syllogismus, qui concludit non quæsitum, non ita se habet: vt potentia cogitatiua sit in ipso naturaliter solicita, neq; ipsum penitus componit. Exempli enim gratia, si quęramus, an A sit in C, & dicamus A est in C: quoniam A est in B: & B in C: nimirum erit syllogismus iste naturalis ſm sermonem plurium hominum: & hoc in figura Prima. Consimiliter, si dicamus A non est in C: quoniam B est in C: & B non est in A: planum quòd cõpositio ista ineſt nobis secundum naturam: & hæc est figura Secunda, & inuenitur secundum sermonem multorum hominum per naturam. Consimiliter si dicamus A est in C: quoniam A & C sunt in B: iste etiam syllogismus ineſt nobis per naturam, et est figura Tertia. Sin autem dicamus A est in C: quoniam C est in B: & B in A, res erit quam nemo naturaliter faciet: propterea quòd ex hoc sequitur non quęsitum, ideſt C esse in A: & est hoc in gradu eo, in quo dicimus A est in C: qm̃ A est in B: et B in C: & hoc est quiddam, quod non faceret cogitatio ſm naturam.

Nota hic syllogismos ꝗs Latini vocãt Fapesmo & Frisesom: & dicunt fieri in prima figura. Aristoteles ꝙ & Auer. in omnibus: cõcludentes tamẽ quęsitum nõ positum nec determinatum.

Nota syllos suprapositos non esse naturales.

Sylls q non cõcludit quęsitum determinatum, nõ ẽ naturalis.

Tres figuræ ab Arist. positæ concludunt quæsitum determinatum naturaliter.

Figura Secunda multũ inuenitur in sermone hominum p naturam. Dispositio medij, vt prædicet de maiori & subijciat minori, non est naturalis, vt ex ea sequatur quæsitum determinatum. Digressio cõtra Gale. de Quarta figura, ꝙ naturalis non sit.

ET ex hoc planum, ꝙ figura Quarta, de qua meminit Galenus, nõ est syllogismus, super quem cadat naturaliter cogitatio. Et hoc, qm̃ si quæramus an C sit in A, & dicamus C est in A, quoniam B est in A: & C in B, sumus inter duo, aut vt admittamus, quod sequitur ex ista compositione, & reiciamus hoc quæsitum pentus quod est, C esse in A, sed hoc est diuersum ab eo, quod quærebamus: aut vt simul cum eo, quod ex hac compositione deducitur, remaneat etiam quæsitum ſm cogitationem nostram, quemadmodum de eo quæstionem fecerамus, ideſt vt subiectum in eo sit subiectum & prædicatum prædicatum. & hoc, quoniam in omni quęsito vno subiectum est subiectum ſm naturam, & prædicatum prædicatum ſm naturam. Et, cùm remanet apud nos subiectum quæsiti subiectum, & prędicatum prædicatum: & hoc est ſm cogitationem nostram in hac dispositione, qua semper quæsitum maneat quæsitum: adducitur deinceps terminus medius, qui prædicetur de prædicato quæsiti, & subijciatur subiecto quæsiti, ſm ꝙ existimauit Gal. hanc figuram Quartam esse, ſm ꝙ refertur ad quæsitum. si vero nõ, non erit hic figura quarta, sed potius prima figura, vel de quæsito, vel de conuerso ipsius. Verum ponamus vt hic sit figura quarta: nimirum formabitur in hunc modum, ideſt in relatione ad quæsitũ determinatum: vt subiectum in eo subiectum sit ſm naturam, & prædicatum prædicatum ſm naturam: quoniam non ignorabitur figura quarta, nisi ſm modos istos. Si igitur quæramus inuentionem alicuius in aliquo, & accipiamus terminum medium, prædicemusq; eum semel de prædicato quæsiti, & semel de ipso prædicemus subiectum quæsiti: sequitur ex hoc, vt aliquid vnum per se sit, tanq̃ deseipso prædicatum: quoniam ex parte, qua prædicatur de prędicato quęsiti, & subijcitur subiecto eiusdem, prædicatur quodammodo de seipso quod est absurdissimum. Et ista est causa, ob quam non componit ipsum cogitatio secundum naturam super quæsito determinato, ita vt sit hic syllogismus cõcludens quęsitum determinatum per duas conuersiones, secundum quòd existimauit Gal. de figura Quarta.

Maxime abominabile est esse prædicatum & subiectum per naturam.

Differt autem conuersio hæc a conuersione, quam facit Aristo. dum reducit multas ſpecies secundæ ad tertiæ figurę ad primam: quoniam conuersio illa fit ad declarandam cõclusionem in syllogismo naturali, hæc autem ad expositionem conclusionis in syllogismo artificiali, sed non naturali. Atqui Aristo. non curat syllogismos artificiales: quoniam non sunt conformes ijs, quæ sunt. & hoc procedit in infinitum. Et propter hoc existimauerunt nonnulli, ꝙ reperiãtur plures cõclusiones in quacunq; figurarum, præter eas, de quibus mentionem fecit Aristoteles: hoc est & particulares ipsarum, & conuersę etiam: si quæramus deinde concludamus eas mediantibus cõclusionibus primis. sed hoc est non ſm naturalem, sed artificialem viam.

Nota diffam inter conuersiones, quas posuit Gal. i figura Quarta: & quas posuit Arist in Secũda & Tertia.

Excluditur opinionem aliorum de multiplicatione syllorũ, præter illos, ꝗs Arist. posuit.

Nota de redditione omnium syllogismorum in vtres primæ.

Aristoteles vero declarabit, ꝙ duæ ſpecies vltes figurę primæ, i. quæ concludunt conclusionẽ vtrem, sunt omnium figurarum perfectissimæ. Qm̃ omnes ſpes syllogismoꝝ secundæ figuræ ita se habent, vt vniuersalis ipsarũ redeat ad vtrem figuræ istius: & particularis, quæ est in ipsa ad particulare, quæ est in figura prima. Oēs vero species figuræ tertiæ ad particularem primę figuræ. & hoc, qm̃ omnes ſpecies figuræ tertiæ concludũt particularem. Particularis vero, quæ est in prima figura, monstrari potest deductione ad impossibile p vniuersalem figuræ secundæ, quæ ostenditur per vniuersalem primæ figuræ. hæ igitur duæ species figuræ primæ sunt perfectissimæ oium specierum syllogismorũ. Qm̃o autem particularis figuræ primę monstretur deductione ad impossibile per vtrem secundæ figuræ est: vt si dicam A, ineſt ipsi B: & B alicui C: dico ꝙ A ineſt alicui C. si enim non fuerit ita, erit contradictorium suum verum, hoc est, nullum A C: sed iam posuimus, quòd A ineſt omni B: ergo concludetur in figura secunda, ꝙ B non ineſt alicui C: sed iam posuimus B alicui C: quod fieri non potest, & non cohęret. Consimiliter monstrabitur concludi negatiua in parte in figura prima p negatiuam vtrem figuræ secundę deducendo ad impossibile. Cæterum ex hoc tractatu iam fuere declaratæ ſpecies syllogismorum absolutorum, qui sequuntur assertionem alicuius, aut destructionem eiusdem.

De syllogismis ex ambabus de Necessario in tribus figuris. Cap. IX.

In oſquęsito ẽ subiectum ꝙ naturaꝝ & ꝓdicatus per naturam.

QVoniam vero diuersum est, ineſſe, et ex necessitate ineſſe, & cõtingere inesse (multa enim insunt quidem, nõ ex necessitate tamen: alia verò neq; insunt omnino, contingunt autem ineſſe) plan-

num ꝙ & syllogismus vniuscuiusq; horum diuersus erit, & nõ similiter se habentibus terminis: sed hic quidem ex necessarijs, illè vero ex inexistentibus; ille autem ex contingentibus. In necessarijs itaq; fermè consimiliter se habet ac in his quæ insunt: eodem enim modo positis terminis in eo quod est ineſſe, & in eo quod est ex necessitate ineſſe, erit & non erit syllogismus: præterquã ꝙ different in eo ꝙ adiacet terminis ex necessitate ineſſe vel non ineſſe. nãq; & priuatiuum similiter conuertitur. & quod est in toto esse, & quod de omni, cõsimiliter assignabimus. In alijs igitur eodem pacto monstrabitur per conuersionem, ꝙ conclusio est necessaria, quemadmodum in eo quod est ineſſe. In media vero figura, quando sit hoc quidem vniuersaliter affirmatiuum, hoc autem priuatiuum in parte: atque iterum in tertia, cùm sit hoc quidem vniuersaliter prædicatiuum, illud vero priuatiuum in parte, non similiter erit demonstratio. Cæterum necesse est, cuí vtrunque non ineſt, de hoc facere syllogismũ: erit enim necessarium & ihis. si autem de exposito necessario est et de illo quodam: nanq; expositum, quod illud aliquid est. Fit autem vterque syllogismorum in propria figura.

Quo pacto ostendatur Quarta coniugatio Secundæ figuræ.



Quo pacto ostendatur Quinta coniugatio Tertiæ figuræ.

Tractatus de syllogismis ex propositionibus Necessarijs. Cap. IX.

Propositiones modales distinguuntur ſm materias & modũ sequentẽ illam a ꝓpõnibus inexistibus.

DIxit. Et quoniam propositiones absolutæ, necessariæ, & possibiles diuersificantur inter se ſm modum & materiam, quam significat modus: & hoc, quoniam multa sunt in actu, quæ tamen non sunt ex necessitate, & hæc sunt absoluta: & nõnulla neq; necessaria sunt neq; in actu, sed quę in futuro et esse & non esse possunt, & hæc sunt possibilia: quædã vero semper sunt, & hæc sunt necessaria: manifestum ꝙ oportet syllogismos compositos ex vnaquaq; istarum specierum diuersos esse à seinuicem ſm diuersitatem suarum propositiõũ: et syllogus erit necessarius, ex ꝓpõnibus necẽs, & absolutus ex absolutis, & possibilis ex possibilibus. Sylli igitur, qui componunt ex propositionibus necessarijs, sunt ꝓximi syllogismis, q cõponuntur ex propositionibus absolutis. & hoc, quoniam conditiones conclusionis absolutarum sunt per se conditiones conclusionis necessariarum: & ea, quæ sunt causa, vt non sequatur conclusio in non cõcludentibus, eadem sunt causa, vt non sit conclusio in necessarijs: qm̃ non est differentia inter ipsos, nisi ſm additionem necessitatis tantum. & hoc, qm̃ species cõcludentes & non cõcludentes in absolutis sunt ſm numerum concludentium & non concludentium in necessarijs. Atqui differẽtia est inter ipsas, qm̃ absoluta dicitur de eo, quod est in actu, quodq; non est necessarium: necessaria vero dicitur de eo, quod est in actu, quodq; est necessarium, ac per istam additionem disponitur. Et modus compositionis eius, quod concludit in figura prima ex absolutis, hoc est dispositio dicti de omni, aut dicti de nullo, est conditio, quæ in figura prima concludit secundum materiam absolutam aut necessariam. & hoc, quoniam intentio dicti de omni in ipsis est, vt dicatur affirmatiue aut negatiue de omni eo, quod est in actu, siue in actu exiterit cum additione conditionis necessariæ, seu absq; additione ipsius. Atqui conditio dicti de omni, quod sit in materia possibili diuersificatur à conditione dicti de omni, quod sit in materijs istis. & hoc est, quod apparet ex verbis Aristo. aut veritas per se: quemadmodum declarabitur post hoc. Consimiliter modus ostendendi complicationes concludentes in figura secunda & tertia ex propositionibus necessarijs, est idẽ modus cum eo, quo mõstramus cõiugationes concludentes in figura secunda & tertia ex propositionibus absolutis. Et hoc cùm ostenditur per reductionem ad primam figuram per conuersionem altertus propositionum suarum. & hoc, quoniam conuersio in propositionibus absolutis ac necessarijs est vna. Et consimiliter quod in ipsis ostenditur per positionem. Quod verò in ipsis ostenditur per impossibile, hoc est cùm fuerit propositio vniuersalis affirmatiua & particularis negatiua non disponitur vna dispositione. & hoc, quoniam syllogismus deducens ad impossibile erit compositus ex vna propositione syllogismi & ex contradictorio conclusionis secũdum modum & secundum negationem suam, et erit mistus ex propositione necessaria & absoluta aut possibili: sed hucusq; nondum declarata fuit conclusio, quæ sequitur ex hac complicatione. Cæterum quod ibi monstratur per impossibile, hoc ostẽditur per positionem: puta, cùm ponimus sub aliquo negato rem sensibilem, à qua prædicatum vniuersaliter negatur. & ita redit ad speciem, quæ in prima constituitur figura ex ambabus vltibus, vna affirmatiua, & altera negatiua.

Dſta liter absolutas & necessarias nõ ſm modum ſm, sed ſm materiam. Dispõ dicti de oi necessarijs & absolutis est ea dem: sed dſtimpoſt.bus.

Syllꝝ ꝙ impoſe ohdunt ad primã reducit in secunda & in tertia, ſi pãt ostendi necessarijs, sed ꝙ expõnem.

Mistio necessarij & ineſſe, in Prima figura. Cap. X.

SEd contingit aliquando, & altera propositione necessaria existente, necessarium fieri syllogismum: præterquàm quòd nõ vtralibet, sed quæ ad maius extremum. Vt si A quidem sumptum est ineſſe ipsi B ex necessitate, aut nõ ineſſe: B verò ipsi C ineſſe solum. sic enim sumptis propositionibus, ex necessitate A inerit ipsi C, aut non inerit.

Quoniam



Coniugationes ex maiori de necessario & minori de inesse, vltes.



Quoniam enim B ipsi ex necessitate inest, aut non inest A: ipsum vero C aliquid est eorum, quæ sunt B: manifestum ꝙ & C ipsi ex necessitate erit horum alterum. Sin autem A B quidem non est necessarium: B C vero necessarium: non erit cõclusio necessaria. Nam si est, continget A eorum quę sunt B alicui inesse ex necessitate, & per primam, & per tertiam figuram. sed hoc falsum. contingit enim B tale esse, cui nulli accidit inesse A.



Coniugatio ex maiori de inesse & minori de nečo, affirmatiua.



Termios legas I figura.

Præterea & ex terminis palam, quòd non est conclusio necessaria. vt si A esset motus, B animal, in quo autem C homo. animal nanq; homo ex necessitate est: verum mouetur animal non ex necessitate, neq; homo.

Consimiliter autem & si priuatiuum esset A B; eadem enim demonstratio.



Coniugatio ex maiori de nečio, & minore de necessario, negatiua.

In syllogismis vero q sunt in parte, si vniuersale est necessarium, & conclusio erit necessaria: sin autem quod secundum partem, non necessaria; neq; priuatiua, neq; prædicatiua existente vniuersali propositione. Sit autem primũ vniuersale necessarium, & A omni B insit ex necessitate: B vero alicui C solum insit: necesse vtiq; A alicui C inesse ex necessitate. nam C sub B est: B vero omni A inerat ex necessitate.



Coniugatio ex maiori de necessario minori de inesse, particularis affirmatiua.

Consimiliter autem & si priuatiuus esset syllogismus: eadem enim erit demonstratio.



Negatiua.

Si vero quod est ſm partẽ necessarium sit, non erit conclusio necessaria. nullum enim impossibile concidit, quemadmodum neque in vniuersalibus syllogismis. Consimiliter autem & in priuatiuis. Termini, motus, animal, album.

Tractatus



Coniugationes binæ ex maiori de inesse, minori de nečio, vtraque.

Tractatus de syllogismis mistis ex Necessarijs & Absolutis: & primo in Prima figura. Cap. X.

Syllogismi igitur concludẽtes in istis mistionibus sunt per se syllogismi concludentes in nõ mistionibus, præterquam ꝙ duplicantur. & hoc, quoniam species vna per se erit duæ species, quemadmodum exempli gratia, quæ est ex binis vniuersalibus in prima figura erit duę species: vna vt sit maior necessaria & minor inexistens, altera econuerso. & erunt syllogismi concludentes in omni figura hic duplicati respectu syllogismorum concludentium in omni materia tibi, & illud, quo ostenditur concludens à non concludente tibi, est id, quo ostenditur hic, hoc est in inexistentibus. Atqui quod superest, vt cõsyderemus hic de dispositione mistorum, est modus conclusionũ suarũ, hoc est, qui modus sequatur ex duobus modis propositionum. Et Aristoteles dixit, si fuerit propositio maior in figura prima necessaria, ꝙ erit conclusio necessaria: sin autem non sit necessaria, non erit conclusio necessaria. Sit igitur omne C B in actu: & omne B A ex necessitate: dico ꝙ vna istarum duarũ specierum concludit, ꝙ A est in omni C ex necessitate: & altera, ꝙ nullum C A ex necessitate. Monstratio huius, quoniam C est pars ipsius B: propterea ꝙ ex conditionibus primæ figuræ est, vt sit minor affirmatiua: & ex conditionibus huius mistionis, vt sit C pars ipsius B in actu, non autem possibiliter: quemadmodum se habet dispositio in syllogismis possibilibus. sed cùm prędicatur aliquid de toto, prædicaſ ex necessitate etiam de parte ſm modum, quo prędicatur de toto. & hoc planum per se: quia pars continetur sub toto, & subingreditur ipsum.

Syll. mistl duplicanſ in oibus modis cuiuſcũq; figurę.

Quòd si non maior, sed minor extiterit necessaria, non erit conclusio necessaria, puta, si dicamus, omne C B ex necessitate: & omne B A in actu, vel nullum B A in actu: dico quòd non cõcluditur in hac complicatione, omne C esse A ex necessitate, aut non esse A ex necessitate. Ostẽsio huius. quoniam, si fuerit possibile, ponam? quòd omne C sit A ex necessitate: sed iam posuimus omne C esse B ex necessitate: quare concludetur in figura tertia, aliquod B esse A ex necessitate: sed iam posueramus, omne B esse A non ex necessitate: quod fieri non potest, & non cohæret. Consimiliter monstrabitur, si posuerimus propositionem maiorem negatiuam nõ necessariam. Hoc enim similiter etiam monstrabitur ex quo C est pars ipsius B, & A prædicatur de omni eo quod est pars ipsius B, & quod est totum non necessario, postea quàm est pars ipsius B. Manifestum etiam ex terminis conclusionem non esse necessariam. puta, si ponamus loco A motum, & loco B animal, ac loco C hominem: & dicamus, omnis homo est animal ex necessitate: & omne animal mouetur non ex necessitate: & concludetur, omnis homo mouet non ex necessitate: nisi quod termini asseuerant conclusionem non esse semper necessariam, non autem quòd non concludat necessariam om

Quod maxime consyderari in syllis mistis est, qa modº cõclionis sequatur. Opio Arist. ꝙ sequat cõclusio necessaria ex maiore necessaria, & minore inexñte: qũ minor est pars medij.

Si maior inexñs, minor fuerit nečia: nõ nečia, ſ de inesse cõcludetur cõclusio.

a Vult Aue. ñ negare ob hoc Aristot. posse ſeq cõclionem necessariã: sed quia nõ semp, tõ destruit regula gñalis. sed intento dicit de ut & deductio ad ipoſe ostendũt vſr cõclusionem sequi.

nino: quemadmodum asserat hoc syllogismus ad impossibile, & intentio dicti de omni.

Syllogismi vero particulares in hac figura, hoc est concludentes conclusiones particulares ita se habent: quòd si propositio vniuersalis & maior fuerit necessaria, & conclusio erit necessaria. sin autem particularis ac minor necessaria extiterit, & maior non sit necessaria, non erit conclusio necessaria: siue maior affirmatiua fuerit siue negatiua. Et monstratio huius erit monstratio syllogismorum vniuersalium, hoc est per dictum de omni, per impossibile, et per materias. & hoc, quoniam, si ponamus loco A motum, et loco B animal, & loco C album, complicabitur syllogismus: aliquod album animal ex necessitate: & omne animal motum non ex necessitate: & concluditur, aliquod album motum, sed non ex necessitate. Ex verbis itaque Aristore, planum sententiam suam esse in hac specie, vt modus conclusionis sequatur modum propositionis maioris. quoniam, si fuerit propositio maior absoluta, conclusio erit absoluta, & si necessaria extiterit, conclusio erit necessaria.

Opio Arist. ꝙ in mistis vt modº cõclionis sequatur modũ ppõnis maioris. Digressio cõtra Theophrastũ, Eudemum, & Themistium, ab Arist. dissentientes.

Theophrastus vero, atque Eudemus ex Antiquis Peripateticis, & inter posteriores Themistius, qui eos secutus est, existimarunt quòd modus conclusionis sequatur viliorem ex duobus modis, hoc est vt semper in tali complicatione sequatur propositionem absolutam: quoniam absoluta est vilior necessaria. a Et potissimum cui imputantur, est, quoniã arbitrantur, quòd omne, in quo fuerit aliquid vt pars & aliquid vt totum, ita se habebit, vt si aliquid vnum prędicetur prędicatione aliqua de toto, sequatur vt de parte etiam prædicetur cum hoc eodem modo. & consimiliter si prædicetur etiam pars de re aliqua cum aliquo modo, oportebit vt totum quoque de re ista prædicetur cum hoc eodem modo. quoniam igitur in omni syllogismo est aliquid vt totum, & aliquid vt pars: si fuerit vna duarum propositionum absoluta & altera necessaria, nihil prohibet, vt minor sit necessaria & maior absoluta, aut maior necessaria & minor absoluta. Dixerũt. Et si fuerit minor necessaria, erit aliquid vt pars & aliquid vt totum: & medius quidem terminus vicem totius obtinebit, minor vero partis. quare si aliquid prędicetur de toto, quod est terminus medius, prædicabitur etiam cum hoc eodem modo de parte, quæ est terminus minor. Quòd si propositio necessaria maior extiterit, erit & in ipsa consimiliter aliquid vt pars & aliquid vt totum: & maior quidem totius vicem obtinebit, medius vero partis: sequitur ergo si pars, quæ est terminus medius prædicatur de minore extremitate cum aliquo modo, vt sit modus iste idem cũ modo totius, quod est maior extremitas: idem inquam, cùm prædicatur de ipsa. quare inquiunt isti, quomodocũq; res se habeat, oportet modum prædicationis in conclusione sequi modum propositionis absolutæ. Sed in hoc sermone est confusio manifesta. & hoc, quoniam consyderatio totius & partis in syllogismo, secundum quòd est syllogismus concludens in prima figura per dictum de omni, nimirum est in propositione minore. & propterea cõditio ipsius est, ut sit affirmatiua: maioris autem conditio est vt sit vniuersalis, non autem vt sit affirmatiua. quod cùm ita fuerit, non est consyderatio totius & partis in propositione maiore, si inueniantur vt sint necessaria, aut non sint: sed oportet vt consyderatio totius et partis extitat in loco, in quo est cõditio, vt syllogismus sit: hoc est totũ & pars, quæ sunt in propositione minore. quod cùm ita sit, modus conclusionis sequetur modum propositionis maioris. ſm ꝙ existimauit Aristo. Quòd si illis etiam concesserimus partem & totum consyderari in vtraque pro-

Tertia rõ.

Contra opinionẽ Theophrasti, & aliorũ sequentium, qui ratione prędictorum & cõclusionis ad propõnem minorem.

a Ita secuta rationem.

positionum, non oportebit nos ponere in loco consyderationis totius & partis quæ sunt in propositione minore, & in loco cõsyderationis totius & partis quæ sunt in propositione maiore, vsquequo demus hoc iudicium super syllogismo. Amplius, si consyderetur pars in propositione maiore, non autem in minore, nõ erit syllogismus nisi per accidens: quoniam non oportet vt minor extremitas comprehendatur in prædicatione sub maiore propositione, cùm non sit vniuersalis, & hoc per se manifestum est. * Et quod etiam dubitarunt, quoniam existimauerunt, modum conclusionis sequi debitiorem duorum modorum propositionis: quemadmodum res se habet in affirmatione ac negatione, i. quoniam si fuerit vna propositionum affirmatiua & altera negatiua, conclusio sequetur negatiuã, quæ est vitior: hoc est syllogismus imaginarius. & hoc, qm̃ conclusio non sequitur propositionem negatiuam & non affirmatiuam, ex parte qua negatiua vitior sit affirmatiua, sed ex parte qua est negatiua: absoluta vero si est vitior, est affirmatiua, non autem negatiua: confusio igitur istius sermonis est per se manifesta. Quod etiam contendunt, est, quoniam in aliqua materia concluditur absoluta, & tamen minor est absoluta, & maior necessaria. vt in exemplo: omnis homo ambulat, hoc est in actu: & omne ambulans mouetur ex necessitate: igitur omnis homo mouetur, non tamen ex necessitate. Et deceptio in hoc est, qm̃ ambulans nõ mouetur ex necessitate, ex parte qua est homo, sed ex parte qua est ambulans. cp̃ si cõditionem istam, quam in maiore accepimus, ponamus etiam in conclusione, erit necessaria: puta, ex necessitate, omnis homo mouetur, ex parte qua est ambulãs. Non oportet autem, vt aliquis ad hoc respondeat, dicens, quòd in hac cõplicatione conclusio est absoluta, cùm minor est absoluta & maior necessaria: qm̃ in hac propositione necessaria non inuenitur dictum de omni, quod fecit vniuersaliter Arist. in hoc libro, & hoc, vt a prædicetur ex necessitate de omni eo quod disponitur per b affirmatiue, siue disponatur per b in actu, siue ex necessitate, siue possibiliter. qm̃ non est vtilitas in hac cõditione, ni vera extiterit in oi materia: sed certe oportet vt hęc cõditio vera sit in oi materia. Quòd si induxerimus ẽt p materias, planum nobis fiet, cp̃ hoc, quod dicimus, oẽ quod ẽ b est a ex necessitate, aut ẽ a absolute, in aliqua materia significat, omne quod est b in actu, est a ex necessitate, velut cùm dicimus, omne ambulans mouetur: & in aliqua materia significat, oẽ quod est b in potentia aut in actu, est a ex necessitate, vt cùm dicimus, omne motum est corpus. Consimiliter etiam disponitur enunciatio absoluta. Quod cùm ita sit, dictum igitur de omni verum in omni materia in propositione necessaria & absoluta, est, vt a inest ex necessitate aut absolute oi illi qd̃ est in actu. qm̃ in aliqua materia verificabitur de omni eo quod est in potẽtia, aut in actu b, & in aliqua de omni eo quod est in actu tantũ. quoniam, si a verificatur de omni eo quod est b, in potẽtia, verificabitur etiam de omni eo quod est in actu: & non conuertitur, hoc est si a verificatur de omni eo quod est b in actu, vt etiã verificetur de omni eo quod b in potentia. Et propter hoc oportet conditionem dicti de omni in necessarijs atcp̃ absolutis esse, vt maior extremitas prædicetur de omni eo, quod est medium in actu, hoc est de omni eo, de quo prędicatur terminus medius in actu non possibiliter, & propterea cũ minor propositio extiterit possibilis, & maior necessaria aut absoluta, non erit syllogismus concludens secũdum dictum de omni in omni materia, quemadmodum exponit Aristote. in sequentibus: quoniam hoc vtique concludet per dictum de omni in aliqua materia, hoc est in qua verificatur a absolute de omni eo quod est b in actu aut in potentia. sed non intenditur hoc in loco, quod est propter materias. Et hoc est in quo direxit Abumazar mentem suam contra Aristo. Nanque in propositione possibili maiore reperitur cõditio in omni materia, quam existimauit Abumazar in omnibus speciebus propositionum. & hoc, quoniam cùm dicimus, omne quod est b, est a possibiliter, verificatur de omni eo quod est in potẽtia, aut in actu. et propterea cùm fuerit maior possibilis, erit conclusio possibilis in quacunq; mistione: quemadmodum declarabitur in sequentibus. Quare non est conditio dicti de omni si omnibus tribus propositionibus, hoc est absoluta, necessaria, & possibili, vna: veluti existimauit Abumazar, cùm fuerit a prædicatum in actu, aut ex necessitate, aut in potentia de omni eo quod est b in quacunq; ex tribus speciebus: hoc est aut possibiliter, aut ex necessitate, aut in actu. Neque est etiam conditio dicti de omni in hoc libro ea, de qua meminit Alexãder, vt a prædicetur ex necessitate, aut possibiliter, aut in actu de omni in eo quod est b in actu: quoniam, si res ita esset, non concluderet quæ constat ex ambabus possibilibus secundum dictum de omni, et hoc manifestum consyderanti. Et inductio attestatur sententiæ Aristotelis, quoniam non est vtilitas in conditione, quę non potest super materias, secundum quòd existimauit Abumazar: neq; in conditione, quę continet omnes species propositionum, secundum quod existimauit Alexander. Et ex hoc fit manifesta dubitatio, quæ accidit hominibus ex opinione Aristotelis in mistione possibilis cum necessaria & inexistente, secundum quòd planum erit ex dicto nostro, cùm Deo volente ad hũc locum deuenerimus. Sed tam declaratum est, cp̃ iudicium in mistione necessariæ & absolutæ est ad propositionem maiorem.

* a 1. hoc autores fecit eos errare. Solo primæ rationis.

Soluit tertiã rationem.

Excludit rationẽ quorũdam dicentiũ non sequi necessarium ex impossibili cum non sit de inesse conclusio nec tam per dictũ de omni.

Nota quod Abumazar contra Arist. de dicto de omni.

Nota, nõ est conditionis dicti de omni in cibo p põnibo vna & eãdem, de hoc vide infra cap. 12. clarius. Contra Alexandrum, q putauit dictũ de oi tenere in absolutis.

Mistio Necessarij & Ineſſe in Secunda figura. Cap. XI.

SEd in secunda figura, si priuatiua propositio est necessaria, & conclusio erit necessaria: si vero prædicatiua, non necessaria. Sit enim primum priuatiua necessaria, & a nulli cõtingat b: ipsi vero c solum insit: quoniam itaq; conuertitur priuatiuum, & b a nulli contingit: a vero omni ineſt c: quare nulli c contingit b: nanq; c sub a est.



Prima coniugatio ex maiori de necessario, minori de ieſſe: quæ maioris conuersione ostenditur.

Conditio dicti de omni in materia necessaria, & absoluta.

Consimiliter autem & si ad c ponatur priuatiuum. Si enim a nulli c contingit: et c nulli a continget: a vero omni ineſt b: quare nulli b cõtinget c. fit enim prima rursus. * igitur neq; b ipsi c; conuertitur enim similiter.

* 2. l. nõ igitur neq; duę negationes apud Græcos magis negant.

Secũda conlugatos quæ ex maioris & conclusionis cõuersione, & præmissarum trãspositione ostenditur.



Sin autem prædicatiua propositio est necessaria, non erit conclusio necessaria. Insit. n, a omni b ex necessitate: c vero nulli insit solum: conuerso itaque priuatiuo, prima efficitur figura. monstratum est autem in prima, quòd non necessaria existente priuatiua quæ ad maius, neq; conclusio est necessaria; quare neque in his erit ex necessitate.

Coniugatio ex maiori de ineſſe minori de necessario, quę minoris cõuersione ostenditur.



Præterea, si conclusio est necessaria, contingit c alicui a nõ ineſſe ex necessitate. Si enim b nulli c ineſt ex necessitate: & c nulli b inerit exnecessitate: ipsum vero b alicui a necesse est ineſſe: siquidem & a omni b ex necessitate inerat: quare & c necesse est alicui a non inesse. verum nihil vetat, a tale acceptum fuisse, cui omni, c ipsum contingit ineſſe.

Deductio eiusdẽ p impossibile.



Exponẽt terminorũ vicẽ in figura. Alij alios accipiãt terminos.

Præterea & terminos exponentẽm monstrare liceret, quòd conclusio non est simpliciter necessaria, sed his existentibus necessarijs. Vt sit a animal, b homo, c vero album: & propositiones similiter sint acceptæ. contingit. n. animal nulli albo ineſſe: & homo vtiq; nulli inerit albo, verum non ex necessitate. contingit enim hominem fieri album, non tamen quousque aĩal nulli insit albo. quare his quidem existẽtibus, necessaria erit cõclusio: simpliciter autem non necessaria.

Consimiliter se habebit & in syllogismis in parte. cùm enim priuatiua propositio & vltr sit & necessaria, & conclusio erit necessaria: cũ vero prædicatiua & vltr sit necessaria, priuatiua autem sm partem, non erit conclusio necessaria. Sit primum priuatiua, & vltr et necessaria, & a nulli b cõtingat ineſſe: alicui vero c insit: qm̃ itaq; conuertitur priuatiuum, & b nulli a poſset cõtingere ineſſe: a vero alicui c ineſt: quare ex necessitate b alicui c nõ inerit.

Coniugatio ex maiori de necio, minori de ieſſe negatiua. quæ maioris conuersione ostenditur.



Rursus sit prædicatiua vniuersaliter & necessaria, & ponatur ad b prędicatiuum. Si itaque a omni b ex necessitate ineſt: c vero alicui non ineſt: quòd itaque non inerit b alicui c manifestum, sed non ex necessitate. idem

nanq; termini erunt ad demõstrationem, qui & in vniuersalibus syllogismis.

Alia negatiua particularis eodẽ pacto disposita, q̃ ad modos, sed diuersimode q̃ ad ꝓpõnes.



Alij accipiũt loco terminorum, motus, ambulãs, homo. & ita ꝛ in sequẽti cõiugatione.

Sed neque, si priuatiuum necessarium acceptum sit in parte, est conclusio necessaria: per eosdem nanque terminos demonstratio,

* Alit Alex. Quædã exẽplaria habẽt hæc verba, quod Alb. dixit, sed aliter ordinãdi sũt termini.

* vno solo transumpto.

Alia negatiua particularis inutilis ꝓpõnib⁹, quo ad modos.



De *miſtione Neceſſariæ & Abſolutæ in Secunda figura*, Cap. XI.

In Secunda figura, si negatiua fuerit necessaria conclusio erit cõclusio necessaria: si affirmatiua, non erit cõclusio necessaria: qm̃ non reuertit ad primam ex maiori necessaria.

SEd in Secunda figura, cùm fuerit propositio negatiua necessaria, conclusio erit necessaria, si uero affirmatiua necessaria extiterit, nõ erit conclusio necessaria. Sit ergo primum vniuersalis negatiua maior necessaria, & affirmatiua vniuersalis minor absoluta. puta in exemplo si dicamus, omne C est B in actu: & nullum A B ex necessitate: quoniã igitur negatiua conuertitur, redibit hæc ad speciem primæ figuræ, in qua maior est negatiua necessaria & minor absoluta. quare conclusio proculdubio necessaria erit, secundum q̃ declaratum fuit. Consimiliter etiam hoc idem accidet, si ponatur minor negatiua vniuersalis necessaria & maior absoluta. quoniam conuertitur nullum C B: & fit nullum B C ex necessitate: & omne A B absolute: quare concluditur in prima figura, nullum A C ex necessitate, quemadmodum supra exposuimus, & cùm conuersa fuerit conclusio, redibit quæsitum. Quòd si fuerit propositio affirmatiua necessaria, & negatiua absoluta, concludetur absoluta: quoniam negatiua absoluta, cùm conuertitur, efficitur maior in prima figura, sed iam in hac declarauimus, si fuerit maior in prima figura non necessaria, quòd conclusio erit non necessaria, sed absoluta. iam enim declaratum fuit per viam ad impossibile, quòd conclusio non est necessaria, sed absoluta, cùm fuerit affirmatiua necessaria. & hoc, si posuerimus, quòd conclusio huius syllogismi sit, nullum C est A ex necessitate. sed tam in propositionibus huius syllogismi fuerat, quòd omne C est B ex necessitate: quòd si conuerterimus affirmatiuam vniuersalem, fiet aliquod C B: & nullum C est A ex necessitate: concluditur, secundum quòd declarauimus in prima figura, quòd aliquod B non est A ex necessitate, sed iam posueramus, quòd A non est B absolute: quare, si conuertamus, verum etiam erit, quòd B nõ est A absolute, quòd si B non sit A absolute, tam erit possibile, vt omne B sit A absolute, quoniam absoluta est de natura possibilis. sed iam fuerat conclusio, quòd aliquod B non est A ex necessitate, quod fieri non potest & non cohæret. Et hac eadem declaratione palam fit, si necessaria affirmatiua maior extiterit, & negatiua absoluta minor, & hoc, quoniam concludit duo contraria. Consimiliter monstratur etiam per terminos, quòd conclusio in his duabus speciebus non est necessaria, puta, sit loco A album: loco B animal: loco C homo: & componatur syllogismus ita, omnis homo ex necessitate animal: nullum album in actu est animal: & concluditur, nullus homo est albus, sed hoc non est necessarium: quoniam homo potest & esse & non esse album. Et secundum hoc etiam modus conclusionis in duobus syllogismis particularibus huius figuræ sequitur modum propositionis negatiuæ. Huius autem monstratio est hęc eadem, hoc est per conuersionem & impossibile in loco, in quo fit impossibile duobus syllogismis vniuersalibus huius figuræ, & per eosdem etiam terminos.

Absoluta, ꝓpõ est de natura ꝓpõs.

Miſtio Neceſſarij & Ineſſe in Tertia *figura*. Cap. XII.

SEd in Tertia figura, cùm termini sint vniuersaliter ad medium, & ambæ propositiones prædicatiuæ, si vterlibet necessarius existat, & conclusio erit necessaria. sin autem hoc prædicatiuũ, illud vero priuatiuum sit, cùm priuatiuum sit necessarium, & conclusio erit necessaria: quando autem prædicatiuum, nõ erit necessaria. Sint enim primum ambæ prædicatiuæ propositiones; & A & B omni C insint: necessarium vero sit A C: quoniam igitur B omni C: & C alicui B inerit, eò q̃ vniuersale secundum partem conuertitur; quare, si omni C ineſt A ex necesſitate: & C alicui B; necesſarium eſt A alicui B ineſſe, nam B ſub C eſt, fit igitur rursus prima figura.



Coniugatio ex maiori de necessario minori de inesse, vtrãq; affirmatiua.

Consimiliter monstrabitur & si B C est necesarium, conuertitur enim C cum aliquo A; quare, si omni C B ex necesſitate ineſt: & A alicui B inerit ex neceſsitate.

Rursum



Coniugatio ſuperiori oppoſita quo ad modos.

Rursum sit A C priuatiuum: B C vero affirmatiuum: priuatiuum autem necessarium. quoniam igitur conuertitur C cum aliquo B: A vero nulli C ex necesſitate: neq; B alicui inerit A ex necesſitate. nam B sub C est.



Coniugatio ex maiori de nẽcio minori de ineſſe vtrãq; altera negatiua, altera affirmatiua.

Si vero prædicatiuũ necessarium, non erit conclusio necessaria. Sit. n. B C prædicatiuum & necesſarium: A C vero priuatiuũ et non necesſarium: qm̃ igitur cõuertitur affirmatiuũ, ierit & C alicui B ex necesſitate. quare si A nulli C: C vero alicui B: A alicui B nõ inerit: sed non ex necesſitate. mõstratum est enim in prima figura, ꝙ priuatiua propositione nõ necesſaria existente, neq; conclusio erit necesſaria.

Vigilare. Bonum. Animal.



Coniugatio ſuperiori oppoſita, q̃ ad modos.

Amplius per terminos planum fieri poſſe, sit enim A bonum: B animal: C vero equus. contingit igitur bonum nulli equo ineſſe: animal autem necesſe omni ineſſe: sed non necesſe animal quippiam nõ esse bonum, siquidem contingit omne bonum esse. Sin autem non hoc possibile: sed vigilare, aut dormire, terminum ponendum. omne nanq; animal horum est susceptiuum. Si igitur termini vniuersaliter ad medium sint, dictum est, quãdo erit conclusio necessaria.

Si vero hic quidẽ vlr, dle aũt in parte, vtriscq; prędicatiuis exñtibus, si vniuersale sit necesſarium, & conclusio erit necesſaria. demonstratio vero eadem, quæ & prius. conuertitur enim & prædicatiuum in parte. Si itaque necesse est B omni C ineſse: A vero sub C est: necesse est B alicui A ineſse. sed, si B alicui A, & A alicui B ineſse necesſarium. conuertit enim.

Termlos tegas i figura



Coniugatio ex maiori ineſſe, minori nẽcia particularis affirmatiua.

Similiter & si A C sit necesſarium, vniuersaliter existens. nam B sub C est.



Coniugatio ex ſuperiori oppoſita, q̃ ad ꝓpõnum quantitates.

Si vero quod iñ partẽ necesſarium est, non erit conclusio necesſaria. Sit enim B C in parte & necesſarium: A vero oi C insit, non tamẽ ex necesſitate: conuerſo igitur B C, prima efficit figura: & vniuersalis quidem propositio non

necessaria,quæ autem in parte necessaria:sed cũ ita se habeant propositiones,non erat conclusio necessaria:quare neq; in his. Amplius & ex terminis manifestum,sit A vigilatio, B bipes,in quo autem C animal. B igitur alicui C necesse est inesse: A vero ipsi C contingit:& A ipsi B non necessarium,non enim necesse bipes aliquod non dormire,aut vigilare.



Coniugatio altera ex maiori de iesse, minore necessaria, affirmativa particularis.

Consimiliter & per eosdẽ terminos monstrabitur,& si A C sit in parte,& necessarium.



Coniugatio superiori opposita, q̃ ad propositionum quantitatem.

Sivero hic quidem prædicatiuus,ille autem priuatiuus terminorũ,quando vniuersale priuatiuum sit & necessariũ,et conclusio erit necessaria. Si enim A C nulli contingit: B vero alicui C inest:A alicui B necesse non inesse.



Coniugatio ex minori negatiua vsi de necio, minori affirmatiua particulari de inesse.

Quãdo autem affirmatiuum necessarium positum sit vniuersaliter existẽs, aut in parte, aut priuatiuum fm partem,non erit conclusio necessaria: nam alia quidem eadem,quæ & in prioribus,dicemus. Termini vero,qñ sit vniuersale prædicatiuum necessarium, vigilatio,animal homo:medius,homo.



Coniugatio ex maiori negatiua partis de inesse minori affirmatiua vsi de necio.

Quando autem in parte prædicatiuum sit necessarium,vigilatio,animal,album.necesse est nanq; animal alicui albo inesse: vigilatio autem contingat nulli: & non necesse alicui animali non inesse vigilationem.



Coniugatio ex maiori negatiua partis de inesse minori affirmatiua partis de necessario.

Sed quando priuatiuum in parte existens necessarium sit, bipes, motum, animal: animal, medium.



Coniugatio ex maiori negatiua partis de necessario, minori affirmatiua vsi de inesse.

Planũ itaq; ꝙ inexistendi syllogismus non est, nisi vtræq; sint propositiones inexistentes: sed necessarij est,et cũ altera solum sit necessaria. In vtrisque vero, & cùm prædicatiui & cùm priuatiui syllogismi sint, necesse alteram

ram propositionem consimilem esse conclusionem.dico autem, si inexistens, inexistentem:si necessaria,necessariam. Quare & hoc manifestum,ꝙ non poterit conclusio aut necessaria,aut inexistens esse, nisi accipiat necessaria,aut inexistens propositio. De necessario itaq; quõ fit,& quam habet ad inexistens differentiam,dictum est quasi sufficienter.

Complicatio absolutæ & necessariæ in Tertia figura. Cap. XII.

In Tertia figura, conclusio seqr modus, oppõis, quæ nõ conuertitur: qñ prima fit maior in 3ꝝma figura.

IN Tertia vero figura modus conclusionis semper sequitur propositionem, quæ non conuertetur: qñ propositio hæc in potentia est propositio maior in figura prima. sed iam declaratum fuit, ꝙ modus conclusionis in prima figura sequitur propositionem maiorem,& hoc est contrarium dispositioni, quę est in secunda figura: quoniam in ipsa modus conclusionis sequitur modum propositionis, quæ conuertitur. quia propositio, quę conuertitur hac in figura, est in potentia maior in figura prima,& hoc, quoniam minor in secunda figura est eadẽ, quæ & in prima,& maior in ipsa conuertitur. maior autem in figura tertia est eadem, quæ & in prima figura,& minor conuertetur.& ordo iste disponitur fm ꝙ monstratur conclusio sua p conuersionem,& id, quo monstratur per positionem: & quoniam potentia specierum, quæ monstrantur p positionem, est etiam potentia specierum, quæ monstrantur per conuersionem. Quod cùm penitus certum exiterit, si ponantur duæ propositiones fm dictũ Arist. vniuersales affirmatiuæ, vtra ipsarum fuerit necessaria, iam conclusio erit necessaria,& hoc, cùm conuertemus absolutam vniuersalem fm partem,& fiet in figura prima, ea quæ habet maiorem vniuersalem necessariam,& minorem absolutam in parte, & concludet conclusionem necessariam in parte, fm ꝙ expositum fuit. Sin autem ea, quam conuertimus, fuerit minor in hac figura, hoc est, cùm maior sit necessaria, dispositio in hoc est manifesta, hoc est, quoniam concludit sine conuersione conclusionis. Quòd si conuertamus maiorem, quæ sit absoluta,& sit minor hac in figura vniuersalis necessaria, monstrabitur hoc per duas conuersiones, per conuersionem propositionis,& conuersionem conclusionis: fm ꝙ expositum fuit. Quòd si vna vniuersalium affirmatiua fuerit & altera negatiua, modus conclusionis necessario, sequetur modum negatiuæ: quoniam affirmatiua conuertetur, & erit negatiua maior in prima figura: quæ si fuerit necessaria, conclusio etiam erit necessaria fm id, quod expositũ fuit: si vero fuerit absoluta,& cõclusio erit absoluta. Quòd si fuerit una duarum propositionum in hac figura, hoc est in concludente vniuersalis,& altera particularis, et fuerint affirmatiuæ, sequetur conclusio vniuersalem ex ipsis: quoniam ea est, quæ non conuertitur in hac figura. si enim conuerteretur, esset syllogismus ex duabus particularibus. sed iam declaratum fuit, quòd non concludit. postea igitur quàm non conuertitur, erit maior in prima figura. Sin autem extiterit vna ipsarum affirmatiua,& altera negatiua, modus conclusionis sequetur modum negatiuæ, quoniam negatiua, si fuerit hac in figura vniuersalis, erit maior in prima figura: propterea quòd fieri nequit, vt minor in prima figura sit negatiua. si vero fuerit particularis potentia sua secundum declarationem positionis, est potentia vniuersalis negatiuæ secundum id, quod declaratum fuit in positione.

In negatiuis vtrũq;, si negatiua fuerit nec̃ia, erit cõclusio necessaria: si affirmatiua, non erit.

Vide Secundo de interpretatione cap. 9.

De Contingenti, & propositionum secundum Contingens conuersionibus. Cap. XIII.

DE contingẽti vero post hæc dicamus, quando, & quomodo,& per quę erit syllogismus. Dico autem contingere & contingens, quod cùm nõ sit necessarium, si ponatur inesse, nihil erit propter hoc impossibile: nanque necessarium, æquiuoce contingere dicimus. Quòd autem hoc est contingens, manifestum & ex negationibus & affirmationibus oppositis. nam non contingit inesse,& impossibile inesse, & necesse non inesse, aut eadem sunt, aut consequentia seinuicem: quare & opposita, contingit inesse, & non impossibile inesse, & non necesse non inesse, aut eadem sunt, aut consequentia seinuicem: de omni enim affirmatio, aut negatio erit. igitur contingens non necesarium, & non necesarium contingens. Accidit autem omnes, quæ secundum contingens sunt propositiones, conuerti inter se: dico autem non affirmatiuas cum negatiuis, sed quæcunque affirmatiuam habent figuram, secundum oppositionẽ: vt, contingere inesse, cum eo quod est, contingere non inesse:& omni contingere, cum eo quod est, nulli contingere, vel non omni: & alicui, cum eo quod est, alicui non. eodem autem modo & in alijs. Quoniam.n. contingens non est necesarium: non necesarium vero contingit non inesse: planum, ꝙ si contingit A inesse B, contingit & nõ inesse: & si omni contingit inesse, et omni contingit non inesse. Consimiliter autem & in affirmationibus in parte: nanque eadem demonstratio. verum tales propositiones affirmatiuæ sunt,& non priuatiuæ. Contingit enim ad similitudinem ipsius esse ordinatur, quemadmodum dictum est prius. Determinatis vero his, rursum dicimus, quòd contingere secundum binos dicitur modos. Vnũ, eo quod vt plurimum fit,& deficit necesarium, vt canescere hominem, vel augeri aut minui, aut penitus, quod aptum natum est esse: hoc enim non continuum quidem habet necesarium, propterea quòd non semper est homo: atqui dum homo sit, aut ex necesitate, aut vt plurimum est. Alium, ipsum infinitum, quod & sit & non sit possibile: vt ambulare animal, aut ambulante terræmotum fieri, aut oĩno quod à fortuna fit. nil enim magis sic aptum est natum, quàm in contrarium. Conuertitur itaque secundũ oppositas propositiones vtrunque contingentium, non eodem tamen modo: sed quod aptum natum est esse cum eo, quod est, non ex necesitate inesse: sic enim

Quo pacto cõuertantur ppões de contingẽti.

contingit non canescere hominem: ipsum vero infinitum, cum eo quod est nihil magis sic, quàm illo modo se habere, aut habitum ire. Verum scientia ac syllogismus demonstratiuus de ipsis quidem infinitis non est, eò quòd inordinatum est medium: de apte vero natis est. & ferme rationes & cõsyderationes fiunt de sic contingentibus: de illis autem accidit quidem fieri syllogismum, non tamen consueuerunt quæri. Hæc igitur magis determinabuntur in sequẽtibus. Sed nunc dicamus, quãdo, & quomodo, & quis erit syllogismus ex contingentibus propositionibus.

Tractatus de syllogismis, qui componuntur ex propositionibus Possibilibus. De natura ipsius Possibilis. Cap. XIII.

Definitio posits.

DIxit. Oportet autem nunc, vt dicatur, quando erit syllogismus ex propositionibus possibilibus, & quomodo erit, & in quo erit. Possibile igitur vniuersaliter est, quod nõ est necessariũ: quodq; cùm ponitur esse, non accidit ex hoc impossibile. & vult per possibile hoc in loco illud, quod comprehendit rem existentem in actu, & priuatam: & per necessarium, omnes species, de quibus dicitur necessariũ, hoc est necessarium absolutum, et necessarium relatum ad tempus aliquod, siue præteritum, siue præsens, siue futurum: & ad futurum non id, de quo dicitur necessarium per æquiuocationem: hoc enim est possibile, cuius intendimus hic definitionẽ tradere. Quodq; hęc sit definitio possibilis, apparet ex eo, quòd nõ possunt duo contradictoria simul esse vera. qm̃ hoc, quod dicimus, non possibile est esse, & impossibile est esse, & necesse est non esse contradicit huic quod dicimus, possibile est esse, non impossibile est esse, non necesse est nõ esse. & ista sequũtur seinuicem: hoc est ex hoc quod dicimus, non possibile est esse, sequitur quod dicimus, impossibile est esse, & quod dicimus, necesse est non esse: quemadmodum ex hoc, quod dicimus, possibile est esse, sequitur non impossibile est esse, et non necesse est non esse. Quod cùm ita sit: & oporteat, vt de omni dicatur aut negatio, aut affirmatio: de hoc igitur, quod dicimus, possibile est esse, oportet ut verificetur nõ necesse est esse, posteaquam falso de ipso dicitur necesse est esse. & propterea conuertitur hoc, vt dicamus, omne possibile non est necessarium, & quod non est necessarium est possibile. Et propter hoc videtur, ꝙ genus huius definitiõis sit illud, quod significat dictio, quod: et hoc est res comprehendens inexistens & priuatum, quemadmodum diximus. & differentia sua est, quod dicimus, non est necessarium. Et quod in ea additur, ꝙ cùm ponitur esse, ex eo non sequitur impossibile, est proprium ex propriis possibilis, non differentia ex differentijs ipsius. Et ista est ex sententia Abumazaris in hac definitione. ipse enim existimat, ꝙ hoc dictum sit differentia vltima in definitione: ita ꝙ intelligat quod dicimus, non est necessarium, ꝙ inuentio sua non est necessaria in futuro, quemadmodum eclipsis Lunę. Et quoniam nõ esse verificatur de impossibili, propterea additur, cùm ponitur esse, non accidit ex hoc impossibile. & propter hoc erit genus possibilis, priuatum: differentia vero ipsi propria est hæc, si ponitur esse, non accidet ex ipso impossibile. & hęc est opinio plurimorum expositorum ex Peripateticis.[a] Proprium autem propositionum possibilium est, vt affirmatiuæ sequantur negatiuas, & negatiuæ affirmatiuas, hoc est negatiuas possibiles, non negatiuas possibiles: & sunt illæ, quæ affirmant possibilitatem, et negant inuentionem, non autem quæ negant possibilitatem: qm̃ hæ contradicunt possibilibus; sm ꝙ expositũ fuit in enarratione περὶ ἑρμηνείας. & hoc, quoniam ex eo, quòd dicimus, possibile est esse, sequitur quod dicimus, possibile est non esse. hæc nanq; est natura possibilis, hoc est vt sit aptum natum esse & non esse. & hæc consequentia inuenitur in omnibus speciebus oppositorum, quæ sunt in hac materia. & hoc, qm̃ ex eo quod dicimus, possibile est ineſſe omni, sequitur possibile est ineſſe nulli: & ex hoc, quod dicimus, possibile est ineſſe alicui, possibile est non ineſſe alicui: & in contrarium horum duorum. At demonstratio super hoc est: quoniam possibile non est necessariæ inuentionis: & quod possibile est esse, possibile est non esse, cùm non sit necessarium non esse. Propositiones autem, quas hic posuimus negatiuas, re vera sunt affirmatiuæ indefinitæ, sm ꝙ declaratum fuit in libro περὶ ἑρμηνείας: quoniam dictio non, non coniungitur in ipsis cum modo, sed cum dictione inuentionis. & hoc, quemadmodum quod coniungitur cum prædicato in enunciationibus non modalibus. Possibile autem trifariam dicitur. Vno modo possibile vt in plus: vt canescere hominem in senectute, & pubescere in tempore adolescentiæ. Secundo possibile in minus, & hoc est oppositum possibili vt in plus: vt ꝙ non canescat homo in senectute, & non pubescat in tempore adolescentiæ. Tertio possibile secundum æqualitatem, quod æque possibile est esse & non esse: veluti dilaniare hunc pannum, aut non dilaniare. Possibile vero æqualiter ita se habet, vt affirmatiua sequatur negatiuam, & negatiua affirmatiuam æqualiter. Quod autem est in plus, ita se habet, ut affirmatiua ipsius sequatur negatiuam in minus, et negatiua ipsius affirmatiuam in minus. Quod vero est in minus, sic se habet, vt affirmatiua ipsius sequatur negatiuam, & negatiua affirmatiuam sm plus. quoniam enim possibile est, vt homo canescat sm plus in senectute, possibile etiam erit, vt non canescat in ipsa sm minus. De possibili igitur sm minus & possibili æqualiter non agit ars Demõstratiua, sed de ipsis agunt artes multę, quẽadmodum Oratoria agit de possibili æqualiter: & ars Augurandi, & ars Excantandi pertractant de possibili sm minus.[a] Sed intentio in præsentia est dicere, quo scire possimus, quando est, & quando non est syllogismus ex propositionibus possibilibus absolutę, hoc est sm ꝙ sunt possibiles, aut in plus, aut æqualiter, aut in minus: quoniam hoc in libro cõsyderamus de forma, non autem de materia syllogismi.

Hic sumit Philosophus posit, vt comprehẽdit id, qd est in actu, & qd in potentia.

Declaratio definitionis possibilis.

Nõ nec̃ium conuertitur cũ possibili.

Nota qd sit ꝓprię positi.

Alia expositio definitionis possibilis, sm expõnem Abumazaris & aliorum.

a Propriũ ꝓpõnũ possibilium, vt affirmatiuæ sequantur negatiuas, & negatiuæ affirmatiuas.

Demõstratio, qd ꝓpõnib⁹ possibilib⁹ affirmatiuas sequantur negatiuæ, & econtra.

Diuisio possibilis.

De posi sm min⁹ & æqualiter nõ agit ars demõstratiua, sed alix quædam.

a Intẽtio libri est inquisitio, quãdo, & quomodo fiat syllogismus ex propositionibus possibilibus absolutis, de vero possibili, nõ defecendo ad spẽs eius, quibus fiant ex eis syllogismi.

De syllogismis ex ambabus de Contingenti in Prima figura. Cap. XIIII.

Quale sit dictum de omni in propositionib⁹ contingentib⁹.

SEd quoniam cõtingere hoc huic ineſse, bifariam erit accipere: aut enim cui ineſt hoc, aut cui cõtingit ipsum ineſse: A nãq; contingere, de quo B, horum alterum significat, aut de quo dicitur B, aut de quo contingit dici: A vero de quo B, vel A contingit omni B, nihil differt: manifestum igitur ꝙ bifariã dici posset, A contingere omni B ineſse. Primum igitur dicamus, si de quo B contingit ipsi C, & de quo A ipsi B, qs erit et qualis syllogismus: sic enim & propositiones vtrę accipiuntur sm cõtingere. cùm vero de quo B ineſt, A contingat: illa quidem inexistens, illa autem contingens:

contingens. quare ab ijs quæ consimilis sunt figuræ inspiciendum, quemadmodũ & in alijs. Quando itaq; A omni contingat B: & B omni C: erit syllogismus perfectus, ꝙ A omni C contingit ineſse. hoc aũt manifestũ ex definitione: contingere nãq; oi ineſse sic dicebamus.

Prima conjugatio vtilis.



Consimiliter & si A contingit nulli eorum quæ sunt B: B vero contingit omni C: ꝙ A contingit nulli C. de quo enim B contingit, A non contingere, hoc erat nullum omittere contingentium, quæ sub B.

Secunda cõjugatio vtilis.



Cùm vero A omni B contingat: B vero nulli contingat C: per sumptas qdem propositiones nullus sit syllogismus. conuersa autem B c sm cõtingere, idem erit, qui prius. nam, qm̃ contingit B nulli C ineſse, contingit & omni ineſse. hoc aũt dictum est prius. quare quoniam B omni C: A vero omni B: rursus idem efficietur syllogismus.

Tertia cõjugatio vtilis, nõ ex se, sed ob minoris cõuersionẽ.



Cõsimiliter & si ad vtrasq; propositiones negatio ponatur cum eo quod est contingere. dico autem, veluti si A nulli contingit B: & B nulli C. per sumptas enim ꝓpositiones nullus sit syllogismus: conuersis vero, rursus idẽ erit qui prius.

Quarta cõjugatio vtilis, ꝓ vtrumq; ꝓpõnis cõuersionem.



Planum itaque, quòd negatione posita ad minus extremum, vel ad vtrasq; propositiones, aut non fit syllogismus, aut fit quidem, sed non perfectus: ex conuersione nanq; concluditur necessarium.

Sin autẽ hęc quidem propositionum vniuersaliter accepta sit, illa vero in parte, vniuersali posita ad maius extremum, syllogismus erit perfectus. Si enim A omni contingit B: B autem alicui eorum quæ C contingit: A alicui C contingit. hoc autem manifestum ex definitione eius quod est, de omni contingere.

Quinta conjugatio vtilis.



Rursus si A contingit nulli B: sed B alicui C contingit ineſse: necesse A contingere alicui C non ineſse. demonstratio autem eadem.

Sexta cõjugatio vtilis.



Si vero propositio in parte priuatiua accepta fuerit, vniuersalis autem affirmatiua, positione vero consimiliter se habeant: puta, A omni B contingit: sed B alicui C contingit non ineſse: per assumptas quidem propositiones nõ fit manifestus syllogismus: verum si eam quę in parte est cõuerterimus, & ponamus B alicui

alicui c contingere ineſſe, eadem erit concluſio, quæ & prius, quemadmodum in ijs, quæ à principio.



Septa obiectio vtilis, p conuerſionẽ minoris.

Quòd ſi quæ ad maius extremum in parte ſit accepta, quæ vero ad minus vniuerſaliter, ſiue vtræque affirmatiuæ poſitæ fuerint, ſiue priuatiue, ſiue non conſimilis figuræ, ſiue vtræq; indefinite, aut ſecundum partem, nullo modo erit ſyllogiſmus. Nil enim prohibet B tranſcendere A, & non prædicari in æquis. quo autem tranſcendit A, accipiatur C: huic n. neq; omni, neq; nulli, neq; alicui, neque alicui non contingit A ineſſe: ſiquidem conuertuntur propoſitiones, quæ ſecundum contingere, et B pluribus cõtingit, quàm A ineſſe. Amplius & ex terminis planum: ita nanq; ſe habentibus propoſitionibus, primum vltimo et nulli contingit, & omni ineſſe neceſſarium. Termini vero communes omnium, q ex neceſſitate inſit, animal, album, homo: q nõ contingat, animal, album, indumentum.



Omniſi particularius aut indefinitas inutilium cõ ſuga tionũ cõmune exemplum.

Alexãder aſſumit hoſtes minos, tanq; veriores, Album, ambulans, cygnꝰ, coruus.

Planum itaq;, quòd hoc ſe habentibus modo, nullus ſit ſyllogiſmus. Aut enim exiſtẽdi, aut ex neceſſitate, aut contingendi omnis eſt ſyllogiſmus. quòd quidem inexiſtendi ac neceſſarij nõ ſit, planum: affirmatiuus enim priuatiuo tollitur: priuatiuus autẽ affirmatiuo. ſupereſt igitur, vt contingendi ſit. hoc autem fieri nequit: monſtratũ enim eſt, quòd ita terminis ſe habentibus, & omni poſtremo neceſſe eſt primum, et nulli contingere ineſſe. quare eſſe non poſſet contingendi ſyllogiſmus: neceſſarium nanq; non erat contingens. Manifeſtum itaq;, & quòd ſi vniuerſaliter termini exiterint in contingentibus propoſitionibus, ſemper ſit ſyllogiſmus in prima figura: & ſi prædicatiui & ſi priuatiui fuerint, preterq; q, ſi prædicatiui quidem ſint perfectus ſi vero priuatiui, imperfectus. Accipere autem opus eſt contingere, nõ quod in neceſſarijs, ſed ſecundum dictam determinationem. plerunq; autem latet quod tale eſt.

Complicatio Poſſibilis in Prima figura. Cap. XIIII.

POſtea igitur q̃ hoc iam eſt ſtabilitũ, loquamur de ſyllogiſmis, qui componũtur ex propoſitionibus poſſibilibus in Prima figura. Et incipiamus primo ab vniuerſalibus, poſtea à miſtis. & dicamus q numerus ſyllogiſmorum perfectorum concludentium in hac materia, eſt idem cũ numero ſyllogiſmorum concludentium in materia abſoluta & neceſſaria. Et hoc, qm̃, ſi ponamus, omne quod eſt C eſt B poſſibiliter: & omne quod eſt B eſt A poſſibiliter: ſequetur q omne quod eſt C eſt A poſſibiliter. Et hoc planum conſimiliter ex diſpoſitione dicti de omni, aut negationis ab omni. & hoc, qm̃ diſpoſitio eius, quod dicimus, omne B eſt A poſſibiliter, ſignificat q omne illud, quod diſponitur per B poſſibiliter, aut in actu hoc eſt, omne illud, quod eſt B in potentia aut in actu, eſt A poſſibiliter, i. q A de ipſo poſſibiliter dicitur. cùm itaq; poſueri mus, q C diſponitur per B poſſibiliter, ſequitur vt A ſit in C poſſibiliter. Et cõſimiliter ſi maior fuerit vniuerſalis negatiua, & minor affirmatiua vniuerſalis. vt ſi dicamus, omne C eſt B poſſibiliter: & nullũ B eſt A poſſibiliter: ſequitur itidem ex eo, q A eſt pars poſſibiliter ipſius B, vt A negetur poſſibiliter ab omni C. Quòd ſi ex duabus propoſitionibus maiòr vniuerſalis fuerit affirmatiua & minor negatiua, non erit ſyllꝰs: qm̃ non erit in ipſis cõditio dicti de omni, hoc eſt, vt ſit minor extremitas diſpoſita per medium, i. diſpoſita p mediũ diſpõne affirmatiõis, ſm id quod dictum eſt: ſed tã erit ſyllꝰs, eo q propoſitio affirmatiua hac i materia ſequit ex negatiua, ſed nõ erit pfectus: qm̃ monſtratio ſua eſt per rem additam diſpoſitioni dicti de omni, & hoc eſt, quod vocauit Ariſt. hac in materia conuerſionem. & hoc, qm̃ ſi ponamus loco propoſitionis negatiuæ eam quæ ex ipſa ſequitur, i. affirmatiuam, tunc ſequitur vt ex hac efficiatur ſpecies prima huius figuræ, quæ conſtat ex ambabus vniuerſalibus affirmatiuis. Maxima vero vtilitas, quę inuenit in huiuſcemodi ſyllogiſmis, eſt, cùm fuerit vniuerſalis negatiua ſm minus, qm̃ conuertitur in eam, quæ eſt ſm plus, quæq; plus facit. Et conſimiliter cùm fuerint propoſitiones vniuerſales in hac figura negatiuæ, nõ erit ſyllogiſmus perfectus: qm̃ non inuenitur in ipſis diſpoſitio dicti de omni. ſed iam erit ſyllogiſmus perfectus, cùm ambas negatiuas conuerterimus ad affirmatiuas ſequentes ex ipſis, aut conuerterimus negatiuam minorem ad affirmatiuam ſequentem ex ipſa. Maxima autem vtilitas, quæ inuenitur in hac conuerſione eſt, cùm fuerint negatiuæ, ſm minus: qm̃ huiuſcemodi ſyllogiſmi conferunt Dialecticæ: & eſt cautela bona i ea arte. & hoc, qm̃ interrogãs, intendit, vt admittantur propoſitiones ſm plus, vt ex ipſis concludat affirmatiuam ſm plus: & timet ſi inter interrogandum monſtrauerit aliquid ſuper propoſitionibus concludentibus iſtam concluſionem, ne admittat reſpondens. & ideo iterrogat negatiuas ſm minus; nõ enim ſentiet quod ſequitur ex hoc, & admittet eas.

Quòd ſi vna duarum propoſitionum extiterit vniuerſalis & ſecunda particularis, & vniuerſalis ſit maior & particularis minor, ſi minor fuerit affirmatiua, erit

Nota quale ſit dictum de oi in ppõne bꝰ de poſſ.

Ex maiore affirmatiua cõtingente & minore negatiua non fit ſyllꝰ i priꝰ, niſi ad affirmatiuã reducatur.

Syllꝰ ex contingentibus inutiles.

Ondit quare concludẽtes ex termis affirmatiuã neceſſariam & negatiuã neceſſariã, ſunt prorſus inutiles.

Syllꝰ huius miſtionis ual de vtiles in Dialectica.

Syllꝰ cõcludentes in prima figura ex vniformibꝰ de cõtingenti ſũt octo: quatuor pfecti & quatuor imperfecti. Dicit Themiſtius.

Cautela dialectica.

Contra Themiſtium.

Syllꝰ particulares ex ambabus de cõtingenti.

erit ſyllogiſmus perfectus, ſiue maior extiterit vniuerſalis negatiua, ſiue affirmatiua. & hoc planum eſt ex diſpoſitione dicti de omni. Quòd ſi minor fuerit negatiua, nõ erit ſyllogiſmus perfectus: ſed erit imperfectus, cùm minorem conuerterimus ad affirmatiuam, quæ ex ipſa ſequitur. Quòd ſi maior propoſitio extiterit particularis, & minor vniuerſalis, non erit ſyllogiſmus omnino, neq; perfectus, neq; imperfectus: ſiue fuerint ſimul affirmatiuæ, aut ſimul negatiuæ: aut vna ipſarũ affirmatiua & altera negatiua. Et hoc, qm̃ in ipſis non inuenitur diſpoſitio dicti de omni, neq; per conuerſionem, neq; ex ſubſtantia propoſitionum. & hoc, qm̃ ſi dicamus, omne C B: & aliquod B A: nihil prohibet, vt B intret ſub aliquod, quo A tranſcendit B, hoc eſt, quo negatur ab A negatione neceſſaria. quare non ſequit propter hoc, vt ſit omne C A poſſibiliter, & etiam vt non ſit in aliquo ipſius poſſibiliter. qm̃, ſi non fuerit, omne C A poſſibiliter, non erit verum, q nullum C ſit A poſſibiliter. conſimiliter ni verum etiam fuerit, q aliquod C eſt A poſſibiliter, non erit etiam verum, q aliquod C non eſt A poſſibiliter. Iam igitur mõſtratum eſt q oẽs iſtæ ſpecies non concludunt, ſiue fuerint particulares ſimul, ſiue maior particularis & minor vniuerſalis, ex terminis, qm̃ hi concludunt aliqñ affirmatiuam & aliquando negatiuam, hoc eſt negatiuam neceſſariam. Termini autem concludentes affirmatiuam, homo, album, animal. & hoc, quoniam aliquis homo eſt album poſſibiliter: & aliquod album animal poſſibiliter: & concluſio, q aliquis homo eſt animal ex neceſſitate. Concludentes vero negatiuam, pannus, album, animal. & hoc, quoniam aliquis pannus eſt album poſſibiliter: & aliquod album animal poſſibiliter: et concluſio, q nullus pannus eſt a ial. Et conſimiliter accidit, cùm accipimus minorem vniuerſalem, quemadmodũ ſi dicamus, omnis homo poteſt eſſe albũm: & aliquod album poteſt eſſe animal: et omnis homo animal. & omnis pannus poteſt eſſe album: & aliquod album poteſt eſſe animal: & nullus pannus eſt animal, quæ eſt concluſio. Cùm igitur termini accepti in hac compoſitione aliquando ſignificẽt affirmatiuam neceſſariam, & aliquãdo negatiuam neceſſariam, monſtratur q hæc complicatio non eſt ſyllogiſmus oĩno ad concluſionem ex concluſionibus cuiuſcunq; materiæ, hoc eſt, ſiue ponatur abſoluta, ſiue neceſſaria, ſiue poſſibilis. & hoc, qm̃ dum concludit aliquãdo negatiuam neceſſariam, & aliqñ affirmatiuam neceſſariam, ſignificat q non concludit concluſionem aliquam neceſſariam. & qm̃ concludit neceſſariam, ſignificat q non concludit concluſionẽ abſolutam, neq; poſſibilem: qm̃ abſoluta & poſſibilis non ſunt neceſſariæ. Sunt igitur ſyllogiſmorum concludentium hac in figura, & in hac materia ſpecies octo, cũ non numeratur indefinita præter particularem: quatuor perfecti & hæ ſunt, quæ in aliis etiam materijs concludunt: & quatuor imperfectæ, & hæ ſunt appropriatæ huic materiei. Quod autem dixit Themiſtius, q in his quatuor imperfectis non eſt vtilitas penitus. nanq; ſi negatiuę extiterit, & poſuerimus ipſas à principio ſm plus, conuertentur ad eas, quæ ſunt ſm minus, ſed hę ad artem nihil omnino facient: ſin autem propoſitiones iſtę fuerint ſm minus, non flet de ipſis quæſtio in arte aliqua ex artibus, quæ ponunt propoſitiones in quæſtionem, neq; ponuntur etiam principiũ in artibus facientibus quæſtionem: dictũ inquam hoc eſt impoſſibile. qm̃ iam expoſuimus modum, ſm quem fiunt, ac ſm quem conferunt arti Dialecticæ. hoc dicimus, ſi admiſerimus, q ars non faciat propoſitiones ſm minus: qm̃ veriſimile eſt, vt qui de hac natura ſquirit, ipſas etiam faciat. & hæc eſt actio ſcientiæ Diuinæ.

Miſtio Contingentis & Inexiſtentis in Prima figura. Cap. XV.

SIn autem hæc ineſſe, illa propoſitionum accipiatur cõtingere, cùm quæ ad maius eſt extremum contingere ſignificet, & perfecti omnes erunt ſyllogiſmi, & cõtingentis ſecundum determinatam determinationem: cùm vero quæ ad minus, & imperfecti omnes, & priuatiui ſyllogiſmi contingentis, non ſecundum determinationem, ſed eius, quod eſt nulli, aut non omni ex neceſſitate. ſi enim non omni aut nulli ex neceſſitate contingere dicimus, & nulli & non omni ineſſe.

Contingat nanq; A omni B: B vero omni C ponatur ineſſe: quoniã igitur C eſt ſub B: omni autem B contingit A: planum q & C oi contingit, ſit itaq; perfectus ſyllogiſmus.



Prima coniugatio ex contingẽti & de ineſſe, et ſubdens de contingẽti.

Conſimiliter & ſi A B propoſitio extiterit priuatiua: B C vero affirmatiua: & A C quidem contingere: B C autem ineſſe accipiatur: perfectus erit ſyllꝰ, q A contingit nulli C ineſſe.



Secunda ſubdens, & contingens.

Quòd igitur, ſi inexiſtens ad minorẽ ponatur extremitatem, perfecti fiãt ſyllogiſmi, manifeſtum. Sed q dum ecõtrario ſe habeat, erunt ſyllogiſmi, per impoſſibile monſtrandum. ſimul autem clarum erit, & q imperfecti: monſtratio nãq; non eſt ex acceptis propoſitionibus. Cæterum primo dicendũ eſt q, ſi dum A fuerit, neceſſe eſt B eſſe: & dũ poſſibile A extiterit, poſſibile erit & B ex neceſſitate. Sit enim ita ſe habẽtibus, in quo quidem A poſſe: i quo autem B impoſſibile. ſi igit poſſe, qm̃ poſſe eſt eſſe, vtiq; fieret, impoſſe vero, qm̃ impoſſibile, fieri nequeat: ſimul autẽ ſi A poſſibile

sibile, & B ipossibile: cõtingeret vtiq; A factũ esse sine B. si vero factũ esse, & esse: factum nãq;, qñ factum fuit, est. Verum oportet accipere possibile atq; impossibile, non solum in generatione, sed & in eo quod est verificari, & ineſse, & quotcunq; modis aliter dicti possibile: in omnibus enim consimiliter se habebit. Amplius existente A, B esse, non oportet existimare, tanquam si vnum esset A, B fore. nihil nãq; est ex necessitate, vno quopiã existente, sed duobus minimis: sicuti cùm propositiones ita se habeant, veluti dictum est secundum syllogismum. nam, si C de D: D autem de F: & C de F ex necessitate: & si vtrunque possibile, & conclusio erit possibilis. ac si quispiam poneret A propositiones, B vero conclusionem, euenire posset non solum A necessario existente, simul & B esse necessarium, sed & possibili possibile. Hoc autem monstrato, planum, q̃ falso supposito, & non impossibili, & conclusio propter suppositionem falsa erit, & non impossibilis. veluti si A falsum quidem est, non tamen impossibile: cùm vero A sit, B est: & B erit falsum quidem, non tamen impossibile. quoniam monstratum est, quòd A existente, B est: & possibili existente A, erit B possibile: suppositum autem est, A possibile esse, & B erit possibile. si enim impossibile, simul possibile erit, & impossibile idem. Determinatis vero his, insit A omni B: B autẽ omni C contingat: necesse itaq; A omni C contingere ineſse. Non enim contingat: B vero omni C ponatur tanquam inexistẽs: hoc falsum quidem, nõ tamen impossibile. si itaq; A non contingit ipsi C: B vero omni ineſt C: A nõ omni B contingit: fit enim syllogismus per tertiã figuram. verum suppositũ fuerat omni contingere ineſse: necesse igitur A omni C contingere. falso enim suppositio & non impossibili, quod accidit est impossibile.

Ambulans. A. Motum. B. Equus. C.
Al, non ineſſe.
O. ineſſe. O. cõting. O. cõti.
Non cõtingit o. t. Necesse non omni.
C.

Tertia conjugatio concludẽs de cõtingenti, quę p ipose demonstratur I Tertię figurę.

Verum & per primam figuram licet facere impossibile, ponentes B ineſse ipsi C. Si. n. B omni C ineſt: A vero omni B contingit: & C omni contingeret vtiq; A. sed fuerat suppositum non omni contingere.

Ambulans. A. Motum. B. Equus. C.
O. contingit. O. ineſſe.
O. contingit.

Ejusdẽ ostensio per primam figuram.

Sumere vero oportet omni ineſse non secundum tempus determinãtes, puta nunc, aut in hoc tempore, sed simpliciter: nanq; per has propositiones, & syllogismos facimus. Quoniam, si propositio secundum nunc accipiatur, non erit syllogismus. nihil enim fortasse prohibet, aliquando omni moto hominem ineſse, veluti si nil aliud moueretur: motum vero contingit omni equo; sed homini nulli equo ineſse contingit.

Homo. A. Motum. B. Equus. C.
O. ineſſe. O. contingit.
N. necesse.

Sylłus. primꝰ, astruens ꝓpõens de ineſse sumendam esse ſm placitum.

Præterea sit primum animal, medium motum, vltimum vero homo. propositiones itaque consimiliter se habebunt, conclusio vero necessaria non contingens; ex necessitate. n. homo animal.

Animal. A. Motum. B. Homo. C.
O. ineſſe. O. contingit.
O. necesse.

Secũdus idẽ probans.

Manifestum itaque, q̃ vłe accipere oportet simpliciter, & nõ tempore determinãtes.

Rursus sit priuatiua vniuersãliter propositio A B; & sumptum sit A ineſse nulli B; B vero omni contingat C ineſse: his itaque positis, necesse est A contingere nulli C ineſse. Non enim contingat: & B ponatur ineſse C, quemadmodum prius: necesse itaque A alicui eorum, quæ B ineſse: fit enim syllogismus per tertiam figuram. hoc autem impossibile. quare cõtingeret vtiq; A nulli C ineſse. falso enim posito, impossibile quod accidit.

Quarta conjugatio concludens contingit nulli, i. nulli ex necessitate.

A. Al. ineſt. B. C.
N. ineſt. O. cõti.
Cõti. N.
Nõ cõtingit nulli, i. Necesse alicui.
Ineſt omni.
C.

Hic igitur syllogismus non est contingentis ſm determinationem, sed eius quod est, nulli ex necessitate. hæc enim est contradictio factę suppositionis: suppositi enim est, A alicui C ineſse. syllogismus vero ad impossibile oppositæ est dictionis. Amplius & ex terminis manifestum, q̃ non erit conclusio cõtingens. Sit enim in quo A coruus: in quo B discurrens: in quo C homo. nulli itaque B A ineſt: nullum enim discurrens coruus: B vero omni contingit C, omni enim homini discurrere: sed A ex necessitate nulli C. non igitur conclusio contingens.

Coruus. A. Discurrens. B. Homo. C.
N. ineſt. O. contingit.
N. necesse.

Sylł primꝰ probans ex supradicta cõjugatione non conclusi veri contingens.

Sed neque necesaria semper. Sit enim A motum, B scientia, in quo autem C homo. A igitur nulli inerit B; B vero omni C contingit: & non est conclusio necessaria. non enim necesse nullum moueri hominem, sed non necesse aliquem. planum itaq; q̃ conclusio est eius, quod est nulli ex necessitate ineſse. Accipiendi vero melius sunt termini.

Ambulans. Motum. A. Alteratum. Scientia. B. Animal. Homo. C.
N. ineſt. O. contingit.
Al, non necesse.

Hi sunt meliores termini.

Secundꝰ ad idem.

Sed si priuatiuum ad minorẽ ponatur extremitatem cõtingere significans, ex ipsis q̃dem acceptis propositionibus nullus erit syllogismus: conuersa autem secundum contingere propositione, erit quemadmodum in prioribus. Insit enim A omni B; B vero contingat nulli: sic igitur se habentibus terminis, nihil erit necessarium. si autem conuertatur B C, & accipiatur B omni C contingere, fit syllogismus, quemadmodum prius. nam consimiliter termini positione se habebunt.

Disputans. A. Ambulans. B. Homo. C.
O. ineſſe. N. cõtingit. O.
O. contingit.

Quinta conjugatio concludẽs de cõtingenti per minoris conuersionem.

Sed eodem modo & cùm priuatiua extiterint vtraq; interualla, si A B quidem non insit: B vero contingere C nulli accidit; per ipsa quidem accepta fit non necessarium, sed propositione conuersa, quæ est secundum contingere, erit syllogismus. Accipiatur enim A quidem nulli eorum quæ sunt B ineſse: B vero contingat nulli C: per hæc igitur nihil necessarium. quòd si accipiatur B contingere oi C, quod est verum: A B autem propositio similiter se habeat: rursus idẽ erit syllogismus.

Disputans. A. Motum. B. Homo. C.
N. ineſſe. N. cõtingit. O.
N. contingit.

Sexta conjugatio concludens de contingenti per minoris conuersionem.

Si vero non ineſse ponatur B ipsi C, & non contingere non ineſse, non erit syllogismus nullo modo: neq; cùm priuatiua, neque cùm affirmatiua

affirmatiua fuerit A B propoſitio. Termini cõ munes, quòd ex neceſſitate inſit, album, animal, nix: ꝙ nõ contingat, album, animal, pix.



Coniugationes binæ inutiles.

Sumanſ melius termini, albũ, ambulans, cygnꝰ, coruꝰ. Vt vt Alexan. moueri, album, ambulans, ſtans.



Coniugatio alia particularis concludens de contingenti, quę per impoſſibile oſtẽdit.

Planum itaq; ꝙ ſi termini vniuerſales exti terit, & hæc inexiſtens, illa propoſitionũ contingens accipiatur: quando propoſitio quæ ad minorem extremitatem, contingere accipiatur, ſemper fit ſyllogiſmus: prꝛterquam ꝙ aliquando quidem ex ipſis, nonnunq; vero ex conuerſa propoſitione. quando autem horum vterq;, & ob cauſam, diximus.

Quòd ſi hoc vlr, illud vero interuallorum accipiatur in parte, quando quod ad maius eſt extremum, vniuerſaliter ponatur & contingens, ſeu negatiuum ſiue affirmatiuum, quod vero in parte, affirmatiuum & inexiſtens, erit ſyllogiſmus perfectus, quemadmodum & vniuerſaliter terminis exiſtentibus. demonſtratio autem eadem, quæ & prius.



Coniugationes binę particulares, cõcludentes de contingenti, ꝑ dictum de omni.

Cæterum, quando vniuerſale quidem ſit ad maius extremum, ſed inexiſtens non contingens, alterum vero in parte & cõtingens, ſeu negatiuæ, ſiue affirmatiuæ ponãtur vtrꝛque, ſiue hæc negatiua, illa affirmatiua, omnino erit ſyllogiſmus imperfectus. prꝛterquàm quòd hi quidem per impoſſibile monſtrabuntur, illi vero per conuerſionem eius quod eſt contingere, quemadmodum in prꝛcedentibus.



Coniugatio concludens cõtingẽs, quę per impoſſ. oſtenditur.

Erit autẽm ſyllogiſmus per cõuerſionem, & quando vniuerſalis ad maius poſita extremum ſignificet ineſſe, aut non ineſſe: quæ vero in parte priuatiua exiſtens, contingere accipiat. Quemadmodum ſi A omni quidem inest: B autem alicui C contingit non ineſſe. conuerſa enim B C ſecundum contingere, fit ſyllogiſmus.

* aſſt proꝙ. exponit Philop.



Cõiugatiões binæ, concludentes de cõtingenti p minores cõuerſionem.

Sed quando quę ſecundum partem ponitur non ineſſe accipiat, non erit ſyllogiſmus. Termini quod inſit, album, animal, nix: quod non inſit, album, animal, pix. per indefinitum nanq; ſumenda eſt demonſtratio.

Si autem



Coniugationes binę particulares inutiles.

Philoponus accipit hos terminos: Motum, album, ambulans, ſtans.

Si autem vniuerſale ad minus ponatur extremũ, quod vero in parte ad maius, ſiue priuatiuum ſeu affirmatiuũ, vel contingens aut inexiſtens, quomodocunq; nullo pacto erit ſyllogiſmus. Neq; quando in parte, aut indefinitæ ponantur propoſitiones, ſeu contingere accipientes, ſiue ineſſe, aut viciſſim, neq; ſic erit ſyllogiſmus. demõſtratio vero eadẽ, quæ & in prioribus. Termini communes, ꝙ inſit ex neceſſitate, animal, albũ, homo: ꝙ non contingat, animal, album, indumentum.



Omniũ aliarum futilium coniugationum commune exẽplũ.

Planum itaq; ꝙ ſi vniuerſale ad maius ponatur extremum, ſemper fit ſyllogiſmus: ſi vero ad minus, nullius vnquam.

Complicatio Poſſibilis, & Inexiſtentis in Prima figura. Cap. XV.

Ex maiore poſſ. & minore abſoluta fiunt ſyllogiſmi perfecti concludentes ꝑ dictum de oi.

Si maior fuerit abſoluta & mſor poſſibilis, ſyllogiſmi erũt imperfecti: & affirmatiui concludunt concluſionẽ poſſibilem: negatiui vero vel neceſſariã vel poſſibilem.

Conditio dicti de oi in ꝓpõne maiore poſſ. ẽ diuerſa ab illa, quæ reperiſ in maiore neceſſaria & de ineſſe.

DIcamus igitur, ſi fuerit vna ex duabus propoſitionibus abſoluta & altera poſſibilis, ſi fuerit maior propoſitio poſſibilis & minor abſoluta, ꝙ ſpecies ſyllogiſmorũ, quæ inueniuntur in hac cõpoſitione, erunt perfectæ, hoc eſt manifeſtę concluſionis ſm dictum de omni. Sunt autem quatuor ſpecies: hoc eſt concludens vniuerſalẽ affirmatiuam, & vniuerſalẽ negatiuam, & particularem negatiuã, & particularem affirmatiuam. erunt aũt concluſiones ipſarum poſſibiles veræ. Quòd ſi fuerit maior abſoluta & minor poſſibilis, ſyllogiſmi concludentes in hac ſpecie miſtionis hac in figura erunt imperfecti: & ex ipſis concluſio affirmatiua erit poſſibilis, ſiue vniuerſalis fuerit, ſiue particularis: negatiua vero aut poſſibilis erit, aut neceſſaria, ſiue particularis, ſiue vniuerſalis. Sit ergo primũ maior poſſibilis & minor abſoluta, et ſint vniuerſales, dico ꝙ concludunt concluſionem poſſibilem. Puta, in exemplo: ſit omne C B in actu: & omne B A poſſibiliter: & concludit, ꝙ oẽ C A, poſſibiliter. & hoc, qm̃ diſpoſitio eius, quod dicimus, oẽ B eſt A poſſibiliter, ſignificat ꝙ omne quod eſt B in potentia, aut in actu, eſt A poſſibiliter. Quoniam conditio iſta dicti de omni, quæ accipitur in propoſitione maiore poſſibili, eſt diuerſa à conditione dicti de omni, quę accipitur in maiore propoſitione abſoluta aut neceſſaria. & hoc, qm̃ ſi dicamus, omne B eſt A in actu, aut ex neceſſitate, planum ꝙ in pluribus materiebus verificãtur propoſitiones iſtæ de omni eo, quod eſt B in actu tãtum. vt cùm dicimus, omnis homo eſt ambulans, & omnis homo loquitur: qm̃ ambæ propoſitiones iſtæ de eo tantũ verificãtur, quod eſt homo in actu, nõ de eo, quod eſt homo in potentia. in multis autem verificãtur de ambabus diſpoſitionibus ſimul, hoc eſt de omni eo, quod eſt in potentia, & de omni eo, quod eſt in actu, & proprie in materia neceſſaria: vt cùm dicimus, oẽ motum eſt corpus: qm̃ hoc eſt verum de moto in actu, & de moto in potentia. Cùm ergo ita res ſe habeat, commune erit omni materiei in his propoſitionibus, hoc eſt neceſſaria et inexiſtente, vt prędicatum inſit in actu omni illi, quod eſt terminus medius, hoc eſt, ꝙ A inſit ex neceſſitate aut in actu, omni illi quod eſt B in actu. Et propterea inquit Ariſto. in hac miſtione, ſi fuerit maior abſoluta & minor poſſibilis, ꝙ ſyllogiſmi erunt imperfecti. quoniam cùm minor ſit poſſibilis, & maior abſoluta aut neceſſaria, non cõprehendit ipſam conditio dicti de omni vniuerſalis * omni materiei. oportet igitur illud reijcere, quod concludit ſm partem materiarum: quemadmodum reijcitur cõcluſio ex ambabus affirmatiuis in ſecunda figura, licet concludant in aliqua materia. Sed diſpoſitio propoſitionis poſſibilis eſt diuerſa ab hoc: hoc eſt, quoniam in omni materia verificatur ꝙ A dicitur poſſibiliter de omni eo, quod eſt B in actu, aut in potẽtia. cùm enim dicimus, omne quod eſt hõ, poteſt ambulare, verificatur de omni eo, quod eſt homo in potentia & homo in actu, & conſimiliter ſe habet res in reliquis materiebus. & hoc per ſe manifeſtum eſt ex inductione materiarum. & ignoro, quõ hoc latuit expoſitores, cùm res in hoc ſit manifeſtiſſima.

* alii cõis.

Quod ſit dictũ de oi in ꝓpone poſſ.

Poſtea vero q̃ hoc eſt ſtabilitum, dicamus, ſi fuerit diſpoſitio dicti noſtri, oẽ B eſt A poſſibiliter, ꝙ vult de oi, quod eſt B in actu aut in potentia A, prædicari poſſibiliter: deinde poſuerimus, ꝙ omne C eſt B in actu: planũ ꝙ A dicetur de omni C poſſibiliter. Conſimiliter declarabitur res, cùm maior extiterit vniuerſalis negatiua poſſibilis, & minor vniuerſalis affirmatiua abſoluta, ꝙ concluſio erit negatiua poſſibilis ex eadem diſpoſitione dicti de omni, cuius conditio eſt in maiore propoſitione negatiua poſſibili. & hoc, qm̃, cùm dicimus nullum B eſt A poſſibiliter, volumus ꝙ nulla res, quæ ſit B in potentia aut in actu, ſit A poſſibiliter: deinde ponamus ꝙ C ſit B in actu: ſequitur, ꝙ C non ſit aliquid ex A poſſibili. Quòd ſi fuerit maior abſoluta, & minor poſſibilis, non erit ſyllogiſmus perfectus: qm̃ conditio prædicationis abſolutæ veræ in omni materia (quemadmodum diximus) eſt, vt ſit de rebus quæ actu inueniuntur, non in potentia. quare cùm poſuerimus, ꝙ oẽ B eſt A in actu, i. omne quod eſt B in actu, eſt A in actu: et cõtinxerimus huic, ꝙ C eſt A poſſibiliter: manifeſtum eſt ꝙ C non ingreditur ſub cõditionem dicti de omni. & ſpecies iſta ſyllogiſmorum non eſt manifeſtę concluſionis per ſe, hoc eſt ex propoſitionibus per ſe, ſed ex alio, quod accipitur ex propoſitionibus poſitis. hęc autem eſt conditio ſyllogiſmorum imperfectorum. Et propterea dixit Ariſtoteles de ſpecie hus ſyllogiſmorum, quorum maior in hac miſtione eſt abſoluta et minor poſſibilis, ꝙ ſunt imperfectæ: & exeogitat aut oſtenſionem ipſarum per impoſſibile, & adducit ad oſtenſionem ſyllogiſmorum imperfectorum, ꝙ falſum in poſſibile nõ ſequitur ex falſo poſſibili. Sed ad hoc monſtrandum primo affert, ꝙ, cùm fuerint duo, quorum vnũ eẽ ſequitur ex eo, ꝙ ſecundũ ſit ſm cõſequentiam

Syllo. ex maiore abſoluta, & minore poſſibili.

Ex falſo poſſibili non ſequitur falſum abſolutum: & hoc docẽtur hic Arabs.

oportet

Ex aſſite poſſibili ſequit conſequēs: & hoc intelligit Auer. & poſſibili cōtradictū impoſſibile.

oportet ex neceſſitate vt concluſio ſit. ſequitur ex his duobus, cùm prius, quod eſt antecedēs, neceſſario eſt, vt ſecundum etiam, quod eſt cōſequens, neceſſario ſit: cumq; prius eſt poſſibiliter, conſequens itidem eſt poſſibiliter, hoc de poſſibilitate cōi, quæ contradicit impoſſibili. Exemplum huius. qm̄ cùm poſuerimus, q; ſi eſt A, vt ſit B, hoc eſt ſi inuentio B ſit per ſe ex inuentione A: ſequitur, ſi A eſt neceſſariū, vt B etiam ſit neceſſarium: & ſi A fuerit poſſibile, vt B etiam ſit poſſibile. Sit ergo primum A poſſibile: dico q; B, quod ſequit ex A, erit etiam poſſibile. Mōſtratio huius. qm̄ ſi fuerit non poſſibile: & volo per non poſſibile remotionem oium intentionum, quas ſignificat nomē poſſibile, quod eſt negatum verificatum de impoſſibili: poſſibile ergo in tempore, in quo eſt poſſibile, poterit trāſire in actum. cùm igitur poſuerimus A poſſibile, & B non poſſibile, iam poterit A eſſe & exire in actum abſq; hoc q; B ſit: ſed iam poſuimus, q; ſi eſt A, eſt B: ſequitur igitur, vt B ſit & non ſit ſimul: quod fieri nequit, & non cohæret. oportet ergo, ſi eſt A poſſibile, vt B etiam ſit poſſibile: quæcunq; ſpecies accidat eius, de quo dī nomen poſe. Cùm itaq; ſit hoc ſtabilitum, dico q; non ſequitur ex falſo poſſibili, falſum impoſſibile. Exēplum huius, qm̄ ſi poſuerimus A eſſe falſum poſſibile, hoc eſt poſſibile, vt ponatur eſſe in tempore, in quo non eſt: dico q; B eſt falſum poſſibile, non falſum impoſſibile, hoc eſt falſum æternum. Exemplum huius, ſi fuerint propoſitiones, aut vna ipſarum falſa poſſibilis, fieri nequit, vt concluſio ſit falſa impoſſibilis. & hoc, quoniam, ſi fuerit A falſum, & ipſum in tempore falſitatis poſſibile verum: & iam poſuerimus, ſi A poſſibile verum, q; & B poſſibile verum, & poſſibile non eſt falſum impoſſibile: erit ergo B poſſibile & non poſſibile ſimul: quod fieri nequit & non cohæret. quare, cùm fuerit vna propoſitionum ſyllogiſmi, aut ambæ falſę poſſibiles, non erit concluſio falſa impoſſibilis, ſed falſa poſſibilis.

Oſtdit q; ex abſoluta & minore poſi affirmatiuis ſequitur cōcluſio poſſibilis.

Cùm itaq; ſit hoc ſtabilitum, ponamus binas propoſitiones vniuerſales, quarum maior ſit affirmatiua abſoluta, & minor affirmatiua poſſibilis: veluti ſi oē C ſit B poſſibiliter: & omne B A in actu: dico, q; iſta cōpli- 40
catio ſemper concludit q; C poteſt eſſe A. quod mōſtratur. Si enim non fuerit, poſſibile eſt omne C eſſe A, erit cōtradictorium ſuum, non poſſibile eſt omne C eſſe A: ſed iam poſueramus omne C poſſe eſſe B: ſi igitur poſuerimus propoſitionem iſtam in actum, hoc eſt, omne C eſſe B in actu, quod eſt falſum nō impoſſibile: & ipſam coniunxerimus ei, quod ſequit ex dicto nr̄o, non poſſe eſt oē C eē A: concludeē nobis i figura tertia, q; aliquod B ex neceſſitate nō eſt A. qm̄ cū eo, quod dicimus, non poſſe eſt oē C eē A, uerificaī qđ dicimus, aliqđ C nō eſt A 50
ex neceſſitate. fient igit nobis in tertia figura binę propoſitiones: quarū vna ē affirmatiua abſoluta, & ſecunda particularis neceſſaria negatiua, concluſio vero ex neceſſitate particularis neceſſaria negatiua, vt ſupra dictum fuit. aliquod igitur B non erit A ex neceſſitate: atqui iam poſueramus, omne C eſſe in actu: quod eſt contradictorium concluſionis, quodq; fieri nequit, & non cohæret. falſum igitur ac impoſſibile ſequitur neceſſario ex propoſitione, quam coniunximus propoſitioni falſæ poſſibili, & qua dicebamus non poſſibile eſt om- 60
ne C eſſe A ex neceſſitate. quoniam ex falſo poſſibili nō ſequitur falſum impoſſibile, ſm̄ q; declaratum fuit. illud igitur ex quo ſequitur impoſſibile eſt impoſſibile. Cùm itaq; ſit falſum quod dicimus, aliquod C non eſt A ex neceſſitate: quod ſequit ex eò, quod dicimus, non poſſibile eſt omne C eſſe A: ergo quod dicimus, non poſſibile eſt omne C eē A falſum. cumq; hoc ſit falſum, erit cōtradictorium ſuum verum, quod eſt, omne C poteſt eē A. Iā igit ex hoc planū, q; cōcſo huius ſyll̄i eſt poſitis.

Atqui ſi fuerit falſum, quod dicimus, non poſſibile & deſtruat omnes diſpoſitiones, de quibus dicitur poſſibile: ſequetur iam vt poſſibile quod eſt verū, quodq; eſt concluſio huius ſyllogiſmi, ſit non tantum poſſibile proprium, ſed quæcunq; accidit ex ſpeciebus illius, de quo dicitur nomen poſſibile: hoc eſt, quod contradicit impoſſibili ita, vt concludat ſyllogiſmus iſte tres concluſiones, abſolutam, poſſibilem, & neceſſariam, aut rem procedentem proceſſu generis ad iſta tria. & hoc eſt, quod ſignificamus, cùm dicimus non impoſſibile. hoc autem ipſi accidit, eò q; priuatur conditione dicti de omni. Sed quomodo dixit in hoc Ariſto. q; eſt poſſibile proprium? videtur igitur, vt hoc dicat, q; illud concluditur in hoc ſyllogiſmo, de quo iudicium fertur, q; ſit vtiſſimum ipſorum. Niſi nobis contradicat aduerſarius, q; hæc concluſio neceſſario ſequetur, quēadmodum inter enunciationes de indefinita iudicium ferimus, q; ob vilitatem potētiam habeat particularis. cōſydera igitur iſtud: quoniam hoc latuit expoſitores.

Atqui accidit huic complicationi, vt concludat in hunc modum: hoc eſt q; non concludit aliquando affirmatiuam neceſſariam, & aliquādo negatiuam neceſſariam: quemadmodum eſt diſpoſitio in ſyllogiſmis nō concludentibus: cùm accepta fuerit abſoluta propria, quæ eſt ea, de qua verificatur prædicatio vniuerſalis abſoluta: hoc eſt in qua atteſtatur ſenſus, prædicatum ipſius ineſſe omni ſubiecto in omni tempore aut plurimo ipſius. & hæ ſunt propoſitiones, quæ inueniūtur per inductionem, in qua perficiuntur omnes partes: 30
quemadmodum omnis coruus niger, & omnis nix alba. Differentia vero inter ipſas & neceſſarias eſt, quoniam de iſtis exiſtimat animus ipſarum poſſibilitatem in pauco tempore futuro priuari poſſe: de neceſſarijs vero non exiſtimat hoc: quoniam in ipſis cogitat proportionem eſſentialē, quæ eſt intra prædicatum & ſubiectum. Ex iſtis igitur abſolutis, quemadmodum inquit Ariſt. fiunt plurimi ſyllogiſmorum: ex abſolutis vero, quæ inueniuntur in pauco tempore, vt q; omne motum ſit homo, planum non fieri ſyllogiſmum, ſed multo magis tantum cum poſſibili: quemadmodum non fit ſyllogiſmus ex poſſibilibus ſm̄ minus. cùm igitur hæc abſoluta, hoc eſt de qua non verificatur prædicatum vniuerſaliter niſi in pauco tempore, accepta fuerit maior, & minor poſſibilis, aliquando concludetur affirmatiua, et nonnunq; negatiua. Cauſa autem huius eſt, qm̄ hæc abſoluta ita ſe habet, vt uniuerſaliter verificetur in tempore præſenti: minor vero ex parte qua eſt poſſibilis, non comprehenditur ſub maiore, cū poſſibile ſueniatur etiam in futuro. Et hoc eſt, vt arbitror, quod determinauit Ariſtoteles, vt propoſitiones vniuerſales accipiantur veræ in tribus temporibus: nō autem quod exiſtimauit Abumazar, q; hæc determinatio ſit ſm̄ diſpoſitionem dicti de omni. nō enim poteſt eſſe dictum de omni in propoſitione maiore abſoluta vera vniuerſaliter in tribus temporibus, niſi in aliqua materia. & hoc vt verificetur A ineſſe actu omnitilli, quod eſt B in potentia aut in actu. quod cū ita fuerit, cōplicatio ex hoc concludet ſm̄ dictum de omni: qm̄ Ariſtoteles præcepit propoſitiones abſolutas non fieri niſi in hac materia. Quid igitur voluit, cùm dixit ipſam non concludere ſm̄ dictum de omni: hoc eſt, cùm abſoluta miſcetur poſſibili, & monſtrauit eam concludere per impoſſibile? Quid etiam voluit, cùm ait, q; aliquando concludit affirmatiuam, & aliquando negatiuam? ſequitur ergo vt hæc abſoluta non ſit ea abſoluta, quam oſtendit concludere per deductionem ad impoſſibile: & ita conditio, q; ipſa concludat ſm̄ dictum de omni, colligitur eſſe vera in aliqua materia, non in omni. Neq; eſt etiam præceptum, quod intellexit, vt propoſitio

Nota q; hę verba obſcura nō habent in aliis translationibus, vſq; ad illa. Atqui. et poſt hic incipit digreſſio.

Nota quę ſit ppō abſoluta, ppria, & ſyderandum in cōſiderationibus, an ex hmōdi ſit ponit ei⁹ſmodi conſequentia ſortes hoc ſpōsitum eſt lex. optimo.

Cōtra Themiſtium, q; Philoſophus per abſoluta non intellexit eam, de qua Themiſtius.

Nota, q; male arguit cōtra Alexan. hic. qm̄ aliī accipit hic ppōnē abſolutā Alex. q; accepit ſupra? diuiſione ppōnum. Hic eſt finis digreſſionis.

Nota ſi maior fuerit negatiua de inteſſe, minor poſitiua affirmatiua, concludit cōclō negatiua poſſibilis de poſſibili cōi ad neceſſarium & poſſibile. Nota hic vt velle modus ēt affirmatiuum concludere concloſo nē poſſem de poſſ cōi, cuius oppoſitus ſupradictum ſit.

Contra Themiſtium, q; Philoſophus per abſoluta non intellexit eam, de qua Themiſtius.

propoſitio abſoluta apud ipſum ea ſit, quę comprehendit poſſibilem et neceſſariam, quemadmodum ex ipſo licellexit Themiſtius: propterea q; propoſitio hæc, hoc eſt abſolutaꝫ ſecundum hanc diſpoſitionem non inuenitur extra intellectum. Atqui intentio ipſius eſt connumerare modos propoſitionum annexos modis entis, aut primis ſcitis. Quòd ſi intentio Ariſto. in modis eſt enumerare differentias propoſitionum ex parte inuentionis & cognitionis, non erit vtilitas in abſoluta ſecundum opinionē Theophraſti & Themiſtij. Quòd ſi voluit connumerare ex parte ſcitorum primorum, quæ nobis inſunt ſecundum naturam, iam in ipſis erit vtilitas: quoniam multa ſunt, in quibus ſcimus prædicatum ineſſe ſubiecto, & ignoramus an inuentum fuerit poſſibiliter, an vero neceſſario. Credibile igitur eſt, vt de abſoluta binas conceperit intentiones ſimul: hoc eſt vt ſit abſoluta ſecundum ſcientiam, & abſoluta ſecundum inuentionem & ſcientiam. & hæc ea eſt, quā definiuimus: non autem ea, de qua meminit Alexander: quoniam ex hac nō componitur ſyllogiſmus, niſi per accidens, hoc eſt in tēpore determinato. cùm enim miſceē cum poſſibili, non complicatur ex ipſa ſyllogiſmus omnino, hoc eſt, vt minor ſit poſſibilis. Secūdum igitur expoſitionē iſtam remouentur dubitationes cadentes ſuper te viri huius. cū hoc etiam, q; expoſitio iſta vera eſt, & conueniens ſententiæ ipſius i hac arte.

Ariſtoteles autem monſtrat per terminos acceptos ex materijs, q; ſi in tali miſtione accipiatur abſoluta inuenta in pauco tempore in actu, q; inquam non erit omnino ſyllogiſmus concludens: qm̄ aliquando colligit negatiuam neceſſariam, et aliqn̄ affirmatiuā neceſſarā. Termini concludentes negatiuam, homo, motū, & equus: homo minor, motum medius, equus maior. & hoc, quoniam poſſibile eſt omnem hominē eſſe motū: & omne motum in aliquo tempore erit animal, pura in quo nil aliud moueatur, niſi aīal: & concluſio affirmatiua neceſſaria, quæ eſt, omnis homo animal. Cùm igitur reſta ſit, abſoluta, quæ accipitur, ea erit, quæ non appropriabitur tēpori p̄ter aliud tempus, vt ex ipſius diſpōne ſciamus eam non eſſe neceſſariā, aut ignoreē hoc: qm̄ maxima pars ppoſitionum eſt iſtius diſpoſitionis.

Sin autem exiterit propoſitio vniuerſalis maior negatiua abſoluta, & minor vniuerſalis affirmatiua poſſibilis, dico q; ipſa cōcludit negatiuam poſſibilem ſm̄ participationem nominis: hoc eſt, quæ dicitur de poſſibili et neceſſaria. Cùm igitur dicimus hos ſyllogiſmos concludere, hoc volumus, q; non concludunt affirmatiuam aliquando, & negatiuam aliquando: ſed concludunt, aut affirmatiuam tantum, aut negatiuam ſolummodo. attamen negatiua et affirmatiua in ipſis dicitur de pluribus intentionibus: & hæc eſt vna ex cauſis, ob quam dicimus, quòd non eſt perfectus. Exemplum huius, ſi dicamus, omne C eſt B poſſibiliter: & nullum B A abſolute: dico igitur q; ex hoc concluditur, nullum C A poſſibiliter: & aliquando erit concluſio, nullū C A 60
neceſſario. Monſtratio huius. qm̄, ſi non eſt verum, quod dicimus, poſſibile eſt nullum C eſſe A, ſit verum ſuū contradictorium, non poſſibile eſt nullum C eſſe A: ergo ſequitur, vt aliquod C ſit A ex neceſſitate: & hoc eſt manifeſtæ conſequētiæ per ſe. ſi igitur aliquod C ſit A ex neceſſitate: & omne B in actu: & hoc translata propoſitione poſſibili hac in figura ad abſolutam, fiet ſyllogiſmus in tertia figura ex binis propoſitionibus affirmatiuis, quaꝝ vna eſt particularis neceſſaria ma-

ior, & ſecunda vniuerſalis abſoluta minor. ſed iam declarauimus q; hic concludit particularem neceſſariam per poſitionem. & hoc, qm̄ redit ad ambas affirmatiuas vīes in tertia figura, quaꝝ maior eſt neceſſaria, & concludit particularem neceſſariam affirmatiuā, hoc eſt, aliquod B eſſe A ex neceſſitate. ſed iam poſitum fuerat in ſyllogiſmo, q; nullum B eſt A: quod fieri non poteſt, et non cohæret, impoſſibile autem non ſequitur ex falſo poſſibili: ſequitur ergo ex eo q; poſuimus, aliquod C eſſe A ex neceſſitate. atqui ſi hoc falſum, verum erit ſuum contradictorium: veluti ſi dicamus, non neceſſe eſt C eſſe A, & hoc verificatur cum eo, quod eſt C non eſt A poſſibiliter, & non A neceſſario. & propterea erit concluſio ſyllogiſmi huius aliquādo negatiua neceſſaria, & aliquando negatiua poſſibilis. Hoc autē monſtratur ex terminis. ſit enim loco C homo, loco B intelligens, & loco A coruus: & complicetur hunc in modum, poſſibile eſt omnem hominem eſſe intelligens: et intelligens eſt coruus: & concluditur, nullus homo eſt coruus, quæ eſt negatiua neceſſaria. Sit etiam conſimiliter C homo, B ſapiens, et A motum, & ita complicetur ſyllogiſmus, poſſibile eſt omnem hominē eſſe ſapiens: nullum ſapiens eſt motum ſecundum ſapientiā ſuam: et concluditur, poſſibile eſt omnem hominem non eſſe motum, quæ eſt negatiua poſſibilis. Verum oportet, ſi voluerimus quo perficiatur ex hoc cōuenientia, aut quod eſt proximum conuenientiæ, vt fiat inductio in hac complicatione in pluribus materijs. inueniet enim res ita ſe habere: hoc eſt q; concludit aliquando negatiuam neceſſariam, & aliquando negatiuam poſſibilem. Quòd ſi fuerit hac in figura minor negatiua poſſibilis, non erit ſyllogiſmus perfectus. quoniā conditio figuræ iſtius eſt, q; minor ſit affirmatiua. verum ſi conuerſa fuerit negatiua poſſibilis ad affirmatiuam poſſibilem erit ſyllogiſmus, qui præceſſit. Et conſimiliter accidit, cùm extiterint ambæ propoſitiones negatiuæ hac in miſtione, & minor fuerit poſſibilis, hoc eſt q; nihil cōcludit, niſi conuertaē poſſibilis ad affirmatiuam.

Exēplum in terminis, q; cōcludat negatiua neceſſaria: aliqn̄ negatiua poſſibilis.

Syllē perfectus ex cōuerſione.

Sin autem minor in hac figura fuerit negatiua abſoluta, nō erit ſyllogiſmus concludens, ſiue maior fuerit negatiua poſſibilis, aut affirmatiua poſſibilis. Termini concludentes affirmatiuā neceſſariam, nix, animal, & album. & hoc, quoniam nulla nix eſt animal: & poſſibile eſt omne animal eſſe album: & concluſio, omnis nix album, quæ eſt affirmatiua neceſſaria. Termini vero concludēres negatiuam, pix, animal, album. & hoc, quoniā omnis pix non eſt animal: & omne animal poteſt eſſe album: et concluſio, nulla pix poteſt eſſe albū, quæ eſt negatiua neceſſaria. Iam igit declaratum eſt, cùm fuerint ambę propoſitiones vniuerſales hac in miſtione, quando erit, & quādo non erit ſyllogiſmus concludens, quiſq; ex ipſis perfectus, & quis imperfectus. & declaratum eſt etiam, quando in imperfectis concluſio erit manifeſta per ſyllogiſmum ad impoſſibile, & quando per conuerſionem,

Syll̄i penitus imperfecti.

Sed cū fuerit altera duarū propoſitionū huius miſtionis vīs, & altera particularis, & maior poſſibilis vniuerſalis, ſiue negatiua, ſiue affirmatiua, & minor affirmatiua particularis, erit ſyll̄s perfectus eodē modo, quo quando propoſitiones vtræq; erant vīes, & maior poſſibilis, & minor abſoluta, & modus concluſionis erit idem illi modo, hoc eſt poſſibilis, præterquam q; hic eſt particularis & illę vīs. et hoc manifeſtum ex intentione dicti de omni, quemadmodum & in illis.

De ſyll̄is particularibus.

Si vero fuerit maior propoſitio vniuerſalis & abſoluta, non autem poſſibilis, & minor particularis poſſibilis, ſiue fuerint ambæ propoſitiones affirmatiuæ, ſiue vna ipſarum affirmatiua, & altera negatiua, erunt ex hoc ſyllogiſmi concludentes imperfecti, & ex ipſis

aliqui monſtrantur per impoſſibile ad ſimilitudinem monſtratorum per impoſſibile in miſtione ex ambabus propoſitionibus vniuerſalibus: aliꝰ vero mõſtrantur per conuerſionem, puta, cùm fuerit minor particularis negatiua poſſibilis, quemadmodum ſe habebat res, & cùm erat negatiua vniuerſalis. Sin autem extiterit minor negatiua abſoluta nõ erit ſyllogiſmus. Terminꝰ concludentes affirmatiuam, nix, animal, & albũ. & hoc, quoniã aliqua nix non eſt animal: & omne animal poteſt eſſe album: & concluditur, aliqua nix eſt album. concludentes vero negatiuam, pix, animal, & album. & hoc, quoniam aliqua pix non eſt animal: & oẽ animal poteſt eſſe album: & concluſo, aliqua pix non eſt album, quæ eſt negatiua neceſſaria particularis. Quòd ſi accepti fuerint termini iſti indefiniti loco particularium, & non fuerimus imaginati in ipſis quod imaginabamur in particularibus, ſecundum quòd dicebamus, aliqua nix non eſt animal, quòd pars ipſius ſit animal, oportet quòd ſtabiliatur per terminos, qui ſint communes particularibus, & indefinitis.

Si vero extiterit propoſitio vniuerſalis minor, & particularis maior, ſeu negatiua, ſeu affirmatiua, aut poſſibilis, aut abſoluta, non erit ex hoc ſyllogiſmus. Et conſimiliter ſi fuerint ambæ propoſitiones particulares, aut indefinitæ, non erit ſyllogiſmus, ſiue maior fuerit abſoluta & minor poſſibilis, ſiue ecõuerſo. demonſtratio autem huius eſt demonſtratio de his ſpeciebus in materijs nõ miſtis. Termini concludentes affirmatiuam neceſſariam in iſtis, cùm fuerit maior particularis, homo, album, & animal: homo minor, album medius, & animal maior. concludentes vero negatiuam, parꝰnus, album, & animal. Sed iam declaratum fuit ex hoc, quis concludat in hac ſpecie miſtionis in iſta figura, hoc eſt in prima, et quis non concludat, & quis perfectus, & quis non perfectus.

Miſtio Neceſſarij & Contingentis in Prima figura. Cap. XVI.

CVm vero hæc quidẽ propoſitionum ex neceſſitate ineſſe aut nõ ineſſe, hec autem contingere ſignificet, ſyllogiſmus quidem erit, eodem modo ſe habẽtibus terminis, & perfectus, quando ad minorem extremitatem ponatur neceſſarium. Concluſio vero, ſi termini fuerint p̃dicatiui, erit eius quod eſt contingere, & non eius quod eſt ineſſe, & vniuerſaliter & non vniuerſaliter poſſitis. Sed cùm hoc quidem affirmatiuum ſit, illud vero priuatiuum, quando affirmatiuum quidem neceſſarium ſit, eius quod eſt contingere, & non eius quod eſt non ineſſe: cùm vero priuatiuũ & eius quod eſt contingere non ineſſe, & non ineſſe, & vniuerſalibus & non vniuerſalibus terminis exiſtentibus. Contingere autem in concluſione eodem pacto accipiendum, quo & in prioribus. Eius vero quod eſt ex neceſſitate non ineſſe, nõ erit ſyllogiſmus. alterum enim eſt, non ex neceſſitate ineſſe, & ex neceſſitate non ineſſe. Quòd itaque, ſi termini affirmatiui extiterint, non ſit concluſio neceſſaria, planum. Inſit nanq; A omni B ex neceſſitate: B autem contingat omni C: erit vtique ſyllogiſmus imperfectus, in-

quòd A cõtingit omni C ineſſe. Quòd autem imperfectus ex demõſtratione manifeſtum: nã epdẽ mõſtrabit pacto, quo et in prioribus.



Prima cõiugatio, cõcludens contingens, quę per impoſſibile demonſtratur iterata figura.

Rurſus A contingat omni B ineſſe: B vero omni C inſit ex neceſſitate: erit vtiq; ſyllogiſmus quòd A omni contingit C ineſſe: ſed non quòd ineſt. & perfectus, non autem imperfectus: ſtatim nanque perficitur per propoſitiones, quæ à principio.



Secunda cõiugatio, concludens contingens per dictũ de oi.

Si autem non conſimilis figuræ propoſitiones extiterint, ſit primum priuatiua neceſſaria, & A nulli contingat eorum quę B ex neceſſitate: B vero omni C cõtingat: neceſſe itaque eſt A nulli C ineſſe. Ponatur enim inexiſtens, aut omni, aut alicui: B vero ſupponebatur nulli cõtingere: qm̃ itaq; conuertitur priuatiuum, & B nulli cõtingit A: A vero omni C, aut alicui ponitur ineſſe: quare nulli aut non omni C cõtingeret B ineſſe: ſupponebatur autem à principio omni cõtingere. Sed manifeſtũ & qm̃ eius quod eſt cõtingere nõ ineſſe, efficit ſyll̃s: ſiquidẽ & eius quod eſt nõ ieſſe.



Tertia cõiugatio concludẽs de ineſſe, quæ per impoſſibile demſtratur in prima figura.

Rurſum

Rurſum ſit affirmatiua propoſitio neceſſaria, & A contingat nulli B ineſſe: B vero omni C inſit ex neceſſitate: ſyllogiſmus itaq; erit perfectus: ſed nõ eius, quod eſt non ineſſe, ſed eius quod eſt contingere non ineſſe. nanque propoſitio ſic accepta, fuit, quæ eſt à maiori extremo. Et ad impoſſibile non eſt ducere. ſi enim ſupponatur A nulli C ineſſe, poſitum eſt autem & B nulli contingere ineſſe, nihil accidit propter hæc impoſſibile.



Quarta cõiugatio cõcludens de contingenti per dictũ de nullo.

Si vero ad minus extremum ponatur priuatiuum, quando cõtingere quidem ſignificet, ſyllogiſmus erit per cõuerſionem, quemadmodum in prioribus.



Quinta cõiugatio cõcludens de contingenti per cõuerſionẽ.

Sed quando non cõtingere, non erit: neq; quando ambo ponantur priuatiua, nõ ſit autem contingens, quod ad minus. Terminꝰ vero ijdem, eius quod eſt ineſſe, album, animal, nix: nõ inexiſtendi, album, animal, pix.



Coniugationes binæ inutiles.

Alex. p. ala. li aſſumit. equum Philipp. vero aſſumit albus, equus, &c. gna, corna.

Cæterum eodem pacto ſe habebit & in ſyllogiſmis in parte. Nam cùm priuatiuũ ſit neceſſarium, & concluſio erit eius quod eſt non ineſſe. Veluti ſi A nulli eorum quę ſunt B contingit ineſſe, neceſſe eſt A alicui eorum quæ ſunt C non ineſſe. Si enim omni ineſt: nulli vero B cõtingit, & B nulli X cõtingit ieſſe. * quare ſi A quidem omni C ineſt: B vero nulli A: ipſum B nulli eorum quæ C contingit.

* Al. l. quare ſi A omni C ineſt. B nulli eorũ quę C cõtingit: verum ſuppoſitũ fuerat, alicui contingere.



Contingatio particularis prima cõcludens de contingẽti, quę per impoſſ. monſtratur.

Sed cùm particulare affirmatiuum, quod eſt in ſyllogiſmo priuatiuo, neceſſarium ſit, vt B C: aut vniuerſale in prędicatiuo, vt A B, nõ erit eius quod eſt ineſſe ſyllogiſmus. demonſtratio vero eadem, quæ & in prioribus.

Contingatio cõcludẽs de cõtingenti pdictũ de nullo.



Tertia cõtingatio, cõcludens de contingenti, quę p impoſſibiles monſtrat i tertia figura. Poſſes ex hac facere & aliam coniugationem, ſi minorem ſceris negatiuam, & oſtendetur per eãdem cõuerſionẽ.

Si autem vniuerſale ponatur ad minus extremum, aut affirmatiuum, aut priuatiuum contingens: quod autem in parte neceſſarium ad maius extremum: non erit ſyllogiſmus. Terminꝰ eius quod eſt ineſſe ex neceſſitate, animal, album, homo: non inexiſtendi autem, animal, album, indumentum.



Prima cogitatio Inſtitu.

Cùm vero vniuerſale neceſsariũ ſit, quod autem in parte contingens, vniuerſali exiſtente priuatiuo, terminí eius quod eſt ineſse, aial, album, coruus: non inexiſtendi, aial, album, pix.



Secunda.

Si vero affirmatiuũ fuerit, aial, albũ, cygnus: eius vero q̃d eſt nõ contingere, aial, albũ, nix.



Tertia.

Neq; q̃n indefinitæ acceptæ fuerint, ꝓpoſitiones, aut vtræq; ſm partem, neq; ſic erit ſyllogiſmus. Termini cões inexiſtendi, aial, album, hõ: non inexiſtendi, aial, album, inanimatum. nanq; animal alicui albo; & album inanimato alicui, & neceſſariũ ineſse & nõ contingit ineſse. Et in eo quod eſt cõtingere conſimiliter. quare ad omnia termini ſunt vtiles.

Quarta.

Planum itaq; ex dictis, q̃ terminis conſimiliter ſe habentibus, & in eo quod eſt ineſse, & in neceſſarijs, ſit &, non ſit ſyllogiſmus. præterq; q̃ ſi ſecundum ineſse ponebatur priuatiua propoſitio, eius quod eſt cõtingere erat ſyllogiſmus: verum ſi ſecũdum neceſſarium priuatiua, & eius quod eſt contingere, & eius quod eſt non ineſse. Manifeſtum autem, & q̃ omnes ſyllogiſmi imperfecti, & quod perficiuntur per prædictas figuras.

Tractatus de miſtione Neceſſarie & Poſſibilis in Prima figura. Cap. XVI.

CVm vero exiterit vna propoſitionũ ſyllogiſmi poſſibilis, & altera neceſſaria, ſpes ſyllogiſmoꝝ concludentiũ, erunt ſm numerum concludentiũ ex poſſibili & abſoluta, perfecti, & non ꝑfecti, perfecti. n. erunt hic, cũ maior fuerit poſſibilis, quemadmodum & ibi: imperfecti vero cũ maior fuerit neceſſaria, & minor poſſibilis. Concluſiones aũt hic erũt poſſibiles, cùm ambæ propoſitiones fuerint affirmatiuæ, ſeu ſyllogiſmi perfecti exiterint, aut imꝑfecti, vſes aut particulares. ſi vero vna propoſitionum fuerit affirmatiua, & altera negatiua, ac affirmatiua quidẽ neceſſaria, negatiua autem poſſibilis, erit concluſio poſſibilis, ſin aũt affirmatiua exiterit poſſibilis, & negatiua neceſſaria, concluſio nonnunq; erit negatiua poſſibilis, & aliq̃n negatiua abſoluta: veluti & in miſtione poſſibilis atq; abſolutæ, quando negatiua erat abſoluta, concluſio fuerat aliq̃n negatiua neceſſaria, & nonnunq; poſſibilis negatiua. & hoc penitus, ſiue ambæ propoſitiones vniuerſales forent, ſiue vna ipſarũ vniuerſalis & altera in parte, hoc eſt cùm maior erat vniuerſalis, & minor particularis, cùm enim maior erat in parte, non cõcludebat penitus. Poſſibile vero hoc in loco in concluſionibus fortaſſe ſignificat ad ſimilitudinem eius, quod ſignificabat poſſibile in precedentibus, hoc eſt poſſibile vſe, quod cõprehendit tres inuentiones, quemadmodũ expoſuit Abumazar. Fortaſſe aũt vult in hoc poſſibile verum ſm modum, quo expoſuimus in miſtione poſſibilis & inexiſtentis, hoc eſt poſſibile manifeſtum, Sed ſi res ita ſe habet, cur dixit, aliquando negatiuam abſolutã, & aliq̃n negatiuam poſſibilem, & tacuit quod poſſibile, puta, poſſibile conſequens & nõ diſtinxit ipſum ad modos inuentionis tres & non dixit, q̃ ſylogiſmus concludat negatiuam neceſſariam, quoniam hoc eſt particulare, & in quadam materia? Et fortaſſe ſyllogiſmus concludebat negatiuam neceſſariã, quoniam negatiua neceſſariꝰ eſt alia à negatiua neceſſaria: quemadmodum non dixit hoc in loco, quòd ſyllogiſmus cõcludat affirmatiuam neceſſariam, quoniam hoc eſt particulare & in aliqua materia, quemadmodum concluſio affirmatiua in ſecunda figura.[a] Sint igitur ambæ propoſitiones vſes affirmatiuæ, & maior neceſſaria, minor autem poſſibilis, dico q̃ iſte concludit concluſionem poſſibilem non neceſſariam, & q̃ ſyllogiſmus in hoc non eſt ꝑfectus. Exemplum huius, ſi dicamus, omne c b poſſibiliter: & omne b a neceſſario: dico q̃ concluditur, omne c a poſſibiliter: quod q̃ eſt ſylls imperfectus, q̃n conditio dicti de omni in propoſitione neceſſaria eſt, q̃ a ſit prædicatũ de omni eo, quod eſt b in actu, non in potentia. Quòd aũt in ipſo ſequatur concluſio poſſibilis, mõſtratur per ſyllm ad impoſſe ſm modum, quo monſtratum fuit in ſimili huic in miſtione alia, & hoc, cùm acceptũ fuerit contradictorium concluſionis, hoc eſt negatiua neceſſaria:

In ſylls affirmatiuis, ſiue perfecti ſint, ſiue ipſecti, cõcluſio erit poſſibilis. In negatiuis, ſi negatiua fuerit poſſ. ſequet cõcluſio poſſ. ſi vero neceſſaria ſequet cõcluſio poſſibilis negatiua, q̃nq; poſſibilis negatiua, q̃nq; dẽ ſicc.

Nota quõ ſumẽdum ſit poſſibile in hoc loco.

Nota q̃ ſyllogiſmus negatiuꝰ priusdictꝰ põt cõcludere negatiuã neceſſariã, nõ ãt negatiuã neceſſariam. & hoc ẽ, ꝙd dẽt dicẽ. volunt in miſtione cõtingentis & de ineſſe.

a Syllogiſmi vſes affirmatiui.

neceſſaria, quoniam non poſſibile verificatur de negatiua neceſſaria, & coniunxerimus ipſi propoſitionem poſſibilem ex ſyllogiſmo, hoc eſt minorem, poſteaq; tranſtulerimus ipſam ad inexiſtentem, et concluderur in figura tertia particularis negatiua neceſſaria: quo etiam hoc redibit ad figuram primam, et concluſio erit neceſſaria. ſequetur autẽ ex ipſo contradictorium propoſitionis maioris, hoc eſt negatiua neceſſaria: nãmaior fuerat affirmatiua neceſſaria. Quòd ſi maior fuerit poſſibilis & minor neceſſaria, erit in hoc ſyllogiſmus perfectus, & hoc planum ex intentione dicti de omni ſecundum quòd ſupra dictum eſt, & erit concluſio poſſibilis.

Syllꝰ ex propoſitionibus diſſimilibus q̃ ad qualitatem.

Quòd ſi vna ex duabus propoſitionibus exiterit affirmatiua & altera negatiua, & fuerit negatiua neceſſaria maior, & minor poſſibilis, erit ſyllogiſmus imperfectus concludens binas cõcluſiones negatiuas, vnam negatiuam abſolutam, & alteram negatiuam poſſibilem, & non dicitur, quòd concludat negatiuam neceſſariam: quoniam hoc quidem fieri poteſt, cùm fuerit minor extremitas in potentia ſub medio: ſed hoc non verificatur niſi in aliqua materia. Atqui monſtratum conſimiliter per ſyllogiſmum ad impoſſibile, quòd concludit concluſionem abſolutam negatiuam & poſſibilem, ſit enim omne c b poſſibiliter: & nullum b a neceſſario: dico quòd concludit, nullum c a in actu aut poſſibiliter. Monſtratio huius. quoniam ſi non ſit vera hæc concluſio, vera erit ſua contradictoria, hoc eſt, aliquod c a ex neceſſitate: & hoc, quoniam iſta contradicit concluſioni in qualitate & quantitate, coniugamus autem ipſi propoſitionem vniuerſalem negatiuam neceſſariam ex ſyllogiſmo, quòd b non eſt a ex neceſſitate, & concludetur in ſecũda figura, quòd a non poteſt eſſe c: ſed iam poſueramus omne c eſſe b poſſibiliter: quod fieri non poteſt, & non cohæret. ſed, cùm fuerit falſa neceſſaria affirmatiua, vera erit cõtradictoria, hoc eſt negatiua abſoluta. quòd ſi fuerit vera negatiua abſoluta, poterit cum ea verificari negatiua poſſibilis, quoniam abſoluta eſt poſſibilis inuenta.

Sin autem propoſitio maior exiterit negatiua poſſibilis, et minor affirmatiua neceſſaria, erit ſyllogiſmus ꝑfectus, & concluſio poſſibilis, ſecundum quòd declaratum fuit ex diſpoſitione dicti de omni. & Ariſto. dixit non poteſt monſtrari per ſyllogiſmum ad impoſſibile. Si vero propoſitio minor fuerit negatiua poſſibilis, nõ erit ſyllogiſmus perfectus: ſed ſyllogiſmus erit perfectus per conuerſionem negatiuæ poſſibilis ad affirmatiuam, ſecundum quòd ſupra diximus. Quòd ſi minor fuerit negatiua neceſſaria, & maior affirmatiua poſſibilis, non erit ſyllogiſmus: neq; quando ſimul exiterint negatiuæ, & minor fuerit neceſſaria. Termini concludentes affirmatiuam, nix, animal, albũ. & hoc, quoniam nulla nix eſt animal: & omne animal album poſſibiliter: & concluſio affirmatiua neceſſaria, quòd omnis nix eſt album. Termini vero concludentes negatiuam, pix, animal, album. & hoc, quoniam concluditur, nulla pix album, quæ eſt negatiua neceſſaria. Conſimiliter ſi acceperimus binas negatiuas. & hoc, quoniam pix non eſt animal: & animal non eſt album: & pix itidem non eſt album. & ad hæc, quoniam nix non eſt animal: & animal non eſt album poſſibiliter: & nix album.

Syllꝰ vltꝰludius.

Syllꝰ particularis.

Seq; cùm fuerit vna duarum propoſitionũ particularis, & maior exiterit neceſſaria & negatiua, concluſio erit abſoluta negatiua, et negatiua poſſibilis: quemadmodũ ſe habebat res, cũ erant vniuerſales, & maior negatiua, hoc aũt monſtrat per impoſſibile, quẽadmodũ oſtendebatur in vniuerſalibus. Quòd ſi minor fuerit particularis affirmatiua neceſſaria, & maior negatiua poſſibilis, erit concluſio poſſibilis in parte. & hoc planum ex intentione dicti de omni. Atqui ſi etiam fuerint affirmatiuæ ſimul, & maior vniuerſalis neceſſaria, erit concluſio quoque poſſibilis, monſtratio autem huius eadem erit, quæ & prius, cùm ambæ erant vniuerſales affirmatiuæ. Quòd ſi propoſitio vniuerſalis fuerit minor & particularis maior, & particularis exiterit neceſſaria & vniuerſalis poſſibilis, ſiue fuerit affirmatiua ſeu negatiua nõ erit ſyllogiſmus. Termini concludẽtes affirmatiuam, homo, animal, album. & hoc, quoniam omnis homo poteſt eſſe album: & aliquod album non eſt animal: & homo eſt animal ex neceſſitate. & homo etiam poteſt non eſſe album: & aliquod album animal: et homo eſt animal ex neceſſitate. Termini vero concludentes negatiuam, pannus, album, animal. & hoc, quoniam poſſibile eſt pannum eſſe album: & aliquod album non eſt animal: & pannus non eſt animal, conſimiliter poſſibile eſt pannum quoque non eſſe album: & aliquod album eſt animal: & pãnus non poteſt eſſe animal: ſiue minor fuerit negatiua, ſiue affirmatiua, cùm exiterit vniuerſalis & poſſibilis non concludit. Eodem pacto cùm fuerit minor vniuerſalis neceſſaria, ſiue negatiua ſiue affirmatiua, & maior poſſibilis particularis, iſte non concludit penitus. Termini concludentes affirmatiuam, cùm fuerit negatiua, coruus, album, animal. & hoc, quoniam coruus nõ eſt album ex neceſſitate: & aliquod album animal poſſibiliter: & concluditur, coruus eſt animal ex neceſſitate. Termini vero cõcludentes negatiuam, pix, animal, album. & hoc, quoniam pix non eſt album, & aliquod album animal, & pix nõ eſt animal ex neceſſitate. Termini vero concludentes affirmatiuam, cùm minor fuerit vniuerſalis affirmatiua & neceſſaria, cygnus, albũ, animal. & hoc, quoniam omnis cygnus album ex neceſſitate: & aliquod albũ animal: concluſio, omnis cygnus aſal, quæ eſt neceſſaria. Concludentes vero negatiuam, nix, album, aſal. & hoc, qm̃ nix eſt album: & aliquod albũ aſal: & nix non eſt aſal ex neceſſitate, quæ eſt concluſio. Et cõſimiliter non erit ſyllus in hac ſpẽ, cũ fuerint ambæ propoſitiones indefinitæ vel particulares: aut vna ipſarum idefinita, & altera particularis, ſiue maior fuerit poſſibilis & minor neceſſaria, aut ecõuerſo. Termini vero cões his oĩbus ſpeciebus concludentes affirmatiuam, homo, album, aſal. Cõcludentes vero negatiuam, inanimatum, album, animal. compoſitio aũt ipſorum facilis exercitato in eis. Cæterum ex hoc tractatu iam eſt manifeſtum, q̃ ſpecies ſyllorum compoſitorum in hac figura ſm miſtionem poſſibilis & abſolutæ ſunt æquales ſpeciebus ſyllogiſmoꝝ compoſitorum ex poſſibili & neceſſaria, concludẽtes concludentibus, & non concludentes non concludẽtibus, & concludentes perfectæ concludentibus perfectis, & concludentes imperfectæ concludentibus imperfectis. & via, per quam oſtenduntur imperfectæ eſt vna & eadem. Et declaratum etiam eſt, q̃ in affirmatiuis cõcluſiones ſunt poſſibiles, & conſimiliter in negatiuis, cũ propoſitiones maiores ſunt poſſibiles. cũ vero fuerint neceſſariæ aut abſolutæ, erunt in miſtione ex poſſibilibus & abſolutis neceſſariæ aut poſſibiles: in miſtis vero ex poſſibilibus & neceſſarijs, erunt negatiuæ abſolutæ, aut negatiuæ poſſibiles.

Syll. particulares inutiles.

Spẽs ſyllorũ miſtorũ, tam concludẽtes q̃ nõ concludentes, perfecti & imperfecti ſi equales in ambab⁹ miſtionib⁹ in figura prima.

Secunda figura ex ambabus Contingentibus. Cap. XVII.

SEd in Secunda figura, quando contingentes vtræque accipiuntur propoſitiones, nullus erit ſyllogiſmus, ſeu prædicatiuæ, ſiue priuatiuæ ponantur, vel vniuerſalis

ter, aut secundum partem. cùm vero hæc in existere, illa autem significet contingere. Si affirmatiua quidem significat inexistere, nunq; erit. Sin autem vniuersaliter priuatiua, semp. eodem pacto. & cùm hæc propositionum ex necessitate, illa cõtingere acciptatur. Oportet autẽ & in his accipere in conclusionibus contingens, quemadmodum in prioribus. Primum itaq; monstrandum, ꝙ non conuertitur cõtingens priuatiuum: quemadmodum si A contingit nulli eorum quæ B, non necesse & B contingere nulli eorum quæ A. Ponatur enim hoc, & cõtingat B nulli A ineſſe. quoniã itaq; conuertuntur contingentes affirmationes cum negationibus, & contrariæ & oppositæ: B vero cõtingit nulli A ineſſe: planum, ꝙ & omni A contingere posset B ineſſe. sed hoc falsum. non enim si hoc huic omni contingit, & hoc huic necessarium: quare non conuertitur priuatiuum. Amplius nihil prohibet A contingere nulli B: B vero alicui eorum quæ sunt A ex necessitate non ineſſe. quemadmodum album omni homini contingit non ineſſe, & ineſse: hominem autem non verũ dicere, ꝙ contingit nulli albo. multis enim ex necessitate non ineſt. ceterum necessarium non erit contingens. Verum neq; ex impossibili monstrabitur conuerti. veluti si quis existimaret, quoniã falsum est B contingere nulli A ineſſe, verum non contingere. dictio nãq; & negatio. Si autem hoc verum, & B ex necessitate ineſſe alicui eorum quæ A: quare & A alicui eorum quæ B. sed hoc impossibile. nõ enim si B non cõtingit nulli eorum quæ sunt A, necesse ineſſe alicui solum, sed ex necessitate non oi. nanque non contingere nulli bifariam dicitur: vnum, si ex necessitate alicui ineſt: alterum, si ex necessitate alicui non ineſt. Quod enim ex necessitate alicui eorum quæ A non ineſt, non est verũ dicere, ꝙ omni contingit non ineſse: quemadmodum neq; ꝙ alicui ineſt ex necessitate, ꝙ oi contingit ineſse.

Si itaq; quispiam censeret, propterea quòd non contingit C omni D ineſse, ex necessitate alicui ipsum non ineſse, falso acciperet: omni enim ineſt*. sed quoniam quibus iam ex necessitate ineſt, ob hoc dicimus non omni contingere. quare huic quod est, contingere omni ineſse, opponitur & ex necessitate alicui ineſse, & ex necessitate alicui non ineſse: cõsimiliter aũt & ei quod est, nulli cõtingere. Manifestũ igitur, ꝙ ad sic contingens & non cõtingens, quẽadmodũ in principio determinauimus, non solũ ex necessitate alicui ineſse, sed ex necessitate alicui nõ ineſse accipiendum. hoc aũt accepto, nil accidit impossibile: quarenõ fit syllogismus. Manifestum itaque ex dictis, quòd non conuertitur priuatiuum. Hoc autem monstrato, ponatur A nulli quidem B contingere, C vero omni. per conuersionem igitur non fit syllogismus: dictum est enim, quòd non conuertitur talis propositio. Sed neq; per impossibile. si nanque ponatur B omni C contingere ineſse, nihil accidit falsi. cõtingere enim posset A ipsi C, & omni, et nulli ineſse. Sed si omnino est syllogismus, planum, quòd eius quod est contingere, ytique esset: propterea quod neutra propositionum accepta fuit in eo quod est ineſse. & iste aut affirmatiuus, aut priuatiuus. Neutro autem modo accidit. si affirmatiuus quidem ponatur, monstrabitur per terminos, ꝙ non cõtingit ineſse: si vero priuatiuus, quòd conclusio non contingens est, sed necessaria. Sit enim A album, B homo, in quo C equus. A itaque album contingit huic quidem omni, illi vero nulli: sed B ipsi C neque ineſse, contingit, neque non ineſse. quòd igitur ineſse non accidit, manifestum: nullus enim equus homo. cæterum neque contingere non ineſse: necesse nanque est nullum equum hominem esse, sed necessarium non erat. contingens. non itaque fit syllogismus. Itidem autem monstrabitur & si econuerso positum fuerit priuatiuum.



Coniugationes inutiles, ad concludẽdum contingens.

Et si vtraque affirmatiuæ acceptæ fuerint, aut priuatiuæ. per eosdem nanque terminos erit demonstratio.



Coniugationes inutiles vt supra.

Et quando hæc vniuersaliter, illa in parte, aut vtraque secundum partem, aut indefinitæ, aut quotcunque modis aliter contingit transumere propositiones. semper enim erit demonstratio per eosdem terminos.

Planum

* Al. c. ad. ſi contingat.



Coniugationes inutiles.

Planum itaq; ꝙ si vtreq; propositiones ſm cõtingens ponuntur, nullus fit syllogismus.

Tractatus de complicatione Possibilis in Secunda figura. Cap. XVII.

CVm vero fuerint binæ propositiones possibiles in Secunda figura, non erit syllogismus concludens: siue extiterint affirmatiuæ, aut negatiuæ, siue vna ipsarum affirmatiua & altera negatiua, seu simul fuerint vniuersales, aut particulares, aut vna ipsarum vniuersalis, & altera particularis. Sin autem vna ipsarum fuerit absoluta, & altera possibilis, si affirmatiua fuerit absoluta & negatiua possibilis, non erit syllogismus concludens, ꝙ si negatiua extiterit absoluta & vniuersalis, erit syllogismus concludens. & consimiliter accidet, cùm fuerit vna duarum propositionum necessaria, et altera possibilis. Oportet autem vt possibile in conclusione horum syllogismorum intelligatur hoc in loco ſm modum, quo intellectum fuit in præcedentibus. Operę vero pretium est, vt primo declaremus, ꝙ vniuersalis negatiua possibilis non conuertitur, seruata quantitate & qualitate, quemadmodum cõuertitur negatiua necessaria & negatiua absoluta. Ponamus igitur primum, ꝙ possibile sit nulli C esse A, dico ꝙ nõ sequitur ex hoc, vt possibile sit, nullum A esse C. Monstratio huius, quoniã si hæc esset vera, esset simul cum ea vera vniuersalis affirmatiua possibilis, pura, possibile est omne A esse C: propterea ꝙ affirmatiuæ possibiles redeunt ad negatiuas possibiles, vniuersales ad vniuersales, & particulares ad particulares. & hoc, quoniam cũ eo quod dicimus, possibile est nullum C esse A, verificatur affirmatiua ipsi contraria, pura, possibile est omne C esse A. ꝙ si verificatur cum hoc, quod dicimus, possibile est omne C esse A, quod dicimus, possibile est omne A eẽ C: igitur vniuersalis affirmatiua possibilis conuerteretur vniuersaliter: sed iam declaratum fuit, ꝙ non cõuertitur: hoc igitur impossibile & non cohæret. Amplius ꝙ non conuertatur semper, planum ex materijs. dico enim ꝙ si possibile est nullum C esse A, poterit etiam aliquod A non esse C ex necessitate. Exemplum huius. qm̃ possibile est nullum hominem esse album, & tamẽ aliquod album ex necessitate non est homo, pura, nix, & cygnus. ꝙ si oportet aliquod A non esse C ex necessitate, non verificabit cũ hoc, possibile est oẽ A nõ esse C: qm̃ oportet aliquod ipsius & necessarium est vt non sit.

Hic ponit modũ falsus, ꝙ possit ostẽdi ꝙ conclu ditur vſis ne gatiua poſſis in ſeipſam.

Dixit. Sed iam existimabit aliquis negatiuam possibilem monstrari per deductionẽ ad impossibile. puta, in exemplo, si aliquis dicat, ꝙ hoc quod dicimus, possibile est nullum A esse B conuertitur vere: qm̃ possibile est nullum B esse A. Mõstratio huius, quia si non est verum, quod dicimus, possibile est nullum B esse A, erit igitur contradictorium suum verum, hoc est, non possibile est, nullũ B esse A. & quoniam est quod dicimus, non possibile est nullum B esse A, sequitur ex ipso, vt aliquod B ex necessitate sit A: & est hoc, quoniã declaratum est, quòd conuertitur particularis necessaria. aliquod igitur A ex necessitate erit B: sed iam posuimus, ꝙ possibile est, nullum A esse B: quod fieri non potest, & non cohæret. Arguit in hoc sermone est deceptio, & hoc, quoniam non sequitur ex eo, quod dicimus, non possibile est nullum B esse A, vt dicamus, aliquod B ex necessitate est A: sed sequitur ex ipso, vt aliquod B ex necessitate nõ sit A. qm̃ qđ dicimus, aliquod B ex necessitate non est A, contradicit ei quod dicimus, possibile est nullum B esse A: quemadmodum contradicunt, aliquod B ex necessitate est A, et possibile est, omne B esse A. quoniam igitur ex eo quod dicimus, possibile est omne B esse A, sequitur possibile est nullum B esse A: & ei quod dicimus, possibile est omne B esse A, cõtradicit aliquod B ex necessitate non est A: quare ei quod dicimus, possibile est omne B esse A, cõtradicit aliquod B ex necessitate est A, et aliquod B ex necessitate non est A. & consimiliter contradicunt ambæ istę particulares propositioni negatiuę possibili, puta ei quod dicimus, possibile est nullum B esse A. ex illa igitur quæ contradicit huic, sequitur ipsius contradictorium: quoniã cui contradicit consequens ex eo, ipsum similiter etiã contradicit illi, ex quo sequitur consequens. ei igitur quod dicimus, possibile est nullum B esse A, duo cõtradicunt, vnum, aliquod B ex necessitate nõ est A, & alterum, aliquod B ex necessitate est A. Ergo ex eo, quod dicimus in syllogismo ad impossibile, non possibile est nullum B esse A, sequitur aliquãdo, aliquod B ex necessitate est A, & nonnunquam, aliquod B ex necessitate non est A. quòd si quę sequitur, fuerit particularis negatiua necessaria, non deduceretur sermo ad impossibile, quoniam particularis negatiua necessaria non conuertitur, sed aliquando erit, quòd possibile sit nullum A esse B, & aliquod B ex necessitate non sit A. veluti si dicamus, possibile est nullum hominem esse album, & aliquod album non est homo ex necessitate, puta nix, & cygnus. Iam igitur declaratum fuit negatiuam possibilem non conuerti. Ponamus itaque binas propositiones vniuersales possibiles, quarum vna sit affirmatiua & altera negatiua in secunda figura. puta dicamus, possibile est omne C esse B: & possibile est nullum A eẽ B: dico quòd hæc complicatio nihil cõcludit, quoniam negatiua possibilis conuerti non potest: quemadmodum poterat in materia absoluta & necessaria. Neq; eũ consimiliter per syllogismum ad impossibile monstratur, quòd sit syllogismus. si enim acceperimus contradictorium conclusionis affirmatiuam possibilem, nõ accidet ex hoc impossibile: quoniam hæ semiticem sequuntur, hoc est affirmatiua possibilis, & negatiua possibilis. & consimiliter si accepermus contradictorium, affirmatiuã necessariam particulare aut negatiuã. Oino igit si erit ex ista complicatione syll's, ipse ꝑ se concludet conclusionẽ possibilem, cùm fuerint ambę propositiones possibiles: non autem conclusionem absolutam, aut necessariam, quoniam non est in hoc syllogismo propositio secundum istam dispositionem. Si autem concludet conclusionem possibilem, aut erit negatiua possibilis, aut affirmatiua possibilis. Sed ex terminis monstratur, quòd aliquando concludunt negatiuam necessariam, & aliquando affirmatiuam necessariam. ex vtraque autem istarum conclusionum sequitur, ꝙ sit impossibile concludi, aut negatiuã possibilem, aut affirmatiuam possibilem. & hoc quoniam negatiua necessaria destruit affirmatiuã ac negatiuam possibiles: & consimiliter affirmatiua necessaria destruit vtrasque. Termini concludentes negatiuam in hac materia, homo, album, equus: album, terminus medius, & hõ minor. & componitur sic, possibile est

Hic excluditur ille modus.

Exambab⁹ de cõtingẽti nihil sequit i Secũda figura, qm̃ negatiua non conuertitur.

Nota, si esset syll's in secũda ex ambabus cõtingẽtibꝰ, oino sequeretur cõclusio cõtingẽs nõ absoluta neq; necessaria.

cùm hoīem ēsse album: et possibile est, nullum equum esse album: & conclusio, nullus hō est equus, quæ est necessaria. Cùm igitur A negatum fuerit ā C ex necessitate, non verificabit, vt oē A possit esse in C: qm̄ ipsa conuertit ad affirmatiuā. Ex hoc igitur planum, ꝙ hæc cōplicatio non cōcludit conclusionem possibilem, neq; negatiuā, neq; affirmatiuam. Iamq; monstratū est etiam hoc, ꝙ sīr concludit in aliqua materia affirmatiuā necessariā: puta, si accipiamus loco equi asal. & hoc, qm̄ concludit os hō asal, quæ est affirmatiua necessaria, cū qua neq; verificari pōt affirmatiua possibilis, neq; negatiua possibilis. & hoc, qm̄ ꝙ cōtradicat negatiuę possibili, planum est per se: ꝙ autē contradicat affirmatiuę possibili, planum etiam ex eō, ꝙ ipsa sequitur ex negatiua possibili. Et consimiliter monstratum est etiā ꝙ non erit syls in hac figura, si etiam varies locum negatiuę, hoc est si posueris minorem, posteaq; fuerit maior, aut econuerso. Et consīr declaratum est etiam ꝙ non erit syllus si accipiantur ambæ propositiones affirmatiuę aut negatiuę. demonstratio autem huius est per hos eosdem terminos, neque erit difficile hoc exercitato in eis.

Nota, ꝙ Aristoteles i 1ra nō ponit cōcludi affirmatiuam necessarias, sed solum negatiuā. Alexā quoq; conat adducē ꝙ terminos qbus concludit affirmatiua necessaria: grāmaticum, album, hō: sed Philopon°ligt hoc minime fieri posse: qa ops sumere ,ppōes eodē tpe veras: hoc aūt in dictis terminis fieri nequit. & hoc etiā rōne patet. qm̄ oportet sumē ꝙ minorē sub maiore: ergo ād affirmat de vna, nō pōt de altera negari: ergo si pōt reperiri termini de omni.

Mistio Inexistentis & Contingentis in Secunda figura. Cap. XVIII.

Si autem hæc inexistere, illa vero cōtingere significet, si predicatiua ponatur inexistere, priuatiua aūt cōtingere, nullus erit syllogismus: neq; dum vtr, neq; dum in parte termini accipiuntur. demonstratio vero eadem, & per eosdem terminos.



Binæ coniugationes vniuersales inutiles.

Sed qm̄ affirmatiua contingere, priuatiua autem inexistere, erit syllogismus. Sumatur enim A B nulli inesse: C vero omni cōtingere: cōuerso ita ꝙ priuatiuo, B A nulli inerit: sed A omni C cōtingit: fit igitur syllogismus, ꝙ contingit B nulli C per primam figuram.



Coniugatio prima cōcludens contingens, ād equalē ipsi inesse.

Consimiliter autem & si ad c ponatur priuatiuum.



Secunda cōiugatio idem cōcludēs, & idem valēs.

Cùm vero vtræq; sunt priuatiuæ, significet autem hęc non inesse, illa contingere non inesse, per ipsa quidem assumpta nihil accidit necessarium: sed conuersa propositione, quæ est secundum contingere, syllogismus efficit, ꝙ nulli C contingit inesse, quemadmodum in prioribus. erit enim rursus prima figura.



Tertia cōiugatio idē cōcludēs, si quæ sit ei conuersio cōtingentis.

Si vero vtræq; ponantur prædicatiuę, non erit syllogismus. Termini ꝙ insit, sanitas, aial, homo: quòd non insit, sanitas, equus, homo.



Binæ coniugationes inutiles.

Eodem pacto se habebit & in syllogismis in parte. Cùm enim affirmatiuum sit inexistēs, aut vniuersaliter, aut in parte acceptum, nullus

nullus erit syllogismus. hoc autem consimiliter & per eosdem monstratur terminos, quibus priora.



Aliæ coniugationes particulares inutiles. Alex. accipit terminos prioris contingentis, Caritas, asal equus, hō.

Cùm vero priuatiuum, erit per conuersionem, quemadmodum in prioribus.



Coniugatio vltima, quæ p conuersionē maioris reducitur ad primam figurā.

Rursus si ambo quidem interualla priuatiua fuerint accepta, vniuersaliter autē, ꝙ non inexistere, ex ipsis quidem propositionibus non erit necessarium: sed conuerso eo, quod est contingere, quemadmodum in prioribus, erit syllogismus.



Coniugatio vltima p conuersionē contingētis, quę reducitur ad primā, vt superior.

Si vero priuatiuum quidem inexistens sit, sed in parte acceptum, non erit syllogismus: siue affirmatiua, siue priuatiua altera fuerit propositio.



Coniugationes inutiles

Necq; quando vtræq; indefinitæ sint acceptæ, aut negatiuæ, aut affirmatiuæ, vel secundum partem. demonstratio vero eadem, & p eosdem terminos.



Coniugationes inutiles, ex particulāribꝰ, vel indefinitis.

Complicatio Absolutæ & Possibilis in Secunda figura. Cap. XVIII.

Quòd si vna duarum propositionum in hac figura fuerit absoluta & altera possibilis, & negatiua fuerit possibilis, nō erit ex hoc syllogismus omnino: siue ambę propositiones simul vniuersales extiterint, seu particulares. monstratio autem super hoc eadem est, quam fecimus, cùm ambæ simul erant possibiles & in eisdem terminis: hoc est, qm̄ inuenientur concludentes aliquādo negatiuam necessariā, & aliquando affirmatiuam necessariam. Quòd si fuerit propositio negatiua absolutā & affirmatiua possibilis, & fuerint ambæ vniuersales, erit syllogismus in hoc, qm̄ negatiua absoluta cōuertitur, & fiet maior in pma figura, sm̄ ꝙ prędiximus, siue negatiua fuerit maior, siue minor. si minor, monstrabit hoc per duas conuersiones, per conuersionem maioris, & cōuersionem conclusionis, secundum quòd prædictum fuit. Quòd si fuerint ambæ negatiuæ, hoc est negatiuæ vniuersales, & fuerit vna ipsarum possibilis, & altera absoluta, erit syllogismus imperfectus, vbi conuersa fuerit negatiua possibilis ad affirmatiuam: quoniam erit ex binis propositionibus, negatiua absoluta & affirmatiua possibili. Si vero extiterint ambæ propositiones affirmatiuæ, nō erit syllogismus. hoc autem planum ex eo, ꝙ aliquando concludunt affirmatiuam, & aliquando negatiuam. Termini concludentes affirmatiuam, homo, sanitas, animal, & hoc, quoniam possibile est omnem hominem esse sanum: & omne animal est sanum: & omnis homo est animal ex necessitate, quæ est conclusio. Concludentes vero negatiuam, homo, sanitas, equus. & hoc, quoniam possibile est omnē hominem esse sanum: & omnis equus est sanus: & conclusio, nullus homo est equus, quæ est negatiua necessaria.

In Secūda figura si negatiua fuerit possis, nō fiet syllus i vltimꝰ modis.

Si ppō negatiua fuerit absoluta, fiet syllus p conuersionē illiꝰ ad secundum indemōstrabilē i prīa ex maiori absoluta negatiua.

Sin autem extiterit vna duarū propositionum vniuersalis, & altera erit in hoc, quemadmodum in eo, in quo accidit, vt ambæ sint vniuersales. i. conditio concludens in hę est conditio concludens in istis, & non concludens in illis est non cōcludens in his. Et hoc, qm̄ si fuerit affirmatiua absoluta vniuersalis, aut particularis,

Syllī particulares.

laris, non erit in hoc syllogismus. & hoc monstratum, quemadmodum & illud, cùm fuerint vniuersales, & p eosdem terminos. Quòd si vniuersalis fuerit absoluta & negatiua, erit syllogismus per conuersionem ad primam figuram. Si vero ambæ fuerint negatiuæ & vna ipsarum vniuersalis absoluta, erit consimiliter syllogismus imperfectus, cũ fuerit conuersa negatiua possibilis ad affirmatiuam possibilem, secũdum quòd declaratum fuit. Quòd si fuerit negatiua absoluta particularis, non erit syllogismus: siue altera propositio extiterit affirmatiua, seu negatiua. Et consimiliter hõerit syllogismus, cùm fuerint ambę propositiones indefinitæ, aut particulares, aut vna ipsarum indefinita & altera particularis, seu sint affirmatiuæ simul, aut negatiuæ. demonstratio autem super hoc est eadem cum demonstratione præcedente, & in eisdem terminis.

Mixtio Necessarij et cõtingẽtis i Scda figura. C. XIX.

VErum si hæc ex necessitate, illa propositionũ contingere significet, priuatiua existente necessaria, erit syllogismus, non solum ǫ contingit non inesse, sed & quoniam non inest: affirmatiua autem non erit. Ponatur enim A B nulli ex necessitate inesse: C vero omni contingere: conuersa igitur priuatiua, & B A nulli inerit. sed A C omni contingit: fit igitur rursus per primam figuram syllogismus, ǫ B nulli C contingit inesse.

Coniugatio primæ cõcludens contingẽs, quod igitur inesse æquale.



Simul aũt manifestũ, ǫ & B nulli C inest. ponat. n. inesse: igitur si A B nulli cõtingit: B vero inest alicui eorũ quæ C: A alicui eorũ, quę C. nõ contingit: sed omni supponebat contingere.

Demstatio eiusdem per impossibile, ǫ concludatur dẽ inesse.



Eodem pacto monstrabitur, & si ad C ponatur priuatiuum.

Coniugatio secunda, cõcludens vt prima.



Demstatio eiusdem per impossibile.



Rursus sit prædicatiuum necessarium, alterum vero contingens: & A contingat nulli B; C vero omni inesse ex necessitate: sic itaq; se habentibus terminis, nullus fit syllogismus. accidit enim ipsi C ex necessitate non inesse. Sit nanq; A album, in quo B homo, in quo C cygnus. album igitur cygno ex necessitate inest: homini vero contingit nulli: & homo nulli cygno ex necessitate. Q. igitur eius quod ẽ contingere non est syllogismus, planũ: quod enim ex necessitate, non erat contingens.



Coniugatio inutilis ad cõcludendũ cõtingens.

Veruntamen neq; necessarij. necessarium nanq; aut ex vtrisq; necessarijs, aut ex priuatiua accidit. Amplius aũt & licet his positis

ipsi C inesse, nil ant prohibet esse esse: a vero omni contingere necessitate esse. Velut si C esset vigilans, animal, in quo A motus. nam vigilanti ex necessitate motus inest: animali vero omni contingit: & omne vigilans animal.

Syllogismus alius idẽ cõcludens.



Manifestum itaq; ǫ neq; non inexistendi: quidẽ ita se habentibus, nec se ipsis, nec vtiq; oppositarum affirmationum, quarum vna fuerit syllogismus. Consimiliter monstrabitur & si e conuerso ponatur affirmatiua.

Coniugatio alia inutilis ad concludendum contingens.



Quod si eiusdẽ figuræ sint propositiones, cùm priuatiuæ sunt, semper fit syllogismus, conuersa propositione, quæ est secundũ contingere, quemadmodum in prioribus. Accipiatur enim A ipsi B ex necessitate nõ inesse: cõuersis igitur propositionibus, B nulli A inerit: A vero oi C cõtigit: fit itaq; prima figura.

Coniugatio cõcludẽs cõtingẽs vt supra ex amborum propõnum conuersione.



Et si ad C poneretur priuatiuum, consimiliter.

Coniugatio alia tribus ligatis cõuersionibus, & præmissarum transpositione, idem concludens.

Sin aũtem prædicatiuę positę fuerint, non erit syllogismus. Nanq; non inexistendi, aut ex necessitate non inexistendi, planum quòd non erit: propterea ǫ non fuit accepta priuatiua propositio, neque in eo quod est ineſse, neq; in eo quod est ex necessitate ineſse. Verũtamen neq; eius quod est contingere non ineſse. ex necessitate enim sic se habentibus a ipsi C non inerit. quemadmodum si A poneretur album, in quo B cygnus, C vero homo.

Syllogismus alius idẽ cõcludens.



Neq; vtiq; oppositarum negationum; qm mõstratum est B ipsi C ex necessitate nõ inexistens. non igitur fit syllogismus omnino.

* a. l. affirmationum.

Consimiliter aũt se habebit & in syllogismis i parte. Cũ. n. sit priuatiuũ & vlę & necessariũ, semper erit syllogismus, & eius quod est cõtingere, & eius quod est non ineſſe. demonstratio autem eadem per conuersionem.

Syllogismus alius idẽ cõcludens.



Coniugatio particularis cõcludẽs cõtingẽs vt supra.

Cùm

Cùm vero affirmatiuum, nunquã, eodem nanq; pacto monſtrabitur, quo & in vniuerſalibus, et per eoſdem terminos.

Coniugationes inutiles ad contigit.

Neque quando vtræque fuerint acceptæ affirmatiuæ, huius enim eadem demonſtratio, quæ & prius.

Coniugationes inutiles.

Cùm vero vtræque priuatiuæ, vniuerſalis autem necessaria, quæ non ineſſe ſignificat, p aſſumptos terminos non erit neceſſarium: ſed conuerſa propoſitione, quæ eſt ſecundum contingere, erit ſyllogiſmus, quemadmodum in prioribus.

Coniugatio vtilis p conuerſionẽ ambarum ꝓpoſitionum.

Quòd ſi ambæ indefinitæ aut in parte poſitæ fuerint, non erit ſyllogiſmus. demonſtratio autem eadem, & per eoſdem terminos.



Coniugatio inutilis.

Planum itaque ex dictis, ꝙ dum priuatiua vniuerſaliter ponitur & neceſſaria, ſemper fit ſyllogiſmus, non ſolum eius quod eſt contingere non ineſſe, ſed & eius quod eſt non ineſſe. dum vero affirmatiua, nunquam. & ꝙ eodem modo ſe habentibus in neceſſarijs & inexiſtentibus ſit, & nõ ſit ſyllogiſmus. Sed et manifeſtum, ꝙ omnes imperfecti ſyllogiſmi, & ꝙ perficiuntur per prædictas figuras.

Complicatio Poſſibilis & Neceſſariæ in Secunda figura. Cap. XIX.

In Secũda figura ex neceſſaria negatiua & affirmatiua poſſibili erit ſyllogiſmus cõcludẽs cõcluſionẽ abſolutam & poſſe: ſi aũt affirmatiua fuerit neceſſaria non erit ſyllogiſmus in modis vltimis.

CVm vero extiterit vna propoſitionum hac in figura poſſibilis, & altera neceſſaria, & fuerint ambæ vniuerſales, ac negatiua extiterit neceſſaria, erit ſyllogiſmus per conuerſionem negatiuæ ad primam figuram, in qua maior negatiua neceſſaria, & minor affirmatiua poſſibilis. ſed iam monſtratum fuit, ꝙ hęc concludit abſolutam & poſſibilem, ſiue neceſſaria fuerit maior, ſiue minor. Sin autem affirmatiua fuerit neceſſaria, non erit ſyllogiſmus. Hoc autem planũ ex terminis, ſi ponamus extremitatem minorem hominem, & medium album, & maiorem cygnum. & hoc, quoniam poſſibile eſt nullum hominem eſſe album: & omnis cygnus eſt albus ex neceſſitate: & concluditur, nullus homo eſt cygnus, quæ eſt negatiua neceſſaria, concludẽs autem negatiuam neceſſariam non poteſt concludere poſſibilem penitus, neq; affirmatiuã, neq; negatiuam. Et planũ etiam ꝙ non concludit concluſionem negatiuam neceſſariam: quoniã neceſſaria erit ex ambabus neceſſarijs, aut ex ſyllogiſmo in quo extiterit neceſſaria negatiua, ſed affirmatiua abſoluta non eſt poſſibilis, ſm ꝙ monſtratum fuit. conſimiliter planum eſt etiam, ꝙ non cõcluditur abſoluta, qm̃ abſoluta eſt ex natura poſſibilis. Amplius, manifeſtum eſt etiam ex terminis, ꝙ non concludit negatiuam neceſſariam, quoniam concludit aliquando negatiuam neceſſariam, & aliquando affirmatiuam neceſſariam. termini igitur concludentes negatiuam neceſſariã ſunt qui præceſſere. Concludentes autem affirmatiuam neceſſariam, vigilans, motum, animal. & hoc, quoniam omne vigilans eſt motũ ex neceſſitate: & poſſibile eſt nullum animal eſſe motum: & omne vigilans eſt animal ex neceſſitate. non igitur erit in hac complicatione ſyllogiſmus concludẽs penitus, ſiue affirmatiua neceſſaria maior extiterit, ſiue minor. Quòd ſi fuerint binæ ꝓpoſitiones ſimiles in qualitate, ſi negatiuę quidem extiterint, erit ſyllogiſmus, cùm negatiua poſſibilis conuerſa fuerit ad affirmatiuam poſſibilem, quę ex ipſa

ipſa ſequitur, quoniam fiet complicatio ex binis propoſitionibus, affirmatiua poſſibili, et negatiua neceſſaria, ſed iam monſtratum fuit ꝙ hæc concludit, ſiue minor negatiua fuerit, ſiue maior. Sin aut extiterint binæ propoſitiones vniuerſales affirmatiuæ, non erit ſyllogiſmus. Planum etenim eſt, ꝙ concluſio non poteſt eſſe negatiua, neq; abſoluta, neq; neceſſaria: quoniam non inuenitur in ſyllogiſmo propoſitio negatiua, neq; neceſſaria, neq; abſoluta, neq; etiam negatiua poſſibilis, neq; affirmatiua neceſſaria, quoniã planum ex terminis, ꝙ concludunt negatiuam neceſſariam: quod autem concludit negatiuam neceſſariam non poteſt omnino cõcludere aut affirmatiuam neceſſariam, aut poſſibilem, aut abſolutam. Et conſimiliter non poteſt concludere penitus negatiuam poſſibilem. Termini concludentes negatiuam neceſſariam, homo, album, cygnus. quoniam poſſibile eſt omnem hominem eſſe album: & omnis cygnus albũ ex neceſſitate: & concluſio, nullus homo cygnus. Iſtæ ergo ſunt vię concludentes hac in figura ſm hanc viam miſtionis, & non concludentes, cũ fuerint ambæ propoſitiones vniuerſales.

Quę concluſiones i modis particularibus concludantur.

Si vero vna ipſarum vniuerſalis extiterit, & altera in parte, ſi maior quidem propoſitio fuerit vniuerſalis neceſſaria, erit ſyllogiſmus concludẽs, aut negatiuam poſſibilem, aut negatiuam abſolutam: quoniam, ſi negatiua neceſſaria conuerſa fuerit, redibit ad primam figuram, quæ componitur ex affirmatiua poſſibili, & maiore negatiua neceſſaria. Sin autem affirmatiua exiterit neceſſaria, non erit conſimiliter ſyllogiſmus omnino. monſtratio autem huius eadem eſt, quæ & in vniuerſalibus, & per eoſdem terminos, qui præceſſere. Conſimiliter non erit ſyllogiſmus, cùm fuerint ambæ affirmatiuæ, oſtenſio autem huius eſt oſtenſio quæ fuit in vniuerſalibus. Quòd ſi fuerint ambæ propoſitiones, hoc eſt vniuerſalis & particularis negatiuę, & vna ipſarum exiterit vniuerſalis neceſſaria, erit in hoc ſyllogiſmus imperfectus. & hoc, ſi conuertatur poſſibilis negatiua ad affirmatiuam, erit ſyllogiſmus, quemadmodum fuit, cùm erant vniuerſales, vt prædictũ eſt. Et ſi fuerit negatiua neceſſaria particularis nõ erit ſyllogiſmus, ſiue fuerit affirmatiua, ſiue negatiua poſſibilis. Conſimiliter non erit ſyllogiſmus, cùm fuerint binæ propoſitiones indefinitæ aut particulares. monſtratio autem huius eſt eadem monſtratio cũ præcedente, & in eiſdem terminis. Iam itaq; declaratum fuit, ſi propoſitio neceſſaria ponatur negatiua vniuerſalis, ꝙ erit ſyllogiſmus concludẽs, aut negatiuam abſolutam, aut negatiuam poſſibilem: cùm vero ponatur neceſſaria affirmatiua non erit ſyllogiſmus. Manifeſtum igitur ex hoc, quòd vno ordine terminorum in ſyllogiſmis abſolutis, et neceſſarijs erit, et nõ erit ſyllogiſmus. Amplius manifeſtũ, ꝙ omnes ſyllogiſmi iſti ſunt imperfecti.

Figura Tertia ex ambabus Contingentibus. Cap. XX.

SEd in vltima figura, & vtriſque contingẽtibus, & altera, erit ſyllogiſmus. Cùm itaque contingere ſignificent propoſitiones, & concluſio erit contingens: & quando hæc contingere, illa ineſſe. cùm vero altera neceſſaria poſita ſit: ſi affirmatiua quidẽ, non erit concluſio, neq; neceſſaria, neq; inexiſtẽs: ſin autem priuatiua, inexiſtendi erit ſyllogiſmus, quemadmodum in prioribus. Accipiẽdum vero & in his conſimiliter contingens, quod in cõcluſionibus. Sint itaque primum contingentes: & A & B omni C cõtingant in eſſe, quoniam igitur conuertitur affirmatiuũ in parte: B vero omni C contingit: & C alicui eorum quæ B contingere poſſet. quare ſi A oi cõtingit C: C autem alicui eorũ quę B: neceſſe & A alicui B cõtingere. ſit enim prima figura.

Motus. Vigilatio.



Prima vtilis coniugatio, concludens de contingẽte per cõuerſionem.

Et ſi A contingit nulli C ineſſe: B vero omni C contingeret: neceſſe & A alicui eorum quæ B contingere non ineſſe. erit enim rurſus prima figura per conuerſionem.

Motus. Vigilatio.



Secunda, & ipſa concludens de contingẽti p cõuerſionem minoris.

Quòd ſi vtræq; priuatiuæ poſitæ fuerint, ex ipſis quidem aſſumptis non erit neceſſarium, ſed conuerſis propoſitionibus, erit ſyllogiſmus, quemadmodum in prioribus. Nãque ſi A & B contingit non ineſſe, ſi tranſumptum fuerit contingere nõ ineſſe, rurſus erit prima figura per conuerſionem.

Motus. Vigilatio.



Tertia coniugatio idẽ concludens p conuerſionem ambarũ propoſitionum.

Si vero

Si verò hic terminorum est vniuersaliter, ille in parte, eodem pacto se habentibus terminis, quo in eo quod est inesse, erit, & non erit syllogismus. Contingat enim A omni C, inesse: sit autem alicui C: erit itaq; prima figura, propositione conuersa, quæ est in parte. nam si A omni C: C vero alicui eorum quæ B: A igitur alicui eorum quæ B contingit.



Coniugatio alia, concludens contingens.

Et si ad B C positũ fuerit vniuersale consilit.



Coniugatio alia, ides cõcludens.

Idem & si A C sit priuatiuũ: B C vero affirmatiuum, erit enim rursus prima figura per conuersionem.



Coniugatio alia concludens contingens negatiuam.

Sin autem vtraq; posite fuerint priuatiuę, hæc vniuersaliter, illa i parte, per ipsa quidem assumpta non erit syllogismus: sed cõuersis erit, quemadmodum in prioribus.



Coniugatio alia concludens contingens ex minoris conuersione.

Cùm vero vtraq; indefinitæ, aut in parte acceptę sint, non erit syllogismus: necesse etenim A omni, & nulli B inesse. Termini inexistendi, animal, homo, album: non inexistendi, equus, homo, album.



Coniugationum particularium & indefinitarum inutilis explum.

Complicatio Possibilis in Tertia figura. Cap. XX.

CVm vero exiterint hac in figura binæ propositiones possibiles vniuersales erit syllogismus, & erit conclusio particularis possibilis eo modo, quo fuit in absoluta solum & necessaria, hoc est per easdem illas conditiones. & monstratio super hoc est mõstratio super illis. Quod autem proprium est istius materię, est, q; cùm fuerint negatiuæ, erit ex ipsis syllogismus imperfectus per conuersionem vnius negatiuę ad affirmatiuam, et affirmatiua ex ipsa erit ex binis propositiõibus, quarũ vna affirmatiua, & altera negatiua.

Quòd si fuerit vna ex ipsis vniuersalis, et altera particularis, syllogismi concludentes et non concludentes erunt, quemadmodum fuere in materia absoluta, & necessaria, & per easdem illas cõditiones. Hoc autem est proprium; quoniam cùm fuerint ambæ negatiuæ, erit syllogismus per conuersionem, hoc est per conuersionem negatiuæ ad affirmatiuam, quæ sequitur ex ipsa, quoniam non fit syllogismus ex binis negatiuis secundum aliquam materiam, neq; simplicem, neq; compositam. Sin autem accipiantur duæ propositiones indefinitæ, aut particulares, non erit consimiliter syllogismus: quoniam aliquando concludit affirmatiuam necessariam, et nonnunquam negatiuam necessariam. Termini concludentes affirmatiuam, homo, album, animal,

Proprius est materię possibilis, vt ex ambab⁹ negatiuis p cõuersiones ad affirmatiuas fiat syllo.

Non fit syllogism⁹ in alia materia nec simplici, nec mixta ex ambabus negatiuis.

animal, & hoc quoniam aliquod album potest esse homo: & album potest esse animal: et homo ex necessitate est animal. Concludentes vero negatiuam, homo, album, equus & hoc, quoniam album potest esse homo: & albũ potest eẽ equus: & conclusio nullus hõ est equus, & per hos eosdem terminos monstratur hoc, cũ fuerint negatiuæ, aut vna ipsarũ affirmatiua, & altera negatiua: nam complicatio põt ex ipsis componi.

Missio Inexistentis & Contingentis in Tertia figura. Cap. XXI.

CAeterum si hæc inexistere, illa propositionum significet contingere, conclusio erit, q; contingit, et non q; inest. syllogismus autem erit, eodem modo se habentibus terminis, quo & in prioribus. Sint enim primum prædicatiuæ, & A omni insit C: B vero omni contingat inesse: cõuerso igitur B C, prima erit figura, et conclusio q; contingit A alicui B inesse. nam quando in prima figura propositionum altera significet contingere, conclusio erat contingens. Consimiliter autem, & si B C inesse, A C vero contingere.



Coniugationes bigę vtres concludens contingens.

Et si A C priuatiuum: B C autem prædicatiuum, sit autem vtrumuis: vtroq; modo erit conclusio contingens: fit enim rursus prima figura. monstratum vero est, q; dum altera propositio in ipsa cõtingere significat, & conclusio erit contingens.

Coniugationes secundæ idem concludentes.

Sed si contingens priuatiuũ ad minus extremum positum fuerit, per ipsa quidem posita non erit syllogismus: conuersis autẽ erit, quemadmodum in prioribus.



Coniugatio alia idem cõcludens per duplicem conuersionẽ contigentis.

Quod si hæc propositionum vniuersaliter, illa in parte sit, vtrisque prædicatiuis existentibus: aut ea priuatiua quæ vniuersaliter, affirmatiua vero quæ in parte, idem erit syllogismorum modus: omnes enim per primam concluduntur figuram. quare manifestum, q; eius quod est cõtingere, & non eius quod est inesse erit syllogismus.



Quatuor cõiugationes particulares affirmatiuę cõcludẽtes cõtingens: ambę primæ, p̃bantur p cõuersionẽ minoris, aliæ p binas cõuersiones.

Binæ coniugationes particulares negatiuę cõcludentes cõtingentes.

Quòd

Quòd si affirmatiua vniuersaliter, ptiuatiua vero in parte, per impossibile erit demonstratio. Insit enim B omni C: A vero contingat alicui C non inesse: necesse est ergo A alicui B contingere nõ inesse. Nãq; si inerit ex necessitate omni B: B vero omni C ponitur inesse: A omni C ex necessitate inerit. hoc autem monstratum est prius. verum supponebatur alicui contingere non inesse.



Sed cùm indefinitæ aut in parte vtræque fuerint acceptæ, nõ erit syllogismus. demonstratio autem eadem, quę & in vniuersalibus, & per eosdem terminos.



Complicatio Possibilis & absolutæ in Tertia figura. Cap. XXI.

In Tertia figura ex absoluta & possibili ambabus affirmatis & vtrib⁹ sequitur semper conclusio possibilis. a Si altera fuerit negatiua, si fuerit negatiua possibilis, cõcto erit possibilis vera, & syllogismus perfectus: si absoluta fuerit negatiua, erit cõcto possibilis de possibili.

CVm vero vna duarum propositionum hac in figura fuerit absoluta, & altera possibilis, et ambæ affirmatiuæ vniuersales, erit conclusio possibilis in parte. Et hoc monstratur per conuersionem minoris. quoniam si ipsa fuerit possibilis, redit ex figura prima ad id, in quo minor possibilis & maior absoluta. sed iam in præcedentibus declaratum fuit, ꝙ est conclusio possibilis. si vero minor extiterit absoluta, redit ad id, in quo minor est absoluta in figura prima, & maior possibilis. sed tam consimiliter expositũ fuit, ꝙ hæc concludit possibilem. Quòd si vna ipsarum extiterit affirmatiua & altera negatiua, & fuerit vtrauis ipsarum absoluta, hoc est, aut maior, aut minor, & maior extiterit negatiua possibilis, erit conclusio possibilis vera. Sin autẽ negatiua fuerit absoluta, erit conclusio negatiua possibilis per participationem nominis, hoc est, quæ concludit binas conclusiones, negatiuam necessariam, & negatiuam possibilem. Quòd si minor extiterit negatiua & possibilis, seu fuerint ambæ negatiuæ, non erit syllogismus, nisi conuertatur negatiua possibilis ad affirmatiuam, quæ sequitur ex ipsa: qm̃ reuertetur ad eam, quę est ex binis affirmatiuis, aut ad eã, quæ maior negatiua & minor affirmatiua.

Si vero extiterit vna duarum propositionum vniuersalis & altera particularis, & fuerint ambæ affirmatiuæ, aut maior affirmatiua & particularis negatiua, erit syllogismus per reductionem ad primam figuram per conuersionem particularis affirmatiuæ, secũdum quòd declaratum fuit, & conclusio sua erit secundum modum, quo fuit, quando binæ propositiones erant vniuersales. Quòd si affirmatiua fuerit vniuersalis & negatiua particularis, & minor absoluta affirmatiua & maior negatiua particularis possibilis, erit syllogismus. declaratio autem huius erit per syllogismum ad impossibile. Sit ergo omne B c absolute: & aliquod B non est A, possibiliter: dico quòd possibile est aliquod C non esse A. Si enim hoc nõ est verum, uerum erit suum contradictorium, hoc est, omne C est A ex necessitate: nanque hoc est contradictorium secũdum modum & quantitatem & qualitatem: sed iam positum fuerat, ꝙ omne B est C absolute: ergo concluditur in prima figura, quòd omne B est A ex necessitate: sed iam posueramus aliquod B non esse A possibiliter: quoꝙ fieri non potest, & non cohæret. Sin autem extiterit maior particularis absoluta & minor possibilis, erit syllogismus, qui monstratur positione. Quòd si minor fuerit negatiua & absoluta, non erit syllogismus: quoniam proprium est tertiæ figuræ, quòd non habeat minorem negatiuam. Si vero fuerit minor negatiua possibilis, erit syllogismus per conuersionem ad affirmatiuam secundum quòd prædictum fuit. Sin autem extiterint ambæ propositiones indefinitæ, aut particulares, non erit syllogismus. mõstratio vero huius ea est, quæ facta fuit in speciebus vniuersalibus in hoc capitulo, hoc est in possibili tm̃, & in his eisdem terminis.

Mistio Necessarij & Contingentis in Tertia figura. Cap. XXII.

VErum, si est hæc quidem propositio num necessaria, illa vero contingẽs, dum termini sunt prædicatiui, semper eius quod est contingere erit syllogismus. Cùm vero sit hoc quidem prædicatiuum, illud autem priuatiuum, si affirmatiuum sit necessarium, eius quod est contingere nõ inesse: si vero priuatiuum, & eius quod est contingere, & eius quod est non inesse. sed eius quod est ex necessitate non inesse, non erit syllogismus: quemadmodum neque in alteris figuris. Sint itaque prædicatiui primum termini, & A omni C inſit ex necessitate: B vero contingat ineſſe omni C: quoniam itaque A omni C ex necessitate: C vero alicui B contingit: & A alicui B contingẽs erit, & non inexistens. sic igitur accidebat & in prima figura. Consimiliter autem monstrabitur & si B C necessarium positum fuerit: A C vero contingens.

Iterum

Iterũ sit hoc prædicatiuũ, illud priuatiuum, sed prædicatiuum necessarium, & A cõtingat nulli eorũ quæ cineſse: B vero oĩsit C ex necessitate: erit itaq; rursus prima figura, & erit priuatiua, ppõ cõtingere signat. Planũ igit ꝙ conclusio erit cõtingens. nanq; cùm sic se haberẽt in prima figura, ppõnes, & cõclo erat cõtingẽs.

Sed si priuatiua ppõ necessaria, et cõclusio erit, ꝙ cõtingit alicui nõ inesse, & ꝙ nõ inest. Ponat. n. A nulli ex necessitate: B vero oĩ contingere: conuerso itaq; B c affirmatiuo, prima erit figura, & necessaria priuatiua ppõ. verũ qñ ita se haberẽt ppositiones, accidebat A ipsi C & cõtingere alicui nõ inesse, & non inesse: quare & A ipsi B necesse alicui non inesse.

Cùm vero priuatiuũ ad minus extremum positum fuerit, si contingens, erit syllogismus, transumpta propositione, quemadmodum in prioribus.



Si vero necessarium non erit. etenim omni necesse, & nulli contingit ineſse. Termini ꝙ omni inſit, somnus, equus dormiẽs, homo: ꝙ nulli, somnus, equus vigilans, homo.

Consimiliter se habebit, & si hic terminorum vniuersaliter, ille in parte ad medium. Nam cùm prædicatiui fuerint vtrique, eius quod est contingere, & non eius quod est inesse, erit syllogismus.

Et quando hoc priuatiuum acceptum fuerit, illud vero affirmatiuum, sed necessarium affirmatiuum, eius quod est contingere.



Alia cōiugatio cōcludēs contingens, quæ mōstrat̄ per cōuersionem minoris.



Coniugatio cōcludēs cō tingēns, quæ similiter conuertit̄. sicut mōstratur, & p̄missarū transpositionē.



Alia cōiugatio cōcludēs contingens, quæ mōstrat̄ p̄ impossi.

Sin autem necessarium, non erit monstratio: utrum autem eodem pacto, quo & vniuersalibus, & per eosdem terminos.

Sanus. Equus dormiens.
O. N. Equus vigilans.



Coniugatio inutilis.

Planum itaq; & in hac figura, quando, & quomodo erit syllogismus, & quãdo contingendi, & quando inexistendi. Sed & manifestum, quòd omnes imperfecti, & quòd perficiuntur per primam figuram.

Quando autem priuatiuum necessarium, & cõclusio erit eius quod est non inesse, idem nanq; monstrationis modus, & vniuersaliter terminis existentibus, necesse etenim per primam figurã syllogismos perfici. quare quẽadmodum in illis, & in his necessariũ accidit.



Contingatio concludens de esse, quæ monstratur p̄ conuersionem minoris.

Cùm vero priuatiuum vniuersaliter acceptum ad minus positum fuerit extremum, siquidem contingens, erit syllogismus per conuersionem.

Complicatio Possibilis & Necessariæ in Tertia figura. Cap. XXII.

Si autem ambæ propositiones extiterint, & vniuersales, & vna ipsarum necessaria, & altera possibilis, & ipsæ ambæ affirmatiuæ, erit in hoc syllogismus concludens conclusionem possibilem, & hoc planum per conuersionem ad primam figuram. Quòd si fuerit vna affirmatiua & altera negatiua, & affirmatiua necessaria & minor, erit conclusio negatiua possibilis, & hoc per conuersionem affirmatiuæ, & reductionem complicationis ex figura prima ad id, in quo maior est negatiua possibilis, & minor particularis necessaria. Quòd si negatiuæ fuerit necessaria maior, erit conclusio negatiua possibilis, & negatiua absoluta per reductionem secundum conuersionem ad id, in quo maior in figura prima negatiua necessaria, & minor affirmatiua possibilis. Si vero minor fuerit negatiua possibilis, & maior affirmatiua necessaria, non erit syllogismus, nisi per conuersionem negatiuæ possibilis ad affirmatiuam possibilem. Sin autem minor extiterit negatiua necessaria, non erit syllogismus. Termini concludentes affirmatiuam, homo, dormiens, equus. & hoc, quoniam nullus homo est equus: & possibile est omnem hominem esse dormiens: & conclusio, possibile est omnem equum esse dormiens. Termini vero concludentes negatiuam, homo, dormiens, & equus vigilans. & hoc, quoniam nullus homo est equus

Ex poss & nec̃ia in tertia figura ambab⁹ affirmatiuis sequitur cõclusio possis: si aũt altera negatiua si fuerit positerit syllogismus: & cõclo possis: si aũt negatiua possis & negatiua absoluta.

est equus vigilans: & possibile est omnem hominẽ esse dormientẽ: & cõclusio, nullus equus est vigilans, quod sit dormiens.

Syll̃ peculares sequũtur, nisi ex necessaria & possibili.

Sin autem extiterit vna duarũ propositionum vniuersalis eraltera particularis, erit syllogismus per reductionem ad primam figuram, & erit conclusio positibilis ſm dispositionem specierũ, quæ ad ipsam deducunt ex figura ꝓma. Quòd si vna propositionum extiterit negatiua & altera affirmatiua, & fuerit negatiua maior, siquidẽ necessaria, erit conclusio absoluta aut possibilis: quũ redibit per cõuersionem ad primam figurã, quæ concludit binas illas conclusiones, seu fuerit vniuersalis, seu particularis per positionem, & ipossibile. Sed si negatiua fuerit possibilis, erit conclusio possibilis vera secundum dispositionem possibilis appropriati syllogismo, ad quem reducitur in prima figura. Sin autem negatiua extiterit minor, si quidem possibilis, erit syllogismus per conuersionem ad affirmatiuã possibilem. Si vero necessaria, non erit syllogismus. & hoc manifestum secũdum modum, quo monstratum fuit, cùm erant vniuersales, & per illos eosdem terminos. Sed iam expositum fuit, quãdo erit syllogismus in hac specie, & quomodo erit, & qualem cõclusionem qualis syllogismus oõcludat, & quales ex ipsis perfecti, & non perfecti secundum dispositionem specierum, quæ sunt hac in figura. Sed iã perfectus est tractatus de omnibus syllogismis prædicatiuis.

Quòd figuræ syllogismorum sint tantum tres in omnibus syllogismorum generibus. Cap. XXIII.

QVòd igitur syllogismi, qui in his sunt figuris, per vniuersales perficiuntur syllogismos, qui in prima figura, & in illos reducuntur, planum ex dictis. ꝙ autem simpliciter omnis syllogismus ita se habebit, nunc erit manifestum, quando monstratum fuerit syllogismum omnem per harum aliquam figurarum effici. Necesse igitur omnem demonstrationem, atq; omnem syllogismum, aut inexistens quippiã, aut non inexistens monstrare: & hoc aut vlr, aut ſm partem: amplius aut ostensiue, aut ex suppositiõe, eius vero q̃ est ex suppõne, pars ẽ qui ꝙ ipoſe. Primum itaq; dicamus de ostẽsiuis: his enim monstratis, planum erit & in ijs qui ad impossibile, & oino ijs qui ex suppositione.

Si igitur oporteat A de B ratiocinari, vt inexistens, aut non inexistens, necesse est accipere aliquid de aliquo. Si ergo A de B acceptũ fuerit, quod est à pricipio sumptum erit. Sin aũt de C, C vero de nullo: neq; de illo aliud, neque de A alterũ, nullus erit syllogismus. eo enim ꝙ vnum de vno sit acceptũ, nil accidit ex necessitate. quare assumenda & altera ꝓpositio.

Ex vna ꝓpõ ne nihil concluditur.

Animal.	Homo.	Animal.	Rationale.
A.	——B.	A.	——C.

Si itaq; A de alio fuerit acceptum, aut aliud de A; aut de C alterum, esse quidem syllogismum nihil prohibet: ad B tamen non erit per accepta. neq; quando ç alteri: & illud alij: & hoc alteri: non fuerit autem ad B copulatum, nec sic erit ad B ipsius A syllogismus.



Syll̃ non oõcludentes ꝓpositũ.

Omnino enim diximus, ꝙ nullus vnquam erit syllogismus, alius de alio, non accepto alio quo medio, quod ad vtrunque se habet quodãmodo prædicationibus. Syllogismus nãq; simpliciter ex propositionibus est: ad hoc aũt syllogismus ex propositionibus ad hoc. sed impossibile ad B propositionem capere, nihil de ipso aut prędicantes, aut negantes: aut itẽrum ipsius A ad B, nihil commune accipiẽtes; verum de vtroq; sigillatim quędam prędicantes, aut negantes. quare accipiẽdum medium aliquod vtrorunq;, quod prædicationes copulabit: siquidem erit huius ad hoc syllogismus. Si igitur necesse quidem est accipere ad vtraq; commune, hoc autẽ trifariam continget: aut enim A de C, et C de B prędicaturos: aut C de vtrisq;: aut vtraq; de C: hæ vero sunt dictæ figuræ: planum syllogismum omnem necessarium fieri per harum aliquam figurarũ. eadem enim ratio, & si per plura copulat ad B. eadem nanq; erit figura & in multis.



Syll̃ concludentes ꝓpositũ, triplicat variatur.

Quod igitur ostensiui omnes concludantur per prædictas figuras, manifestum.

De syllis ad impossibile.

Quòd autẽ & qui ad impossibile, planum erit per hæc. Omnes. n. per impossibile concludentes, falsum quidẽ ratiocinantur: quod autẽ à principio, ex suppositione monstrant, cùm impossibile aliquid accidat, cõtradictione posita. Vt ꝙ diameter incommẽsurabilis,

eo ꝙ impatia æqualia paribus fiũt, si fuerit posita cõmẽsurabilis. æqualia igitur fieri impatia paribus ratiocinatur: diametrũ vero incõmensurabilẽ ẽsse, ex suppositione monstratũ fm falsum accidit propter contradictionem. hoc enim erat per impossibile ratiocinari, aliquid monstrare impossibile propter suppositionem, quæ ex principio.



Ostensio ꝺd diameter sit incõmensurabilis lateri.

Quare, quoniam falsi syllogismus sit ostensiuus in his quæ ad impossibile deducuntur: ostensiuos autẽ prius diximus, ꝙ per has concluduntur figuras: manifestum, quòd per impossibile syllogismi per has erunt figuras.

De syllis ex suppõne. Consimiliter & alij omnes, qui ex suppositione. in omnibus enim syllogismus quidem fit ad trãsumptum: quod autem ex principio, concluditur per confessionem, aut aliquam aliam suppositionẽ. Quòd si hoc verum, omnem demonstrationem, & omnem syllogismus necesse fieri per tres prædictas figuras. Hoc autem monstrato, planum & quòd omnis syllogismus perficitur per primam figurã, & reducitur ad vniuersales syllogismos, qui in hac sunt.

Quod figuræ syllogismorum sint tantum tres in omnibus syllogismorum generibus, ubi de syllogismis conditionalibus multa. Cap. XXIII.

DIxit. Iam igitur declaratum fuit fm modum, ꝙ dictus fuit in figuris absolutis, ꝙ omnes syllogismi existentes in his figuris, reducũtur ad primam figuram, quę est in ipsis. quòd autem omnia syllogismorum genera, quæ absolute inueniuntur, reducantur ad primam figuram penitus, planum erit, posteaq; ostensum fuerit, ꝙ oĩa syllogismorum prædicatiuorum genera sunt hæc tria tantum, quodq; reliqui syllogismorum, quibus non egent necessario prædicatiui, non sunt reducibles ad eos, qui sunt fm viã prædicationis.[a] Dicamus igitur, ꝙ omnis syllogismus penitus, aut monstrat aliquid esse, aut aliquid non esse: & vterq; horum duorum, aut ostẽdit aliquid vniuersale, aut aliquid particulare: omnis autem qui monstrat aliquid esse, aut aliquid non esse, aut monstrat fm modũ prædicationis, aut monstrat fm modum conditionis, aut monstrat per syllogismum compositum ex ambobus istis, puta, per syllogismũ ad impossibile, de quo est intentio nũc nunc. est enim hæc de syllogismis, qui

a Nota pul cherrimã diuisionem cõclusionũ, quę p syllos categoricos ostẽdunt, & hypotheticos.

Oĩa syllis aut categoricus, aut hypothetic⁹, aut mixt⁹ ex vtroq;, vt syllis ad impossibile.

sunt fm viam prędicationis & conditionis, concludentes & non concludentes absolute. si enim mõstrati fuerint isti, monstrati etiam erũt hi, quibus indigemus ad hos, hoc est syllogismus ad impossibile, & syllogismus qui est fm conditionem. Dicamus igitur, si opus fuerit, vt ostendamus aliquid esse in aliquo, puta, si oportuerit monstrare ꝙ A prædicatur de B, aut fm modum negationis, aut secundum modum affirmationis, planum ꝙ accipiemus ad monstrationem huius fm modum prædicationis, ꝙ aliquid est in aliquo, & prędicatur de aliquo. Quòd si acceperimus in hoc A prædicari de B, planum ꝙ idem acceptum erit in monstrationem suiipsius. sed hoc & impossibile est, & non confert cognitioni consequenti quæsitum. Et consimiliter si acceperimus ad hoc enunciationem diuersam et à subiecto & à prædicato quæsiti, manifestum etenim etiã ꝙ non sequetur ex ipso quæsitũ, neq; affirmatiuum neq; negatiuũ: quemadmodum si dicamus ꝙ A prædicatur de B, qm C prædicat de D. Cùm igitur bina hæc contraria sint impossibilia, supereſt vt dicamus, ꝙ id, quod accipitur ad monstrandum A prædicari de B, aut est oratio participans alterius extremorum, aut participans amborum simul. Amplius, si participat alterius extremorum, oportet vt aut ipsius prædicatum sit idem, quod prædicatum quæsiti & subiectum aliud, aut vt subiectum suum sit subiectum quæsiti & prędicatum aliud, aut prædicatum quæsiti sit ipsius subiectum, aut subiectum quæsiti prædicatum suum. non enim potest oratio participationis effugere ab vna istarum partium. Præterea oportet etiam hoc participans, aut ita se habere, vt vnum & idem iudicium sit, præterquam ꝙ illi communicet iudicium aliud, aut enunciatio alia, aut quòd communicatio sit cum enunciatione alia, & hoc abiꝙ eo, quòd verificetur de quæsito. Si igitur accipiatur participans cum vno extremorum quæsiti, quod est A & B enunciatio vna tantum, puta, si accipiatur A participare cum C, prædicatione vna ex ipsis secundũ compositionem suam: planum quòd non sequitur ex hoc, vt A participet cum B, hoc est, vt prædicetur affirmatiue aut negatiue de B in omni tempore, in quo non participat C cum B. Quòd si acceperimus A communicare cum B, in prædicatione seorsum & secundum se, planum quidem quòd ex hoc erit syllogismus, non autem super quęsito quod quæritur, hoc est quòd A insit B, aut negetur ab eo. Si uero acceperimus aliqua communicantia cum vna duarum extremitatum in infinitum, præterquam quòd communicent cum altera, quemadmodum si accipiatur A communicare cum C, & C cum D, & D cum E, nõ sequitur ex hoc, vt A communicet cum B, aut prædicatione affirmatiua, aut prędicatione negatiua, vsquequo communicans cum A non cõmunicauerit cum B. quoniam syllogismus non terminatus erit ex propositionibus non determinatis, hoc est syllogismus, qui non est super quæsito determinato, erit ex propositionibus non determinatis. verum syllogismus determinatus, hoc est, qui erit super quæsito determinato, sequitur ut componatur ex propositionibus determinatis communicãtibus cũ vtraque extremitate quæsiti. Et ex hoc sequit, vt ad minimum syllogismus determinatus componatur ex binis propositionibus communicantibus in termino medio & variatis in extremitatibus quæsiti, ꝙ si nõn, non potest mõstrari aliquid prædicari de aliquo propter prædicationem alicuius de aliquo. quemadmodum si A cõmunicet cũ C, & C cum B, tunc sequit⁹ vt A cõtingat cũ B. Et ex hoc monstratur, ꝙ omnis syllogismus erit ex binis propositionibus, & terminis tribus, termino minore, & medio, & maiore. Quare syllis oĩs prædicatiuus, qui componitur super quæsito determinato, erit fm vnam

Oĩdit ꝙ diuisionem necessariam nõ posse fieri syllogismũ, nisi ꝓpões cõdet in aliquo medio.

Oĩs syllis cõstat ex duab⁹ ꝓpõmb⁹, & tribus terminis.

Oĩs syllis categoricus est fm vnã trium figurarum.

vnam harũ trium specierum syllogismorum prædicatiuorum, hoc est figuram primam, secundam, & tertiã. Quòd autem non inueniatur figura Quarta, planũ ex medio termino, qui accipitur cõicare cũ ambabus extremitatibus. Quemadmodum si accipiatur C cõicare cũ B, & A, quę sunt extremitates quæsiti, ex necessitate sequetur vnum ex tribus, vel vt subiectũ maioris extremitatis sit prædicatum minoris, quemadmodum si A prædicetur de C, & C de B, & hæc figura prima; aut prædicetur de vtrisq; simul, & hæc figura secunda: aut ipsis subiiciat, & hæc figura tertia. Si vero accipiatur prædicatum maioris subijci minori, non conueniet, propterea ꝙ prædicatum maioris prædicatur de minore, quoniam maior prædicatur in quęsito fm naturam de minore: & ita erit idem prædicatum de seipso: quod fieri non potest, si interpretes terminus medius fm quæsitum ponatur. Quòd si exponatur fm participationẽ concludet aliud à quæsito, puta conuersum suum. & hoc fm modum; qui numeratur complicatio figurarũ quartæ, quam posuit Galenus. atqui erit syllogismus super alio à quæsito posito, sed in hoc non cadit cogitatio fm naturam, neq; accipitur in sermone syllogistico non demonstratiuo, neq; existimatiuo. Iam igit̃ monstratum est, ꝙ omnis syllogismus prædicatiuus ex necessitate erit vna ex his tribus speciebus. quòd si fuerit vnum & idem quæsitum ostensum per plura media, quemadmodum si monstratum fuerit A inesse B, per inuentionem A B C, & C in D, & D in E, & E in B, erit syllogismus compositus ex vna istarũ trium figurarum, aut ex duabus, aut ex tribus.

Nota de syllogismo ad impossibile.

Consimiliter syllogismus ad impossibile cõponitur etiam ex vna harum trium figurarum, & syllogismo cõditionali. hoc autem monstratur, propterea ꝙ syllis ad impossibile fit per deductionẽ termonis ad impossibile per syllogismum prædicatiuũ, & ex eo, ꝙ quæsiti primum in eo sequitur, et monstrat per syllogismũ conditionalẽ. Quemadmodũ si dicamus, ꝙ diameter aut est cõicans cum latere quadrati, aut diuersa. deinde monstretur conditionatum ex hoc syllogismo, puta, ꝙ non est cõicans per syllogismũ prædicatiuum, qui deducat ad impossibile. & hoc si dicamus, si cõicaret, esset proportio quadrati vnius ad quadratum alterius proportio numeri quadrati ad numerum quadratũ. sequitur ergo ex hoc, vt proportio [redacted] ad quadratum diametri sit proport[redacted]drati ad numerum quadratum. sed tam[redacted] in libro Elementorum, ꝙ proportio du[redacted] qu[redacted]atorum vnius illorum ad reliquũ, non est proportio numeri quadrati ad numerum quadratum, sed est proportio duorũ ad vnum. hoc aũt fieri non potest, et non coh̃eret. Sed posteaq; monstratum fuit, ꝙ non cõicat, ponimus in eo ex syllogismo conditionali, quod à principio fecimus, puta cùm dicebam⁹, diameter aut diuersa, aut cõicans: sed nõ est cõicans: igitur ex necessitate est diuersa. Hic aũt est syllogismus conditionalis diuisiuus, qui cõponit ex binis contradictorijs perfectæ contradictionis, ex quibus cùm vnum ponitur, concluditur alterum, quemadmodum dicemus in syllogismis conditionalibus, ipossibile itaq;, veluti diximus in hoc syllogismo, monstratur per syllogismum prædicatiuũ, & quæsitum ostẽditur per syllogismũ conditionalem. Sed ex syllogismi conditionalis dispositionibus planum consimiliter, ꝙ non est sufficiens sine syllogismo prædicatiuo. Et hoc, qm̃ syllogismorũ conditionalũ duo sunt genera prima. Vnum est syllogismus cõiunctus, is videlicet, qui componitur ex consequentibus, & coaptat p notas conditionis facientes cõiunctionẽ, veluti si dicamus, si Sol ascendit est dies, illud aũt ex quo aliud sequit, vocatur antecedens, quod aũt sequitur consequẽs. Istius vero sunt binæ species. vna, vt ponat ipsius antecedẽs per se, & cõcludatur consequẽs, quemadmodũ si diceremus, atqui Sol ascendit ergo est dies. altera vero, cùm ponitur in ipso oppositũ consequentis, & concludit oppositum antecedentis. puta, si dicamus, atqui dies non est: ergo Sol non ascendit. Sed genus secundũ est conditionalis diuisus. hic aũt componitur ex contradictorijs plectæ contradictionis, & coaptantur illi notę cõditionis significantes partitionẽ. veluti si dicamus, hoc tempus, aut est dies, aut est nox. Huius aũt sunt quatuor species. & hoc quia ponitur antecedens, & concluditur oppositum consequentis: et ponitur consequens; & concluditur oppositum antecedentis: & ponitur oppositum antecedentis, & concluditur consequẽs: & ponitur oppositum consequentis et concluditur ans. puta, si dicamus, atqui non est nox: igitur est dies, vel atqui non est dies: igitur est nox, vel atqui est nox: igitur non est dies, vel atqui est dies: igitur non est nox. Cùm itaq; syllogismorum cõditionalium genera prima sint hęc duo, si perscrutabimur ipsorum dispositionem, planum nobis fiet, ꝙ quæsitum in ipsis id est, quod monstratur per modum conditionis. sed positum est illud, quòd oportet monstrare per syllogismum prædicatiuum in conditionali diuiso & coniuncto, posteaq; fuerit coniunctio et contradictio per se manifesta. & hoc, quoniam si fuerit cõiunctio in ipsis manifesta per se, & positum manifestum per se, erit etiã consequens manifestum per se. Et hoc planum in cõditionali diuiso. qm̃ si fuerit contradictio manifesta per se, & positũ manifestũ per se, erit quæsitũ quoq; manifestũ per se. puta, si planum extiterit ꝙ mũdus ex necessitate aut est nouus aut æternus: & fuerit etiam planũ ꝙ non est æternus: erit igitur ex necessitate per se quoq; manifestũ, ꝙ est nouus. Consimiliter se habebit dispositio in conditionali coniuncto. si enim motum esse est manifestum per se, & natura manifesta per se sine medio, ergo naturam esse per se quoq; manifestum erit. Eodem pacto si fuerint operationes animæ manifestæ ab anima per se: ergo & anima erit manifesta inuentionis per se. Consimiliter si motus fuerit manifestæ inuentionis: & notum, quoq; exiterit per se, ꝙ est à motore: igitur & motor erit manifestę inuentionis per se. Eodem modo si priuatio motus in re aliqua fuerit manifesta per se: & priuatio ipsius à motore nota etiam per se: igitur priuatio motoris ibi erit per se manifesta. Et vniuersaliter, quin, consyderaueris demonstrationes, quæ prodeunt processu conditionalium in scientijs, & hoc in quæstijs secundum naturam, inuenies coniunctionem aut manifestam per medium aut per positionem. Et hoc sequitur quidẽ in syllogismis conditionalibus, qui non sunt prędicatiui in potentia, hoc est, qui sunt conditionales vert. Cæterum qui sunt in potentia prædicatiui prodeunt processu conditionis, & propterea potest per ipsos monstrari quæsitum per se, & seorsum per additionem propositionis, & hæc conditionalium species ea est, in qua communicat antecedens cum consequente in termino vno. sed tam enunciauimus hoc in tractatu, quem destinauimus ad hoc. Quòd si fuerint duæ dispositiones in syllogismo conditionali per se notæ, non efficietur omnino ad declarandam remignotam p naturam. & fortasse efficietur ad monstrandũ aliquid minus occultum ignoro per naturam, quemadmodum fit inductio, & ei similia. Nec dici potest, ꝙ quemadmodum sunt propositiones et syllogismo prædicatiuo per se notæ, & conclusio ignota, cõsimiliter accidat, vt res sit in syllogismo conditionali, hoc est vt sint ambæ propositiones per se notæ, i. conditionalis, & posita, & sic conclusio ignota, qm̃ accidit vt sint ambæ propositiones in syllogismo prædicatiuo notæ; & conclusio ignota,

Scitu conditionalis cõiunctus duas habet species. Nota de syllogismo conditionali diuiso, cuius sunt quatuor species.

Nota quod quæsiti, ꝙ ꝙ cõtinet̃ fm hũ syllogismo conditionali.

In syllo cõditionali ꝓpõnes sũt per se notæ, & conclusio ignota, & hoc accidit.

ignota, quoniam propositiones non complicantur, nisi vt existimemus, ꝙ præter complicationē sequit̄ conclusio: sed ꝓpones in sylło cōditionali non requirunt̄ ad cōpositionē, vt ex ipsis sequatur id, quod sequitur. Quare opus est, vt intelligamus locum istum sup. Aristo. non quēadmodum dixit Abumazar, neq; quemadmodū super ipso in hoc dubitauit Abēsena. Et omnino per inductionem, quam descripsimus, manifestū quod dixit Arist. quemadmodum manifestum etiam est, ꝙ ex sermone nostro planū factum fuit, multa esse per se nota, veluti alam esse, & reliqua, atqui nouimus ista per hunc modum monstrationis. Verum fieri non potest, vt sit vna & eadem via, qua confidamus super noto per se, & super ignoto per naturam. Sed iam declaratum fuit, ꝙ oia syllogismorum genera perficiuntur per primam figuram, & ꝙ resoluuntur ad vniuersales ipsius, quemadmodum prædictum fuit. & hoc, qm̄ alij à prædicatiuis perficiuntur per prædicatiuos, & prædicatiui perficiuntur per primam figuram, & particulares, qui sunt in prima figura per vniuersales eiusdem, secundum quòd expositum fuit.

Oia syllogismorū genera perficiunt ꝓ primam figuram.

In omni syllogismo terminum aliquem prædicatiuum esse, & vniuersale existere. Cap. XXIIII.

AMplius autem in omni oportet terminorum aliquem prædicatiuum esse, & vniuersale existere. Nam sine vniuersali, aut non erit syllogismus, aut non ad positum, aut quod ex principio petetur. Ponatur enim, musicam voluptatem esse studiosam. si itaq; quispiam censeat voluptatem esse studiosam, nō addens, omnem, non erit syllogismus. si vero aliquā voluptatem, si quidem aliam, nihil ad positum. sin autem ipsam hanc, quod ex principio accipit. Sed magis efficitur manifestum in descriptionibus. vt ꝙ æquicruris æquales, qui ad basin. Sint ad centrum ductæ A B. si igitur æqualem accipiat A C D angulum ipsi B D C, non omnino existimans æquales, qui semicirculorum: & rursus C ipsi D, non omnem assumens eum qui secti: amplius ab æquis existentibus totis angulis, & ablatorum æquales esse reliquos E F, quod ex principio petet: nisi acceperit, ab æqualibus, æqualibus demptis, æqualia derelinqui.



Demōſo, ꝙ anguli æquicruris, q sūt supra basim, æquales inter se sunt.

Planum igitur, ꝙ in omni oportet vłe existere: & ꝙ vłe quidem ex omnibus terminis vniuersaliter monstratur: quod aūt in parte & sic, & illo modo. Quare si cōclusio quidem vłr sit, & terminos necesse vłr esse: si vero terminī vłr, contingit conclusionē non esse vłr, Sed manifestum, & ꝙ in omni syllogismo, aut vtraſq; aut alteram propositionē limilem necesse fieri conclusioni. dico aūt non solū affirmatiuam aut priuatiuā, sed necessariā, aūt inexistētem, aut contingentē. Considerare vero oportet & alia prædicamenta. Planum aūt & simpliciter, qñ erit, & qñ non erit syllogismus: & quādo possibilis, & quando ꝓfectus: & ꝙ si fuerit syllogismus, necessariū est se habere terminos sm aliquem dictorū modorū.

In omni syllogismo propositionem aliquam esse affirmatiuam, & aliquam vniuersalem. Cap. XXIIII.

PLanum etiam ꝙ oportet vt in omni syllogismo concludente sit propositio affirmatiua, quantacunq; fuerit in quantitate, & proposito, vniuersalis, qualiscunque extiterit in qualitate. Et hoc, qm̄ si non fuerit propositio vniuersalis, non erit ibi syllogismus oīno, siue fuerit super alio à quæsito, siue fuerit ꝓpositio eadem cum quæsito. Vt in exemplo, si fuerit quæsitū an delectatio musicæ sit bonū. quod n. accipi pōt ad mōstrationē istius quęsiti ex necessitate, aut est idē cū quęsito, aut aliud à quęsito. Amplius, si fuerit aliud à quęsito, non effugit à tribus dispōnibus, vel vt ꝓpō accepta in hoc sit indefinita, puta, ꝙ voluptas est bonū: vel vt sit particularis, puta, ꝙ aliqua voluptas bonum: vel vt sit vniuersalis, quemadmodum ꝙ omnis voluptas bonum. Si igitur accipiatur propositio indefinita, vt quòd voluptas est bonum, non considimus hanc voluptatem veram esse de alijs voluptatibus à voluptate musica, ergo non comprehendet quęsitum, puta, quòd voluptas musica est bonum. Consimiliter si ipsam exposuerimus per signum particulare, & dixerimus aliqua voluptas bonum. fortasse enim conclusio sua plerunq; erit alia à quæsito: quemadmodum si dicamus, aliqua voluptas bonum, & verificetur de voluptate scientiæ, & similiter indefinita concludet, quòd voluptas scientiæ est bona, sed hoc nō est quæsitum. Si vero accipiatur idem, quod quæsitum, planum quòd non erit syllogismus. ergo necesse est vt in syllogismo concludente contineatur minor extremitas sub medio, secundum quòd continetur pars in toto, quouscp fuerit proportio vnius ad aliud, proportio partis ad totum: & hoc in actu in figura prima, & in potentia in figura secunda & tertia. Et ex hoc manifestum etiam, quòd oportet propositionem contentam sub propositione vniuersali esse affirmatiuam. quoniam si esset negatiua, non contineretur sub ipsa, & non inueniretur in ipsa hæc proportio, & propterea dispositio dicti de omni comprehendens istam proportionem inuenitur in actu in prima figura, in potentia vero in secunda, & in tertia.

Oīs syllo cōcludens constat ex altera affirmatiua, & altera vłr.

In oī syllo concludente oportet minores sub medio contineri vt pē sub toto: i actu in prima figura, in potentia i secūda, & tertia.

Iam itaq; declaratum fuit ex hac expōne, ꝙ oportet in omni syllogismo esse aliquam propōnem vłrem & affirmatiuam: quodcp conclusio vniuersalis monstrat quidem ex propōnibus vniuersalibus: conclusio autem particularis ostenditur ex duabus propositionibus, quarum altera est particularis, et hoc in figura prima ac secunda. iam enim monstratur etiam ex bnis vniuersalibus, & hoc f tertia figura. Quod cūm ita sit, conclusio vniuersalis non poterit monstrari, nisi ex bnis

Hoc totum vsq; ad tertiā pē huius cōmenti nō legebat in alia translatione.

nis vniuersalibus. conclusiones vero particulares iam monstrantur secundum duas species simul, hoc est ex duabus vniuersalibus, & ex vniuersali & particulari. Et palam etiam est, ꝙ ambæ propositiones, aut vna ipsarum simulis erit in qualitate ad modo suo conclusioni, hoc est si fuerit conclusio necessaria, aut possibilis, aut absoluta, erunt ambæ propositiones, aut vna ipsarum secundum hunc modū. & hoc in syllogismis concludentibus conclusionem vnam, quæ est conclusio in eo, quod comprehenditur in dispōne dicti de oī. Et ex eo, quod diximus, planum est etiam, qñ est syllogismus concludens, et qñ non est syllogismus cōcludens: & concludens qñ est deficiens, & quando perfectus: quodcp cūm fuerit syllogismus prædicatiuus, necesse est vt termini in ipso ordinentur secundum vnam harum trium viarum, quas disposuimus.

Ambæ ꝓpōnes vel vna sūt illis de bet esse cōclusioni siue sm qualitate & modo.

Omnem syllogismum ex tribus tantum constare terminis, duabusq; propositionibus: ac quo pacto dum adduntur termini, propositiones crescant, ac conclusiones. Cap. XXV.

SEd manifestum & quòd omnis demonstratio erit per tres terminos & non plures: nisi per alios & alios eadem conclusio fiat: vt E per A B, & per C D.

Conclusio eadē demonstrāta per diuersos terminos in eadē figura.



aut per A B, & A C, & per B C: plura nanq; media eorundem esse nihil prohibet. his aūt existentibus, nō vnus, sed plures sunt syllogismi.



Cōclusio eadē pīdē medium diuersimode variatum in tribus ostensis figuris.

Aut rursus, quando vtrunq; eorum quę A B per syllogismum fuerit acceptum, vt A per D E, & rursum B per F G: aut hoc inductione, illud syllogismo. verū & sic plures syllogismi: plures nāq; conclusiones sunt, vt A, & B, & C.



Conclusio p syllā. & pro syllā oīs.

Si igitur non plures, sed vnus, sic accidit ꝓ plura eandem fieri conclusionem. vt vero C per ea quæ sunt A B impossibile. Sit enim E conclusum ex A B, C D: ergo necesse est ipsorum aliquid aliud ad aliud acceptum cē, hoc vt totum, illud vt pars. hoc enim prius ostensum est, ꝙ si fuerit syllogismus, necesse est terminorum aliquos ita se habere. Sic se igitur habeat A ad B: est itaque aliqua ex ipsis conclusio. aut ergo E, aut eorum quę C D alterum, aut aliud quippiā præter hæc. & si E quidem ex A B tātum, syllogismus vtiq; esset. C D vero, si quidem sic se habēt, vt sit hoc vt totum, illud vt pars, erit aliquid & ex illis: & aut E, aut eorum quæ A B alterū, vel aliud quippiam præter hæc. Et si E quidem, aut eorum quæ A B alterum, vel plures erunt syllī, aut vt contingebat, idem per plures terminos concludi accidit. si vero aliud præter hæc, plures erunt, & inconiuncti syllogismi ad se inuicem. ꝙ si nō ita se habeat C ad D, vt faciat syllm, frustra erūt accepta, nisi ābductionis, aut occultationis, aut alicuius alius talium gratia. Sin aūt ex A B non E, sed aliud quid fit conclusiō, ex C D vero, aut horum alterū, aut aliud quiddā præter hæc, & plures fiunt syllogismi, & non ipsius suppositi: suppositum nanq; fuerat syllogismum esse ipsius E. Quòd si ex C D nulla efficit conclusio, frustra accepta ea fuisse accidit, ac syllm non esse eius quod à principio. quare planum, ꝙ omnis demonstratio, & ois syllogismus erit solum per tres terminos.

Vel Inductionis.

Hæc verba (ꝙ si ex C D) debent legi, ꝙ si ex A B, ex Alexā. & Philo.



Oēs ista omnē syllm cōstituūt ex tribus terminis.

Cùm autem hoc planum sit, manifestum ꝙ & ex duabus propositionibus, & non plus ribus. tres nanq; termini duæ sunt propositiones, nisi assumatur, quēadmodum ex principio dictū est, ad syllogismoꝝ perfectionem. Planum itaque, ꝙ in qua ratione syllogistica non sunt pares propositiones, per quas conclusio propria fit, (quasdam nanq; ex superioribus conclusionibus necesse est propositiones esse) hæc ratio aut non est ratiocinata, aut plura necessarijs interrogauit ad positionem. Si itaq; syllogismi secūdum proprias accipiantur propositiones, omnis erit syllogismus ex propositionibus quidem paribus, ex terminis autem imparibus: vno nanq; plures terminí quàm propositiones. conclusiones vero dimidium propositionum.



Sylls simplex.

Sed cùm per prosyllogismos concludantur, aut per plura media non continua, vt A B per C D, multitudo quidem terminorum consimiliter vno superabit propositiones. aut. n. extrinsecus, aut ad medium ponetur intercidens terminus: vtroque autem modo accidit interualla vno minora esse terminis. Propositiones vero æquales sunt interuallis, non tamen pares semper erunt, illi autem impares: sed vicissim, quādo propositiones pares, impares terminí, cùm vero pares termini, propositiones impares: simul enim cum termino vna additur propositio, vndecunq; addatur terminus. quare quoniam illæ pares, isti impares erunt, necesse est permutari, cùm eadem fiat appositio. Cōclusiones vero non etiam eundem habebunt ordinem, neque ad terminos, necq; ad propositiones. cùm enim vnus terminus additur, conclusiones addentur vna pauciores præexistentibus terminis: ad solum nanque vltimum non facit conclusionem, sed ad alios omnes. Veluti si A B C adijciatur ipsum D, statim & conclusiones duæ adijciunt, & quæ ad A, & quæ ad B. consist aūt & in alijs. Verū & si ad medium intercidat, eodē modo: ad vnum nanq; solum nō faciet syllogismū. quare multo plures cōclusiones erunt & terminis & propositionibus.



Mōstratio q pacto augeatur, ppōnum ac conclusiō numer⁹ auctis terminis, & extrinsecus additis, & interiectis.

Omnem syllogismum ex tribus tantum constare terminis, duabusq; propositionibus, & quo pacto propositiones conclusionesq; crescant, ad ditis terminis. Cap. XXV.

Ois cōclio p tres termios erit nō plus neq; pauciores, nisi per plures syllogismos eadē cōclusio concludatur. Nota duos modos ad cōcludēdam conclusionē vnam.

ET de cætero declaratum etiam constit fuit, ꝙ oīs conclusio erit per tres terminos, non pauciores, neq; plures: nisi fuerit una & eadē cōclusio ostensa per plures syllos, quoꝝ vnusquisq; sufficit ad cōcludendā conclusionē, hoc est diuersam et eandem. Assemus aūt, ꝙ hoc potest esse bnis modis: quoꝝ vnus est, vt exempli gratia, mōstremus conclusionē, p duas propositiones A B, & per duas ꝓpositiones C D, aut per duas propositiones A B tm̄, & p duas ꝓpositiones C D tm̄. Modus vero secundus, vt sint ambæ propositiones concludētes conclusionē positā, conclusiones propositionum alterum, aut ambæ, aut vna ipsaꝝ. Exemplum huius, vt si E conclusio concludat per duas ꝓpositiones A B, & propositio A concludat p duas propositiones D E, & propositio B concludat per duas propositiones F G: vel vt ꝓpositio A concludat per duas propositiones D E, & ꝓpositio B sit manifesta p inductionē, aut sit manifesta per se à principio rei. Secundū igit modū priorē erunt syllogismi plures et conclusio vna: ſm vero modum istū erūt syll̄i plures & conclusiones plures, puta in exēplo hoc erunt tres, hoc est E conclusio vltima, & A & B, quæ sunt ꝓpositiones ad conclusionē E, & conclusiones respectu propositionū D E F G. Quòd si non fuerint syll̄i plures ad conclusionem vnā, sed syll̄s vnus, non poterit esse conclusio vna ex pluribus terminis q̄ tribus: qm̄ iam declaratum est, ꝙ non erit syll̄s ex paucioribus propositionibus duabus. Ponamus igitur, ꝙ conclusio vna sit ex syll̄o vno ex quatuor propositionibus & sex terminis: quēadmodum si ponamus exēpli grā, ꝙ E conclusio est ex propositionibus A B & propositionibus C D. Sed qm̄ planum, si fuerit concessum syll̄m esse ex propositionibus A B ꝙ erit proportio vnius ad alterum proportio partis ad totū: & si fuerit proportio vnius ad alterū proportio partis ad totū, ꝙ erit ex ipsis cōclusio ex necessitate: si igitur fuerit ex ipsis conclusio, ex necessitate erit vna ex tribus dispositionibus, vel vt sit ex ipsis E conclusio posita, vel vt sit conclusio vna ex propositionibus C D, aut vt sit aliud quippiam ab istis. Amplius, in oībus istis tribus dispositionibus ad propositiones A B non effugit, quin propositiones C D ita se habeāt, vt proportio vnius ad alterā sit proportio totius ad partē, aut non sit. Quòd si conclusio ex ipsis de nouo sequetur ex necessitate, hæc conclusio consist non effugiet ab his tribus dispositionibus, vel vt sit conclusio vna ex propositionibus A B, vel vt sit conclusio aliud ab istis, vel vt sit conclusio sequens ex propositionibus A B, cōclusio E quæsita. Quòd si ex C D propositionibus erit conclusio

Si ad cōclusiones vnam syll̄s vn⁹ ẽt, nō constabit nisi ex trib⁹ terminis.

clusio aliqua, erit ꝓportio vnius ex ipsis ad alterā, proportio totius ad partē. si ergo conclusio ista erit conclusio E, aut vna ꝓpositionum A B, erunt syll̄i plures sup conclusione vna: quod nō est impossibile. Si vero conclusio propositionum C D non erit conclusio E, neque vna etiā ex propositionibus A B, erunt syll̄i plures sup quæstis pluribus non coniuncti sibīnuicem. Quòd si propositiones C D non ita se habuerint, vt proportio unius ad alterā sit proportio totius ad partem, non erit vtilitas ad conclusionē: nisi acceptæ fuerint p modum inductionis ad verificandas propositiones syll̄i, aut ad occultandam cælandamq; conclusionē, aut ad aliud tale ex ijs, propter quæ accipiunt propositiones non necessarię ad conclusionē, ſm ꝙ declaratū fuit in Octauo libri Dialectices. et hoc est, quod sequitur, cū posuerimus, ꝙ conclusio ꝓpositionū A B est E. Quòd si conclusio propositionū A B fuerit aliud ab E, & aliud ab altera propositionū C D, non effugiet ēt consist, quin conclusio propositionum C D, aut sit conclusio E, aut una propositionum A B, aut aliud ab istis: vel vt C D sint ꝓpositiones non concludētes oīno. Si vero extiterit conclusio A B aliud ab E, & aliud ab altera propositionū C D, non erit syll̄s super quęsito. Et si fuerit etiam conclusio propositionū C D aliud ab E, & aliud à propositionib⁹ A B, non erit syll̄s super quęsito vno tanq; sup quęsito, sed erunt syllogismi plures super quęstis pluribus. Sin autē fuerit conclusio propositionū C D vna ex propositionibus A B, erūt etiam consimil̄ syllogismi plures super quæsito vno, nisi aliud extiterit à quæsito. Quòd si C D propositiones sint nō concludētes, non conferēt aliquid conclusioni propositionū A B, cū hoc etiam, ꝙ conclusio propositionū A B est aliud à quæsito. Si vero fuerit conclusio ꝓpositionū A B vna ex propositionibus C D non effugiūt simliter ēt propositiones C D ab his tribus dispositionibus, uel vt cōcludant E, uel vt cō cludant alterā propositionū A B, uel vt concludāt aliud ab his. Si igitur concluserint E, erunt syll̄i plures super quæsito vno. sed iam declaratū fuit, ꝙ hoc non est impossibile. Quòd si fuerit conclusio sua vna ex propositionibus A B, erit monstratio circularis, & non erit ibi syll̄s super quæsito. Quòd si fuerit conclusio sua, conclusio ex ꝓpōnibus C D alia ab E, et alia ab altera, ꝓpōnum A B, erunt consist syll̄i plures super quæsito vno, nisi fuerit aliud à quæsito. Sin autē propositiones C D nihil concludant penitus, non erit ipsis vtilitas ad conclusionē, & erunt cassæ, & erit ibi syll̄s vnus, sed super alio à quæsito. Iā igitur declaratum fuit, ꝙ oīno fieri non potest, vt imaginemur quæsitum vnum monstrari per syll̄m vnum compositū ex pluribus propositionibus q̄ duabus. & ex hoc ēt manifestum est, ꝙ nō potest quæsitum vnum monstrari per syll̄m vnū compositum ex pluribus terminis q̄ tribus. & hoc est, quod intendebamus ostendere. Postea igitur q̄ monstratū fuit ꝙ ois syll̄s simplex non erit ex pluribus terminis q̄ tribus, & tres termini erunt duæ propositiones tm̄: ergo syllogismus ois non erit ex pluribus propositionibus, q̄ duabus, & terminis tribus, & planum etiam ꝙ non erit ex pauciorib⁹: igitur syllogismus ois nō erit ex pluribus terminis q̄ tribus, neq; ex paucioribus. Quod cùm fuerit planum, manifestū etiā erit ꝙ ois syllogismus simplex, aut compositus ex syll̄is simplicib⁹ perfectis, in quo non deficiat propositio ex ꝓpōnibus necessarijs ad conclusionē vltimā, componi ex propositionibus paribus, et terminis imparibus: qm̄ termini superant propositiones vno, quodq; qualisēūq; syll̄us fuerit ſm hanc dispositionē, & non habuerit propositiones suas pares, ꝙ inquam non concludit, nisi in ipso accepta fuerit propositio non necessaria ad conclusionē, aut derelicta fuerit aliqua ex propositionibus necessarijs. & propriū est hoc syll̄i, vt sint in ipso conclusiones dimidiū propositionū: qm̄ ex oībus duabus propositionibus est conclusio. Syll̄s vero compositus ſm istam dispositionē vocatur coniunctus, in quo videlicet coaptātur, veluti diximus, oēs propositiones necessariæ ad conclusionē quæsiti, & repetunt propositiones mediæ bis, semel ex eo quo sunt conclusiones, & semel ex eo quo sunt propositiones. Et intelligo p propositiones medias propositiones, quæ sunt inter quæsitum primū & propositiones primas, ex quibus componunt syllogismi simplices, ad quos resoluitur syll̄us compositus. ipsi aūt sunt per se noti, quem ꝺmodum si monstratū fuerit ꝙ A est in B per propositiones C D, & monstretur utraq; istarum duarum propositionum per duas propositiones, puta, si monstret propositio C per propositiones E G, & propositio D per propositiones E B, & sint propositiones E G E B quatuor p se manifestæ, & sint oēs propositiones istius syllogismi præter q̄tuor aliq̄ conclusiones, & aliq̄ propositiones, hoc est conclusiones respectu superiorꝝ, & propositiones respectu inferiorum. Verū syllogismus cōsecutiuus, qui vocatur partitiuus, hoc est, in quo ponunt, aut oēs propositiones tm̄ sine conclusionibus consequentibus ex ipsis, aut pars propositionum ſm modū, quo nō dicuntur oēs propositiones, propriū habet, vt semp termini vno superent propositiones. non aūt erunt ꝓpositiones semper pares & termini impares, quemadmodum erant in syllogismo composito contūcto, sed propriū huius consimiliter erit, cùm fuerint propositiones pares vt sint termini impares, & cū fuerint propōnes impares vt sint termini pares. qm̄ hoc est propriū numerorꝝ, quoꝝ vnus addit super alium, ꝙ si fuerint propositiones impares & termini pares, & additus fuerit terminus vnus, conuertetur dispō, & erunt propōnes pares & termini impares. Qm̄ igitur hoc consequitur syll̄m, vt ex propōnibus suis aliquæ aliqbus coaptentur, & non sit distinctio conclusionū inter ipsas, de q̄bus mentionem facimus in syll̄o conuncto, sed negligant: sequit ergo vt innouet conclusio in ipso simul cū oībus tribus terminis ex illis conclusionibus, quarum aliqua est opus ad conclusionē quæsiti, & aliqua nō est opus, & hæ sunt conclusiones, quæ vocant superfluæ. Quod cū ita fuerit, erunt conclusiones innouatę in hoc syllogismo multo plures & terminis & propositionibus, hoc est, qm̄ si extiterint termini plures quatuor, et addat terminus vnus, addent etiā conclusiones pauciores terminis p̄cedentibus termino vno: qm̄ non complicabit conclusio ex termino addito & consequente, sed ex ipso complicabit & termino tertio: amplius ex ipso & ex termino quarto, & consist vsq; ad vltimum terminoꝝ, qui fuerit terminus additus ad extremitatē inferiorē: qui videlicet subīciat p̄dicato vltimo, aut in extremitate superiore, qui p̄dicetur de p̄dicato primo. vel vt addat sist etiā i medio. & hoc, qm̄ cùm fuerit additus in medio, faciet itidē conclusiones cum terminis superioribus & cū inferioribus præter duos terminos consequētes, quorum alter superior, & alter inferior. Exemplum huius, qm̄ si nobis subīcianf termini quatuor A B C D, erunt ex terminis istis tres conclusiones, conclusio ad terminos A B C, & conclusio ad terminos A C D, & conclusio ad terminos B C D. Quòd si addat⁹ supra ipsos terminus vnus, ut exempli grā E, innouantur tres conclusiones, conclusio ad terminos E D C, & conclusio ad terminos E C B, & cōclusio ad terminos E B A. erunt igitur conclusiones innouatæ à termino addito pauciores terminis, cū quibus complicatur terminus additus vno. Secundū igitur consyderationes istas fieri potest, vt consistamus super cognitione duarum speciērum syllogismi compositi, coniunctiui & partitiui.

Si p̄ponēs ñ se habeāt ꝙ p portiōe gtis ad totū, non erūt ad conclusionē vtiles: sed erūt semp̄ gña inductionis aut celationis. vt in. 8. Topic. dī in principio.

Ex q̄ syllus ois cōstat ex trib⁹ termis, constabit ex ꝓpōnib⁹ duabus nec̄io.

Ois syllus simplex vel cōpositꝰ, in q̄ non deest nec superfluit ꝓpō, hs ꝓpōnes pares & terminos impares, & cōclusiones dimidiū ꝓpōnum.

Nota quis sit syllogismꝰ compositus.

Nota qs sit syllus consecutiuꝰ, q partitiuꝰ dicit.

Nota hic de multiplicatione cōclusionum.

Exemplum multiplicationis.

qm̄

qm̃ si non complicabuntur ipsis proprietates istæ, & propositiones non sint additæ ad hanc intentionem, vt sint additę propositiones, quibus non est opus ad quæsitum, planum ꝙ oratio non erit syllogismus compositus oino non coniunctiuus neq; diuisiuus. in quocũq; igitur inuenientur proprietates coniunctionis, erit coniunctiuus: & in quocunq; inuenientur proprietates diuisionis, erit diuisiuus.

Quæ problemata per quas figuras concludantur, et quæ facile, quæue difficulter concludi possint. Cap. XXVI.

QVoniam autẽ habemus de quibus syllogismi, & quale in vnaquaq; figura, & quot modis monstratur, manifestum nobis est & quale problema difficile, & quale bene argumentabile, quod enim in pluribus figuris, & per plures casus concluditur, facilius: quod autẽ in paucioribus & per pauciores, difficilius argumẽtabile. Vniuersale itaq; affirmatiuum per solam primam mõstratur figuram, & per hanc vno tãtum modo. Priuatiuum autem, & per primam & per mediam. ac per primam quidem vno solum modo: per mediam vero dupliciter. Sed affirmatiuum in parte per primam, & per vltimam: vno tantummodo per primam, trifariam autem per vltimam. Priuatiuum vero ſm partem in omnibus figuris mõstratur: prꝫterquam ꝙ in prima quidem, semel: in media vero atque vltima, in illa bifariam, in hac tripliciter. Planum itaque, ꝙ vniuersale prædicatiuum construere quidẽ difficillimũ, destruere vero facilius. Omnino autem tollere vniuersalia facilius, quàm ea quæ sunt in parte. nanq; & si nulli, & si alicui non insit, sublatum est. horum autem alicui quidẽ non, in omnibus monstratur figuris: nulli vero, in duabus. Sed eodem pacto & in priuatiuis. nanq; & si omni, & si alicui, sublatum est quod à principio: hoc autem erat in duabus figuris. In ijs vero quæ sunt in parte, vno tantum modo, aut omni, aut nulli ostendentem ineſſe. Sed construenti faciliora quę in parte: nanq; & in pluribus figuris, & per plures casus. Et omnino non oportet latere, ꝙ destruere per se inuicem est, & vniuersale per ea, quæ sunt in parte, & hæc per vniuersalia. construere vero nõ est vniuersale per ea quæ sunt ſm partem, sed per illa hæc est. Simul autem manifestum, ꝙ & destruere facilius est, ꝙ construere. Quomodo igitur efficiatur omnis syllogismus, & per quot terminos ac propositiones, & quomodo se habentes inuicem: amplius, quale problema in vnaquaque figura, & quale in pluribus, & quale in paucioribus monstratur, planum ex dictis.

Quæ problemata per vnam, & quæ per plures figuras concludantur: & quæ facile, quæ'ue difficulter concludi possint. Cap. XXVII.

SEd quoniam species conclusionum, quæ sunt ex syllogismis, sunt apud nos notę, & in quot figuris fit vna & eadẽ conclusio, & in quot speciebus sit istius figuræ, planum nobis erit in hoc, qualis spẽs conclusionũ ac quæsitorꝫ ita se habuerit, vt cũ difficultate super ipsa syllogismus inueniri possit: & qualis syllogismorum spẽs ita ẽt se habeat, vt facile super ipsa inueniatur syllogismus. qm̃ manifestum, ꝙ spẽs, quę monstrat per syllogismos pluriũ figurarum & plurũ specierꝫ, & figurę vnius & eiusdem, ꝙ incõmodior est, facilior ea, quæ ostendit per syllogismos pauciores figurarum & pauciorꝫ spẽrum. Monstratum est itaq;, ꝙ vniuersalis affirmatiua non ostendit nisi in prima figura, et hoc in vna specie ipsius. Et declaratũ est ẽt, ꝙ vniuersalis negatiua monstrat in duabus figuris prima et secunda: in prima in vna tm̃ specie, in secunda in binis speciebus. De affirmatiua etã particulari consimiliter monstratũ fuit, ꝙ concluditur in figura prima in specie vna ipsius, & in tertia in tribus speciebus. Et consimiliter quoque monstratum fuit, ꝙ particularis negatiua concluditur in omnibus figuris: in prima in specie vna, in secunda in binis speciebus, & in tertia in tribꝰ speciebus.

Quod cùm ita fuerit, vt exposuimus, planum ꝙ difficillima ad construendum est vniuersalis affirmatiua, cùm per vnicam viam construatur: ad destruendũ vero est oium facillima, cùm destruatur per constructionem particularis negatiuæ. particularis aũt negatiua constructu facillima oium: cũ in pluribus ex ipsis construatur, amplius, quia construi per vſum negatiuam. Et oino vniuersalis destructu facilior q̃ constructu: qm̃ destruit ꝑ constructionẽ sui contradictorij, quod est particulare, & per constructionẽ sui cõtrarij, quod est vſe. Vniuersalis autem negatiua constructur in duabus figuris, & destruitur etiam in duabus figuris: nisi ꝙ destructio ipsius facilior est constructione eiusdem. & hoc, qm̃ destruitur per constructionem particularis affirmatiuæ & vniuersalis affirmatiuæ, quæ construi per modum vnũ, & est conclusio ꝑ se. Particularia vero quæsita, constructu facilliora sunt q̃ destructu, & hoc, qm̃ construuntur ex vno modo per se, & monstrãtur in pluribus figuris ac spẽbus pluribus: & ex modo cõstructionis ipsius vniuersalis, quod continet ea. destruuntur aũt per modũ vniuersalis sui contradictorij tm̃. & propterea inter ipsa difficultas est in destruendo negatiuũ particulare: qm̃ ipsum vtiq; destruitur per vſe affirmatiuum: quod ex ipsis cõstructu difficillimũ est. Et oino constructio affirmatiui difficilior est cõstructione negatiui. & hoc, qm̃ particulare negatiuum monstratur per plures vias, q̃ sunt hæ, per quas ostenditur particulare affirmatiuum. Consimiliter vniuersale negatiuũ monstratur per plures vias q̃ sunt hæ, per quas monstratur vniuersale affirmatiuum. Cùm ergo constructio affirmationis sit destructio inuentionis, propter hunc modũ iam vere possumus dicere, ꝙ destructio est facilior constructione. Quòd si accipiamus vſe particulare, q̃ construenda ac destruenda, erit destructio vniuersalis leuior constructione eiusdem, particularis aũt econuerso. Sed iam declaratum est ex eo quod diximus, qualis erit ordo terminorꝫ in syllogismis, & ex quot terminis, & ex quot propositionibus constabit, & quomodo oporteat proportionem propositionum inuicem se habere: & quale quæsitum in quali monstretur figura: & quod ostendatur in figuris paucioribus, & quot in figuris pluribus. Iam itaq; completa est pars prima istius tractatus.

Difficillima ad cõstruendũ vſis affirmatiua, ad destruendus facillima.

Particularis negatiua ad constructu facillima, ad destruẽdum difficillima.

Vſis negatiua fere æq̃lis ẽ in vtroq;, destructu tñ facilior.

Oino cõstructio affirmatiui ẽ difficilior constructione negatiui.

Sectum

SECTVM SECVNDVM.

De abundantia Propositionum, inuentioneq; Medij syllogistici.

Quo pacto inueniendæ sint Propositiones. Cap. I.

QVomodo autem abundabimus syllogismis ipsi semper ad positum, & per qualem viam accipiemus principia, quę circa vnũquodq;, iam nunc dicendum. non enim solum fortasse oportet generationem consyderare syllogismorum, verum & faciendi potentiam habere. Omnium itaq; entium, hæc quidem talia sunt, vt de nullo vere vniuersaliter prædicentur, vt Cleon, & Callias, & * quod secundum vnumquodque, & sensibile: de his autẽ alia: etenim horum vterque homo, & animal est. illa vero ipsa quidem de alijs prædicãtur, de his autẽ alia prius non prædicantur. sed alia & ipsa de alijs, & de ipsis altera: vt homo de Callia, & de homine animal. Quòd igitur entium quædam de nullo apta nata sunt dici, manifestum. ferme enim sensibilium vnumquodque tale est, vt de nullo prædicetur, nisi vt secundum accidens. dicimus nanque aliquando album illud Socratem esse: & accedẽs Calliam. Quòd autem & sursum tendentibus statur aliquando, rursus dicemus: nunc vero sit hoc positũ. De his igitur non est demonstrare alterum prædicatum, nisi secundum opinionem: sed hæc de alijs. neque quæ * secundum singula de alijs, sed altera de illis. quę vero intermedia sunt, planum quòd vtroque modo contingunt. nanqùe & ipsa de alijs, & alia de his dicentur: & quasi rationes & consyderationes sunt maxime de his. Oportet itaque propositiones circa vnumquodq; sic excerpere: supponentem ipsum primum, & definitiones, & quæcunq; propria rei sunt: deinde post hoc, quæcunq; rem sequuntur, ac rursus quæ res sequitur, & quæcunque non contingunt ipsi ineſſe, quibus autẽ ipsum non contingit, non eligendum, eò quòd cõuertitur priuatiuum. Diuidenda autem sunt & consequentium, quæcunque in eo quod est quid, & quæcũq; propria, & quæcunq; vt accidentia prædicantur: & horum qualia ex opinione, & qualia secundum veritatem. quanto enim pluribus talibus abundauerit quispiam, citius cõclusionem assequetur: quanto autẽ verioribus, magis demõstrabit. Verum oportet eligere, non quæ aliquod sequuntur, sed quæ totam rem sequũtur: quemadmodum non quid aliquẽ hominem, sed quid omnem hominem sequitur. per vniuersales nanq; propositiones syllogisi..us, nanque cùm est indefinitum, incertũ, si vniuersalis propositio est: cùm vero definitum, planum. Consimiliter autem eligenda, & quæ ipsum sequitur tota, ob dictam causam: ipsum vero consequens non assumendum totum sequi. dico autẽ veluti hominem omne animal, aut musicam scientiã omnem: sed tãtum simpliciter sequi, quemadmodum & protendimus. nanque inutile alterum, & impossibile: veluti omnem hominem eẽ omne animal, aut iustitiam omne bonum. sed ex quo sequitur, in illo oi dicitur. Sed cùm ab alio quo contineatur subiectum, quod cõsequentia oportet accipere, quæ sequuntur vniuersale, vel non sequuntur, non eligenda in his: sunt enim in illis accepta. quęcunq; enim animal, et hominem sequuntur, et quæcunque non insunt, cõsimiliter. Quæ vero circa vnũquodq; propria accipiẽdum. sunt enim quædã speciei propria prꝫter genus: necesse nanque diuersis speciebus propria quædã ineſſe. Neq; igitur vniuersali eligendum, quę sequitur quod continetur: vt animali quę sequitur homo. necesse enim si hominem sequitur animal, & hæc omnia sequi. conuenientiora autem hæc hominis electionis. Assumenda vero et quæ vt plurimum sequuntur, et quæ sequitur. problematum nanq; vtplurimum, et syllogismꝰ ex propositionibus vtplurimum, aut omnibus, aut aliquibus. similis nanque vniuscuiusque conclusio principijs. Amplius quæ omnia sequuntur, non eligendum. non enim erit ex ipsis syllogismus. ob quam autẽ causam, in sequentibus erit manifestum.

* singulare.

* singularia

PARS SECVNDA.

De inuentione Propositionum, Mediq; syllogistici.

Quo pacto propositionum copia quærenda sit, Cap. I.

DIxit. Sed iã est opus, vt sciamus quõ cadit syllogismus super omni quęsito, cuius cognitionem intendimus, & per qualem viam accipiuntur propositiones cuiuscunq; syllogismi, nõ enim solum nobis est opus, vt cognoscamus quid syllogismus, sed etiam vt sciamus ordines, ꝑ quos accidit, vt faciamus syllogismum. hoc autẽ perficitur ex cognitione duarum spẽrum ordinum: quarum vna est, vt sciamus ordines, in quibus accidit syllogismus: secũda vero, vt sciamus ordines, in quibus sunt exitus propositionum syllogismi. Dicamus igitur, ꝙ entiũ aliqua de nullo penitus prædicantur, nisi ꝙ accidẽs, & per viam non naturalẽ: de ipsis vero reliqua prædicantur: puta, indiuidua substantialia sensibilia, vt Ziiad. dicimus enim ꝙ Ziiad est homo et animal: quodq; reliqua de ipso prædicantur. ipsum vero non dicatur de reliquis,

Nota duos ordines inuestiendi syllogismum ad quęsitum: quorũ vnꝰ ẽ ad materiam aliter adjectam. Diuisio ꝑfecta.

reliquis, niſi per accidens: veluti cum dicimus, q̃ hic album eſt Zhad. Alia vero ſunt, de quibus aliqua prædicantur, quæq; & ipſa de aliquo dicuntur: quēadmodum prædicatio ſpērum de individuis, & generum de ſpēbus. puta, in exemplo, prædicatio animalis de homine, & prædicatio hominis de Zhad & Amar, q̃ bine iſtę ſpecies inueniantur, manifeſtū per ſe. Tertia vero ſpecies eſt eorum, quæ prædicantur de aliquo, & nihil oīno de ipſis prædicatur, & hoc ſm viam naturalē. Amplius ſpecies iſta prædicationis monſtratur in libro demonſtrationis: q̃m ibi oſtēditur, q̃ prædicata omnino deueniunt ad prædicatum vltimum, de quo penitus nō dicitur prædicatum. Quod cùm fuerit poſitum & planum etiam extiterit, q̃ maxima pars inueſtigationum & quæſtionum eſt de rebus mediis inter ambas iſtas extremitates, hoc eſt, quæ prædicantur de aliquo, & aliquid de ipſis prædicatur: planum q̃ omne quæſitum inuentum in hoc genere, in quo ſit & prædicatum & ſubiectum, q̃ omne inquam quæſitum tale ita ſe habeat, vt & ipſum de alio dicatur, & aliud de ipſo prædicetur. Quod'cùm etiam fuerit poſtrum cō ſimiliter, ſequitur vt via, per quam omnino aſſequimur diſpoſitiones propoſitionum cuiuſcunq; quęſiti, contineatur ſub hoc genere eptum, hoc eſt ſit ſub mediis, poſteaq; à principio diſtinctum fuerit quæſitum in duos terminos, prædicatum videlicet & ſubiectum: quoniā quæſitum omne diſtinguit in iſtos duos terminos. Preterea inſpiciemus ea omnia, quæ inueniuntur in vnoquoq; iſtorum terminorum, hoc eſt ea, quę ſequuntur ſubiectum quæſiti, quæq; ſequuntur prædicatum eiuſdem: puta, deſinitiones, genera, differentias, propria et accidentia conſequentia rem, & ad hæc ea, in quibus inuenitur vnuſquiſq; terminorum quæſiti: hoc eſt ea, ex quibus ſequitur ſubiectum quęſiti, & ex quibus ſequitur prædicatum eiuſdem. & ea etiam conſimiliter, quæ negantur ab vtroq; terminorum duorū iſtorum: quoniam iam monſtratum fuit q̃ negationes conuertuntur. Oportet autē vt diſcernamus, qualia ex iſtis prædicatis ſunt definitiones unius duorum terminoꝝ, aut vtrorumq;, & qualia genera, & qualia propria, & qualia accidentia conſequentia. Et conſimiliter opus etiam eſt vt diſcernamus, quale ex iſtis eſt definitio in veritate, aut genus, aut proprium, aut accidēs: & quale ex iſtis eſt definitio ſecūdum opinionem celebratā, aut genus, aut proprium, aut accidens, ſecundum q̃ facit Dialectious in quacunq; arte, quoniā quod erit ſm veritatem, fiet in arte demonſtrationis: quod autē erit ſm opinionem celebratam, fiet in arte Dialecticæ: & omnino quanto copioſiores erimus ſpecierum propoſitionum, tanto citius ſueniemus quæſitum. Cæterum ex conſequentibus oportet vt accipiant vniuerſaliter conſequentia vtrunq; terminorum, hoc eſt prædicata de vtroq; ipſorum: non autē conſequentia appropriata, quæ ſunt particularia, hoc eſt, quæ prædicantur de aliquo ipſorum, puta in exemplo, ſi fuerit quæſitū, an homo ita ſit, non debemus eligere, quod ſequitur aliquem hominē, ſed quod ſequitur oēm. q̃m non eſt ſyllogiſmus, niſi ex propoſitionibus vniuerſalibus, quēadmodum declaratum fuit. Cōſimiliter non eſt opus, vt accipiamus propoſitiones indefinitas, quarum potentia eſt potentia particularis, ſm q̃ declaratum fuit: neq; planum ex diſpoſitione ipſarum, an ſint particulares, an vero vniuerſales. Eodem pacto oportet, vt eligamus ea, quę conſequitur vterq; duorum terminoꝝ, vniuerſalia, puta in exēplo, quod ſm totum ſequatur homo, non autem quod ſm partem. Oportet autē vt ſepimentum ſemper coaptetur ſubiecto propōnis accepte, non autem prædicato. q̃m ſi coniungetur prędicato, erit aut impoſſibilis, aut futilis ad ſyllogiſmum, ſm q̃ declaratum fuit in libro

Maxia pars quęſitorū eſt de prædicatis mediis inter extremitates, i. genera ḡnaliſſima & ſidiuidua.

Via ꝛt ad p̄pones conſequendas ſumitur ex prędicatis mediis.

Quę ſint ſpicienda ex pte ſubiecti & p̄dicati I quæſito.

Cū quæritur aliquod conſequēs, nō refert, ſiue accipiam' precinquum, iuxta remotius: nā q̃ vltra ē, coprehendit ꝛt minus vle.

Si terminus, cuius conſequens quæritur, altiꝰ cōtinet, nō opus vt quæram' aliud conſequens de illo cōcto p̄dicef: illud enim ē manifeſtū, q̃ ſi p̄dicat de cōcto ꝛt p̄dicabitur. Neceſſe ē eligere conſequentia proportionata.

Septimentum hoc eſt determinatio eſt addendo ſubiecto non prædicato.

Quo pacto inueniēda ſint media in omni ſyllogiſmorum genere, conſtruendiq; ſyllogiſmi. Ca. II.

COnſtruere igitur volētibus de aliquo toto, aſpiciendum quidem in ſubiecta eius, quod conſtruit, de quibus ipſum dicitur de quo aūt oportet prędicari, quęcunq; hoc ſequuntur. Si hanc; horū aliquid idē fuerit, neceſſe eſt alterū alteri ineſſe. Si vero non q̃ omni, ſed q̃ alicui, quæ ſequitur vtrunq;. ſi enim horum aliquid idē, neceſſe alicui ineſſe. Cæterum cùm nulli oporteat ineſſe, cui non eſt opus ineſſe ad ſequentia: quod autē oportet non ineſſe, in quę non contingunt ipſi ineſſe. aut econuerſo, cui quidem oportet non ineſſe, quæ non contingunt ipſi ineſſe: quod autē non ineſſe, in conſequentia. cùm. n. hæc vtralibet eadem fuerint, nulli contingit alteri alterum ineſſe. ſit. n. q̃nq; quidem qui in prima figura ſyll's, q̃nq; aūt qui in media. Quod ſi alicui non ineſſe, cui oportet nō ineſſe, quæ ſequitur; quod aūt nō ineſſe, quæ nō poſſunt ipſi ineſſe. ſi. n. horū aliquid idem ſit, neceſſe alicui non ineſſe. Sed magis fortaſſe ſic erit vnūquodq; dictorum manifeſtū. Sint. n. conſequentia A, in quibus B, quę vero, ipſum ſequitur, in quibus C, quæ aūt non contingūt ipſi ineſſe, in quibus D. Rurſus ipſi B ineſſentia, in quibus F, quę vero ipſum ſequūt, in quibus G, quę aūt non contingunt ipſi ineſſe, in quibus H.

Figura

Figura methodi, pro medio in ſingulis coniugationibus & utilibus & inutilibus inueniendo, ex Antiquis excerpta.



Si itaq; aliquid eorum quę C idem erit alicui eorum quæ F, necesse est A omni E inesse. nãq; F omni E: A vero omni C: quare A omni E,



Coniugatio concludens vtem affirmatiuam.

Quòd si C & G idem, necesse A inesse alicui eorum quę E. nanq; A ipsi C: E autem sequitur omne G.



Coniugationes cõcludẽtes particulariter affirmatiuã in tertia figura, que reducuntur ad primã, vt supra ostẽsum est.

Si vero F & D idem, nulli eorũ quæ E A inerit ex prosyllogismo. quoniã enim conuertitur priuatiuum, et F ipsi D idem, nulli eorum quæ F inerit A; F autem omni E.



Coniugationes conclu dentes vtem negatiuã, prius in secunda figura ex prosyllogismo, in prima postea p conuersionem.

Rursus si B & H idem, nulli eorũ quæ E inerit A, nam B omni A: nulli vero inerit eorum in quibus E, idem nanque erat ipsi H: H autem nulli eorum quæ E inerat.



Coniugationes aliq; concludẽtes vniuersalem negatiuam.

Quòd si D & G idem, A alicui eorum quæ E non inerit. ipsi nanq; G non inerit, quoniam neq; ipsi D: G autem est sub E: quare alicui eorum quæ E non inerit.



Coniugationes cõcludẽtes particulariter affirmatiuam in tertia figura, & in prima per cõuertionẽ.

Si vero ipsi G B idem, conuersus fit syllogismus. G nanq; inerit omni A: B enim omni A. E vero ipsi B: nam idem erat ipsi G. A autem omni quidẽ E non necesse, inesse: alicui vero necesse: eo quòd quæ secundum partem cum vniuersali prædicatione conuertitur.



Sylls cõcludẽs particulariter affirmatiuã, per conuersionẽ cõclusionis.

Planum

Planum itaq; quòd ad prædicta inspicien dum vtriusq; secundum vnumquodque problema. per hæc enim omnes syllogismi.

Verũ oportet & consequentiũ & quæ cõsequitur vtrunq; ad prima & vniuersalia maxime inspicere. vtrius E magis ad K F, q̃ ad F solum: ipsius autem A ad K C, quam ad C solum. Si enim A inest K F, & F, & E inerit. ꝙ si non sequitur ex hoc, accidit ipsum F sequi. Consimiliter autem & in quibus ipsum sequit, consyderãdum. si enim prima, & quæ sub illa sequitur. ꝙ si non hæc, sed quæ sub hæc, accidit.

Palam vero, & ꝙ per tres terminos ac binas ppositiones consyderatio, & per prędictas figuras syllogismi omnes. Monstratur nanq; A inesse omni E, quãdo eorum quæ C & F idẽ aliquid acceptum fuerit. hoc autem erit medium: extrema vero A & E. fit itaq; prima figura. Sed alicui, quando C & G sumptum sit. hæc autem vltima figura: medium enim fit G. Nulli vero quãdo D & F idem. sic autem & prima figura & media. prima, quòd A inest nulli F (si quidem cõuertitur priuatiuum) F autem omni E. media vero, quoniam D nulli A: E autem omni inest. Verum alicui non inesse, quando D & G idẽ fit. hoc autem vltima figura: A nanque nulli G inerit, E vero omni G. Planum itaque, quòd per prædictas figuras syllogismi omnes, & quòd non eligenda quæcunq; omnia sequuntur, eo ꝙ nullus ex ipsis fit syllogismus. construere nanq; penitus non erat ex sequẽtibus. priuare autem non contingit per id quod omnia sequitur: oportet. n. huic quidem inesse; illi vero non inesse. Sed & manifestum, ꝙ alię consyderationes eorum, quę sunt secundum electiones, inutiles sunt ad faciẽdum syllogismum. quemadmodum si cõsequentia vtrunque eadem sunt. aut si quæ sequitur A, & quę non contingunt ipsi E. aut quodcunque rursus non accidit vtriq; inesse. non enim efficitur syllogismus per hęc. Nãq; si consequentia eadem, vt B et F, fit media figura, prædicatiuas habens propositiones.



Inconsistens ex duab⁹ affirmatiuis in secunda figura, quia conclusio cõtraria.

Sin autem quæ sequitur A, & quę non contingũt ipsi E, vt C & H, prima figura, priuatiuã habẽs propositionẽ, quę ad minus extremũ.



Inconsistens ex negatiua minore I prima figura ob eandem rationem.

Si vero quotcunq; non cõtingunt vtriq;, vt D & H, priuatiuæ ambæ propositiones, aut in prima, aut in media figura. sic autem nullo modo syllogismus.



Inconsistẽtes cõiugatiões ex duab⁹ negatiuis, eadẽ de causa.

Sed manifestum & qualia eadem accipienda, quæ secundum inspectionem, & nõ quæ lia diuersa, aut contraria. primũ quidem, quoniam inspectio medij gratia: mediũ vero non diuersum, sed idem oportet accipere. postea & in quocunq; accidit fieri syllogismum, eo ꝙ fuere accepta contraria, aut nõ contingentia eidem inesse, in prædictos omnia reducentur modos. Veluti si B & F contraria, aut non contingunt eidem inesse. erit enim his acceptis syllogismus, ꝙ A cõtingit inesse nulli eorum quę sunt E. sed non ex ipsis, verũ ex prędicto modo. nam B A quidem oi: E vero nulli inerit: quare necesse B idem esse alicui H.



Coniugatio nulla ad negatiuã vtem cõcludendã. quia idẽ vtrãq; esset, cuius pulchritudo malum, ac nulla bona. vt cuius finis hois bonus, ac nullꝰ malus.

Rursus si B & G non contingunt eidem inesse, quòd A non inerit alicui eorum quę sunt E. sic etenim media erit figura. Nam B A quidẽ omni: G vero nulli inerit: quare necesse B alicui eorum quæ H idem esse. nãq; non contingere B & G eidem inesse, nihil differt, quàm

B idem

* Graeci dicunt legẽdũ esse, H idem est alicui eorum quæ D.

* B idem esse alicui eorum quæ H. oĩa enim accepta sunt non contingentia inesse ipsi E. Manifestum igitur, ꝙ ex his ipsis inspectionibus nullus syllogismus.



Concludit hæc coniugatio per B & H: quia idem valet consequens pdicatũ, & añs subiectũ est cõtraria, ac cõsequẽs pdicatum, & repugnans subiecto idẽ esse.

Quod si B & F cõtraria, necesse B idem esse alicui eorum quæ H, & syllogismum per hæc fieri. Accidit itaque ita speculantibus inspicere aliam viam à necessaria, propterea quod latet identitas eorum quæ B, & eorum quæ H.

De sylłis ad impossibile.

Eodem autem pacto se habent & syllogismi ad impossibile deducẽtes cum ostensiuis. nanq & hi fiunt per cõsequentia, & quę consequitur vtrunq. & eadem inspectio in ambobus. quod enim ostensiue monstratur, & per impossibile est ratiocinari per eosdem terminos: & quod per impossibile, & ostensiue: vt ꝙ A nulli eorum quę E inest. Ponatur enim alicui inesse. quoniam igitur B omni A: A vero alicui eorum quæ E: B alicui eorum quæ E inerit: sed nulli inerat.

Sylłs astruens vľem negatiuam per impossibile.



Rursus quod alicui inest. Si enim A nulli eorum quæ E: E vero omni G, nulli eorum quę G inerit A. sed omni ingrat



Syllogismus astruens particularem affirmatiuã per impossibile.

Consimiliter autem & in alijs problematibus. semper enim et in omnibus erit monstratio per impossibile ex consequẽtibus, & quæ sequitur vtrunq: ac secũdum vnumquodq problema eadem consyderatio, & ostensiue volenti ratiocinari & ad impossibile ducere. ex eisdem nanq terminis vtręq demonstrationes. Quemadmodum si monstratum est A inesse nulli E, quoniam accidit & B inesse alicui eorum quæ E, quod impossibile: si acceptum fuerit B inesse E quidem nulli, A vero omni, planum itaq ꝙ A inerit nulli E. Rursus si ostensiue ratiocinatum fuerit A inesse nulli E, supponẽtibus inesse, per impossibile monstrabitur nulli inexistens. Cõsimiliter autem & in alijs. in omnibus enim necesse communem aliquem accipere terminum aliũ à suppositis, ad quem erit falsi syllogismus. quare conuersa hac propositione, altera vero similiter se habente, ostensiuus erit syllogismus p eosdem terminos. Differt nanq ostensiuus ab eo, qui ad impossibile; quoniam in ostensiuo ẜm veritatem vtręq ponuntur propositiões, in eo autem qui ad impossibile, solum vna. Hæc igitur magis erunt manifesta per sequentia, quando de impossibili dicemus: nunc vero tantum nobis sit manifestũ, quod ad eadem inspiciendum & ostensiue volenti ratiocinari, & ad impossibile ducere.

De sylłis ex suppõne.

Sed in alijs syllogismis, qui ex suppositione (quemadmodum quicunq secundum transumptionem, aut secũdum qualitatem in subiectis) non in ijs, quæ à principio, sed in transumptis erit consyderatio. modus vero inspectionis idem. Consyderare autem, & diuidere, quot modis qui ex suppositione. Monstratur itaque vnumquodque problematum sic.

Est aũt & alio modo nõnulla horũ rõcinari, queãdmodum vľia p particularẽ inspectionẽ ex suppõne. Si. n. C & G eadẽ sint: solis vero G accipiatur E inesse: A inesset vtiq omni E. Et rursus



Coniugatio hęc cõcludit vľem, qa minor hæc conuertitur in terminis.

Et rursus, si D & G eadem: E autem de solis G prædicaretur: ꝙ A inerit nulli eorum quæ E. Planum itaque, quod & sic inspiciendum.



Hæc cõiugatio cõcludit vľem negatiuam, ꝑpter eãdem cãm, qua & superior.

Eodem autẽ modo & in necessarijs & contingentibus: eadẽ nanq consyderatio, & per eosdem terminos erit ordine eius quod est contingere, & eius quod est inesse syllogismus. accipiendum autem in contingentibus & quæ non insunt, sed possunt inesse: monstratum enim est, ꝙ & per hæc fit eius quod est contingere syllogismus. consimiliter autem se habebit & in alijs prædicamentis.

Non est aliã viam a prædicta cõficiẽdorum syllogismorum.

Planum igitur ex dictis, non solum quod accidit per hanc viam fieri omnes syllogismos, sed & ꝙ per aliam impossibile. monstratum nanq est syllogismum omnem per aliquam prædictarum effici figurarum: hæc autem non accidit per alia constitui, quàm per consequentia, & quæ vnumquodque consequitur: ex his enim propositiones, & medij acceptio. quare neque syllogismum accidit per alia fieri. Via igitur de omnibus eadem & circa philosophiam, & circa artẽ qualemcunque, & disciplinam. Oportet enim inexistentia, et quibus insunt, circa vtrunque videre, & his quamplurimis abundare: atq hæc per tres terminos consyderare, destruentem quidem sic, construentẽ vero sic: ẜm veritatẽ quidem ex ijs, quæ secundum veritatem describuntur inesse: ad dialecticos autem syllogismos, ex propositionibus secundũ opinionem. Principia vero syllogismorũ vniuersaliter dictum est, & quomodo se habent, & quomodo oportet ipsa venari: ne aspiciamus ad omnia quæ dicuntur, neque ad eadẽ, construentes, ac destruentes, neq construentes de omni aut aliquo, & destruentes ab omnibus aut aliquibus, sed ad pauciora & determinata. Secundum vero vnumquodq entium eligere, vt de bono, aut sciẽtia. priuatę autem secundum vnamquanq sunt plurimę. Quare principia quidem, quæ secundum vnumquodque sunt, experimenti est tradere. dico autem, vt astrologicam experientiam Astrologicæ scientiæ. acceptis enim apparentibus sufficienter, ita inuentæ sunt astrologicæ demonstrationes: cõsimiliter autem se habet & circa aliam qualemcunq artem, ac scientiam. quare si accepta fuerint, quæ isunt circa vnũquodque, nostrum iam demõstrationes propalare. Si enim nihil secundum historiam derelictum fuerit eorum, quæ vere insunt rebus, habebimus de omni, cuius est demõstratio, hanc inuenire & demonstrare: cuius autem non est naturaliter demonstratio, hoc facere manifestum. Vniuersaliter itaque quomodo opus est propositiones eligere, fermè dictum est: cùm diligentia vero percurrimus in negocio circa Dialecticam.

Ordines, quibus syllogismi cuiuscunque formam inquirimus. Cap. II.

Ordo quęrẽdi sylłm quo ad formam.

ORdines uero, quibus inquirimus syllogismum per se, hoc est formam suam, sunt secundum quod dicam. & hoc, quoniam omne quęsitum, cuius quærimus syllogismum, aut est affirmatiuum vniuersale, aut negatiuum vniuersale, aut affirmatiuum particulare, aut negatiuũ particulare. Si igitur quæsitum extiterit vniuersale affirmatiuum, & voluerimus ipsum concludere, oportet vt consyderemus prædicatum subiecti sui, & subiectum prædicati sui: & si inuenerimus aliquod subiectum prædicati esse idem cum aliquo prædicato subiecti, ex necessitate prædicatum ipsius erit in omni subiecto. hoc autem manifestum ex eo, quod hæc positio est eadem cum positione primæ figuræ, propterea quod vniuersalis affirmatiua concluditur in hac figura. Puta, in exemplo si quęsierimus an omnes partes mundi sint nouæ: & mundus disponatur per compositum, & compositum subijciatur nouo: & complicetur syllogismus hunc in modum: omnis pars mundi est compositum: et omne compositum nouum: omnis itaque pars mundi est nouum. Quod si voluerimus concludere affirmatiuam particularem per propositiones vľes, fieri hoc poterit, si accipiamus duos terminos subiectos simul. si enĩ inuenerimus aliquid vnum & idem subiectum vtrique, ex necessitate sequitur, vt prædicatum insit alicui subiecto. hoc autem manifestum per positionem tertię figuræ. Puta, in exemplo, si quæsitum nostrum fuerit, an aliquis motus sit æternum: & aliquid inueniatur subiectum ambobus istis terminis, vt corpus cœleste: & complicetur syllogismus hunc in modum: corpus cœleste mouetur: & corpus cœleste est æternum: & concluditur, aliquod motum est æternum. sed & hoc accidit in figura prima, cùm inuenerimus vnum ex subiectis prædicati per se vnum ex prædicatis de aliquo subiecto quæsiti. Sin autem voluerimus concludere vniuersalem negatiuam, fieri potest hoc secundum duos modos: vel vt consyderemus consequentia subiectum quæsiti & id, quod non potest subijci prædicato quæsiti. si enim in-

Et subiis prædicato, & prædicatis de subiecto, cum eadem fuerint, concludetur vľis affirmatiua in prima figura.

Particularis affirmatiua concluditur ex subiectis, i. añte subiectis ad vtrũq terminum quæ in tertia figura.

Vľis negatiua duob. modis concluditur p primã & secundam figuram.

uenerimus consequens subiectum quæsiti idem cum subiecto, quod non potest subijci prædicato quæsiti, concludetur nobis in prima figura quòd prædicatum quæsiti non potest inesse alicui subiecto quæsiti. Puta, in exemplo, si quæramus an anima sit immortalis: & per se motum sit consequens subiectum istius quæsiti: & idem hoc sit subiectum: quod non potest esse subiectum prædicati istius quæsiti: & complicetur ita syllogismus, omnis anima per se mouetur: nullũ per se motum est mortale: & cõcluditur ex hoc quòd omnis anima non est mortale. Modus vero secundus, vt consyderemus consequentia prædicatum, & inueniamus aliquid, quod negetur à subiecto. ex hoc enim & concludetur nobis in secunda figura quòd prædicatum negatur ab omni subiecto. Puta in exemplo, si quæsierimus, an vacuum sit vnum ex entibus naturalibus: & inuentum fuerit ens sensibile, quod sequatur entia naturalia, & negetur à vacuo: & complicetur syllogismus hunc in modum, vacuum non est sensibile: & entia naturalia sunt sensibilia: & conclusio vacuum non est vnum ex entibus naturalibus. Sin autem voluerimus concludere negatiuam particularem, fieri poterit hoc secundum tres modos: quoniam iam monstratum fuit, quòd hęc concluditur in tribus figuris. Vnus ipsorum, si consyderabimus consequentia subiectum, & quæ non possunt inesse prædicato, concludetur in secunda figura, quòd prædicatum non est in aliquo subiecto. Puta in exemplo, si quæsierimus, an aliqua anima non sit mortalis: & inuenerimus consequentia aliquam animam, puta habere operationes per se, & aliquando non est operatio sua per se: & complicemus syllogismum hũc in modum, aliqua anima habet operationes proprias: & nullum mortale habet operationes proprias: redit enim ad primam figuram per conuersionem negatiuæ, & concluditur quòd aliqua anima non est mortalis. Sed hoc etiam monstratur in tertia figura, si accipiamus subiecta subiecto quæsiti huius, & ea à quibus negatur prędicatum. si igitur inuenerimus ex istis aliquid, quod sit vnum & idem, concludetur nobis in tertia figura, quòd prædicatum negatur ab aliquo subiecto. Sed hoc etiam accidit, in prima figura, si ex consequentibus subiectum inueniatur aliquid, quod sit idem cum eo, cui nõ potest inesse prędicatum. Præterquam quòd concluditur istud quæsitum ex propositionibus vniuersalibus in figura tertia tantum: atqui volebamus hoc, ut acciperentur propositiones vniuersales. Sed oportet, vt eligant ex consequentibus vtranque extremitatem & subiectis eisdem, quod est magis vniuersaliter & magis vniuersale, quoniam si fuerit syllogismus ex talibus propositionibus, erit etiam syllogismus ex eo, quod est minus vniuersaliter: quoniam in ipsis continetur. ꝙ si cũ inuenietur syllogismus ex eo quod est magis vniuersaliter, iam fuerit poterit ex eo quod est minus vſr: & potest etiam nõ inueniri. Puta in exemplo, si inueniamus syllogismum super eo, quod est hominem esse compositum ex cõtrarijs ex eo ꝙ habet complexionẽ: & super hoc inuenamus syllogismum ex eo ꝙ est sensibile. qm̃ sensibile est magis appropriatum ꝙ habens complexionem, & continetur in ipso: cùm igitur inuenerimus inesse habenti complexionem, iam inuenimus et sensibile: & cùm inuenerimus complexionem habẽs inesse sensibili, iam inuenimus complexionem habens inesse homini. Cùm itaq; inuenerimus contraria inesse homini, per medium complexionem habens, tam & ipsa inuenimus per medium sensibile. ꝙ si non inuenerimus syllogismum super hac parte, qua est habens complexionem, tam fieri poterit, vt super hoc inueniatur syllꝰ ex parte, qua est sensibile: & iam potest etiam non inueniri. Cæterum ex hoc planum est: quòd non euader, quin hæc intẽtio sit per duas propositiones & tres terminos, ſm ꝙ declaratum fuit ex dispositione syllogistica: et ꝙ non erit syllogismus, nisi in tribus figuris, de quibus mentionẽ fecimus, & ex istis inconcludentibus. Quod autem oportet dimittere in copia propositionum, cùm accipimus consequentia & subiecta, est id, ex quo complicatur figura non concludens. quemadmodum non est opus, vt accipiamus consequens ambas extremitates, cùm fuerit vnum & idem, quoniam ex hoc erunt binæ affirmatiuæ in secunda figura. iam enim monstratum fuit, ꝙ non concludit. Consimiliter non est opus, vt accipiamus quod negatur ab vtrisque: propterea quòd iam declaratum fuit, nihil concludi ex duabus negatiuis. Eodem modo si fuerit subiectum subiecto quæsiti, & quod negatur à subiecto, quæsiti, vnum & idem, non est opus vt accipiamus ipsum: quoniam erit minor negatiua in prima figura. sed iam declaratum fuit quòd non cõcludit. Planũ etiam quòd erit vtiq; syllogismus, cùm idem positum fuerit bis: hoc est cùm habuerit proportionem ad duos terminos, proportionem prædicati, aut subiecti: et hoc est terminus medius. si enim fuerit terminus medius duæ res, non erit syllogismus: quoniam sequitur vnam duarum extremitatum inesse vni aut negari ab eo. Quod autem nõnulli existimauerunt quòd erit syllogismus, cùm accepta fuerint duo ad ambas extremitates varia ſm contrarietates, & omnino illud, quod non potest complicari cum alio: qm̃ hoc reducitur ad id, cuius est potentia acceptionis alterius rei, quæ sequitur vnam ipsarũ, & negatur ab altera: & fortasse hoc non erit concludens. Puta, in exemplo, si aliquis monstrare contendat, ꝙ voluptas non est finis hominis, eo ꝙ voluptas est malum, & finis hominis bonum. nanq; ex hoc conclusum fuit, ꝙ voluptas non est finis hominis ex eo, quod à principio concluſit, ꝙ voluptas non est bonum ex parte, qua est malũ. cùm igitur complicitum fuerit cum hac cõclusione, ꝙ finis hõis bonum, concludemus ꝙ voluptas non est finis hominis. Tales igitur syllogismi sunt syllogismi cõpositi ex pluribus figuris, non autem syllogismus quartus simplex. Qui vero existimauit talem syllogismum esse vnum syll'm simplicẽ, ipse est similis ei, qui existimat syllogismum compositum esse syllogismum simplicem, qui aũt hoc arbitratur, ignorat quid sit syll's simplex: & qui ignorat, qd sit syll's simplex, ignorat etiam syll'm absolute.

Consimiliter quoq; se habebit syllogismus ad ipossibile ſm consyderationem, hoc est per ea, quæ propor tionem habent ad vtrũq; terminorum. hęc autem sunt tria, quemadmodum diximus: aut ea, quæ subijciuntur illi, aut ea, quæ prædicant de ipso: aut ea, quę negantur ab ipso, vel ſm modum subiecti, vel ſm modum prędicationis: qm̃ hoc non variatur in negatione, ſm ꝙ diximus.

Hoc autem manifestum, eo ꝙ omne quæsitũ, quod monstratur per syllogismum prędicatiuum, põt etiam monstrari in his eisdem terminis per syllogismum ad impossibile. Consimiliter omne quæsitum, quod ostenditur per viam impossibilis, monstrari potest in his eisdem terminis per syllogismum prędicatiuum. Puta, in exemplo, si habuerimus, quòd B insit omni A: & non insit alicui E, & voluerimus per duas istas propositiones, monstrare, ꝙ A nõ ineſt alicui E per viam impossibilis, dicemus, A non ineſt alicui E. quia si non: inerit ergo A alicui E: sed iam habebamus ꝙ B ineſt omni A, & concludit nobis ꝙ B ieſt alicui E: sed iam habebamus, ꝙ B non ineſt alicui E: quod est impoſe, & nõ cohęret. Quòd si voluerimus concludere hoc per viam prædicationis, dicemus ꝙ A non ineſt alicui E: quoniam B nõ ineſt alicui E, & ineſt omni A, & eodem pacto monstratur res

Nota ꝙ sint dimittẽda in arte inuentiua medium.

Cõtra opinionẽ illorũ, qui dicebãt accipiẽda ee duo contraria ad ambas extremitates, vt cõcludat negatiua.

Syll's ad impossibile per eãdẽ cõsyderationẽ potest cõstrui, per quã & syll's categoric'.

Oẽ quæsitũ, qđ syll'o categorico ostẽdit, pt & per syll'm ad impoſe concludi: & ecõuerso in eisdem terminis.

Tribus modis cõcludit particularis negatiua.

Eligẽda sunt ex consequẽtibus & aĩcedentibus, quę sunt magis vñia.

Dñs iter syllogismum ad ipoſſe & categoricum.

tur res in omnibus quæsitis. & hoc, quoniã ambo syllogismi, hoc est prædicatiuus & deducens ad impossibile, sunt vtiq; per acceptionem consequentium ambas extremitates, aut per subiecta ipsarum, aut per acceptionem alicuius, quod ponitur in ipsis. Sed differũt inter se, quoniam syllogismus deducens ad impossibile complicatur ex binis propositionibus, quarum vna est propositio vera, & altera falsa, & concludit contradictorium propositionis secundæ veræ. Syllogismus vero prædicatiuus complicatur ex ambabus propositionibus veris, non autem alijs. non igitur coaptaſ syllogismus ex ipsis, nisi cognouerimus per binas propositiones: hoc autem erit per vias, quas narrauimus. Quòd si ita fuerit, erit ibi syllogismus prædicatiuus, si vero acceperimus contradictorium quæsiti, & vnam ipsarũ ipsi coaptauerimus, erit syllogismus ad impossibile, hoc autem manifestius monstrabitur, cùm declarabuntur species syllogismorum prędicatiuorum, quę cadunt in syllogismo ad impossibile, & huiusce modi syllogismis conditionalibus, quibus est opus ad hunc modum consyderationis: quoniam iam declaratum fuit, ꝙ non monstratur quæsitum ſm naturam, nisi coniunxerimus illi syllogismum prædicatiuum, qui ostendat aut veritatem positi, aut ueritatem coniunctionis. Secundum itaq; modum istum consyderationis monstratur omne quæsitum, siue fuerit in materia necessaria, siue in materia possibili. Amplius ex hoc manifestum, ꝙ non dicimus, omnem syllogismum fieri posse per istam viam: sed ꝙ non potest syllogismus fieri nisi per hanc viam. propterea ꝙ iam monstratum fuit, ꝙ omnis syllogismus erit in vna triũ figurarum: quodq; tres istæ figuræ erunt ex ijs, quæ prædicantur de duabus extremitatibus, aut subijciuntur binis extremitatibus. Quare non potest inueniri syllogismus, nisi ex consyderatione istorum, hoc est consequentium & subiectorum. Quòd si planum fuerit omnem syllogismũ esse ſm consyderationem istorum, manifestum etiam ex hoc erit, ꝙ omnis syllogismus erit in vna trium figurarũ, & ex duabus propositionibus, ac terminis tribus. Via igitur hæc ad copiam propositionum ac syllogismorum super quæsitis est vniuersalis omnibus artibus ac doctrinis, seu verę extiterint seu probabiles. nam verarum vera inueniuntur consequentia ac subiecta. & probabilium probabilia. Quare via hæc confert nobis in cognitione acquirendarum propositionum ad omne quęsitum. ꝙ si nõ, fortasse crederemus, nisi esset apud nos via hęc, ꝙ deceret ad assequendum quodcunq; quæsitum inspicere ad quãcunque rem ex propositionibus, & ad propositiones vnas eaſdem in quæsitis affirmatuis, ac quæsitis negatiuis. nec solum hoc, sed etiã poterimus existimare nos assecutum ire omnes quæsitorum species, hoc est affirmatiuum vſe, & negatiuum vniuersale, & affirmatiuum particulare, ac negatiuum particulare per vsã viam, & ex propositionibus vnis eisdem. Atqui cùm habuerimus hanc viam, tunc erit intentio nostra in quocunq; quæsito ex rebus determinatis notis paucis ſm numerum. cùm enim fecerimus hoc quæsitum, oportet vt approprietmus cuicunq; quęsito propositiones appropriatas generi, in quo fuerit hoc quæsitũ, proportionatas ipsi. Quemadmodum si fuerit quæsitum operatiuum, eligendæ erunt propositiones proportionatæ rebus voluntarijs. Quòd si exiterit scitiale accipiemus res proportionatas rebus speculatiuis appropriatis huic generi, de quo speculatur ars hæc speculatiua. & propterea opus est in cognitione propositionum primarum omnibus generibus, hoc est appropriatarum, vt sint proportionatæ conclusioni. Puta, in exemplo, si opus fuerit cognoscere stellas, hoc est scitiam Astrologiæ, oportet prius cognoscere statum motuũ stellarum. & propterea ex eo, ꝙ nouimus per intellectionem & inspectionem motus stellarum erraticarum, potemus inuenire demonstrationes super cognitione suorum ordinum consimiliter in omni arte atq; omni scientia, cuius intellectio est necessaria. Si enim adepti fuerimus cognitionem omnium primorum, & propositionum, quæ inueniuntur in hoc genere, tũc facile poterimus inuenire demonstrationes super omnibus rebus quæsitis in hoc genere, & cognoscemus etiam de quo affirmari potest demõstratio in hoc genere, & de quo non potest. Sed iam diximus vniuersaliter, quomodo oporteat acquirere syllogismos ad propositiões. Sermo autem expositiuus & appropriatus vnicuique quæsitorum generi dicetur in libro Dialectiçę.

Via priª dictaꝫ ẽ vtilis oĩbus artibꝰ & doctrinis.

Procedẽtibꝰ hac via in q̃cunq; quæsito, sumendæ sunt ꝓpões cuicunq; gñi appropriatæ ſm diuersitatem ipsorum quæsitorum.

De Diuisione, & eius syllogismo. Cap. III.

QVòd autem diuisio per genera, parua quædam particula est dictæ methodi, facile est consipicere. est enim diuisio velut ibecillis syllogismus. quod enim oportet monstrare, petitur: ratiocinamur autem semper aliquid superiorum. Primũ vero ipsum hoc latuerat omnes vtentes ipsa, & persuadere conabantur, ꝙ esset impossibile de substantia demonstrationem fieri, & eo quod est quid. quare neq; quòd cõtingit ratiocinari diuidentes intellexere, neq; ꝙ sic contingebat, quemadmodum diximus. In demonstrationibus itaq;, quando opus sit aliquid ratiocinari ineſſe, oportet medium, per quod sit syllogismus, & minus semper esse, et non vniuersalius prima extremitatum. diuisio autem contrarium vult: ipsum nanq; vniuersale accipit medium. Sit enim animal, in quo A: mortale, in quo B: et immortale, in quo C: homo autem, cuius rationem oportet accipere, in quo D. omne igitur animal accipit aut mortale aut immortale. hoc autem est, quodcunque sit A, omne esse aut B, aut C. rursus hominem semper diuidens, ponit animal esse: quare de D accipit A ineſſe. syllogismus itaque est, quòd D aut B, aut C omne est quare hominẽ aut mortalem, aut immortalem necessarium esse: animal mortale autem nõ necessarium eẽ, sed petitur. hoc autem est, quod oportebat ratiocinari.



Syllus diuisiuus.

Rursus ponens A quidem animal mortale, in quo autem B pedes habens, in quo vero C sine pedibus, hominem autem D, consimiliter accipit aut in B esse, aut in C. omne enim animal mortale aut cum pedibus, aut sine pedibus est: A vero de D, hominem nanque animal mortale esse accepit: quare cum pedibus aut sine pedibus animal necesse est hominē esse: cum pedibus autem non necesse, sed accipit. sed hoc erat, quod oportebat iterum monstrare.

B. Pedes habens.
C. Pedibus carēs. A. Aial mortale. D. Hō.



Sylls vt supra.

Hoc igitur modo semper diuidentibus accidit quidem ipsis vniuersale medium accipere: de quo autem oportebat monstrare & differentias extrema: ad finem autem, quod hoc est homo, vel quodcunque sit quæsitum, nihil dicunt planum, vt necessarium sit. etenim aliam viam faciunt omnem, neque contingentes abundantias existimantes. Manifestum autem, quòd neque destruere licet hac methodo, neque de accidente aut proprio ratiocinari, neque de genere, neque in quibus ignoratur, vtrum sic, aut sic se habet. Vt an ne diameter incommensurabilis: si enim acceperit, quòd omnis longitudo aut commensurabilis aut incommensurabilis: diameter autem est longitudo: ratiocinatum est, ꝙ incommensurabilis aut commensurabilis est diameter. si aūt sumetur, quod incommensurabilis, quod oportebat ratiocinari acceptum est. nō est igitur monstrare. via. n. hæc: per hanc autem nō est monstrare. incommensurabile, aut commēsurabile in quo A, longitudo B, diameter C.

Cōmensurabile, aut incommensurabile. Lōgitudo. Diameter.

A. B. C.



Sylls destructiuꝰ, quanꝙ sit affirmatiuus: qa posito vno oppositorum, destruitur reliquum. nā fieri nō potest sylls duus ſuus priuatiuꝰ: ait Alex.

Planum igitur, quòd neq; ad omnem consyderationem cōuenit inquisitionis modus, neq; in quibus maxime videtur dicere, in his est vtilis. Ex quibus igitur demonstrationes fiunt; & quomodo, & ad qualia inspiciendum secundum vnumquodque problema, manifestum ex dictis.

De Diuisione, & eius syllogismo. Cap. III.

Vtilitas diuisiua, quæ potest i lato, parua pars ē dictæ speculationis.

DIxit. Via autem diuisionis est parua pars istius modi speculationis: quoniam ipsa consyderat copiam propositionum, quæ sunt ex differentijs consequentibus. Causa autem, quare est pars parua, est, quoniam diuisio est velut infirmus syllogismus, & non syllogismus verus. quicunque enim ratiocinatur per viam diuisionis, ponit id, super quo oportebat afferre demonstrationem per syllogismum, & semper ponit aliquid, quod exit propositiones, & non comprehenditur in ipsis: & hoc per variationem eius, super quo est intentio in syllogismo.

Error Antiquorum duplex.

Dixit. Antiqui autem existimarunt de via diuisionis, quòd est syllogismus: quoniam per ipsam cognoscimus definitiones rerum. Sed error ipsorū de via demonstrationis fuit duplex, unus, quia existimauerunt, quòd definitio ostenditur per demonstrationem: alter quoniam arbitrati sunt viam diuisionis esse syllogismum. quapropter ignorarunt quod possit sciri per demonstrationem, & quod non possit sciri, quod enim ostenditur per syllogismum, monstratur vtiq; per syllogismos, de quibus mētionem fecimus. Quòd igitur diuisio non sit vere syllogismus, planum: eo quòd terminus medius in syllogismo semper est particularior priori extremo, & prius extremum, quod est prædicatum quæsiti comprehēdit amplius quàm ipsum. in diuisione autem res econuerso se habet, hoc est, quòd terminus medius est vniuersalior maiore extremitate, quæ est prædicatum quęsiti. Puta, in exemplo si ignorauerimus an homo sit mortalis, vel immortalis: & cognouerimus binas propositiones: quarum vna est, ꝙ homo est animal, et altera, quòd animal aut est mortale, aut immortale: cùm itaque monstrare voluerimus vnam istarum duarum propositionum, quòd homo aut est animal mortale, aut immortale, hoc est vnum ex binis istis oppositis, vt ex hoc perficiamus definitionem: & est, quòd est animal mortale aut non mortale. & complicemus orationem hunc in modum, homo est animal, & animal aut mortale aut imprtale: sequitur autem ex binis istis propositionibus, quòd homo aut est mortale, aut immortale, non autem ꝙ sit vnum istorum perfecte, quod erat quæsitum: nisi fortasse extiterit per se manifestum, aut notum per aliquem syllogismum ex supra relatis. Medius igit terminus in hoc syllogismo, qui est animal, est communior quæsito: quod est mortale aut immortale. Cōsimiliter si fuerit notum apud nos, quòd homo est animal mortale: & quòd mortale aut est bipes aut multipes: & voluerimus monstrare, vtrum istorum fuerit homo, non inuenietur aliquo modo vtilitas hęc in via diuisionis. Quare diuisio non est syllogismus aliquo pacto, nō in quęsito simpliciter, vt si res sit, aut non sit, neq; in quæsito rei coaptatæ, quemadmodum si quæsitum fuerit, an res sit accidens, vel genus, vel proprium, vel definitio: attamen est vtilis in syllogismo. Sed iam dictum fuit, per quid possidebimus syllogismos, & quomodo ipsos possidebimus, & super qua re opus est consyderare in omni specie quæsitorum.

Sectum

SECTVM TERTIVM.

De Syllogismorum resolutione.

Quo pacto syllogistice omnes rationes in aliquam prædictarum figurarū sint reducendæ. Cap. I.

QVomodo aūt reducemus syllogismos i prædictas figuras, esset vtiq; post hæc dicendū. reliquū enim istud adhuc ex consyderatione. Si. n. syllorum gñationē specularemur: et inueniēdi potestatē haberemus: amplius autem factos resolueremus in prædictas figuras, finem habere posset, quod à principio propositum. Accidet autem simul & prius dicta confirmari, & planiora esse, ꝙ ita se habent, per ea, quæ nunc dicētur. oportet enim verum omne ipsum sibi ipsi confessum vndecunque esse. Primum igitur tentare oportet duas è syllogismo propositiones excerpere. facilius nanq; maiora, quam minora diuidere: maiora autem sunt composita, quam ex quibus. Postea cōsyderare, vtra in toto, et vtra in parte. & si non sint ambę acceptę, ipsum ponentem alteram. plerunque nanque vniuersalem proponentes, quod est in hac, non accipiunt, neque scribentes, neque interrogantes. aut has quidem proponunt: per quas vero hæ concluduntur, prætermittunt: alia autem frustra interrogant.

De deceptione penes necessarias, sed nō syllogisticam consecutionem.

Consyderandum itaq;, si quid superfluum acceptum est, & quid ex necessarijs prætermissum fuit: & hoc quidem ponendum, illud vero auferendum, quousq; ad duas propositiones quispiam deuenerit. absq; enim his nō est reducere sic interrogatas rationes. Quarūdam igitur facile defectū conspicere: quædam autem latent, & videntur ratiocinari, eo ꝙ necessariū aliquid accidit ex positis. Veluti si acceptum fuerit, non substātia sublata, non auferri substātiam: sublatis autem, ex quibus est, & quod ex his, corrumpi. his enim positis necessarium est substantiæ partem substantiam esse: non tamē per accepta ratiocinatum est, sed desunt propositiones.

Substantia. Quæ simul tollunt substantiā. Partes subæ,

Rō dicta tandē ad hūc reducit sylłm, multis interiectis, mutatisq; ppōnibus.



Rursus si hominē existente, necesse animal esse: & animal substantiam; homine existente, necesse substantiam esse. verum nondum ratiocinatum est. non enim se habent propositiones, vt diximus.

Substantia. Id quo posito, animal ponitur. Homo.



Et hæc suprà dicta ratio reducitur ad hunc syllogismū, vel similem.

In plus ē necessarium q̄ syllogismꝰ.

Decipimur autem in talibus, eo ꝙ ex positis necessarium aliquid accidit, quoniā & syllogismus necessarium est: in plus autem necessarium, q̄ syllogismus. syllogismus enim omnis necessarium, necessariū vero non omne syllogismus. Quare non si quid accidit positis quibusdam, tentandum statim reducere: sed primo accipiēdæ duę propositiones, deinde sic diuidēdum in terminos. medius autem ponendus terminus, qui in vtrisq; propositionibus dicitur. necesse enim medium esse in vtrisq; in omnibus figuris. Si itaque prædicetur, ac subijciatur mediū: aut ipsum quidem prædicetur, aliud autem ab illo negetur: prima erit figura. quòd si & prędicetur, & negetur ab aliquo, media. sin autem alia de illo prædicentur: aut hoc negetur, illud prædicetur, vltima. Consimiliter & si non vniuersaliter sint propositiones: eadem nanque medij determinatiō. Planum itaq;, quoniam in qua ratione non dicitur idem plerunq;, ꝙ non fit syllogismus: non enim acceptū fuit medium. Quoniam autem habemus quale problematum in vnaquaq; cōcluditur figura, & in qua vniuersale, & in quali quod in parte: manifestum, quòd non in omnes figuras perspiciendum, sed in propriam cuiusque problematis. quæcunque vero in pluribus concluduntur, medij positione cognoscemus figuram.

De deceptione iuxta similitudinem positionis terminorum.

Plerunq; igitur decipi accidit circa syllogismos propter necessarium, quēadmodum dictum est prius. aliquando autem iuxta similitudinem positionis terminorum, quod non oportet latere nos. Veluti si A de B dicitur, & B de C. videri enim posset ita se habētibus terminis esse syllogismus: non fit autem neq; necessarium quippiam, neque syllogismus. Sit nanq; in quo A semper esse, in quo B intelligibilis Aristomenes, in quo C Aristomenes. verum itaque A ipsi B inesse, semper enim est intelligibilis Aristomenes: sed & B ipsi C, Aristomenes nanq; est intelligilis Aristomenes:

A vero ipsi C non ineſt, corruptibilis enim eſt Ariſtomenes. Nam non efficiebatur ſyllogiſmus ita ſe habentibus terminis, ſed oportebat vlr A B, ppoſitionē acceptā fuiſſe. hoc aūt falſum, exiſtimare oēm intelligibilē Ariſtomenē ſemp eē, cū ſit corruptibilis Ariſtomenes.

Semper eſſe. Intelligibilis Ariſtomenes. Ariſtomenes.

A. B. C.



Syllogiſmus hic nō cōcludit, ob defectum ppōnis vlis.

Huius aūt cauſa, non bene expoſitos fuiſſe terminos ēm dictionem, qm̄ ſi tranſumantur, qui ſunt ſecundum habitudines, non erit ſyllogiſmus. vt pro ſanitate ſi poſitum fuerit ſanum, pro morbo autem morbidum. non enim verum, quòd nō contingit morbido ſanum ineſſe. hoc autem non accepto, non fit ſyllogiſmus, niſi eius quod eſt cōtingere. hoc vero non impoſſibile; contingit enim nulli homini ineſſe ſanitatem.

Sanum. Morbidum. Homo.

A. B. C.



Hæc cōiugatio cōcludit, quia termini oēs ſunt i cōcreto.

Rurſus ſit in quo C Miccalus, in quo B muſicus Miccalus, in quo A corrūpi cras. verum igitur B prædicari de C, nam Miccalus eſt muſicus Miccalus: ſed & A de B, corrumpi enim poſſet cras muſicus Miccalus: A vero de C falſum. Hoc igitur idē eſt ei quod prius. non. n. verū vlr, Miccalus muſicus, quod corrumpit cras. hoc aūt nō ſumpto, nō erat ſyllogiſmus.

Corrumpi cras. Miccalus muſicus. Miccalus.

A. B. C.

Et hic nō cōcludit eadem de cauſa.

Rurſus in media figura conſimiliter erit falſum. ſanitatem nanque morbo nulli; homini vero omni contingit ineſſe: quare nulli homini ægritudinem.

Sanitas.

A.

Morbus. N. cōtin. Homo.

Hæc cōiugatio ēdem p. bat, quod & prima.

In tertia autem figura ſecundum contingere accidit falſum. nanq; & ſanitatem & morbum, & ſcientiam & ignorātiam, & omnino contraria eidem contingit ineſſe: ſibi aūtē inuicem impoſſibile. hoc autē diſſonum à prædictis. quando enim eidem contingerent plura ineſſe, contingebant & ſibi inuicem.

Sanitas. Morbus.

A. B.

C. Homo.

In abſtracto eſt falſa, i cōcreto vera.

Fallacia, cuius termini diuerſimode ſ. ppōnib⁹ aſſumuntur.

Hæc coniugatio nō concludit. niſi terminis aſſumptis i abſtracto, minor eſt falſa: in concreto vō, maior: ſi diuerſimode, error eſt in termino rō expōne, & ſyllogiſmꝰ ē in quatuor terminis.

Planum igitur, q̄ in omnibus his deceptio fit iuxta terminorum expoſitionem. ſi enim tranſumpti fuerint, qui ſunt ſecundum habitudines, nullum efficitur falſum. Manifeſtum igitur, quòd ſecūdum tales propoſitiones, ſemper quod ſm habitudinē pro habitudine

dine tranſumēdum, & ponendū terminum.

Non ſemper termios nomine, ſed interdum oſone exponendos eſſe.

Non oportet autem ſemper quærere, vt terminos nomine exponamus. plerūq; enim erunt orationes, quibus non eſt poſitum nomē. quapropter difficile eſt reducere tales ſyllogiſmos. Aliqñ autem & decipi accidet ob talem iquiſitionem, vt q̄ immediatorum eſt ſyllogiſmus. Sit A duo recti, in quo B triangulus, in quo C æquicrus. ipſi itaq; C ineſt A per B: ipſi vero B nō amplius per aliud, per ſe nanque triangulus habet duos rectos: quare non erit medium ipſius A B, cùm ſit demonſtrabile. manifeſtum. n. q̄ medium non ita ſemper accipiendum, vt hoc aliquid, verum aliqñ & orationē: quod accidit & i eo quod diximus.

Duo recti. Triāgulus. Æquicrus.

A. B. C.

O. O.



Hæc cōiugatio in maiori termino oſone vitiatur.

Quòd autem inſit primum medio, & hoc extremo, non oportet accipere tanq̄ quę ſemper de ſe inuicem prædicētur: aut ſimiliter primum de medio, et hoc de vltimo (& in eo autem quod eſt non ineſſe, cōſimiliter) ſed quot modis eſſe dicitur, et verum dicere ipſum hoc tot modis exiſtimare oportet ſignificare & ineſſe, & non ineſſe. veluti quod contrariorum eſt vna ſcientia. Sit enim A vnā eſſe ſcientiam, contraria inter ſe in quo B. A itaque ipſi B ineſt, non tanquam contraria vnam eſſe ipſorum ſcientiam: ſed quòd verum de ipſis dicere, vnam eſſe ipſorum ſcientiam.

Non ſemper in recto aſſumendos eſſe terminos.

A. Vna ſcientia. ——— B. Contraria.

Ex his terminis fit propō hīs, prædicatum obliquum.

Accidit aūt qñq; in medio primum dici, medium vero in tertio nō dici. Quemadmodum ſi ſapientia eſt ſcia: boni aūt eſt ſapientia: ſcia.

Scientia. Sapientia. Boni.

A. B. C.



Hæc coniugatio minorē habet in obliquo.

Quandoq; vero medium in tertio dicitur, primum autem in medio nō dicitur. Quemadmodum, ſi omnis qualis eſt ſciētia, vel contrarij: bonum autem & contrarium, & quale: concluſio, quòd boni eſt ſcientia. non eſt autem bonum ſcientia, neque quale, neque contrarium, ſed bonum hæc.

Scientia. Qualis, vel cōtrarij. Bonum.

A. B. C.



Hæc coniugatio maiorē habet i obliquo.

Eſt autem quādo neq; primum de medio, neq; hoc de tertio: cùm primum de tertio aliquando dicatur, aliquando non dicatur. Veluti, ſi cuius eſt ſcientia huius eſt genus: boni autem eſt ſcientia: cōcluſio, q̄ boni eſt genus. prædicatur aūt nullum de nullo. Si vero cuius eſt ſcientia, genus eſt hoc: boni autē eſt ſcientia: concluſio, quòd bonum eſt genus. de extremo igitur prædicatur primum, de ſe inuicem autem non dicuntur.

Genus.

Huius genus. Cuius eſt ſcientia. Boni.

A. B. C.



Hæc cōiugatio ēdem p. bat, quod & prima.

Eodē itaq; modo & in non ineſſe accipiendum. non enim ſemper ſignificat non ineſſe hoc huic, non eſſe hoc hoc: ſed aliqñ non eſſe hoc huius, aut hoc huic. Quemadmodum, q̄ nō eſt motionis motio, vel gñationis gñatio: voluptatis aūt eſt: non igitur voluptas generatio. Aut rurſus, q̄ ipſius riſus non eſt signū: ſed ſigni non eſt ſignum: quare riſus non eſt ſignum. Conſimiliter & in aliis, in quotcunq; tollitur problema, eo quòd ad ipſum quodammodo dicitur genus.

Signum. Signi. Riſus.
Generatio. Generationis. Voluptatis.
Motio. Motionis.

Non eſt. Eſt.

Hæ coniugationes cōcludunt negatiue ex ppōnibus in obliquo.

Rursus, ꝙ tempora non sunt tempus opportunum. Deo enim sunt tempora: non autem est tempus opportunū: eo ꝙ nihil Deo vtile. terminos nāq; ponendum, tempora, et tempus opportunum, & Deum: propositionem vero accipiendum ſm nominis casum.

Hæc cōiugatio cōcludit in tertia figura ex ꝓpōnibus in obliquo.



Simpliciter enim dicimus hoc de omnibus, ꝙ terminos semper ponendum ſm vocā-tiones nominum, vt homo, aut bonum, aut contraria: non hominis, aut boni, aut contrariorum. propositiones autē accipiendum ſm vniuscuiusq; casus. vel enim quoniā huic, vt æquale: aut quoniā huius, vt duplum: aut qm̄ hoc, vt verberās, aut videns: vel qm̄ hic, vt homo, animal: vel ſi aliquo modo aliter cadit nomen ſecūdum propositionem. Inesse autem hoc huic, & verificari hoc de hoc, tot modis accipiendum, quot modis prædicamenta distincta sunt. & hæc, aut quo, aut simpliciter. amplius simplicia, aut complicita. Consimiliter autem & non inesse. Verum cōsyderandum hæc, ac distinguendum melius.

Reduplicatum autem in propositionibus ad primum extremum ponendū, non ad medium. Dico autem, quoniam ſi fieret syllogiſmus, ꝙ iuſtitiæ est ſcientia, quoniam bonum, hoc, quod est, quoniam bonum, vel inquantum bonum, ad primum ponēdum. Sit enim A ſcīētia, quoniam bonum: in quo B bonum: in quo C iuſtitia. A itaq; verum de B prędicare, boni enim est ſcientia, quoniam bonum: ſed & B de C, iuſtitia enim quod bonum: ita igitur fit reſolutio.

Scientia, qm̄ bonū. A. Bonum. B. Iuſtitia. C.



Si vero ad B positum fuiſſet hoc, quod est, quoniā bonum, non erit. A nanq; de B verum erit: B autem de C non verum. bonum enim, quoniam bonū, prædicare de iuſtitia falsum, & non intelligibile.

Scientia. A. Boni, qm̄ bonum. B. Iuſtitia. C.



Similiter itaq; & ſi ſanabile demonſtrareſ, ꝙ est ſcibile, inquātum bonum: aut hircocervus opinabile, inquantum non ens: aut homo cōrruptibile, inquantum ſenſibile. in omnibus enim ſuperprædicatis ad extremum reduplicationem ponendum.

Non est autem eadem terminorum positio, quando ſimpliciter aliquid ratiocinatum fuerit, & quando hoc aliqd, aut quo, aut qūo. Dico autem, quemadmodum quando bonū ſcibile monſtratum fuerit, & quando ſcibile quid, quoniam bonum. verum ſi ſimpliciter ſcibile monſtratum fuerit, mediū ponendum ens: ſin autem quoniam bonū hoc quod est, aliquod ens. Sit. n. A ſcientia, qm̄ ens aliquod: in quo B ens aliquod: i quo C bonū. verū itaq; A de B prędicare: erat enim ſcīētia alicuius entis, quoniam aliquod ens. ſed & B de C: quod enim ī quo C ens aliquod. quare & A de C: erit igitur ſcientia boni, quoniam bonum. nanq; aliquod ens erat proprię ſubſtantiæ ſignum.

Scia, qm̄ ens aliquod. A. Aliquod ens. B. Bonum. C.

Si vero ens medium positum fuiſſet, & ad extremum eius ſimpliciter, & non dictum eſſet, aliquod ens, nō esset vtique ſyllogiſmus, quòd est ſcientia boni, quoniam bonum: ſed quoniam ens. Vt in quo A ſcientia quoniam ens: in quo B ens: in quo C bonum. Manifeſtum igitur, quod in ſyllogiſmis qui in parte, ita accipiendi ſunt termini.

Oportet

Scientia, qm̄ ens. A. Ens. B. Bonum. C.



Oportet autem & tranſumere quæ idem possunt, noia pro noibus, & orationes pro orationibus, & nomē & orationē, & ſemper pro oratione nomē accipere. facilior nāq; terminorū expoſitio. Quemadmodū ſi nihil differat dicere, ſuſpicabile non esse genus opinabile, aut opinabile non esse quod ſuſpicabile quid: idem enim ſignificatum: pro dicta oratiōe ſuſpicabile, & opinabile termini ponēdi.

Qm̄ vero non est idem, voluptatē esse bonum, & voluptatem esse ipſum bonum, non ſimiliter ponēdi termini. ſed ſi est ſyllogiſmꝰ, ꝙ voluptas ipſum bonum, ipſum bonum. ſin aūt ꝙ bonum, bonū. Conſimiliter & in alijs.

Ipſum bonū. Bonum. Quod omnes appetunt. Optatio ſm naturā. Voluptas.



Non ēſt autem idem neq; esse, neq; dicere, quod cui B ineſt, huic oī A ineſt: & dicere, cui oī B ineſt, & A omni ineſt. nihil enim prohibet B ipſi C ineſſe, non omni autem. Vt ſit B honeſtum quid, C vero album. Si igitur albo alicui ineſt honeſtum quid, verū dicere ꝙ albo ineſt honeſtum: ſed non omni fortaſſe. Si itaq; A ineſt ipſi B, non omni autem de quo B: neq; ſi B omni C, neq; ſi ſolum ineſt, neceſſe A non quòd non omni, ſed neq; ineſſe.

A. Sapiens. B. Honeſtum. Mulier. C. Albū.



Sin autem de quocūq; B vere dicatur, huic omni ineſt A, accidet A, de quo omni B dicitur, de hoc omni dici.

Animal. A. Rationale. B. Homo. C.



Si tamē A dicitur de quo vtiq; B dicatur de omni, nihil prohibet B ineſſe ipſi C, non omni autem ipſum A, aut omnino non ineſſe. In tribus itaq; terminis, videlicet de quo B omni A dici, hoc est, de quotcūnq; B dicitur, de omnibus dici & A; & ſi B de omni, & A itidem. ſi vero non de omni, non neceſſe A de omni.

Non oportet aūt exiſtimare penes id quod exponimus, aliquid accidere absurdū, nihil. n. vtimur eo, quod est hoc aliquid esse: ſed quēadmodū Geometra pedalem, & rectam hāc, & ſine latitudine dicit, quæ non ſunt. verum non ſic vtitur, tanq; ex his ratiocinans. Omnino enim quod nō est, vt totum ad partem, & aliud ad hoc, vt pars ad totum, ex nullo talium monſtrat ipſe monſtrans, neq; fit ſyllogiſmus. Expoſitione vero ſic vtimur, quēadmodum & ſenſatione ad diſcentem dicētes. non enim ſic, tanq; quòd ſine hoc demonſtrari nō poſſit, quemadmodū ex quibus ſyllogiſmus.

Non lateat aūt nos, ꝙ in eodem ſyllogiſmo non oēs concluſiones per vnā figuram ſunt: verū hæc per hanc, illa vero per aliam. Planum igitur, ꝙ reſolutiones ita faciēdum. Qm̄ autem non oē problema in omni figura, ſed in vnaquaq; ordinate, manifeſtum ex concluſione, in qua figura quærendum. Et ex rōnibus, quæ ſunt ad ad definitionē, quæcunq; ad vnū aliquid redarguunt eorū, quæ ſunt in definitione, ad quod redargutū est, ponendū terminum, & non totam rōnem. accidet. n. minus conturbari propter longitudinē. quemadmodum ſi aquam monſtrauit, qm̄ humidum potabile: potabile, et aquam terminos ponendū.

Potabile. A. Al, non. Aqua. C.



Amplius

Quid agēdū in syllīs ex suppoſitiōe.

Amplius autem ex ſuppoſitione ſyllogiſmos non tentandum reducere. non enim eſt ex poſitis reducere. nancꝙ non ſunt oſtenſi p ſyllogiſmum, ſed per compoſitionem cōfeſſi omnes. Quemadmodum ſi ſupponēs, ſi vna quædam potentia non ſit contrariorum, necꝙ ſcientiam vnam eſſe: poſtea diſputatum ſit, ꝙ non eſt vna potentia contrariorum, vt ſi ſanabilis & ægrotabilis: ſimul.n. idē erit ſanabile & ægrotabile.

Proſyllogiſmus. Syllogiſmus.

Eiuſdē effectiuū. Vna potentia. Cōtraria.

Al, non.

Cōcluſio mōſtrata p pro ſyllogiſmus, & ſyllum: quæ aut eſt ſylli cōditionalis.

Vna potētia. Sanabile & ægrotabile. Sanabile & ægrotabile.

De ſyllīs p ſimplīcē concludentibus.

Quòd itaque non eſt vna omnium contrariorum potentia, & monſtratum eſt: quòd autem ſcientia non eſt, non fuit monſtratum. atqui confiteri neceſſarium. ſed non ex ſyllogiſmo: verum ex ſuppoſitione. hanc igitur non eſt reducere: quòd autem non vna eſt potentia. * ſic enim forraſſe & ſyllogiſmus eſſet, illud vero ſuppoſitio.

* a.l. hic.

Conſimiliter autem et in ijs, qui per impoſſibile cōcluduntur. necꝙ enim hos reſoluere, ſed ad impoſſibile abductionem eſt. ſyllogiſmo nancꝙ monſtratur: alterum vero non eſt, ex ſuppoſitione enim concluditur. Differunt autem à prædictis: quoniam in illis quidem oportet præconfiteri, ſi debet aſſentiri, quemadmodum ſi monſtrata fuerit vna contrariorum potentia, et ſcientiam eandem eſſe. hic autem et non præconfeſſi concedunt, eò ꝙ manifeſtum eſt falſum. veluti ſi poſita fuerit, diameter commēſurabilis, imparia æqua eſſe paribus. Multi vero et alij concludunt ex ſuppoſitione, quos oportet conſyderare, et notare pure. Quæ igitur ſint horum differentię, et quot modis ſit quod eſt ex ſuppoſitione, poſtea dicemus: nunc autem tantum ſit nobis manifeſtum, quòd non eſt reſoluere tales ſyllogiſmos in figuras: et ob quam cauſam, diximus.

PARS TERTIA.

De Syllogiſmorum reſolutione.

De reductione Orationum male contextarum ad prædictas figuras. Cap. I.

DIxit. Iam vero nobis reliquū eſt poſt hoc, vt dicamus, quomodo poſſimus reducere ſyllogiſmos, qui fiunt in libris & enunciationibus ad iſtas figuras: quoniā non fiunt in libris & enunciationibus ſm eam viam: de qua fecimus mentionem. Hæc enim eſt intentio tertia, quæ reſtat nobis conſyderāda in re ſyllogiſtica. propterea ꝙ cùm ſcierimus ſpecies ſyllogiſmorum, & habuerimus potentiam faciendi eos, & potentiam reducendi omnes illos, qui ceciderint in ſermone aut enunciatione ad figuras, de quibus mentionem fecimus, perfectū erit deſyderium noſtrum primum de cognitione ſyllogiſmi cum eo, quod accidet nobis ex eo, quod dicetur de reſolutione ſyllogiſmi ad figuras, de quibus mentionem fecimus. Quodꝙ ſequetur confirmatio veritatis eius, quod diximus, omnem videlicet ſyllogiſmum eſſe per vnā trium figurarum prædictarum. quoniam cū inuenerimus omnes ſyllogiſmos, qui fiunt in libris & enunciationibus redire ad iſtas figuras, iam aſſecuti erimus per viam inductionis, ꝙ iſtæ figurę ſunt fundamenta omnium ſyllogiſmorum. & hoc eſt declaratio eius, ſuper quo conſiſtit demonſtratio: hoc eſt, vt ſint verę quocunꝙ modo inquirantur, & conſententes ex omni latere. Quoniam veritas, vt inquit Ariſt. atteſtatur ſibi ipſi, & cōſentit ex omni latere: & vult ꝙ hoc, ꝙ modus modo atteſtetur. Primum ergo, quod oportet facere in reſolutione ſyllogiſmorum ad iſtas figuras eſt, vt ſoliciti ſimus ad inuenīendas binas propoſitiones i hoc ſermone ſyllogiſtico: quoniam duæ propoſitiones ſunt partes magnæ ſyllogiſmi. Diuiſio autē rei in partes ſuas magnas facilior eſt diuiſione in partes ſuas paruas. Amplius poſt hoc, oportet vt ſciamus qualis ſit maior propoſitio, & qualis ſit minor. hoc autem planum ex duabus extremitatibus quæſiti. & an plane dictæ fuerint ſimul in hoc ſermone ſyllogiſtico, an vna ex ipſis. & ſi plane vna fuerit dicta, & vna ſilētio prætermiſſa, quę ex ipſis taceatur & omittatur, an maior, an minor: quoniam plerunꝙ accidit in ſermone conſequente, vt exprimatur maior, & omittatur minor: & plerunꝙ conſimiliter, vt ponantur in ſyllogiſmo propoſitiones inutiles & ad conſtructionē concluſionis & ad deſtructionem ejuſdem. & hoc, aut ad elongationem, aut coaptationem, aut ad aliquem alium modum ex ijs, qui cōnumerari fuere in Octauo Dialectice. Et propterea oportet, vt inueſtigemus an acceptā fuerit in hoc ſermone ſyllogiſtico propoſitio ſuperflua, aut deficiat propoſitio neceſſaria, vt relinquatur ſuperfluum & pōnātur diminuti: quouſque inueniantur binæ propoſitiones, ex quibus componitur ſyllogiſmus. quoniam niſi inuenerimus binas propoſitiones, non conueniet reducere ſermonem ſyllogiſticum ad vnam figurarum præcedentium.

Orationum autem ſyllogiſticarū, aliæ ſunt, in quibus additamenta ac deficientia facile percipimus, aliæ vero in quibus difficile. & alię ſunt, quæ exiſtimantur eſſe ſyllogiſmi aliqui, eo ꝙ ex ipſis ſequitur aliquid ex neceſſitate, non tamen ſunt ſyllogiſmi. quoniam non omne illud, quod ſequitur ex aliquo conſequentia neceſſaria, eſt ſyllogiſmus: ſed illud, quod ſequitur ex neceſſitate ex binis propoſitionibus, quarum proportio vnius

Veritas atteſtatur ſibi ipſi: id. e. Ethic. et 1. de Anim. c. 6.

Nota ab hoc lo. o p̄cepta ol ſeruanda ad reſoluendum ſyllogiſmū.

Nota aliqs eſſe oēs ſyllogiſticas in quibus ſa eſſe cognoſcuntur quæ deſunt vl ſuperfluunt, aliquę in quib' diff.cile.

vnius ad alterā eſt proportio totius ad partē, eſt ſyll'ſs. Exemplum uero in quo deficit, & cum difficultate ſcitur, quod deficit, eſt ſermo prædictus ad concludendū, ꝙ partes ſubſtantiæ ſunt ſubſtantia. propterea ꝙ, cùm deſtruitur non ſubſtantia, non deſtruitur ſubſtantia: et cùm deſtruuntur partes ſubſtantiæ, deſtruitur ſubſtantia. hæc enim concluſio ſequitur ex hoc ſermone. ſed deficit maior, quæ eſt, ꝙ id, quo deſtructo deſtruitur ſubſtantia, eſt ſubſtantia. hæc autem propoſitio ſequitur ex propoſitione expreſſa in hoc ſermone, qui eſt, quod non eſt ſubſtantia, non deſtruit ſubſtantiam per deſtructionem ſuam. & hoc, quoniam ſi uerificata fuerit nobis hæc propoſitio, verificabitur etiam conuerſa ſuæ contradictoriæ, quæ eſt, ꝙ deſtruens ſubſtantiam per deſtructionem ſuam, illud eſt ſubſtantia. cùm ergo adiunxerimus huic propōni minorē, quæ eſt, ꝙ partes ſubſtātiæ deſtructione ſua deſtruunt ſubſtantiā, cōcludē nobis in ꝑma figura ꝙ partes ſubē ſunt ſubſtantia.

Sed fieri etiam poteſt, vt ſermo iſte diſponatur per aliam figuram, ꝙ per iſtam. quemadmodum ſi dicamus, partes ſubſtantię deſtructione ſua deſtruunt ſubſtantiam: quod autē eſt aliud à ſubſtantia non deſtruit deſtructione ſua ſubſtantiam: & concluditur in ſecunda figura, ꝙ partes ſubſtantiæ non ſunt aliud à ſubſtantia. Amplius, complicemus huic, & id, quod non eſt aliud à ſubſtantia eſt ſubſtantia: & concludetur ꝙ partes ſubſtantiæ ſunt ſubſtātia. Exemplum vero, in quo deficit aliqua propoſitionum, & cognitio huius facilis exiſtit, eſt quod dicimus: ſi eſt homo, eſt animal: & ſi eſt animal, eſt ſubſtantia: igitur ſi eſt homo eſt ſubſtantia. & hoc, quoniā deficit in iſto, omnis homo animal, & omne animal ſubſtantia. Cauſa autem iſtius erroris eſt, propterea ꝙ exiſtimatur, ꝙ id, quod neceſſario ſequitur, ſequatur conſequentia ſyllogiſtica. Cùm igitur ſuenerimus aliquod, quod ex aliquo equatur, non eſt opus, vt exiſtimemus ſyllogiſmum perfectum: niſi inuenerimus binas propoſitiones in ipſo ſimul.

Cum ſmētę ſunt duę propōnes in ſyllogiſmo, reſoluēdę ſunt in tres termīnos.

Cùmque in hoc negocio inuenerimus binas propoſitiones, oportet vt adhuc diuidamus binas propoſitiones ad tres terminos, & cognoſcamus illum eſſe medium terminum, qui ſit terminus cōmunicans cum duobus terminis, q ſunt extremitates quæſiti: propterea ꝙ fieri non poteſt, ut ſit aliquis ſyllogiſmus ſine termino medio. Cumꝙ inuenerimus terminum medium prædicatum de minore & ſubiectum maiori, aut prædicatum de minore & negatum à maiore, erit hoc ex figura prima. Sin autem medius terminus prædicetur de vna ipſarum & negetur ab altera, ſm modum prædicati, non ſm modum ſubiecti, erit hoc ex ſecunda figura. Si vero medius terminus ſubijciatur vtriꝙ extremitati, aut ſm viam affirmationis, aut ad vnam ipſarum ſm viam affirmationis, ad alteram vero ſecundum viam negationis, erit tertia figura. Quoniam iam declaratum fuit, ꝙ non eſt hic proportio quarta termini medij ad duas extremitates & duarum extremitatum ſm curſum naturalem prædicationis: ſiue fuerint ambæ propoſitiones vniuerſales, ſiue vna ipſarū vniuerſalis & altera particularis. Amplius, ꝙ non accidit, vt mator ſit particularis in figura prima, & ſecunda: quoniam poſitio medij termini in hoc eſt vna. Quod cùm ita fuerit, planum ꝙ in quocunꝙ ſermone non inuenitur aliquid bis poſitum, ꝙ inquam ſermo iſte non eſt ſyllogiſmus. ſi enim in ipſo nō mueniatur vnus terminus bis, non erit ibi terminus medius, ꝙ ſi ibi non exiterit terminus medius, non erit ibidē ſyllogiſmus.

Non dicit Quarta figura, vt etiā ſupra pluries.

Quoniam autem declaratum fuit, ꝙ non monſtrat omne quæſitū in omni figura: quodꝙ ex ipſis aliquod mōſtratur in vna figura, vt vniuerſale affirmatiuum: aliquod vero oſtenditur in duabus figuris, vt vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua: aliquod autem monſtratur in tribus figuris, vt negatiua particularis: manifeſtum ꝙ non eſt opus, vt quæratur quæſitum in quacunꝙ figura acciderit, ſed in figura ipſi appropriata. Omnis autem quæſiti, quod extiterit in pluribus figuris, vna cognoſcetur figura, in qua monſtratur per poſitionem medij termini ex duabus extremitatibus. Illius igitur, quod oſtenditur in figura appropriata, cognoſcemus figuram, in qua monſtratur, ex quæſito per ſe: quemadmodum etiam cognoſcemus ipſam ex poſitione medij termini. illius ꝙ, quod monſtratur in duabus figuris, cùm inuēta fuerit poſitio medij termini, quæremus vtriꝙ poſitionē duaꝝ extremitatum tm. & hęc ea ſunt, quæ conſtituere poſſumus ſuper figura ſyll'i ſermōe ſyllogiſtico ſcripto, aut dicto.

Querenda ē reſolo cuuſcūqꝫ ſyll'i, & quæſiti ꝑ appropriatam figuram.

Accidunt autē nobis plerunꝙ errores & deceptio, eo ꝙ exiſtimemus in reſolutione dicti, in quo non eſt ſyllogiſmus, ꝙ eſt ſyllogiſmus, et è cōuerſo, ob cauſas multas: quarum vna eſt, cùm arbitramur propoſitiones eſſe vniuerſales & non ſunt vniuerſales ſm veritatem. Hoc autem accidit, cùm accepermus ſdefinitas: quoniam figura ſyllogiſmi decipit nos in hoc. Quemadmodū ſi accipiamus, quòd homo eſt animal: & animal eſt neque generabile neque corruptibile: & exiſtimemus ex hoc ſequi, quòd homo ſit neque generabile neque corruptibile: quod eſt falſum. Minor itaque eſt vera in toto, puta quòd omnis homo eſt animal: maior vero eſt vera in parte, non autem in toto: puta quòd non omne animal eſt ingenerabile & incorruptibile. atqui verificatur hoc de animali vniuerſali intellecto, non autem de omni individuo animalis.

Accidit error ꝑ corruptionē ꝓportionis terminorū inter ſe in ꝓpoſitione terminorum.

Accidit autem falſum quoꝙ, ac deceptio propter corruptionem proportionis terminorum inter ſe in poſitione terminorum ita, vt exiſtimemus aliquid eſſe ſyllogiſmum, quod non eſt ſyllogiſmus: puta ſi accipiamus eo modo, quo non ſunt veri. Vt in exemplo, ſi dicat aliquis, omnis homo eſt ſuſceptiuus ægritudinis: & ægritudo non poteſt ſuſcipere ſanitatem: igitur homo non poteſt ſuſcipere ſanitatem. Cauſa autem huius eſt: quia termini in iſtis propoſitionibus non accipiuntur in prædicatione, ſuper quo eſt opus. & hoc, quoniam accepit loco prædicati ſanitatis & ægritudinis, ſanitatem & ægritudinem per ſe, hoc eſt, quoniam accepit loco ſani ſanitatem, & loco ægri ægritudinem. & propterea ſi variemus terminos, & dicamus, poſſibile eſt hominem eſſe ægrum: & poſſibile eſt ægrum eſſe ſanum: concludetur nobis res vera, ꝙ videlicet poſſibile eſt hominem eſſe ſanum. Si vero non fuerit ſeruatum hoc in huiuſcemodi propoſitionibus, nō erit ſyllogiſmus, puta ſi accipiantur intentiones ac diſpoſitiones loco ſuſcipientium diſpoſitiones, non ſolum exiſtimabitur ꝙ non ſit ſyllogiſmus in figura prima, ſed neque in tribus figuris etiam. Puta ſi aliquis dicat, poſſibile eſt hominē ſuſcipere ſanitatem: & ægritudo non poteſt ſuſcipere ſanitatem. hęc enim complicatio eſt in ſecunda figura non concludens: quoniam cōcludit falſum, puta ꝙ homo non poteſt ſuſcipere ægritudinem. Conſimiliter poſſibile eſt, vt non ſit concluſio ſm iſtā complicationem in tertia figura. & hoc, quoniam ęgritudo & ſanitas, ac ſcientia & ignorantia inſunt vni cuidem: non tamen ineſt vnum ipſorum alteri. & hæc eſt complicatio tertiæ figuræ. & propter hoc exiſtimabitur ob iſtam cauſam, ꝙ non concludit in tribus figuris. Cauſa autem huius eſt: quoniam ipſe accepit loco ſubiecti diſpoſitionum & intentionum intentiones & diſpoſitiones per ſe. & propterea oportet vniuerſaliter in huiuſcemodi propoſitionibus, vt accipiamus ſuſcipiens intentionem ſimul cum intentione: & tunc ponamus ipſum, ſubiectum terminum aut prædicatum.

Accidit ꝑ error ꝑ ſyll'i reſolone, quia credimus in eo eē ꝓpoſitiones vlīes, cum ſint idefinitæ.

Non eſt

Non est autem opus, vt quæramus terminos, in quos resoluitur syllogismus, & simpliciter terminum medium, ſm q̃ ſuper ipſis ſignificat terminus abſtractus, quoniam multa ſunt, ſuper quibus ſignificatur per orationem compoſitam; & ſimpliciter terminus, cui non eſt nomen abſtractum: & propterea difficile eſt reducere huiuſcemodi ſermones ad figuras prædictas. Et accidit error in hoc, quoniam exiſtimatur, q̃ ſit ſyllogiſmus ſine termino medio. puta in exemplo, ſi dicamus, anguli triãguli ſunt æquales duobus rectis: quoniã extrinſecus eſt æqualis duobus intrinſecis, & propterea non oportet, vt quæramus terminũ medium in oſ quæſito orationem, neq; etiã dictionẽ abſtractam ſed aliq̃n erit oratio, aliquando erit dictio ſeparata.

Non eſt ſem per quærendos termios ſimplices in ſyllis, & eorum reductione.

Amplius ſimiliter non oportet, vt quæramus ꝓportionem vnam prædicationis terminorum, qui ſunt in ſyllogiſmo, quiq; de ſeinuicem prædicantur, ſiue ſecundum modum negationis, ſiue ſm modum affirmationis: quemadmodum ſi accipiamus maiorem extremitatem ineſſe medio, & medium vltimo, quoniam non oportet, vt intelligamus ex hoc in omni loco, q̃ primũ diſponitur ad medium, & medium diſponitur ad vltimum, & primum in vltimo conſimiliter diſponitur. Eodem pacto cũm negamus terminum à termino, nõ oportet vt ex ipſo intelligamus negationem ſuam ſm q̃ eſt diſponens & diſpoſitum: ſed ex hoc oportet, vt ſtelligamus vnum ex modis proportionum, per quos ſequitur aliquid ex aliquo, aut negatur aliquid ab aliquo: aut plures modos ex ipſis, ſi modi proportionum extiterint plures vno. Puta, in exemplo, verum eſt, ſi dicamus, contrarĩs ineſt vna cognitio: & ſi dicamus, contrariorum eſt vna cognitio: non autem verum erit, ſi dicamus, contraria ſunt vna cognitio.

Termini oẽs in ſyllb non ſunt accipiẽdi ſm vnum modum ꝓdicationis.

Sed accidit ẽt vt maior extremitas diſponat'ad medium, & medium non erit diſpoſitum ad tertium. Puta, in exemplo, ſi dicamus, ſapientia eſt ſcientia: et ſciẽtia eſt ſtudioſum: & concluſio q̃ ſciẽtia eſt ſtudioſum. Et aliquando erit contrarium huius: puta, erit terminus medius diſpoſitus ad vltimum, & primum nõ erit diſpoſitum ad mediũ. Quẽadmodum ſi accipiamus, q̃ omnis contrarĩ eſt ſcientia, et q̃ bonum eſt contrarium, & concluſio erit, q̃ boni eſt ſcientia. Ad hæc accidit, vt primum non ſit diſpoſitum ad medium, neque medium ad vltimum, & tamen primum ſit diſpoſitum ad vltimum, quæ eſt concluſio. Vt in exemplo, boni eſt ſcientia: & ſcientia eſt generis: & concluſio, q̃ bonum eſt genus. Ad huius ſimilitudinem opus etiã eſt, vt intelligamus in negatione. cũm enim negatur aliquid ab aliquo, non ſignificat ſemper, q̃ hoc non eſt hoc: ſed aliquando q̃ hoc non ineſt huic, aut non eſt in hoc, & ſimilia ex modis proportionum. Puta in exemplo, vere dicimus, motus non ineſt motui: non autem vere dicimus, motus non eſt motus. Conſimiliter dicimus, generationis non eſt generatio: & nõ dicimus, generatio non eſt generatio. cũm igitur addiderimus huic, quòd delectatio eſt generatio, concludetur nobis, quòd delectationis non eſt generatio: non autem, quòd delectatio non eſt generatio.

Hoc eſt dire ẽte, ſeu nomi natiue.

Dixit. Simplr & ſermone vſi oportet terminos poſitos accipi eo modo, quo fuerunt accepti ſeparati, hoc eſt in puncto, qui Arabice vocatur Alraphaa: quoniã in hunc modũ ſignificant ſuper propoſitionibus. propoſitiones vero oportet accipere eo modo, quo ſunt veræ, ſiue extiterint in alraphaa {ſcilicet in recto} ſiue in alio quàm in alraphaa: & in alio quidem quàm in alraphaa, vt cùm dicimus, decem ſunt duplũ quinque, & pannus eſt ex lino. Termini autem, qui affirmantur de aliquo non ſunt ſemper ſeparati, neq; abſoluti; ſed aliquando erunt compoſiti, quemadmodum, cũm ſint coaptati. oportet igitur ut accipiantur eo mõ quo ſunt veri cõpoſite, aut abſolute, aut coaptate. et cõſiſt termini p̃dicati ſm modũ negatiõis.

Termini qui ter ponũtur in ꝓpõnib' ideſt reduplicati ſunget cũ maiori extremitate.

Oportet autem vt termini, qui ter ponuntur in propoſitionibus in quibuſdam locis, vice tertia ponantur ſimul cum maiore termino, non autem cum termino medio. Puta, in exemplo, homo eſt ſenſibile: & ſenſibile eſt compoſitum ſecundum q̃ ſenſibile, igitur homo eſt compoſitum ſm q̃ eſt ſenſibile. Si enim ponerẽtur, quod dicim⁹, ſm q̃ ſenſibile ſimul cũ termino medio, et diceremus, hõ eſt ſenſibile, ſm q̃ eſt ſẽſibile, eſſet vtiq; falſum. Cõſiſt ẽt ſi dicamus, rectum eſt bonũ: & bonũ eſt ſcibile, ſm q̃ bonũ: igitur rectum eſt ſcibile, ſecundum q̃ bonum. Quòd ſi poſuiſſemus ſimul cum termino medio, & dixiſſemus, rectum eſt bonũ, ſm q̃ bonum, fuiſſet falſum, & nõ intelligibile. Atqui oportet vt per iſtam poſitionem fiat propoſitio vera. quoniam ſi dixerimus, q̃ homo componitur, & nõ poſuerimus conditionem ſm quòd ſenſibile, erit falſum.

Nõ eſt eodẽ mõ ponẽdos terminos, qñ concluſio eſt abſoluta, & qñ coaptate, ideſt ſimplr, & cũ aliqua determinatione.

Dixit. Non eſt autem poſitio terminorum in propoſitionibus ſyllogiſmi, cuius cõcluſio eſt abſoluta, quẽadmodum eſt poſitio ipſorũ in ſyllogiſmo, cuius concluſio eſt coaptata, & in poſitione alicuius conditionis in ipſis. Puta, in exẽplo, ſi aliquis monſtret, q̃ bonum eſt ſcibile, aut q̃ eſt ſcibile quoddã, per medium, quod eſt ens, oportet q̃ mõſtremus, q̃ eſt ſcibile quoddam, cùm acceperimus, q̃ ipſum eſt ens aliquod, nõ autem ens abſolute. Si vero intentio noſtra extiterit monſtrare, q̃ eſt ſcibile abſolute, acciperemus ad huius oſtẽſionem, q̃ eſt ens abſolute. Puta, ſi dicamus, bonum eſt ens quoddam: & hoc ens eſt ſcibile: concludetur quòd bonum eſt ſcibile quoddam. & volo per quoddam illud, quod appropriat ipſum. & hoc, quomã hoc, quod eſt quoddam, adiacens ſignificat ſubſtantiã appropriatam rei. Cùm vero dixerimus, bonũ eſt ens: & ens eſt ſcibile: concludemus vtiq;, q̃ bonum eſt ſcibile: eo q̃ eſt ens, non aũt eo q̃ aliquid, quod appropriet ipſum.

Nõ eſt addẽdũ aliqd cõcſone, q̃d nõ ſit poſitũ i ꝓpõnib⁹: neq; in ꝓpõnib⁹ q̃d ſit cõcſone ſi ponat: ſicut de artículis apud Arabes & Græcos.

Oportet autẽ vt permutemus nomina in terminis, quæ non fuerint manifeſta pro nominibus manifeſtis. conſimiliter mouemus orationem compoſitam cum oratione compoſita, quæ ſit manifeſtior, cùm ſignificet ipſos per orationem compoſitam. cumq; fuerit nomen impoſitum termino, quem ſignificat oratio compoſita, oportet, vt accipiatur nomẽ loco iſtius orationis: quoniam ipſum & facilius, & appropriatius eſt. Puta, in exemplo, ſi nõ refert dicere, imaginabilis non eſt genus exiſtimabile, & dicere imaginabile non eſt exiſtimabile, opus eſt, vt faciamus ſyllogiſmo, quod dicimus, imaginabile non eſt exiſtimabile, loco eius, qđ dicimus, imaginabilis non eſt genus exiſtimabile.

In termis q de iuicẽ p̃dicantur in prima figura ob ſeruandũ eũ dictũ de oi.

Oportet autem vniuerſaliter, vt interpretatio propoſitionum ſit ſecundum modum, quo eſt in concluſione, hoc eſt, vt nõ addatur dictio, quæ non ſit in propoſitionibus: neq; deficiat etiam dictio aut litera, quæ accepta fuerit in propoſitionibus. Puta, ſi fuerit concluſio, q̃ voluptas eſt ipſum bonum, opus eſt, vt accipiatur {erub,} hoc eſt ipſum bonum in propoſitionibus concludentibus concluſionem iſtam eum He cognitionis in lingua ſancta, quod eſt, Al in lingua Arabica. Sin autem fuerit cõcluſio, q̃ voluptas eſt bonum ſine He cognitionis, oportet, vt accipiatur bonum in propoſitionibus ſm iſtum modum, qm̃ differẽtia maxima eſt iter hoc, quod dicimus, voluptas eſt bonum, et hoc, quod dicimus voluptas eſt ipſum bonũ. et hoc, qm̃ oratio prior ſignat, q̃ voluptas eſt ex bonis: et oratio ſecũda ſignat, q̃ voluptas ſeorſum eſt ipſum bonũ.

Cùm vero accepti fuerint termini de ſe inuicẽ prædicati, opus eſt, vt in ipſis obſeruemus dictum de omni, & hoc quoniam differentia magna eſt in propoſitione

tione maiori: ſi dicamus, cui ineſt B, illi omni ineſt A, & dicamus q̃ A ineſt cui omni ineſt B. Quoniam ſi huic, quod dicimus A ineſt omi illi, cui ineſt B, complicueri mus q̃ B ineſt oi C, concludemus ex neceſſitate quòd A ineſt omni C. Si vero huic, quod dicimus A ineſt illi, cui omni ineſt B, coniunxerimus quòd B ineſt omni C, nõ ſequetur ex hoc quòd A inſit omni C. quoniam conditio fuit vtique, quòd illud, cui ineſt B A, ineſt omni illi: ſed res erit, q̃ aliquod cui ineſt B, non autem omne. Neque ſequitur ex hoc q̃ A inſit omni C: quoniam fieri poteſt, vt C ſit ex extremitate, quæ diſponitur per B, & tamen non inſit ipſi A. Conſimiliter cùm maior exiterit negatiua: hoc eſt, quoniam eſt magna differentia, ſi dicamus, q̃ A negatur ab omni, cui ineſt B, & dicamus, q̃ A negatur ab omni eo, cui ineſt ipſum B. Propterea q̃ manifeſtum, ſi accepermus ī terminis, quòd A dicitur de omni eo, de quo dicitur B, & B dicit de omni C, quòd non ſequitur, vt A dicatur de omni C. Si vero accipiatur quòd A dicitur de omni eo, de quo dicitur ipſum B, ſequitur quòd A dicatur de omni C.

Hoc ẽt optime declarati exẽplo poſito ab Alexãd. ſit. B volatile, A albũ, C cygnus, de q̃ dr volatile, de prio dicit A volatile, ſed ſm omni: puta de cygno, ſed non de corvo. vñ maior eſt pticularis vera: ſed nõ cõcludit. patet ſi loco cygni ponatur corvus. ſi aũt dicaſ, de q̃ oi B dr, tũc maior eſt de oi, ſed falſa. non enĩ oẽ volatile ẽ albũ. vñ vt ịqt Alex. dre cui ineſt B, illi oi ineſt A, eſt facere maiorẽ parti cularẽ, q̃ aliq̃ B eſt A.

Dixit. Non oportet autem vt imaginemur, cùm dicimus A eſt B, & B eſt C, q̃ opinemur velle in ſermone iſto adducere impoſſibile. quoniam nos non fecimus has literas, vt eſſent aliquid determinatum ad quæſitum declarandum, ſed accepimus ipſas loco materiarum. quemadmodum accipit Geometra lineã, quam deſcribit, loco lineæ, per quam intendit nobis adducere demonſtrationem. & propterea ponit Geometra, lineam iſtam eſſe tantæ quantitatis ſm longitudinem, & illam lineam eſſe longam ſine latitudine: cùm tamẽ non ſit tta ſm ſenſum. Et propter hoc ſi A ſcriptũ non eſt B, & B non eſt A, nolumus, cùm hoc dicimus, quòd ſi A non dicatur de omni eo, quod eſt B, et ſit C ſubiectũ ipſi B, quòd nõ ſequitur, vt A dicatur de C: nolumus inquam aliud, niſi quòd ſi fuerit aliquid, cuius proportio ad aliud non ſit ſicut proportio totius ad partem, q̃ inquã non erit ex hoc ſyllogiſmus. verum loco exẽplorum, quæ ſunt in hoc ſermone, accepimus literas: quoniam ipſæ ſunt faciliores in doctrina: quoniam exhibitio exemplorum in doctrina eſt neceſſaria.

Syllſi hypothetici nõ eo dẽ mõ reſoluunt, qm̃ demonſtrãt per modum poſitionis.

Dixit. Per hunc igitur conſyderationis modũ conueniens eſt, vt reſoluamus ſyllogiſmos, ſed non oportet, vt quæramus reſolutionem ſyllogiſmi cõditionalis per hunc modum, quoniam non habemus aptitudinem, vt reſoluamus ſyllogiſmum, qui monſtratur per modum conditionis: quoniam hoc vtiq; erit per modum poſitionis & conuenientiæ inter duos loquentes. Quemadmodum ſi quiſpiam ponat per modum conuenientiæ, ſi vna potentia nõ ſuſcipiat contraria, q̃ nõ erit vna contrariorum cognitio: deinde monſtremus, q̃ vna potentia non ſuſcipit contraria: & ſequitur ex ipſo, q̃ non eſt vna cognitio contrariorum. Quod igitur reſolui poteſt ex hac oratione, non eſt id, quod poſitum fuit per modum conditionis, quod eſt hoc, cõtrariorum nõ eſt vna cognitio: ſed quod poteſt reſolui eſt id, quod monſtratur per viam ſyllogiſmi prædicatiui, quod eſt, potentiam nullam inuenirt, quę ſuſcipiat contraria, qm̃ iam ſuper hoc fuit ſyllogiſmus, qui eſt, quoniam ægritudo & ſanitas ſunt contraria, & ęgritudo & ſanitas non ſunt vna potentia: quare ſequitur in tertia figura, q̃ non oium contrariorũ eſt vna potẽtia, qm̃ ſi hoc eſſet, inueniretʳ aliquid ſanum & ægrũ ſimul. & hoc fuit, qm̃ in ſyllo conditionali monſtratur poſitum per ſyllm prædicatiũ deducẽtẽ ad impoſſ. Et cõſimiliter in ſyllo deducente ad impoſſibile nõ reſoluitur niſi ſyllogiſmus prædicatiuus deducens ad impoſſibile, non autem ſyllogiſmus conditionalis: quoniam iam monſtratum fuit, quòd ipſe eſt compoſitus ex duabus ſpeciebus ſyllogiſmi.

Quod reſolui in hypothetico ẽ id, quod p p̃dicatiũ proba tur.

De mutua Syllogiſmorum reſolutione. Cap. II.

QVęcunq; vero problematũ in pluribus monſtrantur figuris, ſi in altera ratiocinatũ fuerit, eſt reducere ſyllm in alterã: quẽadmodũ priuatiuũ, qui eſt in prima, in ſecundã: & eũ, qui eſt i media, in primã. non oẽs aũt, ſed quoſdam. manifeſtum vero erit in ſequẽtibus. Si. n. A nulli B: B aũt omni C: A nulli C. ſic igitur prima figura. ſin aũt priuatiua cõuerſa fuerit, media erit. nam B nulli A: oi vero C ineſt. Conſimiliter autẽ & ſi non vniuerſaliter, ſed in parte ſyllogiſmus ſit. quẽadmodũ ſi A nulli B: B vero alicui C. cõuerſo. n. priuatiuo, media erit figura.



Binæ conſequẽtiæ i prima figura: q̃ reducunt ad ſecundã per materiã conuerſionem.

Sylſorum vero, q̃ in ſecunda, vſes quidem reducentur in primã: eorum aũt qui in parte, alter ſolus. Sit. n. A B gdem nulli: C vero oi inexiſtẽs. conuerſo igit priuatiuo, prima erit figura. nam B nulli A: A vero oi C inerit. Si vero prędicatiuum ſit ad B, priuatiuum aũt ad C, primum terminũ ponendum C. hoc. n. nulli A: A vero oi B: quare C nulli B: & B igit nulli C, nãq; conuertit priuatiuum. Sin aũt in parte ſyll's, qm̃ priuatiuum quidẽ ſit ad maius extremũ, reducetur ad primam: quẽadmodum ſi A nulli B: C vero alicui. cõuerſo. n. priuatiuo, prima erit figura. nam B nulli A: A vero alicui C.



Tres cõiugationes in ſecõda figura: quę reducũt ad primã, tũ cõuerſione, tũ ſimilitudine trãſpõne vt ſupra oſtẽſum eſt.

Sed

Sed cùm prædicatiuũ,non resoluetur. vestuti sI A B quidem omni:C vero non omni.neque enim suscipit conuersionem A B,neque facta,erit syllogismus.



Coniugatio hæc in secunda figura nõ reducitur ad primas, quia ambæ ppõnes eẽnt particulares: sed ostenditur p impossibile.

Rursus qui in tertia figura,non omnes resoluentur in primam:qui vero in prima,omnes in tertiam. Insit enim A omni B: B autẽ alicui C:ergo,quoniã conuertitur & prædicatiuum in parte,inerit C alicui B:A vero omni inerat:quare efficitur tertia figura. Et si priuatiuus syllogismus sit,consimiliter. cõuertitur enim prædicatiuum in parte.quare A nulli B: C vero alicui inerit.



Binæ coniugationes in pria figura, quę reducuntur ad tertiã, minoris conuersione.

Animal. A, Subſtãtia. B. B. Substantia. A. Animal.



Tres coniugationes affirmatiuæ in tertia figura, quæ reducũt ad primam, tum conuersione, tũ præmissarũ transpositione.

Et si priuatiuus syllogismus,terminis existẽtibus vlr,similiter accipiendum. Insit enim B omni C:A vero nulli:ergo alicui B inerit C: A autem nulli C;quare erit medium C. Consimiliter autem & si priuatiuum quidem vniuersaliter,prædicatiuum vero in parte.nanq; A nulli C;C vero alicui eorum quæ B inerit.



Binæ coniugationes negatiuæ in tertia figura, quæ reducuntur ad primam, minoris cõuersione.

Quod si in parte acceptum fuerit priuatiuum,nõ erit resolutio. Quemadmodum,si B omni C:A vero alicui non insit. conuerso.n. B C,vtræq; propositiones erunt sin partem. planum autem et ꝙ ad resoluendas figuras in se inuicem,propositio,quæ ad minus extremum,conuertẽda in vtriscq; figuris: hac enim transposita, transitio efficiebatur.



Coniugatio hęc in tertia figura nõ reducit ad primã, qa ambę ppõnes eẽnt particulares, sed mõstrat p impossibile.

Syllogismorum autem qui in vltima figura,vnus solus non resoluitur in primã, quando priuatiuum fuerit non vniuersaliter positum:alij vero omnes resoluuntur. Prædicentur nanq; A,& B de omni C:igitur C conuertetur in parte ad vtrũq;.inest ergo alicui B. quare erit prima figura:si A quidem omni C:C vero alicui eorum quę B. Et si A quidem omni C, B autem alicui,eadem ratio.conuertitur enim C ad B. Si vero B omni C: A autem alicui C, primum terminum ponendum B. B nanq; omni C: C vero alicui A. sed quoniam conuertitur quod in parte,& A alicui B inerit.

Eorum

Eorum vero qui in media figura,alter quidem resoluitur,alter autem non resoluitur in tertiam.quãdo enim quod vniuersale priuatiuum sit,resoluitur. Si enim A nulli B: C vero alicui:vtraq; sit cõuertunt ad A. quare B quidem nulli A;C autem alicui:medium igitur A.



Coniugatio hæc in secunda figura reducit ad tertias, maioris & minoris cõuersione.

Sed quando A omni B:ipsi vero C alicui nõ insit,non erit resolutio:neutra enim propositionum ex conuersione vniuersalis.



Coniugatio hæc in secunda figura nõ reducitur ad tertiã, qa ambæ ppõnes eẽnt particulares: ꝙ per impoſſ monſtratur.

Et qui ex tertia figura resoluentur in mediam,quãdo priuatiuum sit vniuersale.Quẽadmodũ si A nulli C:ipsum aũt B alicui, aut oinãq; & C A quidẽ nulli:ipsi vero B alicui ierit.



Binæ coniugationes in tertia figuraz quę reducuntur ad secundam ambarũ ppõnum cõuersione.

Quòd si in parte sit priuatiuum,non resoluetur:non enim suscipit conuersionem negatiuum in parte.



Coniugatio hæc in tertia figura non reducit ad secundã, qa ambæ ppõnes eẽnt negatiuæ: sed monſtratur p impoſſibile.

Manifestum igitur,ꝙ ijdem syllogismi non resoluuntur in his figuris, qui neque in primam resoluebantur:& ꝙ cùm syllogismi in primam reducantur figuram,isti soli per impossibile concludunt. Quomodo igitur oportet syllogismos reducere, & quòd resoluuntur figuræ in seinuicem,planum ex dictis.

De *mutua Syllogiſmorum reſolutione*. Cap. II.

Oſo, qa cõcludit quęſtiũ,q̃ ꝓpłes figuras oĩdĩtur, potest ad eas ĩpłes figuras resolui, ꝑter concludentẽ particularem negatiuam: qa non conuertitur.

PLanum etiam cõsimiliter, si fuerit aliquod quęsitum,quod mõstretur in pluribus figuris vna, ꝙ fieri potest, vt oratio,quæ fit ad demonstrationẽ istius quæsiti, resoluatur ad plures figuras vna. Ordo autem in hoc est, quoniam species syllogismorum, quæ sunt in secunda figura & tertia communicãt cum figura prima in declarandis aliquibus quæsitorũ speciebus.quemadmodum est communicatio primæ ac secundæ speciei ex figura secunda cum specie secunda primæ figuræ ad vniuersalem negatiuã concludendam.& quemadmodum est etiam communicatio specierum concludentium particularem negatiuam in figura secunda & tertia cum eo,quod concludit particularem negatiuam in figura prima.quoniam ex speciebus istis,quę sunt in secũda ac tertia figuris,aliqua est, cuius conclusio monstratur per conuersionem, siue fuerit per duas conuersiones siue per vnam conuersionem,& hæc potest reduci ad primam figuram.& quæ est primæ figuræ potest etiam reduci ad secundam & tertiam,illa autem species secũdæ figuræ ac tertiæ, cuius conclusio monstratur per viam ad impossibile,aut positionem, non reducitur apte ad primam figuram: quemadmodum via quarta secundę figuræ concludẽs negatiuam particularem non apte reducitur ad speciẽ primæ figuræ concludẽtem negatiuam particularem. Et propterea apparet, ꝙ oratio cõcludens negatiuam uniuersalem potest resolui ad secundam, ac primam figuras. Particularis autem negatiua, quæ concluditur in secunda ac tertia figuris, non redit ad primam figuram:neq; etiam, quod in prima figura redit ad secundam, nisi in eo,cuius conclusio non monstratur per positionem.illi vero cuius conclusiones monstrantur per positionem in duabus figuris, non conuenit hoc. & si reducatur quod est in secũda figura ad tertiam, hoc est ex eo,ꝙ cõcludit negatiuam,redibit quod est in tertia ad secundam. Atqui conuenit hoc in speciebus, in quibus fieri potest cõuersio ambarum propositionum simul.& hoc erit,cũ propositio negatiua extrema vniuersalis:quoniam vtraq; ipsarum redibit ad suã complicitam:propterea ꝙ vniuersalis negatiua conuertitur, & particularis etiam affirmatiua conuertetur. Quòd si negatiua fuerit in secunda figura particularis, particularis negatiua non conuertetur,& vniuersalis etiam si conuertetur,erit particularis. Consimiliter in figura tertia,

tertia, ſi negatiua fuerit vniuerſalis, poterunt reduci propoſitiones ſuæ ad primam figuram: qm̃ negatiua vniuerſalis conuertetur, & affirmatiua etiam conuerteſ particulariter, ſiue fuerit vniuerſalis, ſiue particularis. Quòd ſi negatiua fuerit particularis, nõ reſoluetur ſyllogiſmus ad ſecundam figuram, qm̃ negatiua non conuertetur. Iam igitur manifeſtum eſt ex hoc ſermone, quales ſyllogiſmorum ſpecies ex tribus generibus ſyllogiſmorum communicantes in quæſito vno, quales inquam reſolui poſſunt ad ſe inuicem, & in quibus fieri non poteſt hoc.

De Syllogiſmis ex propoſitionibus infinitis, & priuatorijs: ac ipſarum & ſimplicium conſequentijs. Cap. III.

DIffert autem aliquid in conſtruendo ac deſtruẽdo exiſtimare, aut idem, aut diuerſum ſignificare, non eſſe hoc, & eſſe non hoc: quemadmodum, non eſſe album, & eſſe nõ album. neq; enim idem ſignificant, neq; eſt negatio eius, quod eſt, eſſe album, hoc quod eſt, eſſe non album, ſed non eſſe album. Hæc autem huius ratio. nanq; ſimiliter ſe habet, poteſt ambulare, & poteſt nõ ambulare, ei quod eſt, eſt albũ, ad hoc, quod eſt, eſt non album: & ſcit bonum, ad ſcit non bonum. nam ſcit bonũ, aut eſt ſciens bonum, nihil differt, neq; poteſt ambulare, aut eſt potens ambulare. quare & oppoſita, non poteſt ambulare, non eſt potens ambulare. Si igitur, non eſt potens ambulare, idem ſignificat, & eſt potens non ambulare, aut haud ambulare, eadem vtiq; ſimul eidem inerunt. idem enim poteſt & ambulare, & non ambulare: & eſt cõſultus boni, & non boni. dictio autem & negatio oppoſitę non inſunt ſimul eidem. Quemadmodum igitur non eſt idem, non ſcire bonum, & ſcire bonum: neque eſſe non bonum, et non eſſe bonum idẽ (eorum enim, quæ proportionem habent inter ſe, ſi altera ſint diuerſa, & altera) neque eſſe non æquale, & non eſſe æquale. illi enim ſubijcitur aliquid exiſtẽti non æquali, & hoc eſt inæquale: huic vero nihil: quocirca æquale quidem, aut inæquale non omne: æquale autem, aut non æquale omne. Amplius, eſt non album lignum, & non eſt album lignum, non ſimul ſunt. ſi enim eſt lignum non album, erit lignum: quod autem non eſt album lignum, non neceſſe lignum eſſe. quare manifeſtum, quòd non eſt eius quod eſt, eſt bonum, negatio, eſt non bonum. Si itaque de omni vno, aut dictio aut negatio vera, ſi non eſt negatio, planum quòd affirmatio quodammodo eſſe poſſet: affirmationis vero omnis negatio eſt: & huius igitur, non eſt non bonum.

Enunciationum ſimplicium, ac infinitarum, ſeu tranſpoſitarum per uaria exempla diſpoſitio.

Propõ affirmatiua ſimplex.	Propõ negatiua ſimplex.
Eſt album	Non eſt album.
Negatiua infinita, ſeu tranſpoſita.	Affirmatiua infinita, ſeu tranſpoſita.
Non eſt non album.	Eſt non album.

Exemplum manifeſtius.

Affirmatiua ſim. in min.	Negatiua ſimplex in plus.
Eſt æquale.	Non eſt æquale.
Negatiua trãſpoſita in plus.	Affir. trãſpoſita in minus.
Non eſt non æquale.	Eſt non æquale.

Exemplum manifeſtius, appoſito ſubiecto ipſi propoſitioni.

Affirmatiua ſimplex.	Negatiua ſimplex.
Lignum eſt album.	Lignum nõ eſt album.
Negatiua infinita.	Affirmatiua infinita.
Lignum nõ eſt nõ albũ.	Lignum eſt non albũ.

Habent aũt ad ſe inuicem ordinẽ hunc. Sit eſſe bonum, in quo A: nõ eſſe bonũ, in quo B: eſſe non bonũ, in quo C, ſub B: non eſſe nõ bonũ, in quo D, ſub A. Oi itaq; inerit aut A, aut B, & nulli eidem: & aut C, aut D, & nulli eidẽ: & cui C, neceſſe B oi ineſſe. ſi.n. verum dicere, cp eſt nõ albũ, & cp non eſt albũ, verũ; impoſſe.n. ſimul eſſe albũ, & eſſe non albũ: aut eſſe lignũ non albũ, et eſſe lignũ albũ. quare ſi non affirmatio, negatio inerit. C vero ipſi B non ſemp. quod.n. oino non lignũ, neq; lignũ erit nõ albũ. E cõuerſo igit D oi, cui A. nãq; aut C, aut D. qm̃ vero non poſſibile eſſe ſimul non album & album, ipſum D inerit: de exiſtente.n. albo verum dicere, cp non eſt non albũ: A aũt de D non oi: nanq; de eo, quod penitus nõ eſt lignũ, non verũ dicere, quod eſt lignũ albũm: quare D verum, A autem non verum, qm̃ lignum album. Planum vero, cp & A C nulli eidem: etſi B, & D contingit alicui eidem ineſſe.

Propoſitionum ſimplicium et infinitarum, ſeu tranſpoſitarum ordo, ac conſequentiæ.

A. Eſt bonum. — Omni alterũ: nulli ambo. — B. Nõ eſt bonũ.

Ad affirmatiuã ſequitur negatiua, & non è contra. — Repugnant. Simul ſtant. — Ad affirmatiuã ſequitur negatiua, & non è contra.

D. Nõ ẽ nõ bonum. — Omni alterũ: nulli ambo. — C. Eſt non bonum.

Conſimiliter

Habent ſe habent & priuationes ad prædicamẽta hac põne. æquale, in quo A: nõ æquale, in quo B: inæquale, in quo C: nõ inæquale, in quo D.

Propoſitionum ſimplicium, ac priuatoriarum ordo, ac conſequentiæ.

A. Eſt æquale. — Omni alterũ: nulli ambo. — B. Nõ eſt ęqle

Ad hanc alia ſequitur, & non è contra. — Repugnant. Simul ſtant. — Ad hanc alia ſequitur, & non è contra.

D. Nõ ẽ inæquale. — Omni alterũ: nulli ambo. — C. Eſt inæquale.

Et in pluribus autem, quorum his quidem ineſt, illis vero non ineſt idem, negatio quidem ſimiliter verificari poſſet, quòd non ſunt alba omnia, aut quòd nõ eſt album vnumquodque. quod autem eſt non album vnumquodq; aut omnia ſunt non alba, falſum. Conſimiliter autem & eius quod eſt, eſt omne animal album, non hoc quod eſt, eſt non albũ omne animal, negatio (ambæ enim falſæ) ſed hoc, non eſt oẽ aial albũ. Qm̃ vero manifeſtum, cp diuerſum ſignificat, eſt nõ albũm, & non eſt album: & illud quidem affirmatio, hoc autem negatio: manifeſtũ, quòd non eſt idem modus oſtendendi vtrunq. vt quoniam quodcunq; ſit animal, non eſt albũ, aut contingit non eſſe album: & cp verum dicere non album, hoc enim eſt eẽ nõ albũ. ſed de eo, quodcunq; ſit album, verum dicere, eſt album, ſiue non album, idem modus. Cõſtructiue enim ambo per primam monſtrantur figuram. verum enim & eẽ ſimiliter ordinant. eius.n. quod eſt, verũ dicere albũ, non hoc qd eſt, verũ dicere nõ albũ, negatio: ſed non verũ dicere albũ. Si itaq; verũ eſt dicere, quodcunq; ſit homo, muſicũ eſſe, aut non muſicum eſſe, quodcunq; ſit animal, accipiendum, aut eſſe muſicũ, aut eſſe non muſicũ: & oſtenſum eſt.

Muſicum. — Animal. — Homo.

Non muſicum.

Coniugationes aſtruentes & vſtem affirmatiuas ſimplices, & affirmatiuam trãſpoſitam.

O. O. O.

Non eſſe autem muſicum, quodcunque ſit homo, deſtructiue moſtratur ſecundum dictos modos tres.

Muſicum. — Animal. — Homo.

N. O. N.

Coniugationes tres aſtruentes vſtem negatiuam i prima & ſecũda figura. nec intende ꝓpõnum vtrum, ſed ſolum formæ ſyllogiſticę.

Animal. — Animal.

N. O. — O. N.

Muſicũ. N. Hõ. — Muſicũ. N. Homo.

Simpliciter autem, quando ſic ſe habent A & B, vt ſimul quidem eidem non contingant, omni autem ex neceſſitate alterum: & rurſus C ad D cõſimiliter: ſequiſ aũt ex C A, & nõ conuertiſ: & ex B D ſequetur, & non conuertetur: & A, & D contingunt eidem: B vero, et C non contingunt. Primũ igitur, quòd ex B ſequitur D, hinc manifeſtum. qm̃ enim ex C D alterum ex neceſſitate omni: cui autẽ B non contingit C, eò cp ſimul infert A: A vero et B non contingunt eidẽ: planum cp D ſequetur. Rurſus, qm̃ C non conuertitur cum A: omni autẽ C, aut D: contingit A D eidem ineſſe. B vero et C nõ contingit, eo cp A conſequitur ex C. accidit.n. impoſsibile quoddã. Manifeſtũ igitur, cp neq; B cũ D conuertiſ, qm̃ accidit ſimul D et A ineſſe.

Simplicium, ac tranſpoſitarum propoſitionũ ordo, ac conſequentiæ in terminis ignotis: mutato tamen à prioribus terminorum ordine. nos autem clarioris intelligentiæ gratia, notos etiam terminos appoſuimus.

Prima ſuppoſitio.

A. Non eſt bonum. — Nulli ambo: omni alteri. — B. Eſt bonum.

Tertia ſuppoſitio. Ex C ſequit A, & nõ è cõtra. — Secũdum Simul monſtrãdũ ſtant. — Prima monſtrat 4m pars primi. Ex B ſequit D: & nõ è contra.

Tertium Nõ ſimul monſtrãdũ ſtant.

C. Eſt non bonum. — Nulli ambo: omni alteri. — D. Non eſt nõ bonũ. Accidit

Secunda ſuppoſitio.

Accidit autem quãdoq; et in tali termino-
rum ordine decipi, eo q̃ nõ recte accipiuntur
oppoſita, quorum alterum neceſse eſt omni
ineſſe. Quemadmodum ſi A, & B non contin
gunt ſimul eidem, neceſſe autem alterum in-
eſſe, cui non alterum: & rurſus C, & D conſimi
liter. * ex quo aũt omni C ſequatur A: accidet
eni cui D ipſum B ineſſe ex neceſſitate: quod eſt
falſum. Sit enim accepta negatio eorum quæ
A B, quæ eſt in quo I: & rurſus eorum quę C D,
quæ eſt i quo H: neceſſe igitur omni aut A, aut
F: aut enim dictionem, aut negationem. & ite-
rum vel E, vel H: dictio nãq;, & negatio. & cui
C omni, ſuppoſitum fuit A: quare H cui omni
F. Rurſus, quoniam eorum quæ F B omni alte
rum, & eorum quę H D conſimiliter: ſequitur
autem ex F H, & ex D ſequetur B. hoc enim ſci-
mus. ſi igitur ex C A, & ex D B. hoc autem fal-
ſum: e conuerſo enim erant in ſic ſe habenti-
bus conſequentia. Non enim fortaſſe neceſ-
ſarium omni A, aut F: neq; F, aut B. non enim F
eſt negatio ipſius * A. nã boni negatio', nõ bo
num. non eſt autem idem non bonũ ei, quod
eſt, neq; bonum, neq; nõ bonum. Siſr autem
& in C D. negationes. n. acceptæ duæ ſunt.

* a.l. cui aũt C omni

* Io. Gr. & Magent. legunt B.

Negatio vtrarunque.
Neq; eſt bonum, neq; eſt non bonum,
F.



Ex hac figura monſtrat deceptio, de qua Ariſtoteles in textu.

Neq; non eſt nõ bonũ, neq; eſt non bonũ.
Negatio vtrarunque.

De Syllogiſmis ex propoſitionibus infinitis, & priua-
toryſ, ac ipſarum conſequentijs. Cap. III.

Hic declarat nõ eſſe candẽ in ſignando negatiuã cũ infinita.

Accidit autem deceptio in ſyllogiſmo, eo q̃ exiſ-
ſtimatur, q̃ enunciatio infinita & negatiua ſunt
vna & eadem. & hoc, quoniam accidit propter
iſtud, vnum ex duobus: aut, vt exiſtimetur, q̃ conclu-
dens ſit non concludens: & hoc cùm cadit enuncia-
tio infinita in loco, in quo ſi caderet negatiua, fieri non
poſſet, vt eſſet ſyllogiſmus, & exiſtimatur quòd infi-
nita ſit negatiua, & tamẽ in veritate eſt infinita: & hoc,
cùm cadit propoſitio infinita ita, vt de ea exiſtimemus
q̃ ſit negatiua in loco, in quo non prohibetur ſyllogiſ-
mus, quin ſit concludens. Quod autem remouet decep-
tionem iſtam eſt, vt ſcias, q̃ hoc, quod dicimus, aliq̃d
eſt non album, & aliquid non eſt album, non ſignificat
ſuper te vna. quod q; negatio huius, Zĩad eſt album,
non eſt, quod dicimus, Zĩad eſt non album: ſed quod
dicimus, Zĩad non eſt album. & hoc, quoniã propor-
tio huius, quod dicimus, Zĩad eſt albũ, ad hoc, q;od
dicimus, Zĩad eſt nõ album, eſt proportio eius, quod
dicimus, poſſibile eſt, q̃ Zĩad ambulet, ad hoc, quod
dicimus, poſſibile eſt, q̃ Zĩad nõn ambulet. Propor-
tio autem huius, quod dicimus, Zĩad eſt albũ, ad hoc,
quod dicimus, Zĩad non eſt albũ, eſt proportio eius,
quod dicimus, poſſibile eſt, q̃ Zĩad ambulet, ad hoc,
quod dicimus, non poſſibile eſt, q̃ Zĩad ambulę t: &
quemadmodum duæ poſſibiles ſunt duæ enunciationes affirmatiuæ, veluti declaratum fuit in libro præce-
dente, conſimiliter Zĩad eſt album, & Zĩad eſt non
album, ſunt duæ enunciationes affirmatiuæ. Quòd ſi
hoc, quod dicimus, Zĩad eſt non album, eſſet in gra-
du eius, quod dicimus, Zĩad nõ eſt album, oporteret,
vt res omnis, aut eſſet album, aut non album: quemad
modum ſequitur, vt res omnis, aut ſit album, aut non
ſit album. attamen manifeſtum q̃ de nõ entibus, & de
multis etiam entibus non vere proferimus, q̃ ſint al
ba, aut ſint non alba: ſed q̃ ſint alba, aut non ſint alba
vere profertur de omnibus. Amplius, ſi hoc, quod di
cimus, Zĩad poteſt non ambulare, eſſet in gradu eius
quod dicimus, Zĩad non poteſt ambulare, affirmatio
& negatio coniungerentur in vno & eodem. quoniam
quemadmodũ, quod dicimus de Zĩad, q̃ poteſt am-
bulare & non ambulare verificatur ſimul, conſimili-
ter & hoc, quod eſt poſſe & non poſſe, hoc eſt ſi inten-
tio negationis in hoc fuerit intentio priuationis, planũ
q̃ poſſe & non poſſe non cõiungentur ſimul in vno &
eodem. Enunciatio igitur infinita differt à negatiua:
quoniam aliquãdo inuenitur ipſa ſimul cum ſua oppo-
ſita in vno & eodem: aliq̃n autem caret ſubiectũ vtra-
que ipſarum, enunciatio vero negatiua & affirmatiua
nunq̃ complicantur ſimul in vno & eodem, neq; eſt
aliquid, quod careat vtroq;. & propterea quod dici-
mus, Socrates eſt iuſtus, & Socrates eſt nõ iuſtus, ſunt
ſimul falſa, cùm fuerit Socrates mortuus. ſed quod di-
cimus, Socrates eſt iuſtus, et Socrates non eſt iuſtus, di
uidunt verum & falſum, hoc eſt, q̃ non poteſt Socra-
tes non diſponi per alterum iſtorum, ſiue fuerit mor-
tuus, ſiue viuus. cõſimiliter, ſi dicamus de Zĩad quòd
poteſt ambulare, & q̃ non poteſt ambulare, vnum ip-
ſorum eſt verum, & alterum falſum. cumq; exiterint
enunciationes infinitæ affirmatiuæ habebunt negati-
uas. Cùm autem comparantur enunciationes ſimpli-
ces & infinitæ affirmatiuæ & negatiuæ, apparent ad
ſeinuicem binę proportiones, proportio oppoſitionis,
& proportio affirmationis. P'onamus igitur loco affir
matiuæ ſimplicis, quę eſt Zĩad eſt bonum, literam A:
& loco negatiuæ ſimplicis quæ eſt Zĩad non eſt bo-
num, literam B: & loco affirmatiuæ infinitæ, quæ eſt
Zĩad eſt non bonũ, literam D: et loco negatiuæ ipſius,
quæ eſt Zĩad non eſt non bonum, literam C: & pona-
mus ſub A C, & ſub B D. omni igitur ineſt A, aut B: & nõ
poſſunt coniungi in vno, quoniam vnum ipſorum eſt
affirmatiuum, & alterum negatiuũ. conſimiliter ſe ha-
bebit C cum D, cùm horum ipſidem vnum ſit affirmati-
uum, & alterum negatiuum. & manifeſtum etiam eſt,
quòd cuicunque ineſt D, ex neceſſitate omni illi ineſt B.
ſi enim verum eſt, quod dicimus, eſt non bonum, ve-
rum etiam erit, quod dicimus, non eſt bonum. de eo
nanq;

Nota hic. ſ. nõ ens dicit non infinitum.

Nota diuerſam eſſe enunciationẽ infinitam, & negatiuam, cũ infinita ſit cũ affirmatiua ſibi oppoſita pñt q̃q; de eodẽ verificari, quãque cẽ ſit ſ, vt ſubiectum vtroque eius reat: ſed negatiua cũ ſua affirmatiua oppoſita ſẽper diuidunt verum & falſum in oib' entibus.

Nota duas proportiones inter ſimplices & infinitas affirmatiuas & negatiuas.

ſtanq; oportet quòd verificetur, quòd eſt bonum, aut
non eſt bonum. cùm igitur falſum de ipſo ſit, quòd eſt
bonum, ſequitur vt verum ſit de eo, quòd non eſt bo-
num. ergo cuicunq; ineſt D, illi omni ineſt B: quoniam
B ſequitur ex D, & eſt cùm fuerit D, ſed non cõuertitur
ita, vt D inſit omni illi cui ineſt B. quoniam cùm fuerit
Zĩad non ens, verificatur de eo quod non eſt bonum,
& tamen nõ vere profertur de ipſo, q̃ eſt non bonum.
iſta igitur eſt diſpoſitio D cùm B infra conſequentia. Di
ſpoſitio autem A cum C ſe habet in contrarium huius:
hoc eſt, quoniam C ſequitur A, & eſt cùm fuerit A, et nõ
conuertitur ita, vt A ſequatur C, & ſit quando ipſum
eſt. quoniã de quo vere proferimus quòd eſt bonum,
de eodem vere dicimus, quòd non eſt non bonũ: quo-
niam de eo verificabitur, aut quòd non eſt nõ bonum,
aut quòd eſt non bonum: & non conuertitur hoc ita,
vt de quocunque vere dicamus, quòd non eſt non bo-
num, de eodem etiam vere poſſimus dicere, quòd eſt
bonum, quoniam de Zĩad non ente vere proferimus,
quòd non eſt non bonum, quoniam fieri non poteſt, ut
de eo non verificetur, aut quòd eſt non bonum, aut q̃
non eſt non bonum: quoniam duæ orationes iſtę ita ſe
habent, vt vna ſit affirmatiua & altera negatiua: & fie
ri non poteſt, vt aliquid ſit, cui alterum iſtorum non
inſit: neque etiam coniungi poſſunt in aliquo ſimul.
Cùm hoc igitur ita ſit, planum quòd fieri non poteſt,
vt C quæ eſt negatiua infinita, & B quæ eſt negatiua
ſimplex, coniungantur in vno & eodem. quoniam de
quo verificatur A, de eo verificatur C: & de quo verifi-
catur A, de eo falſificatur B: quoniam vna ipſarum affir
matiua, & altera negatiua: igitur de quo verificatur C,
de eo eſt falſum B. Sed D quæ eſt affirmatiua infinita,
& A quæ eſt affirmatiua ſimplex, coniunguntur in ali-
quo vno: quoniam non eſt opus, vt D ſit in eo, in quo
eſt B. ſed res ſe habet in contrarium, hoc eſt, vt B ſit in
eo, in quo eſt D. Sed iam exiſtimatur, vt A quæ eſt affir
matiua ſimplex, & D quæ eſt affirmatiua infinita, ſint
oppoſita. quoniam poſumus q̃ ſi eſt D, & B, et A ſunt
oppoſita: hoc eſt, qm̃ cùm eſt vnum ipſorum, alterum
tollitur, & non poteſt aliquid eſſe ſine altero ipſorum,
ergo D & A ſunt in hac diſpoſitione. Verum ſi D & A
fuerint oppoſita per modum negationis & affirmatio-
nis, ſequeretur quòd ſi eſſet B, eſſet etiã D: quod eſt fal-
ſum & cõtrarium ei quod monſtratum fuit: quoniam
oportet vt D uerificetur de B, cùm de ipſo falſificetur A.
ſed fieri poteſt, cùm poſuerimus C ſequi ex A, & A non
ſequi ex C, vt monſtremus ex hoc, quòd B ſequitur ex
E, quod q; hoc non cõuertitur: quod q; fieri non poteſt,
vt ſimul coniungantur C & B, ſed fieri vtique poteſt,
vt A & D ſimul coaptentur. Quod cùm ita fuerit, mant
feſtum quòd fieri nequit, vt B & C coniungantur ſimul
in aliquo vno: quoniam B comprehenditur in D. & cũ
eſt D, nõ eſt C, quoniam vnum ipſorum affirmatiuum
eſt, & alterum negatiuum, ſed fieri vtique poteſt, vt D
& A coniungantur in aliquo vno: quoniam A non con-
tinetur in C, immo in aliquo tempore eſt C, in quo non
eſt A. Cùm ergo res omnis ita ſe haberet, ut q̃dã eſſet
A, aut B, & D inuenitur aliquando in A, & aliquãdo in B.
Sed fieri etiam poteſt, ut oſtendamus per demonſtra-
rionem aliam, quòd ſi C ſequatur ex A, quòd B ſequitur
ex D, & quòd B & C non coniunguntur: quodque ne-
ri poteſt vt D & A coniungantur. & hoc, quoniam
ſi C comprehenditur in A, & de re omni verifica-
tur aut D, aut C, ſequitur vt D vere enuntietur de B abſ-
que C, quoniam C comprehenditur in oppoſito ipſius
B, quod eſt A. cùm igitur C comprehendatur in A, B com
prehenditur in D: cumq; C comprehendatur in A, & B
comprehenderur in D: planum quòd C & B coniungi
nequeunt in aliquo vno: quod q; hoc fieri vtique po-
teſt in D & A. Hoc autem, quod accidit in enunciatio-
nibus indutduis infinitis ac ſimplicibus, accidit etiam
conſimiliter in priuatiuis ac ſimplicibus. & quemad-
modum negatiua affirmatiuę ſingularis ſimplicis non
eſt infinita ſimplex affirmatiua, eodem pacto negati-
ua affirmatiuæ ſimplicis vniuerſalis non eſt affirmati-
ua vniuerſalis infinita. puta in exemplo, non eſt nega-
tio huius, quod dicimus, omnis homo eſt album, hoc
quod dicimus, omnis homo eſt non album. ſed hoc,
quod dicimus, non eſt omnis homo album. Cauſa au-
tem huius ea eſt, quam ſupra diximus. & hoc, quoniã
iſta, quæ dicimus, omnis homo eſt albũ, & omnis ho-
mo eſt non album, ſunt falſa ſimul, & nõ ineſt alterum
ipſorum ex neceſſitate vnicuique, quemadmodum ſe
habet diſpoſitio i hoc, quod dicimus, omnis homo eſt
album, & non omnis homo eſt album: ergo ſyllogiſ-
mus concludens, omnis homo eſt non album, eſt alius
à ſyllogiſmo concludente, nullus homo eſt album. &
hoc eſt, quod dicebamus, quòd omnis homo eſt non al
bum, eſt affirmatiua. & propterea oſtenſum fuit, quod
non cõcluditur niſi in prima figura, ſed quod dicimus,
nullus homo eſt albũ, eſt negatiua vniuerſalis, & con-
cluditur in prima ac ſecunda figuris. & hoc in ſpecie
vna primæ figuræ, & in duabus ſpeciebus ſecundæ:
quare cõcludetur in tribus ſyllogiſmorum ſpeciebus.
Conſimiliter cùm fuerit propoſitio minor in prima fi-
gura infinita, non oportet, vt exiſtimemus quòd non
concludat: quemadmodum ſe habet diſpoſitio, cùm
extiterit negatiua. Neq; etiam cùm fuerint ambæ pro
poſitiones infinitæ, diſponuntur eo modo, quo diſpo-
nebantur negatiuæ. nam propoſitio infinita diffe-
guitur à negatiua, quoniam dictio infinitans eſt pars
propoſitionis: & propterea ſuper ipſam cadit etiam
dictio negationis: ſed dictio negationis non eſt pars
propoſitionis: & ob hoc prædicatum affirmatiuæ ac
ſubiectum eiuſdem eſt idem cum prædicato negatiuę,
ac ſubiecto ſuo. Sed iam perfectæ ſunt intentiones,
quas comprehendit tractatus iſte.

Idem eſt iudicium de primatum, & infinitis.

Cum fuerit propoſitio minor infinita, non oportet vt exiſtimemus quòd non concludat.

Dictio infinitans eſt pars propoſitionis: nõ ſup. ipſam cadit negatio.

Log. cũ cõm. Auer. N ij Ariſtotelis

ARISTOTELIS

PRIORVM RESOLVTORIORVM LIBER SECVNDVS,

cum Auerrois media Expositione.

SVMMA LIBRI.

De Potentijs, Impotentijsq; syllogismi, ac ipsi Annexis.

De Potentijs syllogisticis.

Qui Syllogismi plures possint concludere conclusiones. Cap. I.

IN quot igitur figuris, & per quales, & quot propositiones, & quando, & quomodo fit syllogismus: Amplius autem, in qualia aspiciẽdum destruenti ac constituenti, & quomodo oportet quærere de proposito secũdum qualemcunq; methodum: Amplius autem, per qualem viam accipiemus principia, de singulis iã transegimus.

Sed quoniam alĩ syllogismorum vniuersales sunt, alĩ secundum partẽ: vniuersales omnes semper plura ratiocinantur: ex ijs vero qui in parte, affirmatiui quidem plura, negatiui autem conclusionem solam. aliæ nanque propositiones conuertuntur: priuatiua vero non conuertitur. Conclusio autem aliquid de aliquo est: quare alĩ quidẽ syllogismi plura ratiocinantur. Quemadmodum si A monstratum est omni B, aut alicui; & B alicui A necessarium iesse. & si A nulli B, & B nulli A, hoc autem diuersum à præcedenti. Si vero alicui non insit, non necesse & B alicui A non ineſſe. contingit enim omni ineſſe. Hæc itaq; communis omnium causa, & eorum qui vniuersaliter, & eorum qui secundum partem.

Est autem de vniuersalibus & aliter dicere. quæcunq; enim aut sub medio sunt, aut sub conclusione, omnium erit idem syllogismus: si hæc in medio, illa in conclusione posita fuerint. Vt si AB conclusio per C, quęcunq; sub B, aut C sunt, necesse de omnibus dici A. Si enim D in toto BB vero in A: & D erit in A. Rursus, si E in toto C; C autem in A: & E in A erit. Consimiliter & si priuatiuus syllogismus.

Nouũ. Cõpm. Corpus. Mũdp; seu ep̃s. Cœli.

Suba. Qualitas. Disp̃. Habitus. Scientia.
A. B. E. C. D.



Coniugationes vſes h næ, affirmatiua ſ. & negatiua, cõcludẽtes pſes conciones ex h cto de omni, & dicto de nullo.

In secunda autem figura, quod sub conclusione solum erit ratiocinari. Veluti si A nulli B: C autem omni: cõclusio q; B nulli C. Si igitur D sub C est, planum, quòd B non est ipsi. Iis vero quæ sub A, q; non ineſt, non manifestũ per syllogismum. atqui nõ ineſt ipsi E, si est sub A: sed B quidem ineſſe nulli C, monstratum est per syllogismum: ipsi vero A non ineſſe inde monstratum sumptum est. quare non propter syllogismum accidit B non ineſſe ipsi E.



Coniugatio hæc, termio assũpto sub minori concludit aliam cõclusionem in pria figura, sub medio ꝙ non cõcludit per syllm, nisi facta maioris cõuersione: cõsequẽ tunc cõcludit q; dictum de nullo.



Coniugationes tres, concludẽtes conclusionẽ primo intentã, mox & aliã ex cõclusionis conuersione.

In his vero quæ sunt in parte, eorum quidem quæ sub conclusione sunt, non erit necessarium

cessarium: (nõ enim fit syllogismus, quando hæc accepta fuerit in parte) eorum vero quæ sub medio, erit omnium, præter quàm quod non per syllogismum. Vt si A omni B: B vero alicui C, eius enim, quod sub C positum est, nõ erit syllogismus: eius vero, quod sub B erit, sed non propter antea factum.

Tractatus Secundus libri de Syllogismo.

Qui Syllogismi plures cõcludant, cõclusiones. Ca. I.

DIxit. Sed posteaquam declarauimus per quot figuras erunt sermones syllogistici, et per quales species propositionum, eas videlicet propositiones, in quibus est intentio dicti de omni, & per quot propositiones erunt, quodq; ipſ sunt duæ, & quando erit, & quando non erit syllogismus, & hoc quãdo non inuenitur inter ipsas terminus medius communicans: Et diximus de qualitate cuiuscunq; trium figurarum, q; est ordo medij terminum intra ambas extremitates: & diximus cum hoc, quę ex quatuor quæsitis in quali quærantur figura, hoc est affirmatiuo ac negatiuo vniuersalibus, & affirmatiuo ac negatiuo particularibus: Et determinauimus post hoc qualitatem inquisitionis super quęsito absolute, & per qualem viam accipiuntur propositiones syllogismi, & faciamus ipsas, ac quomodo resoluatur omnis sermo syllogisticus ad cõpositionem, ex qua fuit cõpositus: Dicamus nunc, quoniam syllogismorum omnium alĩ concludunt conclusiones vniuersales alĩ vero conclusiones particulares, q; accidit vt syllogismi concludentes vniuersales ex consequenti concludant præter conclusionem primam conclusiones plures. Sed ex syllogismis concludentibus conclusiones particulares, accidit vt illi, q; concludunt affirmatiuas particulares, concludant conclusiones plures cum prima conclusione: qui vero concludunt particulares negatiuas, non concludunt nisi conclusionem primã. Causa autem in hoc est: quoniam conclusiones vniuersales & particulares affirmatiuæ conuertuntur, negatiua vero particularis non conuertitur: quare accidit, vt syllogismus concludens conclusionem vniuersalem affirmatiuam concludat etiam particularem, quæ continetur sub hac vniuersali, & particularem, in quam conuertitur vniuersalis affirmatiua. item accidit vt cõcludens vniuersalem affirmatiuam, concludat etiam ipsam conuersam. sed non accidit, vt concludens negatiuam particularem, concludat aliam ab ipsa, quoniam neque conuertitur, neq; continet aliam. Secundum igitur hunc modum accidit vni & eidem syllogismo, vt concludat conclusiones plures vna: præterquam quòd prima quidem, quam per se concludit, est vna, reliquas vero ab hac concludit, secundum quòd sequuntur conclusionem primam & mediantę illa, & sunt quasi conclusiones per accidens, & propterea tales non fuere connumeratæ intra conclusiones syllogisticas in tractatu primo: & errauerunt in hoc Antiqui enarratores, quoniam cõnumerauerunt ipsas. Sed posset etiam aliquis existimare, quòd ex vno & eodem syllogismo essent plures conclusiones vna secũdum alium modum: præterquam q; hoc est secundum existimationem, non autem secundum veritatem. Hoc igitur accidit in prima figura secũdum duos modos. Quorum vnus est, cùm exposuimus, quòd aliquod prædicatum prædicatur de aliquo subiecto, & sit manifestum apud nos, q; aliquid subijcitur subiecto quæsiti: existimatur. n. cùm monstratum fuerit prędicatum quęsiti ineſſe subiecto quæsiti, quòd tam ex hoc sit manifestum, ipsum ineſſe etiam subiecto subiecti. Puta, in exẽplo, si fuerit quæsitum, an mundus sit nouum, & declaratum fuerit ex hoc, quòd cœli sunt noua, & hoc exteriit per se manifestum, quòd cœli sunt pars mundi, & hoc est vnum ex ijs, quo existimatur ex syllogismo vno esse secundum modum istum plures conclusiones vna. sed hoc non est verum, quoniam hoc quod dicimus, cœli sunt noua, in hoc exemplo concluditur per duas propões,

Log. cũ cõm. Auer. N ij quarum

Epilog⁹ eorum, quæ dicta sũt in primo priorũ.

Coniugatio hæc particularis præter primam conclusionẽ, termino assumpto sub medio cõcludit aliam cõclusionem: sub minori vero futilis est, qa maior eũ particularis.



Coniugatio hæc particularis I secunda figura, termino assumpto sub minori nihil cõcludit, qa maior eũ particularis: assumpto vero sub medio cõcludit aliã cõclusionẽ, vt in vltĩo.



Coniugatio hæc in tertia figura, eadem regũla lege, vt & fuplor in secunda.



Syllĩ vſes concludentes cõcluſiones & particulares affirmatiui.

Syllĩ cõcludẽtes particulares negatiuã vnam tm conclusionẽ concludũ.

Quãuis syllogismꝰ vnꝰ concludere possit plures cõclusiones: primã tm per se cõcludit, alias ꝙ per accẽs, rõne cõuertionis.

Hic notandũ duo alij modi, qbꝰ vnus syllus existimatur posse concludere plũs conclusiones, non tamen fm veritatem.

quarũ vna est, ꝙ cœli sunt pars mundi: & altera ꝙ omnes partes mundi sunt nouæ: & sequitur ex hoc, quòd cœli sunt noua. Modus vero alius est, cùm declarauerimus, quòd aliquid inest subiecto duarum propositionum, & sit manifestum per se, ꝙ terminus medius in duabus propositionibus comprehendit sub se subiectum aliud simul cum subiecto quæsiti, tam enim existimabitur, ꝙ ex hoc concludantur conclusiones plures vna: quarum vna est cõclusio quæsita, altera vero, cuius subiectum continetur sub medio termino simul cum subiecto quæsiti. Puta in exemplo, si monstratum fuerit, ꝙ mundus est nouum per duas propositiones, quarum altera sit, ꝙ mundus est compositum ex partibus: & altera, quòd compositum est nouũ, iam enim existimatur, quòd ex binis istis propositionibus binæ conclusiones concludantur: quarum vna est, ꝙ mundus est nouum: & altera, quòd corpus est nouum. manifestum enim est per se, ꝙ corpus comprehẽditur sub composito, quemadmodum sub ipso comprehenditur mundus. & vtplurimum accidit hoc, cùm maior fuerit manifesta ex syllogismo. sed in veritate sunt duo syllogismi communicantes in maiore propositione, & separati in minore. Et hoc ꝓ se accidit in prima figura, quoniam cõcludit negatiuas vniuersales, quemadmodum accidebat, cùm concludebat affirmatiuas vniuersales. In ijs vero, qui concludunt particulares, nõ accidit species ista conclusionum, vt sint vniuersales, quia subiectum suum intret sub subiectum cõclusionis, quoniam conclusio est particularis: sed accidit species secũda, eo ꝙ maior propositio est vniuersalis in omnibus syllogismis istius figuræ vniuersalibus ac particularibus. Sed in secunda figura accidit, vt existimetur ꝙ in vniuersalibus syllogismis concludatur conclusio sua, & quod comprehenditur sub subiecto conclusionis, eo ꝙ hoc approximat principio existimationis, sed in veritate est conclusio syllogismi in prima figura, hoc est, ꝙ maior extremitas insit subiecto subiecti sui, nõ autem existimatur quòd concludat simul cum sua conclusione id, quod est subiectum medio termino. quoniam, si hoc vtiq; concluditur, concluditur quidem secundum ordinem secundæ figuræ. Sed cogitatio non cadit naturaliter secundum mensuram conclusionis in secũda figura, quemadmodum cadit omne hoc in prima figura. et propterea videtur, ꝙ maiorem extremitatem inesse illi, quod subijcitur medio termino, in secũda figura sit per secundum syllogismum, & non existimatur, ꝙ concludatur per syllogismum primum, per contrarium eius, quod subijcitur subiecto conclusionis. Puta in exemplo, corpus cœleste non est nouum: & corpus compositum est nouum: et sequitur ex hoc syllogismo ꝙ corpus cœleste non est compositum, & quòd orbis stellarum fixarum non est compositus: quoniam manifestum est per se, quòd cõprehenditur sub corpore cœlesti. Si autem existimaret aliquis, quòd sequeretur ex hoc syllogismo maiorem extremitatem inesse ei, quod subijcitur medio termino: quoniam cùm fuerit per se manifestum, quòd elementa nõ sunt noua, iam non sequitur ex hoc quòd elementa non sunt composita, nisi per alium syllogismum à syllogismo, ex quo sequitur, quòd corpus cœleste non est cõpositum, & hoc secundum veritatem & secundum principium existimationis. Et consimiliter se habet dispositio in tertia figura: hoc est, quia non existimatur, quòd cõcludat simul cum conclusione sua, nisi maiorem extremitatem inesse illi, quod subijcitur minori extremitati tantũ, non autẽ illi, quod subijcitur medio termino, & propterea non existimamus in syllogismis particularibus, ꝙ concludant aliud à conclusione sua, quod subiectũ quæsitorum est particulare.

Modi duo prædicti fiũt i modis vltimis primæ figuræ, sed nõ in particularibus; quãdo conclusio est particularis, quæ fieret maior, & sylls iunctis. In secunda figura hi duo modi ũ fiũt.

In tertia etiã figura fit vn⁹ modus tãm.

De eo quod est ex falsis ratiocinari. Prima figura. Cap. II.

EST itaq; ita se habere, vt verę sint propositiones, per quas syllss: est autem vt falsæ: est vero, vt hæc quidem vera, illa autem falsa. cæterum conclusio aut vera, aut falsa ex necessitate. Ex veris igitur nõ est falsum ratiocinari. ex falsis autem est verũ, præter cõ ꝙ nõ propter quid, sed quiã. eius. n. quod est propter quid, nõ est ex falsis syllogismus. ob quam vero causam, in sequentibus dicetur. *2.1.ꝙ

Primum ergo, ꝙ ex veris nõ possumus falsum ratiocinari hinc manifestum. Si. n. A existente, necesse est B esse: B non inexistente, necesse est A nõ esse. si igitur verum est A, necesse est B verum ẽ: aut accidet idem simul esse, & non esse. hoc autem impossibile. Non autem, quoniã positus est A vnus terminus, existimetur contingere vno aliquo existente, ex necessitate aliquid accidere: non. n. possibile, quod enĩ accidit ex necesitate, conclusio est; per quæ autem hoc fit, minima tres terminiꝰ bina vero interualla, et propositiones. Si itaq; verum est, cui B iest ipsum, A omni: cui autem C, ipsum B: cui C necesse est A inesse. & non potest hoc falsum esse: simul enim inerit idem, & non inerit. A igitur tanquam vnum ponitur duę propositiones simul acceptæ. Consimiliter autem & in priuatiuis se habet. non enim est ex veris monstrare falsum.



Cõiugatões bing. ex veris verũ cõcludentes.

Ex falsis aũt verũ est ratiocinari, & vtriscꝫ ꝓpositionibus exñtibus falsis, & vna. hac aũt non vtralibet, sed secunda, si totã accipiat falsam: si vero nõ tota accipiaẽ, est, vtralibet. Sit enim A toti C inexistens, eorꝫ aũt quæ B nulli, necꝫ B ipsi C, contingit autẽ hoc, vt lapidi nulli animal, & lapis nulli hoi. Si igitur acceptum fuerit A oi B, & B omni C, A omni C ierit. quare ex vtriscꝫ falsis vera conclusio; ois. n. homo animal. Sit autem & priuatiuum. est. n. A, & B nulli C iesse: A tñ oi B: veluti si eisdẽ acceptis terminis, mediũ positum fuerit hõ. lapidi. n. & animal, & homo nulli inest: animal vero omni homini. Quare si cui quidem inest, accipit nulli inesse, ex falsis vtriscꝫ vera erit conclusio.

Consimiliter



Coniugationes binæ vniuersales, cõcludẽtes verum ex vtrisque ꝓpositionibus in toto falsis.

Consimiliter autem monstrabitur, & si ad aliquid falsa vtraq; accepta fuerit,



Coniugationes bing. ex ꝓpõnibꝰ ẽ parte falsis, concludẽtes falsum.

Quòd si altera falsa posita fuerit, prima existente tota falsa, vt ipsa A B, non erit conclusio vera: ipsa vero B C erit. Dico aũt totam falsam cõtrariam: quemadmodũ si nulli inexistens, omni acceptũ fuit: aut si oi, nulli inesse. Sit. n. A B nulli inexistens, B vero C oi: si B C quidem propositionem veram accepero, A B aũt totã falsam, & A inesse omni B, impossibile conclusionem veram esse: nulli. n. inerat eorum quæ C. siquidẽ cui B, nulli ipsum A: B vero omni C.

Consimiliter autem necꝫ si A omni B ineſt, & B ipsi C: accepta ẽ est B C propositio vera, A B autem falsa tota, & A nulli eorum quibus B, cõclusio falsa erit. omni. n. C inerit ipsum A. siquidem ipsum A omni, cui B: B vero omni C. Planum igitur, ꝙ si prima tota accipiatur falsa, siue affirmatiua, siue priuatiua: altera autẽ vera, non fit vera conclusio.



Binæ coniugationes hîtes maiores i toto falsas, minorem veram, non cõcludẽtes verum.

Cùm vero non tota accipitur falsa, erit. Si enim A ineſt omni C, alicui autẽ B, B vero omni C: vt animal cygno quidem omni, albo aũt alicui, album vero omni cygno: si acceptum fuerit A omni B, et B omni C inerit vere: omnis enim cygnus animal. Cõsimiliter & si priuatiuum sit A B. accidit. n. A B quidẽ alicui inesse, C vero nulli, B autem omni C: vt animal alicui albo, niui autem nulli, album vero omni niui. Si itaq; acceptũ fuerit A nulli B, B vero omni C, A nulli C inerit.



Coniugationes binæ ex maiori i parte falsa, minori vera, concludẽtes verum.

Quòd si A B propositio tota accepta fuerit vera, B C aũt tota falsa, erit syllogismus verus. nil. n. prohibet A B, & C omni inesse, B aũt nulli C: vt quæcunq; eiusdem generis spẽs non subalternæ. animal. n. & equo & hoi iest, equus vero nulli hoi. Si itaq; acceptum fuerit A omni B, & B omni C, vera erit conclusio, falsa tota existente B C propositione. Consimiliter autem & priuatiua existente A B propositione. contingit enim A & B, & C nulli: quemadmodum ex alio genere speciebus ipsum genus. animal. n. necꝫ musicæ, necꝫ medicinæ ineſt, necꝫ musica medicinę. Si igitur acceptum fuerit A nulli B, B vero oi C, vera erit conclusio.



Coniugationes binæ ex maiori vera, minori in toto falsa, concludẽtes verum.

Et si B C non tota falsa, sed ad aliquid, & ita erit conclusio vera. nihil. n. prohibet A & B, & C toti ineſſe: B tñ alicui C: vt genus spẽi, ac dñię. animal. n. oi homini, & oi pedestri: hõ vero alicui pedestri, & nõ oi. Si igitur A omni B, & B omni C acceptũ fuerit, A omni C inerit: quod erat verum. Si vero autem & priuatiua existẽte A B propositione. contingit. n. A & B, & C nulli ineſſe, B tñ alicui C: vt genus ex alio genere speciei & dñiæ. animal. n. necꝫ prudentiæ vlli ineſt, necꝫ speculatiuæ: prudentia vero alicui speculatiuæ. Si igiꝫ acceptũ fuerit A nulli B, B aũt omni C, A ierit nulli C. hoc aũt erat verum.



Coniugationes binæ ex maiori vera, minori parte falsa, concludẽtes verũ.

In syllogismis vero qui in parte, contingit & prima propositione tota falsa, altera autem vera, conclusionem veram esse: & prima existente ad aliquid falsa: & hac quidem vera, illa autem quæ in parte, falsa: & vtrisque falsis. Nihil.n. prohibet A nulli quidẽ B inesse, C vero alicui, & B alicui C: veluti animal nulli niui, albo autẽ alicui ineſt, & nix albo alicui. Si igitur medium positum fuerit nix, primum autem animal: et acceptum fuerit A toti B inesse, B vero alicui C: A B quidẽ tota falsa, B C autem vera, & cõclusio vera. Cõsimiliter autem & priuatiua existẽte A B propositione. accidit.n. A toti B inesse, C vero alicui non inesse, B tamẽ alicui C inesse. vt animal homini quidem omni ineſt, albo autem alicui non sequitur, homo autẽ alicui albo ineſt. Quare si medio posito homine, accipiatur A nulli B iesse, B autem alicui C inesse, vera erit cõclusio, falsa existente A B propositione tota.



Coniugationes binæ particulares ex maiori i toto falsa, minori vera, concludẽtes verũ.

Et si ad aliquid falsa A B propositio, erit conclusio vera. nihil.n. prohibet A & B, & C alicui ineſſe, et B alicui C ineſſe: quemadmodum aial alicui honesto, & alicui magno, & honestum alicui magno ineſſe. Si igitur acceptum fuerit A omni B, & B alicui C: A B quidem propositio ad aliquid falsa erit, B C autem vera, & conclusio vera. Consimiliter autẽ & priuatiua existente A B propositione. ĩdem enim termini erunt, & similiter positi ad demonstrationem.



Coniugationes binæ ex maiori parte falsa, minori vera, concludẽtes verum.

Rursus, si A B quidem vera, B C autem falsa, vera erit conclusio. nihil.n. prohibet A B quidem toti ineſſe, C autem alicui, & B C nulli inesse: quemadmodum animal cygno quidem omni, nigro autem alicui, cygnus vero nulli nigro. Quare si acceptum fuerit A omni B, & B alicui C, vera erit cõclusio, falso existẽte B C.

Cõsimiliter autem & priuatiua accepta A B propositione. accidit enim A B quidem nulli, C vero alicui non ineſſe, B tamen nulli C: quemadmodum genus speciei ex alio genere, & accidẽti speciebus ipsius. animal enim numero quidem nulli ineſt, albo autẽ alicui, numerus autem nulli albo. Si igitur medium positum fuerit numerus, & acceptũ fuerit A quidem nulli B, B vero alicui C, A alicui C non inerit, quod erat verum. & A B quidem propositio vera, B C autem falsa.



Coniugationes binæ ex maiori vera, minori falsa, concludẽtes verum.

Et si ad aliqd falsa A B, falsa vero B C, erit conclusio vera, nihil.n. prohibet A B alicui, & C alicui ineſſe vtriq; B aũt nulli C: veluti si B cõtrarium ipsi C, ambo vero contingentia eidẽ genere. aial.n. alicui albo, & alicui nigro ineſt: album autem nulli nigro. Si igitur acceptũ fuerit A omni B, & B alicui C, vera erit conclusio.

Et si priuatiua accipiatur A B similiter. ĩdem enim termini, & siſr ponẽtur ad demõstratiõnẽ.



Coniugationes binæ ex maiori parte, minori in toto falsa, concludẽtes verum.

Et

Et vtrisque autem falsis existentibus, erit conclusio vera. accidit enim A B quidem nulli C vero alicui ineſſe, B autem nulli C: quemadmodũ genus speciei ex alio genere, & contingenti speciebus ipsius. animal enim numero quidem nulli, albo autem alicui ineſt, & numerus nulli albo. Si igitur acceptum fuerit A omni B, & B alicui C, conclusio quidem vera, propositiones autẽ ambæ falsæ. Similiter et priuatiua existente A B. nihil enim prohibet A B quidem toti ineſſe, C vero alicui nõ ineſſe, & B nulli C: veluti animal cygno quidem omni, nigro autem alicui non ineſt, cygnus vero nulli nigro. Quare si acceptum fuerit A nulli B, B vero alicui C, A alicui C nõ inerit. cõclusio igitur vera, propositiones autem falsæ.



Coniugationes binæ ex vtrisq; in toto falsis, concludẽtes verum.

Qualiter fieri possit, ut ex propositionibus falsis fit conclusio uera, & qñ erit, et quomodo.
Prima figura. Cap. II.

PRopositiones vero, ex quibus erit syllogismus, aliquando erunt simul veræ, aliquando autem erunt simul falsæ: & nonnunq; erit vna ipsarum vera, & altera falsa. illa autem, quæ est falsa, potest esse aliquando falsa in toto, & est ea, de qua verificatur sũ contrarium: & potest etiam esse falsa ſm partem. conclusio autem ex necessitate, aut erit vera, aut erit falsa. Quòd si fuerint ambæ propositiones veræ, fieri non potest, vt ex ipsis sit conclusio falsa: sed fortasse, cũ fuerint ambæ propositiones falsæ, poterit esse cõclusio vera. hoc autem accidet non propter propositiones, sed propter aliam causam, quæ postea declarabit. Quòd autem fieri non possit, vt ex propositionibus veris sit cõclusio falsa, planum ſm ipsum modum. si accipiatur loco propositionum verarum A, et accipiatur loco conclusionis B, manifestum igitur ex definitione syllogismi, q̃ si ponatur A esse, q̃ B etiam erit, qñ A est i gradu antecedentis in syllogismo conditionali coniuncto, & B in gradu consequentis. manifestum nanq; cùm fuerit antecedens, q̃ erit consequens: & cùm tollitur consequens, tollitur antecedens. Quòd si non est hoc, sequit vt sit antecedẽs sine cõsequente. sed iam positum fuit, q̃ si est antecedens, est etiam consequens: quare sequitur vt consequens sit & non sit simul: quod fieri nõ potest, & non cohæret. si igitur fuerit A verum ex necessitate, erit etiam B verum, qñ si fuerit non verum, accidet vt B non sit, & A sit, sed iam monstratum fuit hoc fieri non posse. Non oportet autem vt imagineris A hoc in loco esse rem vnam. acceptum nanq; fuit loco duarum propositionum, quarum proportio vnius ad reliquam est sicut proportio vniuersalis ad particulare, & hoc, quoniam cùm verum extiterit, q̃ A dicatur de omni B: & B dicatur de omni C: erit etiã ex necessitate, vt A dici de omni C sit verum. quia si non, accidit vt verum non sit verum. Sed quoniam non oportet, vt propter sublationẽ antecedentis, auferatur consequẽs, non sequitur si fuerit A falsum, vt B, quod est cõclusio, sit falsum: quoniam cõsequentia conclusionis ex syllogismo non est consequentia æqualis, hoc est conuertibilis. & hæc eadem demonstratio est vniuersalis syllogismo concludenti negatiuam aut affirmatiuam, hoc est, q̃ fieri non potest, vt ex propositionibus veris sit cõclusio falsa. Sin autem extiterint in syllogismo propositiones falsæ, fieri potest, vt ex ipsis sequatur cõclusio vera: præterquam quòd non accidet hoc ex quibuscunque, quibus accidit esse falsis, neque ex vtrauis specie duarum specierum falsi, hoc est vniuersalis ac particularis. Atqui si extiterit in hoc maior propositio vniuersaliter falsa, non erit ex syllogismo conclusio vera omnino. sin autem acceptæ fuerint falsæ in parte: aut acceptæ fuerint ambæ propositiones falsæ: aut accepta fuerit minor tantum falsa: iam fieri potest, vt ex ipsis sit conclusio vera. Sint primum ambæ propositiones falsæ vniuersaliter, dico ex materijs planũ esse, q̃ concludunt conclusionem veram. & hoc, qm̃ nihil prohibet, ut A, exempli gratia, quod est maior extremitas, prædicetur prædicatione vera de C, quod est minor extremitas: & A non insit B, & B cõsimiliter, quod est medius terminus non insit C, quod est minor extremitas. Cùm igitur acceptum fuerit, q̃ A prædicatur de omni B, & B prædicatur de omni C, erunt ambæ propositiones falsæ, & conclusio erit vera, puta q̃ A prædicatur de omni C. puta in exemplo, omnis homo lapis: omnis lapis animal: igitur omnis homo animal. ambæ.n. propositiones istæ sunt falsæ vniuersaliter, & conclusio vera. Ad huius eiusdem similitudinem accidit in syllogismo vniuersali, qui concludit negatiuam in prima figura. stat enim aliquando, vt A non insit alicui C, quod est minor extremitas: & A sit B, quod est medius terminus: & B non insit ipsi C. Si igitur accipiatur q̃ A non insit alicui B, & B insit omni C, sunt falsæ: nisi q̃ concludit, q̃ A non ineſt ipsi C, quod est verum. vt in exẽplo, omnis homo lapis, & nullus lapis statua, & nullus homo est statua. Consimiliter ostenditur, cùm fuerint binæ propositiones falsæ in parte. Quòd si fuerit altera propositio falsa, & fuerit maior, & falsa in toto, dico q̃ conclusio non erit vera. Monstratio huius. si A non insit alicui B, & B insit omni C: si nos accipiamus, q̃ A ineſt omni B, quod est falsum, & accipiamus etiam q̃ B ineſt omni C, quod est verum, fieri vtiq; nequit, vt A insit omni C, hoc est, vt hoc quod dicimus, A ineſt omni C, sit verum: et hoc verum fuit, q̃ A non ineſt alicui, quod subijcitur ipsi B, & C subijcitur ipsi B: quare fieri non potest, vt prædicatio A de C sit vera. Istud autem manifestum est ex dispositione dicti de omni. et hoc cũ fuerit & accipiatur maior propositio falsa, siue negatiua, siue affirmatiua. Sin autem extiterit maior propositio falsa in parte, iam erit conclusio vera. quoniam fieri potest, vt A insit omni C, et alicui B, & B insit omni C. Si igitur accipiatur A prædicari de omni B, & B de omni C: prædicatio A de omni B erit falsa in parte, sed prædicatio B de omni C vera in toto, & conclusio vera in toto. puta in exemplo, omnis cygnus album: & omne album animal: igitur omnis cygnus animal. conclusio itaq; vera est in toto, et maior falsa in parte, puta quod dicimus, omne album animal. Cõsimiliter autem accidit, cùm fuerit maior propositio vniuersalis negatiua, & accipiatur falsa in parte. puta in exemplo, omnis nix album: & nullum album animal: & conclusio nulla nix

Propõ in toto falsa ẽ, cuius cõtrariũ est verum.

Quando ex falsis sequit verum, illud non accidit pp. ppõnes, si alia de cã, vt post dicetur.

Consequentia cõclusionis ex syllogismo non est conuertibilis.

Maiori tãm existẽte i toto falsa, nõ sequit cõclusio vera.

Nota demõstrationẽ, q̃ maiori existẽte vtr falsa ñ erit conclusio vera.

la nix animal, quæ est vera: Quòd si minor accipiatur falsa in toto, & maior vera in toto, erit aliquando conclusio vera. nihil enim prohibet A inesse omni B, & C & B non inesse alicui C. Si igitur acceperimus A inesse omni B: & B inesse omni C: concludetur ꝙ A inest omni C, quod est verũ: & minor est falsa, q̃ est B inesse omni C. hoc autem accidit in duabus speciebus existẽtibus sub vno genere, hoc est, quoniam genus prædicatur de ipsis simul, & non prædicatur vna ipsarum de altera. Si igitur accipiatur, ꝙ genus ineſt vni ipsarum, eo ꝙ ineſt alteri, quodq̃ altera ineſt vni ipsarum, posteaq̃ acceptum fuerit, ꝙ genus ipsi ineſt à principio, iam acctpietur cõclusio uera ex duabus propositionibus, quarum maior est vera & minor falsa in toto. puta in exemplo, si dicamus, omnis homo equus, & omnis equus animal, igitur omnis homo animal. Consimiliter accidet, cùm extiterit maior propositio negatiua. hoc autẽ accidit in genere simul cum speciebus existẽtibus sub alio genere, hoc est, si genus negatum fuerit ab vtraq; duarum specierum, & vtraq; duarum specierum negata à suo cõuncto. Cùm igitur acceperimus vnam ipsarum ineſſe alteri, & acceperimus genus non ineſſe ipsi, concludetur genus negari ab eo, à quo accipitur negari, propterea ꝙ negatur ab altero. puta in exemplo, omnis musica est medicina: & nulla medicina est animal: igitur nulla musica est animal: quod est verum ex duabus propositionibus, quarum minor est falsa in toto, et maior uera. Consimiliter si minor extiterit falsa secundum partem, erit itidem conclusio vera. fieri enim potest, vt A insit vtriq; B, & C, et B insit alicui C: accipiatur aũt A ineſſe oĩ B, & B ineſſe oĩ C: & cõcludetur ꝙ A ineſt oĩ C, quę est conclusio vera ex duabus ꝓpositionibus, quarum maior est vera in toto, & minor falsa in parte. & hoc accidet in genere, quod ineſt speciei & differentiæ, quemadmodum animal, quod ineſt omni homini, & omni gressibili, & homo ineſt alicui gressibili, non autem omni. Si igitur dicam⁹, omne gressibile homo, & omnis homo animal, sequitur ex hoc cõclusio vera, puta, ꝙ omne gressibile est animal. Accidit etiã ꝙ A non insit alicui B, & C, & B insit alicui C, quemadmodũ se habet genus simul cum differentia, & specie, quæ est sub alio genere, vt plãta quæ ineſt nulli homini, et nulli imaginatiuo, & aliquod imaginatiuum est homo. Si igitur dicamus, omne imaginatiuum est homo: & nullus homo est planta: concluditur nobis ꝙ nullum imaginatiuum est planta. Et hoc est quod accidit conclusioni simul cum propositionibus falsis in duabus speciebus vniuersalibus primę figurę. Sed in duabus speciebus particularibus tã fieri potest, vt maior propositio sit tota falsa, & altera tota vera, & tamen conclusio sit vera. hoc autem est contrarium ei, quod accidebat in speciebus vniuersalibus in hac figura. consimiliter fieri etiam potest hoc, cùm extiterit falsa in parte: aut fuerint ambæ falsæ, vel in toto, vel in parte. Quòd igitur conclusio sit vera cum hoc ꝙ maior sit falsa in toto, fieri vtiq; potest: quoniam nihil prohibet, ꝙ A non insit ipsi B, & insit alicui C, & tamen B insit alicui C. quemadmodum animal ineſt nulli muri: & ineſt alicui albo: & nix ineſt alicui albo. Si igitur dicamus, aliquod album est nix, & omnis nix animal, concluditur ꝙ aliquod album est animal. & hæc conclusio est vera ex duabus propositionibus, quarum maior est falsa in toto & minor vera. Consimiliter accidet, cũ extiterit maior propositio negatiua. fieri enim potest, vt A insit omni B, & non insit alicui C, & B insit alicui C. vt animal ineſt omni homini, & non ineſt alicui albo, et homo ineſt alicui albo. Si igitur dicamus, aliquod albũ homo: & nullus homo animal: concludemus aliquod albũ non est animal. & hæc est conclusio vera ex duabus propositionibus, quarum maior est falsa in toto, & minor vera. Consimiliter accidet, si fuerit maior propositio falsa in parte. quoniã nihil prohibet A inesse alicui B, & alicui C, & B inesse alicui C. puta in exemplo, animal ineſt alicui bono, & alicui magno, & bonum ineſt alicui magno. Si igitur dicam⁹ aliquod magnum est bonum: & omnę bonum est animal: concludetur ꝙ aliquod magnũ est animal, quæ est conclusio vera ex duabus propositionibus, quarum maior est falsa i parte, & minor vera. Consimiliter accidit, cũ fuerit maior propositio negatiua. hoc autem monstratur per hos eosdẽ terminos: vt si dicamus, aliquod magnũ est bonum: & nullum bonum est animal: & cõcluditur nobis ꝙ aliquod magnum non est animal. & hoc est verũ ex binis propositionibus, quarum maior est falsa in parte et minor vera. Eodẽ modo si propositio falsa fuerit minor, erit aliquando ex hoc cõclusio vera: quoniam fieri potest, vt A insit omni B, & alicui C, & B insit nulli C. vt in exẽplo animal ineſt omni cygno, & alicui nigro, & cygnus ineſt nulli nigro. Si igitur dicamus aliquod nigrũ est cygnus: & omnis cygnus est animal: cõcludetur ꝙ aliquod nigrum est animal: quod est verũ ex duabus propositionibus, quarũ minor est falsa & maior vera. Consimiliter accidet, si maior extiterit negatiua, quoniam fieri potest, vt A non insit alicui B, et non insit ettã alicui C, & B insit nulli C: vt genus proportionaliũ speciei alterius generis & accidenti, quod ineſt speciebus illius generis proportionati, puta in exemplo, animal ineſt nulli numero, & nõ ineſt alicui albo, & numerus ineſt nulli albo. Si igitur dicamus, aliquod albũ est numerus: & nullus numerus est animal: cõcluditur ꝙ aliquod album non est animal, quæ est conclusio vera ex binis propositionibus, quarum maior est vera, & minor falsa. Eodem pacto accidet vt sit cõclusio vera, cũ maior propositio falsa extiterit in parte & minor falsa in toto. fieri enim potest, vt A insit alicui B, & alicui C, & B insit nulli C. hoc autem accidit, cùm B fuerit cõtrarium C, & fuerint ambo accidentia in genere vno: vt animal quod ineſt alicui albo & alicui nigro, et album ineſt nulli nigro. Si igitur dicamus: aliquod album est nigrum: & omne nigrum est animal: cõcludetur ꝙ aliquod album est animal. hæc igitur conclusio est vera ex duabus propositionibus falsis, quarum maior est falsa in parte, & minor in toto. Consimiliter accidit, cùm extiterit maior propositio negatiua. hoc autem monstratur per hos eosdem terminos: puta, si accipiatur aliquod album est nigrum: & nullum nigrum est animal: concluditur ꝙ aliquod album non est animal, quod est verum. Consimiliter cùm fuerint binæ propositiones falsæ, & extiterit maior falsa in toto, accidet aliquando conclusionem esse verã. fieri, n, potest vt A insit nulli B, & idem insit alicui C, B vero insit nulli C: vt genus, quod ineſt speciei alterius generis, & ineſt accidenti, quod ineſt spẽbus suis, & hoc accidens non ineſt illi speciei, puta in exemplo, si dicamus, aliquod album numerus: & omnis numerus animal: aliquod igitur album animal. ista igitur * conclusio est vera ex binis propositionibus falsis. Consimiliter accidet cùm fuerit maior propositio negatiua. puta in exemplo, aliquod nigrum cygnus: & nullus cygnus animal: & concluditur ꝙ aliquod nigrum non est animal. & hoc est verum ex binis propositionibus falsis. Istæ igitur sunt species concludentes conclusionem veram ex propositionibus falsis in prima figura.

De modis particularib⁹ primæ figuræ.

* alit ppõ.

Secunda figura. Cap. III.

IN media autẽ figura, omnino accidit per falsa verum ratiocinari: & cũ vtraq; propositiões totę falsę accipiuntur; & cũ vtraq; ad aliquid:

ad aliquid: & hac quidem vera, illa autem falsa existẽte tota, vtralibet posita falsa: et si vtręque ad aliquid falsæ: & si hæc simpliciter vera, illa autem simpliciter falsa: & si hęc tota falsa, illa autem ad aliquid vera: & in vniuersalibus syllogismis, & in ijs qui sunt in parte. Si enim A B quidem nulli ineſt, C vero omni: vt animal lapidi quidem nulli, equo autem omni: si econtrario positę fuerint propositiones, & acceptum fuerit A B quidem omni, C vero nulli, ex falsis totis propositionibus, vera erit conclusio. Consimiliter, & si B quidem omni, C autem nulli ineſt A, idem enim erit syllogismus.

Conjugationes binę vniuersales ex ꝓpõib⁹ tota falsis, concludẽtes verum.



Rursus, si altera quidem tota falsa, altera autem tota vera. nil enim prohibet A inesse & B, & C omni, B tamen nulli C: vt genus non subalternis speciebus. animal enim & equo omni, et homini, & nullus homo equus. Si igitur acceptum fuerit B quidem omni, C vero nulli: ambę propositiones ad aliquid falsæ, conclusio autem vera. Cõsimiliter & transpositæ priuatiuæ per eosdem terminos.



Conjugationes binæ ex altera vera, altera in toto falsa, vtralibet, verum cõcludẽtes.

Et si affirmatiua propositio ad aliquid falsa, priuatiua autem tota vera. nihil. n. prohibet A B quidem alicui ineſſe, C vero toti nõ inesse, & B nulli C: vt animal albo quidem alicui, pici autem nulli, & album nulli pici. Quare si acceptum fuerit A toti B ineſſe, C vero nulli: A B quidem ad aliquid falsa, A C autẽ tota vera.

Conjugationes ex maiore ingẽte falsa, minore vera, & cluditẽs verũ. Quod li tibi ponas terminos, lacteũ & alterũ eodem modo concludentem.



Et si ambæ propositiones ad aliquid falsæ, erit conclusio vera. accidit enim A & B, & C alicui ineſſe, B vero nulli C: vt animal & albo alicui, & nigro alicui, album autem nulli nigro. Si igitur acceptum fuerit A B quidem omni, C vero nulli: ambę propositiones ad aliquid falsæ, conclusio autem vera. Cõsimiliter & transposita priuatiua per eosdem terminos.

Conjugationes binæ ex vtraq; parte falsa, vtralibet, verum cõcludẽtes.



Manifestum vero & in syllogismis in parte. nihil enim prohibet A B quidẽ omni, C autem alicui ineſſe, & B alicui C non ineſſe: vt animal omni homini, albo vero alicui, homo autem alicui albo non inerit. Si igitur positum fuerit A B quidem nulli ineſſe, C vero alicui ineſſe: vniuersalis propositio tota falsa, quæ autem in parte vera, & conclusio vera. Consimiliter vero, & cũ affirmatiua accipitur A B. accidit enim A B quidem nulli, C autem alicui non ineſſe, & B C alicui non ineſſe: vt animal nulli inanimato, albo vero alicui, et inanimatum

tum non inerit alicui albo. Si itaq; positū fuerit A B quidem omni, C vero alicui non inesse: A B quidem propositio vniuersalis, tota falsa, A C autem vera, et conclusio vera.



Coniugationes binæ ex maiori falsa, minori vera, concludētes verum.

Et si vniuersalis vera quidem posita fuerit, quæ vero in parte falsa. nihil enim prohibet A et B, et C nullum sequi, B tamen alicui C nō inesse: vt animal nullum numerum, et inanimatum, et numerus aliquod inanimatum nō sequitur. Si igitur positum fuerit A B quidē nulli, C vero alicui: conclusio quidem erit vera, et vniuersalis propositio, quæ autē in parte, falsa. Et cùm affirmatiua ponitur vniuersalis, cōsimiliter. accidit enim A et B, et C toti inesse, B tamen non sequi aliquod C: vt genus speciem, et differētiam. animal enim omnem hominem, et totum pedestre sequitur, homo autem non omne pedestre. Quare, si acceptum fuerit A B quidem toti inesse: vniuersalis quidem propositio vera, quæ autem in parte, falsa, conclusio autem vera.



Coniugationes binæ ex minori falsa, maiori vera, cōcludentes verum.

Planum vero, et ϕ ex ambabus falsis erit conclusio vera. siquidem contingit A et B, et C toti inesse, B tamen aliquod C non sequi. Si enim acceptum fuerit A B quidem nulli, C vero alicui inesse, propositiones quidem ambæ falsæ, conclusio autem vera. Consimiliter vero et cùm vniuersalis propositio est prædicatiua: quæ autē in parte, priuatiua. accidit namque A nullum quidem B, C vero omne sequi, et B alicui C non inesse. vt animal scientiam quidem nullam, hominem vero omnem sequitur, scientia autem non omnem hominem. Si igitur acceptum sit A B quidem toti inesse, C autem aliquod non sequi: propositiones quidem falsæ, sed conclusio vera.



Coniugationes binæ ex ambab⁹ falsis, verum concludentes.

Tractatus de Secunda figura. Cap. III.

Modi vtres in secunda figura, qb⁹ ex falsis ꝓpōnibus conclusio vera concluſio.

DIxit. In secunda vero fieri potest, vt conclusio sit vera ex propositionibus falsis, cùm fuerit vtraq; duarum propositionum falsa. & hoc, aut in toto, aut in parte: vel cùm fuerit vna ipsarum falsa, & altera vera, siue extiterit falsa in toto, siue in parte. & hoc erit in ipsis in syllogismis cōcludentibus vniuersalem & particularem. Puta, quomā B, quod est terminus medius, ferit nulli A, quod est maior extremitas & inerit omni C, quod est minor extremitas: & A inerit nulli C, ſm quod monstratum fuit. vt in exemplo, si dicamus, omnis homo animal, & nullus lapis est animal. Si igitur ponamus ambas istas propositiones, è contrario eius, quo sunt, vt si accipiatur B inesse omni A, hoc est si accipiatur, quòd omnis lapis animal: & iesse nulli C, hoc est, si accipiatur, ϕ nullus homo est animal: concludetur ex duabus istis propositionibus falsis eadem conclusio, quæ erat cùm ambæ ponebantur veræ, puta, ϕ nullus homo est lapis. Consimiliter accidet, si verum extiterit, ϕ B inest omni A, & inest nulli C: hoc est, cùm fuerint istæ conuersæ etiam ad sua contraria: concludetur enim, posteaq; cōuersæ fuerint ad falsitatem, id, quod antea conclusum fuit, puta, ϕ A inest nulli B. Eodem pacto accidet, cùm fuerit vna propositio tota falsa, & altera vera, vt concludatur consimiliter cōclusio vera. fieri nanq; potest, vt B, quod exempli gratia, est medius terminus, insit vtriq; & A et C, quę sunt extremitates quęsiti, & A insit nulli C. hoc autem accidit generi simul cum speciebus duidentibus, quę subt sub ipso: vt animal, quod iest omni homini & omni equo, & equus inest nulli homini. Si igitur accipiatur ϕ genus inest vni, alteri autem non inest, erit vna propositio non falsa, altera autem non vera, & erit cōclusio tota vera, ad quācunq; partem ponatur negatiua, hoc est maioris, aut minoris. puta in exemplo, si dicamus, omnis equus animal, & nullus homo animal, concluditur ϕ nullus equus homo. hæc autem est conclusio vera ex binis propositionibus, quarum vna falsa, & altera vera. Cōsimiliter accidet, cū extiterit pars vtrius propositionis falsa, & fuerit altera tota vera. fieri enim potest vt B insit alicui A, & omni C, & A insit nulli C: quēadmodum animal, quod inest alicui albo, & omni coruo, & album inest nulli coruo. Si igitur accipiatur, nullum albū est animal, & omnis coruus est animal, concluderetur, nullus coruus est albus: quæ est conclusio vera ex binis propositionibus, quarum vna est falsa in parte, puta, cùm dicimus, nullum album est animal, altera autem vera in toto, vt cùm dicimus, omnis coruus animal. Eodem modo accidet, cùm ea quæ est falsa in parte extiterit affirmatiua, quæ autem vera in toto negatiua. puta si dicam⁹, omne album animal, nulla pix animal, & concluditur, null im album pix: quæ est conclusio vera ex binis propositionibus, quarū altera est affirmatiua falsa in parte, vt cùm dicimus, omne albū animal: altera autem vniuersalis negatiua vera in toto, vt cùm dicimus, nulla pix est animal. Consimiliter accidet

eidet, vt sit conclusio vera, cùm fuerint ambæ propositiones falsæ in parte. puta in exemplo, si dicamus, omne album est animal, nullum nigrum est animal, & concluditur ex hoc, ϕ nullum album est nigrum, quæ est cōclusio vera ex binis propositionibus falsis in parte. & hoc, quoniam aliquod albū est animal, & aliquod nigrum est animal: & hoc eque, siue ponatur negatiua maior seu minor, veluti si dicamus, nullum album animal, & omne nigrum animal. erit enim conclusio vera ex binis propositionibus falsis in parte. Hæc igitur est dispositio syllogismorum ex propositionibus vniuersalibus, qui sunt in hac figura. In syllogismis autem particularibus idem accidet, quod & in vniuersalibus. & hoc, quoniam aliquando maior erit falsa in toto, & particularis vera, & tamen conclusio erit vera. vt in exemplo, aliquod albū est animal, et nullus homo est animal, & concluditur ex hoc, ϕ aliquod album non est homo, quæ est vera ex binis propositionibus, particulari vera, & vniuersali falsa in toto. Eodem modo accidet, si vniuersalis falsa exiterit affirmatiua. vt in exemplo, aliquod album non est animal, & omne inanimatum est animal, concluditur ex hoc, ϕ aliquod album non est inanimatum, quæ est uera ex particulari negatiua vera, & affirmatiua vniuersali falsa. Consimiliter accidet, si ponatur propositio vera vniuersalis, & falsa particularis. vt in exemplo, si dicamus, aliquod inanimatū est animal, & nullus numerus est animal, concluditur ex hoc, ϕ aliquod inanimatum non est numerus: quod est verū ex particulari falsa, & vniuersali negatiua vera. Eodem modo accidet, si accipiatur vniuersalis ỹa affirmatiua, & particularis falsa negatiua, quod accidit generi simul cùm speciebus, quæ ipsi insunt, & differentijs harum specierum. & hoc, qm non est verum, cùm dicimus, aliquod ambulans nō est animal, & omnis hō est animal, & concluditur ex hoc, ϕ aliquod ambulans non est homo, quod est verū ex propositione vniuersali vera & falsa particulari. sed & hoc aliquando accidet, cùm fuerint ambæ propositiones falsæ, particularis & vniuersalis. vt in exemplo, si dicamus, omnis scientia est potentia animalis, & alicui homini non inest potentia animalis, & concluditur ex hoc, ϕ alicui homini nō inest scientia, quod est verum ex ambabus propositionibus falsis. Eodem pacto accidet, cùm exiterit vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua, veluti si dicamus, nulli homini inest potētia animalis, & aliqua scia est potentia animalis, & cōcluditur ex hoc, ϕ aliqua scientia non inest homini.

Modi particulares in secūda figura.

Tertia figura. Cap. IIII.

ERit aūt & in vltima figura per falsas totas: & ad aliquid vtraq; : & altera quidē vera tota, altera vero falsa: & hęc ad aliquid falsa, illa autem tota vera, & econuerso: & quotcunq; modis aliter contingit transumere propositiones. Nihil enim prohibet et A, & B nulli C inesse: veluti & hō, & pedestre, nullum inanimatum sequitur, homo tamen alicui pedestri inest. Si igitur acceptum fuerit A, & B omni C inesse, propositiones quidē totæ falsæ, conclusio autem vera. Consimiliter vero & hac quidem priuatiua, illa autem affirmatiua existente. accidit enim B quidem nulli C inesse, ipsum vero A omni, & A alicui B non inesse: vt nigrum nulli cygno, animal autem omni, & animal non omni nigro. Quare si acceptū fuerit B omni C, ipsum vero A nulli, A alicui B non inerit: & conclusio quidem vera, propositiones autem falsæ.



Coniugationes binæ vniuersales ex vtriusq; in toto falsis, concludētes verum.

Et si ad aliquid vtraq; falsa, erit conclusio vera. nihil enim prohibet & A & B alicui C inesse, & A alicui B: vt album et honestum alicui animali ineſt, & album alicui honesto. Si igitur positum fuerit A, et B omni C inesse: propositiones quidem ad aliquid falsæ, cōclusio autem vera. Sed & cùm A C priuatiua ponitur, consimiliter. nihil enim prohibet, A quidē alicui C non inesse, ipsum vero B alicui inesse, & A B non omni inesse: vt honestum alicui animali non ineſt, album vero alicui ineſt, & album non omni honesto. Quare si acceptum fuerit, A quidem nulli C, ipsum vero B omni: ambæ propositiones ad aliquid falsæ, conclusio autem vera.



Coniugationes binæ ex vtriusq; parte falsis verum concludentes.

Consimiliter vero, & cùm hæc quidem tota falsa, illa autem tota vera accipitur. accidit enim & A, & B sequi omne C, A tamen alicui B non inesse: vt aial, & album omnem cygnum sequitur, animal tamen nō omni ineſt albo. His igitur positis terminis, si acceptum fuerit, B quidem toti C inesse, A vero toti non inesse: B C quidem tota erit vera, A C autem tota falsa, & conclusio vera. Consimiliter vero & si B C quidem falsum, A C autem verum. ijdem enim termini ad demonstrationem, nigrum, cygnus, inanimatum.



Coniugationes binæ negatiuæ ex altera in toto falsa, hæc ex maiori, illa ex minori: altera vera, cõcludẽtes verum.

Sed & si ambæ accipiantur affirmatiuę. nihil enim prohibet, B quidem sequi omne C, ipsum vero A toti non ineſſe, & A alicui B ineſſe: vt animal omni cygno, nigrum autem nulli cygno, & nigrum ineſt alicui animali. Quare si acceptũ fuerit A, & B omni C ineſſe: B C quidem tota vera, A C autem tota falsa, et conclusio vera. Sed consist et cũ A C accepta fuerit vera. p eosdem nãq; terminos demonstratio.



Coniugationes binæ affirmatiuę, vt superiores, concludẽtes verum.

Rursus, et cùm hæc quidem tota vera extiterit, illa autem ad aliquid falsa. accidit enim B quidem omni C ineſſe, A vero alicui, et A alicui B: vt bipes quidem omni homini, honestum autem non omni, & honestum alicui bipedi ieſt. Si igitur acceptũ fuerit & A, & B toti C ineſſe: B C quidem tota vera, A C autẽ ad aliquid falsa, sed conclusio vera. Cõsimiliter aũt & si A C vera, B C falsa accipiatur. ĩ ſdem nanq; terminis transpositus erit demonstratio.



Coniugationes binæ affirmatiuę ex altera in parte falsa, tum hæc tum illa, altera vera, verum concludentes.

Et si hæc priuatiua, illa autem affirmatiua sit. quoniam enim accidit B quidem toti C ineſſe, A vero alicui. Et quando sic ſe habeant, A non omni C, si acceptum fuerit B quidem toti C ineſſe, A vero nulli: priuatiua quidem ad aliquid falsa, altera autem tota vera, & cõclusio. Rursus, quoniam monstratum eſt, quòd cùm A nulli ineſt C, ipsum vero B alicui accidit A alicui B non ineſſe: planum q & cùm A C tota vera sit, B C autem ad aliquid falsa, accidit conclusionem veram esse. Si enim acceptum fuerit A nulli C, ipsum vero B omni: A C quidẽ tota vera, B C autem ad aliquid falsa.



Coniugationes binę negatiuæ vt superiores, cõcludẽtes verum.

Cæterum et in syllogismis in parte manifestum, q omnino erit verum per falsa. idem enim termini accipiendi, & quando vniuersales sint propositiones: qui quidem in affirmatiuis, affirmatiui, qui vero in priuatiuis, priuatiui. nihil enim differt, cùm nulli insit, omni accipere ineſſe: et si alicui inerat, vlr capere ad terminorum expositionẽ. itidẽ & in priuatiuis.

Planum igitur, q si quidem sit conclusio falsa, necesse eſt falsa esse, ex quibus eſt ratio, aut omnia aut quædam: quando autem vera, non necesse eſt verum esse, neq; aliquid neq; omnia: sed eſt, cùm nullum eorum quæ in syllogismo verum sit, conclusionem consimiliter veram esse, nõ ex necessitate tamen. Causa autem: quoniam quãdo duo sic scinuscem habeant, vt cùm ex necesitate alterum sit, ex necesitate alterum existat: cùm hoc quidem non sit, neq; alterum erit: cùm aũt sit, non necesse alterum esse. sed cùm idem sit, & nõ sit, impossibile ex necessitate esse idem. Dico autem, vt cùm sit A album, B esse ex necessitate: & cùm non sit album A, B esse ex necessitate. quãdo enim cùm hoc sit album A, necesse eſt hoc magnum esse B: cùm vero magnum B sit, C non album: necesse eſt si A album, C non esse album.



Ex hoc mõstrat, si conclusio eſt vera, nõ necesse esse ppones esse veras.

Et quando

Et quando duobus existentibus altero existente, necesse eſt alterum esse: hoc non existente, necesse eſt A non esse: B vero non existente magno, potest A album esse: A vero nõ existente albo, si necesse eſt B magnum esse, accidit ex necesitate, B magno non existẽte, ipsum B magnum esse. hoc autem impossibile. si enim B non eſt magnum, A non erit albũ ex necesitate. si igitur non existente hoc albo, B erit magnum, accidit, si B nõ eſt magnũ, esse magnum, tanquam per tria.

Si conclusio non est vera.	Propõnes non sunt veræ,	Conclusio eſt vera.
Non magnum. B.	Non album. A.	Magnum B.



Ex hac ratione ostenditur, si conclusio eſt falsa, q ppones sunt falsæ.

Tractatus de Tertia figura. Cap. IIII.

Nota modũ quo in tertia figura ex ambab⁹ in toto falsis sequit cõclusio vera.

Consimiliter accidet hac in figura, vt sit conclusio vera, & ambæ propositiones falsæ, aut in toto, aut in parte: aut vna ipsarum in toto, & altera in parte. eodem modo cùm extiterit vna ipsarũ vera, & altera falsa, vel in toto, vel in parte. Et hoc, quoniam nihil prohibet, vt duo sint, quæ alicui vni nõ insint, sed vnum ipsorum alteri insit. Cùm igitur accipitur, q vtrunq; ipsorum ineſt rei huic vni, inouatur ibi conclusio vera ex ambabus propositionibus falsis in toto. vt in exemplo, si dicamus, omne inanimatum eſt ambulans, & omne inanimatum eſt homo, concludetur hac in figura, q aliquod ambulans eſt homo. hoc autem eſt verum ex binis propositionibus falsis in toto. Consimiliter accidet, cùm extiterit vna negatiua & altera affirmatiua. fieri nanq; potest, vt C, quod eſt minor extremitas, ĩsit nulli B, quod eſt mediũ, & A, quod eſt terminus maior, insit omni B, & non insit alicui C. Cùm igitur acceperimus C ineſſe omni B, et A ineſſe nulli C, concludẽt nobis q A non ineſt alicui C. vt in exemplo, si dicamus, omns cygnus nigrũ, & nullus cygnus animal: concludetur, quòd aliquod nigrum non eſt animal. hoc autem eſt uerum ex binis propositionibus falsis in toto. Eodem pacto, cùm fuerit vtraq; duarum propositionum falsa in parte, poterit aliquando cõclusio esse vera. fieri enim potest, vt A & C insint alicui B, & A insit alicui C: quemadmodum album & bonum, quæ insunt alicui animali, & bonum ineſt alicui albo. Si igitur posuerimus A & C vtraq; ineſſe omni B, cõcludetur A ineſſe alicui C. hoc autem eſt verũ ex binis propositionibus falsis in parte. puta in exemplo, si dicamus, omne animal album, & omne animal bonũ, concluditur, q aliquod albũ eſt bonum, quod eſt verum. Consimiliter accidet, cùm fuerit maior propositio negatiua, & minor affirmatiua, & ambæ falsæ in parte, & ipsę exiterint vniuersales, nihil enim prohibet, q A non insit alicui B, & C insit alicui B, & A non insit alicui C, quę est conclusio: vt in exemplo, si dicamus, nullum animal eſt bonum, & omne animal eſt album, concluditur enim ex hoc, q aliquod album non eſt bonum, quod eſt verum ex binis propositionibus falsis in parte. Eodem modo aliquando erit conclusio vera, cũ fuerit vna duarum propositionum falsa in toto, & altera vera. fieri enĩ potest, vt A, & C ambo insint ipsi B, & A nõ insit alicui C. Cùm igitur acceperimus A ineſſe nulli B, & C ineſſe omni B, concludetur nobis, q A non ineſt alicui C. hoc autem eſt uerum ex duabus propositionibus, quarum vna eſt falsa in toto, & altera negatiua vera. ut in exemplo, si dicamus, omnis cygnus animal, et nullus cygnus album, concludetur ex hoc, q aliquod animal nõ eſt album. hoc autem eſt verum ex duabus propositionibus, quarum vna eſt falsa in toto. Consimiliter accidet cùm propositio, quæ eſt minor falsa extiterit, & propositio A B, quæ eſt maior, vera. Termini autem, quibus hoc monstratur, sunt nigrum, cygnus, & inanimatum. & hoc, quoniã, si ponamus q omnis cygnus eſt nigrum, & nullus cygnus eſt inanimatum, concludetur nobis, q aliquod nigrũ non eſt inanimatum, quod eſt verũ ex binis propositionibus, quarum minor eſt falsa in toto. Eodem modo accidet, cùm acceptæ fuerint ambæ propositiones affirmatiuæ, hoc eſt vera & falsa. Termini autem, quibus hoc monstratur, sunt animal, cygnus, & nigrum. & hoc cùm dicit, omnis cygnus nigrum, & omnis cygnus animal, cõcludetur enim nobis ex hoc, q aliquod nigrum eſt animal. hoc autem eſt verum ex duabus propositionibus affirmatiuis, quarum altera eſt falsa, siue extiterit vera maior, siue minor. monstrant autem hoc idem iſti termini. Consimiliter aliquando erit conclusio vera, cũ fuerit vna duarum propositionum vera, & altera falsa in parte. fieri enim potest, vt C insit omni B, & A insit alicui B, & A insit alicui C, quæ eſt conclusio: vt in exemplo, bipes quod ineſt omni homini, & bonum non inest omni homini, & bonum ieſt alicui bipedi. Sumitur accepimus A & C ieſſe omni B, erit propositio B C vera tota, & pars propositionis A B falsa, cõclusio autem uera. puta in exemplo, si dicamus, omnis homo bipes, & omnis homo bonum, concluditur enim, q aliquod bipes eſt bonum. Consimiliter accidet, cùm accepérimus propositionẽ A B, hoc eſt maiorem veram & propositionem B C, hoc eſt minorem falsam in parte. Monstratio autem huius eſt per hos eosdem terminos, si ponamus minorem extremitatem maiorem, et ponamus quæsitum nostrũ, quod concluditur prius conuersum, puta q aliquod bonum eſt bipes. Eodem pacto accidet, cùm acceperimus vnam propositionem negatiuã, & alteram affirmatiuam. iam enim mõstratum fuit in figura tertia, cùm C insit omni B, & A non insit alicui B, q A non inerit alicui C. Si igitur accipiatur C ineſſe omni B, & A ineſſe nulli B, accidet vt sit propositio negatiua falsa, & altera sit tota vera, & relinquatur eadẽ conclusio vera, puta q A non insit alicui C. erit autem conclusio vera ex duabus propositionibus, quarũ vna eſt vera in toto, vt negatiua, & altera falsa in parte, vt affirmatiua. Hoc autem idem, quod diximus accidere in syllogismis vniuersalibus hac in figura, accidet ẽt in syllogismis particularibus. Mõstratio autem huius erit per terminos, per quos ipsorum dispositionẽ monstrauimus in syllogismis vniuersalibus. & hoc vt facta mus in negatione iſtorum, quod fecimus in negatione illorum: & in affirmatione iſtorũ, quod fecimus in affirmatione ipsorum. quoniam propositio vniuersalis falsa in toto eſt falsa in parte, siue fuerit negatiua, siue affirmatiua, cùm ergo propositiones vniuersales falsas, quas ibi exemplo vniuersales adduximus, fecerimus particulares, monstrabitur hoc in loco, quemadmodũ ibi etiam monstratum fuit. Cùm igitur sit hoc manifestum, planum si extiterit conclusio falsa, q necesſariũ eſt,

Syllogi particulares i tertia figura, in quibus ex falsis vera concluditur.

Conclo falsa sequẽs posieſt, nisi sit aliqua ppõ falsa.

est, vt in propositionibus sit propositio falsa: quoniam alioqui non perficeretur ex propositionibus veris conclusio vera: quod est contrarium ei, quod acceptū fuit in definitione syllogismi, & ei quod confesso constat ex demonstratione suæ dispositionis. Attamen cùm fuerit cōclusio vera, non sequitur omnino, vt sint propositiones veræ. causa autem huius est, quoniam verū est vniuersalius vero, quod monstratur per viam syllogismi: et verum, quod monstratur per viàm syllogismi, monstratur etiã per plures syllogismo vno. & propter hoc non sequitur, cùm perimitur syllogismus, vt perimatur conclusio, hoc est, cùm fuerint propositiones falsæ, vt sit conclusio falsa: sed sequitur cùm perimitur conclusio, hoc est, cùm fuerit falsa, vt perimatur syllogismus, i. vt sint propositiones falsæ, aut sit figura syllogismi corrupta. hæc enim est dispositio cōsequentis cum eo, ex quo sequitur, vt non sit consequentia sua conuertibilis, quemadmodum se habent animal & homo. quoniam enim homo appropriatius est q̄ animal, sequitur cùm sit homo, vt sit animal, & cùm perimitur homo, vt non perimatur animal, sed cū perimitur aīal, vt perimatur homo. homo igit̄ est loco syllogismi, & animal loco conclusionis. Consimiliter etiam non sequitur omnino, cùm sunt ambæ propositiones falsæ, vt sit conclusio falsa, aut vt sit uera. demonstratio autem super hoc est, si dicamus, q̄ posita fuerint duo, quorum vnum sit primum & alterum secundum, & ponamus q̄ secūdum sequatur ex primo, hoc est, cū sit primum, vt sit secundum: sit autem signum primi A, & signum secūdi B, puta sit A album, & B magnum: dico igitur, q̄ si A ita se habuerit, vt cùm sit, sit etiam B, non sequitur cū destruitur A, vt destruatur B. & hoc, qm tam monstratum fuit, cū destruitur B, ut destruatur A. et hoc, qm̄ si non destruetur, erit inuentum. sed cū est A, tam posuimus, q̄ est etiam B: ergo cū destruitur B, sequitur vt sit B: quod fieri non potest, & non cohæret. Cum igit̄ stabilitum sit hoc fundamentum, dicamus cū fuerint tres termini, primus, secundus & tertius, & secūdus sequatur primum, & secundum tertius, dicamus inquam, q̄ tertius sequitur primum. cumq̄ fuerit hoc sanctum, dico q̄ non est necessarium, vt perimatur A, & sit B. & hoc, quoniam tam mōstratum fuit, quia B sequebatur ex A. quoniam inquam, cū destruitur B, destruitur A. si igitur ponamus q̄ destructo A, destruatur B, cùm tam posuerimus q̄ destructo B, destruitur A: sequitur q̄ cū destruitur B, sit B. sed hoc & fieri non potest, & non cohæret. & propterea non est necessarium, cū sint propositiones falsæ, vt sit conclusio vera: sed veritas ipsius est per viam accidentis. & hoc est, quod volebamus monstrare. Et propter hoc planum consimiliter etiam est, q̄ non oportet vt destructo A, destruatur B: quoniã necessarium esset, vt inuentio A sequeretur ex inuētione B: sed B sequebatur ex inuentione A: quare cōsequentia esset conuertibilis, quod est impossibile. & propterea non oportet, cum fuerint propositiones falsæ, vt sit conclusio falsa, sed cùm fuerit conclusio falsa, propositiones erunt falsæ: qm̄ destructo B, destruitur A.

Nota cām, ex qua pot̄ est esse ꝓpō nes falsas, cū sit cōclo vera.

Nota regulā hic ponitam de trib⁹ terminis, qñ se consequunt, vt vno exīte alterū sit.

De *Circulari monstratione*. Cap. V.

CIrculo autem, & ex seinuicem monstrare, est per conclusionē, & eo quod prædicatione retrouersum se habet, alteram accipientem propositionem, concludere reliquam, quam accipiebat in altero syllogismo. Quemadmodum si oportebat monstrare, q̄ A oīC inest: monstrauit autem per B.



Syllo primꝰ ad cōclonē primo intentam.

Rursus, si ostēderet, quòd A inest ipsi B, accipiens A ipsi C inesse: C vero ipsi B: & A ipsi B. prius aūt econuerso accipiebat B inesse ipsi C.



Syllo secundus concludens maiorē primi, ex cōclusione, & minore conuersa.

Aut si oportet monstrare, quòd B inest ipsi C, si accipiat A de C, quæ erat conclusio: B vero de A inesse. sed prius acceptum fuerat econuerso, A de B.



Syllo tertiꝰ concludens minores primi, ex cōclusiõe, & maiore cōuersa.

Aliter autem non est ex seinuicem ostendere. siue enim aliud medium accipiet, nō circulo: nihil enim accipitur ex ijs, quæ eadem sunt. siue horum aliquid, necesse alterum solum. si nanq; ambo, cadē erit conclusio. oportet autem alterum. In ijs igitur, quę non conuertuntur, ex indemonstrabili altera propositione fit syllogismus. non enim est demōstrare per hos terminos, q̄ medio tertium inest, aut primo medium. In ijs vero, quæ conuertuntur, est omnia monstrare per se inuicem. veluti si A, & B, & C conuertuntur inter se. Sit enim ostensum, A C per medium B: & rursus A B, & per conclusionem, & per B C propositionem conuersam: cōsimiliter autem & B C per conclusionē, & A B propōnem cōuersam.

Oportet

Oportet vērō & C B, & B A propositionē demonstrare: his enim indemonstrabilibus vsi fuimus solis. Si itaq; sumatur B omni C, inesse: & C omni A: syllogismus erit ipsius B ad A.



Syllo quartꝰ cōcludēs maiorem primi cōuersā, ex minore et cōclusione conuersa.

Rursus, si acceptū fuerit ipsum quidem C omni A: A vero ipsi B: necesse est C inesse oi B.



Syllo quintꝰ cōcludēs, minores primi, ex cōclusione conuersa, & maiore.

In vtriscq; igitur his syllogismis C A propositio accepta est indemonstrabilis: aliæ enim monstratę erant. quare si hanc demonstrauerimus, oēs monstratę erunt per se inuicem. Si igitur acceptum fuerit C omni B: & B omni A inesse: vtręq; propositiones demonstratę accipiuntur, & C ipsi A necesse est inesse.



Syllo sextus cōcludēs cōclusionē primi cōuersam ex ambabus ꝓpōnibꝰ conuersis.

Manifestum igitur, quòd in solis conuertentibus, circulo & per se inuicem contingit fieri demonstrationes: in alijs vero, vt prius diximus. Accidit autem & i his eo ipso, quod monstratur, vti ad demonstrationem. nam C de B, & B de A monstratur, si acceptum sit C de A dici. C vero de A per has monstratur propositiones: quare conclusione vtimur ad demonstrationem.

In priuatiuis autem syllogismis ita mōstratur. Ex se inuicem quidem sit B omni C inesse: A vero nulli eorum quæ B: cōclusio, q̄ A nulli eorum quæ C. Si igitur rursus oportet concludere, q̄ A nulli eorum quę B, quod dudum acceptum: sit A nulli eorum quæ C: C vero omni B: sic enim propositio è conuerso.



Syllo duo negatiui, primꝰ cōcludēs cōclonē primo intentam, secundꝰ concludēs maiorē primi, ex cōclusiõe, & minori conuersa.

Si vero q̄ B ipsi C oportet concludere, non amplius similiter conuertendum est A B. nāq; eadem propositio B nulli A, & A nulli B inesse: sed accipiendū, cui A nulli inest, B omni inesse. Sit A nulli eorum quæ C inesse, quod erat conclusio: cui autem A nulli, acceptum sit B omni inesse: necesse igitur B omni C inesse. quare cū tria sint, vnumquodq; conclusio factum est, & circulo demonstrare hoc est, cōclusionem accipientem, & è conuerso alteram propositionem, reliquam ratiocinari.



Syllo ex assumptiõe ad monstrandas minorem primi syllo.

In syllogismis vero qui in parte, vniuersalem quidem propositionem non est demonstrare per altera, eam vero quæ secundū partem, erit. Quòd igit̄ non est demonstrare vniuersalem, manifestum. vniuersale nanq; monstratur per vniuersalia: conclusio autem non est vniuersalis: oportet autem ex conclusione monstrare, & altera propositione. Amplius, omnino neq; fit syllogismus, cōuersa propositione: in parte enim ambæ fiunt propositiones. Eam vero quæ est in parte, est. Sit enim monstratum A de aliquo C per B. si igitur acceptum fuerit B omni A: & conclusio maneat: B alicui C inerit. fit enim prima figura, & A medium.

Syllī duo affirmatiui ḡticulares, primꝰ cōcludēs cōclusionē primo tertiæ, secundꝰ cōcludēs minores primi ex maiore conuersa, & conclusione.



Si vero priuatiuus syllogismus, vniuersalem quidem propositionem non est monstrare, ob id, quod & prius dictum est: eam vero quæ est in parte, est, si itidem conuersa fuerit A B, quemadmodum & i vniuersalibus: vt cui A alicui non ineſt, B alicui ineſſe. aliter enim non fit syllogismus, eo quòd propositio, quæ in parte, est negatiua.

Syllī duo, primꝰ cōcludēs cōclusionē prio ītēs, secūdꝰ minorē primi ex assumptione.



Tractatus de monstratione Circulari.

Prima figura. Cap. V.

ACcidit autem syllogismo, vt in ipso cadat monstratio circularis, quę est, cùm accipitur conclusio sua, & conuersum vnius propositionum, & monstratur per ea propositio altera. Puta in exemplo, si aliquis conclusérit quòd A ineſt omni C per medium B, cùm posuerimus A omni B: & B omni C: & concludatur ex hoc ꝙ A ineſt omni C. Si igitur voluerimus monstrare per istam conclusionem, quæ est A ineſſe omni C, ꝙ A ineſt omni B, accipiemus A ineſſe omni C: & C omni B, quæ est minor propositio cōuersa: & concludetur ex hoc, ꝙ A ineſt omni B, quæ est altera propositio, cuius monstrationem intendebamus. Consimiliter accidet, cùm voluerimus concludere per hanc eandem conclusionem propositionem aliā, quæ est B ineſſe omni C: & habeāmus ꝙ B insit omni A: & A omni C: erit, ri. concluſio, ꝙ B ineſt omni C, quę est propositio, cuius conclusionem intendebamus ex duabus propositionibus syllogismi. Ostendemus autem ꝙ fieri nequit, ut ostendamus propositiones ex cōclusionibus per alium modum ab hoc: puta, si accipiamus vnam propositionem extraneam, & ipsam complicemus conclusioni. & hoc, quoniam si accipiatur terminus medius, qui non sit vnus ex terminis existentibus in propositionibus, non cōcluderetur ex hoc aliquid ex propositionibus acceptis ad hanc conclusionem. vt in exemplo, si complicerimus conclusioni, quæ est A ineſſe omni C, ꝙ C ineſt omni E, non concluditur ex hoc, nisi ꝙ A ineſt omni E, quod est aliud ab eo, quod dicebamus A ineſſe omni B, aut B ineſſe omni C, quæ erant propositiones huius conclusionis. Postea igitur quàm non conuenit accipere simul cum conclusione propositionem extraneam, superest, vt cum ea accipiatur vna ex duabus propositionibus syllī. qm̄ si acciperemus ambas propositiones eas dē, fieret cōclusio, ad quam posueramus eandē propositionem. consistit si accipere mus etiā vnam propositionem syllī eo modo, quo est simul cū cōclusione, non cōcluderet sitī ex hac propositio alia. & hoc, qm̄ si cōplicuerimus simul cū conclusione, ꝙ est, A ineſſe oī C, quod dicim⁹, A ineſſe bīs; quę est maior ꝓpositio, ꝑdibit oratio ex duabus affirmatiuis in secūdā figura, q̄ non cōcludit. quòd si eidē cōplicuerimus minorē, vt B ineſſe oī C, ꝑdibit ex hoc syllogismus ex duabus affirmatiuis in tertia figura, et concludet ꝙ A ineſt alicui B. Et propter hoc oportet, vt propositio, quā coapt⁹mus cōclusioni, accipiat conuersa, quēadmodum si complicemus, quēadmodū diximus, cū cōclusione A ineſſe omni C, ꝙ B ineſt omni A, & cōcludat minor, vt ꝙ B ineſt oī C. & eodē modo, si ipsi complice mus minorem conuersam, concludet maior ꝓpō. Et propterea apparet ꝙ hæc spēs monstrationis fieri potest ꝑ propositionē conuertibilē. cū igitur extiterint binę ꝓpones conuertibiles, & cōclusio cōuertibilis, erūt ibi sex propōnes, propositiones syll'i & conuertentes ipsas, et cōclusio ac ipsam cōuertens. fieri igit̄ pōt, vt adducamus demonstrationē super quacūq; istarū propositionū per se inuicē, quoūcq; nihil supersit, quod nō sit planū per syll'm acceptum ex illis etiā dē. Concludunt autem ipſi sex syllogismi cōcludentes sex species conclusionum. vt in exemplo terminī A B C tres conuertuntur inter se inuicem, & similiter conclusio, quę ex ipsis concluditur. quemadmodum enim omne A B, & ita & oē B erit A. & eadem modo oē B C, & omne C B, et similiter oē A C, & oē C A. Propterea ꝙ cū fecerimus demonstrationē super eo, quod est A ineſſe oī C: & acceperimus A ineſſe omni B: & B oī C: fieri etiā potest, vt faciamus demonstrationē sup propositione A ineſſe omni B, quę est maior, per conclusionem & propōnem B C, conuersam, quæ est minor, vt si dicamus A ineſſe omni C: & C omni B: concludet. n. nobis ꝙ A ineſt omni B, quæ est maior istius syllogismi. Cōsimiliter mōstrabimus propositionem B C, quæ est minor, per eandem conclusionem, & maiorem propositionem conuersam, quod cū ita sit, fieri aliquando poterit, vt faciamus demonstrationem sup̄er vnaquaq; propositionum istius syllogismi. Quod autem supereſt, est, vt afferamus demōstrationem ex eo, quod accepimus in demonstratione ambarum istarum propositionum, super vtraq; duarum propositionum conuersa: conclusio enim ea est, quam à principio rei cognouimus. hoc autem fieri potest, si conuertamus conclusionem & coaptemus illi alteram propositionem. Puta si voluerimus afferre demonstrationem super maiore conuersa, ut ꝙ B ineſt omni A, accipiemus conclusionem conuersam, et minorē propositionē eandē, & dicemus B ineſt oī C, quę est minor: & C omni A, quæ est cōclusio conuersa: & cōcludet nobis, ꝙ B ineſt omni A, quæ est maior conuersa, quāq; antea feceramus sine demonstratione. Consimiliter etiam si acceperimus conclusionē cōuersam, & ipsi coaptauerimus maiorem ꝓpōnem, cōcludet nobis minor cōuersa, quam antea acceperamus sine demonstratione. Puta si dicamus, C ineſt omni A, quę est cōclusio cōuersa: & A oī B: concluditur enim nobis ex hoc, C ineſſe omni B, quæ est conuersa, quā antea fecimus sine demōstratione. Nihil igitur supereſt in propositionibus, de quo non fecerimus demonstrationē, præterq̄ cōclusio conuersa, est aūt iste syll's sextus, qui monstrat ꝑ cōuersionē vtrarūq; ꝓpōnū, quas à rei ꝓncipio cōclusim⁹. Puta in exemplo, si dicam⁹ C de oī B: & B de omni A: igitur C de omni A, quę est conclusio conuersa. nihil itaq; nobis superest ex istis propositionibus acceptum, de quo iam non fecerimus demōstrationem. Planum autem, quemadmodum diximus, quòd hoc accidit in propositionibus inter se conuertibilibus, præterquam ꝙ modus iste monstrationis, hoc est acceptio alicuius ad ostensionem sui ipsius, est ex speciebus repetitionis.

Syllīs circularis est spēs petitiōis principij, iō non fit i demōstrationibus, nisi per duos modos cognitionis, vt asserit Aristo. 1. Poste. Fit syllogismus circularis i prima figura in primo modo.

Et propterea non fit in demonstrationibus, nisi efficiatur duobus modis. et hoc, cū fuerint propositiones notiores conclusione sm vnum modum, & cōclusio notior propositionibus sm alium modum. quemadmodū si essent, ꝓpositiones notiores sm modum cognitionis existentiæ, & conclusio notior sm modum cognitionis causæ. modus autem iste ostēsionis appropriat arti Sophisticę. sic igitur accidit mōstratio circularis, quēadmodū diximus in prima spē primæ figurę. hęc autem ea est, quæ concludit vniuersalem affirmatiuā.

Sed fieri etiā potest, vt i specie negatiua accidat modus iste ostensionis. Puta si A insit nulli B: & B insit omni C: & concludatur in prima figura, ꝙ A ineſt nulli C. Si igitur voluerimus in hoc monstrare propositionem maiorem per conclusionem, & minorem conuersam, accipiemus ꝙ A ineſt nulli C: & C omni B: & concludetur nobis, ꝙ A ineſt nulli B, quæ est maior propositio. Quòd si voluerimus concludere minorem per conclusionem, & maiorem propositionem conuersam, non monstrabitur nobis hoc per eas dem propositiones. & hoc, qm̄ non erit syllogismus ex binis negatiuis. & si esset, nō cōcluderetur nisi negatiua. sed illa, cuius conclusionem quærimus, est minor, quæ est affirmatiua. Et propterea cùm voluerimus mōstrare minorē propositionem per eandem conclusionē, & maiorem propositionē conuersam, nos quidē ponemus conclusionē in propria figura sine aliqua mutatione. Puta, si dicamus, A ineſt nulli C: deinde accipiemus maiorem, quæ erat, A ineſt nulli B sm modum, qui ex ipsa sequit, vt A non insit omni illi, cui omni ineſt B: & ponemus cōuersum huius, puta ꝙ B insit omni illi, cui A non ineſt. cùm igitur habuerimus ꝙ B ineſt omni illi, cui non ineſt A, & coaptauerimus huic propositioni, ꝙ A negatur à C: planū ꝙ ex ipso concludetur B ineſſe omni C, quæ erat minor propositio, quam intendebamus concludere.

Nō fit syllīs circularis nisi ꝑ ꝓpones conuertibiles, quæ sunt sex.

Nota q̄ocd cludit affirmatiua ꝓpō i mō negatiuo ꝑ conclusionē & maiorem.

Nota radicē hanc dicti de oi nō cē aliā a prima radice posita in prio lib. contra Abumazarē, q̄ putat ꝙ hoc ex minori negatiua: immo ex duab⁹ negatiuis posse fieri syllm i prima figura.

Non est autem hoc, radix secunda dicti de omni, alia à radice, quam fecimus hoc in libro à principio, quemadmodum inuenimus Abumazarem existimasse. & hoc, qm̄ ipse dixit, ꝙ radix ista est contradictorta primę radici. cùm. n. fecerimus radicē istam, inuenietmus id, quod sm radicem illam non concludebat, sm istam concludere. & hoc, qm̄ radix hæc est, vt ponamus exē pli gratia, ꝙ A ineſt omni illi, à quo negatur B, vel ꝙ A negatur ab omni eo, à quo negatur B, i contrariū eius, quod posuimus in prima figura, quod erat, ut A ineſſet aut negaretur ab omni eo, quod est B: & sm hoc cōclu det, cuius minor est negatiua in prima figura, & cōclu det etiam illud, quod est ex duabus negatiuis. Sed radix ista, quæ efficit hoc in libro, non est per positionem. hoc enim est quod intelligitur ex, ꝓpositione uniuersali per se, & cuius significatio est naturalis. sed radix hæc secunda est vnum, quod sequitur ex propositione uniuersali negatiua. Et propterea non est vtilitas in ipsa ad conclusionem ex duabus negatiuis, hoc est, cū positæ fuerint ambæ propositiones negatiuæ. atqui erit in ipso vtilitas, si sequatur ex hoc, quod dicimus, A ineſt nulli B, ꝙ A insit omni illi, quod nō est B omnino. sed hoc non sequitur, quemadmodum non sequitur similiter etiam conuersum istud, quod hoc in loco ponunt, hoc est, ꝙ non sequitur in omni materia, ut A negetur ab omni eo, quod est B, vt B insit omni illi, quod non est A. album enim negatur ab omni eo, quod est nigrum, & tamen nigrum non ineſt omni illi, quod non est album. sed sequitur hoc conuersum in his, quæ sunt opposita, à quorum altero nullum ens effugit. sed fecit hoc in loco conuersum istud Aristoteles. sit particulare, quemadmodum fecit conuersionem vniuersalis affirmatiuæ vniuersaliter. & propter hoc non exiuit i hoc dispositio à sua radice, quoniam conuersio consequentis in potentia est conuersio propositionis. & ideo non exiuit ab eo, quod accipitur in monstratione circulari, eo ꝙ fuit per conclusionem, & conuersum vnius propositionum, qm̄ potentia consequentis conuersi est potentia conuersionis propositionis. Hæc igitur est monstratio circularis in speciebus syllogismorum vniuersalium primæ figuræ. Sed in syllogismis particularibus, qui sunt in hac figura fieri nequit, vt scias per demonstrationem propositionem vniuersalem sm viam circuli per conclusionem, & propositionem particularem, qm̄ enūciatio vniuersalis monstratur vtiq; per propositiones vniuersales, non autem particulares, & ad hæc, qm̄ non est syllogismus ex ambabus particularibus. monstratio nanq; circularis est per conclusionē, & vnam duarum propositionum conuersam. Sed super minore propositione fieri potest, vt adducatur demonstratio per viam circuli. Puta si A insit omni B: & B insit alicui C: & conclusio ꝙ A insit alicui C. cū igitur voluerimus inuenire demonstrationem, ꝙ B insit alicui C per viam conuersionis, accipiemus ꝙ A ineſt alicui C, quæ est conclusio: & maiorem propositionem vniuersalem conuersam, quæ est, cū dicimus, B ineſt oī A: & concludetur nobis in prima figura, ꝙ B ineſt alicui C; erit autem in eo terminus medius, A. Cōsimiliter si fuerit syllogismus particularis negatiuus, fieri nequit, vt scias per demonstrationem propositionem vniuersalem ob causam, quam diximus: sed fieri utiq; potest, vt monstretur per ostensionem circularem, cū fecerimus in propositione negatiua vniuersali id, quod fecimus in syllogismo vniuersali negatiuo, hoc est, vt ostēdamus, ꝙ sequitur ex eo quod dicimus, A ineſt nulli B, vt B insit omni illi, à quo negatur A. cū igitur coaptauerimus huic propositioni conclusionem, quę est, A negatur ab aliquo B: concludetur nobis ꝙ B ineſt huic alicui. Iste igitur est modus monstrationis circularis, qui efficitur in prima figura.

Si A negat ab oi eo, ꝺd B, i oi materia, non tñ sequi c cōuerso, vt B insit oi illi, a quo negat A i oi materia: & hoc conuersum accipit Aristoteles.

In modis particularibus primę figurę quo possit & nō possit ne ri circulus.

Secunda figura. Cap. VI.

IN secunda autem figura, affirmatiuum quidem non est monstrare per hunc modum, priuatiuum vero est. Prędicatiuum igitur non monstratur, eo ꝙ ambæ propositiones non sunt affirmatiuæ, cōclusio autem est priuatiua: sed prædicatiuum ex ambabus monstrabatur affirmatiuis. Priuatiuum vero sic monstratur. Insit A omni B: nulli autem C: conclusio B nulli C. si igitur acceptum fuerit B omni A ineſſe, necesse est A nulli C ineſſe. fit enim secunda figura: medium B.

Syllī duo, primꝰ cōcludēs cōclusionē primo tertiæ, secundus minorem primi ex maiore conuersa, & cōclusione.



Homo. N. Lapis Risibile. N. Lapis.

Sin autem A B priuatiuum acceptū fuerit, alterum uero prædicatiuum, prima erit figura: C quidem omni A: B autem nulli C: quare B nulli A: neq; igitur B ipsi ipsum A. Per conclusionem igitur, et unam propositionem nō fit syllogismus: accepta autem altera, erit.

Syllo duo, prim° cōcludēs cōclusionem primo intētā, secundo maiorem primi cōuersam, ex conclusione, & minore conuersa. cōuertens iterum cōclusio, & ita maior primi concluditur.



Si uero non uniuersalis syllogismus, in toto quidem propositio non demonstratur ob eandem causam, quam diximus & prius: quę autem est in parte monstratur, quādo sit uniuersale prædicatiuum. Insit enim A omni B: C uero non omni: conclusio B C. si itaq; acceptū fuerit B omni A: C autem non omni: A alicui C non ineſt: medium B.

Syllo duo, prim° cōcludens conclusionē primo intētā, secundus minorē, ex maiore conuersa, & cōclusione.



Quòd si est uniuersalis priuatiua, non demonstrabitur A C propositio, conuerso A B: accidit enim aut utrasq;, aut alteram propositionem fieri negatiuam: quare non erit syllogismus. sed consimiliter monstrabitur, quemadmodum et in uniuersalibus, si acceptum fuerit, cui B alicui non ineſt, A alicui ineſſe.

Syllo duo, prim° cō ludēs conclusionē primo intētā, secūd° minorem ex assumptōe.



Secunda figura. Cap. VI.

IN secunda vero figura fieri nō potest, vt scias propositionem affirmatiuam per demonstrationem secundum viam circuli, propterea quòd non concludit nisi negatiuam. sed fieri potest, vt negatiua cognoscatur per huiusce modi demonstrationem, si A ināt omni B: & A ināt nulli C: et concludatur in secunda figura, quòd B ināt nulli C, secundum quòd terminus medius est A. Si igitur coaptauerimus huic, quòd B ineſt omni A, quæ est maior conuersa, cōcludetur quòd A ineſt nulli C, quæ est minor in syllogismo primo. terminus autem medius in hoc syllogismo est B, sed in syllogismo primo erat A. Quòd si acceperimus propositionē uniuersalem maiorem in secunda figura negatiuam, fieri poterit, vt monstretur per circulum, sed in figura prima, puta si dicamus A ineſt nulli B: & A ineſt omni C: planum quòd concludetur nobis in secunda figura, q̄ B ineſt nulli C. cùm igitur acceperimus conclusionem istam, et coaptauerimus illi minorem conuersam, quę est C in omni A, concludetur in prima figura, quòd B ineſt nulli. Nam enim C est terminus medius: si igitur conuertamus conclusionem istam, prouenet nobis q̄ A ineſt nulli B, quę fuerat maior propositio negatiua in primo syllogismo, & ob hoc proprium est monstrationis circularis in hac specie secundæ figuræ, vt non seruetur eadem figura, sed redit ad primam figuram.

Propriū est demōstrationis circularis in secūda figura, vt nō seruet idē mod° figuræ. Quō possit cōclusio affirmatiua circulē in secunda figura p radicē prius positam. a In circularib° secundæ quō possit, et no possit fieri syllus circularis.

Cæterum fieri aliquando etiā potest, vt monstremus propositionem affirmatiuam in hac figura, cùm fuerit minor per viam circuli, cùm fecerimus radicem præcedentem, hoc est conuersionem affirmatiuæ ex negatiua. sin autem fuerit maior, fieri non poterit, nisi p conuersionē minoris. sed hoc est extra viam mōstrationis circularis.[2] Verum in syllogismis concludētibus particularem hac in figura fieri non potest, vt cognoscatur propositio vniuersalis per demonstrationem secūdum modum circuli, propterea q̄ ipsi semper concludunt particularem. sed propositio particularis potest utiq; cognosci per demonstrationem, cùm vniuersalis extiterit affirmatiua, & particularis negatiua, Puta in exemplo, si ponamus q̄ A ineſt omni B: & A non ineſt alicui C: & concludatur q̄ A non ineſt alicui C. cùm igitur huic coaptauerimus maiorem propositionem conuersam, puta si dicamus B ineſt omni A, prouenet nobis, B non ineſt alicui C: & B ineſt omni A: & concludetur nobis q̄ A non ineſt alicui C in hac eadem figura: B enim est medius terminus, qui prædicatur in hac complicatione de vtrisq; extremitatibus simul. Quòd si propositio vniuersalis extiterit negatiua, quæ est A B, fieri non potest vt minor affirmatiua cognoscatur per demonstrationem, quę est propositio A C, cùm conuertimus propositionem A B. non enim concluditur affirmatiua conclusio ex ambabus propositionibus negatiuis, aut vbi vna ipsarū extiterit negatiua. sed tamen poterimus facere radicem præcedentem, ut concludamus affirmatiuam particularem. & hoc, quoniā cùm habuerimus, quòd B non ineſt alicui C, quæ est conclusio, & habuerimus etiā q̄ A ineſt nulli B: amplius conuerterimus hoc, & habuerimus, q̄ B ineſt nulli A, & ad hæc acceperimus q̄ sequitur ex hoc, puta q̄ cui omni ineſt A, illi non ineſt B, et cōuerterimus hoc, puta quòd cui omni non ineſt B, illi ineſt A: habebimus q̄ A ineſt omni illi, cui nō ineſt B. cū igitur coaptauerimus huic, quòd B non ineſt alicui C, concludetur nobis quòd A ineſt alicui C. & secundum hoc erit monstratio circularis in secunda figura.

Tertia figura. Cap. VII.

IN tertia aūt figura, qñ ambę quidem propositiones vlr acceptæ fuerint, non contingit monstrare per se inuicem. vl'e nāq; monstratur

monstratur per vniuersalia: cōclusio autem, quæ in hac, semper est ſm partem: quare manifestum, q̄ oīno non contingit monstrare p hanc figuram vniuersalem propositionem. Quòd si hæc vlr sit, illa vero in parte, aliquando quidem erit, qñq; autem non erit. Cū igitur vtræque prædicatiuæ acceptæ fuerint, & vniuersale fiat ad minus extremum, erit: cùm vero ad alterum, non erit. Insit. n. A omni C: ipsum autem B alicui: cōclusio, A B. si acceptū fuerit C omni A ineſſe: A autem alicui B: C quidē ostensum est alicui B ineſſe: B vero alicui C non est monstratū. atqui necesse est, si C alicui B, & B alicui C ineſſe. sed non est idē, hoc huic, & hoc huic ineſſe:

Syllo duo, prim° cōcludēs cōclonē primo itētā. secund° non cōcludit qa cōcludit nō minorē, sed e us. conuersam.



sed assumendum, si hoc alicui huic, & alterum alicui huic. hoc autem accepto, non amplius fit ex cōclusione, et altera; ponē syllus.

Syllo ex assumptiōe cōcludens minorem.



Si vero B omni C: A aūt alicui C: erit demonstrare A C, qñ acceptum fuerit, C quidem omni B ieſſe: A aūt alicui. si enim C omni B ieſt: A aūt alicui B: necesse est A alicui C ieſſe: mediū B.

Syllō duo, prim° cōcludēs cōclonē primo itētā, secund° maiorem primi ex cōclone, & minore conuersa.



Et qñ sit hęc quidem predicatiua, illa vero priuatiua: quæ autem predicatiua vniuersalis, mōstrabitur altera. Insit. n. B omni C: ipsum vero A alicui non insit: cōclusio, q̄ A alicui B non ineſt. si igitur assumptum fuerit C omni I. in-

esse: erat autem & A non omni B; necesse est A alicui C non ineſſe: medium B.

Syllo duo, prim° cōcludēs cōclonē primo itētā, secund° minorem primi ex conclone & minore conuersa.



Qñ aūt priuatiua fiat vniuersalis, nō monstrat altera: nisi quēadmodum in prioribus, si acceptū fuerit, cui hoc alicui nō ineſt, alterum alicui ieſſe. Vt si A quidem nulli C: ipsum vero B alicui: conclusio q̄ A alicui B non ineſt. si igit acceptū fuerit, cui A alicui nō ineſt, C alicui ineē, necesse est C alicui eorū quæ B ineſſe. aliter aūt non est conuertentē vl'em, ppōnem monstrare alterā: nullo enim mōerit syllogismus.

Syllo duo', prim° cōcludēs cōclonē primo itētā, secundus minores primi ex assumptione.



Planū itaq;, q̄ in prima quidē figura monstratio per se inuicem, & per tertiā, & per primam efficit figuram. cùm. n. prædicatiua est conclusio, per primā: cùm aūt priuatiua, p vltimā, accipitur. n. cui hoc nulli, alterę oī ineſſe. In media aūt, cùm syllo quidē vniuersalis sit, & per ipsam, & per primam figuram: cùm vero in parte, & per ipsam, & per vltimam. In tertia autem per ipsam oēs. Manifestum autem, & q̄ in tertia, & media, qui non per ipsas fiunt syllogismi, aut non sunt secūdum circularem monstrationem, aut imperfecti.

Tertia figura. Cap. VII.

In tertia figura nō p̄ vl's ppō p circulū ostēdit.

SEd in monstratione circulari tertiæ figuræ, cùm fuerint ambę propositiones vniuersales, fieri non potest, vt cognoscas per demonstrationem per conclusionem vnam duarum propositionum in hac figura, quoniam cōclusio quidem erit particularis, propositio autem, super qua intendimus demōstrationem adducere, est vniuersalis. Quòd si propositio vna extiterit vniuersalis & altera particularis, fieri potest, vt aliquando cognoscatur particularis per demonstrationem, & aliquando fieri non potest, vt per demonstrationem cognoscatur. & hoc, cū fuerint ambæ propositiones affirmatiuæ, & minor extiterit vniuersalis. fieri enim potest, vt cognoscatur per demōstrationem secundum viam circuli. sin autem extiterit maior vniuersalis, fieri nequit, vt cognoscatur per demonstratio nem secundum viam circuli. Puta in exemplo, si A ināt

In syllo, in q̄ est altera p̄t cularis fieri, particula r, q̄nq; cū dicit q̄nq; nō, intelligit cōuertio, sed hæc monstratio non est vere circularis.

omni C, quæ est maiori & B alicui C, quæ est minor: & concludatur A alicui B. cùm enim ipsi coaptauerimus maiorem propositionem conuersam, quæ est C inesse omni A, concludetur nobis ex hoc, quòd C inest alicui B. sed hoc non erat quæsitum nostrum. nam quæsitum nostrum erat conuersum huius, puta quòd B inest alicui C. licet enim hoc sequatur ex necessitate, propterea quòd monstratum fuit, quòd particularis affirmatiua conuertitur, non tamen est aliquid, quod monstretur per viam circuli per se & primo: sed si est, est mediante conuersione. monstratio enim circularis, quemadmodum diximus est, ut mõstretur una propositio per cõclusionem, et secundam conuersam. Quòd si uniuersalis fuerit minor, quemadmodum si B inest omni C: & A alicui C: fieri potest, ut monstretur per viam circuli, q A inest alicui C, quæ est propositio particularis maior. & hoc, quoniam conclusio istius syllogismi est, A alicui B. cùm igitur huic coaptauerimus minorẽ conuersam, puta si dicamus C in omni B, planum quòd sequitur, ut A inest alicui C. nam B est medius terminus: subiicitur enim utrisq; extremitatibus simul. Sin autem extiterit una duarum propositionum affirmatiua, & altera negatiua, & affirmatiua fuerit uniuersalis, & negatiua particularis, prodibit nobis demonstratio super particulari. Puta in exemplo, si B inest omni C: & A non inest alicui B: concludetur quòd A non ineſt alicui B. si igitur coaptauerimus huic conclusioni, quòd C ineſt omni B, sequetur ex necessitate, ut A non inſit alicui C, secũdum quòd mõstrauimus in tertia figura: B enim est medius terminus. Sin autem negatiua extiterit uniuersalis, nõ cognoscetur affirmatiua particularis per demonstrationem secundum uiam circuli, nisi fecerimus radicem istam aliam. Puta in exemplo, si A inſit nulli C: & B alicui C: concludetur quòd A non ineſt alicui B. si igitur accipiamus loco eius, quod dicimus, A ineſt nulli C, q C ineſt omni illi, cui non ineſt A: & cõiunxerimus huic quòd A non ineſt alicui B: planum quòd sequitur, B inesse alicui C, quæ est propositio particularis affirmatiua. Iam igitur monstratum fuit, quòd ostensio, quæ est per circulum, si quidem fuerit in prima figura, erit in eadem prima figura, & erit etiam in aliquo simili figuræ tertiæ. ut cùm fecerimus radicem istam præcedentem, hoc est cùm acceperimus loco eius, quod dicimus A ineſt nulli B, quòd B ineſt omni illi, cui non inest A. modus enim iste similis est figuræ tertiæ: nam A & B prædicantur simul de re una, unum quidem ipsorum affirmatiue, & alterum negatiue. sed hæc positio est positio termini medij ad A & B. iste autem exitus est exitus termini medij in tertia figura ita, vt subiiciatur vtrisque extremitatibus. secundum enim modum istum dixit Aristo. in hoc, quòd est tertia figura, non autem quòd sit tertia figura secundum veritatem. Monstratio vero circularis in secunda figura erit consimiliter in eadem secunda figura, & erit etiam in prima, & in monstratione quoque, quæ assimilatur tertiæ. Consimiliter monstratio circularis in tertia figura erit in prima, secunda, & tertia, & ſm radicem, quę assimilatur tertiæ. Planum igitur quòd propositiones, de quibus diximus quòd non monstrantur secundum viam circuli, & hoc in secũda, ac tertia figura, quòd inquam ita se habent, & hoc, quoniam fieri non potest in aliquibus ipsarum omnino, vt monstrentur per viã circuli. & ti aliquę etiam monstrãtur per viam circuli, species illa monstrationis circularis est imperfecta.

Silr̃s circularis fit in prima figura p eandem priorẽ: in negatiuis uero in modis admiscet radix supra posita, quæ est quidã modꝰ tertiæ.

In secũda vero p eandem secundam & primã, & modus ſillem tertiæ. In tertia ẏo per omnes, & p modum ſimilem tertiæ.

De Conuerſione, quæ in ſyllogiſmis. Cap. VIII.

COnuertere autem est, transponentem conclusionem, facere syllogismum, q aut summum medio non inerit, aut hoc vltimo. necesse enim conclusione conuersa, & altera propositione manente, interimi reliquam. si. n. erit, & cõclusio erit. Differt autem oppositè, aut contrarie cõuertere conclusionem: non enim idem efficitur syllogismus, cùm vtroq; modo conuertitur. sed hoc per sequentia manifestum erit. Dico autem opponi omni, non omni: & alicui, nulli: contrarie vero oi, nulli: & alicui, non alicui ineſſe.

Prima figura.

SIt nanq; monstratũ A de omni C, per medium B. si itaq; A acceptum fuerit nulli C ineſſe: ipsi vero B omni: nulli C inerit B. & si A quidem nulli C: B autem omni C: A non omni B, & non omnino nulli. non enim monstrabatur vniuersale per vltimam figuram.



Conuertitur concſo contrarie i prio modo, ad tolẽdã vtranq; ꝓpoſitionẽ.

Omnino vero non est vir destruere p conuersionem propositionem, quæ est ad maius extremum. semper enim tollitur per tertiam figuram. necesse nanq; ad vltimum extremũ ambas accipere propositiones.

Et si priuatiuus syll's sit, consist. Sit. n. ostensum A nulli eorum quæ C inexistens per B. igitur si acceptum fuerit A ineſſe omni C: ipsi vero B nulli: B inerit nulli eorũ, quę C. et si A, et B omni C: A alicui B: sed nulli inerat.



Conuertitur conclo contrarie i secũ do modo, ad tollẽdã vtrãq; ꝓpõnem.

Quòd

Quòd si oppositè conuersa fuerit conclusio, & syllogismi oppositi, & non vniuersales erunt. nãq; fit altera propositio in parte: quare & conclusio erit secundum partem. Sit. n. predicatiuus syllogismus, & conuertatur sic. igitur si A non omni C: omni autem B: ipsum B non omni C. & si A quidem non omni C: ipsum vero B omni: A non omni B.



Conuertitur cõcło oppoſite in primo mõ, ad tolleñdã vtranque ꝓpoſitionẽ.

Consimiliter autem & si priuatiuus syllogismus. Si enim A alicui C ieſt: ipsi vero B nulli: B alicui C non inerit, non simpliciter nulli. & si A alicui C: B vero omni, quẽadmodum in principio acceptum est: A alicui B inerit.



Conuertitur cõcło oppoſite in ſecundo modo, ad tollẽdã vtrãque ꝓpõnẽ.

Cęterum in syllogiſmis, qui in parte, qñ oppoſite quidem conuertatur conclusio, tollun tur ambę propositiones: qñ autem cõtrarie, neutra. non. n. amplius accidit tollere, quemadmodum in vniuersalibus, deficiente cõclusione secundum conuersionem, sed neq; omnino tollere. Si enim ostensum A de aliquo C. igitur si acceptum fuerit A nulli C ineſſe: ipsum vero B alicui: A alicui B non inerit. & si A nulli C: omni autem B: ipsum B nulli C. quare tolluntur vtræque.



Conuertitur cõcło oppoſite in tertio mõ, ad tolleñdã vtranque ꝓpoſitionẽ.

Quòd si contrarie conuersa fuerit, neutra. Si enim A alicui C non ineſt: ipsi vero B omni: B alicui C non inerit. sed nondũ tollitur, quod à principio: cõtingit nanq; alicui ineſſe, & alicui non ineſſe. sed ipsius A B vniuersalis, omnino nõ fit syllogismus. si enim A non inest alicui eorum quę C: B vero alicui ineſt: neutra propositionum vniuersalis.



Bx conuerſione concluſiõis i tertio mõ cõtrarie, nulla tollit ꝓpõnũ. quia minor nõ destruit p secũdã figurã, cã cõcludat particularis. tãto minus maior p tertiã, quia syll's est ex duabꝰ particularibus.

Consimiliter autem & si priuatiuus syllogismus. Si enim accipietur A omni C ieſſe, tollentur vtræque: si vero alicui, neutra. demonstratio autem eadem. Album.



Conuertitur cõcło oppoſite i quarto mõ, ad tolleñdã vtranque ꝓpoſitionẽ. Qz si cõuertat cõtrarie, nihil tollitur eadem de cã, quã & in superiori.

Tractatus de ſyllogiſmo Cõuerſiuo. Cap. VIII.

Nota, alio mõ ſumi cõuerti. nes in ſyllo conuerſiuo, q̃ prius mo lib. ſumpta fuerit.

COnuerſio autem hac in arte dicitur multis modis, sed quod vult hoc in loco est, vt per oppositum conclusionis, & vnam duarum propositionum altera propositio syllogismi destruatur, & quasi est contraria mõstrationis circularis, & hoc, quoniam sequitur ex necessitate, cùm acceperimus oppositũ conclusionis, & coaptauerimus vni duarum propositio-

num, vt propositio secunda destruatur ex necessitate. si enim non, non destruetur cõclusio. nã conclusio non destruetur, nisi destruantur propositiones, ſm ꝙ declarauimus. sed tam destruebatur conclusio per positionem suæ contradictoriæ: quod fieri nequit, et nõ cohæret. destructio autem vnius duarum propositionum per oppositum conclusionis variatur, cùm oppositum acceptum fuerit cõtrarium, aut contradictorij, quemadmodum ostendetur post hoc. Contradictoria vero, quemadmodum dicemus, sunt, omne, non omne: aliquod, nullum. Contraria autem sunt, cùm dicimus, omne, nullum: aliquod, et non aliquod.

PRIMA FIGVRA. Nota quomõ fiat syllogismus cõuersiuus, sumẽdo cõtrariã cõclusionis cũ altera propositione.

Habeamus igitur in prima figura A de omni B: & B de omni C: & cõcludatur A de omni C. si igitur acceperimus contrariam conclusionis istius, puta ꝙ A de nullo C: & cõiunxerimus illi maiorem propositionem syllogismi, puta ꝙ A de omni B: manifestum ꝙ concludetur in secunda figura, B inesse nulli C, quod est contrarium minoris propositionis acceptæ in syllogismo. & eodẽ modo, si coniunxerimus contrario istius eiusdem conclusionis propositionem minorem, concludetur contradictorium maioris propositionis. veluti si habemus, ꝙ A insit nulli C, quod est cõtrarium conclusionis: cùm huic coniunxerimus minorem propositionem, puta si dicamus, B ineſt omni C: planũ ꝙ concluditur in tertia figura, ꝙ A non ineſt alicui B, quod est contradictorium, non autem cõtrarium maioris propositionis. fieri enim non potest, vt tertia figura cõcludat vniuersalem, propositio autem contraria est vniuersalis. propositio igitur maior in prima specie primæ figuræ destruitur destructione particulari, non autem vniuersali ſm hanc viam, hoc est p acceptionẽ cõtrarij conclusionis: minor vero destruit destructione vniuersali. Consimiliter hoc idem accidit in secũda specie primæ figuræ, puta quæ concludit negatiuam vniuersalem. cùm enim acceptum fuerit contrarium conclusionis, fieri põt, vt minor destruatur destructione vniuersali: sed maior destrui potest destructione particulari, qm̃ ad destructionem istam cõponitur syllogismus in tertia figura. Sin autem accipiatur contradictorij conclusionis in his duabus speciebus figuræ istius, fieri nõ potest, vt destruatur vna duarum propositionum syllogismi, nisi destructione particulari. propterea ꝙ vna duarum propositionum syllogismi contradictoriarum erit particularis, & quoniam contradictorium est particulare, & propterea sequitur, vt sit conclusio particularis, & sic contradictoria particularis. Numeretur ergo prima hæc species syllogismi, vt A insit omni B: & B omni C: & concludatur A omni C. si igitur accipiatur contradictorium istius conclusionis, vt ꝙ A non insit alicui C: et huic coniunxerimus maiorem propositionem, puta ꝙ A insit omni B: planum ꝙ concludetur ex hoc in secunda figura, ꝙ B non ineſt alicui C, per viam positionis. hoc autem est cõtradictorium, non autem contrarium propositionis minoris. consimiliter, si coniunxerimus ei, quod dicimus, A non ineſt alicui C, propositionẽ minorem, quæ est, ꝙ B ineſt omni C, concludetur ex hoc, ꝙ A non ineſt alicui B, quod est contradictorium maioris. cùm igitur accipitur contradictorium, non erit propositio vniuersalis, sed particularis. Consimiliter accidet idem hoc in specie vniuersali negatiua istius figuræ. cùm enim acceperimus contradictorium suæ conclusionis, puta ꝙ A ineſt alicui C: & coniunxerimus illi propositionem vniuersalem negatiuam, puta ꝙ A insit nulli B: concludetur nobis, ꝙ B non ineſt alicui C. Eodem pacto accidet, si ipsi coniunxerimus affirmatiuam, quemadmodum si fuerit A in aliquo C: & B in omni C: sequitur enim ex hoc, vt A insit alicui B, quod est contradictorium vniuersalis negatiuæ. Cæterum in duabus speciebus particularibus figuræ istius, cùm acceptum fuerit cõtradictorium conclusionis, fieri potest vt ambæ propositiones destruantur simul. sed si accipiatur cõtrarium, fieri nequit, vt vna ipsarum destruatur per hanc vtam. Sit enim cõclusio, ꝙ A insit alicui C, per medium B: si accipiatur cõtradictorium suum, puta ꝙ A ineſt nulli C: & ipsi coniungatur minor propositio, puta ꝙ B insit alicui C: concludetur ex hoc i tertia figura, ꝙ A ineſt alicui B, quod est contradictorium maioris. si igitur cõiunxerimus huic, quod dicimus, A ineſt nulli C, propositionem maiorem, vt ꝙ A ineſt omni B: concludetur nobis, ꝙ B ineſt nulli C, quod est contradictorium minoris. ambæ igitur propositiones destruuntur, cùm conuerterimus ad contradictorium. Sin autem conuertamus ad contrarium, non destruetur vna duarum propositionum. si enim fuerit contraria conclusionis particularis affirmatiuæ, puta ꝙ A non ineſt alicui C: & adiunxerimus huic maiorem, vt ꝙ A insit omni B; concludetur nobis ex hoc, ꝙ B non ineſt alicui C, sed quæ dicimus B inesse alicui C, & B non inesse alicui C, possunt aliquando simul verificari, & propterea non destruit penitus operatio hæc propositionem minorem. Sin autẽ huic contrario quod dicimus, A non ineſt alicui C, cõiungamus propositionem minorem, puta B ineſse alicui C, nõ erit ex hoc syllogismus, quoniam est ex binis particularibus. sed hic non concludit in tertia figura. Cõsimiliter accidet in specie particulari, quæ concludit negatiuam in hac figura, hoc est, quoniam si conuerterimus conclusionem ad contradictorij, fieri poterit, vt destruantur ambæ propositiones simul. sin autem conuerterimus ad contrarium nulla ipsarum destruetur. mõstratio autem huius est monstratio, quæ præcessit in particulari affirmatiua.

In modis particularibus ex cõtradictorio cõclusionis põt fieri syllogism⁹ conuersiuus sup ambas ꝓpositiones.

Secunda Figura. Cap. IX.

SEd in secũda figura, propositionem quidem, quæ ad maius extremum, non est interimere contrarie, facta conuersione vtrolibet modo. nam semper erit conclusio in tertia figura; vniuersalis autem non erat in hac syllogismus. alterum vero similiter tollemus conuersione. dico autem similiter, si contrarie quidem conuertitur, contrarie: si vero oppositum, oppositum. Insit enim A omni B: ipsi autem C nulli: cõclusio B C. si itaq; acceptum fuerit B omni C ineſſe: & A B maneat: A omni C inerit: nam fit prima figura. ꝙ si B omni C: A vero nulli C: A nõ omni B, figura vltima. Sin autem oppositum cõuersum fuerit B C, A B quidem itidem monstrabitur, A C vero oppositum. Si enim B alicui C: A autẽ nulli C: A alicui B non inerit. rursus si B alicui C: A vero omni B: A alicui C. quare oppositus fit syllogismus.



Conuertitur cõclo in hoc mõ cõtrarie, & oppositum, ad tollẽdam vtrãque propositionem.

Consimiliter

Qnomõ fiat syllogismus cõuersiuus, sumẽdo contradictoriũ cõclusionis cũ altera propositione.

Consimiliter monstrabitur, etsi è conuerso se habeant propositiones.



Cõuertit cõclusio i hoc mõ, & cõtrarie, & oppositæ, ad tollẽdam vtrãque ꝓpõnem: & sic, vt in superiori.

Quòd si syllogismus est in parte, si contrarie conuertatur cõclusio, neutra propositionum tollitur, quemadmodum neq; in prima figura: si vero oppositæ, vtreq;. Ponat enim A B quidem nulli ineſſe: ipsi autẽ C alicui: conclusio B C. si itaq; positum fuerit B alicui C inesse: & A B maneat: conclusio erit, ꝙ A alicui C non ineſt. sed non est sublatum, quod à principio: contingit enim alicui ineſſe, & non inesse. rursus si B alicui C: & A alicui C: nõ est syllogismus. neutrum enim acceptorũ vniuersale: quare non tollitur A B.



Cõuersa cõclusione cõtrarie nulla tollit, ꝓpõnum: qa maior non destruit ꝑticularẽ, nec maior per binas particulares.

Quòd si oppositæ conuertatur, tolluntur ambæ. Si enim B omni C: A vero nulli B: nulli C ipsum A, sed erat alicui. rursus si B omni C: A autem alicui C: A alicui B.



Conuertit in hoc mõ cõclusionem oppositæ, ad tollẽdã vtrãque propositionem.

Eadem vero demonstratio, & si vniuersale prædicatiuum.



In isto modo conuersa cõclusione oppositæ vtraque tollitur ꝓpõ, cõtrarie vero non, vt in superiori.

Tractatus de Conuersione in Secunda figura. Cap. IX.

IN secunda autem figura fieri nõ potest, vt destruatur maior propositio destructione vniuersali, neq; per acceptionem contrarij conclusionis, neq; per acceptionem cõtradictorij. & per acceptionem quidem contradictorij manifestum est, per acceptionem vero contrarij, quoniam syllogismus componetur in tertia figura, & cõclusio erit particularis. Sed propositio minor destrui potest per duos modos, hoc est, si conuertamus conclusionem ad contrarium, & si cõuertamus ad contradictorium. Monstratio huius, si A insit omni B, & insit nulli C, si enim accipiamus contrarium, puta ꝙ B insit omni C: & coniunxerimus huic propositionem maiorem, puta ꝙ A ineſt omni B: planum ꝙ sequitur ex hoc in prima figura, vt A insit omni C, quod est contrarium minoris propositionis. Si vero fecerimus hanc eandem conuersionem ad maiorem propositionem destruendam, puta cùm acceperimus B inesse omni C, quod est contrarium conclusionis: & coniunxerimus ipsi, ꝙ A ineſt nulli C, quę est minor: prodibit complicatio sermonis in tertia figura, & concludetur ꝙ A non ineſt alicui B, quod est contradictorij, non autem contrarium maioris propositionis. erit autem destructio particularis, non vniuersalis. Si vero conuerterimus conclusionem B C ad contradictorium, propositiones destruentur per contradictorij, hoc est destructione particulari, & hoc, quoniã si acceperimus contradictorium cõclusionis speciei syllogismi præcedentis, puta, si dicamus B ineſt alicui C: & ipsi coniunxerimus propositionem minorem, vt ꝙ A ineſt nulli C: planum, ꝙ hoc concludet in tertia figura, A non inesse alicui B, quod est cõtradictorium maioris propositionis. consimiliter si acceperimus hoc idem contradictorij, puta, si dicamus B ineſt alicui C: & ipsi coniunxerimus propositionem maiorem, quæ est A ineſse omni B: manifestum ꝙ concludetur in prima figura, A ineſse alicui C, quod est contradictorium minoris. Iam itaq; monstratum fuit in hoc sermone, ꝙ syllogismi, qui fiunt ad destruendas propositiones istius speciei secundæ figuræ, ꝙ tnquam isti omnes sunt particulares, & destructio ipsarum est particularis, præter minorem propositionem: hæc enim & in toto, & in parte destrui potest. [a] Eodẽ pacto ostẽdetur in alia specie vniuersali secundæ figuræ, hoc est in qua maior est vniuersalis negatiua, & minor affirmatiua vniuersalis. [b] Sed in duabus speciebus particularibus figuræ istius, si ipsorum conclusionem conuertamus ad contrarium, fieri non potest ſm hoc, vt vtrauis duarum propositionũ destruatur. Causa autem in hoc est eadem, quæ ante hoc accidit in prima figura. Sin autem conuertatur conclusio ad contradictorium,

In secunda figura non potest destrui maior vt destructione, nec p cõtrariũ, nec p cõtradictoriũ cõclusionis: minor ꝓ vtrũque destrui potest.

Ex cõtradictorio cõclusionis destruentur ambæ ꝓpõnes destructione particulari.

a Idẽ i modo cõclusionis i secundo mõ figuræ secundæ. b In syllogismo particulari cõclusione conclusione ad cõtrariũ cõclusionis destruitur ambæ ꝓpõnes: sed ex cõuersione ad contradictoriũ pitt.

ad cõtradictoriũ,prodibit ℘m hoc destructio vtriusq; duarum propositionum. Monstratio huius, si ponamus ꝙ A insit nulli B:& A insit alicui C:erit enim cõclusio, ꝙ B non ineſt alicui C. si itaq; ponamus contrarium huius, puta ꝙ B ineſt alicui C:& huic adũxerimus maiorem propositionem, vt ꝙ A ineſt nulli B: erit conclusio in prima figura, ꝙ A non ineſt alicui C. sed hoc non destruit propositionem secundam, quę erat A ineſſe alicui C: fieri enim potest, vt A insit alicui C, & non insit etiam alicui alĩ. sin autem huic applicuerimus propositionem particularem, nõ erit syllogismus, propterea ꝙ erunt ambæ propositiones particulares. Monstratum ergo est ex hoc, quoniam si conuertamus conclusionem ad contrariũ, fieri non potest destructio vtriusuis duarum propositionum. Sin autem cõuerterimus ad contradictorium, iam destruetur vtraque duarum propositionum. puta si accipiamus contradictorium conclusionis, ꝙ B insit omni C: cumq; ipsi coaptauerimus A ineſſe nulli B: concludetur in prima figura, ꝙ A ineſt nulli C, contradictorium videlicet eius, quod dicebamus, A ineſſe alicui C, quę erat minor propositio. cũ vero ipsi applicuerimus propositionem minorem, puta, si dicamus A ineſſe alicui C, habebimus ꝙ B ineſt omni C: & A ineſt alicui C: & concludetur nobis in tertia figura, ꝙ A ineſt alicui B, quod est contradictorium eius, quod dicebamus, A ineſt nulli B, quæ erat maior propositio. Et per eadem ista monstratur hoc in specie, cuius maior erat vniuersalis affirmatiua, hoc est in secunda specie particulari secundæ figuræ.

Tertia figura. Cap. X.

SEd in tertia figura, cùm cõtrarie quidem conuertatur cõclusio, neutra tollitur propositionum ℘m nullum syllogismorum: cùm vero oppositę, ambę, & in omnibus. Sit ostensum A alicui B inexistẽs: medium autem sit acceptum C: sint autem propositiones vniuersales. igitur si acceptũ fuerit A alicui B nõ ineſſe: B vero omni C: non fit syllogismus A et C. neq; si A eorum quidem quæ B alicui non insit: C aũt omni: non erit B & C syllogismus. Consimiliter autem monstrabitur, & si non vniuersales propositiones. aut enim ambas necesse est secundum partem esse per cõuersionem, aut vniuersale ad minus extremum fieri. verum sic non erat syllogismus, neque in prima figura, neque in media.



Conuertitur cõclo in his modis oppositę, ad tollẽdã vtranque ꝓpõnem.

Vero omni est nulli C, rursus si nulli quidẽ B: ipsi verõ C omni: nulli C. Et si altera non vniuersalis, cõsimiliter. Si enim A nulli B: B vero alicui C: A alicui C nõ inerit. qui si A B quidẽ nulli: C autem omni: nulli C ipsum B.

Similiter vero & si priuatiuꝰ syllogismus. Sit enim ostẽsum A alicui B nõ inexistens: sit autem prædicatiuum quidem B C: negatiuũ autem A C. sic enim efficiebatur syllogismus, quando igitur contrarium acceptum fuerit conclusioni, non erit syllogismus. si enim A alicui B: B vero omni C: nõ erat syllogismus ipsius A, & ipsius C. neque si A alicui B: C vero nulli: nõ erat ipsius B, & ipsius C syllogismus. quare non tolluntur propositiones.



In hoc mõ si cõuertaẽ cõclo contrarie, nulla tollit ꝓpõnum: qa maior in prima, & secunda figura esset particularis.

Quãdo autem oppositum, tolluntur. Si. n. A omni B: & B ipsi C: A omni C: sed nulli inerat. rursus si A omni B: ipsi autem C nulli: B nulli C: sed omni inerat.



In his tribus modis, in cõuertaẽ cõtrarie ipsa conclo, nulla tollit ꝓpõnum: qa maior particularis in prima figura, aut vtraq; particularis secũda.

Quòd si oppositę conuertantur, propositiones tolluntur ambæ. Si enim A nulli B: B ve



Conuertitur cõclo oppositę in hoc mõ, ad tollẽdã vtranq; ꝓpositionẽ.

In tertia figura ex cõuersione conclusionis ad cõtrarium non destruitur alia propositionũ: sed ex cõuersione, ad contradictorium vtraq;.

Consimiliter

Consimiliter autem monstratur, & si non vniuersales sunt propositiones. Sit enim A C & vlę, & priuatiuum, alterũ autem prædicatiuum in parte. si igitur A omni B: B autem alicui C: A alicui C contingit: sed nulli inerat. rursus, si A omni B: ipsi autem C nulli: B nulli C.



Conuertitur concło oppositę i hoc modo, ad tollẽdam vtramq; propositionem.

Sin autem A alicui B: & B alicui C, nõ fit syllogismus. neq; si A alicui B: ipsi autem C nulli, neq; sic. quare illo quidem modo tollũtur, sic autem non tolluntur propositiones.



Cõuersa cõclusione contrarie i hoc modo nulla tollit propositionum, eadẽs ratione, qua & in superiori modo.

Planum igitur per dicta, quomodo cõuersa conclusione in vnaquaq; figura fit syllogismus, & quãdo contrarius propositioni, & q̃n oppositus. Et ꝙ in prima quidem figura per mediam, & vltimam fiunt syllogismi, & quæ ad minus extremum semper per mediũ tollitur, quę vero ad maius per vltimum. In secunda autem per primam, & vltimam: quæ quidem ad minus extremũ semper per primam figuram, quæ autem ad maius per vltimam. Sed in tertia per primã, & per mediã. & quæ quidem ad maius semper per primam, quæ autem ad minus per mediam. Quid igitur est conuertere, & quomodo in vnaquaq; figura, & quis sit syllogismus, manifestum.

In tertia figura ex cõuersione conclusionis ad cõtrarium non destruitur alia propositionũ: sed ex cõuersione, ad contradictorium vtraque.

Tractatus de Conuersione in Tertia figura. Cap. X.

IN tertia vero figura, si conuertaẽ conclusio ad contrarium, fieri non potest, ut per hoc destruatur una suarum propositionum: & hoc in omnibus speciebus figuræ istius. sin autem conuertatur ad contradictorium, fieri poterit, vt per hoc destruaẽ vtraq; propositionum syllogismi per coaptationem coniunctionis ipsius cum contrario: & hoc in omnibus speciebus istius figuræ. Insit ergo A omni C: & B consimiliter insit omni C: planum quòd ex hoc concludetur A ineſſe alicui B. ista autem est prima species tertiæ figuræ. Quòd si accipiamus contrarium conclusionis istius, puta A non ineſſe alicui B: & ipsi adiunxerimus propositionem minorem ita, vt dicamus B in omni C, non concludetur aliquid, quoniam hic erit syllogismus in prima figura, vbi maior est negatiua particularis. Quòd si ipsi coniungamus maiorem propositionem, puta si dicamus A ineſt omni C, nihil etiam consimiliter cõcludetur: qm̃ hic syllogismus erit in secũda figura, vbi maior est particularis. & hoc, quoniam habebimus A non ineſſe alicui B: & A ineſſe omni C. Eodem pacto monstrabitur, si exiterit vna duarum propositionum affirmatiua particularis: hoc est, quoniam fieri nequit, vt in ipsis destruatur vna duarum propositionum ꝙ conuersionem conclusionis ad contrarium, et hoc, quoniã si perscrutabimur destructionẽ propositionis vniuersalis, erit syllogismus ex binis particularibus. sin autẽ coniectemus destructionem propositionis particularis, erit in hoc maior particularis. verum ℘m istud non erit syllogismus in prima figura, neq; in secunda. hę autem sunt duę figuræ, per quas destruuntur propositiones istius syllogismi. Iam itaq; monstratum est, si conuertatur conclusio ad contrarium in speciebus affirmatiuis istius syllogismi, ꝙ fieri non potest, ut ℘m hoc destruatur vna duarum propositionum per propositionem secundam, & conuersionem. Sin autem cõuersa fuerit ad cõtradictorium, fieri potest, ut ℘m hoc destruatur vtraq; duarum propositionum per coaptationem alterius affirmatiuæ ad conuersionem. Monstratio autem huius, quoniam si conuertamus, quod dicimus A ineſt alicui B, quę est conclusio, quam posuimus in prima specie figuræ istius, hoc est tertiæ, ad suũ contradictorium, veluti si dicamus, A ineſt nulli C: & ipsi complicuerimus, quod dicimus, B in omni C, quæ est vna duarum propositionum syllogismi: concludetur ex hoc in prima figura, ꝙ A ineſt nulli C, quod est contrarium ei, quod dicebamus A ineſt omni C, quę est altera propositio syllogismi positi. Consimiliter si addiderimus et, quod dicimus A ineſt nulli B, propositionem secũdam, quæ est, cùm dicimus A ineſt omni C: planum ꝙ concludetur in secunda figura B ineſſe nulli C, quod est contrarium eius, quod dicebamus B ineſſe omni C, quæ fuit minor propositio. Consimiliter accidet, cùm exiterit vna duarum propositionum affirmatiuarum particularis. si enim A insit nulli B, quę est contradictoria conclusioni: & huic applicuerimus B ineſſe alicui C, quæ est propositio particularis: concludetur nobis in prima figura, ꝙ A non ineſt alicui C. Quòd si huic conclusioni applicuerimus propositionem vniuersalem, habebimus A ineſt nulli B: & A ineſt omni C: & hoc cõcludit in secunda figura, ꝙ B ineſt nulli C, quod est contradictorium propositionis particularis positæ. Eodem pacto accidet in syllogismo vniuersali negatiuo istius figuræ, hoc est, qui cõstat ex duabus propositionibus vniuersalibus, quarum altera est negatiua: & in syllogismo particulari negatiuo, hoc est i syllogismo, in quo vna duarum propositionum est particularis, & altera vniuersalis, & vna etiam ipsarum negatiua ℘m illud idem, quod accidebat affirmatiuo vniuersali & particulari: hoc est, si conuerterimus conclusionem in ipsis ad contrarium, fieri nõ potest, vt per hoc destruatur vna duarum propositionum. causa autem in hoc eadem est causa, quæ fuerat in specie affirmatiua vniuersali, ac particulari: & demõstratio super hoc est demonstratio eadem illa. [2] Manifestum igitur ex eo, quod

Monstratio exẽplaris de conuersione ad contrarium.

Monstratio exẽplaris de conuersione ad contradictorium.

Additio ostensiua in syllogismis negatiuis, & vltimis, & particularibus.

[2] pilog. omnia dicta de syllogismis ostensiuis.

quod diximus, qualiter erit ſyllogiſmus in omni figura, cùm conuerterimus concluſionem ad contrarium, & cùm ad contradictorium: & quãdo erit deſtructio, & quando non erit: & cũ extiterit, qñ erit vniuerſalis, & qñ erit particularis. Quodq; ſyllogiſmi omnes deſtruentes vtrãq; propoſitionum primæ figuræ, cũ conuertitur concluſio, fiunt in ſecunda figura & tertia. qui enim fit in ſecunda figura, deſtruit minorem propoſitionem: qui vero fit in tertia, deſtruit maiorem. Conſimiliter monſtratum fuit, ꝙ ſyllogiſmi, qui deſtruunt vtranq; propoſitionum in ſecunda figura, cùm conuertitur concluſio, fiunt in prima figura ac tertia: nam minor deſtruitur in prima figura, maior autem in tertia. Quodq; eodem etiam modo ſyllogiſmi deſtruẽtes propoſitiones ſyllogiſmi, qui eſt in tertia figura, ſi conuertatur concluſio ſua, erunt in prima figura, ac ſecũda. nã maior deſtruit in prima figura, minor autẽ in ſecunda.

De Monſtratione per impoſſibile. Cap. XI.

Syllogiſmus vero q per impoſſibile, monſtratur quidem, quando cõtradictio concluſionis poſita fuerit, & aſſumpta ſit alia propoſitio. Fit autem in omnibus figuris, ſimile nanque eſt conuerſioni: præterq; quòd differt tantum, quòd conuertitur quidem facto ſyllogiſmo, & impoſitis ambabus propoſitionibus: deducitur vero ad impoſſibile, nõ præcõfeſſo prius oppoſito, ſed manifeſto exiſtente, quòd verum. Termini autem ſimiliter ſe habebunt in ambobus, & eadem amborum acceptio. Vt ſi A ineſt omni B: medium autem C. ſi fuerit ſuppoſitum aut non omni, aut nulli B ineſſe: C vero omni, quod erat verum: neceſſe eſt C aut nulli, aut non omni B ineſſe. hoc autem impoſſibile: quare falſum, quod ſuppoſitum eſt. verum igitur oppoſitum.

Sylls. cõuerſiuus, & ad impoſſe in ſecũda figura, ad ꝓbãdã minorẽ ꝓpõnẽ primi ſyllogiſmi.



Conſimiliter vero & in alijs figuris. quæcunq; enim conuerſionem ſuſcipiunt, & ſyllogiſmum per impoſſibile.

Prima figura.

Alia itaq; problemata omnia per impoſſibile monſtrantur in omnibus figuris: vniuerſale autem prædicatiuum in media quidẽ, et tertia monſtratur, in prima vero non monſtratur. Supponatur nanq; A non omni B, aut nulli ineſſe: et accipiatur alia propoſitio vtrinlibet, ſiue C ineſſe omni A, ſiue B omni D: ſic enim eſſe poſſet prima figura. Si igit ſuppoſitum eſt A ineſſe non omni B, non fit ſyllogiſmus, vtrinlibet accepta propoſitione. Si autem nulli, quando B D aſſumpta fuerit, ſyllogiſmus quidem erit falſi, ſed propoſitũ nõ monſtratur. ſi enim A nulli B: B vero omni D: A nulli D. hoc vero impoſſibile: falſum itaq; A ineſſe nulli B. ſed non, ſi nulli falſum, omni verum. Quòd ſi C A accepta fuerit, nõ fit ſyllogiſmus: necq; qñ ſuppoſitum ſit A ineſſe non omni B. quare manifeſtum, ꝙ omni ineſſe non monſtratur in prima figura per impoſſibile.



Ex his quatuor cõplicationibus oñdit non concludi vſes affirmatiuas in pria figura: qa aut cõplicatio inutilis, aut ꝓpoſitũ nõ mõſtrat, cũ contraria poſſint eſſe ſimul falſa.

Alicui vero, et nulli, et nõ omni monſtrat. Supponatur enim A nulli B ineſſe: B autem acceptum ſit omni, aut alicui C: igitur neceſſe eſt A nulli, aut non omni C ineſſe. ſed hoc impoſſibile. ſit enim verũ et manifeſtum, quòd A ineſt omni C: quare ſi hoc falſum, neceſſe eſt A alicui B ineſſe. Quòd ſi ad A ſumpta fuerit altera propoſitio, non erit ſyllogiſmus, neque quando contrarium concluſioni ſuppoſitum fuerit, vt alicui non ineſſe. Planum igitur, ꝙ oppoſitum ſupponendum. (viſus.



In his ſylls aſſumpta ad minus extremũ ꝓpõne, aſtruit ꝑticularis affirmatiua per impoſſe: ad maius ꝟo nihil, qa minor eẽt vlis negatiua. neque ſi ſumatur cõcluſiõis contrariũ: qa minor eẽt vlis negatiua.

Rurſus ſupponatur A alicui B ineſſe: acceptum autem ſit C omni A: neceſſe itaq; C alicui B ineſſe. hoc autem ſit impoſſibile: quare falſum, quod ſuppoſitum eſt. ſi vero ſic, verum nulli ineſſe. Conſimiliter autem et ſi priuatiuum ſumptum fuerit C A. Sed ſi propoſitio, q̃ eſt ad B accepta fuerit, non erit ſyllogiſmus.



In his ſylls aſſumpta ad maius extremum ꝓpõne aſtruit vlis negatiua: ad min⁹ vero nihil cõcludit, quia maior eſſet particularis.

Sin autem contrarium ſuppoſitum fuerit, ſyllogiſmus quidem erit et impoſſibile, ſed non monſtratur propoſitum. Supponatur. n. A omni B: et C accipiatur omni A: igitur neceſſe eſt C oi B ineſſe. hoc autẽ impoſſibile: quare

falſum

falſum A ineſſe omni B. verum, nondum vtiq; neceſſarium, ſi non omni, nulli ineſſe. Conſimiliter autem et ſi ad B accepta fuerit altera propoſitio, ſyllogiſmus quidem erit et impoſſibile, ſed non tollitur ſuppoſitio: quare oppoſitum ſupponendum.



Ex his cõiugationibus ſuppoſito cõtrario, & nõ contradictorio ipſi⁹ concluſionis, concludit qdes, ſed nõ aſtruitur ꝓpoſitũ: qa contraria poſſunt eẽ ſimul falſa.

Vt autem monſtremus A ineſſe non omni B, ſupponendum omni ineſſe. Si enim A omni B: et C omni A: C omni B. quare ſi hoc impoſſibile, falſum quod ſuppoſitum eſt. Conſimiliter autẽ et ſi ad B accepta fuit altera ꝓpoſitio.



Cõplicationes hę aſtruunt particularẽ negatiuã.

Et ſi priuatiuum ſit C A, conſimiliter: ſic enim fit ſyllogiſmus. Si vero ad B ſit priuatiuum, nihil monſtratur.



In his coniugationibus aſſumpta ad maius extremum ꝓpõne aſtruit ꝓpoſitum: ad min⁹ aũt minime, qa minor eẽt negatiua.

Quòd ſi nõ omni, ſed alicui ineſſe ſuppoſitum fuerit, non monſtratur, quòd non omni, ſed quòd nulli. Si enim A alicui B: C vero omni A: C alicui B inerit. ſi igitur hoc impoſſibile, falſum eſt A alicui B ineſſe: quare verum nulli. hoc autem monſtrato, tollitur ipſum verum. A enim alicui quidem B inerat: alicui autem non inerat. Amplius non accidit impoſſibile iuxta hypotheſin. eſſet enim vtiq; falſa: ſiquidem ex veris non eſt falſum ratiocinari. nũc autem eſt vera: ineſt nãq; A alicui B: quare non ſupponendum alicui ineſſe, ſed omni.



Ex hoc ſyllogiſmo aſtruitur nulli, non aũt non oi. & tñ ꝓpoſitũ nõ aſtruitur, qa cõcluſio vera eſt.

Conſimiliter vero et ſi monſtraremus A alicui B non inexiſtens. ſi enim idẽ alicui non ineſſe, et non omni ineſſe, eadem utrorunq; demonſtratio. Planũ itaq;, ꝙ non contrariũ, ſed oppoſitum ſupponendum. nanq; ſic neceſſarium erit, et dignitas probabilis. ſi enim de omni dictio, aut negatio, cùm mõſtratum fuerit, ꝙ non negatio, neceſſe eſt affirmationem uerificari. rurſus ſi non ponit affirmationem uerificari, probabile eſt exiſtimare negationem. Contrarium autem neutro modo conuenit exiſtimare. necq; enim neceſſarium, ſi nulli falſum, omni uerum eſſe: necq; probabile, ut ſi alterum falſum, ꝙ alterum uerum. Planum igitur, ꝙ in prima figura alia quidem problemata oĩa mõſtrantur per impoſſibile: uniuerſale autẽ affirmatiuũ non monſtratur.

Tractatus de Syllogiſmo ad impoſſibile. Cap. XI.

Syllogiſmus autem ad impoſſibile fiet, cùm poſuerimus contradictorium concluſionis, cuius monſtrationem intendimus, & huic applicuerimus alteram propoſitionem notam, & concluſerimus aliqd impoſſibile. planũ enim, ꝙ hęc ſyllogiſmi ſpecies componitur ex conditionali & prædicatiuo. hic autem is eſt, qui deducit ad impoſſibile. Hic autem ſyllogiſmus cadit in ſyllogiſmo contrarij in omnibus tribus figuris. Syllogiſmus vero contrarij aſſimilatur ſyllogiſmo conuerſiuo: in his enim ambobus prouenit impoſſibile. Differunt tamen inter ſe, quoniam ſyllogiſmus conuerſiuus fit per acceptionem cõtradictorij, & propoſitionis, quæ ipſi coniungitur, poſteaq; fuerit ſyllogiſmus ita, ut contradictorium ſit contradictorij concluſionis iſtius ſyllogiſmi, & propoſitio adiuncta vna ex duabus propoſitionibus iſtius ſyllogiſmi. ſyllogiſmus autem, qui eſt ſm viam contrarij, accipit contradictorium eius, quod intendit monſtrare, non autem contradictorium concluſionis ſyllogiſmi, & applicat illi propoſitionem veram, non autem propoſitionem ſyllogiſmi poſiti. Amplius, quoniam in ſyllogiſmo conuerſiuo proueniet deſtructio rei falſæ, poſteaq; admiſerimus contradictorium impoſſibilis, quod eſt verum, ſed in ſyllogiſmo contrarij oſtendemus utiq; cõcluſionem per poſitionem impoſſibilis per ſe. Omne autem, quod monſtratur per ſyllogiſmum prædicatiuum, qui dicitur rectus, poteſt etiam mõſtrari ſm has eaſdem propoſitiones per ſyllogiſmum contrarij. verum ſyllogiſmus contrarij eſt ſimilior in vno ſyllogiſmo conuerſiuo: & hoc, qm̃ forma ipſius eſt eadem forma. Cauſa autẽ iſtius eſt, qm̃ cùm ſyllogiſmus rectus reducitur ad contrarium, erunt in ipſis termini, ac propoſitiones vnę & eædem. Vt in exemplo, ſi ponamus A ineſſe omni B per ſyllogiſmum rectum, cùm inſit A omni C: & C omni B: cõcludetur enim nobis, ꝙ A ineſt omni B. Si igitur ſoliciti fuerimus ad hoc monſtrãdum per ſyllogiſmum cõtrarij, accipiemus contradictorij concluſionis, vt ꝙ A non ineſt omni B, aut contrarium eiuſdem: & coniungemus huic maiorem propoſitionem, puta A ineſſe omni C: ſequetur enim neceſſario ex hoc in ſecunda figura, vt C non inſit omni B, quod eſt contradictorium minoris propoſitionis, & impoſſibile. quod igitur poſitum fuit, hoc eſt contradictorium, aut contrarium concluſionis, eſt impoſſibile: ſed cùm falſum fuerit cõtradictorium poſitum, verum erit ſuũ contradictorium, quod eſt concluſio. ſed hæc eadem etiam eſt uia ſyllogiſmi conuerſiui. Cõſimiliter autem

accidit

Sylls ad impoſſe fit ex contradictorio cõcluſionis cũ altera propõne nota, cõcludẽs aliquod impoſſe.

Nota de ſimilitudine & differentia ſylls ad impoſſe ad cõuerſiuum.

[illegible]

PRIMA FIGVRA. Omnia quatuor quæsita per vltimam affirmatiuam, quæ non potest I prima ostendi, I oth' figuris ostendi potest per impossibile. a Quod vltima affirmatiua non possit per impossibile monstrari in prima figura.

accidit ſ reliquis figuris. omnis enim ſyllogiſmus, qui admittit conuerſionem, admittet etiam monſtrationem concluſionis ſuæ ſm viam contrarij.

Omnia autem quatuor quæſita monſtrantur p contrarium in omnibus figuris, præter vniuerſalem affirmatiuam: hæc enim non oſtenditur in prima figura, ſed monſtratur in ſecunda, & tertia. [a] Quòd igitur non oſtendatur affirmatiua vniuerſalis per ſyllogiſmum contrarij in prima figura, monſtratur ſic. Ponamus. n. propoſitionem, quam volumus monſtrare, A in omni B. ſi nanq; voluerimus oſtendere hoc per viam contrarij, aut ipſum erit: aut accipiendum erit ſuum contradictorium, ut cp A non ineſt omni B: aut ſuum contrarij, vt cp A ineſt nulli B. Amplius, ſi adiũgamus vni iſtorum duum oppoſitorum propoſitionẽ alteram, cuius complicatio ſimul cum oppoſito concluſionis ſit complicatio primæ figuræ, oportet vt aut C prædicetur de A, aut ſubiiciatur B: quemadmodum ſi dicamus, C de omni A: vel B de omni C. Si igitur fuerit oppoſitũ, quod poſuimus contradictorium, vt cp A non ineſt omni B, planũ cp non erit ſyllogiſmus in prima figura, ad vtrãuis extremitatum ponatur propoſitio altera. & hoc, quoniam ſi verum extiterit C eſſe in omni A, habebimus cp C eſt in omni A: & A non eſt in omni B. ſed hoc non concluditur in prima figura, qm̃ minor eſt negatiua. Quòd ſi poſuerimus à parte B, habebimus cp A non ineſt omni B: & B omni C. ſed hoc ſimiliter etiam non concludit in prima figura: qm̃ maior eſt particularis. diximus enim tam cp hoc non cõcludit. Sin autem accipiamus contrarium affirmatiuæ, quã conamur conſtruere, & ipſi addiderimus propoſitionem, cuius veritas eſt nota ex parte B: quemadmodum ſi ponamus A ineſt nulli B: & B omni C: cõcludetur in prima figura, cp A ineſt nulli C, quod eſt impoſſibile. ſi igitur eſt impoſſibile, quod poſuimus, puta, cùm dicebamus, A ineſt nulli B, non tamen ſequitur, ſi quod dicimus, A ineſt nulli B, ſit falſum, vt verum ſit ſuum contrarium, puta cp A ſit omni B, quod erat quæſitum noſtrum. duo nãque contraria aliquando ſimul falſificantur, quemadmodum prædiximus in libro præcedẽte. Sin autem coaptemus propoſitionem veram ex parte A, non innouabitur ſyllogiſmus, qm̃ minor erit negatiua in prima figura. Planum igitur, cp ſyllogiſmus omnis, qui eſt ſm viam contrarij, aut vtiq; erit per acceptionem contrarij, aut per acceptionem contradictorij, & per applicationem propoſitionis veræ alteri ipſorum. Planum igitur, cp ſi acceperimus contradictorium vniuerſalis affirmatiuę, & ipſi cõiunxerimus propoſitionem vniuerſalem veram, cp non erit ſyllogiſmus. & ſi erit ſyllogiſmus, non tamen cõcludetur impoſſibile, ex cuius falſitate ſequatur veritas vniuerſalis affirmatiuæ, quam quærebamus oſtendere. fieri igitur non poteſt, vt ſequatur vniuerſalis affirmatiua per ſyllogiſmum contrarij, cuius prædicatiuus deducens ad impoſſibile ſit in prima figura. Particularis autem affirmatiua poteſt vtiq; per contrarium mõſtrari in prima figura, ſi acceperimus, quæ huic opponitur, vniuerſalem negatiuam: hæc enim eſt ſua contradictoria: non autem particularem negatiuam, quæ eſt ſua contraria. & hoc ſimiliter etiam, cùm fuerit propoſitio vera ex parte B, non autẽ ex parte A. Ponamus igitur, ſi non eſt verum, cp ipſum inſit alicui B, ponamus inq̃ cp A inſit nulli B: amplius coniungamus huic, cp B ineſt omni C: & concludamus cp A ineſt nulli C, quod eſt falſum: erit igitur & illud falſum, quod ex falſo ſequitur, puta quod dicimus, A ineſt nulli B. cùm igitur ſit hoc falſum, contradictorium ſuum erit verum, puta, quod dicimus, A ineſt alicui B, quod intendebamus monſtrare. Si vero accipiamus propoſitionem veram ex parte A, erit minor negatiua in prima figura, & non erit ſyllogiſmus. Conſimiliter non erit etiam ſyllogiſmus, cùm acceptũ fuerit contrarium, ſi enim propoſitio affirmatiua vera poſita fuerit ex parte A, erit minor negatiua. ſin autẽ poſita fuerit ex parte B, erit maior particularis. ſed hæ ambæ non concludunt in prima figura. Sin autem voluerimus monſtrare per ſyllogiſmum contrarij vniuerſalem negatiuam, & poſuerimus ipſius oppoſitũ, oportebit, vt ſit affirmatiua particularis, quę eſt ſua cõtradictoria. Puta, ſi dicamus, A ineſt alicui B: cũ igitur ipſi adiunxerimus, cp C in omni A: concludetur impoſſibile, puta, cp C ineſt alicui B. quod igitur dicebamus, A ineſſe alicui B, eſt falſum. cùm igitur hoc falſum extiterit, verum erit ſuum contradictorium, puta, cp A, ineſt nulli B, quod erat quæſitum. Conſimiliter accidet, ſi fuerit propoſitio vniuerſalis negatiua vera. Si enim ponemus propoſitionem veram ex parte B, nõ inouabitur ſyllogiſmus, qm̃ maior erit particularis in prima figura. Sin autem accipiamus loco contradictorij, contrarium, innouabitur ſyllogiſmus concludens impoſſibile, ad vtrãuis extremitatem ponatur propoſitio vera, ex extremitatibus contradictorũ: præterq̃ cp non concludit ipoſſe, ex quo, ga ſit ipoſſe, ſequat veritas ſui oppoſiti, qđ eſt hic quæſitũ. oportet ergo, vt accipiat contradictoria, non autem contraria. hoc vero cõe eſt omnibus figuris contrarij, in quacunq; figura componat prædicatiuus. Quòd ſi voluerimus monſtrare particularem negatiuam per viam contrarij, oportebit, vt ponamus oppoſitum affirmatiuam vniuerſalem. ſi. n. poſuerimus oppoſitum A ineſſe omni B: & adiunxerimus ipſi, cp C ineſt omni A, ſm cp ipſa eſt vera: concludetur impoſſibile, cp C in omni B: quare & A ineſſe omni B eſt impoſſibile. ſed ſi hoc falſum, uerum eſt qđ dicimus, A non ineſt omni B, quod eſt quæſitum. Similiter autem accidet, ſi hęc extiterit negatiua: & eodem modo, ſi ipſi coniungamus B in omni C, aut B in aliquo C: cõcludetur impoſſibile in prima figura. Sin autem applicuerimus ipſi cp C ineſt alicui A, nõ erit ſyllogiſmus, propterea cp maior fiet particularis in prima. eodem modo, cùm hęc extiterit negatiua. Iam itaq; monſtratum ſuit, cp omnia quæſita oſtenduntur per contrariũ in prima figura, præter vniuerſalem affirmatiuam.

Operæ vero prætium eſt in omni materia, vt in ſyllogiſmo contrarij accipiamus contradictoriũ eius, quod intendimus monſtrare: non autem contrarium. quoniam ſi fuerit falſum vnum contrariorum, non ſequit, vt ſit verum alterum contrarium: quẽadmodum oſtẽſum fuit in libro precedente, neq; eſt etiam probabile, cũ eſt falſum vnũ cõtrariũ, vt ſit verũ cõtrariũ ſuum.

Particularis affirmatiua p p impoſſe monſtrari in pria figura, ſumpto contradictorio.

Secunda figura. Cap. XII.

IN media uero, atq; ultima & hoc monſtratur. Ponatur enim A nõ omni B ineſſe: acceptum autem ſit A omni C ineſſe. igitur ſi non omni B: C uero omni: C nõ omni B. ſed hoc impoſſibile. ſit enim manifeſtum, quòd C ineſt omni B: quare falſum, quod ſupponitur: verę itaq; oĩ eſſe. Subſtantia.



Sed

Quõ mõſtretur vniuerſalis negatiua per ſyllõ ad impoſſibile in pria figura.

In oĩ materia in ſyllogiſmo ad impoſſibile ſumendũ ẽ contradictorius, non aũt contrarium.

Ex hac conſiugatione aſtruit vltis affirmatiua.

Sin autem contrarium ſuppoſitum fuerit: ſyllogiſmus quidem erit, & impoſſibile, non tamen mõſtratur propoſitum. Si enim A nulli B: ipſi vero C omni: C nulli B. ſed hoc impoſſibile: quare falſum nulli ineſſe, cæterum non ſi hoc falſum, omni verum.

Ex hoc ſyllogiſmo ſit deducto ad incommodum: ſed non oĩdiſ ppoſitum, ga contraria pãtẽ ſimul falſa.

Substantia.



Quando autem A ineſt alicui B, ſupponatur A nulli B ineſſe: C autem omni inſit: neceſſe igitur C nulli B, quare ſi hoc impoſſibile, neceſſe eſt A alicui B ineſſe. Quòd ſi fuerit ſuppoſitum alicui non ineſſe, eadem erunt, quæ & in prima figura.

Album.

Album.

Ex pria conſiugatione aſtruiſ particularis affirmatiua: ex ſecũda vero nihil aſtruiſ, ga ad ſuppoñ vera nullum ſequitur impoſſibile.



Rurſus ſubijcia tur A alicui B ineſſe: ipſi vero C nulli inſit: neceſſe itaq; C alicui B non ineſſe. ſed omni inerat: quare falſum, quod eſt ſuppoſitum: A igitur nulli B inerit.

Animal.

Ex hac complicatione aſtruiſ vltis negatiua.

Quando autem A nõ omni B, ſupponatur omni ineſſe: ipſi vero C nulli: neceſſe igitur C nulli B ineſſe. hoc autem impoſſibile: quare verum non omni ineſſe.

Album.

Ex hoc ſyllogiſmo concluditur particularis negatiua.

Planum igitur, cp omnes ſyllogiſmi fiunt per mediam figuram.

Secunda figura. Cap. XII.

Quõ oſtẽdat p ipoſſe vltis affirmatiua i figura ſecunda q vtã contradictorij.

SEd vniuerſalis affirmatiua monſtratur in ſecunda, ac tertia figura. Oſtenſio autem huius eſt. qũ ſi voluerimus monſtrare A ineſſe omni B in ſecunda figura, accipiemus ſuam contradictoriam, puta, cp A non ineſt omni B, cùm igitur appoñuerimus hunc cõtradictorio, cp A ineſt omni C, ſequetur ex hoc in ſecunda figura, cp C non inſit omni B. quod cũ ſit impoſſibile, & propoſitio applicata contradictorio extiterit vera, ſequitur, vt falſum accidat ex contradictorio: quod eſt, cùm dicebamus, A non ineſt omni B. ſed ſi hoc eſt falſum, verum erit ſuum contradictorium, vt quòd A in omni B. Sin autem loco contradictorij, accepérimus contrarium, non erit in ipſo vtilitas in omni materia. Quòd ſi voluerimus monſtrare hac in figura affirmatiuam particularem, puta, quod dicimus A ineſſe alicui B, oportebit accipere contradictorium ſuum, vt quòd A ineſt nulli B: amplius coniungemus ipſi A ineſſe omni C: & concludetur nobis, quòd C ineſt nulli B, hoc autem impoſſibile ſequitur ex eo, cp poſuimus A ineſſe nulli B: quare cõtradictorium ſuum verum, quo dicebam⁹, A alicui B. Quòd ſi accipiamus contrarium loco contradictorij, accidet in hoc, quod accidit in prima figura, hoc eſt, vt concludatur impoſſibile, ſed non monſtrat per hoc veritas oppoſiti, quod poſitum fuit in omni materia. Sin autem voluerimus oſtendere hac in figura vniuerſalem negatiuam, accipiemus tunc ſuam contradictoriam, puta, cp A ineſt alicui B: & ipſi coniungemus, quod non eſt dubium in ueritate ſua, vt cp A ineſt nulli C: ſequetur enim ex neceſſitate, cp C nõ ineſt alicui B: quod eſt impoſſibile. ſi ergo quod poſuimus eſt falſum, igitur A erit nulli B. Quòd ſi voluerimus monſtrare negatiuam particularem, accipiemus ſuam contradictoriam, puta cp A ineſt omni B: & applicabimus ipſi, cp A ineſt nulli C: ſequetur enim impoſſibile, puta cp C ineſt nulli B. ergo contradictorium eius, ex quo ſequitur impoſſibile, eſt verũ, puta, quod dicimus, A non ineſt alicui B, quod intẽdebamus oſtendere. Oſtenſum eſt igitur, cp omnia quæſita monſtrantur per contrarium in ſecunda figura.

Monſtratio vltis negatiuæ in ſecunda p ipoſſe.

Monſtratio particularis negatiuæ in ſecunda p impoſſibile.

Tertia figura. Cap. XIII.

COnſimiliter autem & per vltimam. Ponatur enim A alicui B non ineſſe: ipſum vero C omni: A igitur alicui C nõ ineſt. ſi igit hoc impoſſibile, falſum alicui non ineſſe: quare verum omni.

Animal. Al.nõ. Riſibile.

Ex hac cõiugatione concludit vltis affirmatiua.

Si vero ſuppoſitum fuerit nulli ineſſe, ſyllogiſmus quidem erit, & impoſſibile, non autem monſtratur propoſitum. nam ſi contrarium ſuppoſitum fuerit, eadem erunt, quæ & in prioribus.

Sed



Ex hoc syllogismo deducit quidā ī posse, sed nō astruit ppositum, ga contraria pōt esse simul falsa.

sed ad alicui ineſſe accipienda eſt hæc ſuppoſitio. Si enim A nulli B: C vero alicui B: A nō oī C, ſi igitur hoc falſum, verū A alicui B ineſſe.



Ex hac complicatione astruit particularis affirmatiua.

Quãdo autem A ineſt nulli B, ſupponatur alicui ineſſe: accipiatur autem & C omni B inexiſtens: igitur neceſſe eſt ipſum A ineſſe alicui C. ſed nulli inerat: quare falſum A ineſſe alicui B. Si vero ſuppoſitum fuerit A inexiſtens omni B, non monſtratur propoſitum:



Ex horū ſyllogiſmorum prio mōſtrat vtis negatiua ex ſecundo deducitur quidem impoſſibile, ſed nō aſtruitur ppoſitū, ga contraria pōſſit eē ſimul falſa.

ſed ad non omni ineſſe, hęc accipienda eſt ſuppoſitio. Si enī A omni B: & C alicui B: A inēſt alicui C. ſed hoc nō erat: quare falſum omni ineſſe. ſi autem ita, verum nō omni. Quòd ſi fuerit ſuppoſitum alicui ineſſe, eadem erūt quæ & in prædictis.



Ex coniugatione prima aſtruitur particularis negatiua: ex ſecunda nihil cōcludit, ga vtręq; ppoſitiones particulares.

Manifeſtum igitur, ꝙ in omnibus ſyllogiſmis per impoſſibile oppoſitū ſupponēdum. Planum autem et quòd in media figura monſtratur quodammodo affirmatiuum, et in vltima vniuerſale.

Tertia figura. Cap. XIII.

Monſtratio vtis affirmatiuę in tertia ꝙ impoſſibile.

COmmiſcitur accidere etiam, vt monſtrentur inuicem in tertia figura. Oſtenſio autem huius, cùm ſi voluerimus oſtendere vniuerſalem affirmatiuam, accipiemus ſuam contradictoriam. Puta, cū dicimus A non ineſſe alicui B, cui cùm applicuerimus C ineſſe omni B: concludetur in tertia figura, ꝙ A non ineſt alicui C, terminus enim medius, ꝙ eſt B, ſubijcit vtriſq; extremitatibus. cùm igitur ſit concluſio impoſſibilis, contradictorium eius, ex quo ſequitur impoſſibile, eſt verum, puta quod dicimus, A ineſſe omni B, quod volebamus concludere. Quòd ſi poſuerimus contrarium loco contradictorij, concludetur quidem impoſſibile, non tamen ſequetur ex ipſo ex neceſſitate veritas quæſiti: quemadmodum etiam accidebat in reliquis figuris. Sin autem voluerimus oſtendere, ꝙ A ineſt alicui C, quæ eſt affirmatiua particularis, ponemus ꝙ A ineſt nulli B, quæ eſt ſua cōtradictoria: & applicabimus ipſi C ineſſe alicui B: & concludetur hac in figura, ꝙ A non ineſt alicui C, quod cùm ſit falſum, quod ex ipſo falſo ſequitur, puta, quod dicimus A ineſt nulli B, eſt etiā falſum, ſed cū hoc ſit falſum, verum erit ſuū contradictorium, quod eſt quæſtum, A videlicet ineſſe alicui B.

Monſtratio vtis negatiuę I tertia ꝙ impoſſib.

Quòd ſi voluerimus monſtrare vniuerſalem negatiuam, quemadmodum ſi voluerimus monſtrare, ꝙ A ineſt nulli B, accipiemus contradictorium huius. Vt ſi dicamus A ineſſe alicui B: et huic applicabimus C ineſſe omni B: ſequetur igitur hac in figura, vt C inſit alicui A. quod cū ſit falſum, falſum vtiq; ſequitur ex contradictorio poſito. nam propoſitio C B nō habet dubitationem in veritate ſua. cùm igitur contradictoria falſa extiterit, quæ eſt particularis affirmatiua, vera erit vniuerſalis negatiua, puta, quod dicebam A ineſt nulli B. Si uero acceperimus contrarium, accidet in hoc, quod accidebat in reliquis figuris. Quòd ſi voluerimus monſtrare particularem negatiuam, ponemus ſuam contradictoriā, quæ eſt vniuerſalis affirmatiua. Veluti ſi ponamus A ineſſe omni B: & applicabimus ipſi, ꝙ C ineſt omni B: hæc autem non eſt dubia in ſua veritate: concludetur autem nobis, ꝙ C ineſt alicui A, quo cū fuerit falſum, contradictorium, quod eſt vniuerſalis affirmatiua, de quo dubitatur, eſt falſum. ſed cū fuerit falſa vniuerſalis affirmatiua, vera erit particularis negatiua. Iam igitur ex diſpoſitione ſyllogiſmi ſm cōtrarium duo fuere hoc in loco declarata. Quorum vnum eſt, ꝙ in ipſo ſemper, & in omni materia eſt vtile accipere contradictorium, non autem accipere cōtrarium. Secundum autem, ꝙ omnia quæſita prodeunt ſm ipſum in ſecunda figura, ac tertia: quod q; in prima figura non elicitur per ipſum tantum vniuerſalis affirmatiua, reliqua autem quæſita eliciuntur.

Monſtratio particularis negatiuę in tertia ꝙ impoſſibile.

Cōcło dictorum de ſyllogiſmis ad ipoſſ.

Differentia inter Oſtenſiuam monſtrationem, & deducentem ad Impoſſibile. Cap. XIIII.

DIffert autem demonſtratio ad impoſſibile ab oſtenſiua, eò ꝙ ponit quod vult tollere, deducens ad confeſſum falſum: oſtenſiua vero incipit ex confeſſis poſitionibus. Accipiunt itaq; ambæ duas propoſitiones confeſſas: ſed illa quidem, ex quibus eſt ſyllogiſmus: hæc vero vnam quidem harum, vnam aūt contradictionem cōcluſionis. Et illic quidē nō neceſſe cōcluſionē notā eē, neq; p̄accipere ꝙ eſt, aut nō: hic vero neceſſe, ꝙ eſt. Differt aūt nihil, dictionē, aut negationē eſſe cōcluſionē: ſed ſiſt ſe habet de vtriſq;.

Differentia ſyllogiſmi Recti, & ducentis ad Impoſſibile. Cap. XIIII.

Syllo ad impoſſ incipit a cōtradictorio concluſionis.

Syllo rectus incipit a ꝓpōſitionibus notis.

In ſyllo recto concło ē ignota, i ſyllogiſmo ad I poſſ ē nota ꝓ pōnem cōtradictorij.

DIxit. Differit autem ſyllogiſmus rectus & ſyllogiſmus contrarij, quando concludunt vnum & idem quæſtum ex propoſitionibus vnis & eiſdem: propterea ꝙ in ſyllogiſmo ſecundum contrarium ponimus à principio id, quod volumus deſtruere, hoc eſt cōtradictoriū eius, quod intendimus monſtrare: vt cùm ſermo deuenerit ad falſum, ſciatur ꝙ eſt falſum: ſyllogiſmus autem rectus incipit à propoſitionibus notis. Ambo autem ſyllogiſmi ſunt ex propoſitionibus notis, niſi ꝙ ſyllogiſmus rectus eſt ex binis propoſitionibus, ex quibus eſt ſyllogiſmus: ſed in ſyllogiſmo ſm contrarium vna tātum propoſitionum ſuarum eſt ex propoſitionibus ſyllogiſmi recti: ſecūda autem eſt contradictoria cōcluſionis dubitatæ. Amplius, in recto non eſt neceſſarium, vt concluſio ſit nota, anteqū ſit ſyllogiſmus: ſed in eo, qui eſt ſecundū contrarium, iam eſt opus, vt ſit nota ad poſitionem ſuæ contradictoriæ. non eſt autem in hoc differentia, ſiue concluſio fuerit affirmatiua, ſiue negatiua.

Quòd omne Oſtenſiue monſtratum, & per Impoſſibile monſtrari poteſt, & è conuerſo. Cap. XV.

OMne vero, quod oſtenſiue concluditur, & per impoſſibile monſtrabitur: & quod per impoſſibile, oſtenſiue, per eoſdem terminos. Quando igitur ſyllogiſmus i prima efficiatur figura, verum erit in media, aut vltima: priuatiuum quidem in media, prædicatiuum autem in vltima. Cùm vero i media fuerit ſyllogiſmus, quod verum in prima, & in oībus problematibus. Quando autem i vltima ſyllogiſmus, quod verum in prima & media: affirmatiua quidem in prima, priuatiua vero in media.

Prima figura.

SIt enim oſtenſum A nulli, aut non omni B per primam figuram. igitur ſuppoſitio quidem erat A ineſſe alicui B: C vero accipiebatur, A quidem omni ineſſe: B autem nulli: nam ſic efficiebatur ſyllogiſmus, & impoſſibile. hæc autem media figura, ſi C A quidē omni: B vero nulli ineſt. & manifeſtum ex his, ꝙ nulli B ineſt A.



Ex his complicatiōibus mōſtrat vtis negatiua in prima figura ꝙ impoſſ. in ſecunda vero oſtēſiue.

Conſimiliter autem & ſi non omni monſtratum eſt inexiſtens. ſuppoſitio nanque eſt omni ineſſe: C vero accipiebatur, A quidē omni, B vero non omni. Et ſi priuatiuum accipe-

retur C A conſimiliter: ſic enim efficitur media figura.



Ex his ſyllogiſmis mōſtrat peculiaris negatiua i prima figura ꝙ impoſſ, i ſecunda oſtēſiue.

Rurſus monſtratum ſit, A inexiſtens alicui B, ſuppoſitio igitur nulli ineſſe; B vero accipiebatur omni C ineſſe: & A aut omni, aut alicui C: ſic enim erit impoſſibile. hæc autem vltima figura, ſi A, & B omni C. & manifeſtum ex his, ꝙ neceſſe eſt A alicui B ineſſe. Cōſimiliter aūt & ſi B, aut A acceptū fuerit inexiſtens alicui C,



Ex his cōiugatiōibus mōſtrat peculiaris affirmatiua i prima figura ꝙ impoſſ, i tertia oſtēſiue.

Omne monſtratum per ſyllogiſmum Rectum, & per Impoſſibile monſtrari poſſe, & è conuerſo. Ca. XV.

OMne vero quæſtum, quod mōſtratur per ſyllogiſmum rectum, poteſt per has eaſdem propoſitiones monſtrari per ſyllogiſmum cōtrarij: & omne, quod oſtenditur per ſyllogiſmum cōtrarij, poteſt per hos terminos et propoſitiones monſtrari per ſyllogiſmum rectum. Cùm vero ſyllogiſmus prædicatiuus, qui eſt in eo, qui eſt ſecundum contrarium, extiterit in prima figura, ſyllogiſmus rectus ſuper hoc quæſito, & per has eaſdem ppoſitiones erit in ſecūda figura, & tertia, ſi vniuerſale quidē negatiuum, in ſecunda figura: ſin aūt affirmatiuum particulare, in tertia. Negatiua vero particularis ad duas figuras ſimul, qñ ea, quæ eſt vera, fuerit affirmatiua: ſin aūt fuerit negatiua, erit in ſecūda. Cùm uero ſyllogiſmus prędicatiuus, qui eſt in contrario, extiterit in ſecūda figura, ſyllogiſmus rectus erit I prima: et hoc in oībus quæſitis. Sed cùm ſyllogiſmus cōtrarij extiterit in tertia figura, ſyllogiſmus rectus erit in prima, aç ſecūda: ſi affirmatiuus quidē, in prima: ſi uero negatiuus, in ſecūda.

Quō conuenit ſyllis rectus & ad I poſſ ducēs, oſtēdēdo eandē cōcloné ꝓ eoſdē terminos & ꝓpōnes. Nota ꝙ i oībus quęſitis licet ſyllis p̄dicatiuis, qui ē i ſyllo ad I poſſ, & recēnt, qz ꝓ coſdē terminos & ꝓpōnes fiūt. dñt tñ, quia non fiūt per eaſdem figuras. & hoc patet I oīb figuris.

PRIMA FIGVRA. Monstratio vtis negatiue.

Monstratio autem huius, quoniã si ostẽderimus per syllogismum contrarĩ in prima figura, ϕ A ineſt nulli B, & poſuerimus contradictorium huius, puta, ϕ A ineſt alicui B: & applicuerimus huic contradictorio propoſitionem veram: concludetur in prima figura concluſio falſa. Quod cùm ita ſe habeat, planum ϕ propoſitio vera coniungetur vtiq; ex parte A, non autem ex parte B: adeo, vt propoſitio vera ſit maior. fieri enim nón poteſt, vt maior ſit particularis hac in figura. erit igitur propoſitio vera, ϕ C ineſt omni A. Sit igitur C in omni A: & A in aliquo B: concludetur enim nobis in prima figura, ϕ C in aliquo B: quod eſt falſum. Reducetur autem ſyllogiſmus cõtrarĩ ad rectum, cùm acceperimus contradictorium concluſionis falſæ, & ipſi applicuerimus propoſitionem veram, quæ eſt i ſyllogiſmo cõtrarĩ. planum enim eſt, ϕ propoſitio vera, quę eſt, C in omni A, eſt contradictoria propoſitioni falſæ, quæ eſt, C non ineſt alicui B: hæ enim communicant in C, quod eſt maior extremitas concluſionis, quę fuerat in prima figura, concludẽs impoſſibile per ſyllogiſmum contrarĩ, ſed omnes binæ propoſitiones, quarũ communicatio eſt in extremitate maiore quæſiti, complicantur in ſecunda figura, ſyllogiſmus autem rectus ita prodibit. C in omni A: & C in nullo B: & concludetur ϕ A ineſt nulli B. hoc autem eſt, quod concludebatur in ſyllogiſmo contrarĩ. Conſimiliter accidet, ſi monſtraverimus per ſyllogiſmum contrarĩ in prima figura, ϕ A nõ ineſt omni B, hoc eſt particularem negatiuam, ſecundum ϕ poſueramus ſuum cõtradictorium, puta ϕ A ineſt omni B: & applicabamus ipſi propoſitionẽ uniuerſalem veram ex parte A, vt ϕ B ineſt omni A. cùm igitur cõcluſerimus, ϕ C ſeſt omni B, quod eſt falſum, accepimus contradictorium ſuum, vt ϕ C non ineſt alicui B: & applicuimus ipſi propoſitionem maiorem veram: & complicitus fuit ſyllogiſmus rectus ſuper re manifeſta in ſyllogiſmo contrarĩ hunc in modum: C ineſt omni A: & C non ineſt omni B: igitur A non ineſt omni B, quod eſt concluſio ſyllogiſmi ſm contrarium. Sed iã prodibit hoc in tertia figura, ſi poſuerimus propoſitionem veram, quæ fuit coniuncta cum contradictorio, minorem in prima figura. cõtradictoriũ enim, quoniam hic erat vniuerſale affirmatiuũ, poterat eſſe maior propoſitio in prima figura. erit igitur concluſio falſa, A in omni C. ſi igitur accipiamus cõtradictorium ſuum, quod eſt A non ineſt alicui C: & applicemus ipſi propoſitionem veram, vt ϕ B in omni C: planũ ϕ ambæ iſtæ propoſitiones cõicant in minore extremitate concluſionis primæ figuræ. erit autem ſyllogiſmus in tertia figura, & concludet A non ineſt alicui B. hoc aũt eſt, quod fuit manifeſtum per viam contrarĩ in prima figura. Accidet autem, ſi accipiamus propoſitionem veram ex parte A negatiua, vt ſyllogiſmus rectus ſit in ſecunda figura tantum, quoniã ſi acceperimus contradictorium eius, quod quærebamus per viã contrarĩ, vt ϕ A ineſt omni B: & ipſi applicuerimus propoſitionem verã ex parte A, vt ϕ C ineſt nulli A: concludeẽ in prima figura ϕ C ineſt nulli B, quod eſt falſum. ſ. igitur acceperimus contradictoriũ huius, vt ϕ C ineſt alicui B: & applicuerimus ipſi eam, quæ eſt vera, vt ϕ C ineſt nulli A: concludeẽ in ſecunda figura ϕ A non ineſt alicui B, quod eſt quæſitum per viã cõtrarĩ nobis concluſum in prima figura. Sin aũt affirmatiua particularis monſtrata fuerit in tertia figura, veluti ſi cõcluſum fuerit in prima figura per ſyllogiſmum contrarĩ, ϕ A ineſt alicui B, eo ϕ poſuimus A ineſſe nulli B, quod eſt contradictorium: et applicuimus huic B ineſſe omni C, quæ eſt vera: (fieri enim non poteſt vt applicemus ipſam à parte A, eo ϕ minor nõ erit negatiua in prima figura) & cõcluſimus A eſſe nulli C, quod eſt ipoſſibile.

Monſtratio particularis negatiuæ.

Monſtratio particularis affirmatiuæ.

Si igitur accipiamus contradictorium huius impoſſibilis, vt ϕ A ineſt alicui C: & applicemus ipſi propoſitionem veram, veluti ſi dicamus, B ineſt omni C: planum ϕ concludetur nobis in tertia figura, ϕ A ineſt alicui B, nam C eſt terminus communicans cum contradictorio impoſſibilis & propoſitione vera. hoc autem eſt ſubiectum ambarum extremitarum. Conſimiliter accidet, cũ fuerit propoſitio vera applicita cõtradictorio particularis, hoc eſt propoſitio B C. Hæc igitur eſt diſpoſitio ſtum eorum, quæ monſtrantur per contrarium in prima figura. Iam ꝯ etiam mõſtratum fuit, ϕ in ipſa non oſtenditur vniuerſalis affirmatiua.

Secunda figura. Cap. XVI.

RVrſus in media figura ſit oſtenſum A omni B ineſſe. igitur ſuppoſitio erat A ineſſe non omni B: eſt autẽ acceptum A omni C: & C omni B: ſic enim erit impoſſibile. hæc vero prima figura, ſi A omni C: & C omni B.



Ex his complicationib' mõſtrat vtis affirmatiua i ſecunda figura p ipoſſe, i prima vero oſtenſiue.

Conſimiliter autem & ſi alicui oſtenſum eſt ineſſe. ſuppoſitio nanq; erat A ineſſe nulli B: ſed acceptum fuit A oi C: & C alicui B.



Ex his cõiugationibus monſtrat particularis affirmatiua in ſecunda figura p impoſſ. in prima vero oſtenſiue.

Quòd ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus, ſuppoſitio quidem A alicui B: acceptum vero eſt A nulli eorum quæ C: & C omni B. quare ſit prima figura.

Et ſi



Ex his ſyllogiſmis monſtrat vtis negatiua in ſecunda figura p ipoſſ. i prima oſtenſiue.

Et ſi non vniuerſalis ſyllogiſmus, ſed A alicui B monſtratum eſt non ineſſe, cõſimiliter. nam ſuppoſitio A ineſſe omni B: acceptũ vero eſt A nulli C: & C alicui B: ſic eni prima figura.



Ex his complicationib' mõſtrat particularis negatiua i ſecũda figura, in prima oſtenſiue.

Secunda figura. Cap. XVI.

Si vtis affirmatiua p ſecundas monſtret p ſyllm ad impoſſ. ređ' eãdem mõſtrãs fiet per primam.

SEd in ſecunda figura ponamus, ϕ mõſtretur per contrarium vniuerſalis affirmatiua, puta, quòd A inſit omni B, eo quòd poſuimus ſuum contradictorium, vt quòd A non ineſt omni B: & applicuimus ipſi maiorem propoſitionem veram, quæ cum ipſa complicabatur in ſecunda figura, quòd A in omni C: & concluſum fuit falſum ex hoc, puta quòd C non ineſt omni B. dicamus igitur quòd ſyllogiſmus iſtius quæſiti erit in prima figura. et hoc, quoniam ſi accipiamus contradictorium concluſionis falſæ, vt quòd C ineſt oi B: & applicuerimus ipſi quod dicimus, A ineſſe omni C, quæ eſt vera: planum ϕ concludetur nobis in prima figura tãtum, A ineſſe oi C, quę eſt vtis affirmatiua. & hoc, qm̃ duæ iſtæ ppoſitiones verę, quarũ vna eſt contradictorium falſæ, & altera vera poſita in ſyllogiſmo contrarĩ non cõmunicant, neq; in prædicato, vt ſit ſecunda figura, neq; in ſubiecto, vt ſit tertia. ſed illud, in quo cõicant, eſt ſubiectum maiori extremitati, quę eſt in quæſito, & prædicatum de minore. hic autem eſt ordo primæ figuræ. Sin autem monſtrauerimus in ſecunda figura per contrarium affirmatiuam particularem, puta A ineſſe alicui B, ex eo, ϕ poſuimus A ineſſe nulli B, quod eſt oppoſitum: & complicuimus huic A ineſſe omni C: ita vt ſequeretur C ineſſe nulli B, quod eſt falſum: dico igitur ϕ ſyllogiſmus rectus erit in prima figura, & hoc, quoniam ſi accipiamus A ineſſe omni C, quæ eſt vera poſita in ſyllogiſmo contrarĩ: & C alicui B, quod eſt contradictorium cõcluſionis falſæ: planum quòd concludetur in prima figura A ineſſe alicui B.

Particularis affirmatiua i ſecũda p impoſſ. mõſtrata, oñdet rẽdo ſyllo in prima.

Si vero monſtrata fuerit per cõtrarium vniuerſalis negatiua in ſecunda figura, eo ϕ poſuimus ſuum contradictorium, quod eſt A ineſſe alicui B: & complicuimus huic, ϕ A ineſt nulli C, ita vt cõcluſio eſſet falſa, ϕ C non ineſſet alicui B, ſyllogiſmus ſuus rectus erit in prima figura. & hoc, quoniam ſi accipiamus contradictorium concluſionis falſæ, ut ſi dicamus C ineſſe omni B: & applicemus ipſi A ineſſe nulli B, quæ erat vera: concludemus in prima figura, ϕ A ineſt nulli B. Cõſimiliter ſi monſtrauerimus in ſecunda figura per ſyllogiſmum contrarĩ particularem negatiuam, vt ϕ A non ineſt alicui B, eo ϕ poſuimus ſuam contradictoriã, quę eſt A ineſſe omni B: & applicuimus huic quòd A nõ ineſt alicui C: & ſequebatur ex hoc, vt C non ineſſet alicui B, quod eſt falſum: ſyllogiſmus igitur ſuus rectus erit, ſi acceperimus C in aliquo B, quod eſt contradictorium concluſionis falſæ: & applicuerimus ipſi propoſitionem veram, quæ eſt A ineſt nulli C: ſequetur enim ex hoc, A non ineſſe alicui B. Iam igitur monſtratum eſt, quòd ſyllogiſmus rectus eius, quod oſtenditur per contrarium in ſecunda figura, erit in prima figura. & hoc in omnibus quæſitis.

Vt negatiua per ipoſſ monſtrata in ſecunda, oſtẽdit hoc monſtrata i prima.

Negatiua particularis p ipoſſ mõſtrata in ſecũda, recto ſyllo in prima monſtrabitur.

Tertia figura. Cap. XVII.

RVrſus in tertia figura oſtenſum ſit A omni B ineſſe. igitur ſuppoſitio erat A ineſſe non omni B: acceptum autem eſt C omni B: & A omni C: ſic enim erit impoſſibile. hæc vero prima figura.



Ex his ſyllis mõſtrat vtis affirmatiua i tertia figura p impoſſ. in prima oſtenſiua.

Conſimiliter autem & ſi in aliquo demonſtratio. ſuppoſitio nanq; A ineſſe nulli B: acceptum autem eſt C alicui B: & A omni C.



Ex his cõiugationibus oſtruit particularis affirmatiua i tertia figura p impoſſ. i prima oſtẽdue.

Si vero priuatiuus ſyllogiſmus, ſuppoſitio quidem A alicui B ineſſe: acceptum eſt autem C A quidẽ nulli: B vero omni. hæc autem media figura.



Ex his complicationib⁹ mõstrat⁹ vlis negatiua, in tertia figura p impoſſe, in ſecunda oſtẽſiue.

Conſimiliter autem & ſi non vniuerſalis demonſtratio. ſuppoſitio enim erit A ineſſe oi B: acceptum vero fuit C A quidem nulli: B aũt alicui. hæc vero media figura.



Ex his ſyllogiſmis cõcludit particularis negatiua in tertia figura p impoſſe, in ſecũda oſtẽſiue.

Planum igitur, q̃ per eoſdem terminos, & oſtenſiue eſt monſtrare vnumquodq̃ problematum, & per impoſſibile. Conſimiliter autem erit & oſtenſiuis exiſtentibus ſyllogiſmis ad impoſſibile deducere in terminis acceptis, quando propoſitio oppoſita concluſioni acepta fuerit: fiũt enim ĩdem ſyllogiſmi ĩjs, qui per conuerſionem. quare ſtatim habemus & figuras, per quas vnumquodq̃ erit. Manifeſtum igit̃, quòd vnũquodq̃ problema monſtratur ambobus modis, & per impoſſibile, & oſtenſiue: & non contingit alterum ſeparari.

Tertia figura. Cap. XVII.

Vſus affirmatiua p ipoſſe in tertia mõſtrata, recte monſtrabit̃ i prima.

AMplius ſit monſtrata in tertia figura per viam contrarij vniuerſalis affirmatiua: puta, quod dicimus, A ineſſe omni B, eo q̃ poſuimus ſuam contradictortam, vt q̃ A non inſit alicui B: & applicuimus huic, q̃ C in omni B, ita vt falſa, quæ ſequebatur, fuerit A non ineſſe alicui C. dico igitur, q̃ ſyllogiſmus ſuus rectus erit in prima figura. & hoc, ſi accipiamus contradictortũ cõcluſionis falſę, puta, ſi dicamus A ineſt oi C: & applicemus huic, C ineſt oi B, quæ eſt vera: concludeẽ nobis in prima figura, q̃ A ineſt oi B. hoc autem eſt, quod p impoſſibile monſtratum fuit. fieri. n. nequit, vt A & B cõicent, niſi in aliquo tertio, quod ſubijciatur ipſi A, & prædicet̃ de B, quę ſunt extremitates quæſiti. Conſtat ſi monſtrauerimus per contrarium

Particularis affirmatiua p ipoſſe monſtrata in tertia, mõſtrabit̃ i prima recto ſyllo.

particularem affirmatiuam in tertia figura: puta, ſi dicamus, A ineſſe alicui B, eo q̃ poſuimus ſuum contradictorium, vt quod dicimus, A ineſt nulli B: & applicuimus huic, q̃ C ineſt alicui B, ita vt falſum concluſum extiterit, q̃ A nõ ineſt alicui C: ſyllogiſmus ſuus rectus erit in prima figura. & hoc, ſi accipiamus contradictorium falſi, hoc eſt concluſionis: puta, quod dicimus, A ineſt omni C, & huic applicemus C alicui B, hoc eſt propoſitionem ſyllogiſmi verã: et concludamus q̃ A ineſt alicui B. Eodem pacto ſi monſtrauerimus per contrarium vniuerſalem negatiuam, eo q̃ poſuimus ſuam cõtradictoriam: puta, quod dicimus, A ineſt alicui B: & applicuimus huic, q̃ C ineſt omni B, ita vt concluſum fuerit C ineſſe alicui A, quod eſt falſum. dicamus igitur q̃ ſyll's ſuus rectus erit in ſecunda figura. & hoc ſi accipiamus contradictorium concluſionis falſæ; & propoſitionem verã, quæ poſita fuerat in monſtratione contrarij. habebimus enim q̃ C ineſt nulli A: & ĩc ineſt oi B: & concludeẽ nobis A ineſſe nulli B. hoc autem eſt id, quod fuerat monſtratum per viam contrarij. Conſimiliter accidet ſi monſtrata fuerit per viam cõtrarij particularis negatiua, eo q̃ accepimus ſuam contradictoriam, puta vniuerſalem affirmatiuam: vt quoniam acceptimus, A ineſſe omni B: et huic applicuimus, C ieſſe omni B: & concluſimus C ineſſe alicui A, quod erat impoſſibile. dico igitur q̃ ſyllus rectus conſiſtet erit in ſecunda figura. & hoc, cũ acceptum fuerit contradictorium concluſionis, et propoſitio vera, ſm q̃ cõſuetum fuit, habebimus enim q̃ C non ineſt omni A: & C alicui B: & concluditur q̃ A non ineſt omni B, aut nõ, ineſt alicui B. Iam itaq̃ monſtratum fuit, q̃ omnia quæſita, quæ oſtenduntur per ſyllogiſmum contrarij in omnibus figuris, poſſunt etiam monſtrari per ſyllogiſmos rectos: quodq̃ ad ipſos redeunt per has eaſdem propoſitiones, & p hos quoq̃ ſimiẽr eoſdẽ terminos: quodq̃ reditus ſyllogiſmi recti ad contrarium eſt idem cũ ſyllogiſmo, qui vocat̃ conuerſiuus. Conſimiliter planum etiã ex eo, quod prædiximus, cũ ſyllogiſmi recti reduc̃i ad contrariũ, ad quales ſyllogiſmos reducunt̃ ſm contrarium: & eodẽ pacto cùm ſyllogiſmi ipſius contrarij reducuntur ad rectos, ad quales ſyllogiſmos reducuntur. Monſtratũ inſuper fuit, q̃ omne quæſtum oſtendi poteſt per contrarium, & ſm rectitudinem.

Vſus negatiua p impoſſe monſtrata in tertia, monſtrabit̃ in ſecunda ſyllo recto.

Particularis negatiua per impoſſe i tertia monſtrata, mõſtrabit̃ in ſecũda recte.

Epilogus dictorũ & dſta ſyll⁹ recti & ad ipoſſe ducentis.

De eo, quod eſt ex Oppoſitis ratiocinari. Cap. XVIII.

IN quali autẽ figura eſt ex oppoſitis propoſitionibus ratiocinari, et in quali nõ eſt, ita erit manifeſtum. Dico autem oppoſitas eſſe propoſitiones, ſm dictionem quidem quatuor: vt omni, ei quod eſt, nulli: & omni, ei quod eſt, non omni: & alicui, ei quod eſt, nulli: & alicui, ei q̃ eſt, nõ alicui: ſm autem veritatem tres: alicui enim, ei quod eſt, non alicui ſm dictionem ſolum opponitur. Harum vero contrarias quidem, quæ vniuerſaliter, omni, ei quod eſt, nulli ineſſe: vt omnem ſciẽtiam eſſe ſtudioſam, ei quod eſt, nullam eſſe ſtudioſam; alias autem oppoſitas.

Prima figura.

IN prima igitur figura non eſt ex oppoſitis propoſitionibus ſyllogiſmus, neq̃ affirmatiuus, neq̃ negatiuus. Affirmatiuus quidem, quoniam ambas oportet affirmatiuas eſſe propoſitiones: oppoſitæ vero dictio & negatio. Priuatiuus autem, quoniam oppoſitæ quidem idem de eodem prædicant, & negant: medium vero, quod in prima, non dicitur de ambobus: ſed ab illo quidem aliud negatur, ipſum autẽ de alio prædicatur. verum hæ non opponuntur.

Tractatus

Tractatus de ſyllogiſmis, qui componuntur ex Oppoſitis. Cap. XVIII.

Oppoſita ſ⁹ affirmationẽ et negationẽ ſunt cõtradictoria, & cõtraria.

PRIMA FIGVRA. Nota quare nõ poſſit fieri ſyllus ex oppoſitis in prima figura.

DIxit. In quali autem figura complicari poſſit ſyllogiſmus ex duabus propoſitionibus oppoſitis, & in quali figura fieri hoc nõ poſſit, monſtrabitur ex eo, quod ponemus. Sed primo iam dicamus, quòd oppoſita ſecundum veritatem ſecundum modum negationis & affirmatiõis, ſunt duo, contradictoria, & contraria. Quod cùm ſit ſtabulitum, dicamus, quòd fieri non poteſt, vt complicetur ſyllogiſmus in prima figura, neq̃ ex contrarijs, neque ex contradictorijs, neq̃ ſyllogiſmus concludens affirmatiuam, neq̃ ſyllogiſmus concludens negatiuam. Et affirmatiuam quidem, quoniam oportet, vt ſyllogiſmus concludens affirmatiuam conſtet ex ambabus affirmatiuis: ſed in ſyllogiſmo, qui complicatur ex oppoſitis ſecundum viam contradictionis, aut contrarij, vna propoſitionum ſuarum eſt negatiua, & altera affirmatiua. Et negatiuam etiam non poſſumus. & hoc, quoniam prædicatum & ſubiectum in affirmatione et negatione eſt vnum & idem, ſecundum quòd monſtratum fuit in libro præcedente. ſed in ſyllogiſmo primæ figuræ non eſt prædicatum ſuarum propoſitionum vnum, neq̃ etiam ſubiectum vnum: quoniam terminus medius, qui ſubiicitur in vna duarum propoſitionum, prædicatur in altera.

Secunda figura. Cap. XIX.

SEd in media figura, & ex oppoſitis, & ex contrarijs cõtingit fieri ſyllogiſmum. Sit enim bonum quidem, in quo A: ſcientia vero, in quo B, & C. ſi itaq̃ ſcientiam omnem ſtudioſam accepit, & nullam: A B omni ineſt, & C nulli: quare B nulli C. nulla igitur ſcientia ſcientia eſt.



In hoc ſyllo cõcludit negatiua vſus, ex oppoſitis contrarijs.

Conſimiliter autem & ſi omnem accipiens ſtudioſam, medicinam nõ ſtudioſam accepit. nanq̃ ipſum A omni B: ipſi vero C nulli: quare quædam ſcientia non erit ſcientia.



In hac conſtitutione mõſtratur cõtradictoria oppoſita, cõ ſupra oſtenſa ſint contrarie oppoſita.

Et ſi ipſum A C quidem omni, B autem nulli: eſt vero B quidem ſcientia, C autem medicina, ſed A ſuſpitio. cùm enim acceperit nullam ſcientiam ſuſpitionem, accepit aliquam ſcientiam eſſe ſuſpitionem. Differt autem ab eo qui pridem, eo quòd terminis cõuertitur: prius. n. ad B, nunc autem ad C affirmatiuum.



Cõplicatio hæc idem cõcludit ſuo tempore, oppoſito tñ mõ diſpoſitus propoſitionibus.

Et ſi altera propoſitio non ſit vniuerſaliter, conſimiliter.



In hoc ſyllogiſmo concludit particularis negatiua, ex oppoſitis contradictorijs.

Semper enim medium eſt, quod ab altero quidem negatiue dicitur, de altero autem affirmatiue. quare cõtingit oppoſita concludi, præterquam q̃ non ſemper, neque omnino: ſed ſi ita ſe habeant, quę ſub medio, vt aut eadem ſint, aut totum ad partem: aliter autem impoſſibile. neq̃ enim erunt vllo modo propoſitiones, aut contrariæ, aut oppoſitæ.

Secunda figura. Cap. XIX.

In ſecunda figura fit ſyllus ex oppoſitis ſm viam contrarii, & contradictionis.

SEd in ſecunda figura poteſt eſſe ſyllogiſmus ex duabus propoſitionibus oppoſitis, ſiue ſecũdum viam contrarij, ſiue ſecundum viam contradictionis. Vt in exemplo, omnis ſcientia ſtudioſa: & nulla ſcientia ſtudioſa: & concluditur nobis, quòd nulla ſcientia eſt ſciẽtia: quod eſt maxime impoſſibile. Conſimiliter accidet, ſi poſuerimus, omnis ſcientia ſtudioſa: & medicina non eſt ſtudioſa. & hoc, quoniam negatio ſtudioſitatis à medicina eſt negatio ab aliqua ſcientiarum, ac ſi poſuiſſemus omnem ſciẽtiam ſtudioſam eſſe, & aliquam ſcientiam non eſſe ſtudioſam. concluditur igitur nobis q̃ aliqua ſciẽtia non eſt ſciẽtia. Cauſa autẽ, quare hoc fieri poſſit in ſecunda figura, eſt, q̃m prædicatum in vtriſq̃ extremitatibus eſt vnũ & idẽ. Conſimiliter ſe habebit in oppoſitis, ſi poſuerimus affirmatiuam maiorem & negatiuam minorem, aut res ſe habeat ẽ conuerſo: diſpoſitio enim in hoc eſt vna & eadem. Non poſſunt autem oppoſita concludi in hoc ſm veritatem, niſi cùm acceperimus affirmatiuam & negatiuam eaſdem: velutti ſi dicamus, omnis ſciẽtia eſt ſtudioſa, & non omnis ſcientia eſt ſtudioſa. aut accepe rimus id, quod eſt pars vnius duarum propoſitionum oppoſitarum, & ſub ipſa cõtinetur loco propoſitionis eiuſdẽ affirmatiuæ, & negatiuæ. quẽadmodũ ſi ponatur

tius loco eius, quod est, non omnis scientia est studiosa, hoc, qđ est, medicina non est studiosa: aut loco eius, quod dicimus, omnis scia est studiosa, hoc, quod dicimus, medicina est studiosa: deide ipsi applicemus, nulla scientia est studiosa: propterea ꝙ non est dria, si coniungamus ipsam cum propositione opposita eadē, aut cū eo, quod sub ipsa continet. Cū itaq; nō accipiuntur propositiones ſm vnum, duosq; modosq;, non erunt opposita, neq; potentia sua erit potentia oppositorum, neq; ſm ꝙ opponuntur ſm viam contrariꝰ, neq; ſm ꝙ opponuntur secundum viam contradictionis.

Tertia figura. Cap. XX.

SEd in tertia figura affirmatiuus quidem syllogismus nunquam erit ex oppositis propositionibus, ob dictam causam & in prima figura: negatiuus vero erit, et vniuersaliter, & non vniuersaliter terminis existentibus. Sit enim scientia, in quo B, & C: medicina autem, in quo A. si itaq; acceperit omnem medicinam scientiam, & nullam medicinam scientiam: ipsum C accepit omni A, et ipsum B nulli: quare erit aliqua scientia non scientia. Consimiliter autem et si nō vniuersaliter accepta fuerit C A propositio. si enim est aliqua medicina scia, et rursus nulla medicina scia, accidit scientiam aliquam non esse scientiam. Sunt autem cùm termini vniuersaliter accipiuntur, propositiones contrariæ: cùm vero alter in parte, oppositę.

In his duobus syllogismis astruitur particularia negatiua ex oppositis cōtrarijs, & ēt contradictorijs.



Nō esse accipiēdas .ppōnes adu oppositas.

Oportet aūt existimare, ꝙ contingit quidē sic opposita accipere, quēadmodū diximus, omnem scientiam studiosam esse, et rursus nullam, aut aliquā non studiosam, quod non consueuit latere. Est autem per alias interrogationes ratiocinari alterum, aut, quemadmodum in Topicis dictum est, accipere.

Lib. 8. Sex fieri cōplationes i secūda figura, & etiā in tertia.

Quoniam vero affirmationum oppositiones tres, sex mōdis contingit opposita accipere, aut omni et nulli, aut omni et non omni, aut alicui & nulli: & hoc conuertere in terminis: vt A omni B, ipsi vero C nulli: aut C omni, B autem nulli: aut huic quidem omni, illi vero non omni: & rursus hoc conuertere secundum terminos. Consimiliter autem & in tertia figura. Quare manifestum, & quot modis, & in qualibus figuris contingit per oppositas propositiones fieri syllogismum.

Sed & manifestum, ꝙ ex falsis quidem est verum ratiocinari, quēadmodum dictum est prius: ex oppositis autem, non est: semper. n. syllogismus fit cōtrarius rei. vt si est bonum, non esse bonum: aut si animal, non animal: eo quòd ex contradictione est syllogismus, et termini subiecti aut idem sunt: aut hic totum, ille pars.

Diffa iter syllogismus ex falsis, & ex oppositis.



In his syllis ex oppositis ppōnib⁹ falsum concluditur.

Planum autem & quòd in obtractionibus nil prohibet fieri suppositionis contradictionem, vt si est impar, non esse impar: ex oppositis nanque propositionibus contrarius erat syllogismus. Si itaque tales acceperit, erit suppositionis contradictio.

Par. Numer⁹ tres æqles vnitates diuisus.
Impar. Numer⁹ in æqualia diuisus. Ternari⁹.



In his syllis ex oppositis concludunt oppositæ de eodem.

Oportet autem existimare, quòd ita quidem non erit contraria concludere ex vno syllogismo, vt sit conclusio, non existens bonum bonum, aut aliud quid tale: nisi statim ppositio talis accepta fuerit, vt animal album esse, & non album, hominem vero animal.

In hoc vno syllo conclu dūtur contraria de eodē, statim assumpta tali propōne.

sed aut contradictionem oportet assumere, vt, quòd omnis scientia suspitio, & non suspitio: postea accipere, quòd medicina scientia quidem est, nulla autem suspitio, quemadmodum elenchi fiunt: aut ex duobus syllogismis. vt autem quæ accepta sunt, contraria sint secundum veritatem, non est alio modo, quàm hoc, veluti prius dictum fuit.

Tertia

Suspitio. Al.nō. Suspitio.

Hic syllis destruit pas ē assumptæ cōtradictionis.



Tertia figura. Cap. XX.

In tertia figura in modis affirmatiuis non fit syllis ex oppositis. In modis negatiuis fit syllis ex oppositis, i vtrīq; ex cōtrarijs, in particularib⁹ ex contradictorijs.

IN speciebus autem affirmatiuis tertiæ figuræ fieri non potest, vt complicetur syllogismus ex oppositis: quoniam duorum oppositorum, vnum est affirmatiuum, & alterum negatiuum. hęc autem est eadem causa, quæ accidit in prima figura. Sin autem exciterit syllogismus negatiuus, potest in ipsa complicari syllogismus ex propositionibus oppositis, cùm fuerint propositiōes vniuersales, aut particulares. Vt in exemplo, si dicamus, omnis medicina scientia: & nulla medicina scientia: sequitur enim ex hoc, quòd aliqua scientia non est scientia. Cùm vero exciterit vna duarum propositionum his duobus syllogismis particularis, & altera vniuersalis, complicabitur syllogismus ex contradictorijs, non autem ex contrarijs: propterea quòd contraria sunt vniuersalia. Oportet autem vt scias, quòd syllogismi, qui complicantur in his duabus figuris, affirmatiui & negatiui complicatione prima, hoc est, quoniam reliqui, qui numerantur in hoc capitulo, dependent ab ijs, sunt duodecim syllogismi, sex in omni figura. & hoc, quoniam coniugationes oppositorum secundum viam contrarij sunt tres: vna ipsarum, cùm dicimus, omne & nullum, quæ sunt oppositæ secundum viā contrarij: & duo oppositæ secundum viam contradictionis: quorum vnum est, vt sit affirmatiua vniuersalis & negatiua particularis: secundum vero in contrarium huius. Planum igitur, quòd ex ipsis complicabūtur in vtraq; duarum figurarum tres syllogismi, quoniam vero duæ propositiones oppositæ binas habent positiones in figura, vna, vnam, vt sit affirmatiua minor, & negatiua maior, alteram vero in contrarium huius, sequitur ex hoc, vt species syllogismorum in omni figura sint sex. Non cures autem in positione ista, si fuerit minor in tertia figura negatiua, siue affirmatiua: propterea quòd prohibitum fuit in precedentibus, ne esset negatiua in relatione ad quæsitum determinatum, sed quod intendimus in his syllogismis compositis, est deceptio, & conclusio impossibilis, siue conclusio ipsa fuerit impossibilis, siue ipsam conuertens. Iam itaque monstratum fuit in hoc tractatu in quali figura complicari possunt syllogismi ex propositionibus oppositis, & quantus est numerus eorum, qui in ipsis sunt primi, quibus vsum retinent elementorū. Et manifestum etiam est, quòd potest ex syllogismis, quorum propositiones sunt falsæ, concludi conclusio vera, præter hanc speciem syllogismorum: quoniam cōclusio in ipsis est semper opposita rei positæ, & hoc quòd aliquod ens sit nō ens, vt quòd animal non sit animal, & quod disponitur in hoc non sit in hoc, siue hoc dispositum sit ens extra intellectum, siue sit non ens. quemadmodum si concludatur quòd hircoceruus non est hircoceruus ex duabus propositionibus oppositis: veluti si dicamus, homo est hircoceruus, & homo non est hircoceruus. sequitur enim ex hoc, quòd hircoceruus non est hircoceruus, qui sermo sibīpsi contradicit: & si hircoceruus etiam non esset ens: propterea quòd fieri non potest, vt verum sit aliquid affirmari & negari simul de seipso, siue illud sit ens, siue sit non ens. Atqui sequitur hoc in istis syllogismis, quoniam ambæ propositiones sunt contradictoriæ: siue prædicatum, ac subiectum ipsis fuerint vna & eadem, siue vnum ipsorum fuerit pars alterius. Planum autem, quòd syllogismi corrupti, qui sunt in hac arte, propter corruptionem propositionum, comprehendi possunt in syllogismis veris existentibus in hac arte contradictoria propositionum verarum: præterquam quòd relinquatur in hoc, vt existimetur, quòd isti syllogismi corrupti sint veri, et hoc aut per continentiam partium, aut per consequentiam, & sequatur artificem tractantem de cœlo id, quod posuit, & admisit in hac arte, quemadmodum si aliquis ponat, quòd corpus cœleste est infinitum, & ponat simul cum hoc, quòd est sphæricæ figuræ, sequitur enim ex hoc, vt finitum sit infinitum. Maxima vero vtilitas, quę in hoc reperitur, est instare sermonibus corruptis, qui sunt in artibus. Oportet insuper, vt scias, quòd non potest aliquis errare in positione duarum propositionum oppositarum, in syllogismo simplici vno et eodem. Consimiliter non potest aliquis interrogans decipere respondentem adeo, vt ab ipso admittat binàs propositiones contradictorias simul in syllogismo vno simplici, & non admittat eas, cùm interrogauerit ipsas per unum modum: quemadmodum quòd admittat, quòd res hæc est bona, & ꝙ non est bona. Sed fieri hoc utique potest, cùm interrogantur secundum vnum modum, & ponuntur secundum alium, aut ponuntur pars syllogismorum compositorum, si positio sua sit per modum, & interrogatio super ipsis per modum. quemadmodum si aliquis interroget, an animal album non est album, fieri enim potest, vt admittat hoc: quoniam animal album sunt duæ res simul: sed non est album, est vnum tantum. & secundum hunc intellectum fieri potest, vt respondēs admittat istam propositionem, cùm hanc ipsum interrogamus. cumq; interrogauerimus post hoc, an homo sit animal & album, fieri similiter etiam potest, vt à nobis admittat hanc aliam. super hoc autem concluditur impossibile, puta quòd aliquod album non est album. Eodem pacto fieri etiam potest, ut admittat duo opposita, cùm vnum ipsorum ponitur pars syllogismi simplicis respectu conclusionis determinatæ: & alterum quoque ponitur pars alterius syllogismi simplicis respectu conclusionis alterius consimiliter. In hoc igitur per se potest homo errare, & ponere in syllogismis compositis propositiones contradictorias. quemadmodum si admittat quòd omnis medicina est scientia, & omnis scientia est opinio, absque eo, quòd exponat quòd sequitur ex hoc, puta quod dicimus; omnis medicina est opinio: deinde admittat secundam propositionē, puta nulla medicina opinio: quare erit admittens in tribus istis propositionibus binas propositiones oppositas, vt quòd omnis medicina est opinio: & nulla medicina est opinio: quare sequetur ex ipsis, quòd nulla medicina est medicina. Maxime autem accidit hoc, cū interrogamus consequens oppositum, non autem oppositum ipsum: propterea quòd latebit, & admittetur: & maxime cùm ipsum consequens fuerit longinquum. quemadmodum si interrogemus de affirmatione prædicati ad subiectum, & admittatur: deinde interrogemus de negatione huius prædicati à genere istius subiecti, aut super speciebus, aut super individuis, & admittatur: sequetur enim ex hoc negatio eiusdem prædicati ab omni hoc subiecto, de quo affirmabatur, aut à parte ipsius.

Non inconuenit minorē esse negatiuā in syllo ex oppositis i tertia figura.

Nota de syllogismis ex oppositis, q̄ b⁹ vtimur in arte Tentatiua.

Maxima vtilitas syllogismorum ex oppositis ē instare ſmonibus corruptis, q̄ sunt in artibus. Non pōt aliquis errare, vt ponat duas ppōes oppositas i uno syllogismo simplici tantum. Non potest aliqs ñdēs decipi ab interrogāte in admissione duarum propōnum oppositarum in vno syllo.

Nota hic, quō i duob⁹ syllis possunt admitti oppositæ.

De Impotentijs syllogisticis.

De eo quod est Peti in principio. Cap. XXI.

*petere.

VOd autem in principio pẽti, & accipere, est quidem vt in genere accipiam, in eo quod est non demonstrare propositum. Hoc autem accidit multifariam. nãq; & si non ratiocinatur, & si per ignotiora, aut similiter ignota, & si per posteriora prius: demõstratio nãq; & ex credibilioribus, & prioribus est. Horum igitur nihil est peti quod in principio. sed quoniam nõnulla quidem per se ipsa apta sunt cognosci, quædam vero per alia: principia enim per seipsa, quæ autem sub principia per alia: quando non per seipsum cognoscibile conetur aliquis p seipsum monstrare, tunc petit quod ex principio. Hoc autem est quidem sic facere, vt statim censeat quod propositum est.

Syllo statim probans quod quæritur, petẽs in principio, cum sit ex terminis synonimis.



Contingit vero & in alia transeuntes, nata per illud monstrari, p hæc demonstrare quod ex principio. Veluti si A mõstraretur per B: B autem per C: C autem natum esset monstrari per A. accidit enim ita ratiocinantes ipsum A per seipsum monstrare. quod faciunt qui coalternas putant scribere: latent enim ipsi seipsos talia accipientes, quę nõ est possibile monstrare, non existentibus coalternis.

Lineæ coalternæ, super quas cadit linea recta.



Rõ cõposita non stati offendens q̃d quęritur, petens in principio.



Quare accidit ita ratiocinantibus vnumquodq; esse dicere, si est vnumquodq;. sed ita oẽ erit p seipsum cognoscibile: quod impoſe. Si igitur obscuro existente, cp A ineſt ipsi C: similiter autem & cp ipsi B: peteretur A esse ipsi B: nondum clarum, si quod in principio petitur. sed planum, cp non demõstrat. non enim est principium demonstrationis, quod similiter obscurum.

In hoc syllogismo ignoraẽ, an petamus in principio: quia maior est ignota. saltem nõ demonstrat: qa ea obscura est, vt conclusio.

10 Scientia. Generatio in recta ratione. Virtus.
A. B. C.



Si tamẽ B ad C ita se habet, vt idem sint, aut videlicet conuertuntur, aut ineſt alterum alteri, petitur quod in principio. monstrare enim posset per illa, cp A ineſt ipsi B, si cõuertuntur: nunc autem hoc prohibet, sed non modus. Si vero hoc faceret, quod dictum est faceret vtique, & conuerteret per tria.

*a.1.fi

Animal. Risibile. Homo.
Bonum. Voluptas. Lætitia.
A. B. C.



Syllo hi manifeste petit iuxta maiorem: quia ita in se ignota est, vt cõclusio. & termini minoris idẽ sunt: nam aut cõuertũtur, aut ineſt alterum alteri.

Consimiliter autem & si acciperet B ipsi C ineſse, itidem obscurum existens: et si A ipsi C: nondũ quod à principio, sed nõ demonstrat.

Mortale. Forma materialis. Anima.
A. B. C.



In hoc syllo quia minor ẽ ignota, ignoraẽ an petaẽ in principio: nihil rñ ostẽdit, quia ipsa vt conclusio, obscura est.

Si vero idem sint A & B, aut eo quòd conuertuntur, aut eo quòd ex B sequitur A, quod à principio*, ob eandem causam. quid enim potest, quod ex principio, dictum nobis est, quod per seipsum monstrare, quod non per seipsum manifestum.

* al.c.ad.petitur

Si igitur

Risibile. Vtile. Homo. Honestum. Mansuetum. Tẽperantia.
A. B. C.



Syllo hi manifeste petit iuxta minorem: quia ea ita ignota est, vt cõclusio. & termini maioris sunt idẽ: quia aut conuertitur, aut ex medio sequitur maior extremum.

Si igitur est in principio peti, per seipsum monstrare, quod non per seipsum manifestũ: hoc autem est non monstrare, cùm similiter obscura sint, & id quod monstratur, & id per quod monstrat: aut eo cp eadem eidem, aut eo cp idem eisdem ineſt, accipiat: in media quidem figura, & tertia vtroq; modo contingere posset peti quod in principio. in prædicatiuo autem syllogismo & i tertia, & prima: quando autem negatiue, cùm eadem ab eodem, & non similiter ambæ propositiones. consimiliter vero et in media, propterea cp termini non conuertuntur secũdum negatiuos syllos. Est autẽ in principio peti, in demonstrationibus quidem sm veritatẽ sic se habentia: in dialecticis vero secundum opinionem.

Petitionum in principio explicatio, in cunctis trium figurarum modis.

Prima figura.

In prio mõ ad monstrandũ vtes affirmatiuã, assumendo eadẽ de eisdẽ, petitur in minori, vt per primos appetet terminos: assumendo vero idẽ de eisdẽ, in maiori, vt per secundos.

Senſitiuum. Animal. Animal. Risibile. Homo. Homo.
A. B. C.



In secundo mõ ad monstrãdã vtem negatiuã, p idem ab eisdem petitur iuxta maiorẽ: p eadem ab eodẽ nihil monstratur, quia minor ẽ negatiua.

Dolor. Voluptas. Voluptas. Lętitia. Lætitia. Dolor.
A. B. C.



Risibile. Album. Homo. Risibile. Album. Homo.
A. O, Al. B. Al.O. C.



In tertio modo ad monstrãdã pcularẽ affirmatiuã, p eadẽ de eisdẽ petitio ẽ fm minorẽ: p idem de eisdem nihil mõstrat, quia maior pticularis.

10

Risibile. Album. Homo. Risibile. Nigrum. Homo.
A. Al.ñ, O. B. O. Al.ñ. C.



Ad pticularẽ negatiuã monstrãdam i quarto modo peccatur in principio: quia per idẽ ab eisdẽ, maior negatiua fm partẽ: per eadem ab eodẽ, minor negatiua i parte: quę etiam non conuertuntur.

20

Secunda figura.

Voluptas. A. Voluptas. A.



B. Dolor. N. Lętitia. C. B. Lætitia. N. Dolor. C.

30

Ad monstrãdã vtem negatiuã i primo mõ, assumendo idem ab eisdẽ, peccatur in maiori. i secũdo, assumẽdo eadẽ ab eodẽ, peccatur i minori.

Voluptas. A. Voluptas. A.



B. Dolor. Al,ñ. Lętitia. C. B. Lętitia. Al.ñ. Dolor. C.
Lætitia. Dolor. Dolor. Lętitia.

40

Ad particularem negatiuã i tertio, mõ p idem ab eisdem petit i maiori, per eadẽ ab eodẽ non monstratur, quia maior pars ticularis.

In quarto p eadem ab eodem petit in minori: per idẽ ab eisdẽ nõ mõstrat, quia maior pticularis.

Tertia figura.



50

In his cõparationibus Cõclusio p idem petit affirmatiua per eadem de eodẽ petit i minori per idẽ de eisdẽ, facta cõclusione, petit in minori. Fit etiã ytus ad vtrum affirmatiue in prio mõ, si assumãt termini cõuertibiles.



In his cõpli cationib⁹ ad monſtrãdam particularẽ negatiuã, ſidẽ ab eiſdẽ ſi maior rig eadẽ ab eodem nihil monſtrat, ga minor eſt ne gatiua. Pte; quę etiã non cõcluditur.

Tractatus de poſitione quæſiti primi ciuſdem in ſyllogiſmo, quæ uocatur Repetitio. *Cap. XXI.*

DIxit. Poſitio autẽ quæſiti primi, hoc eſt, quod intenditur monſtrari per ſeipſum, non autem propter aliquid aliud, quod ſit pars ſyllogiſmi concludẽtis ipſum, eſt ex genere orationum, per quas non poteſt aliquid oſtendi per demõſtrationem, quod intendamus oſtendere per demonſtrationem. Accidit autem, vt quæſitũ non oſtendatur per demonſtrationem ab ea oratione, per quam intendimus demonſtrare, quatuor modis. Quorũ vnus eſt, vt ex iſta oratione non ſequatur concluſio, quam intendebamus ex ipſa ſequi: ſeu quia nihil penitus concludat: ſeu quia non concludat aliquid ex ijs, quæ intendebamus concludere. Modus autem ſecundus eſt, vt propoſitiones ſint ignotiores concluſione, conditio nãq; propoſitionum eſt, vt ſint potiores concluſione, Modus vero tertius eſt, vt propoſitiones & concluſio ſint in vno gradu occultationis. Quartus autem modus eſt, vt concluſio ſit cauſa cognitionis propoſitionum. ex conditionibus nanq; propoſitionum eſt, ut ſint notiores cõcluſione, & ſint cauſa in cognitione ipſius. & hoc excedit pars iſta partem ſecundam. Cùm itaq; ſit hoc ſtabilitum, non eſt poſitio quæſiti primi pars ſyllogiſmi ſui, eius videlicet, qui vocat repetitio, quæ eſt oratio, per quam non oſtenditur per demonſtrationem quæſitum primum, quoniã hic eſt vnus ex modis: ſed magis oportet, vt oratio, per quam non monſtratur quæſitum, aſſueſcat conſuetudini generis, Species autẽ iſta orationis, quæ vocatur repetitio, eſt illa, qua ſolicitus eſt aliquis in monſtrando aliquid ignotum per illud idem, hoc eſt per aliquid ignotum, id, quod non poteſt monſtrari, niſi per aliud ab ipſo. Cognitorum enim binæ ſunt ſpecies: aut nota per ſe, vt ꝓpoſitiones primæ: aut nota per aliud ab ipſis, vt ea, quæ cognoſcuñ per primas propoſitiones. Cùm igitur aliquis ſolicitus ſit ad oſtendendum aliquid per ſe per id, quod eſt notum per aliud, hoc eſt, quod vocatur hac in arte repetitio, & poſitio quæſiti primi. Hæc autem operatio deceptionis aut errati accidit ſm duos modos. Quorũ vnus eſt, ut quæſitum per ſe ponat propoſitio ad oſtenſionem ſuiꝰplius. hoc autem accidit, cùm prædicatum ac ſubiectum quæſiti fuerint duo nomina multiuoca, quemadmodum poſt hoc declarabitur. Secundus vero modus, veluti ſi monſtretur concluſio aliqua per ſyllogiſmos plures cõpoſitos ex propoſitionibus pluribus: quarum vna ita ſe habet, vt non mõſtretur, niſi cùm hæc concluſio facta fuerit propoſitio in ſyllogiſmo ipſam cõcludente. Quemadmodum ſi aliquis mõſtret, ꝙ A ineſt ipſi E, cùm acceptum fuerit A ineſſe B, et B ipſi E: deinde oſtendat B ineſſe ipſi E, eo ꝙ B ineſt ipſi C, & C ipſi E. amplius monſtret A ineſſe ipſi B, eo ꝙ A ineſt ipſi E, quæ erat cõcluſio, & E ineſt ipſi B. nõ enim eſt differẽtia inter iſtam ſpeciem & ſpeciem primam, niſi ꝙ in ſpecie prima concluditur id, quod intendebamus concludere ex aliquo pe ſe: ſed in hac ſpecie concluditur quod intendebamus concludere, per media plura vno. Deceptio autem in hac ſecunda ſpecie mul tum accidit propter obliuionem. quemadmodum accidit demonſtranti, ſi linea recta ſupra duas rectas ceciderit, & duo anguli, qui fuiſſent in vno latere, æquales fuerint duobus rectis, ꝙ duæ illæ lineæ ſunt æquidiſtãtes. quoniam ſi non eſſent æquidiſtãtes, cùm protraherentur in rectum, cõcurrerent in altero duorum laterum, & fieret ibi triãgulus, cuius anguli eſſent maiores duobus rectis; quod fieri non poteſt, & non cohæret: quoniam ꝙ triangulus habeat duos angulos rectos, monſtratur per lineas æquidiſtantes. Et in ſumma accidit ei, qui facit hanc ſpeciem monſtrationis, illud impoſſibile, quod accidebat illi, qui ratiocinabatur dicens, ſi eſt hoc, ꝙ eſt hoc, ſed ſm hunc modum erunt omnia per ſe nota, & ſufficientia abſq; eo, ꝙ cognoſcãtur per alia. Cùm vero habuerimus aliquid, quod ignoremus ineſſe duobus diuerſis, et vnum iſtorum duorum ſit, eo ꝙ aliud eſt, iam declarabimus ignotum per ignotum: non tamen ſequitur, vt ſit, quemadmodum hæc mõſtratio, quę vocatur repetitio. Veluti ſi ignoremus A eſſe in B, & in C: ſit autem per ſe manifeſtum B eſſe in C: velimus autem mõſtrare A eſſe in C, eo ꝙ eſt in B: ſequitur vtiq; vt talis monſtratio ſit repetitio: ſiue ſm veritatem, cùm duæ res fuerit res una & eadem ſm veritatem, hoc eſt C & B, diuerſificentur autem ſm nomina, & hoc, cùm habuerint nomina multiuoca: aut ſm opinionem exiſtimatam, cùm fuerit opinio de B & C, ꝙ ſint vnum & idem, præterq; ꝙ ſint vnum in veritate ſm numerũ. hoc autem accidit, cùm vniuſquiſq; ipſorum eſt conuertibile cum ſuo complicito, quemadmodum ſi vnum ipſorum eſſet proprium alterius, aut definitio, aut deſcriptio: aut vnum ipſorum ſequatur ex reliquo, licet non ſit conuertibile, quemadmodum ſequitur, ꝙ ſit animal, ſi eſt homo. Atqui hæc eſt repetitio probabilis, non ſm veritatem. Quòd ſi ſatummodo diuerſificentur ſm nomen, erit repetitio vera: quẽadmodum ſi aliquis monſtret, ꝙ hęc res ſibi allata eſt enſis, propterea ꝙ eſt ſpatha. Conſimiliter ſi habuerimus duo, quæ ignoremus ineſſe vni rei, & notum ſit vtrũq; ipſorum ineſſe alteri, & voluerimus mõſtrare, ꝙ vnum ipſorum ineſt huic ignoto, quia alterum ſibi ineſt: dico ꝙ non erit hoc repetitio, niſi notum ſit hæc duo ita ſe habere, vt vnum ipſorum alteri inſit, & ſint vnum ſm veritatem, aut quia vtrunq; ipſorum conuertitur cum ſuo complicito, aut quia ſequitur ex ipſo. Quemadmodum ſi ignoraremus A & B eſſe in C, & eſſet notum A eſſe in B, dico ꝙ hoc nõ erit repetitio ſuper quæſito, niſi exiſtimatum fuerit A & B eſſe vnum & idem, aut ꝙ erunt vnum & idem. Differunt aũt repetitio & monſtratio circularis. quoniam in monſtratione circulari oportet tres terminos ſibi inuicem conuertibiles eſſe: quemadmodum expoſuimus, hoc eſt A, & B, & C. ſed hoc in loco non erit conditio conuerſionis, niſi in B, & C, ideſt in duobus terminis ſyllogiſmi. Cùm igitur monſtratio, quæ vocatur repetitio & poſitio quæſiti, ſit, vt oſtendamus rem ignotæ fuentionis per ſe ex parte, qua accidit rei, vt exiſtimetur, ꝙ ſit res duæ; & hoc aut prædicatum quęſiti & terminus medius, aut ſubiectum eiuſdem & terminus medius: manifeſtum ꝙ ſyllogiſmus repetitionis componitur ex duabus propoſitionibus: quarum vna eſt nota, vt ꝙ vna iſtarum duarum rerum inſit alteri, hoc eſt, quæ ſm veritatem, aut probabiliter eſt vna: altera autem ignota, puta extremitatem quæſiti ignotam ineſſe vni ipſorum, aut maiorem medio, ſi minor nota extiterit, aut medium eſſe minori, ſi maior fuerit cognita. Quẽadmodum ſi eſſent B, & C nomina multiuoca, & vellemus mõſtrare A ineſſe C per medium B, hoc eſt ſi acceperimus A ineſſe B: & B ineſſe C. A enim ineſſe B, eſt propoſitio

Quatuor modi ſit peruio pricipij, cũ nõ demõſtrat concluſio id, ꝙ id de bet demonſtrari.

Cognita alia a ſe, alia per aliud.

Nota qd ſit ꝓprie repetitio quæſiti primi.

Qđ ſit repetitio primi.

Dſia ſit repetitionẽ & mõſtrationẽ circularem.

poſitio ignota: B vero eſſe C, eſt propoſitio nota, propterea ꝙ ſunt nomina multiuoca, aut talia, vt exiſtimentur ita ſe habere. Conſimiliter accidet ſi A, & B fuerint nomina multiuoca, hoc eſt ſi notum fuerit A eſſe in B, ſed B eſſe in C ignotum. Quod cùm ita ſit, manifeſtum, ꝙ ſpecies ſermonum cõpoſitorum hac compoſitione, quæ vocatur repetitio, erunt in omnibus tribus figuris. Conſimiliter cùm fuerit ſyllogiſmus ex duabus propoſitionibus affirmatiuis, erunt ſpecies, quæ componuntur ex hoc genere in tertia figura, ac prima, duplum reſpectu ſpecierum, quę concluduntur in vnaquaq; ipſarum, cùm fuerint in omni figura: qñ termini conuertuntur inter ſe, hoc eſt propoſitio nota. Quòd autem affirmatiui duplicem habeant concluſionem, eſt, quoniam omnis ſpecies ipſorum diuiditur in duas partes: quarũ vna eſt, vt minor ſit ignota & maior nota: ſpecies vero ſecunda ſe habet in contrarium huius, minorem enim habet notam & maiorem ignotam. Sed cùm fuerit ſyllogiſmus negatiuus, hoc eſt ex duabus propoſitionibus, quarum una eſt affirmatiua, & altera negatiua, non accidet, vt ſpecies iſtæ duplicẽtur: quoniam ſemper vtiq; erũt negatiuæ. non enim verum erit, vt ſit propoſitio conuertibilis nota negatiua: quoniã ſemper aut eſt aliquid, quod eſt vnũ ſm veritatem, aut quod exiſtimatur eẽ vnum. Cùm itaq; monſtratio ſm modum repetitionis ſit duarum ſpecierum: aut repetitio vera, quæ eſt, cùm propoſitio conuertibilis in ipſa eſt ex duobus nominibus multiuocis: aut repetitio ſm opinionem exiſtimatam proba bilem, cùm eſt in ipſa propoſitio, de qua propter conuerſionem in ſeipſum exiſtimant ꝙ ſit vna, aut propterea ꝙ vnus duorum terminorum continetur ſub alio: manifeſtum ꝙ ars Demonſtrationis accipit intentionem veram ipſius: ſed ars Dialectica accipit duas ſpecies ſimul, hoc eſt eam, quæ eſt repetitio vera, & eam, quæ eſt repetitio probabilis: ſed ars Sophiſtica appropriat ſibi hanc monſtrationem, & in hoc videẽ etiam, vt ars Rhetorica non elonget vnã duarum ſpecierum monſtrationis huius. Iam igit ex hoc monſtratũ fuit, qd eſt, quod vocatur repetitio, & quot ſunt ſpẽs ſuæ.

Pñt fieri repetitio in tribus figuris.

Cum ſit duplex repetitio & ſm ꝓbitates, & ſm opinionẽ, Demõſtratio accipit primam, ars Dialectica duas.

Repetitio principii ꝓpria Sophiſtis.

De eo, quod eſt Non penes hoc. Cap. XXII.

NOn penes hoc autẽ accidere falſum, quod plerunq; in rationibus conſueuimus dicere, primum quidem eſt in ſyllogiſmis ad impoſſibile, quando ad contradictionem ſit huius, quod monſtrabatur ea quæ eſt ad ipoſſibile. Neq; enim qui nõ contradixit, dicet ꝙ eſt non penes hoc, ſed ꝙ falſum aliquid poſitum fuit eorum, quæ prius. neq; in ea quæ mõſtrat: nõ enim ponit, quod contradicit. Amplius autem, quando ſublatum fuerit aliquid oſtenſiue per A B C, non eſt dicere, quòd nõ penes poſitum factus eſt ſyllogiſmus. nanq; non penes hoc fieri tunc dicimus, quando ſublato hoc, nihil minus concludatur ſyllogiſmus. quod non eſt in oſtenſiuis: ſublata. n. poſitione, neq; qui ad hãc erit ſyllogiſmus. Manifeſtum igitur, ꝙ in ijs quæ ad impoſſibile, dicitur nõ penes hoc: & quando ita ſe habeat ad ipoſſibile ſuppoſitio, quę à principio, vt & exiſtente, & non exiſtente hac, nihil minus accidat impoſſibile.

Manifeſtiſſimus igit modus eius, quod eſt nõ penes põnem eſſe falſum, eſt, qñ à ſuppoſitione inconiunctus ſit à medijs ad impoſſibile ſyllogiſmus: quod dictum eſt et in Topicis. non cauſam enim vt cauſam ponere, hoc eſt. Vt ſi volens mõſtrare, ꝙ diameter eſt incommenſurabilis, argueret Zenonis rationem, ꝙ non eſt moueri, et in hoc deduceret impoſſibile. nullo nanq; modo nullibi continuum eſt falſum dictioni, quæ à principio;

Primo Elẽchorum.

Alius autẽ modus, ſi continuum ſit ipoſſibile ſuppoſitioni, nõ tamen propter illam accidat. hoc enim contingit fieri, et ſurſum, et deorſum accipienti continuum. Vt ſi A ponatur ipſi B ineſſe: B autem ipſi C: C vero ipſi D. hoc autem ſit falſum, B ineſſe ipſi D. nanque ſi ablato A, nihil minus ineſſet B ipſi C, et C ipſi D, non eſſet vtique falſum propter ſuppoſitionem, quæ à principio.



In põne hac affirmatiua, cõtinuũ i deorſum accipiẽti, non penes hoc accidit falſum: qa vel exiſte, vel non exiſte prima ſuppõne, ideſt ſe quit falſum.

Aut rurſus, ſi quiſpiam ſurſum acciperet cõtinuum. Vt ſi A ipſi B: E vero ipſi A: et F ipſi E: falſum eſſe poſſet F ineſſe ipſi A. nanq; et ſic nihil minus eſſe poſſet impoſſibile, ſublata ſuppoſitione, quæ à principio.



In põne hac, ſurſum cõtinuũ accipiẽti, pp ſup põnẽ non accidit falſum, vt nec in ſuperiori.

Sed oportet ad terminos qui à principio, coaptare ipoſſibile: ſic enim erit propter ſuppoſitionem. Vt deorſum quidem accipienti continuum, ad prædicatũ terminorum. nam ſi impoſſibile, A ipſi D ineſſe, ablato A, non amplius erit falſum. Surſum vero, de quo prædicatur. ſi enim non accidit F ineſſe ipſi B, ablato B, non amplius erit impoſſibile.



In rõnibus his ꝓpõnet, & penes hoc accidit falſum: ſuperiori deſſum, ſi eſſet in ſurſum, cõtinuum accipiẽti? quia ad prios terminos coaptatur ipoſſ.

Conſimiliter

Conſimiliter autem & priuatiuis exiſtentibus ſyllogiſmis. Planum igitur, quòd impoſſibili non exiſtenti ad terminos, qui à principio, non accidit falſum penes poſitionem.

In rõne hac negatiua nõ accidit falſũ gp ſuppoſitionẽ, vt nec in prima affirmatiua.



Rõ hæc negatiua reſpõdet ſecundæ affirmatiuę.



In rõnibus his negatiuis accidit falſus ꝓpter ſuppoñ, vt & in affirmatiuis.



Aut hoc, quod eſt, non exiſtenti hoc, nihil minus fieri falſum, non ita accipiendum, vt cùm aliud ponitur, accidat falſum: ſed quando ablato hoc, per reliquas propoſitiones idẽ concludatur impoſſibile. quoniam idem vtique falſum per plures ſuppoſitiones accidere, nihil fortaſſe inconueniens: veluti coalternas coincidere, et ſi maior eſt extrinſecus intrinſeco, et ſi triangulus habet plures rectos duobus.

Solutio.



Mõſtratur p has figuras, p binas ſuppões falſas, coalternas coincidere.

De *falſa Ratione*. Cap. XXIII.

SEd falſa ratio efficitur penes primum falſum. aut enim ex duabus propoſitionibus, aut ex pluribus omnis eſt ſyllogiſmus. Si igitur ex duabus, harum alteram, vel et ambas neceſſe eſt falſas eſſe: ex veris enim non erat falſus ſyllogiſmus. Quòd ſi ex pluribus, vt C per A B, hæc per D E, F H, ex his aliquid ſuperiorum falſum erit, et ratio penes hoc. nanq; A, et B per illa cõcluduntur: quare penes illoꝝ aliqd accidit cõcluſio, et falſum.

* An Inſtantia.

Aut neque ita ſemper propter ſuppoſitionem erit falſum. nanque & ſi poſitum fuerit A ineſſe non ipſi B, ſed ipſi K: K vero ipſi C, & hoc ipſi D: & ſic manet impoſſibile.

In rõne hac ſi deorſum accipiẽti terminos, accidit falſus: ſed vꝝ quod nõ gp primam ſuppõnẽ tm̃, ſ. B A, qa illa auferri põt, ſed gp alias ent, ſ. K A.



Conſimiliter autem & ſurſum accipienti terminos. Quare quoniam & exiſtenti, & non exiſtenti hoc, accidit impoſſibile, non eſſet vtiq; penes poſitionem.

In rõne hac ſi ſurſum accipienti terminos, accidit falſũ: ſed nõ vꝝ gp primã ſuppõnẽ tm̃, ſcilicet B A, qa illa auferri ꝑt, ſed gp alias ꝑt, ſ. illa est B G.





Rõ hæc falſa eſt gp põnes A D.

Tractatus de acceptione eius, quod non eſt cauſa concluſionis falſæ, ac ſi eſſet cauſa. Cap. XXII.

DIxit, Cùm autem interrogans concludit contra reſpondentem falſum ex poſitione ſua, & eſt poſitum, quod facit redire reſpondẽtem ad hoc, vt dicat, falſum non accidere propter id, quod poſuit reſpondens, ſed accidit ex alio, quod eſt in hac oratione, per quam conabatur monſtrare, quòd falſum accidit ex poſito, quod ego accurate obſeruaui, aut admiſi: illud quidẽ accidit in ſyllogiſmo, qui eſt ſecundũ contrarium, cùm acciderit, vt falſum ſequatur ex aliquo, quod non ſit in hoc veſtigium radicis poſitæ. Hoc autem accidit in ſyllogiſmo contrarij, cùm fuerit vna ſuarum propoſitionũ vera: ſed illa, ex qua ſequitur falſum, dubia: & coniungatur ipſi poſitio, ſecundũ quòd eſt res addita ſuper duas propoſitiones, quoniam cùm fuerit in propoſitionibus ſyllogiſmi, qui eſt ſecundum contrarium, dubium, & concludat ex ipſis interrogans falſum, poſteaquam intromiſerit in ſummam ipſarum poſitionem ita, vt videatur falſum ſequi ex poſitione. iam enim ſufficit reſpondenti hoc in loco, vt dicat, quòd falſum ſequitur ex falſo, quod eſt in ſyllogiſmo, præterquam quòd ſit opus, vt dicat, ꝙ non ſecũdum poſitionem accidit falſum. hoc enim ſermone

Nota hic, quo accidit fallacia, ꝙ dr nõ gp hoc: & ꝙ accidit ſyllo ad impoſit, & non in recto.

mone eſt opus, etìm fuerit vna duarum propoſitionũ ſyllogiſmi ſecundum cõtrarium vera, & altera dubia. & ſecundum hoc manifeſtum conſimiliter, quòd oratio iſta non erit à reſpondente, cùm impoſſibile, ſuper quo interrogauit interrogans, componatur aliquãdo ex ſyllogiſmo recto. & hoc quoniam in ſyllogiſmo recto nihil ponitur, de quo ſoliciti ſimus, vt deſtruatur: ſed hoc accidit in ſyllogiſmo contrarij. Cùm ergo manifeſtum ſit, quòd oratio iſta inſtantiæ eſt à reſpondente, erit autem in eo, quod adducet interrogans, ſyllogiſmus contrarij, non autem ſyllogiſmus rectus: manifeſtum quòd accidit in ſyllogiſmo contrarij, cùm impoſſibile conſequens fuerit, vt poſitio ſit, quam poſuit reſpondens, aut deſtruxit ipſam: aut eſt opus reſpondenti, vt dicat interroganti, quòd non ſequitur impoſſibile in hoc ſyllogiſmo propter poſitionem, quam poſuit, aut admiſi, propter quam exiſtimas ſequi impoſſibile. Hoc autem accidit ſecundum duas vias in ſyllogiſmo contrarij. Manifeſtior autem ipſarum ea eſt, quæ alium non latet, nec conuenit, vt per ipſum decipiant, aut decipiantur niſi pauci homines. eſt autem cùm poſitum non communicat ſm vnam ſuarum partium, hoc eſt prædicatum & ſubiectum cum terminis propoſitionum, ex quibus ſequetur ipoſſibile. Vt in exemplo, ſi radix poſita, de cuius impoſſibilitate ſoliciti ſumus, ſit A in omni B, & dicamus, ſi A in omni B: & C in omni D: & D in omni E: ſequitur, vt C ſit in omni E: quod eſt impoſſibile. ſed impoſſibile ſequitur ex eo, ꝙ poſuimus, A in omni B: igitur A eſſe in omni B, eſt impoſſibile. manifeſtum tamen eſt, ꝙ A eſſe in B, non eſt ſignum, vt C ſit in E: quod eſt impoſſibile. Vt in exemplo, quod dixit Ariſtoteles in materiis, ſi aliquis dicat, ꝙ diameter non communicat coſtę, quoniam ſi cõmunicaret, et motum pertranſiret diuiſum finitũ, poſteaq; tranſiuiſſet medietatem ſuam: ſed non pertranſiret medietatem ſuam, niſi poſteaq; pertranſiuerit medietatẽ iſtius medietatis: & ita inuenientur in metiendo medietates infinitę. ſequitur ergo, ſi ſit motus, vt motum pertrãſeat ſpatium infinitum in tempore finito: quod eſt impoſſibile. hoc autem impoſſibile ſequitur ex eo, quod diximus, diametrum communicare cum latere. Manifeſtum enim, ꝙ ſermo iſte, ex quo ſequitur impoſſibile, eſt dubitatio Zenonis de motu: quæ non coaptatur alicui parti ipſius poſiti, de cuius deſtructione in hoc ſermone ſoliciti ſumus. & propterea hoc eſt minimum, quod facit ad hoc. Via autem ſecunda, quæ magis latet, ꝙ prima, eſt, vt poſitio, cuius deſtructionem intendimus, communicet cum vna ſuarum partium, aut cum propoſitionibus concludẽtibus falſum, præter concluſionem, aut cum concluſione falſa. illa igitur, quæ communicat cum concluſione, magis latet: & eſt ea, de qua meminit Ariſto. cùm autem communicabit cum concluſione, aut communicabit cum prædicato, aut cum ſubiecto. Amplius ſi participabit cum vno iſtorum, aut communicabit, vt ſit prædicatum in ipſa, hoc eſt cõcluſione: aut communicabit, vt ſit ſubiectum in ea. Componuntur igitur ex hoc quatuor viæ. & hoc quoniam, cùm communicet cum concluſione ſm communicationem propoſitionum in prima figura, aut communicat cum ipſis deſuper, ita vt vna extremitatum poſiti prædicetur de extremitate ſubiecti primi in propoſitionibus, aut ſubiecti ipſius, aut prędicati. erit autem vna extremitatum poſiti ſubiectum in concluſione falſa. Vt in exemplo, ſit poſitum, ex quo volumus ſequi falſum, ꝙ A in omni B: propoſitiones autem ordinatę in prima figura, per quarum medium concluditur falſum, ſint C de D: & D de omni E. ſi igitur exempli gratia accipiamus A de B: & B de C: & C de D: & D de omni E: deinde ex hoc concludamus impoſſibile, puta, ꝙ B dicitur de omni E: planum ꝙ hoc ipoſſibile ſequitur ex alio, ꝙ ex A B, quod eſt radix poſita. Communicatio autem iſta eſt cum ſubiecto radicis, cuius intenditur deſtructio tantum, ſm quòd ſubiectum radicis eſt prædicatum in concluſione falſa. Quòd ſi poſuerimus ſyllogiſmum ſic, & dixerimus A in omni B: & A in omni C: & C in omni D: & D in omni E: deinde concluſerimus ex hoc impoſſibile, puta, ꝙ A eſt in omni E: manifeſtum ꝙ in hoc impoſſibili participat radix poſita, cuius deſtructionem intendimus, cum prædicato tantum, quod eſt A, ſm ꝙ eſt prædicatum in concluſione. cùm igitur ablata fuerit propoſitio A B, quæ eſt radix poſita, remanet impoſſibile, quemadmodum erat. Conſimiliter ſi fuerit radix poſita communicans cum iſtis propoſitionibus in vna ſuarum extremitatum à parte inferiore: hoc eſt, cùm poſitum fuerit ſubiectum ſub ſubiecto propoſitionis vltimæ propoſitionum concludentium falſum. Vt in exemplo, ſi ponamus C de omni D: & D de omni E: & E de omni A: & A de omni B, quod eſt ipſum poſitum: ſit autem impoſſibile cõſequens, C de omni A: planum igitur, ꝙ poſitum communicat cum concluſione falſa ſm partes prædicati, ſm ꝙ ipſi ſubiicitur. Eodem pacto ſi ponamus C de D: & D de omni E: & E de omni B: & A de omni B: ſit autẽ impoſſibile C de omni B: planum enim conſimiliter, ꝙ cõcluſio falſa communicat cũ radice poſita in ſubiecto, ſm ꝙ ipſi ſubiicitur. Sunt ergo iſtæ, quemadmodum apparet, quatuor ſpecies, quibus innouatur communicatio propoſitionum in prima figura ſm vnam extremitatum radicis poſitæ. In ſumma igitur oportet, vt reſpõdenti, cùm dicet falſum non ſequi propter radicem poſitam, occũltetur in omnibus radix poſita, quæ eſt propoſitio A B, & dimittatur impoſſibile per ſe. Conſimiliter accidet in omnibus ſpeciebus primæ, ac ſecundæ figuræ, ac etiã tertię. ſtatus enim ſuper hoc eſt proximus. Iam igitur manifeſtum eſt ex hoc, ꝙ poſitum erit annexum propoſitioni per media concludentia concluſionem falſam, & falſum non ſequetur ex poſito, & ſm quot modos accidet hoc. Et propterea non ſufficit, cùm fuerit impoſſibile, vt ſit ex radice poſita, ſm ꝙ fuerit cõmunicãs cum propoſitionibus concludentibus impoſſibile: ſed cum hoc oportet, cùm ipſum deſtruitur, vt deſtruatur falſum. Cùm enim iſtæ diſpoſitiones coaptantur poſito, cognoſcitur ꝙ falſum ex ipſo ſequitur, hoc eſt, quòd communicat cum concluſione falſa. cũ enim deſtruatur, & non varietur propoſitio ſecunda, quæ cum ipſa cõmunicat, deſtruetur falſum. fieri enim poteſt, cùm deſtruitur radix poſita, & variatur poſitio ſecunda, quæ cum ipſa communicat, vt cõcludatur hoc idẽ falſum. poteſt enim res vna concludi per media diuerſa, vt autẽ concluſio vna concludatur per ſyllogiſmos diuerſos ſm omnes terminos, fieri neutiq; poteſt, niſi quando contrarium fuerit in terminis mediis tantum abſq; extremitatibus. & propterea fieri nequit, vt dicamus, cũ deſtruitur radix poſita, & remanet impoſſibile, ꝙ hoc impoſſibile poteſt ſequi ex hac radice poſita per ſyllogiſmos ſeparatos in omnibus terminis reſpectu ſyllogiſmi concludentis impoſſibile abſq; poſito, cùm igitur deſtruxerimus poſitum cõmunicans, et remanſerit impoſſibile, planum ꝙ ſequitur, vt ſit per propoſitiones medias inter impoſſibile & poſitũ propoſitio falſa: quoniam propoſitio falſa non poteſt eſſe, niſi ex propoſitionibus falſis, ſm ꝙ declaratum fuit.

Nota poſſe fieri fallaciã nõ gp hoc, in oib⁹ figuris.

Nota aliam conditionem requiſitam, & ꝑ, vt illo deſtructo falſus deſtruatur. poſſet. n. primo deſtrui, adhuc falſum remanere ꝑ aliud medium concluſum.

Scda via ꝑ, qñ falſus cõmunicat cus cõcſone, & magis latet.

Nota ꝙ accidit non gp hoc ꝑ duas vias, quarus pria eſt manifeſtior.

QVòd ſi ſyllogiſmus, cùm quo coniungit poſitio, & per quẽ interrogans conatur deſtruere poſitionem, extiterit ſyllogiſmus ſimplex, hoc eſt ex duabus propoſitionibus tantum, cũ impoſſibile ſequatur ſimul cum ablatione poſitionis, manifeſtum erit per ſe, ꝙ

De falſa Ratione. Cd. xxij.

Nota qñ syllogismi sunt plures, ex gb⁹ contingit fallacia ñ pp hoc, sunt resoluẽdi I primõ syllm, vt ostdat falsũ nõ accidere pp põnem.

se, ꝙ non erit consequens ex radice posita. Sin autem syllogismi, qui sunt ex ipossibili & posito, fuerint plures syllogismo vno, non erit manifestum: cognoscitur tamen ꝙ falsum continetur in syllogismo. Cum autem resoluti fuerint omnes isti syllogismi in syllogismum primum, ex quo compositi sunt, & monitrata fuerit conclusio sua, planum tibi erit, si inuenietur falsum simul cum destructione positionis, aut non inuenietur. syllogismi autem, qui sunt secundum hãc dispositionem, hi sunt, qui à principio complicantur ex binis propositionibus, quarum vna est vera, & altera dubia: nõ erit tamen manifestum, an conclusio sit falsa. cùm autem ipsi adiungetur propositio vera, poterit conclusio proueniens consimiliter secundum dispositionem suam esse ignota, an sit falsa. adiungatur autem ipsi similiter etiam propositio vera, & consyderetur conclusio sua, quousq; tu deuenias ad conclusionem, quæ ex dispositõe sua manifesta fuerit, ꝙ est falsa, cognoscetur enim tunc, quòd omnes istæ conclusiones sunt falsæ. Cùm igitur resoluti fuerint ad syllogismum primum, & consyderemus syllogismum primum simul cum radice posita, cognoscemus secundum hunc ordinem, an impossibile sequatur ex ipsa, an non,

quando erit, et quando non erit redargutio: Cùm enim omnes responsiones cõceduntur, aut vicissim ponuntur, vt hæc quidem negatiua, illa vero affirmatiua, accidit fieri redargutionem: erat enim syllogismus, et ita, et illo mõ se habentibus terminis. quare si quod ponitur cõtrarium sit cõclusioni, necesse fieri redargutionem. redargutio nanque contradictionis syllogismus. Quòd si nihil concederetur, impossibile fieri redargutionem. non enim erat syllogismus, omnibus terminis prius existentibus: quare neq; redargutio. si enim redargutio, necesse syllogismum esse: syllogismo autem existente, non necesse redargutionem. Cõsimiliter vero, et si nihil poneretur secundum responsionem in toto: eadem nanq; erit determinatio redargutionis, et syllogismi.

De eo, quod est Non ratiocinari. Cap. XXIIII.

AD hoc autem, ꝙ nõ fiat ratiocinium, obseruandum, quando sine conclusionibus rationem interrogat, ne bis in propositionibus idem detur: quoniam scimus, quòd sine medio non efficitur syllogismus: medium vero est, quod pluries dicitur. Qualiter autem oportet ad vnamquãq; conclusionem medium obseruare, manifestum ex eo, quòd scimus, quale in vnaquaque figura monstratur. hoc autem nos non latebit, eo ꝙ scimus, quomodo præstamus rationem. Oportet autem, quod à respondentibus cauendum enuntiamus, ipsos arguentes conari latere. Hoc autem erit, primum quidem, si conclusiones non præratiocinentur, sed acceptis necessarijs sint obscurę. Amplius vero, si propinqua non interrogat, sed quammaxime immẽdiata. Vt sit opus concludere A de F, media B C D E. Oportet itaque interrogare, si A ipsi B: & rursus non si B ipsi C, sed si D ipsi E: & postea, si B ipsi C, & sic reliqua.

* Al. co. le. lõge media. alij mediata. Vid. 8. To. in principio.



Ex hac figura ostdit quo pacto ceteratio fieri debeat.

Ac si per vnum medium fiat syllogismus, à medio incipere. maxime enim sic latere posset respondentem.

De Redargutione. Cap. XXV.

QVoniam autem habemus quando, & quo modo se habentibus terminis fit syllogismus, manifestum et

De obseruatione, vt non fiat syllogismus. Cap. XXIIII.

DIxit. Oportet autem respondẽtem in arte Dialecticæ, cùm in respondendo de positione aliqua solicitudinem habebit, & interrogans intenderit cum propositionibus, vt eas admittat, oportet inquam ipsum obseruare, ne admittat in propositionibus, quas interrogat, terminum vnũ bis aut pluries. & hoc cùm fuerit interrogatio in propositionibus tantum absq; conclusione. Si enim non admittet terminum vnum bis in propositionibus, non erit ibi terminus medius. cùm autem nõ fuerit in propositionibus, quas admittet, terminus, in quo communicent, non prodibit ibi syllogismus: nedum proueniet ex ipsis syllogismus, qui destruat positionem. Quòd si in propositionibus admiserit terminum vnum bis, poterit ipsum prohibere ab ista conclusione, quæ est contradictoria suæ positionis ex parte qualitatis ordinis termini medij respectu alicuius speciei conclusionum quatuor, quas diximus: hoc est, ne ordinetur hoc in loco ordo, qui est necessarius. hoc autẽ poterit respondens facere, eo quòd non ignorat qualis conclusio inquali trium figurarum concluditur: hoc est, quod sit proprium vni figuræ, aut communicet cum duabus, aut cũ omnibus tribus. hoc autem iam prędictum est.

Dixit. Quod autem præcepimus cauere respõdentem, ne super ipsum veniat ex eo, quòd admisit id, quod redeat ad destruendam positionem suam, est id, quod præcipimus faciendum respondenti, vt magis occultetur, quid sit, quousq; hoc admiserit respondẽs.

Meminit autem in hoc de tribus præceptis proportionatis huic libro. Quorũ vnum est, ne interroget super propositionibus simul cum conclusionibus, sed dimittat conclusiones, siue fuerint propositiones propinquæ, aut longinquæ. hoc autem accidet in syllogismo composito, cùm fuerint duæ propositiones concludentes contradictorium, quarum vna sit cõclusio, secunda vero accipiatur ad interrogationem, & sit cõsimiliter & ipsa, conclusio sequens ex duabus propositionibus interrogatis. sequitur enim hic, vt fiat interrogatio super tribus propositionibus; & derelinquatur propositio quarta, quæ est conclusio. Præceptum vero secundum, vt fiat interrogatio super propositionibus longinquis, & dimittatur interrogatio super propinquis, & hoc simliter etiã accidet in syllogismo composito,

Tria ꝑcepta obseruanda ab interrogãte: quorũ primum ē, vt dimittat cõclones, & interroget propositiones.

Secundũ, vt interroget, ꝑpones remotas.

composito, cùm fuerint duæ propositiones concludentes ad contradictorium, duæ conclusiones ex binis syllogismis, quorum vterq; componitur ex duabus propositionibus, erunt igitur hic sex propositiones, quatuor longinquæ, quæ sunt propositiones non existentes conclusiones, & quatuor propinquæ, quę sunt conclusiones: fit autem interrogatio super quatuor, & relinquuntur duæ. Differentia vero, quæ est inter hoc præceptum & primum, est: quia licet vtrũq; positum dimittat conclusiones, quę sunt ex ipsis, ibi tamen dimittuntur conclusiones, secundum quòd cõclusiones, hic autem, secundum quòd sunt propinquę. Præceptum vero tertium est, vt varietur ordo propositionũ in interrogatione, & fiat interrogatio super ipsis sine ordine, secundum quem oratio composita fuit. Vt in exemplo, si solliciti simus, vt concludamus, A esse in C per media, A in B, & B in D, & D in E, & E in O, non est opus, vt interrogemus, an A sit in B, deinde an B sit in D: sed est opus, vt à principio interrogemus, an B sit in O, deinde post hoc, an B sit in D: & secũdum hunc modum cadet interrogatio super reliquis per priuationem ordinis, quo in ipsis reperitur sequi conclusio: quoniam secundum hoc latebit res respondentem. & hoc est, quod oportet facere interrogantem, cùm vult latere in syllogismo composito. Sed in syllogismo simplici, qui est ex binis tantum propositionibus; & vno termino medio, oportet, vt inciptamus interrogare super propositione maiore, deinde interroget super minore: qm̃ sm hunc modum latebit conclusio respondentem. & hoc, qm̃ ipse format in intellectu suo contrarium formationis concluſi, quia sciens sm id, quod est in hoc libro, id inquam, quod est ante istas formationes tantum, iam nouit, quando erit concludens ad orationem, & quando non erit, & quomodo erit.

Tertium, vt varietꝫ ordo ꝑpõnum.

In syllo simplici priº est interrogãda maior, vt magis lateat.

De Redargutione. Cap. xxv.

MAnifestum igitur, ꝙ non latebit, cũ fuerit compositus ex propositionibus, quas admittit respõdens, poterit enim ipsi esse repulsa, cũ nouerit interrogans, qm̃ complicatur syllogismus, & qm̃ non complicatur, nouimus enim, ꝙ si confiteat respondens propositiones affirmatiuas, aut fuerit in ipsis affirmatiua & negatiua, ꝙ iam fieri potest repulsio, qm̃ iam declaratum fuit, ꝙ non erit syllogismus, nisi cùm fuerint ambę propositiones suæ affirmatiuę simul, aut vna fuerit affirmatiua, & altera negatiua. Quòd si huic adiungat ꝙ conclusio sit contradictoria positionis, de qua custodienda respondens solicitus est, iam erit repulsio ex necessitate: qm̃ repulsio est syllogismus concludens contradictorium positionis, de qua custodienda solicitus est respondens. Quòd si non cõcesserit respõdens propositionem affirmatiuam, fieri non potest, vt sit repulsio: quoniam iam declaratum fuit, ꝙ non erit syllogismus ex propositionibus negatiuis: & cùm non erit syllogismus, non erit repulsio. cùm enim est repulsio, iam sequitur, vt sit syllogismus: sic enim se habet dispositio particularis respectu vniuersalis; quemadmodum est dispositio animalis cum homine, & dispositio syllogismi absoluti cum syllogismo repulsionis. Consimiliter manifestum etiam est, quòd non erit syllogismus, cùm non concesserit propositionem vniuersalem. monstratum enim fuit, quòd ex conditionibus syllogismi concludentis est, vt vna propositionum suarum sit vniuersalis, & secunda affirmatiua.

De deceptione, quæ secundum Suspitionem. Cap. XXVI.

ACcidit autem aliquãdo, quemadmodum in terminorum positione decipimur, et secũdum suspitionem fieri deceptionem. quemadmodum si contingit idem pluribus primis inesse, et hoc quidem latere quẽpiam, et existimare nulli inesse, illud autem nosse. Sit A inexistens B, et C per seipsa, et hæc omni D consimiliter. si igitur existimat A omni quidem B inesse, et hoc ipsi D: A vero nulli C, et hoc omni D: eiu dem secundũ idem habebit scientiam, et ignorantiam.

Per hos syllogismos ostdit deceptionẽ sm suspitionẽ, in termis nõ eiusdẽ coordinationis.

Folio fluere.



Vitis.

Rursus, si quis deciperetur circa ea, quę ex eadem coordinatione. Vt A inest ipsi B, hoc autem ipsi C, et C ipsi D: suspicaretur vero A omni B inesse, et rursus nulli C: simul enim et nosceret, et non suspicabitur inesse. igitur nil aliud censebit ex his, quam quod scit, hoc non suspicari. scit enim quodammodo, ꝙ A inest ipsi C, veluti vniuersali quod secundum partem. quare quod quodammodo scit, hoc penitus censet non suspicari: quod impossibile.

Substantia.



Per hos syllogismos ostdit deceptionẽ sm suspitionẽ in termis eiusdẽ coordinationis.

Homo.

Sed in prius dicto, si non medium ex eadem coordinatione, sm vtrunq; mediorũ ambas propositiones non accidit suspicari, vt A B quidem oi: C vero nulli: hæc autẽ vtraq; oi D.

Accidit

Accidit enim aut ſimpliciter, aut ad aliquid, contrariam accipi propoſitionem primam. Si enim cui omni ineſt B, exiſtimat ipſum A ineſſe: B vero ipſi D nouit: & ꝙ ipſi D A nouit. quare ſi iterum cui C nulli, exiſtimat A ineſſe: cui B alicui ineſt, huic non exiſtimat A ineſſe. Quod autem omni exiſtimatur cui B, rurſus alicui nõ exiſtimare cui B, aut ſimpliciter, aut ad aliquid, contrarium eſt. ſic igitur non contingit ſuſpicari. Secũdum vtrunq; vero vnã, aut ſecũdum alterũ ambas nihil prohibet. vt A omni B: & B ipſi D: & rurſus A nulli C.

*a.l. vtrũq;

Folio fluere.



Vitis.

Similis enim talis deceptio, et quemadmodum decipimur circa eas quę in parte. Veluti ſi A ineſt omni B: B vero omni C: A omni C inerit. ſi itaq; quiſpiam nouit quòd A ineſt omni cui B, nouit et ꝙ cui C: ſed nil prohibet ignorare C, ꝙ eſt. Vt ſi A, duo recti: in quo autem B, triangulus: in quo vero C, ſenſibilis triangulus. ſuſpicari nanq; poſſet aliquis non eſſe C, ſciens ꝙ omnis triangulus habet duos rectos: quare ſimul noſcet, et ignorabit idem. Noſſe enim omnem triangulum, ꝙ duobus rectis, non ſimplex eſt: ſed hoc quidem, eo ꝙ vſem habet ſcietiam, illud autem, eo ꝙ ſingularem. ſic igitur vt vniuerſali nouit C, ꝙ duo recti: vt autem ſingulari nõ nouit: quare non habebit contrarias.



Quo pacto ſciamus aliquid in vſu, & ignoremus i parte.

Similiter vero & ratio, quæ in Menone, ꝙ diſciplina recordatio, nullibi nãq; accidit præſcire quòd ſingulare eſt: ſed ſimul cum inductione accipere ſcientiam, quæ ſecundũ partem, tanq; recognoſcentes: quędam enim ſubito nouimus, quemadmodum ꝙ duobus rectis, ſi nouerimus, ꝙ triangulus. conſimiliter autem & in aliis. Vniuerſali igitur ſpeculamur quę in parte, propria vero nõ nouimus. quare accidit & decipi circa ipſa, præterq; ꝙ non contrarie, ſed habere quidem vniuerſalem, decipi vero ea quæ ſecundum partem. Conſimiliter igitur & in prędictis. neq; enim contraria deceptio, quæ ſm medium, ſciẽtiæ, quæ ſm ſyllogiſmum, neq; quæ ſm vtrunq; mediorũ ſuſpitio. Nihil enim prohibet ſcientem, & ꝙ A toti B ineſt, & rurſus hoc ipſi C, exiſtimare A non ineſſe C. vt ꝙ omnis mula ſterilis, & ipſa mula, exiſtimare prægnantem hãc eſſe. non enim ſcit, ꝙ A ipſi C, non ſimul ſpeculans aſſumptum, quod ſecundum vtrunque.

Sterilis.



Hæc mula.

Quo pacto ſcientiæ ſm medium nõ ſit contraria ſciẽtia p ſyllogiſmũ, cũ nõ appliceĩ maior terminus minori.

Quare planum, ꝙ etſi hoc quidem nouit, illud vero nõ nouit, decipietur: quod habent vniuerſales ad ſcientias quæ ſecundum partem. nullum enim ſenſibilium extra ſenſum exiſtens nouimus, neq; ſi ſentientes ſcimus: niſi vt vniuerſale, & eo quod eſt habere propriam ſcientiam: ſed nõ vt agere. Scire nãq; trifariam dicitur, vel vt vniuerſali, vel vt propria, vel vt agere: quare & decipi tot modis. Nihil igitur prohibet & noſſe, & deceptum eſſe circa idẽ, præterq; ꝙ non contrarie: quod accidit & ſm vtranq; cognoſcẽti propoſitionem, & non cõſyderanti prius. ſuſpicãs enim mulam prægnantem eſſe, non habet ſcietiam ſecundũ agere: neq; iterum ob ſuſpitionem, contrariam deceptionem ſcientiæ: ſyllogiſmus enim contraria deceptio vniuerſali.

Qui vero ſuſpicãt bono eẽ malo eſſe, idem ſuſpicabitur bono eſſe, & malo. Sit nanq; bono eſſe, in quo A: malo autem eſſe, in quo B: rurſus vero bono eſſe, in quo C: quoniam igitur idem ſuſpicabitur B & C, & eſſe o B ſuſpicabitur: & rurſus B A eſſe conſim quare & C A.

quemadmodum

quemadmodum enim ſi erat verum, de quo C, B: & de quo B, A: & de C A verum erat: ita & in ipſo ſuſpicari. Similiter autem eſt ipſo eſſe. cùm enim idem ſint C et B: et rurſus B et A: et C. ipſi A idem erat: quare et in ipſo opinari conſimiliter. ergo hoc quidẽ neceſſarium, ſi quis dabit primum, ſed fortaſſe illud falſum, ſuſpicari quẽndam malo eſſe, bono eſſe, niſi ſecundum accidẽs. multipliciter enim poſſibile eſt hoc ſuſpicari. cõſyderandũ vero hoc melius.

Nõ probabile idẽ eẽ bono & malo eſſe, ſi quis putauerit bono eẽ & malo eſſe, idem.



De fallacia ſecundum Exiſtimationem. Cap. XXVI.

Dicit. Quemadmodum autem accidit in propoſitionibus error, et confuſio ita, ut contingat in eo, quod ſcimus ſcientia prima, quòd eſt ſic, vt exiſtimemus ꝙ non eſt ſic: eodem pacto accidit hoc idem nobis in concluſionibus, hoc eſt, ut exiſtimemus de eo, quod ſcimus ſic eſſe, quòd non eſt ſic: aut è conuerſo. Sed iam exiſtimant nonnulli eſſe non conueniens, vt hoc accidat in cõcluſionibus: hoc eſt, vt ſciamus ipſas ſcientia vera, & tamen exiſtimemus in ipſis contrarium eius, quod nouimus. quemadmodum ſi eſſet vnum, quod ſcimus ineſſe duobus ſine medio, et ſciremus, etiam duo illa ineſſe alteri conſimiliter ſine medio. Quemadmodum ſi A eſſet in B & C: & B & C eſſent in D ſine medio. qui enim ſcit A ineſſe omni B: & B omni D: ſcit etiam conſimiliter ꝙ C ineſt omni D: fieri non poteſt, vt exiſtimetur, aut videatur A non ineſſe alicui C. accidit enim vt ſciat vnũ & idem, & ignoret ipſum ſm vnum modum. & hoc, quoniam cadet vtiq; in homine cognitio ex parte ignorantiæ, quam prãhabuit hac in re, ꝙ ſi habuerit in hoc ſcientiam, accidit, vt ſciat & ignoret rem ſimul: quod eſt impoſſibile. Et quemadmodũ exiſtimatur, ꝙ hoc prohibetur in ſyllogiſmis diuerſorum mediorũ terminorum, quẽadmodum in his dubbus ſyllogiſmis, quibus exemplum adduximus: conſimiliter exiſtimatur etiam hoc vetari in ſyllogiſmis, quorum termini mediꝰ prędicantur de ſe inuicem. Quemadmodũ ſi vnus ſciret, ꝙ A eſt in omni B: & B in omni C: & C in D: fieri non poteſt, vt videatur, & exiſtimet, ꝙ A ſit in B: & B in C: & C in D: et ꝙ A non ſit in aliquo D: quoniam habebit ſcientiam, et ignorantiam alterius eiuſdem ſimul: quod fieri non poteſt. Sed fortaſſe, cùm hoc conſyderauerimus, videbitur, ꝙ in modo primo, qui eſt, cũ termini mediꝰ non prædicantur de ſe inuicem, non poteſt nobis accidere in maiore propoſitiõe vnius duorum ſyllogiſmorũ cognitio falſa ſimul cum ſcientia maioris propoſitionis alterius ſyllogiſmi, & duarum propoſitionum minorum duorum ſyllogiſmorum. Vt in exẽplo, ſi habuerimus, ꝙ A eſt in omni B: & B in omni D: & C in omni D: fieri non poteſt, vt decipiamur, & exiſtimemus ꝙ A non eſt in aliquo C, quoniam accidit ex hoc, vt ſint duæ propoſitiones ſyllogiſmorum maiores contrariæ in cogitatione, aut vt potentia ipſarum ſit potẽtia contrariarum in exiſtimatione: quod eſt impoſſibile, hoc eſt, vt prouenĩat nobis ſcientia contraria in vno & eodem per ſe. At qui ſequitur hoc, ſi aliquis ſciat ſcientia vera, ꝙ A ineſt omni illi, cui ineſt B: & ſciat B eſſe in D: ſcit ẽtiam ꝙ A eſt in D, ꝙ ſi videretur A ineſſe nulli ei, cui ineſt C, cum eo, ꝙ ſciremus C eſſe in omni D: iam videretur A non ineſſe ei alicui, cui ineſt B ſimul cum eo, ꝙ videretur A ineſſe omni illi, cui ineſt B, nam D eſt pars ipſius B: aut iam videtur A eẽ in D, cum hoc, quòd videatur A non eſſe in D, ſed ambo ſunt contraria impoſſibilia: quoniam aut cogitatio erit contraria, aut potentia ſua erit potentia cogitationis contrariæ. ſed hoc eſt impoſſibile, vt videlicet exiſtimetur affirmatio & negatio ſimul ſ vno & eodem ex parte vna. Sed ꝙ decipiatur aliquis in vna iſtarum duarum propoſitionum maiorum, cùm non habuerit ſcientiam propoſitionis alterius, fieri vtiq; poteſt. Hæc igitur eſt diſpoſitio exiſtimationis, & ſcientiæ in ſyllogiſmis, qui ſunt per medios terminos diuerſos. Sed in ſyllogiſmo vno, aut ſyllogiſmis, quorum mediꝰ termini de ſe inuicem prædicantur, iam fieri poteſt vt aliquis habeat ſcientiam, et exiſtimationem in concluſione: ſed nõ ex parte vna, ſed ex duabus partibus diuerſis. Vt in exẽplo, poſſumus enim ſcire A eſſe in omni B: & B in omni C: & tamen ſit apud nos cõcluſio ignota, quæ eſt A ineſſe omni C: & perturbemur, & exiſtimemus A ineſſe nulli C, quoniam non eſt neceſſarium, vt qui ſcit ambas propoſitiones, ſciat concluſionem: quoniã concluſio ſcitur in potentia in ambabus propoſitionibus, non autem in actu, ſm ꝙ accidit particulari, vt non ſit cognitum apud eum, qui nouit vniuerſale. Vt in exẽplo, qui nouit A ineſſe omni B, hoc eſt omni illi, cui ineſt B: ſit autem B inexiſtens omni C: iam ſcit ꝙ A ineſt omni C: niſi ꝙ ſcit quidem hoc per ſcientiam vniuerſalem, ignorat autem ipſum ſm particulare. Et propter hoc non prohibetur ex parte ignorantiæ, qua ſibi accidit cogitatio ex ſyllogiſmo vno, corruptio contraria ſcientiæ ſuæ. Vt in exẽplo ex neceſſarijs, qui nouit omnem triangulum habere tres angulos ęquales duobus rectis, iam nouit triangulum ſenſibilem ſibi allatum eſſe ſm hanc diſpoſitionem in potentia, non autem in actu. & ꝓpter hoc iam fieri poteſt, vt decipiatur in eo, et exiſtimet ꝙ non ſit triangulus, quodq; anguli ſui non ſunt æquales duobus rectis. & hoc, quoniam ſcit ipſum ex parte rei vniuerſalis, ignorat autem id ex parte rei particularis appropriatæ. Secundum autẽ modum iſtum ſequitur, vt ſoluatur dubitatio Menonis, qua dicitur, ꝙ diſcipulus, ſi ignorat quæſitum, quod non nouit, ꝙ tam nouit, poſteaq; nouit: ſin autem nouit, anteq; addiſceret, diſciplina eſt ſuperflua. Reſponſio igitur in hoc eſt, ꝙ quæſitum eſt ignotum ex parte, qua eſt appropriatum: eſt autem notum ex parte, qua eſt vniuerſale: non autem ſm ꝙ reſpondit Plato, cùm admiſit doctrinam eſſe ſm modũ recordationis. ſi enim habeamus, ꝙ omnis trianguli anguli ſunt æquales duobus rectis, & ignoremus triangulũ iſtum abſconditum ſignatũ, ꝙ eſt triangulus: ſimul ac planũ factum fuerit nobis ad ſenſum, ꝙ eſt triangulus, nouimus ꝙ anguli ſui ſunt æquales duobus rectis. Nec fieri põt, vt dicimus, ꝙ id, quod prouenit ex cognitione p monſtrationem triãguli, ꝙ videlicet anguli ipſius ſunt æquales duob⁹ rectis, ꝙ inẽ eſt recordatio: quẽadmodum ipſi admiſere, quoniam id, quod prouenit per ſcientiam

In ſyllo, in q̃ termini medii de ſe inuicẽ prędicant, ſit accidere fallacia, vt ſcilicet ſciam eẽ vtrumlibet. & putemus cõtrariũ eiuſdem, non in eodẽ modo.

Cus termini mediꝰ ſũt diuerſi, nõ poſſe accidere fallaciam in cõcluſione, vt ſciatur ſimul et ignoretur ꝙ contrarias opiniones.

Nota quo ſolui dubitatio Menonis ab Ariſt. ſi eo pacto, q̃ Plato, q̃ ſ cõ. eſſet ſciam eẽ rememoratio nẽ. Vide 1. Poſte te co. 1. & 6.

sum, non est recordatio. et quoniam similiter ignorantia, quã habemus in particulari, nõ est contraria scientiæ, quam habemus in vniuersali: propterea q̃ scientiæ duarum propositionum non est contraria ignorantia conclusionis: quoniam ambæ propositiones sciuntur in actu, & conclusio in potẽtia. Et hoc, quoniam scientia dicitur quatuor modis, aut scientia vniuersalis, aut singularis, aut in potentia, aut in actu. Secũdum igitur hos modos quatuor nihil prohibet, vt habeamus de re vna ignorantiam & scientiam simul, & accidat nobis in ipsa existimatio & scientia, hoc est secundũ duos diuersos modos. Hoc autem inuenitur secundum sensum. multos enim homines offendimus, qui norunt propositiones, & errant in conclusione, quemadmodũ si esset apud nos cognitio vniuersalis, & deciperemur in particulari. Vt in exemplo habebit aliquis, quòd omnis mula est sterilis: & quòd hæc sibi allata est sterilis: & tamen existimabit q̃ ipsa est pregnãs, propter inflationem, quam habet in corpore suo, quare erit apud ipsum existimatio, & scientia de re vna & eadẽ: scientia quidem secundum duas propositiones veras, quas habet: existimatio autem propter syllogismum corruptum innouatum apud ipsum hac in re. & hoc per viam existimationis, quæ innouatur apud nos in consimilibus propositionibus secundum oppositionem scientiæ, quæ oritur ex syllogismo corrupto. cùm igitur nouerit ambas propositiones & ignorauerit cõclusionem, iam sciet & ignorabit rem vnam. sciet quidem ipsam ex parte potentiæ, ignorabit autem ex parte actus. cumq; nouerit maiorem propositionem syllogismi tantum, iam ignorabit minorem ex parte, & sciet ipsam ex parte. sciet enim ex parte dispositionis vniuersalis, ignorabit autem ipsum ex parte particularis appropriati. & cùm nouerit minorem iam sciet maiorem ex parte, & ignorabit ipsam ex parte. sciet enim ipsam ex parte particularis, & ignorabit eam ex parte vniuersalis. Iam igitur mõstratum fuit ex hoc, secundum quem modum prouenit nobis in conclusione scientia, & existimatio simul, hoc est homini vni, et secundum quem modum non conuenit hoc: quodq; modus, qui esse non potest in vno homine, potest esse in duobus hominibus.

Accidit autem illis, qui existimant quòd contraria sint res vna, quemadmodum qui imaginantur bonum & malum esse rem vnam, vt sequatur ex ista imaginatione, vt malum prædicetur de bono, & bonum prædicetur de malo, ita vt accidat ex hoc aliquid prædicari de seipso: & hoc, vt fateantur, quòd bonum est malum, aut quòd malum est bonum. Componitur autem, exempli gratia, oratio ista secũdum compositionem primæ figuræ, & sequitur apud ipsos, vt sit bonum bonum, quemadmodum componeretur oratio, si essent omnes propositiones veræ. Consimiliter accidit illi, qui dicit, quòd omnia entia sunt vnum, hoc est, vt sit aliquid prædicatum de seipso. quoniam si C & B essent res vna: & B & A res vna: sequitur apud eos, vt fateantur, quòd C est B, & B est A, & C est A, cum eo q̃ sunt res vna. conclusio autem erit consequens ex necessitate in huiusmodi propositionibus. attamen conclusio falsa est ex propositionibus falsis. & hoc, quoniam fieri non potest, vt bonum sit malum, nisi per accidens, per se vero non. Existimatio vero contrariorum, quòd sint vnum, erit ob hanc eandem causam, & modi multi existimationum, quemadmodum accidit hoc Antiquis, & speciebus harum expositionũ, quas faciunt consulti talium opinionum. cùm enim inuestigatur dispositio ipsarum, inueniuntur resolui ad species oppositorum, & ad species rerum, de quibus dicitur nomen vnius, & multitudinis.

Scientia dr quatuor modis.

De Annexis syllogismo.

De Conuersione terminorum. Cap. XXVII.

VAndo autem extrema conuertuntur, necesse est et medium conuerti ad vtraq;. Si enim A de C per B inest, si conuertuntur, & ipsum C inest omni cui A: & B cum A conuertitur, et inest B omni cui A, per medium C: et C cum B conuertitur, p̃ medium A.



Fusibus his syllis, ac vniuersis conuersionibus ostensis, si extrema inuicem conuertant, & medium cũ vtroque ipsorum conuerti.

Et sit non inesse cõsimiliter, Veluti si B ipsi C inest: A vero ipsi B non inest: neq; A ipsi C inerit. Si igitur A conuertitur cum B, et C cõuertetur cum A. sit enim B non inexistens ipsi A: neque igitur C: nam B inerat omni C.



Per primum syllogismum cõcludit vltra negatiua in prima figura: per secundũ vero concludit in secunda figura cõuersa cõclusi primi, ex eiusdem cõuersa maiore, & minore, transposita maiori.

Et si C conuertitur cum B, et B conuertetur cum A, de quo enim B omni, et C. Et si C ad A conuertitur, et B conuertetur. nam cui B, C: cui vero A, C non inest. et solum hoc à conclusione incipit, alia autem non similiter: vt & in prædicatiuo syllogismo.



Per hanc rõnem astruit maior cõuersa ex minore, & cõclusa ex, cõuersa.

De cõmutatis Cõuersionibus.

Rursus, si A et B conuertunt, et C D consistit: necesse aũt A vel C omni inesse. et B et D sic se habebut, vt omni alterũ insit. qm̃ n. cui A B, et cui C D: omnis ait A vel C, et nõ simul. planum q̃ et B vel D omni, et non simul. vt si ingnabile incorruptibile, et incorruptibile ingnabile: necesse quod sit corruptibile, & corruptibile factum esse. duo enim syllogismi sunt.



Hoc ditheorema dicit ppa, si p̃t cõsãg, q̃ cõmutatæ cõuersioni.

Duo hi syllogismi diuersimode formari pñt. hoc aũt mõstrant deducunt ad ipsos. quia si nõ est verũ, nullum D est B, sequuntur reliqua.

Rursus, si omni A aut B, & C aut D: simul vero non insunt: si conuertuntur A et C, & B & D conuertuntur. si enim B non inest alicui cui D, planum q̃ A inest: si vero A & C, cõuertuntur enim: quare simul C et D. hoc aũt impossibile.



Hoc theorema vere dicipõt a cõmutata conuersione.

Cùm vero A toti B, & C insit, & de nullo alio prædicetur: insit autem & B omni C: necesse est A & B conuerti. quoniam enim A de solis B C dicitur: prædicatur aũt B & ipsum de seipso, et de C: planum, q̃ de quibus A, & B dicetur omnibus, præterquam de ipso A.



*Alex. dubitat esse mendum, & forte legẽdum, & ipsi B.

Theorema hoc pbat p terminos dispositos I secũda figura.

Rursus, quando A, & B toti insunt C: cõuertitur autem C cum B: necesse A omni B inesse. quoniam enim A omni C: C vero ipsi B, eo q̃ conuertitur: & A omni B inerit.



Theorema hoc est quasi conuersum præcedentis: & pbat primum per tertias, mox q̃ primam figuram.

De Conuersionibus terminorum. Cap. XXVII.

DIxit. Cùm vero habuerimus tres terminos ordinatos ordine primæ figuræ, veluti si A inesset omni B, & B inesset omni C: si conclusio conuertitur, conuertentur etiam binæ propositiones. & hoc, quoniam si verum fuerit C inesse omni A, oportebit C inesse omnib, & B omni A. Si enim accipiamus C inesse omni A: & huic applicemus propositionem maiorem, puta quòd A insit omni B: concludetur minor conuersa, vt quòd C inest omni B. Consimiliter etiam si accipiamus conclusionem conuersam, veluti si dicamus, C inesse omni A: & huic applicemus minorem propositionem, concludetur maior conuersa. et hoc, quoniam si habuerimus B inesse omni C, quæ est minor: & C omni A, quæ est conclusio conuersa: concludetur nobis B inesse omni A, quæ est maior conuersa.

In prima figura si extrema mutuo cõuertantur in conclusione necesse è & ppões conuerti.

Sed in syllogismo vniuersali negatiuo istius figuræ accidit, cùm maior propositio ipsius conuertitur, vt conclusio etiam conuertatur. Puta in exemplo, si ponamus A inesse nulli B: & B omni C: concludetur nobis A inesse nulli C. Si vero cõuertamus maiorem, conuertetur etiam conclusio, puta si habuerimus B inesse nulli A: & B omni C: concludetur nobis in secunda figura, quòd C inest nulli A, quæ est conclusio conuersa. & hoc, quoniam si vniuersalis negatiua conuersa, fuerit apud nos ignota, aut secundum quòd est aliquod adhuc nobis non declaratum, faciemus etiam ipsum hoc in loco. Consimiliter si conuertatur etiam minor affirmatiua, conuertetur conclusio. erit enim omne C B: & nullum A B: & concludetur in secunda figura, quòd C inest nulli A. Quòd si hac in specie conuertatur conclusio, & conuertatur minor, conuertetur etiam maior. habebimus enim C inesse nulli A: & C inesse omni B: & concludetur in secunda figura B inesse nulli A. Secundum vero modum istum solummodo fieri potest, vt conuertatur propositio per conuersionem conclusionis, quemadmodum fieri poterat hoc in specie affirmatiua. quòd si potest, non conuenit, nisi per conuersionem minoris propositionis simul cum conuersione conclusionis: tunc enim monstrabitur conuersio maioris. sed conuersio conclusionis ex conuersione vtius duarum propositionum fieri non potest in specie affirmatiua, quemadmodum fieri potest hoc in loco, propterea quòd non concluditur ex duabus affirmatiuis in secunda figura.

In syllo negatiuo, si maior cõuertit. & cõclo cõuertitur.

De conuersione ſm cõmutatas proportiones iter oppoſita.

DIxit. Cum vero fuerint duo termini, quorum vterq; cõuertatur cũ ſuo cõplicito, veluti ſi fuerit omne A B, & omne B A: & adhuc fuerint duo alij termini, quorum vterq; conuertatur cum ſuo complicito, quẽadmodum ſi fuerit omne C D, & omne D C: & exiterint A & C oppoſita, & B & D conſimiliter etiam oppoſita: cum fuerint duo paria oppoſitorum, non effugiet ſubiectum ſecundi paris aliorum oppoſitorum, quin ſit ſubiectum ipſorum. Vt in exemplo, ſi A & C talia exiterint, vt ab vno ipſorum non effugiat K: & B & D talia etiam, vt ab altero ipſorum non effugiat K: ſi habuerimus, q̃ in oſ eo, in quo inuenit A, inuenit B: & in oſ eo, in quo inuenit C, inuenit D: et in K ſit aut A, aut C: planũ q̃ in K erit aut B, aut D. Complicai. n. ſyllg compoſitus hũc in modũ: in K eſt aũt A, aut B: ſed oſ illi ineſt B, cui ineſt A, & oſ illi ineſt D, cui ineſt C: igit ipſi K aut B, aut D ineſt ex neceſſitate. Conſimiliter monſtrabitur conuerſum huius. veluti ſi ponamus, quòd K non effugit A D, & B, ſequitur etiam vt non effugiat aut ab A, aut à C. Vtm exemplo ex materijs, ſi acciptamus loco A generabile, & loco B corruptibile, & loco C non generabile, & loco D non corruptibile: & fuerit omne generabile corruptibile, & omne corruptibile generabile: & eodem pacto omne non generabile non corruptibile, & omne non corruptibile non generabile: dico, ſi omne fuerit aut generabile, aut non generabile, quòd oportet omne eſſe aut corruptibile, aut non cõruptibile. ſi enim omne generabile eſt corruptibile, & omne non generabile eſt nõ corruptibile: & nihil effugit, quin ſit aut generabile, aut non generabile: manifeſtum, quòd nihil effugiet, quin ſit aut corruptibile, aut non corruptibile.

Amplius dico, quòd cũm poſuerimus vni & eidem ſubiecto ex neceſſitate ineſſe vnum oppoſitorum coniugatorum, & poſuerimus, q̃ vna partium oppoſitorum conuertatur cum altera parte oppoſitorum, dico quam q̃ pars reliqua oppoſitorum coniugatorum conuertetur cum reliqua parte aliorum oppoſitorum. Vt in exemplo, ſi omne fuerit, aut generabile aut non generabile, aut corruptibile aut non corruptibile: & fuerit omne generabile corruptibile, & omne corruptibile generabile: dico, quòd omne non corruptibile eſt non generabile, & omne non generabile eſt nõ corruptibile. Demonſtratur autem hoc. ſi enim non generabile non exiterit non corruptibile, erit ergo corruptibile: propterea q̃ poſuimus iam quòd omne aut eſt corruptibile, aut non corruptibile. ſi igitur non generabile eſt corruptibile, cũm poſitũ fuerit corruptibile cõuerti cum gñabili, ſequetur ex hoc, ut nõ gñabile ſit gñabile: quod fieri non poteſt, & nõ coheret. Complicatur autem ſyllogiſmus hunc in modum. non generabile eſt corruptibile: & omne corruptibile generabile: concluditur enim quòd omne non generabile generabile. Eodem modo monſtratur non corruptibile conuerti cum non generabili.

De conuerſione terminorum in Secũda figura.

Conſimiliter etiam, quando cõplicantur binæ vniuerſales affirmatiuæ in ſecunda figura, & medius terminus non inſit alij à duabus extremitatibus, & maior extremitas ſit omni minori, ſequitur vt maior inſit omni medio: hoc eſt, vt cum ipſo cõuertatur. Quẽadmodum ſi A ineſſet omni B, & omni C, & non alijs: & B ineſſet omni C: dico quòd ſequitur, vt B inſit omni A. & hoc, quoniam ſi B ineſt omni C, & omnibus ſuis partibus: & A non ineſt, niſi omnibus partibus ipſius C, & omni B: planum quòd omni illi cui ineſt A ineſt B, quare omne, quod eſt A, eſt B.

De conuerſione terminorũ in Tertia figura.

Conſimiliter ſi complicentur binæ affirmatiuæ in tertia figura, & terminus medius conuertatur cum minore extremitate, ſequitur vt ſit extremitas maior in omni minore: hoc eſt, vt conclodatur vniuerſalis affirmatiua. Vt in exemplo, ſi A & B prædicentur de omni C: & C prædicetur de omni: dico quòd ſequitur ex neceſſitate, vt A prædicetur de omni B. quoniam A prædicatur de omni C: & C prædicatur de omni B: ex neceſſitate enim fiet omni B: quoniam complicatio ipſorum reſtituetur in primam figuram.

De inuentione Oppoſitorum conuertibilium, eligendorum, & fugiendorum. Cap. XXVII.

QVando autem duobus exiſtentibus, vt A eligibilius ſit quam B, cum ſint oppoſita, & D quam C conſimiliter: ſi eligibiliora A C quam B D, & eligibilius quam D. Similiter enim ſequendum A, & fugiendum B, oppoſita nanque: & ipſi D, nam & hæc opponuntur. Sigitur A ipſi D ſimiliter eligendũ, & B ipſi C fugiendum. verum que enim vtrique ſimiliter fugiendũ ſequendo; quare & ambo A C ipſis B D, quoniam autem magis non poſſunt, ſimiliter: nanque B D ſimiliter erant. Si vero D quam A eligibilius, et B quam C minus fugiendum: nam minus ipſi nõ opponitur: eligibilius autem maius bonum, & minus malum, quam minus bonum, et maius malum: et totum ergo B D eligibilius q̃ A C; ſed nunc non eſt: A igitur eligibilius q̃ D: & C itaq; quam B minus fugiendum.

*vnũ co. le. vt A & B, A eligibilius



Sũptũ ẽ hoc exẽplũ ab interpretibus.

Si ergo eligeret omnis amans ſecundum amorem, A ſic ſe habere, vt gratificetur: et nõ gratificari, in quo C: aut gratificari, i quo D: & nõ talem eſſe vt gratificetur, in quo B: planum quòd A talem eſſe, eligibilius eſt, quam gratificari. Amari igitur coitu eligibilius ſecũdum amorẽ. amor igitur magis eſt amicitiæ, quam ipſius coitus. q̃ ſi magis huius, & finis hoc; coire igitur aut nõ eſt penitus, aut eius quod eſt amari gra. nãq; & alij affect⁹, & artes ſic *

* al. co. ad: fiunt.



Exemplum hoc ſumptum eſt ex Conuiuio Platõis.

Quomodo igitur ſe habent termini ſecundum conuerſiones, & eo quòd magis fugiendi, vel eligibiliores ſint, manifeſtum.

De bina

De bina coniugatione Oppoſitorum, eligendorum, vel fugiendorum. Cap. XXVIII.

CVm vero exiterint bina oppoſita, vt A & B, et ſemper fuerit eligẽdum apud nos, & B fugiendum: & exiterint conſimiliter etiam bina oppoſita, quemadmodum C & D, & fuerit C conſimiliter fugiendum, & D eligendum, & perſequendum: dico ſi A D ſimul fuerint meliora q̃ B D, q̃ A erit melius q̃ D, & eligibilius. Qm enim A & B ſunt oppoſita, & A eſt quærendum, et B fugiendum, A eſt quærendum, quemadmodum B eſt fugiendum, & hoc, quòd omnia oppoſita ſunt vna extremitate oppoſitionis, quod cum ita ſit, dicimus q̃ A ex neceſſitate eſt eligibilius, et amabilius q̃ D. Quia ſi non erit eligibilius ipſo, erit ergo aut æquale ipſi, aut D eligibilius eo. ſi igitur A & D ſunt æqualiter quærenda, planum q̃ C & B erunt æqualiter fugiẽda quia in abominatione eſt æquale ipſi A in electiõe; & Q eſt æquale in abominatione ſua ipſi D in electione ſua. cum igitur reſtita fuerit, erunt A & C ſimul æqualia in electione ipſi B & D ſimul: ſed ita poſuimus q̃ C & A ſunt eligibiliora: hoc itaq; fieri nequit, & non coharet. Sin autem poſuerimus D eligibilius q̃ A, ſequitur vt ſit minus in abominatione q̃ C, & hoc quid, quod eſt minus abominabile, opponitur ei, quod eſt minus quærendum: quod autem eſt magis abominabile, opponitur magis quærendo. ſi igitur D eſt magis quærendum q̃ A, & C erit abominabilius q̃ B, & itrum D & A ſimul magis quærenda & minus fugienda, q̃ A & C. ſed magis quærendum & minus fugiendum eſt melius: igitur D & A ſimul ſunt meliora, q̃ A & C ſimul: cuius contradictorium poſuimus. hoc enim fieri non poteſt & non coharet. ſequitur igit ſi poſuerimus A & C meliora q̃ B & D, vt diximus. eligibilius q̃ D.

Nota exemplũ pulchrũ & admirandum, cligibiliur ſ. eũ velle & nõ poſſe, q̃ poſſe & nõn velle. Nota Platonis ſniam de amore.

Exemplum in hoc ex materijs in eo qui tangitur concupiſcentia. eligibilius enim ipſi eſt, vt appetat morem gerere, q̃ quòd moꝛ gerat, & hoc, quoniam manifeſtum eſt eligibilius eſſe appetere mortem gerere & non mortem gerere, q̃ morem gerere cum hoc, q̃ non eligat morem gerere, ſequiſ ergo, ſm q̃ præmiſimus, q̃ eligere morem gerere dignius eſt, quam morem gerere. Et ex hoc monſtrauit Plato dignius eſſe apud amantem, vt non coeat, quoniam coitus ſimul perimit deſyderium eligendi morem gerere. ſed cũm non coiuit, exiſtat electus morem gerendi. Et concupiſcentia, quemadmodum inquit Ariſtot; ſeu ex operatione ſua prouenias coitus, ſiue non prouenias, eſt tamen appetitus coniunctus cum deſyderio, & voluptate naturali à principio. Componitur nanq; ex concupiſcentia & iſto appetitu, & tunc perficitur operatio ſua: quoniam plurimæ concupiſcentiarum ita ſe habent, cùm complicantur cum artibus & cõſuetudinibus, vt perficiantur operationes harum artium, aut harum conſuetudinum, ſecundum q̃ fecit ipſas homo ad menſuram operationum iſtius artis, & hoc quemadmodum fortitudo naturalis, cùm coiungitur cum militia, tũc erit actus militiæ ſm perfectionem. Iam itaq; monſtratum fuit ex hoc, quomodo eſt diſpoſitio cõuerſionum inter ſe, & quomodo ratiocinari poſſimus ex eligibili, & digniori ſm hanc ſpeciem ſignorum. Conſentaneum autem eſt q̃ Ariſto. mentionem fecerit de hoc loco, & non de alijs locis: q̃m exiſtimauit hũc eſſe proximum naturæ ſyllogiſmi, hoc eſt vniuerſalitati ſuæ.

Cur Ariſtot. de hoc ſtatus loco eligẽdi meminerit.

De Inductione, & ſyllogiſmo Inductiuo. Cap. XXIX.

QVod autem non ſolum dialectici, & demonſtratiui ſyllogiſmi per prædictas efficiunt figuras, ſed & rhetorici, & ſimpliciter quæcunq; fides, et ſm quascunq; methodum, nũc vtiq; ſit dicendũ. Omnẽ n. credimus aut per ſyllogiſmum, aut ex inductione.

Inductio igitur eſt, & ex inductione ſyllogiſmus, alterum extremum medio ratiocinari per alterum. Veluti ſi ipſorum A C medium ſit B, per C monſtrat A inexiſtens ipſi B: ſic, n. facimus inductiones. Vt ſit A, longeuum: in quo autem B, bilem non habens: in quo vero C, ſingulare longeuum, ſicut homo, et equus, & mulus. A igit ineſt toti C: omne enim C longæuum: ſed & B bilem non habens ineſt oi C. Sigitur conuertitur C cum B, & non excedit medium, neceſſe eſt A ineſſe ipſi B. monſtratũ nãq; fuit prius, ſi duo quædam eidem inſint, & ad alterum ipſorum cõuertatur extremũ, q̃ conuertenti & alterum prædicatorũ inerit. Oportet aũt intelligere C ex omnibus ſingularibus compoſitum: inductio. n. per omnia.

* AL. co. le. A igit ineſt toti B: oſ enim bilẽ nõ habẽs longæuum. ſed melior prima lectio.

Longæuum. Bilem non hñs. Hõ, Equ⁹, Mul⁹.



Homo, Equus, Mulus.

Fit pẽlo ſyllogiſm⁹ I prima figura, ipſius A de C per B ipoſtẽa inductio, ſeu inductiu⁹ ſyllogiſmus in tertia, ipſius B de A per C: idemus in prima, quia minor ẽ I terminus cõcluſibilibus,

Eſt autem talis ſyllogiſmus primæ & immediatæ propoſitionis. quorum nãq; eſt medium, per medium ſyllogiſmus; quorum vero non eſt, per inductionem. Et quodãmodo opponitur inductio ſyllogiſmo. hic enim per medium extremũ tertio monſtrat: illa autem per tertium extremum medio. Natura igitur prior & notior qui per medium ſyllogiſmus: nobis vero notior qui per inductionem.

De Inductione, & Signo, & reliquis ſyllogiſmis, qui fiunt ſecundũ potentã eius, quod fit. Ca. XXIX.

DIxit. Oportet autem vt monſtremus nunc, q̃ reliqui ſyllogiſmi, qui fiũt in Rhetorica, & contionibus, & perſuaſionibus, reducuntur ad ſyllogiſmos præcedentes. & ex hoc poſſumus certo dicere, q̃ omnes ſyllogiſmi ſunt per figuras præcedentes; non ſolum demonſtratiui, & dialectici, ſed omnes ſyllogiſmi intellectuales, & omnino omnis veritas cadẽs in omni arte. hoc autem manifeſtum ex eo, q̃ omnis veritas, aut eſt per ſyllogiſmum, & illud quod eſt ſiſte ſyllo, quodq; ſignũ nuncupat: aut per inductionem, & quod eſt ſiſte inductioni, quodq; vocatur exemplum.

Inductio igit eſt, cũ monſtrat ſemp illud, cuius via eſt, vt ſit maior extremitas in ſyllo ineſſe illi, cuius via eſt, vt ſit terminus medius in ſyllo per id, cuius via eſt, vt ſit terminus minor in ipſo. ſm. n. modũ iſtũ, qđ ex ipſa ſequit, ex neceſſitate ſequit. Vt i exẽplo, ſit ternarius

De Inductione, & ſyllogiſmo inductiuo.

nus medius inter A, & G per modum prædicationis fm naturalem consuetudinẽ litera B. & sit A terminus maior fm naturam, & B medius fm naturam, & C minor: et monstretur per literam Q A inesse ipsi B, nõ autem A inesse ipsi C per literam B, fm modum, quo monstrabatur per syllogismum. Vt in exẽplo ex materijs, sumpsimus loco A animal longæ vitæ, & loco B animal paucæ cholerę, & loco C mulum, equum, & asinum: et monstretur Q omne animal paucæ cholerę est longæ vitæ, ex eo Q induximus omnes species animalium paucæ cholerę esse longæ vitæ, vt mulum, equum, & asinum: & per ipsa ostendamus, Q omne animal paucæ cholerę est longæ vitæ. Cùm igitur fuerit hoc inductio, planum Q longæ vitæ hoc in loco erit terminus maior fm naturam, paucæ autem cholerę medius, particularia vero minor. nos igitur monstrauimus maiorem inesse medio per minorem. Atqui monstratio hæc erit consequens ex inductione cõsequentia vera, hoc est proportionata consequentiæ conclusionis per syllogismum veræ figuræ, posteaq̃ induximus oẽs species paucæ cholerę, & inuenerimus eas omnes longæ vitæ. tunc. n. sequetur, cùm A, & B fuerint inuẽta in omni C, hoc est longæ vitæ, & paucæ cholerę in mulo, equo, asino, & homine, vt A insit omni B, quemadmodum antea monstratum fuit. & hoc, qm̃ cùm induxerimus omnia animalia particularia, quorũ loco accepimus literam C, conuertetur litera B cum litera C in prædicatione, et sequetur ex hoc, vt A insit omni B, fm Q antea monstratum fuit. Et propterea, quod est necessarium in inductione vera, est, vt in ipsa perficiãtur omnia particularia ita, vt sic cõponatur syllogismus: omne paucæ cholerę est, aut mulus, aut equus, aut asinus, aut homo: & omnia hæc ex necessitate sunt longæ vitæ: igitur omne paucæ cholerę est longæ vitæ ex necessitate, cùm vero in ipsa non perficiuntur oĩa particularia, non sequitur ex ipsa aliq̃d ex necessitate. Non est autem conditio hæc in inductione, ex eo Q trãsfertur ab inductione, quæ fit in dialectica ad inductionẽ, quæ fit in demonstratione, quemadmodum nonnulli arbitrati sunt. qm̃ veritas inductionis in demonstratione forinsecus accedit, & ex eo Q aliquid nobis applicatur, non autem cõfert nobis inductio per se, si etiã complerentur omnia particularia, sed est quia prædicatum per se ineſt subiecto. per hoc igitur distinguitur hæc inductio ab inductione demonstratiua. Quòd autem oporteat inductionem istam appropriari Dialecticæ, & vniuersaliter Dialecticam eẽ, manifestum ex eo, Q conditio Dialecticæ est, vt in ipsa sit syllogismus veræ figurę. quod cùm ita sit, oportet vt inductio quę fit in ipsa, sit per modum, quo in ipsa sequatur necessario quod intendimus. Amplius distinguitur ab inductione, quæ fit in demonstratione, aut quemadmodum diximus per sustiectum substantiale, aut quoniam in inductione, quæ fit in Dialectica, complentur omnia particularia secundum opinionem, non autem secundum veritatem. & ita oportet intelligere quod hoc in loco dicit Aristote. & secundum hoc soluuntur omnes dubitationes, quas est assecutus Abunazar.

An vero Dialectica faciat inductionem, in qua non perficiuntur omnia particularia: & an vis inductionis ſe vis exempli, de hoc quæretur in libro Dialecticæ.

Dixit. In inductione autem monstratur semper id, ad quod monstrandum per terminum medium non est via, quod Q etiam non est manifestum per se. quod enim monstratur per terminum medium, non potest monstrari, nisi per ipsum: in eo autem quod est per se manifestum facere inductionem, est superfluũ. & hoc est vnum, per quod distinguitur syllogismus ab inductione. Inductio autem, quemadmodũ diximus, communicat cum syllogismo, eo Q est ex tribus terminis: distinguitur autem ab ipso, eo Q in syllogismo, monstratur maior extremitas ineſſe minori per medium terminum, sed in inductione ostenditur maior extremitas ineſſe medio, eo Q ineſt minori extremitati: hoc est, Id cuius vtia est, vt in syllogismo sit extremitas maior, & terminus medius, & minor extremitas. non autem quod illud, per quod monstratur quæsitum, per inductionem, sit in ea terminus minor: neq; Q illud, cui ostenditur quæsitum ineſſe, sit terminus medius. Distinguitur etiam ab ea consimiliter syllogismus, eo Q est prior fm naturam, inductio autem est prior fm scientiã. Hæc igitur tria sunt, per quę distinguitur syllogismus ab inductione perfecta, non autem ab alijs.

Nota de inductione demonstratiua & vtra eius ad topicã.

Nota qd g inductionem monstret: & qũo differat a syllo.

De Exemplo. Cap. XXX.

Sed exemplum est, quando extremi medio inexistens monstratus fuerit per simile tertio. oportet autem medium tertio, & primum simile notius esse inexistens, Vt sit A, malum: B, contra confines bellum inferre: in quo C, Athenienses cõtra Thebanos: in quo autem D, Thebanos cõtra Phocenses. Si itaq̃ velimus monstrare quòd bellum gerere cum Thebanis est malum, accipiendum quod contra cõfines bellum gerere est malum. huius autem fides ex similibus, vt quoniam Thebanis, quod contra Phocenses. Quia igitur malum est, quod cõtra confines: quod vero contra Thebanos, contra confines est: planum, quòd contra Thebanos bellum gerere malum. manifestum itaq̃, quòd B ipsi C, & ipsi D ineſt: ambo enim sunt contra cõfines bellum inferre: & quod A ipsi D, Thebanis enim non contulit bellum contra Phocenses. quòd autem A ipsi B ineſt, per D monstrabitur. Eodem autem modo, si per plura similia fides fiat medij ad extremum.

Malũ. Cõtra cõfines bellũ ferre. Athenienses cõtra Thebãos. Thebani cõtra Phocẽses.



Probatur A de C per B, qd cõfirmat exemplo ipsius D: Avero, phaſ de B q idẽ D.

Thebani contra Phocenses.

Planum igitur, quòd exemplum est, neque vt pars ad totum, neq; vt totum ad partem: sed vt pars ad partem, quãdo ambo sub eodem sint, notum vero alterũ. Et differt ab inductione: quoniã illa qdẽ ex omnibus indiuiduis extremum monstrabat ineſſe medio, & ad extremum nõ coaptabat syllogismum: hoc autem & coaptat, & non ex omnibus monstrat.

Tractatus

Tractatus de Exemplo. Cap. XXX.

Quid sit exẽplũ, & qũo, & quid ostẽdat.

EXemplum vero est, cùm ostendimus, medium inesse minori, in eo quòd ostendimus medium inesse simili minori per inuentionem maioris: cùm medium ineſse minori, & maiorem simili minori extremitati manifestius extiterit eo, quod voluimus monstrare, hoc est maiorem ineſse minori. Vt in exemplo, si fuerit extremitas maior A, & minor C, & medius B, & B simile ipsi C: sit autem B ineſse ipsi C, & A ipsi B notius, quàm A ineſse ipsi C. Exemplum in hoc ex materijs, si accipiamus loco A iniustum, loco B interimere Athmanem, loco C interimere pios, & loco B interimere Omarem. Cùm igitur monstrare voluerimus, Q interimere Athmanem est iniustũ, præmittemus ad hoc, quòd interimere pios est iniustum. hoc autem mõstrabimus, eo quòd interemptio Omaris fuit iniusta. hoc igitur monstrato dicemus, interimere Athmanem est interimere pios: & interimere pios est iniustum: ergo interimere Athmanem est iniustum. Planum autem, quòd Athmanem esse pium, & interimere Omarem esse iniustum, est notius apud nos, quàm quòd interemptio Athmanis sit iniusta. Planum igitur quòd monstrauimus maiorem extremitatem ineſse medio: puta cùm dicebamus interimere pios esse iniustum, per id, quòd ipsa inerat simili minori extremitati. & hoc est interimere Omarem, quod est simile Athmani secundum pietatem, et coaptationem. Consimiliter accidet, si manifestum fuerit maiorem extremitatem ineſse medijs, eo Q ineſt multis similibus, dummodo non compleantur omnia particularia: tunc enim erit inductio præcedens. Planum igitur ex hoc, Q exemplum est monstratio, in qua fit progressus à particulari notiori ad ignotius, quoniam similium non est vnum sub alterio: & quòd inductio est progressus particularium notiorum ad vniuersale ignotius, & syllogismus ab vniuersali notiori ad suum particulare ignotius, hoc est ad cõclusionem intrantem sub propositionem maiorem. Differunt autem exemplum atque inductio, de qua mentionem fecimus, in hoc: quoniam inductio est ex omnibus particularibus ingredientibus sub terminum medium, & ostendit Q terminus maior ineſt medio: sed exemplum non ex omnibus particularibus ostendit maiorem extremitatem ineſse medio.

Nota Q processus sint syllo, inductio, & exẽplum.

Dfia inter Inductiones et exemplum.

Autrursus si pauca sint media ipsorũ B C: nanque erit ex proximius ipsi cognoscere. Veluti si C esset quadratum: in quo autem E, rectilineũ: in quo vero F, circulus: si ipsius E F vnum solum esset medium, hoc quod est, cum lunulis æqualem fieri circulum rectilineo, esse posset prope ipsum cognoscere.

Quadrati. D. Rectilineũ. E. Per lunulas æquale fieri. Circulus F.



Minor E F phaſ p vnũ medio: & iõ abducto fit in hac dõe.



Per hãc descriptionem monstrabat Hippocrates circulũ quadrari.

Cùm vero B C, neque credibilius sit, quàm A C, neque pauca media, non dico abductionem: neque quando B C sit immediatum, tale enim scientia est.

De Abductione. Cap. XXXI.

ABductio vero est, cùm primum medio inexistẽs manifestum sit: ultimo aũt medium, obscurum quidem, sed similiter credibile, aut magis q̃ cõclusio. Amplius, si pauca sint media ultimi et medij: omnino enim propinquius scientiæ accidit esse. Vt sit A docibile: in quo B, scientia: C iustitia. Q igitur scia docibilis, planum: si aũt virtus scia, obscurum. si igit B C sit, aut magis credibile, q̃ A C, abductio est: est. n. proximius ipsi scire, eo Q assumpsimus A C, sciam prius nõ hãtes.

Docibile. Scientia. Iustitia.



* Al. co. leg. adsumptũm ipsi A C, ipsas A B, scitã

In hoc syllo sit, aut magis credibile est C B, q̃ C A. & ideo cõclonẽ assummus, ipsius scientiã prius nõ habentes.

Auer. Q Abductione habebat inductionem. & ideo multa confudit.

Quod mentitur p inductionem. Auer. ẽ minus occultũ, q̃ qd g syllo

Log. cũ cõm. Auer. Q nõ accidet

accidet nanque vt occultatio propositionis, quæ mon
ſtratur per inductionem, ſit æqualis illi, quæ monſtra-
tur per ſyllogiſmum, hoc eſt concluſioni, cùm fuerit
concluſio ea, per quam ignoratur illud, quòd ignora-
tur per propoſitionem minorem, quod eſt magis vni-
uerſale. Vt in exemplo, ſi fuerit quæſtum, an omnis
prudentia ſit diſciplinabilis, & ſoliciti ſimus ad hoc
monſtrandum per duas propoſitiones; quarum vna
eſt, quòd omnis prudentia eſt ſcientia: & ſecũda quòd
omnis ſcientia eſt diſciplinabilis: erit igitur maior pro-
poſitio per ſe nota, puta quòd omnis ſcientia eſt diſci-
plinabilis: minor autem erit penitus ignota, dum igno
rabitur concluſio. quoniam, cùm ſciemus quòd ali-
qua prudentia, hoc eſt ſapientia, eſt ſcientia, ſciemus
etiam quòd eſt diſciplinabilis. ſed quæſitum erat, an
omnis prudentia ſit ſcientia, & diſciplinabilis. cùm igi
tur verificatum nobis fuerit, quòd omnes prudentiæ
ſunt ſcientia, erit etiam verificata nobis minor, puta
quòd omnis prudentia ſit ſcientia, poſteaquam igno-
rantia noſtra in ipſis fuerit ſuper re vna, hoc eſt in mi-
nore propoſitione ac concluſione: & hoc ex parte, qua
inuentio in ipſis eſt nota per ſe, ſed vniuerſalitas fuit
ignota. Cùm vero fuerit concluſio ignotæ inuentionis
in parte & in toto, hoc eſt ſimpliciter, & fuerit maior
nota per ſe, & minor in eo quo viam habet vt mõſtre-
tur per inductionem, ſequitur ex neceſſitate, vt ſcien-
tia in ipſa ſit maior, quàm ſcientia in concluſione. &
hoc accidet, cùm particularia facientia inductionem,
fuerint determinata ſecũdum numerum. Quemadmo
dum accidit Antiquo Geometræ volenti monſtrare
inuenirí figuram quadratam æqualem circulo, qui &
poſuit propoſitionem maiorem, quòd omni figurę ha
benti lineas inuenitur quadratum æquale, quod eſt no
tum apud Geometras: deinde ſolicitus fuit ad mon-
ſtrandum, quòd omnis circulus eſt æqualis figuræ re-
ctilineæ, poſteaquam diuſit circulum ad figuras pau-
cas ſecundum numerum æquales figuris rectilineis,
quæ ſunt figuræ lunares, quoniam ſi diuideretur totus
in figuras lunares, iam eſſet illud, quod fecit per indu-
ctionem hoc in loco, ſecundum eam conſuetudinem,
qua minor propoſitio eſt minoris occultatiõis, quàm
concluſio. Quòd ſi non fuerint media determinata,
quemadmodum ſe habent iſtæ propoſitiones, non erit
oſtenſio per inductionem, ſed monſtrabuntur per ſyl-
logiſmum. Et propterea dixit Ariſto. in conſimilibus
propoſitionibus quòd non vocatur monſtratio, quæ
fit in hoc, inductio. Quoniam monſtratio cadens in ta
li propoſitione, aut erit per ſyllogiſmum, aut per exẽ-
plum, aut per inductionem, in qua non perficiuntur
omnia particularia: ſed iam expoſuit hoc in loco, quòd
ſpecies iſta inductionis eſt exemplum. Conſimiliter
cùm media minoris propoſitionis multa extiterint,
non vocabitur monſtratio, quæ fit in hoc inductio.
Conſimiliter etiam cùm fuerit propoſitio maior nota
per ſe, tunc proprium erit propoſitionis, quæ monſtra
tur per inductionem, vt ſit minor, & ſit minus occulta
& concluſio, aut æqualiter, & ſit non nota per ſe.

De Inſtantia. Cap. XXXII.

CÆterum inſtantia eſt propoſitio pro-
poſitioni contraria. differt autem à
propoſitione, quoniã inſtantiam con
tingit eſſe in parte: propoſitionem vero, aut
omnino non contingit, aut non in vniuerſa-
libus ſyllis. Ferũ aũt inſtantia bifariam, & per
duas figuras. bifariam quidẽ, qm̃ aut vł, aut
in parte omniś inſtantia: ex duabus vero figu
ris, quoniam oppoſite feruntur propoſitio-
nes: oppoſite autem in prima, & tertia figura
concludunt ſolis. quando enim cenſeat, omi
ni ineſſe, inſtamus, quod nulli, aut quod alia
cui non inieſt. horum autem nulli quidem ex
prima figura: alicui vero non, ex vltima. Vt
ſit A, vnam eſſe ſcientiam: in quo B, contraria.
Cùm igitur proponit vnam eſſe contrario-
rum ſcientiam, inſtat, aut quòd omninò non
eadem oppoſitorum: contraria autem oppo
ſita: quare ſit prima figura. aut quòd noti
& ignoti, non vna: hæc vero tertia. de C nam-
que noto & ignoto, contraria quidem eſſe,
uerum: vnam aũt ipſorum ſciam eẽ, falſum.



Notum & ignotum.

Per terminũ oppoſita, in prima figura, per terminum notum & ignotum, i tertia iſtam⁹ huic ꝓpõi vłi affirmatiue, cõtrariorum omnius vnã eſt ſcias.

Rurſus in priuatiua propoſitione conſimi
liter. cùm enim cenſet non eſſe vnam contra
riorum*, aut quòd omnium oppoſitorum,
aut quòd aliquorum contrariorum eadem, di
cimus, vt ſanabilis & ægrotabilis. omnium
igit ex prima: aliquoꝝ vero ex tertia figura.

*al. co. ad. ſcientiam



Sanabile & ægrotabile.

Ferẽ inſtantia ad vtrum negatiuaꝝ A B, vtris qdes per primam, particularis vero per tertiã figuram.

Simpliciter enim in omnibus, cùm vniuer
ſaliter quidem inſtat, neceſſe ad vniuerſale
contradictionem dicere eorum quæ propo-
nuntur. veluti ſi non exiſtimet eandem con-
trariorum omnium, dicentem oppoſitorum
vnam. ſic autem neceſſe primam eſſe figurã:
mediũ enim fit quod vniuerſale ad id, quod
ex principio. In parte uero, ad quod eſt vni-
uerſale, de quo dicitur propoſitio. ut noti &

ignoti

ignoti non eandem: contraria enim vniuer-
ſaliter ad hæc, & ſit tertia figura. mediũ enim,
quod in parte accipitur, ut notum & ignotũ.
ex quibus enim eſt ratiocinari cõtrarium, ex
his & inſtantias conamur dicere. Quare et ex
ſolis his figuris ferimus: in ſolis. n. his oppoſi
ti ſyllogiſmi: per mediam enim non erat affir
matiue. Amplius, & ſi plutis indigeat ora-
tionis, quæ per mediam figuram, veluti ſi nõ
det A ineſſe B, eo quòd C non ſequitur ipſum:
hoc enim per alias propoſitiones planum.
non oportet autem inſtantiam ad alia euerti,
ſed ſtatim manifeſtam habere alteram pro-
poſitionem. Vnde & ſignum ex ſola hac, fi-
gura non eſt.

Non ferꝰ inſtãtia in ſe cũda figura: quia facta inſtantia indigemus conuerſione ma ioris, vt ꝑdicatũ iſtantiæ ſit ꝓdicatũ i ſyllogiſmo.



Vna ſcientia. Contraria.

Conſyderandum autem & de alijs inſtan-
tijs, ut de ijs quæ ſunt ex contrario, & ſimili,
& eò quod ſecundum opinionem: et ſi eam,
quæ eſt in parte ex prima, aut priuatiuam ex
media poſſibile capere.

Tractatus de Inſtantia. Cap. XXXII.

Quid ſit Inſtãtia, & qũ dũat a ppoſitione, cui ſit inſtantia.

DIxit. Inſtantia vero eſt oſtenſio per propoſi-
tionem contrariam propoſitioni, quam inten-
dimus deſtruere per inſtantiam. differunt au-
tem ambæ propoſitiones, quoniam propoſitio, cuius
intendimus deſtructionem, ſemper erit vniuerſalis,
quoniam ipſa eſt, per cuius deſtructionem deſtruitur
concluſio in ſyllogiſmo, cuius vna propoſitionum eſt
particularis, & altera vniuerſalis. ſed propoſitio con-
traria in potentia huic propoſitioni, erit vniuerſalis,
quoniam continet plus quàm propoſitionem contra-
dictoriam, quam intendimus deſtruere. erit autem ali
quando particularis, cũ fuerit magis appropriata pro-
poſitioni, quam intendimus deſtruere, quàm propo-
ſitio contradictoria. Inſtantia vero erit ſecundum na

In quibus figuris fiat inſtantia.

turam prior in duabus figuris, in figura prima, ac figu
gura tertia, & hoc, quoniam concluſio, per quam in-
tendimus deſtruere propoſitionem vniuerſalem ſyllo
giſmi, aut erit uniuerſalis, cùm intendimus deſtructio-
nem vniuerſalem, aut particularis, cùm intendimus
deſtructionem particularem. & in particulari quidem
prouenier concluſio ipſius ſecundum inſtantiam con-
cluſo prima in tertia figura: in vniuerſali vero in pri-
ma figura: ſiue propoſitio, quam intendimus deſtrue
re, fuerit vniuerſalis negatiua, ſiue vniuerſalis affirma
tiua. ſi enim extiterit vniuerſalis affirmatiua, deſtrui-
tur aut per vniuerſalem negatiuam, aut ꝑ negatiuam
particularem: ſi aũt fuerit negatiua vniuerſalis,
deſtruetur aut per affirmatiuam vniuerſalem, aut per
affirmatiuam particularem. fiet autem contradictio
maiori propoſitioni, ſi vniuerſalis quidem extiterit, in
prima figura: ſin autem particularis, in tertia ex mate-
riſs per ſe. Vt in exemplo, ſi quiſpiam poſuerit A ineſſe
omni B, & voluerimos deſtruere hãc vniuerſalem per
concluſionem negatiuam, ponemus quòd A negatur
ab omni eo, quod comprehenditur in B, & prædicatur
de B ſic, puta C, & B ſubiiciatur ſecundum naturam ipſi
C, & C ſubiiciatur ipſi A. hæc autem eſt complicatio pri
mæ figuræ ex neceſſitate. Quòd ſi contradicemus ipſi
contradictione particulari, accipiemus quòd A nega-
tur ab aliquo B, & erit pars iſta D, & prouenier ꝺ ſubie
ctum ſecundum naturam ambabus extremitatibus.
hæc autem eſt complicatio tertiæ figuræ, & erunt am
bæ propoſitiones poſitæ ad contradictionem oppoſi-
tæ in potentia propoſitioni, quam intendimus deſtrue
re, aut ex parte qua ſunt magis vniuerſales, aut ex par
te qua ſunt magis appropriatę. Et eodem pacto facie
mus, cùm fuerit propoſito, quam intendimus deſtrue
re vniuerſalis negatiua. Vt in exemplo ex materiſs, ſi
intendamus contradicere dicenti, quòd omnium con-
trariorum eſt ſcientia vna, & velimus deſtruere hoc
per propoſitionem vniuerſalem negatiuã, accipiemus
negatiuam comprehẽdentem ipſam. puta ſi dicamus,
nullorum oppoſitorum ſcientia eſt vna. contrãria ve-
ro quæ ſunt ſubiectum propõnis, quam intẽdimus de-
ſtruere, ponuntur ſub oppoſitis. componetur autem
ſyllogiſmus in prima figura: puta contraria ſunt oppo-
ſita: & nullorum duorum oppoſitorũ ſcientia eſt vna:
igitur nullorum duorum contrariorũ ſcientia eſt vna.
Quòd ſi deſtruamus propoſitionem iſtam vniuerſa-
lem per propoſitionem particularem, accipiemus prę-
dicatum ipſius negari ab aliquo contrariorum, & erit
exempli gratia, quòd ſciti & ignorati non eſt ſcientia
vna, & prouenier terminus medius ſubiectum duarũ
extremitatum, & componetur ſyllogiſmus, quoniam
ſciti & ignorati non eſt ſcientia vna: & ſcitum & igno
ratum ſunt contraria: igitur aliquorum contrariorum
non eſt ſcientia vna. Eodem modo accider, cùm fuerit
propoſito, quam intendimus deſtruere, uniuerſalis ne
gatiua: hoc eſt ſi ipſam deſtruẽs fuerit vniuerſalis, erit
in prima figura: ſin autem particularis, erit in tertia fi-
gura. & quoniam manifeſtum eſt, ꝙ oportet, vt com-
plicetur ſyllogiſmus complicatione, quæ rei exiſtenti
coapretur, hoc eſt vt ſit ex prædicatis in intellectu, ſe-
cundum quòd ſunt in natura extra intellectum: & hoc
eſt quod intelligitur per prędicatum ſecũdum conſue-
tudinem naturalem: manifeſtum quòd deſtructio con
ſimiliter complicatur in prima figura, ac tertia. quo-
niam materia propoſitionis, quam accipimus contra-
dictoriam, in potentia enunciat hoc, ſi ſit vniuerſalis,
quemadmodum diximus, quòd erit in prima figura:
ſin autem particularis, erit in tertia. Sed deſtructio,
quæ eſt in ſecunda figura, prouenier vtiq; non ex eo,
quòd ponimus propoſitionem in potentia cõtradicen
tem propoſitioni, cuius deſtructionem intendimus à
principio rei, ſecundum quòd ipſa eſt per ſe manifeſta:
ſed cùm primo ponimus conuertentem ipſam ſecun-
dum quòd eſt per ſe manifeſta: deinde ponimus quòd
ipſa conuertitur. Et propterea deſtructio in ſecunda fi-
gura, quemadmodum inquit Ariſt. indiget operatio-
ne multa. Vt in exẽplo, ſi voluerimus deſtruere, quod
dicimus, A ineſt omni B, deſtructione vniuerſali in ſe-
cunda figura, ponemus primo, ſecundum ꝙ eſt per ſe
manifeſtum, ꝙ C cõprehenſum in B ieſt nulli A: deinde

ponemus,

Quòd ꝙ ſecũ das figuram poſita ſtetit inſtantia.

ponemus, quòd hoc conuertitur, quouscp deuenientes ad hoc, quòd A ineſt nulli C. ſed hoc totum elongatur exiens à natura. & hoc, quoniam eſt prædicatio non ſecundum cõſuetudinem naturalem: & eodem modo ſe habebit res in deſtructione particulari, quę eſt in prima figura. Iſtæ igitur ſunt ſpecies deſtructionum, quæ ſunt in figuris prædictis. Cæterum conſimiliter etiam ſunt deſtructiones, quę accipiuntur à contrario, & à ſimili, & ab opinione accepta ab aliquo celebrato, aut à pluribus celebratis. deſtructio autem à contrario, & à ſimili erit in ſyllogiſmis conditionalibus. Exemplum vero deſtructionis à contrario, quemadmodum ſi aliquis ponat, quòd ille eſt bonus, qui amat omnes fratres ſuos. deſtruamus autem ipſum, ſi dicamus, ſi ille eſt bonus, qui amat omnes fratres ſuos: ergo malus erit, qui odio in ſequitur omnes fratres ſuos. Exemplum vero deſtructionis à ſimili, quemadmodum ſi aliquis ponat, quòd uiſio eſt per aliquid exiens à videte ad viſum. dicemus enim, ſi hoc ita eſt, erit igitur auditio per aliquid exiens ab audiete ad auditum. Exemplum vero deſtructionis ab opinione admiſſa, quemadmodum ſi aliquis dicat, non oportet ebrios excuſari cùm peccant, quoniam rex nõ admittit excuſationes ſuas, ſed eos inſequitur punitione.

Quõ ſit iſtę in locis hypotheticis a contrario, & a ſimi.

De Veriſimili, & Signo. Cap. XXXIII.

VEriſimile vero & ſignum nõ eſt idẽ: ſed veriſimile quidem eſt propoſitio probabilis: quod enim cognoſcunt vt in pluribus ita fieri aut non fieri, eſſe aut non eſſe, hoc eſt veriſimile, vt odire inuidentes, aut beneuolentia proſequi amatos. Signum autem vult eſſe propoſitio demonſtratiua, aut neceſſaria, aut probabilis. quo.n. exiſtente, eſt: aut quo facto prius, aut poſterius facta eſt res, ſignum eſt, quòd factum fuerit, aut ſit.

De Enthymemate. Cap. XXXIIII.

ENthymema igitur eſt ſyllogiſmus imperfectus, ex veriſimilibus, aut ſignis. Accipitur autem ſignum trifariam, quot modis & medium in figuris. aut enim, vt in prima, aut vt in media, aut vt in tertia. Veluti monſtrare prægnantem, eo quòd lac habet. medium enim, lac habere. i quo A prægnatem eſſe: B, lac habere: mulier, in quo C.



Sylls enthymemanc⁹ in prima figura inſolubilis.

Quòd autem ſapientes ſtudioſi: Pittacus enim ſtudioſus, per vltimam. in quo A, ſtudioſum: in quo B, ſapientes: in quo C, Pittacus. verum igitur & A & B de C. prædicare, præterquòd hoc quidem non dicũt propter cognoſcere, illud autem accipiunt.



Sylls enthymematicus i tertia figura ſolubilis, qa cõſtat ex particularibus, nec vlr concludere põt.

Prægnantem vero eſſe, quoniam pallida, per mediam figuram vult eſſe. quoniã enim ſequitur pallidum prægnantes, ſequitur autem & hanc, monſtratum fuiſſe putant, quòd eſt prægnans. pallidum, in quo A: prægnantem eſſe, in quo B: mulier, in quo C.



Sylls enthymematicꝰ in ſecũda o1no ſolubilis, qa conficit ex duabꝰ affirmatiuis, & conſequẽtis falla. ſa committitur.

Si igitur vna dicta fuerit propoſitio, ſignũ fit ſolum: ſin autem & altera aſſumpta fuerit, ſyllogiſmus. Vt quoniam Pittacus liberalis: nam honoris cupidi liberales: Pittacus vero honoris cupidus. Aut rurſus, quòd ſapientes boni: Pittacus enim bonus: ſed & ſapiens. Sic igitur fiũt ſyllogiſmi: præterquam quòd qui per primam figuram, inſolubilis, ſi verus ſit, vniuerſalis enim eſt: qui vero per vltimam, ſolubilis, & ſi vera ſit concluſio, eo quòd nõ eſt vniuerſalis, neq; ad rem ſyllogiſmus: non.n. ſi Pittacus ſtudioſus, propter hoc et alios neceſſe ſapiẽtes: qui vero per mediam figuram, ſemper et omnino ſolubilis. nunquam enim fit ſyllogiſmus ita ſe habẽtibus terminis. non enim ſi prægnans pallida: pallida autẽ et hęc: neceſſe prægnantem eſſe hanc. verum igitur in omnibus erit figuris: differentias autem habent quæ dictæ ſunt. Aut igitur ſic diuidendum ſignum: horum vero medium veſtigium ſumendum: Veſtigium nanque, quod ſcire facit, aiunt eẽ: tale autem maxime, quod medium: Aut quæ ex extremis, ſignum dicendum, quę vero ex medio, veſtigium. probabiliſſimum nanque et maxime uerum, quod per primam figuram.

Tractatus

Tractatus de Signo, et Veriſimili. Cap. XXXIIII.

Quid ſit Veriſimile.

DIxit. Veriſimile autem & ſignum non ſunt vnum: quoniam veriſimile eſt ex propoſitionibus probabilibus, & ex his quæ ſunt ex poſſibili ſecundum plus, hoc eſt re aliqua, quòd ſit aut nõ ſit ſecundum plus, et inueniatur aut non mueniatur: et hoc, quemadmodum, ſi aliquis dicat, quòd inimici odio habent, & amici amant. Signum autem erit ex propoſitionibus, quæ ſunt viſa ſuper inuentione rei, & eſſentia ipſarum, hæc autem viſa, aut ſunt neceſſaria, aut probabilia in veritate.

Quid ſit Signum.

De Enthymemate. Cap. xxxiiij.

Signum ſit I tribus figuris.

AC ſignum quidem, quod ſignificat ſuper inuentione rei, prædicatur ſecundum tres modos, ſecundũ quod ſit prædicatio à terminis medijs tribus figuris: hoc eſt vt prædicetur de minori, & ſubiiciatur maiori, & tũc componitur ſignum in prima figura: aut vt prædicetur de vtriſq; ſimul, & complicabitur in ſecunda figura: aut ſubiiciatur ambabus extremitatibus, & complicabitur in tertia figura. Exemplum huius in prima figura, ſi quiſpiã dicat, hæc mulier peperit, quia habet lac. ſic enim componitur ſyllogiſmus. hæc mulier habet lac. & omne habiens lac peperit: igitur hæc mulier peperit. & hæc eſt concluſio. Exemplum vero compoſitionis in tertia figura, ſapientes ſunt ſtudioſi, quoniam Socrates ſtudioſus, complicatur autem ſyllogiſmus hunc in modum. Socrates eſt ſapiens: & Socrates eſt ſtudioſus: igitur ſapiens eſt ſtudioſus. Exemplum autem cõpoſitionis ſigni in ſecunda figura, quẽadmodũ ſi aliquis dicat, hæc mulier peperit, quoniam eius facies eſt pallida. componitur enim ſyllogiſmus ita, hæc mulier eſt pallida: & quæ peperit eſt pallida, & concluditur ſecundum primam exiſtimationem, q hæc mulier peperit. Cùm igitur verificatur in omnibus his tribus ſpeciebus ſyllogiſmorum ſecundum ambas propoſitiones ſimul, vocantur ſyllogiſmi: cùm vero vna duarum propoſitionum occultatur, aut propter ipſius declarationẽ, aut propter ipſius falſitatem, vocatur ſignum. Ac ſignum quidẽ, quod eſt in prima figura, non eſt deficiens, propterea quòd vere ſequitur cõcluſio ex ipſo. Sed ſignum, quod eſt in tertia figura, eſt deficiens, quoniam concluſio accipitur, vniuerſalis, cùm tamen ſecundum ueritatem ſit particularis. Quod autem eſt in ſecũda figura eſt imperfectum. quoniam in figura ipſa non eſt ſyllogiſmus ex duabus propoſitionibus affirmatiuis: quia non propterea quòd mulier eſt pallida in tempore, in quo peperit, & hæc mulier eſt pallida, ſequitur vt pepererit. Commune autem eſt omnibus his tribus ſignis, quòd habeant propoſitiones veras. diſtinguuntur vero à ſeinuicem ſecundum figuras, in quibus componuntur, & quod ex ipſis vocatur ſignum ſecundum veritatem, eſt quod componitur in ſecunda figura & tertia, & eſt cùm ſignum fuerit particularius vtriſq; extremitatibus, aut vniuerſalius vtriſq; extremitatibus, hoc eſt extremitatibus quæſiti. cùm enim fuerit vniuerſalius, componitur in ſecunda figura, cùm vero extiterit particularius, complicatur in tertia. Signum autem quod componitur in prima figura, eſt veriſſimum ſignorum, & nobiliſſimum ipſorum. & hoc eſt, cui appropriatur nomen veſtigij.

Cõ ſunt ambę ppões, dẽ ſyllus, cũ deficit vna, vocatur ſignũ. & hoc eſt enthymema. Signũ i prima figura eſt indeficiens.

De cognoſcenda Natura. Cap. XXXV.

NAturam uero cognoſcere poſſibile eſt, ſi quis det ſimul mutari corpus et animam, quæcunque naturales paſſiones ſunt. qui enim fortaſſe Muſicam didicit, mutauit anima in aliquo. uerũ paſſio hæc nõ eſt ex his, quæ natura à nobis inſunt: ſed quemadmodum ire, et eſſe ſyderia, ex naturalibus motibus. Si igitur et hoc datum fuerit, et unum unius eſſe, et poſſimus accipere propriam uniuſcuiuſq; generis paſſionem et ſignum, poterimus naturam cognoſcere. Si enim ſeorſum eſt alicui generi indiuiduo inexiſtens paſſio, ut leonibus fortitudo, neceſſe et ſignum eſſe aliquod: ſimul nanq; inuicem pati ſuppoſitum eſt: et ſit hoc, magnas extremitates habere, quod et alijs ineſſe generibus non totis contingit. ſignum enim ita proprium eſt, quoniam totius generis propria eſt paſſio, et non ſolum propria, quemadmodum conſueuimus dicere. Ineritigit ut et in alio genere hoc, et homo erit fortis, et aliud aliquod animal. habebit igitur ſignum: unum enim unius erat. Si igitur hæc ſunt, et poterimus talia ſigna colligere in his animalibus, quæ ſolum unam aliquam paſſionem habent propriam, unaquæq; autem habet ſignum, quoniam neceſſe unum habere, poterimus naturam cognoſcere. Quòd ſi duo habet propria, totum genus, ut leo forte, et communicatiuum, quomodo cognoſcemus utrum utrius ſignũ, ſeorſum conſequentium ſignorum? An ſi et alij alicui non toti ambo, et in quibus non totis utrunq;: quãdo hoc quidem habeat, illud uero non. Si enim fortis quidem, liber alis uero nõ, habet autem ex duobus hoc: planum, q; et in leone hoc ſignum fortitudinis. Eſt itaque naturam cognoſcere, in prima figura medium conuerti cũ primo extremo, ſupergredi uero tertium, et non conuerti. ut fortitudo A: extremitates magnæ, in quo B:C autem, leo. cui igitur C, B omni, ſed et alijs: cui uero B, A omni, et non pluribus, ſed conuertitur. Quòd ſi non, non erit unum unius ſignum.

Inſtancia.

Soluţio.



Sylls ad cognoſcendas leonis fortitudinem.

Tractatus de ſyllogiſmo Anatomico. Cap. XXXV.

DIxit. Syllogiſmus autem anatomicus inueniri vtiq; poterit apud eũ, qui admittat, quòd accidentia animæ naturalia, quemadmodum ira & fortitudo, ſignauerunt animam & corpus à principio

Acciſtia naturalia ſignifiant animam & corpus in principio creationis: acciſtia vo nõ naturalia ſolum alam.

plei ex regionis: quoniam horum est, ꝙ accidentia non naturalia non significant corpus, licet forte significet alia, quemadmodum qui dedicit artem musicam, significat vtique animam suam, nō autem ex hoc significauit corpus suum. Si enim aliquod ex animalibus creatum fuerit forte secundum naturam, aut minus secundum naturam, dicere semper aliquis poterit, quòd istæ species animalium sunt significatæ ab istis accidentibus naturalibus. cùm igitur admiserit hoc, & admiserit etiam, ꝙ inest vnicuiq; animalium speciei aliquod accidens ex accidentibus animæ naturalibus, sequitur vt insit vnicuiq; ipsorum signum, & accidentia appropriata vnicuiq; accidentis ex accidentibus animatum suarum naturalibus. Quod cùm ita sit, fieri poterit, vt inueniatur syllogismus anatomicus. Vt in exemplo, quoniam leoni est fortitudo, oportet, vt à creatione sua ille insit signum significās supra fortitudinem suam: quoniam iam posuimus animam, & corpus signari ab accidentibus animæ naturalibus, sit autem hoc signum in magnitudine extremitatum supremarum oportet igitur vt inueniatur magnitudo extremitatum in omni animalium specie, quæ est fortis: quoniam sequitur, vt signum istud sit proprium fortitudinis, iam enim posuimus, quòd omne accidens animæ habet signum proprium. cùm igitur fortitudo inueniatur in alio à leone, quoniam homo & alia ab ipso sunt fortia: sequitur autem quòd cùm perfecerimus signa significantia vnaquaque specie animalium super accidentibus animæ, vt ipsa approprientur vni speciei, aut pluribus vna specie: erit hoc, quod inueniatur in isto animali vno exipsis accidens vnum, aut plura vno accidente. quemadmodum si est in leone fortitudo & magnanimitas, & secundum vnumquodque istorum signum iam cognoscemus ipsum, & faciemus in eo anatomiam, & in dicabimus, quòd cuicunque idiuiduo inest hoc signū, quòd illi inest hoc accidens ex accidentibus animæ.

In syllo anatomico conuertitur medium cū maiori, sed nō cū minori.

Syllogismus igitur anatomicus erit, cùm conuertitur terminus medius cum maiore extremitate, & non conuertitur cum ipso extremitas minor, quoniam si medius terminus non conuertatur cum maiore extremitate, non erit signum appropriatum huic vestigio, & non significabit super ipsum. Vt in exemplo, nāq; verificatur quod dicimus, quòd habeat magnas extremitates est forte, non erit inutilis in hac demonstratione cum dicimus, istum hominem esse forte, eo quòd habet magnas extremitates. & hoc quoniam habemus vtique, quòd fortis habet magnas extremitates. habere autem magnas extremitates est terminus medius, & fortis est extremitas maior. cùm igitur non verificatur conuersio extremitatis mediæ, quæ est magnarum extremitatum, cū maiore, quæ est fortis, fieri non potest, vt ex ipso monstremus, quòd iste homo est fortis, quoniam magnarum extremitatum, quoniam hoc monstratur per duas propositiones: quarum vna est, quòd hic homo est magnarum extremitatum: & omne magnarum extremitatum est fortis. Et conditionibus verò suis est, quòd non conuertatur medius extremitas cum medio. quoniam si conuerteretur, esset omne magnarum extremitatum leo, et hoc, quoniam hoc in loco sunt res terminū, leo, fortis, & magnarum extremitatum: ac magnarum quidem extremitatum est terminus medius, & leo minor, & fortis maior. Quod si vera esset conuersio minoris extremitatis cum medio, puta quòd omne magnarū extremitatum est leo, fieri non posset, vt magnæ extremitates inuenirentur in alio, quàm in leone: & fieri etiam non posset, vt secundum hoc monstraretur in alio à leone, quòd esset fortis, quemadmodum si non conuerteretur medius cum maiore, non esset magnarum extremitatum signum appropriatum fortitudini.

Priorum resolutoriorum cum Auerrois media Expositione finis.

AVERROIS.

AVERROIS SEV ALVLIDI ROSADIS IN LIBRVM DE DEMONSTRATIONE ARISTOTELIS MAXIMA EXPOSITIO.

A Ioanne Francisco Burana Veronensi in Latinum sermonem conuersa: quæ cum prius mendosi codicis culpa manca esset, nunc aliarum conuersionum ope et collatione reddita est absolutissima.

PROOEMIVM.

Libri titlo.

Neentio in hoc tractatu est exponere analytica Secūda Aristotelis, qui liber de Demonstratione inscribit: qm̄ non peruenit ad nos à reliquis expositoribus expositio sup verba. Aperiemus aūt hoc fm̄ consuetudinem ipsorū interpretum, exponentes libri intentionē, eiusq; partes, & ordinē, atq; vtilitatem. Dicamus igitur ꝙ intentio libri est speculari de demonstrationibus, atq; de definitionibus. De demonstrationibus verò tractat quo ad ea, quæ vicē exhibent materię ipsarū: & hæc in summa sunt propositiones veræ: demonstrationes nanq; ex duobus constant: quorū vnū est propositiones, & hoc est, quod vicem obtinet materiæ: alterū vero est ipsarū cōpositio, & hoc est, quòd vicem exhibet formæ, quæ cū iam monstrata fuit in libro Syllogismi, ideo cepit hoc in loco sermonem facere de eo, quod supererat ex cognitione syllogismi demonstrationi, hoc est de materia, ex qua cōponitur, & propterea vocauit ambos libros vnico nole. Dictum aūt est in libro dę Sylło quid significet Analysis, resolutionem videlicet ꝓ contrarium, & diximus ibidē quid sit resolutio ꝓ contrariū, ꝙ videlicet est resolutio contraria cōpositioni. Cōsyderat aūt in istis ꝓpositionibus numerum ac dispōsitiones specierū ipsarum, vt eas assequamur, quatenus possunt deducere hoiem ad veritatem. non consyderat autē ipsas, quatenus sunt vna pars entium, sed eas cōsyderat, fm̄ ꝙ deducunt hoiem ad verificationē perfectā, & formationem ꝑfectam. Differentiæ vero vltimæ, in quas diuidunt species demonstrationum ex parte materiæ, sunt dr̄iæ, quę inueniunt̄ in demonstrationibus, fm̄ ꝙ faciunt addiscere alia ab ipsis, & sunt vtiles ad acquirēdam illoꝝ verificationē: non aūt differentiæ, quæ ipsis insunt, fm̄ ꝙ sunt vnum ex entibus: quēadmodum fecit Abunazar ī libro suo. Et propterea quæ fuerunt hoies nostri ꝑpis circa speculationē de demonstrationibus, & existimauerunt ꝙ illud, quod adduxit Abunazar hoc in loco, sit res, quam dimisit Aristoteles hoc in loco. sed nos iam declarauimus hoc ī sermone separato. Et posteaq̄ speculatus est de ꝓpositionibus, & numerauit conditiones suas, tunc iam speculat de ipsis, fm̄ ꝙ sunt definitiones, & in summa fm̄ ꝙ perducunt hoiem ad formationem ꝑfectam. propterea ꝙ dispōsuit definitionū nō est similis dispositioni syllogismi: qm̄ syllogismus habet formā & materiam, definitio aūt non habet formam. Et propterea nō pertractauit de ipsa Aristoteles ꝓ modū vniuersalis ac cōmunis, postea ꝓ modū appropriati. Et hæc est pars prima ītra partes huius libri, quæ scribit̄ in ꝓmo tractatu.

In definitionibus vero speculabitur primū species, & ea, ex qbus consistunt. & hoc, qm̄ in definitionibus non est aliquid procedēs modo formæ, puta aliqd cōe, neq; aliquid procedēs modo materiæ, ita, vt diuidatur speculatio ipsius duas in partes, quemadmodum fit in demonstrationibus: hoc est, vt sit cōis oībus artibus, & huic arti propria. Qui verò existimauit, ꝙ in definitionibus inuenit̄ pars vniuersalis & cōis, cuius speculatio ꝑcedat definitiones appropriatas vnicuiq; arti, is profecto errauit in hoc errore manifesto: quēadmodū existimatur fecisse Abunazar. et ꝓpterea enumerauit Introductionū in parte cōi Logices. Nec alioqui ipse speculat definitiones ex parte, qua sunt vnum entium, sed est parte, qua exhibent formationē perfectam fm̄ naturam unuscuiusq; entiū. Videtur itaq; ꝙ speculatio sua in hoc libro sit de his duabus spēbus, hoc est de demonstrationibus, & de definitionibus. & non pueniet vsq; ad differentias vltimas: qm̄ quod vnicuiq; arti appropriatū est, consueuit ipse de illo in ea mentionē facere: quēadmodū fecit in Naturali auditu, & in vndecimo de Animalibus. atq; mentionē fecit hoc in loco de differentijs vniuersalibus, & propinquis vltimis, & derelinquit vltimas ipsis artibus. Et propter hoc nō separauit Aristoteles hoc in libro partem appropriatam, in qua compleretur qualitas faciendi artes, in demonstrationes & definitiones, quēadmodum fecit Abunazar: sed hac mentionē fecit de eo quod sibi occurrit de differentijs primis demonstrationum, ac propositionum consist. Nec q̄ tidē video, ꝙ speculatio specierum oīum demonstratiuarum, fm̄ ꝙ referunt, debeat in tractatu separari: qm̄ non hīt demōstrationes ac definitiones differentiam ex hoc modo nisi paucā, nec; tantam, quàta opus est ad separandos tractatus. cōsueuit vero Aristoteles de illis mentionē facere in introductione illarum primarum partū. Et propterea non diuidit speculatio in libro suo quatuor in partes, quemadmodum fecit Abunazar. Hęc igitur est libri intentio, et hæc sunt subiecta, de quibus consyderat.

Alpharabij error.

Videtur subiectum huius libri.

Videtur 2. Phy. cō. 16. & 1. d. Part. hoīum, in principio.

Diuisio.

Partes vero primæ, in quas diuidit, sunt duæ, quemadmodum diximus. Prima est speculatio de demōstratione: & hæc est, quam cōprehendit tractatus primus huius libri. Secunda vero est speculatio de definitionibus: & hæc est, quā comprehendit tractatus secūdus. Tractatus autem primus diuidit etiam in partes minores, & sit secundus. Nos aūt vidimus hic, ꝙ directio in partes ī principio expōnis & distinctionis ab eo quod præcessit, sufficit pro dinumeratione ipsarum hoc in loco: & sic est proxima compēdio, & longitudinē euitat, propterea ꝙ non ponūtur vnico ordine sub generibus vniuersalibus: sed ordinantur in gr̄e in cōpluribus locis, propter ꝗddiscentis necessitatem. Qui autem voluerit ipsas ex illis locis extrahere, & eas in principio totius tractatus dinumerare, sua sit id facere.

Vtilitas.

Vtilitas vero huius libri est prima vtilitatū scientiæ Logicæ, hoc est instituere veritatē entium vniuersalī. De hac autem vtilitate locutus sui in alijs etiam locis.

Ordo.

Ordo autem ipsius est post librum de Sylło procul dubio, tribus de causis. Quarū vna est: qm̄ vniuersale notius

De resolone ꝙ contrarius vide infra cō. 91. & in media exp. ibidem, & 1. Eth. cap. 1.

* a.l. attributa, & sic sæpius legitur. Apud Aue. formatio, & cōceptio, ī cōplexorum notionem significant: verificatio aūt, assertio, fides, certitudo, certificatio, cōplexorū: prout varie interpretes transferūt. vid infra cō. 8. & 1. & Aia c. 21.

*2.l. pplexi fuerunt

* tractatum

*2.l. doctrinæ

Vide idē 1. Coll. cap. 1.

notius est particulari, & oportet procedere in ordine doctrinę magis notũ: quemadmodum oportet etiã in deductione quæ fit procedere: ibi n. procedimus à noto ad ignotum. vniuersale vero notius est particulari, hoc est minus vniuersali: qm vniuersale assimilat̃ compositio, particulare autem assimilat̃ partibus. & quẽadmodum vniuersale compositum notius est apud nos suis partibus, consit̃ hoc vniuersale apud nos notius est appropriato: propterea qa continet res multas appropriatas, aut partes, aut quocunq; nũcupare volueris. Hoc aũt declarauit Arist. in fine declarationis principij Naturalis auditus. Causa aũt secunda est: qm̃ speculatio essentialis est, cùm speculamur de aliquo vniuersali, fm q; ineſt subiecto vniuersali, non aũt subiecto particulari. Exẽplo est demonstratio, qua ostẽdimus, q; anguli æquales duobus rectis insunt triangulo inæqualiũ laterum. hæc n. non est speculatio essentialis: qm̃ videlicet ppones, per quas monstrat̃ hoc, non sunt primæ, neq; prædicata fm q; ipsum, vt ostendetur in sequẽtibus huius libri. Et demonstratio, qua mõstrat̃, q; oratio cõposita ex binis propositionibus veris est oratio syllogistica, est quẽadmodum oratio, qua monstrat̃ q; triangulus inæqualium, & æqualium basiũ habent angulos æquales duobus rectis, & hoc, qm̃ sicut æqualitas angulorũ duobus rectis non ineſt triangulo inæqualium laterum, fm q; inæqualium laterum, sed fm q; est triangulus: sic & cõplicatio syllogistica ineſt propositionibus veris, hoc est, q; concludit, nõ fm q; sunt verę, sed fm q; sunt duæ propositiones tantum. Hæc igit̃ est causa secunda. Causa aũt tertia est: quia sic nõ contingit iteratio in doctrina. propterea q; qui facit doctrinã p hunc modũ, monstrare poterit p se ex ppositionibus veris seorsum, & probabilibus seorsum, et reliquis etiã speciebus propositionũ: si inuententur propositiones aliæ, quæ faciant syllm perfectum in figura, præter has duas ppõnum spẽs. Præponi aũt, aut postponi librum hũc reliquis libris proprijs nihil est quod cogat pro doctrinæ modo, sed ppter maius bonũ, hoc est, q; melius se habet. ipse. n. est, qui primo intendit in parte cõi, reliqui vero secundo intenduntur. Et ideo exorsus est Arist. libruũ de Syllogismo, monstrans & significans q; intento ipsius in sermone suo est hic liber. quod. n. in hoc inuestigatur, est demonstratio: quod aũt ibi, est syllogismus: ibi aũt inquisitio fit de syllogismo pp inquisitionẽ de demõstratione.

*a.l. vniuersum

Text. 9. et. 1.

Existimauerunt aũt nonnulli, q; quemadmodũ melius est, vt primo inquiramus de aliquo intelligibili, & inuestigemus p viam Dialectices, postea sequat̃ inquisitio demonstratiua: ita melius sit in doctrina, vt incipiamus à libro Dialectices, post partem cõem, deinde sequat̃ liber de Demonstratione. Sed quod existimauerunt, non se habet ita, q; quẽadmodum melius est, vt præcedat inquisitio dialectica inquisitionẽ demonstrativam, ita melius sit etiã, vt præcedat cognitio modorũ propositionum probabiliũ cognitionem modorũ propositionum verarum. Qm̃ conditiones, quibus propositiones verę ordinant̃, sunt aliæ à conditionibus, qbus propones probabiles ordinãtur. [a] qm̃ ordines probabiliũ sunt fm consuetudinẽ ciuitatũ, & populorũ, & fm diuersas ciuitatum spẽs: ordines aũt verarũ sunt fm conditionẽ vnam, vt videlicet sint essentiales, & alias conditiones ab essentialibus, fm q; dicemus. Et propterea consist̃ cognitio ordinum ppõnum probabiliũ non est vlis respectu ordinum ppõnum verarũ, [b] ita, vt opus fuerit cõnumerare ordines ppõnum pbabilium, dum cõnumeraret ordines ppõnum verarũ. ordines. n. illarũ ppõnum sunt alij ab illarũ ordinibus. Et ideo errauit Alis senæ errore manifesto, q; existimauit q; Dialectica præcedat artẽ Demõstrationis, eo q; accidit ppõnes primas scitligibiles esse etiã pbabiles, & nõ conuertitur: & ideo oportet vt præcedat subiectũ vſe, quod ipsius ineſt. Sed hoc esset verum, si esset intentio in libro de

Nonnulloꝝ opinio de libri ordine, ac eius confutatio.

a Al. fc. ex Abrámo, & Iacob. nam regulę ipsarũ pbabiliũ ſt, q; testimonio cõfirmeſ: & tot ſt illarum spẽs, q; sunt spẽs testimonio cõprobatarũ. ordies

b Al. fect. ex Ab. & Ia. ita vt i numero regularũ propõnũ pbabiliũ includaſ l potentia numerus ppoſitionum veratum. Auicennę error.

Per ppones scitligibiles intelligit primas nationes, demõstrationibus & scitijs deseruientes.

Demonstratione numerare propõnes scitligibiles, sed hæc nõ est intentio sed intentio sua est tradere signa, & ordines perducentes ad ipsas notitiam. Et similiter nõ est intentio in libro Dialectices cõnumerare propositiones pbabiles: sed intentio sua est tradere signa, per quæ cõstituunt̃ quæ quidẽ sunt alia à signis propositionũ scitligibilium. Neq; est aliqua utilitas, quã pbeat cognitio ordinũ propositionũ dialecticarũ. † non. n. scimus q; oẽ intelligibile sit probabile. nos. n. intuenimus propositiones multas intelligibiles, quæ tñ non sunt probabiles. & hę sunt, quas petitiones vocant. sed via istius veri est cum pauca speculatione, & rerum ignorãtia. A qui cognitionẽ propositionum dialecticarum præcedere ſſppositiones intelligibiles aliud est, q; ordinem præcedere ordinem. et in hoc fuit error illius. Fortasse. n. res ſs habet in contrarium, qm̃ dici potest non cognosci ordines, per quos acquirimus propositiones probabiles fm veritatem, nisi cognoscamus quantum desiciunt ab ordinibus veris, hoc est, ns, per quos possidemus propositiones veras. hoc aũt nõ assequit̃ nisi ille, qui cognoscit ipsas veras. cognitio. n. vtarum, per quas acquirimus veras, est aliquid necessariũ in cognitione essentiæ ipsarũ: qm̃ ipsas acquirimus p opinionem, opinionem aũt definies, q; accidit ex priuatione veritatis: non oportet aũt, vt in definitione veritatis accipiat̃ definitio opinionis, quemadmodũ se habet in habitu & priuatione. qm̃ priuatio non põt̃ definiri nisi p relationẽ ad habitum: non oportet aũt vt habitus in cognitione sua formet̃ per relationẽ ad priuationem: nisi, fortasse sit ex parte, qua est pfectus, priuatio vero deficiens: & in summa ex parte, qua est habitus, hoc est ex parte, qua est relatiuum. Et propterea fieri põt, vt dicamus q; cognoscere defectũ ordinum probabilium à veris opitulat̃ nobis, fm q; acquirimus id, p quod perficimus cognitionẽ in veris. sed differentia inter has duas; pfectiones est, qm̃ istę pfectiones non sunt de essentia verarũ: pfectiones aũt, per quas deuenim⁹ ad cognitionẽ probabilium p cognitionẽ verarũ, videnť aut esse de essentia sua, aut propinquæ essentiæ ipsarum. Hoc aũt intelliges ex definitione scię, & opinionis. qm̃ dicimus opinionẽ esse sciam imperfectam: nec tñ sequit̃, vt dicamus sciam cẽ opinionem pfectam, nisi fm modum metaphoræ, & constitutionis nominum poeticorũ. Quocunq; autem res se habeat, consentaneum est, vt incipiamus ab eo quod est magis fm naturam desyderatũ, id est ab eo, quod est natura dignius. hoc autem est cõstructio demonstrationis. Declaratum est igitur ex hoc sermone, quæ sit intentio libri, & quæ vtilitas, & quis ordo ipsius, ac partes suæ. & hoc est, quod intendebamus aperire fm cõsuetudinẽ virorũ, q; solent exponere.

† al.l. etsi cẽ ceterim⁹ q;

* a.l. experias
† Al le.ſt. ex Ab. sed mos hui⁹ vtil ẽ talis, q; modica cõſyderatione contradicat rebus latis.

Nomẽ compositoris. Proportio.

Nomen autem compositoris id est, quod dixerunt expositores in principio libri de Syllogismo.

Proportio vero eius ad reliquas partes huius artis est, quemadmodum proportio principatus ad eos, qui principatui sunt subiecti, & finis ad ea, quæ sunt ante finem. Sed proportio partis communis est proportio eius, quod est ante finem, ad ipsum finem, quæ est velut proportio dominatui subiectorum ad ipsum dominum. Proportio vero ad reliquas quinq; artes vere est, quemadmodum proportio domini ad sibi subiectos, et illius cui subministratur ad ministros. illæ enim adiuuentæ sunt, vt subministrent scientiæ demonstratiuæ, quæ prouenit ex hac parte, id, quod persuasione dialectica aut oratoria persuadetur, aut verisimilitudine poetica fingitur. Sed tam oportet, vt procedamus ad expositionem vniuscuiusq; verborum, quę dicta sunt ab Aristotele, cum adiutorio Dei, à quo petimus directionem in cognitionem ipsius veritatis.

*a.l. cõcipiatur

ARISTOTELIS

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS POSTERIORVM RESOLVTORIORVM LIBER PRIMVS,

cum Auerrois Cordubensis magnis Commentarijs:

Ioanne Francisco Burana Veronensi interprete.

SVMMA LIBRI.

De Demonstrationis essentia, cõditionibusq; ad eam requisitis. De differẽtia demonstrationũ quòd seq̃a, et pp qd. Quæ figura aptior sit demõstrationi. De ignorantia speciebus, quæ in scientijs accidunt. Finitos esse demonstratiuarum propositionum terminos. De demonstrationum variis speciebus, ac earum inter se comparatione. De ygtijs demum theorematibus ad demonstrationẽ confrentibus.

Omnem doctrinam, omnemq; disciplinam intellectiuam ex præexistenti fieri cognitione. Quot sunt præcognitionum modi, quæq; ea, quæ præcognoscuntur. Dubitationum solutio circa hanc propositionem contingentium. Cap. I.

*Verbũ hoc διανοητικὸν, quod discursiua interpretatus est, alij ſyllogistica, alij latius intellectualis, rõcinatiua, cogitatiua, hic & alibi vertit.

* a.l. gficium tur.

* λόγους, ofones alig vertunt.

Mnis doctrina, & ois disciplina discursiua ex præexistente fit cognitione. Manifestũ autem hoc speculantibus in omnibus. Mathematicę nanque scientiarũ per hunc modum accẽdunt, & aliarum vnaquæq; artium. Consimiliter autem & circa rationes, & quæ per syllogismos, & quæ per inductionem. ambæ. n. per ea quæ prægnoscuntur faciunt doctrinam: illæ quidem accipientes, tanquam à cognoscentibus, istæ vero monstrantes vſe per id, q; manifestũ sit singulare. Itidem & Rhetoricę persuadent. aut. n. per exẽpla, quod est inductio: aut p enthymemata, quod est syll⁹.

Vide. 6. Topi. 4. 6. Eth. 3. 1. Me. 48. Vide Sim. 1. Ph. tex. 4. & Alex. 4. Meta. 28.

DIxit Aristoteles. Omnis doctrina, & omnis disciplina intellectiua fit ex cognitione præcedente. Huius aũt enuntiationis veritas apparet per inductionẽ. Et hoc, quoniam scientiæ doctrinales consistũt super quęstijs suis in hunc modum, & similiter vna quæq; reliquarum artium. Et eodem exẽplo procedit dispositio in eo, cui accidit veritas per orationem, hoc est per syllogismum, & inductionem, quoniã omne, quod assequimur p has duas vias, assequimur vtiq; per ea, quorũ cognitio præcessit. quod enim cognoscitur per syllogismum, tunc cognoscitur, quando propositiones cognitæ fuerint. & propositio vniuersalis, quæ mõstratur per inductionem, monstrari vtiq; poterit per inductionem, cùm apud nos præcesserit manifestatio reliquarũ partium. Et Oratores etiã adducere possunt enũtiationes persuasiuas, cùm præposuerint, & adduxerint exempla, aut adduxerint syllogismos imperfectos.

*al.le. inquisitionem.

*al.le. enuhy mematα.



Numtiatio hæc, quemadmodum dixit Abunazar, comprehẽdit sub subiecto suo omnia, quęcunq; sunt in hoc libro. & hoc, quoniam cùm dixit: Omnis doctrina, & omnis disciplina: comprehendit sub se omnes species quæsitorum; quæ procedunt fm viam verificationis, & fm viam formationis. Et cùm dixit: sit ex cognitione præcedente: comprehendit omnes species propositionum, & omnes species partium definitionum facientium formationem. neque est aliquid in hoc libro aliud à speciebus quęsitorum, & speciebus propositionum. Sed fieri potest, vt hęc enuntiatio comprehendat artes logicas quinque, & species definitionum, & partes definitionum. Quod autem dixit, intellectiua, ponit ac si diceret, omnis disciplina per orationem. quoniam disciplinarum alia fit per orationem, alia fit per actum, quemadmodum sunt artes, quæ addiscũtur per acquisitionem. Quod autem dixi, per orationem, intelligo p ratiocinationem. & in hoc separatur disciplina põpularis, fm q; est disciplina sine ratiocinatiõe. Themistius vero hic posuit enuntiationem istam vniuersalem artibus, ac scientijs. per artes intelligit eas, quæ addiscuntur per experimentum, & hoc, quoniam quicunq; addiscit ædificatoriã, poterit ipsam addiscere à magistro, cùm videlicet præposuerit, ac præcognouerit lutum, ac lapides, & reliqua, quæ disponuntur & appropriantur volẽti ipsam addiscere. Verum hoc, quod dixit, nõ intendit Aristo. neq; est etiam omnino verum. Addiscens enim multus & surdus potest addiscere artem ędificatoriam experimento, & nutibus, quos faceret ipse magister, præter q; præcesserit apud ipsum vlla cognitio: quemadmodum faciũt multi, & præcipue animantia, quę suscipiunt disciplinam. Atqui enuntiatio vera est, ac necessaria in ijs, quę addiscuntur per syllogismũ. Et cùm præcognouerit addiscens nomina rerum, quæ sunt in artibus, quæ addiscuntur per viam experimenti à magistro, facilius quidem addiscet. verum hoc non est necessarium, vt in dispositione disciplinæ, quæ fit p orationem. Sed oportet etiam, vt consyderemus de hac enuntiatione quod dixit Abunazar, & alij, an comprehendat verificationem inductam, & formationem. Quoniam verba Arist. & exempla quibus vtitur, videntur esse ex materia verificationis, non ex materia formationis. & fm hanc dispositionem exposuit Themistius locum istum: licet connexerit etiam cognitionem dirigentem ad formationem, & verificationem simul cum cognitione operante vtranq; intentio tamen sua est de cognitione operante tantum. Dicamus igitur, quòd intentio sua prima in hac enuntiatione est declarare, præcognitionem operãtem verificationem

*Ab le. experimẽtum.

* al.l. per artificem.

An hæc enũtiatio cõprehendat incõplexorus cognitionem.

De cognitione dirigente, & operante seu agẽte, vt de Auer. in prine. Ipsto met. & ſca. de Rhet. de infantia.

consequi

* al. le. falsi mi veritatē

cōsequi veritatem per se. Hoc autem manifestum esto ex ijs, quorum veritatem sumus consecuti. & hoc, quoniam nō inquirit in ipsis aliquid, quod faciat ad formationē, existimauerunt tamen, ꝙ enumerauerit res dirigentes ad formationem, & res dirigentes ad verificationem. Amplius si ponamus res facientes ad formationem reponi sub hac enuntiatione, tunc erit enuntiatio æquiuoca. & hoc, quoniam modus, quo propositio prima facit verificationem in cōclusione ignota ſm naturam, & verificamus ipsam propter propositionem primam per se notam in animo, non est idē modus faciendi definitionem formationem cōplicitam ex partibus definitionum. & hoc, quoniam in ambobus istis non est via ex cognitione ad ignorantiam ſm vnam similitudinē. & hoc, quoniam propositiones possunt esse notæ ſm naturam, conclusio autem ignota: cumꝫ complicuerimus propositiones, proueniet necessario ex ipsis conclusio cognita. Sed partes definitionum non possunt esse cognitæ prima notitia apud nos, cùm definitiones sint ignotæ nobis, per similitudinem, quæ est in propositionibus cum conclusione. sed quando sunt apud nos cognitæ, siue per se, siue per syllogismū, erit etiam definitio cognita per se: licet quandoꝫ accidat ipsam esse parum manifestam. & propterea definitiones istę, vt extrahantur, indigent via diuisionis, & via compositionis. Et hoc est vnum ex ijs, quę dixit Arist. ꝙ non est demonstratio super definitionem, hoc est ꝙ ipsa insit definito, quando definitum fuerit notum esse, & definitio ignota. quoniam cū fuerit definitio ignota naturaliter, & definitum notum esse, sequetur formatio ipsius per demonstrationem ſm accidens: quoniam demonstratio exhibet per se verificationem partibus definitionis eo modo, quo notum per se exhibet verificationem ignoto per se. Fortasse autem partes definitionum exhibent definitiones, sed non eo modo, quo notum ſm formationem per se exhibet ignotum ſm formationem per se, quoniam non inuenitur in formatione hæc species viæ, hoc est vt procedatur sic ex formatione nota per se ad formationem ignotam nobis secundum naturam, ita vt extrahatur ignotum ex ipso cognito. Nam si ita esset, quid opus esset in definitionibus ignotis ſm naturam constitutione syllogismi ad ipsas extrahendas? Cæterum his omnibus insistemus, si Deus voluerit, in secundo. Et propterea non inuenies in definitionibus petitionem principij simpliciter, quemadmodum multi existimauerunt. sed si inuenitur in ipsis petitio, est antecessionis & postpositionis ratione ſm esse, hoc est, vt præcedens sequatur, & sequens antecedat. quemadmodum si acciperei dies in definitione solis, & sol in definitione diei, non ex parte, qua monstratur ignotum per ignotum. Cùm uero cognitio verificationē præcedens, hoc est, ipsius effectrix, non dicatur effectrix ſm modum, quo diximus de cognitione faciente ad formationem, nisi per æquiuocationem nominis: iam igitur monstratum est, non oportere, vt credamus ꝙ ipsas comprehendat enuntiatio vna. Et ex hoc toto sequitur apud me, ꝙ dictum Arist. non prædicatur nisi de cognitione faciente ad verificationem, &

† Ab. le. et ꝑcipue dispectatorum.

de significatione nominis, † & præsertim indicātis propriam differentiam. & ita intellexit sine dubio in sermone sequenti, cùm dixit: & similiter vnaqueque reliquarum artium, hoc est cæteræ artes speculatiuæ. Themistius vero intellexit per hoc operatiuas, & speculatiuas, quemadmodum diximus. Et cùm dixit: Et eodem exēplo procedit dispositio in eo, cui accidit veritas per

* al. le. inquisitionem, & sic sepius legitur.

orationem, hoc est per syllogismum, & inductionem: vult ꝙ hoc exemplo procedit vniuersaliter dispositio in omni eo, cui accidit veritas per inductionem simpliciter, siue demonstratiuam, siue non demonstratiuam, & vult per hoc reliquas quinque artes, ꝙ scilicet in ipsis cognitio procedat ex cognitione præcedente. & hoc, quoniam cùm declarauit rem ita se habere in demonstratiuis per inductionem, dixit manifestum esse, quòd hoc consimiliter se habet in omnibus, quibus accidit ratiocinatio & oratio. Et vult hic per inductionem ea, quæ comprehendunt inductionem: & exemplum. & hoc, quoniam secundum istud verum est, quòd omne, quod addiscitur per orationem, hoc est cui accidit veritas, erit vtiq; aut per inductionem, aut per exemplum. Componitur autem syllogismus hoc pacto. omne, quod addiscitur per orationē, aut addiscitur per syllogismum, aut per inductionē, & oē quod addiscitur ꝑ syllogismum, aut per inductionē, addiscitur per cognitionem præcedētem igitur omne, quod addiscitur per orationem, addiscitur per cognitionem præcedentem. si enim cognoscatur per syllogismum, erunt propositiones præcedentes ſm cognitionem: si vero per inductionem, erunt particularia præcedentia ſm cognitionem. Et dixit: & propositio vniuersalis, quæ monstratur per inductionem, monstrari vtiq; poterit per inductionem, vult ꝙ propositio vniuersalis, cuius vniuersalitatem quęris monstrare per inductionem, poterit mōstrari per inductionem particularium cognitorum apud inducentem, hoc est ante cognitionem vniuersalem, & ex parte ipsorum prouenit illi cognitio ipsius vniuersalis. Propositio autem vniuersalis, quam monstrabis per inductionem, aut erit maior, & hanc facies in dialecticis: aut erit minor, & hanc facies in scientijs: cùm inductio veritatē obtinuerit, & syllogismus etiā. Cùm vero dixit: hoc est per syllogismum & inductionem: oportet, vt per illud intelligas rem comprehendentem syllogismum, & enthymema, hoc est syllogismum oratorium: quemadmodum diximus, ꝙ eo quòd dixit inductio, comprehendit inductionem dialecticā, & exemplum. Et propterea dixit: Et Oratores etiam tunc possunt adducere enuntiationes persuasiuas, cùm præposuerint, & adduxerint exempla, aut adduxerint syllogismos imperfectos. sensus est, & adduxerint exēpla cognita apud audientes, quibus persuadere intendunt, aut adduxerint syllogismos habentes propositiones cognitas consistit apud ipsos, & figurā ēt cognitam.

* al. l. enthymemata.

Bifariam autem necessariū est præcognoscere. alia nanq; ꝙ sunt præsuscipere necessarium: alia vero quid est quod dicitur, intelligere oportet: alia autem ambo. vt quòd quidem omne aut asserere, aut negare, verum, ꝙ est: triangulum vero, ꝙ hoc significat vnitatē autem ambo, & quid significat, & quòd est. non enim consimiliter horum vnum quodq; manifestum nobis est.

Dixit Aristo. Quod autem oportet præcedere, et præcognoscere necessario, est duobus modis: quorū vnus est, quòd aliqua entium oportet cognoscere ꝙ sint: alter vero est, ꝙ de quibusdam oportet prius speculari quid significet nomen ipsorum: aliqua vero oportet cognoscere ambobus modis simul. quem admodum de enuntiatione dicente, de omni verificatur aut affirmatio, aut negatio, non oportet cognoscere i dispositione ipsius, nisi quòd est: de triangulo autem æqualium laterum non oportet, nisi vt cognoscamus quid

significet

significet nomen ipsius: de vnitate vero oportet, vt cognoscamus vtraque simul, & quid significat nomē & quòd est. & hoc, quoniam cognitio ꝙ res sit, & cognitio quid significet nomen, non sunt ambę ſm vnā similitudinē.

2 Posteaq; declarauit, ꝙ omnis doctrina, & omnis disciplina fit ex præcedēte cognitione, & hūiusmodi præcognito sit operans, quæ est cognitio primarū propositionum: assumpsit nunc declarare modos, per quos oportet præcedere cognitionem ipsarum ſm dispositionem primorū, quæ sunt principia demonstrationū. Et dixit: Quod autem oportet præcedere, & præcognoscere necessario, est duobus modis, sensus est: quod autem oportet præcognoscere ex dispositione principiorum, super quæ construitur demonstratio, est ſm duas species. Hoc est, ꝙ nonnulla oportet præcognoscere ex dispositione ipsorum, ꝙ verum est ipsa esse, et hęc

† al. l. quas accipe oportet, hoc est

sunt enuntiationes, † quę sequuntur susciptentes ipsas, hoc est, quæ cognoscuntur ſm naturam: quemadmodum enuntiatio dicens, ꝙ de omni verificatur affirmatio, aut negatio. De quibusdam uero ſm dispositionem ipsorum oportet tantum præcognoscere, quid eorum nomen significet: & hæc sunt illa, quorum nomina efficiūtur definitiones, cùm de ijs declaratum fuerit, quid significetur per nomen ipsorum, quemadmodum fecit Geometra in principio libri sui, cùm definiuit circulū, & triangulum, & reliqua: quoniam ipse existimat, ꝙ orationes perducentes ad significata harę rerum, si intelligantur, efficiuntur earum definitiones: quoniā, ꝙ ipsa sint, manifestum est per se. In quibusdā vero oportet, vt aggregentur duæ species simul. & hæc est tertia species composita ex duabus simplicibus: hoc est, oportet vt præcognoscatur ꝙ est, & quid significat nomen, quemadmodum se habet vnitas, quę est subiectum numeri. quoniam cū voluerit speculator speculari de numero, oportet vt præcognoscat primo, quid significet vnitas, & ꝙ est in rerum natura: quodq; sic sit, cognoscat in animo suo, aut accipiat ab alio artifice. Quoniā subiecta artium inueniuntur ſm istas tres diuisiones, aliqua enim oportet præcognoscere ꝙ sint tantum: aliqua quid significet ipsorum nomen tantum, cùm ipsa esse manifestum fuerit: de quibusdā vero oportet vtraque simul præcognoscere. Consimiliter de propositionibus. de quibusdam enim oportet primum præcognoscere ꝙ veræ sint, de quibusdam vero oportet præcognoscere quid eorum significet nomen, & de nōnullis vtraq; simul. Aristoteles vero adduxit exemplum vnius istarum trium ſpecierum ex propositionibus: & est ea, in qua oportet præcognoscere ꝙ sit tantum, cùm dixit: quemadmodum enuntiatio dicens, de oi verificaī aut affirmatio, aut negatio. exēplū vero reliquarū duarum ſpecierum adduxit à subiectis. Atqui dixit de duabus ſpēbus, et postea cōnumerauit tres species: qm̄ species tertia est composita ex duabus simplicibus, & ideo sunt duæ. Themistius vero intellexit dispositiones istarum cognitionum, quas connumerauit, ꝙ sint species, quas oporteat præcedere in quęsitis per se, non autem in principijs, super quæ construitur demonstratio. Et ait, ꝙ de quibusdam quęsitis oportet præcognoscere ꝙ sunt, & tunc inquiremus quod ignotum est in ipsis. & hæc sunt illa, de quibus quærimus quod occultum est in ipsis, ſm ꝙ dicetur inferius. De quibusdam vero oportet præcognoscere quid significet nomē, hoc est orationem declarantem ipsum, & tunc quęretur, an sit, aut non. quemadmodum, si quæramus an vacuum sit, aut non sit, oportet vt præcedat cognitio, quid significet nomen vacui. Et quod dixit, verum est. oportet autem, vt intelligatur hoc de propositionibus primo,

Themistio expō, secundi libri initio consonans.

* Ab. l. arithmetice.

de subiectis vero artium secūdo, de quęsitis autem tertio. Atqui hi modi cognitionum sunt modi cognitionis primorum, quæ oportet præcedere in cognitionibus facientibus ad verificationem, & in cognitionibus dirigentibus ad ipsam. Et consimiliter se habebit res in ſpeciebus cognitionum præcedentium formationem, hoc est operantium, & dirigentiū. sed dictum suum ſm primam intentionem dicitur de ſpeciebus cognitionum, quæ sunt in rebus facientibus ad verificationem. Atqui dixit: & hoc, quoniam cognitio ꝙ res sit, & cognitio quid significet nomen, non sunt ambæ ſm vnam similitudinē: vt significaret in hoc, ꝙ illæ duę cognitiones sunt duæ res variatæ: & cum hoc, ꝙ vtræq; sunt variatæ, non coincidunt. & hoc, quoniam aliquis cognouit quid significet nomen, hoc est orationem exponētem, & non cognouit an sit: quemadmodum se habet res in nomine vacui, & nomine naturę apud eum, qui videt, ꝙ ipsa non sunt notæ inuentionis per se. & consimiliter etiam nouit, ꝙ res est, & ignorat expositionē nominis ipsius, hoc est descriptionem, aut definitionem ipsius.

Est autem cognoscere, alia quidem prius cognoscentem, quorundam vero & simul accipientem cognitionem: vt quæcunque sunt sub vniuersalibus, quorum habet cognitionem: quòd enim omne triangulū habet duobus rectis æquales, præsciuit: quòd autē hoc, quod est in semicirculo, triāgulum est, † simul inducens, cognouit.

† al. l. simul ducēs cognitiua vocē iunctim hæc yba legas. hoc mo legit lo. grīs. ſmo Thē. & Auer.

Dixit Arist. Iam vero cognoscit homo aliquid, cuius prouenit cognitio ipsi antea, & aliquorū prouenit cognitio & disciplina simul: quemadmodum se habent ea, quæ sunt sub aliquibus vniuersalibus, quorum cognitionē iam possedimus. quemadmodū natura trianguli cognita fuit, ꝙ ipsius anguli sunt æquales duobus rectis, per aduentum vniuersalis: triangulus vero descriptus in semicirculo ita se habet, ꝙ simul cum eo, ꝙ monstratus fuit, pueniēt ēt doctrina, & cognitio ipsius simul.

3 Quoniam sunt nonnulla, quę cognoscuntur per cognitionem præcedentem, alio modo q̄ cognoscantur quæsita ignota per cognita prima præcedentia: & hæc sunt, quæ cognoscuntur per modum recordationis, aut quæ cognoscuntur per sensum: cœpit monstrare, quòd hæc species cognitionis, quę cognoscitur per cognitionem p̄cedentem, aut fieri pōt, vt cognoscaī non per cognitionē p̄cedentē, ipsa est alia à specie, quā comprehendit enūtiatio dicta, ꝙ omnis doctrina, et disciplina fit ex cognitione p̄cedente. Et dixit: Iam vero cognoscit homo aliquid, cuius prouenit cognitio ipsi antea, hoc est, Iam vero cognoscit homo res multas, quas antea cognoscebat, & oblitus est, & postea recordatur. Hæc autem species cognitionis, hoc est, quę fit per modum recordationis, si dicatur de ipsa, ꝙ fit ex cognitione præcedente, erit vtiq; per alium modū à modo, per quem præcedit cognitio propositionum cognitionem conclusionum. Et hoc, quoniam cognitio præcedēs recordationem est per se cognitio proueniens postea: sed cognitio de propositionibus non est cognitio de conclusionibus, nisi tantum in potentia. Et consimiliter etiam, quoniam cognitio prouenies per recordationē est vtiq; cognitio quæ actu præfuit: sed cognitio conclusionis nō præfuit omnino in actu, antequam de ipsa construatur syllogismus, et hoc est manifestum per se.

* al. le. remiscētur, & sic legitur in toto cōm.

Hoc aũt confirmauit ad declarãdum postea, ꝙ soluere dubium, quod adduxit Plato in libro Menone, vbi posuit ꝙ scientia est recordatio, ad declarandum inquam, ꝙ non est rectum. Cùm vero iueniatur cognitio sine cognitione præcedente, quæ est cognitio sensibilium: & hæc cognitio sit alia à cognitione, quæ fit per cognitionem præcedentem: cumq; positum fuerit duas species cognitionum esse vnam, ex altera ipsarum sequitur dubium circa ꝓpõnem supradictam, † & hoc, qm̃ sensibilia, quæ ignorantur antequam sentiantur, cognoscẽtur vtique per sensum, cognitione non præcedente. Et erit etiam Sophistarum error in hũc modum, cùm dicitur, ꝙ vnum & idem cognoscitur & ignoratur simul, quẽadmodum inuestigabimus de eis post hæc, si eodẽmodo vtrũq; capiatur: hoc est cũ non distinxerimus inter vtraq; istas cognitiones. Deinde dixit: & aliquos; prouenit cognitio & disciplina simul: quẽadmodum se habent ea, quæ sunt sub aliquibus vniuersalibus, quorum cognitionem iam possedimus, sensus est, & aliquorum peruenit ad hominem cognitio sine cognitione præcedente, quoniam addiscuntur & cognoscuntur per sensum simul. & hæc sunt ea, quę cognoscuntur sine cognitione præcedente: quemadmodum se habent oĩa particularia ignota sensui, quæ ponuntur sub aliquo vniuersali iam cognito. Vt in exemplo, si iam habuerimus cognitionem vniuersalem, ꝙ triangulo anguli sunt æquales duobus rectis, & non cognoscimus aliquem triangulum designatum aut appropriatum, ꝙ est ſm̃ hanc dispositionem, puta triangulum descriptum in hoc circulo sensibili, quem nondum sensimus, neq; cognouimus, ꝙ sit: postea vero cũ ipsum sensuerimus, & detectũ fuerit nobis exẽplum ipsius, prouenit nobis in detectione ipsius cognitio, ꝙ sit per sensum, et cognitio eiusdẽ simul, ꝙ habet angulos æquales duobus rectis. & hoc, quoniam ꝙ sit triangulus, prouenit nobis per sensum: ꝙ autem eius anguli sint æquales binis rectis, prouenit per cognitionem vniuersalis: quæ est, ꝙ omnis triangulus est secundum istam dispositionem.

† al. le. sensata. n. prius q̃ sentiãt, sunt ignota: ij dã sententiam cognoscuntur, nulla præcognitione præmissa.

* Ab. le. phãtasma la. figuram

Quorundam enim in hunc modum disciplina est, & non per medium, extremum cognoscitur: quæcunq; iam singularia sunt, & non de subiecto aliquo. Ante vero cũ inductum sit, aut acceptus fuerit syllogismus, modo quidem aliquo fortasse dicendum est scire, modo autem alio non. quod enim nõ scit quis, si est simpliciter, hoc quomodo sciuit, ꝙ duos rectos habet simpliciter? sed manifestũ quòd ita quidem scit, quoniam vniuersaliter scit, simpliciter autem non scit.

Dixit Arist. Iam vero inuenitũr nonnulla, quorum cognitio, quemadmodum prius meminimus, est per famam, neque cognoscitur extremum per medium: & hæc est forma omnium particularium, & quæ non dicuntur de subiecto. Antea vero q̃ detegat triangulus occultus, & super ipso efficiatur syllogismus, aliquo modo cognoscitur, & modo alio nõ. quoniam si de re non cognosco ꝙ sit simpliciter, quomodo cognoscam ꝙ eius anguli sunt æquales duobus rectis simpliciter? sed cognoscetur hoc, modo aliquo, hoc est ex parte, qua ponitur sub vniuersali: simpliciter autem non cognoscetur.

Dixit: Iam vero inueniuntur nonnulla, quorum cognitio, quemadmodum prius meminimus, est per famam, sensus est. Et causa, quare cognoscimus nonnulla, ꝙ dispoñuntur aliqua dispositione, & ꝙ sunt simul, est: quoniã non inuenimus nonnulla cognoscimus esse per sensum, non autem per syllogismum penitus, dispositiones vero ipsorum cognoscimus per syllogismum. Et inquit: neque cognoscitur extremum per medium sensus est, & non cognoscũtur ea, quę sunt extrema in prædicatione, per media, hoc est, quæ non prædicantur de aliquo, & reliqua prædicantur de ipsis, quoniam cuius cognitio est per medium, fieri non potest, vt non prædicetur de aliquo: individua vero non prædicantur de aliquo omnino per medium vniuersalis, & secundum consuetudinem naturalem. Et ideo dixit: & hæc est forma omnium particularium, & quæ non dicũtur de subiecto. sensus est: & hæc est dispositio omnium particularium individuorum, quæ definita sunt in libro Prædicamentorum, ꝙ nullo pacto prædicantur de subiecto. Deinde dixit: Antea vero q̃ detegatur triangulus occultus, & super ipso efficiatur syllogismus, aliquo modo cognoscitur, & modo alio non. sensus est, posteaq̃ monstratum fuit, ꝙ cognitio alicuius per syllogismum est alia à cognitione eiusdem per sensum, & nos de proximo poterimus soluere sophisma celebratum, quo decipiunt Sophistę, & concludunt, ꝙ aliquid est notum & ignotum simul: si dixerimus Sophistis, ꝙ anteq̃ detegatur triangulus, & de ipso efficiatur syllogismus, cognitio ꝙ anguli ipsius sunt æquales duobus rectis, peruenit ad nos antedectionem aliquo modo, & modo alio non peruenit: & nos etiam ex parte ignoramus, et ex parte cognoscimus, & non ignoramus & cognoscimus ex parte vna. & hoc est dubium, quod intulerunt. Et hoc, quoniam de triangulo occulto, anteq̃ detegatur, cognoscimus, ꝙ ipsius anguli sunt æquales duobus rectis in potentia, ex parte qua cognoscimus ipsum vniuersale comprehendens hunc triangulum determinatum. et hoc, quoniam cognoscimus, ꝙ triangulus habet angulos æquales duobus rectis, ſm̃ ꝙ triangulus: igitur cognoscimus ipsum in potentia, & ignoramus ipsum in actu: hoc est cognoscimus ipsum ex parte dispositionis vniuersalis, & ignoramus ipsum ex parte dispositionis singularis, qua ignoramus ipsum. postea vero cũ detectus fuerit, iam accedit nobis cognitio de vtrisq; dispositionibus simul. Modus autem huius sophismatis est, quemadmodum illud, de quo mentionem faciemus post hoc. quoniam formauerunt triangulum ſm̃ dispositionem, quæ non apparebat illi: deinde interrogauerunt, dicentes, an ne nosti ꝙ omnis trianguli anguli sunt æquales binis rectis? cũq; dixisset, ita, protulerunt illi hunc triangulum occultũ, & dixerunt illi, an ne nosti de hoc triangulo, ꝙ eius anguli sunt æquales binis rectis, antequam detegeretur, an vero non noras? cumq; dixisset, non cognoueram, dixerunt, igitur cognoscebas ꝙ iste triangulus habet angulos æquales binis rectis, & non cognoscebas simul. Soluit autem ipse dubium hoc, dicẽs, fortasse cognoscebã ex parte, & ignorabã ex parte, anteq̃ detegeret: hoc est cognoscebã ipsum ex parte vniuersalis comprehendentis ipsum, & ignorabam ex parte particularis appropriati. Et item adduxit causam, propter quam triangulus occultus fuit secundum hanc dispositionem, hoc est ignotus in actu, & cognitus in potentia, & dixit: si de re non cognosco ꝙ sit simpliciter, quomodo cognoscam ꝙ eius anguli sunt æquales binis rectis simpliciter? sensus est, ꝙ non potest fieri, vt habeamus scientiam in actu de hoc triangulo, antequã detegamus, quòd de ipso ignoratur an sit. cumq; ignotum fuerit an sit, fieri non potest, vt cognoscamus eius angulos esse æquales binis rectis, anteq̃ cognoscamus quòd

quòd sit. est igitur ignotus ex hac parte, cognoscitur autem ex parte, qua est in potentia, subiectus dispositioni vniuersali, qua ipsum cognoscimus, puta, ꝙ omnis trianguli anguli sunt æquales binis rectis.

Vid. 2. Priorum. c. 26.

Si vero non, quæ in Menone, dubitatio continget. aut enim nihil addiscet, aut quæ nouit. Non enim iam, veluti quidam nituntur soluere, dicendum. an ne nosti omnem binarium, ꝙ par est, aut non? asserẽte autem, attulerunt quendam binarium, quem non existimabat esse: quare neq; parem. Soluunt enim, non dicentes omnem scire binarium parem esse, sed quem sciunt, quòd binarius.

Dixit Aristoteles. Quòd si dispositio non est ita, accidet vtiq; nobis intricatio, de qua mentio fit in libro Menone. & hoc, aut ꝙ homo non cognoscat aliquid, aut cognoscat, quod antea cognoscebat. Nõ est autẽ opus, vt soluamus hoc dubium, quemadmodum alij solliciti fuerunt in hoc soluẽdo. quoniam ipsi interrogauerunt, & dixerunt: an ne putas demonstratum esse, quòd omnis octonarius est par, an non? cumq; respondisset, ita, ostenderunt octonarium, quẽ non existimauerat esse: & dixerunt ei, qui non putabas, ꝙ eẽt par, quomodo cognoscebas, ꝙ esset par? Soluunt autem istam intricationem dicẽtes; non asserimus oẽm octonarium esse parem, sed quem cognoscimus esse octonarium.

Dixit: Et si non posuerimus, ꝙ omnia quæsita se habent ſm̃ hanc dispositionem, hoc est, ꝙ cognoscuntur ex parte, & ignorantur ex parte, hoc est cognoscuntur ex parte dispositionis vniuersalis, & ignorantur ex parte dispositionis appropriatæ, accidet vtiq; dubium, de quo fit mentio in libro Menone, de dispositione disciplinæ, quod autem sequitur, est, ꝙ homo aut non cognoscat aliquid, quod ignoret omnino: aut cognoscat illud, quod ante cognoscebat. tacuit autẽ dubitatum, quoniam erat celebratum apud ipsos. Dubium autem hoc se habet hunc in modum. Fieri nõ potest, quin addiscens aliquid, aut sciat illud, aut ignoret, ꝙ si scit, non est opus amplius, vt cognoscat ipsum. sin autem ignorat, quomodo cognoscet, cùm ipsum fuerit assecutus, ꝙ est quæsitum ſtrum? puta in exemplo, si esset seruus, quẽ quæreremus, aufugiens, et ipsum non noscęremus, dum ille nobis occurreret, non noscęremus ipsum. Et hoc est dubium, per quod intenditur, disciplinam esse impossibilem. Et propter hoc dubium posuit Plato, ꝙ disciplina est recordatio, & monstrauit, ꝙ quęsitum est notum, anteq̃ cognoscatur. & ex hoc planum, ꝙ quæsitum ignotum ſm̃ naturam non erit nobis notum in actu, sed erit notum in potentia. Modus igitur soluendi hoc dubium est, vt dicatur, si quæsitum esset ignotũ simplr, et ſm̃ oẽs modos, non esset via ad cognoscendũ ipsum. et si consisti esset cognitio sua simplr, esset vtiq; disciplina sua vana. sed scit ex parte, & est dispõ vtis aggregata: & ignorat ex parte, & est dispõ vtis appropriata. igitur quærimus ipsum ex parte, qua ignoratur: & cognoscimus id, cùm ipsum assecuti fuerimus ex parte ista, qua cognoscitur. Cumq; mẽtionem fecit de dubio Sophistarum, qui communicat cum modo solutionis istius dubĩ, dixit, ꝙ non est opus, vt soluatur, quemadmodum soluerunt alij, & inquit: Non est aũt opus, vt soluamus hoc dubium, quemadmodum solliciti fuerunt alij in hoc soluendo. Deinde mentionem fecit de modo dubitationis, & solutione aliorũ. Quod autem dixerunt de ipso in hoc, est manifestum per se. & hoc, quoniam ipsi primum interrogabãt, quemadmodum diximus: an ne vides cognitum esse per demonstrationem, ꝙ omnis octonarius est numerus par? cumq; respondens dixisset, ita, detexerunt ipsi octonarium occultum, & dixerunt: an ne nosti, ꝙ octonarius iste erat par? cumq; dixisset, non: ergo tu cognoscebas ipsum, & non cognoscebas ipsum. & ita interrogauerũt de triangulo, ac reliquis particularibus, quæ ponuntur sub aliquo cognito per demonstrationem. Et fuerunt solliciti nonnulli in ipso soluendo, quemadmodum, inquit, dicemus, non cognosco omnem octonarium simpliciter esse numerum parem: sed quod cognosco per demonstrationẽ, est, ꝙ omnis octonarius, quem noui esse octonarium, est numerus par. Cumq; exposuit modum solutionis ipsorum, cœpit & ipse declarare:

Atqui sciunt quidem, cuius demonstrationem habent, & cuius acceperũt: acceperunt autem non de omni, de quo vtique noscant, quòd triãgulum, aut quòd numerus, sed simpliciter de omni numero, atque triangulo. nulla enim propositio accipitur talis, ꝙ quẽ tu nosti numerum aut quam tu nosti rectilineam: sed de omni. Cæterum nihil, puto, vetat, quod addiscit aliquis, est sic scire, est autẽ sic ignorare. absurdũ enim, non si nouit quodammodo quod addiscit: sed si ita, vt inquantum addiscit, & sic.

Dixit Aristoteles. Sed demonstratio, quæ peruenit ad ipsos, non peruenit declarans, ꝙ res, quam cognouit, quòd sit triangulus, aut numerus, sed ſm̃ naturam trianguli, & secundum naturam numeri: sed non per aliquam propositionum, quam posuerunt cum conditione, quemadmodum numerus, quem nouit, & rectitudo linearum, quã nouit, sed simpliciter. Prętereq̃ ꝙ nihil ꝓhibet quin cognoscamus rem ex parte, & ignoremus ex parte. non est autem mirum, neq; timor, si aliquis quod addiscit, aliquo modo scit: sed mirũ eẽt, si addisceret rẽ ex pte, qua cognoscit ipsam.

Et dixit: Neq; se habet res, quemadmodum dixerũt isti, ꝙ demonstratio, quam fecerunt super æqualitate angulorum duobus rectis, non est constituta cum ĩs dispositionibus, quas existimauerunt, hoc est de triangulo, quem nouerunt esse triangulum: sed constituta fuit de triangulo simpliciter, & propterea conditiones istæ non inueniuntur in aliqua propositionum acceptarum in hac demonstratione, ꝙ si non inueniuntur in conclusione, neque in propositionibus. igitur quod dixerunt, est falsum & impossibile. Et dixit: Sed demonstratio, quæ peruenit ad ipsos, non peruenit declarãs ſm̃ ꝙ est res, quam cognouit, ꝙ sit triãgulus, aut numerus, sed ſm̃ ſm̃ naturam trianguli, & ſm̃ naturã numeri, sensus est, sed demonstratio peruenit ad eum, qui fecit demonstrationem, ꝙ anguli trianguli sunt æquales duobus rectis, & ꝙ octonarius est numerus par, non peruenit ad eum declarans, ſm̃ ꝙ triangulo inest, ꝙ cognoscat esse

triangulus,aut octonario,ꝙ cognoscatur esse octonarius:sed peruenit ad eum de triangulo simpliciter,& de octonario simpliciter. Et dixit:sed non per aliquā propositionum,quam posuerunt cum conditione. sensus est,sed non inuenitur in aliqua propositionum,quas posuerunt in istis duabus demonstrationibus,propositio posita cum conditione,hoc est,in qua ponas talem conditionem,quemadmodum se habet dispositio posita in propositionibus demonstrationis,ꝙ octonarius est numerus par,numerus quem cognouit,non autem numerus simpliciter,ita vt dicatur,omnis octonarius, quem scio esse octonarium numerum,diuiditur in duo dimidia:quemadmodum posuerunt in demonstratione de triangulo,ꝙ eius anguli sunt æquales binis rectis,& in descriptione triāguli,ꝙ est figura rectarum linearum, quam ipse nouit,ꝙ est cum hoc.& hoc est,quod confessus est,cū dixit: quemadmodum numerus, quem nouit,& rectitudo linearum,quam nouit. Dixit: sed simpliciter.sensus est,sed posuerūt propositiones istas simpliciter,non cum ista conditione. Deinde dixit: Præterꝯ ꝙ nihil prohibet,quin cognoscamus rem ex parte.sensus est,præterꝯ ꝙ nō solutum est dubium ex hac parte:sed soluit ex parte,qua nihil prohibet, quin sciamus rem ex parte,& ignoremus eandē ex parte. Cū vero dixit:non est aūt mirum,neꝙ timor,si aliquis, quod addiscit,quodammodo scit:sed mirum esset,si addisceret rē ex parte, qua cognoscit ipsam: significat nobis, ꝙ per hoc soluitur dubium.& hoc,quoniam nō est mirū,neꝙ formido,ꝙ aliquis addiscat aliquid, quod scit ex parte,& ignoret ex parte, vsꝙ quo deueniat à modo, quo cognoscit ipsum,ad modum, quo non cognoscit ipsum:immo hoc est consentaneum.sed formido & mirum esset,si homo addisceret aliquid ex parte, qua scit ipsum,& hoc est, quod existimauit Menon sequi ex dictis suis. sed consentaneū est,vt se habeat alio modo,ꝙ videlicet nihil prohibeat,immo cōueniens sit, vt ꝓcessus fiat à parte cognita rei ad partē ignotā eiusdē.

* al.l.necessarium

Quid sit Scire, quid Demonstratio,et quæ cōditiones ad eius propositiones requirantur. Quid sit Propositio,Immediatum principium, ac eorum species. Propositiones magis,quàm conclusionem credendas esse. Cap. II.

SCire autem arbitramur vnumquodque simpliciter,sed non sophistico modo,qui est secundum accidens,cùm causam existimamus cognoscere,propter quam res est,quòd illius causa est,& non contingere hoc aliter se habere. Planum igitur, quòd tale aliquid scire est.nanque & non scientes,& scientes: illi quidem existimant ipsi sic se habere, scientes vero & habent.

* al.l. ipsum

Dixit Aristoteles.Iam autem existimamus nos scire vnumquodꝙ scientia vera, non ſm modum sophist cum,qui est per accidens, cū cognoscimus causam consequentem existentiam ipsius,& cognoscimus quòd est causa ipsius,& quòd non potest esse aliter. Planum autem est,quòd dispositio eius,qui scit aliqd, est hæc.& hoc,quoniam qui scit,& qui non scit,ambo existimāt,quòd sciunt rem,ex parte,qua sciunt per causam ipsius:præterquam ꝙ qui non scit, existimat se scire causam, sed existimatio sua non est vera:qui vero scit ſm veritatem,iam habet scientiam per causam.

* al.l.inferentem

Posteaꝙ declarauit ꝙ omnis doctrina, & disciplina fit ex cognitione præcedente,& soluit dubia incidentia in hac propositione,quod est dubium Menonis, & sophisma Sophistarū:incipit exponere conditiones propositionum demonstrationis simpliciter, hoc est, quæ præbet existentiam & causam, quæ est magis secura intra species demonstrationis in veritate, & perfectioris scientiæ.& hoc est,quod primo intenditur in hoc libro. Dixit Iam autem existimamus nos scire vnumquodꝙ scientia vera,non ſm modum sophisticum,qui est per accidens, cùm cognoscimus causam cōsequentem existentiam,& cognoscimus ꝙ est causa ipsius, & ꝙ non potest esse aliter. Ponit de scientia, quæ dicitur per antecessionē,hoc est,quā acquirimus per demonstrationem simpliciter, tres conditiones. Quarum vna est, vt sciamus rem esse,eo ꝙ scimus cām suā esse, Conditio secunda,vt scientes,ꝙ res sit,ex parte causę ipsius,sciamus illam esse ipsius causam. Tertia, vt sciamus,ꝙ non potest eē sine illa causa. Posuit aūt primā conditionē in hac scientia, vt habeamus existiam ipsius sciti p causam; quoniam per hoc distinxit hanc demonstrationem à demonstratione, quæ vocatur signum. Conditionem vero secundam, vt sciamus cum hoc,ꝙ est causa ipsius: quoniam aliquando scimus aliquid esse ex parte alterius, quod est causa ipsius,absꝙ eo,ꝙ sciamus,ꝙ sit ipsius causa. Tertiā vero posuit, vt sciamus, ꝙ non potest esse sine illa causa:ad distinguendū inter causam essentialem & accidentalem,& causam imaginariam & veram. Cùm vero dixit, vera, idem est, ac si dixisset secundum prius,& maxima. ac si diceret, planum autem,ꝙ nos scimus vnumquodꝙ intelligibilium scientia, quæ dicitur per prius,& non scientia,quę dicitur per posterius,quemadmodum scientia,quæ est per signa:neque scæua per æquiuocationem nominis, quemadmodum scientia,per quam componuntur rationes sophisticæ: cùm cognoscimus ipsam p causam suam, hoc est, cùm sciuerimus ꝙ sit,propterea quia scimus causam suam, Postea vero ꝙ adduxit propositionem istam, ſm ꝙ est nota per se,cœpit ratiocinari super hoc per testimonia ſm consuetudinem suam,qua comprobare nititur sermones veros testimoniis ad modum signorum, & dixit:Planum autem est,ꝙ dispositio eius, qui scit aliqd, est hæc: vsꝙ ad finem eius,quod scripsimus, sensus est, & indicium manifestum,quòd scientiam veram de aliquo acquirimus ex parte scientiæ per cām suā,est, propterea ꝙ quicunꝙ existimat,ꝙ scit aliquid scientia vera, existimat vticꝙ hoc,quoniam ipse imaginatur se scire ipsum ex parte causæ ipsius:siue illa scientia fuerit vera, siue non.præterꝯ ꝙ differunt inter se: quoniam qui sciunt rem scientia vera,sciunt per causam suam:qui autem non sciunt rem scientia vera, existimāt se scire per causam suam,cùm tamen non sciant per causam suam.

7

Quare cuius simpliciter est scientia, hoc impossibile aliter se habere. Si igitur & alter est sciendi modus,posterius dicemus. Dicimus autem & per demonstrationem cognoscere. demōstrationem vero dico syllogismū scientialem.scientialem autem dico,secundū quem, eo quòd ipsum habeamus,scimus.

Dixit Aristoteles.Hęc igitur est dispositio eius,quod scitur ſm veritatem, neꝙ fieri potest, vt sit sine hoc modo.Sed inuenitur etiam species alia scię veræ,de qua dicemus in fine.

Atqui

Atqui illa cognitio, quæ dirigit consyderationem ad veritatem, est demonstratio. Volo autem per demōstrationem syllogismum verum, per quem cognoscimus rem,secundum quod est de ipsa aliquid, non autem cognoscimus,ſm ꝙ est apud nos tantum.

8

* Ab.le.certissima

† al.l. quod & est per ꝙ nouimus cām

Hæc est definitio scientiæ veræ, de qua mentionem fecimus,hoc est,quæ dicitur per excellentiam,† & hæc est etiam scientia per se:quoniam fieri non potest, vt sit hæc scientia sine hoc modo, de quo mentionem fecit. Cùm vero dixit:Sed inuenitur etiam species alia scientiæ veræ, de qua dicemus in fine: vult formationem perfectam,quæ est in definitionibus perfectis, de qua dicetur in tractatu secundo.Posteа igitur ꝯ declarauit, ꝙ intentio sua in hoc tractatu est loqui de speciebus scientiæ veræ,quæ sunt verificatio,& formatio de re, in qua cadit verificatio perfecta,quę est demonstratio simpliciter,cœpit definire demonstrationem simpliciter,de cuius propositionibus ac scientia intendit loqui in hoc libro,& dixit: Volo autem per demonstrationē syllogismum verū, per quem cognoscimus rē, ſm ꝙ est de ipsa aliquid, nō autem cognoscimus,ſm ꝙ est apud nos tantum. Syllogismus ponitur in hac definitione loco generis,& hoc,quoniam demonstratio est syllogismus in vera figura. Cùm autem dixit,verus, idem est, ac si diceret,syllogismus compositus ex propositionibus veris. Et hæc est differentia,per quam distinguitur syllogismus demonstratiuus à syllogismo dialectico, quæcunꝙ species fuerit trium demonstrationum, hoc est demonstratio, existentiæ, aut demonstratio causæ, aut quæ componitur ex duabus dispositionibus simul, hoc est, quæ præbet existentiam & causam simul. & hoc,quoniam syllogismus dialecticus is est,qui componitur ex propositionibus probabilibus,nō veris. Cùm aūt dixit:per quem cognoscimus rem,ſm ꝙ est de ipsa aliquid,nō aūt cognoscimus ipsam,ſm ꝙ est apud nos tantum:hęc est differētia,per quam distinguit demonstrationem simpliciter,hoc est,quæ præbet existētiam et causam simul,à demonstratione signi.& hoc est idē, ac si dixisset ex propositionibus veris,per quas cognoscit quæsitum,ex parte,qua sunt causæ rei quæsitę, ꝙ sit:non autem ex parte,qua sunt causa, vt sciatur, ꝙ sit hæc res tantum,absꝙ eo ꝙ sit causa,vt sit extra animā. & hoc,quoniam oportet demonstrationē habere propositiones cum his duabus cōditionibus,hoc est,ꝙ sint causa conclusionis,& causa,ꝙ sciamus conclusionem. quemadmodum si sciat,ꝙ hoc in loco est lumen, propterea ꝙ in ipso est ignis:quoniam cognitio ꝙ i ipso est ignis, est causa cognitionis,ꝙ in ipso est lumen,et causa ꝙ sit lumen. Atqui erunt ambæ propositiones cū hac conditione in syllogismo demonstratiuo, cùm terminus medius erit causa conclusionis ꝙ sit,& causa vt cognoscamus ipsam.sed in signo medius terminus est tantummodo causa,vt cognoscamus conclusionem: non autem,vt conclusio sit extra intellectum. quemadmodum in monstraremus,ꝙ hoc in loco est ignis, propterea ꝙ in ipso est fumus:quoniam cognitio, ꝙ fumus in ipso sit, est causa cognitionis,ꝙ ignis sit,non autem causa,ꝙ ignis sit.sed res se habet in contrarium, quoniam ignis est causa,ut fum⁹ sit, sicꝙ id est, ac si dixisset: quo cognoscimus rem,secūdum quòd per ipsum est per se, non autem cognoscimus,secūdum quòd est apud nos, absꝙ eo quòd sit per ipsum per se.

* Ab.le.demonstratiō quia

Si itaꝙ est ipsum scire,quale posuimus,nec esse et demonstratiuam scientiam ex verisꝙ esse,& primis,& immediatis, & notioribus, & prioribus,& causis conclusionis. sic enim erunt & principia propria eius quod demonstratur.syllogismus enim erit & sine his, demonstratio aūt non erit: non.n. faciet sciam.

Dixit Aristoteles. Igitur dispositio, qua sciamus rem scientia vera, secundum quòd prædiximus,ac posuimus,est, vt propositiones demonstrationis sint veræ,& primæ,immediatæ,& sint magis notæ ꝙ conclusio,& sint causa, vt per hunc modum sint proportionatæ rei,quæ monstrat.atqui syllogismus quidem erit et sine aggregatione istarum cōditionum,demonstratio autem non erit:propterea ꝙ sine aggregatione istarum conditionum non scietur res scientia vera.

9

Posteaꝙ posuit,quid sit scientia quæsiti per demonstrationem, procedit ex hoc ad sciendas cōditiones demonstrationis ipsius,& dixit:Igitur dispositio,qua scia mus rem scientia vera, ſm ꝙ prædiximus. sensus est intentio nostra per demonstrationem est, vt cognoscamus rem scientia vera,& in fine veritatis, ſm ꝙ posuimus. Et sequitur ex hoc, vt sint propositiones demonstrationis,per quas acquirimus scientiam istam, veræ: & principia prima cognita per se,non nota ꝙ medium, hoc est per syllogismum:& ꝙ tertio sint notiores conclusione:& ꝙ quarto sint causa conclusionis:& ita erūt proportionatæ rei, quæ monstratur per ipsam, hoc est in eo,quo sunt causa. Deinde dixit: atqui syllogismus quidem erit & sine aggregatione istarum conditionum: hoc est, aut syllogismus dialecticus, aut tentatiuus, aut apparens, Et dixit: demonstratio autem non erit, intelligit demonstrationem simpliciter. Et dixit: propterea ꝙ sine aggregatione istarum conditionum non scietur res scientia vera:hoc est, veritas quæ est in fine. Sed posteaquam enuntiauit necessitatem istarum conditionum in ipsis propositionibus, cœpit enarrare modum necessitatis istarum conditionum in ipsis propositionibus demonstratuis.

* al.l. veritas summa.

Vera quidem igitur oportet eē: quoniam non est non ens scire,vt ꝙ diameter commensurabilis. Ex primis autem indemonstrabilibus,quoniam non sciet non habens demonstrationem ipsorum.scire enim, quorum demonstratio est,non secundum accidens, habere demonstrationem est.

Dixit Aristoteles. Quodꝙ sunt propositiones demonstrationis veræ,sequitur ex necessitate.quoniam si essent falsæ, sequeretur, ꝙ sciremus id,quod nō est: quemadmodum si sciremus diametrum cōicare cum costa. Sequitur etiam , vt sint propositiones demonstrationis immediatæ.& hoc,quoniam si fuerint mediatæ,non erit via,vt sciantur,nisi per demonstrationem.quoniā dispositio, vt sciatur res scientia vera, non per accidens, est,vt sciatur per demonstrationem.

Dixit:quoniam si essent falsæ, sequeretur, vt scire- 10
mus id,quod non est. sensus est,quoniam ex propositionibus falsis,in eo quo sunt falsæ, sequuntur conclusiones falsæ.& hoc vt plurimum:quia iam declarauit in

libro Syllogismi, ꝙ conclusiones veræ sunt ex propo-
sitionibus falsis. sed hoc est per accidens. Et dixit: Se-
quitur etiam, vt sint propositiones demõstrationis im-
mediatæ. intelligit demonstrationes simplices. & hæ
sunt, de quibus dicit nomen demõstrationis ſm prius
& hæ sunt demonstrationes, quæ componitur ex pro-
positionibus veris primis ſm naturam. & hoc, quoniã
istæ demonstrationes hæ sunt, quibus nõ est opus alijs,
reliquis vero illis est opus. sed omne, quod est causa, vt
aliqua dispositio insit alicui rei, est magis verum, ꝙ̃ id,
cui inest dispositio: hoc est, si demonstrationes primæ
sunt causa, vt insit hæc dispositio demõstrationibus se-
cundis, hoc est, quarum propositiones sunt mediatę: de
demonstrationibus ergo primis magis verificatur no-
men demonstrationis. Et hoc significauit, cùm dixit: &
hoc, quoniam si fuerint mediatæ, non erit via, vt sciantur, nisi per demonstrationem. quod idem est, ac si di-
xisset: nõ sunt demonstrationes per se, sed p alia. sed de-
† al. le. principalis monstratio † ſm prius est illa, quæ est demonstratio per
se. Et dixit, non erit via, vt sciantur, nisi per demonstra-
tionem. quoniam quod scitur scięntia vera, aut scitur ex
seipso, aut scitur per demonstrationem, non per aliquã
speciem accidẽtis. Præterea si ponamus, ꝙ ꝓpõnes de-
monstrationum non sunt notæ per se, sequetur, vt sint
notæ per demonstrationem. ꝙ si hoc insit demonstra-
tioni, ſm ꝙ demonstratio, sequetur processus in infinitum: aut vt sit monstratio in circulum, ſm ꝙ declarabi-
tur postea. Oportet igitur, vt propositiones demõstra-
tionis, ſm ꝙ est demonstratio, & per se, sint primę, non
cognitæ per terminum medũ: & ꝙ demonstrationes,
quarum propositiones cognoscuntur per medium, di-
cantur cum istis per æquiuocationem nominis. Et vi-
detur esse hoc illud, quod voluit, dum inquit: Sequitur
etiam, vt sint propositiones demonstrationis immedia
tæ, vſq; ad finem eius, quod scripsimus.

Causas quoq;, & notiora oportet esse, & priora. causas quidem, quoniam tũc scimus, quando causam cognoscimus: & priora, si-
quidem causæ: & prænota, non solum al-
tero modo, eo ꝙ intelligantur, sed & eo quòd cognoscantur quòd sunt.

Dixit Aristoteles. Et sequitur ex necessita-
te, vt sint propositiones demonstrationis cau
sa, & sint priores, & notiores. causa quidem, quoniã qui solicitus est, vt sciat aliquid scien-
tia vera, sciet vtique ipsum per causam suam: priores autem, quia sunt causę: notiores vero
ſm duas species: vnam, vt sciat quid significant: alteram, ꝙ sunt, hoc est veræ.

11 Posteaq; posuit, ꝙ oportet scientiam veram prouenire ex propositionibus cum illis conditionibus, quas posuit, nunc solicitus est in hoc declarando, & dixit: Et sequitur ex necessitate, vt sint propositiones demon-
strationis causa. hoc est, vt sit terminus medius causa
Digressio de termino medio i demõstratione ponitur, cuius natura debeat esse causa. maioris extremitatis, hoc est existentiæ maioris per se,
non autem causa, vt maior insit minori tantum, quem-
admodum dixit Alis Senæ: neq; causa existentię mino-
ris tantum, quemadmodum existimauit Abunazar,
qui accepit hoc in demonstrationibus simpliciter, hoc
est demonstrationibus, quæ sunt causæ & existentiæ
simul, de quibus est sermo in præsentia. Cæterum ꝙ in
ipsa demonstratione inueniatur medius terminus cau-
sa ambarum extremitatum, hoc est maioris et minoris,
est res accidens ipsi. Et propterea, qui existimat ꝙ ex
conditionibus demonstrationis simpliciter est, vt ter-
minus sit causa ambarum extremitatum, non recte pu-
tat: hoc, n. est accidẽs quibusdam demonstrationibus
simpliciter. Et ideo non oportet, vt diuidatur demon-
stratio in istas partes ita, vt dicatur, ꝙ demonstrationi
simpliciter, aliæ sunt, in quibus terminus medius est
causa vnius duarum extremitatũ, aut vtriusq;. & hoc,
quoniam ꝙ sit causa vtriusq; est per accidens: ꝙ autem
sit causa minoris tantũ, non contingit omnino. Et hoc:
† Iaco. fra quoniam si non sequitur ex eo ꝙ ipse est, vt maior insit
ctp. quã si ipso reperto non reperiat hoc esse tertio maior ignorantias in minori, quatenus ipse est causa ipsius maioris extremitatis, tunc non erit demonstratio simpliciter. Sed causa decep-tionis hoc id, ꝺd paulo ante dixi-mus, hoc est
minori, ex parte, qua est ipsius cã, hoc est maioris, non
erit tunc demonstratio simpliciter. Atqui locus est er-
roris in hoc, si fiet, quod dictum est ex hoc, hoc est ex
eo ꝙ terminus medius est causa in demõstratione sim-
pliciter, non ſm quid. quoniam cùm sermo iste accipi-
tur simpliciter, poterit formari ſm tres modos. atqui cũ
acceptum fuerit ex parte, qua est causa, ꝙ sequatur ex
eo ꝙ inest minori, existentia maioris, ex parte, qua ipse
est causa maioris, tollitur hic error. Et ex hoc ĩtẽ mon-
stratur error eius, quod dixit Alis Senę. quoniam ipse
existimauit, ꝙ est in hoc æquiuocatio: quia accidit, vt
medius terminus sit causatus à maiori extremo, & me-
dius causa vt insit minori. quoniam si voluit, dum in-
quit causatus à maiori extremo, ꝙ cùm maior ponitur
esse, sequatur, vt sit etiam medius, quoniam est causa
ipsius: fieri non poterit, vt medius terminus in tali de-
monstratione sit causa, vt maior insit minori, nisi inue-
niantur ambæ istæ species causarum, ita vt sequatur ex
eo ꝙ vtrauis ipsarum est, vt sit etiam altera. & ſm hoc
erit medius terminus causa maioris. Quòd si velit, vt
maior sit causa, vt medius existat simpliciter, hoc est,
vt sequatur ex eo ꝙ sit, vt medius eñ sit: & erit etiam
medius causa, vt maior insit minori, non autem causa,
vt maior sit tantum: hoc quidem inuenitur: vt in sermo
ne dicente, homo est animal, & animal est corpus, sed
exemplum hoc est causæ per accidens. quoniam hoc
non est causa prima per se, vt homo sit corpus, quia est
animal: quoniam non est homo, ſm ꝙ homo, animal,
tãto minus est corpus. sed res declarabitur declaratio-
ne multa in sequentibus. Cùm vero declarauit, quòd
oportet vt congregentur in ipsis, vt sint causa, & prio-
res, & notiores, adduxit causam, quomodo sequatur
vnaquęq; istarũ conditionum, & dixit: causa quidẽ, ꝙ̃
qui solicitus est, vt sciat aliquid scientia vera, sciet vti-
ipsum per causam suam. Hæc autem scientia est per exi
stimationem perfectam scientiæ propter duas res de-
claratas. Quarum vna est, quoniam qui scit aliquid per
causam, habet scientiam tutiorem, ꝙ̃ ille, qui scit quòd
est, per signum. Secũda vero, quoniam hæc species de-
monstrationis est ex speciebus, quæ comprehendunt
in potentia quæsitum quid est, quæ est definitio, quæ
ſm naturam desyderatur, & propter ipsam desyderã-
tur cognitio causarum. Deinde dixit: priores autem, qa
sunt causę. sensus est, priores ſm existentiam, quoniam
causa est prior ſm existentiam causato. Deinde dixit:
notiores vero ſm̃ duas species: vnam, vt sciat qd
significãt: alteram ꝙ sunt, hoc est veræ. sensus est, si au-
tem sunt propositiones notiores, sequitur etiam, vt sint
magis notæ bifariam, in eo, quod significat super ipsis
nomen suum, & quòd sint existentes.

Priora vero sunt, & notiora bifariam. non
enim idem prius natura & ad nos prius, neq;
notius & nobis notius. Dico autem ad nos
quidem priora, & notiora, quæ sunt propin-
quiora sensui: simpliciter autem priora, & no
tiora, quæ longius. Sunt autem longissime
qdẽ ipsa maxime vniuersalia, proxime vero
ipsa singularia: & opponunt hęc sibi inuicẽ.

Dixit

Dixit Aristoteles. Prius autem & notius
dicitur ſm duas species. & hoc, quoniam res,
quæ est prior apud nos, & res prior apud na-
turam sunt diuersæ per se. Quoniam priora,
& notiora apud nos sunt sensibilia: priora ve
ro, & notiora apud naturam sunt longinqua
à sensu. Longinqua vero à sensu sunt vniuer-
salia, propinqua vero ex ipsis sunt particula-
ria & appropriata: & ambo hæc sunt sibi in-
uicem opposita.

12 Quoniam ex conditionibus demonstrationis sim-
pliciter, de qua locutus fuit, quæ est demonstratio cau-
sæ & existentiæ, est vt sit propositio in ipsa, cum hoc, ꝙ
est notior apud nos, notior apud naturam: quoniã ipse
sunt causæ, & causę sunt notiores apud naturam, quàm
compositat cœpit commemorare ꝙ prius in cognitio-
ne dicitur duobus modis: quorum vnus est, notius esse
apud nos, alter vero, notius esse apud naturam. Notio-
ra apud nos sunt sensibilia designata: notiora aũt apud
naturam sunt longinqua à sensu: & hæc sunt causæ rerũ
sensibilium, hoc est res communes pluribus, quàm
vni. Et nõ est intentio hic comparare intellectum sen-
sato, vtrũuis eorum sit notius. quoniam sensata sunt pe
nitus ignota apud naturam. & etiam, quoniam non est
sensibile notius apud nos, ꝙ̃ intelligibile: & volo dice-
re intelligibilia prima. Sed vult hic facere comparatio-
nẽ inter intelligibilia propinqua rebus sensibilibus, &
longinqua, ac si dixisset, & intellectiones rerum propin-
quarum istis sensibilibus, quemadmodum intelligibile
compositum, et descriptiões entiũ, sunt notiores apud
nos, ꝙ̃ intellectiones rerum longinquarum. & hæ sunt
intellectiones causarum, & causarum causarum. Sed
apud naturam res se habet in contrarium, hoc est, ꝙ
longinqua à sensu sunt notiora apud ipsam, ꝙ̃ propin-
qua. Dixit: Longinqua vero à sensu sunt vniuersalia,
propinqua autem ex ipsis sunt particularia & appro-
priata: & ambo hæc sunt sibi inuicem opposita. Non
vult per hoc, ꝙ particularia sint notiora apud sensum
ꝙ̃ vniuersalia: quoniam sensus non attingit vniuersale.
neq; vult etiam per hoc consimiliter, ꝙ vniuersale sit
† Ab. le. sed hoc ẽ, quod significat, vi delicet ꝙ Tex. ⁂. notius apud naturam, ꝙ̃ minus vniuersale: † quoniam
hæc est res nostra, ꝙ vniuersale apud nos est notius, ꝙ̃
appropriatum: quemadmodum dixit in principio Na-
turalis auditus. Atqui volunt per res vniuersales cau-
sas appropriatas ſm numerum, communes pluribus re
bus: quemadmodum agens primum, & materia pri-
ma. quoniam istæ causæ sunt notiores apud naturam,
ꝙ̃ sint apud nos: sed res vniuersales, quæ multis insunt,
apud nos sunt magis notæ.

Vide Alex. 1. Metaph. com. 11.

† al. ldẽ autem est

Ex primis autem est, quod ex principijs
proprijs: idem ẽnim dico primum & princi-
pium. Principium autẽ est demonstrationis
propositio immediata: Immediata vero, qua
non est alia prior. Propositio autem est, enun
tiationis altera particula, vnum de vno: Diale
ctica quidem, quæ similiter accipit vtramuis:
Demonstratiua vero, quæ determinate alte-
ram, quoniam veram. Enuntiatio autem con
tradictionis vtrauis particula. Contradictio
vero oppositio, cuius non est medium secun
dum seipsam. Particula autem contradictio-
nis, quæ quidẽ aliquid de aliquo, affirmatio:
quæ vero aliquid ab aliquo, negatio.

Dixit Aristoteles. Et dispositio, ꝙ sit ex pri
mis, hoc est ex principijs appropriatis. non
est autem differentia inter hoc, quod dicimus
primũ, & inter hoc, quod dicimus principiũ:
quoniam primum & principium significant
rem vnam. Principium vero demonstratio-
nis est propositio immediata. Propositio aũt
immediata est, qua non inuenies propositio-
nem aliam priorem. Propositio vero est vna
ex partibus enuntiationis, hoc est, enuntians
vnum de vno. Dialectica autem (hoc est topi
ca) est positio vnius partium cõtradictionis,
vtrauis ipsarũ fuerit. Sed propositio demon
stratiua est vna ex partibus contradictionis
ſm oppositionem, quæ est vera. Enuntiatio
autem est vtrauis pars oppositionis. Contra-
dictio vero est una ex partibus oppositionis,
hoc est oppositio, cuius nõ est mediũ per se.

13 Sensus est, dispositio autem demonstrationis est, ꝙ
sit syllogismus compositus ex primis, hoc est ex propo
sitionibus proportionatis, et rebus proportionatis, quę
non transcendunt genus consyderationis: quemadmo-
dũ videbitur postea. Et posteaq; definiuit per hoc pro-
positionem demonstrationis, ꝙ est propositio imme-
diata, opus fuit, vt definiret propositionẽ simpliciter i
deinde diuisit illam in demonstratiuam et dialecticam,
& definiuit vtranq; ipsarum: quoniam propositio im-
mediata est species propositionum demõstratiuarum:
quoniam ex propositione demonstrationis est eriã ea,
quæ est conclusio. Et quoniam ponitur in definitione
propositionis enuntiatio & oppositio, opus fuit consi-
militer etiam, vt definiret quid est enuntiatio, & quid
oppositio. & de hoc toto mentionem fecit, in memoriã
reuocans ea, quæ præcessere. Et incœpit definire prin-
cipiũ demonstrationis, cùm dixit, ꝙ est propositio im-
mediata. deinde declarauit quid est propositio imme-
diata, & inquit, ꝙ est ea, qua non inuenies propositio-
nem aliam priorem, hoc est, in cognitione, & existẽtia.
Posteà definiuit propositionem simpliciter, & dixit, ꝙ
propositio est vna ex partibus enuntiationis, hoc est,
enuntians vnum de vno. sensus est, propositio simpli-
citer est vna ex orationibus indicatiuis, hoc est affirma
tio, aut negatio. & hæc definitio est similis ei, qua defi-
niuit ipsam in libro de Syllogismo: & hoc, ꝙ est oratio,
quæ affirmat aliquid de aliquo, aut negat aliquid ab
aliquo, & hæc descriptio iam dicta fuit tibi in potentia.
Videtur autem, ꝙ hæc definitio non sit propositionis,
ex parte qua est ꝓpositio, sed rei, cui accidit, vt sit pro-
positio: quoniam propositio, ſm ꝙ propositio, dicitur
in relatione ad syllogismum. Deinde definiuit proposi
tionem dialecticam, & inquit: Dialectica autem (hoc
est topica) est positio vnius partium contradictionis,
vtrauis ipsarum fuerit. sensus est, ꝙ dialecticus cũ po-
nit propositionem, quæ admittitur à respondente, ex
parte qua suscipit ipsam, poterit vtrauis pars contradi-
ctionis æqualiter admitti per interrogationem, & po-
nit pars syllogistica. Sed demõstrator non habet viam,
vt ponat vtramlibet partem contradictionis partẽ syl-
logismi in demonstratione: sed ponet ex partibus con-
tradictionis eam, quę vera est. Et hoc accepit ad distin
guendam propositionem demonstratiuam à dialecti-
ca, & dixit, ꝙ propositio dialectica est ea, quę sit secun-
dum vnam partium contradictionis. & causa, vt pona-
mus hoc, est propter admissionẽ. Et dixit, ꝙ proposito

demonstratiua est vna ex partibus contradictionis. & vult per contradictionem hoc in loco contraria, non autem contradictionem proprie. Dixit autem, quòd propositio dialectica est positio vnius partium contradictionis, hoc est admissio vnius partium contradictionis: quoniam propositio est, quæ ponitur pars syllogismi, hoc est, descriptio hæc est ex parte, qua est propositio: ac si dixisset, quòd propositio dialectica est positio vtriusuis partium contradictionis, vt ponatur pars syllogismi. Deinde definuit orationẽ indicatiuam, cùm dixit: Enuntiatio autem est vtrauis pars oppositionis. Scitu autem dignũ ꝙ enuntiatio, & propositio, & quæsitum, vnum sunt subiecto, differunt autem ratione. et hoc, quoniam oratio indicatiua, cùm accipitur ex parte, qua significat verum & falsum, vocatur enuntiatio: cùm vero accipitur ex parte qua est pars syllogismi, vocatur propositio: cùm autem accipitur ex parte, qua est ignota, vocatur quæsitum. Sed Aristoteles cum descripsit propositionem per diuisionem in species suas, & dixit eam esse vnam ex partibus orationis indicatiuæ, hoc est affirmationem aut negationem, descripsit consimiliter etiam orationem indicatiuam per species suas: & ait, Enuntiatio autem est vtrauis pars oppositionis. sed hoc totum adduxit ad inquirendam scientiam, non autem, quia in veritate sint definitiones, aut descriptiones. Dixit autem in definitione contradictionis, ꝙ est oppositio, cuius non est medium. intelligit, ꝙ definitio sua est talis, ſm ꝙ hæc descriptio comprehendit contradictionem, & contrarietatem, & hoc, quoniam nomen contradictionis dicitur de ipsa: hoc est, quẽadmodum non est medium inter duo contradictoria, ita non est medium inter duo contraria: sed proprium est contradictionis, vt diuidat verum & falsum in omni materia: cõtraria autem diuidunt vtiq; verum & falsum in materia necessaria. vnde & contraria appropriantur demonstrationi: quoniam demonstratio est in materia necessaria. sed contradictio appropriatur Dialecticæ qm̃ Dialectica comprehendit omnem materiam.

Immediati vero principij syllogistici, positionem quidem dico, quam non est monstrare, neq; necesse habere docẽdum quippiam: quam autem necesse est habere docendum quippiam, dignitatem: sunt enim quædam talia, † hoc enim maxime in talibus cõsueuimus nomen dicere. Positionis vero, quæ quidem accipit vtrãlibet particularum enuntiationis, vt dico esse aliquid, aut non esse aliquid, suppositio: quæ vero sine hoc, definitio. definitio enim positio quidẽ est: ponit enim Arithmeticus vnitatem indiuisibile esse secundum quãtum: suppositio autem non est: nam quid est vnitas, & esse vnitatem, non idem.

† Aliq cod. ẽt antiqui addũt hęc verba: quæ e domo discẽs, permit secundũ vnamquãq; sciam. & ita vſus legere Themistius, & Io. Grã.

Dixit Aristoteles. Principium autem demonstrationis, quod est propositio immediata, si fuerit illud, ad quod non est via demonstrationis, & non fuerit consimiliter à creatione in intellectu discipuli, vocabitur hoc radix posita, & positio: si vero fuerit à creatione in intellectu discipuli, vocabitur scientia scita. Positio autem diuiditur: quoniam quæ ex ipsa accipitur, secundum quòd est pars cõtradictionis, vtrauis earum sit, aut affirmatio, aut negatio, vocabitur radix posita: quod autẽ est extra hoc, est definitio. nam definitio est species positionis: et hoc, quemadmodũ definitio vnitatis, quam ponit Arithmeticus inter principia scientiæ suæ, & est illa, quæ non diuiditur secundum quãtitatem: non est aũt definitio & radix posita res vna. & hoc, quoniam quid est vnitas, et esse vnitatem, non sunt vnum.

Dixit: Principium autem demõstrationis, quod est propositio immediata, si fuerit illud, ad quod non est via demonstrationis, & non fuerit consimiliter à creatione in intellectu discipuli, vocabitur hoc radix posita & positio. sensus est, ꝙ si fuerit illud, cuius non inest discipulo à creatione admissio, aut propter modicam exercitationem, aut ꝓpter defectũ à creatione ipsius, vocabitur radix posita, & positio: quoniam non est via ad ipsam demonstrandam. ac si dixisset, principium autem demonstrationis, quod est propositio immediata, si fuerit illud, cui accidit cum hoc, ꝙ ad ipsum demonstrandum nõ est via, vt non insit discipulo à creatione, ꝙ possit ipsum cognoscere per se, vocabitur hoc radix posita, † hoc est, quã pones discipulo positionẽ, quousq; intellectu suo apprehẽderit, ꝙ est vera. quod vero non potest demonstrari, et inest à principio creationis discipulo, vocabitur scientia scita. Et potest esse quod intelligat, cùm dixit: quod non potest demonstrari, & non est consimiliter etiam à creatione in intellectu discipuli: principium, quod accipiat ars aliqua ab alia arte: proptera ꝙ non potest demonstrari in ea arte, & nõ inest etiam cõsimiliter à creatione discipulo. Quod vero dixit: si vero fuerit à creatione in intellectu discipuli: hoc est, & illud, quod à principio non põt demõstrari, neq; in hac arte, neq; i alijs, quod sest discipulo à creatione, hoc est, quod vocaẽ scia scita. & ſm hoc oportet, vt intelligaẽ, quod dixit, quod non põt demõstrari ſm duas res simul: ac si diceret, illud, quod non potest demõstrari, & non est consimiliter etiam in discipulo à creatione: & hoc est, quod non potest demonstrari in ea arte, sed fortasse potest in alia: hoc est illud, quod vocatur radix posita. si vero non possit demonstrari, & insit discipulo à creatione, ad quod demonstrandũ non est via simpliciter, neq; in ea arte, neq; in alijs, hoc est, quod vocatur scientia scita. & hæc expositio est multo conuenientior priore. Postea vero ꝙ declarauit partes positionis, † quas vniuersaliter suscipit radix scita per se: incœpit distinguere positionẽ ex modo & vniuersalitate scientiæ, hoc est verificationis, & formationis, & utiquit: Positio autem diuiditur, vsquequo dicit, & vocatur radix posita. sensus est, & positio distinguitur, vno modo in id, quod admittit alteram partem cõtradictionis, vtrauis fuerit, siue affirmatio, siue negatio: & hoc est, quod vocabis positionem. & hoc est, quod significat, cũ dicit: & vocatur radix posita: intelligit ſm veritatem. Deinde dixit: quod autem est extra hoc, est definitio. nam definitio est species positionis. sensus est, atq; species secunda, quæ vocatur positio ſm posterius, est definitio: quoniam definitio nõ cõpulat, ꝙ res insit rei, nisi per accidens: & propterea non cõsistit super ea demonstratio, ex parte igitur, qua consistit super ea demonstratio, assimilatur positioni: ex parte vero, qua non est oratio indicatiua, non assimilatur illi. Et propterea dubitatur de definitionibus quæ sunt notæ per se, quemadmodum dicet in sequentibus, an oporteat connumerare ipsas iter propositiones primas per se, an vero inter positiones. Et ſm istam expositionem idẽ est, ac si posuisset definitiones sub positionibus ꝓ accidẽs.

Et

† 14

† 20

*a.l. naturaliter

† hoc. le. id ẽ, quæ talẽ ponit in discipulo põere, vt reddat eũ intellectũ aptũ ad sequi illius certitudinem.

† 40

† 50

† hoc. le. quæ vñ sit in principio prologi p se notæ: hoc. sc. quæ quidẽ vñr cõtinget radices esse vnitatis.

† 60

*a. L determinat

Et potest esse ꝙ volunt, cùm dixit, ꝙ definitio est positio: hoc est, ꝙ expositio significationis nominum est positio, quoniam significationes nominum sunt positionem. Et sualuit expositio ista per id, quod dixit: quod autem est extra hoc, est definitio. quod enim apparet ex hoc, est, ꝙ vult, ꝙ illud, quod vocatur positio per dispositionem extra hoc, est definitio. Et dixit: & hoc, quemadmodum definitio vnitatis, quam ponit Arithmeticus iter principia scientiæ suæ, & est illa quę non diuiditur ſm quantitatem: aut ſm expositionem priorem: quoniam vnitatem esse extra stellectum non est notum per se, & non est demonstratio in Arithmetica: aut ſm secũdam, † qm̃ dispositio definitionis vnitatis est præparata ad significandum nomen ipsius. Postea vero ꝙ declarauit per quem modum definitiones reponuntur sub positionibus, quodq; non vocantur positiones ſm veritatem, qm̃ non indicant per se existentiã rei à ꝓncipio, ex parte qua existit: & hæc est res, quæ vocatur positio ſm veritatẽ: neq; est per se ex genere positionũ, quæ sunt positiones ſm veritatem: aut quoniam dispositio positionis est alia à dispositione positionis veræ, aut quoniam ipſę amplectuntur dispositionem positionis veræ per accidens: deinde dixit: non est autẽ definitio & radix posita res vna. & hoc, quoniam quid est vnitas, & esse vnitatem, non sunt vnum. sensus est, ꝙ definitio vnitatis & similes definitiones non significant de posito, ꝙ ipsum est: & ponuntur sub oratione indicatiua per accidẽs. sed radix posita est oratio indicatiua, & significat, ꝙ res est.

* al l. impositionem.

† hoc. le. quia definitio vnitatis est ad placitũ, iuxta significationem nominis eius.

Vide. 2. Meta, tex. 4.

Quoniam autem oportet credere, & scire rem, eo quòd talem habemus syllogismum, quem vocamus demõstrationem: est autem hic, eo quòd hæc sunt, ex quibus est syllogismus: necesse est non solum præcognoscere prima, aut omnia, aut quædã, sed magis. semper enim propter quod est vnumquodq;, illud magis est. vt propter quod amamus, illud amicum magis.

Dixit Aristoteles. Cùm vero fuerit res scita per demonstrationem, sequitur, vt veritas & fides in ipsa sit, quoniam habemus de ipsa hunc syllogismum, qui vocatur demonstratio: & habebimus fidem per demonstrationẽ ex parte fidei ꝓ propositiones, ex quibus est demonstratio: sequitur itaq; ex hoc, vt scientia nostra de re scita per demonstrationem, & de propositionibus demonstrationis, aut omnibus, aut quibusdam, non sit ſm gradum vnum: sed scientia nostra de propositionibus sit maior. sensus est, sequiẽ, ꝙ si scientia nostra per demonstrationem sit maior, ꝙ scientia nostra de eo, quod demonstratur, erit scientia nostra de propositionibus demonstrationis maior, ꝙ scientia nostra de eo, quod demonstratur. & hoc aut de omnibus propositionibus, aut aliquibus. quoniam nõ sequitur ex eo ꝙ posuimus, ꝙ fides nostra in demonstratione est maior, ꝙ fides nostra in conclusionibus, vt fides nostra vniuersaliter de tota summa propositionum demonstrationis sit maior. & licet ex conditionibus demonstrationis fit, vt vtraq; propositiones ipsius sint magis scitæ, ꝙ conclusio, hæc tamẽ res nondũ declarata est ex hoc tractatu. Postea vero ꝙ declarata fuit illatio, quæ sequitur ex propositionibus: cœpit exponere modum, quo sequitur, & inquit: & hoc, qm̃ res, propter quam sunt aliæ res, in existentia est magis vera. & hæc oratio est propositio, qua vtiẽ in hoc loco. & est sensus, ꝙ omne illud, quod est causa, vt aliquid sit, aut cum aliqua dispositione, aut simpliciter, ita se habet, vt illud, quod est causa rei, magis oporteat esse. cumq; coniunxit ad hoc, propositiones esse causam, vt sit veritas in conclusione, concluſit ex hoc in prima figura, ꝙ magis oportet propositiones primas eẽ veras, ꝙ conclusionem. Exemplum vero adduxit ex rebus probabilibus, communicãs in veritate cum omnibus, vt esset manifestius in doctrina. & hoc, quoniam est probabile, & notum apud omnes, ꝙ quicunq; amat virum aliquem propter virum alium, ita se habeat, vt ipsius amor, propter quem amat virum alium, sit maior. Exemplum huius, cùm dixit ꝓceptorem, et puerum, hoc est filium. quoniam pater amat vtiq; ꝓceptorem pueri, qui est filius suus, propterea ꝙ amat puerum: & ideo amor in puerum est maior.

Quare siquidem scimus per primã & credimus, & illa scimusq; & credimus magis, quoniam per illa & posteriora. Fieri autem non potest vt credat, magis ijs quæ scit, quæ non est, neq; sciens, neq; melius dispositus, ꝙ si esset sciens. Accideret autem hoc, nisi aliquis præcognosceret per demonstrationem. crẽdentium. magis enim necesse est credere principijs, aut omnibus, aut quibusdam, quàm conclusioni.

* Alexã ex. ponit credẽtium, pro creditorum.

Dixit Aristoteles. Quoniam vero scientia nostra de conclusionibus, & veritas & fides ipsarum est ex parte propositionũ: igitur veritas & fides de propositionibus erit maior: quoniam fides nostra de cõclusionibus est ex

† A bl. assumptum syllogismi: hoc. le. tempore, ameq; scilicet sup ipsa fiat syllogismus:

parte

parte ipsarum. Fieri autem non potest, vt alí quis credat quod non scit, magis q̃ illud quod scit: neq; sit in scientia sua excellentior, quam res, quam scit: & si cõtingat ipsi, vt eam sciat. Quoniam ex hoc sequitur, vt nõ præsciat homo ipsam per ea, quę sciuntur per demonstrationem, & credat ipsam. sequitur ergo ex necessitate, vt sciantur principia, aut omnia, aut quædam magis, quam conclusiones.

16 Posteaq̃ posuit, q̃ causæ, quæ sunt causæ aliquibus rebus, vt sint, magis debent esse, q̃ res illæ, & hoc est, quod procedit in hoc sermone per modum propositionis maioris: adduxit propositionem minorem, quę est, q̃ propositiones sunt causæ conclusionum, vt sint, & credantur: & ait: Quoniam vero scientia nostra de conclusionibus, & veritas & fides ipsarũ est ex parte propositionũ: igit veritas & fides de ꝓpõnibus erit maior: quoniam fides nostra de conclusionibus est ex parte ipsarum. sensus est, quoniam vero posuimus, q̃ causæ, quæ sunt causæ, vt aliqd sit, magis debent esse, q̃ illud: & notum est apud nos, q̃ scientiæ nostrę de conclusionibus & fidei ipsarũ causa est fides de propositionibus: sequitur ex his duabus propositionibus, q̃ fides de propositionibus est maior. Deinde posuit conclusionem † de re, ac si esset ratio per se cõsistens, & dixit: Fieri autem non potest, vt aliquis credat quod non scit, magis q̃ illud, quod scit: neq; sit in scientia sua excellentior, q̃ res quam scit: & si contingat ipsi, vt eam sciat. sensus est, & hæc videtur esse ratio, quare propositiones sunt magis veræ apud nos, q̃ conclusiones, quoniã manifestum est per se, q̃ fieri nullo modo potest, vt aliquis credat rem, quã non scit primo, magis q̃ illã, quã primo scit: & si acciderit ipsi post hoc, vt eam sciat. hoc est non erit illius rei scientia sua melior, q̃ rei, quam primo sciuit: & hoc, cũ ipsi acciderit, vt illã sciat postea. Et hoc est quasi propositio alia. & hoc, quoniam fieri non potest, vt scientia de re ignota nobis per naturam in aliquo tempore, sit melior q̃ scientia de re nota nobis per naturam, neq; etiam ipsi æqualis. sed scientia de re cognita nobis per naturam magis ac magis bona est proculdubio, q̃ scientia de re ignota per naturam: cùm nobis acciderit, vt ipsam sciamus, cum; coniunxerimus huic propositioni, q̃ propositiones sunt notæ per naturam, & primo: conclusiones vero ignotæ per naturam, & posterius scitæ: concluditur nobis, q̃ propositiones sunt magis veræ apud nos, q̃ conclusiones. & hęc est rõcinatio per modum manifestationis: et res est aut nota per se, aut propinqua notę per se. Et dixit: qũ ex hoc sequitur, vt non præsciat homo ipsam per ea, quæ sciuntur per demonstrationem, & credat ipsam. sensus est, q̃ ignorantia cogit, vt ignotum in actu fm naturam non præsciat homo per ea, quæ sciuntur per demonstrationem, & verificet ipsum ex parte eorum: cum; sequatur ignorãtia, quouscq; sciuerit per alia: igitur illud est notius, quod non scitur per alia.

Habiturum autem scientiam, quæ est per demonstrationem, non solum oportet principia magis cognoscere, & magis ipsis credere, q̃ ei quod monstratur: sed neq; aliud ipsi credibilius esse, neq; notius his quæ sunt opposita principijs, ex quibus erit syllogismus, qui est contrariæ deceptionis: siquidem oportet scientem simpliciter à credulitate impermutabilem esse.

* Ab. 1e. occasione 1ac 1e. rõne, & sic sæpius legitur.

† al. l. hãc, ac

Dixit Aristoteles. Non sufficit autem illi, qui vult assequi scientiam per demonstrationem, vt efficat, q̃ principia sunt notiora apud ipsum, q̃ ea, quæ verificat per ipsa, & scit per ea: sed q̃ etiam non credat rem aliquam ex oppositis: & hæc sunt, ex quibus construitur syllogismus sophisticus. causa autem in hoc est, quoniam qui studet scire rem per demonstrationem simpliciter, debet non commiscere cum fide sua variationem.

Quoniã propositiones esse notiores conclusione est res comprehendens syllogismum dialecticum, & demonstrationem, & oratorium, hoc est, vt fides ipsarum sit maior, q̃ fides conclusionum: ideo vult declarare, quæ sit fides scientiæ appropriata propositionibus veris, & dixit: Non sufficit autẽ illi, qui vult assequi scientiam per demonstrationem, vsq; ad id, quod dixit, ex oppositis: sensus est, oportet autẽ eum, qui vult assequi scientiam veram, & vt credatur, vt non sit contentus propositionibus, propter quas assecutus est scientiam de conclusionibus, quæ sunt magis notæ in fide tantum: sed oportet etiam cum hoc, vt hæc fides de ipsis, hoc est scientia, quæ est in ipsis, ita se habeat, vt de ipsa credamus, q̃ non potest variari fm id, quod est de ipsa, neq; in aliquo tempore. & hoc est, quod voluit, cũ inquit: sed q̃ etiam non credat rem aliquam ex oppositis. Et hæc est condtio tradita de fide, quæ separat veritatem & fidem à reliquis: hoc est, vt per illam credẽs credat oppositum illius esse penitus impossibile. nam si illius possibilitatem crederet, dialecticus esset, aut oratorius. Et dixit: & hæc sunt, ex quibus construitur syllogismus sophisticus, intelligit oppositum rerum verarum: & hoc est falsum. & hoc, quoniam cùm sit verum, & habeat oppositum, quod est falsum possibile; planum, q̃ non credet ipsum fide vera. Igitur fides erit de falso, & erit de vero. cum; fuerit de falso, erit sophistica: cùm autem de vero, & cum hoc non crediderit oppositum suũ, erit vera. Quòd si fuerit oppositum apud ipsum possibile, & possibile fuerit vt in paucis, erit dialectica: si vero æqualis cum suo opposito, erit oratoria, hæc autem species fidei aliquando accidit vero ex parte credentis per se, aliquando accidit rei per se ex parte cõmixtionis falsi cum ipsa. si enim fuerit falsitas ipsius pauca, erit veritas maior, et numerabitur inter orationes dialecticas: sin aũt falsitas fuerit æqualis veritati, erit fides oratoria, sed hoc non accidit naturæ falsi secundum q̃ falsum. quoniam si res ita se haberet, omnis propositio dialectica esset falsa in minori parte, & omnis oratoria esset falsa in parte æquali. Et prõterea qui diuiserunt propositiones demonstrativas, et dialecticas, & oratorias ex parte specierũ veri & falsi, diuiserunt per accides. & hoc, quoniam ipsi dixerunt, q̃ propositiones verę sunt de vero, & reliquæ propositiones sunt de falso. quoniam si esset falsum in ipsis paucum, essent dialectice: sin autem esset æquale, essent oratorię: sin vero essent falsæ in totũ, aut vt plurimum, essent sophisticę. & hic sermo verus est de propositionibus veris, sed hæc res accidit ipsis: quoniam fides vera est res in animo, quæ accidit credẽti, per sermonem. & consimiliter opinio in propositionibus sophisticis videtur vt sit propter accidens ipsis, non autem ex parte falsi per se: quoniam falsum non admittit fidem, ex parte qua falsum, sed quod dixerunt de propositionibus dialecticis, & oratorijs, est cõueniens: igitur sermo falsus, & fides de hoc est res per accidens. Cũ vero dixit: causa autem in hoc, vsque ad id, quod dicit, non commiscere

† al. l. fm ve ritatem

commiscere cũ fide sua variationẽ: sensus est, causa aũt, ob quam fides vera habet hanc conditionem, hoc est, vt non credatur aliquid ex oppositis in aliquo tempore, & non transferatur fides ipsius in hæc re, est, qm̃ est per se notum, q̃ oportet vt sit proprium credentis per fidem veram, vt non transferatur à fide sua in aliquo tempore. & hoc est, quod voluit, dum inquit: non commiscere cum fide sua variationem. Et cum hoc, q̃ est per se notum, q̃ hæc definitio inest ipsi fidei: planum est etiam per se, q̃ ex propris fidei verę est, vt non conueniat ipsi variatio, quoniam si posset variari, & credens esset memor, et sani intellectus: planum, q̃ non haberet fidem, cum; fides fuerit in anima fm hanc dispositionem, erit vtique in primis principijs notis per se. intentio enim sua in hoc libro est connumerare signa & conditiones, in quibus, cũ ponũtur in propositionibus primis, fuerit scientia. quoniam fides in ipsis est per hunc modum, vt ex fide, q̃ sint per se, & cum alijs conditionibus, de quibus mentio fit in hoc libro. † & propterea, quæ non oportet connumerare in hoc libro, ea sunt, quæ magis sciuntur in propositionibus, q̃ q̃ sint cum istis conditionibus, oportet autẽ, vt hæc sit radix posita, † quã credamus in expõne verborum suorum.

† 1ac 1e. & iõ in hoc libro non debent dinumerari, nisi illę ꝓpõnes, quę sunt apud nos notiores: quę q dem sunt ex his, quas de scripsimus. † al. l. his q dicturi sum⁹ in oportet

Opinionum confutatio, & eorum qui omnino demonstrationem tollunt, & eorum qui omnium demonstrationem esse ponunt. Cap. III.

NOnnullis quidem igitur, eo q̃ oportet prima scire, non videtur scientia esse: quibusdam vero esse quidẽ, verum omnium demonstrationes esse. quorum neutrum, neque verum; neq; necessarium. Qui quidem enim supponunt non esse omnino scire, hi in infinitum existimant reduci, tanq̃ non scientes posteriora per priora, quorum non sunt prima: recte dicentes: impossibile nanque infinita pertransire.

Dixit Arist. Nonnulli vero existimauerũt, q̃ non est demonstratio: propterea q̃ opinati sunt oportere demonstrationem afferri super omni propositione, quæ accipitur in demonstratione. Alij vero stabilierũt naturam demonstrationis: præterq̃ q̃ existimauerunt, q̃ demonstratio est de omni re. Sed neutra istarum opinionum est vera: neq; etiam consimiliter sunt contrariæ. Priores igitur, quoniam crediderunt non esse viam, vt sciatur aliquid, nisi per demonstrationem, quod q̃ infinitum non est possibile, iudicauerunt demonstrationem non esse: & dixerunt, q̃ causa huius est, quoniam fieri non potest, vt sciantur posteriora per priora, non intellecta & non scita per demonstrationem. & iudicium hoc est verum rectum: processus enim in infinitum est impossibilis.

19 Dixit: Nonnulli vero existimauerunt, q̃ non est demonstratio omnino. & asseruerunt hoc, propterea q̃ opinati sunt oportere omnem propositionem existentem in demonstratione monstrari per demonstrationem, & hoc procedere in infinitum: quod est falsum.

Alij vero ab istis dixerunt q̃ demonstratio est, quod q̃ oportet omnem propositionem monstrari per demonstrationem. isti igitur concesserunt, q̃ oportet omnem propositionem monstrari per demonstrationem, † & non viderunt falsum, quod ex hoc sequitur. Cùm vero dixit: Sed neutra istarum opinionum est vera: neq; etiã consimiliter sunt cõtrarię: sensus est, & neutra istarum opinionum est vera, quoniam non sunt contrariæ: quæ ita se habent, vt cùm verificetur vnum ipsorum, falsificetur alterum. & hoc, quoniam dicere demonstrationem esse de omni re, est falsum: & dicere demonstrationem non esse omnino, est falsum. hoc autem ita est, quoniam contraria falsificãtur in materia possibili, fm q̃ monstratum est in libro de Interpretatione. verum autem est, q̃ de aliquibus est demonstratio: de quibusdam vero non est demonstratio. Cũ uero dixit: Priores igitur, quoniam crediderunt, vsq; ad id, quod dixit, demonstrationem non esse: sensus est, q̃ causa, ob quam sequentes sectã, quæ cõtradicebat demonstrationi, crediderunt hoc, est, quoniam ipsi crediderunt fieri non posse, vt addiscatur & sciatur aliquid, nisi per demonstrationem: & crediderunt etiam, q̃ infinitum pertransiri non potest: ideo iudicauerunt, q̃ demonstratio non est. Hoc autem ita est, si ponamus, q̃ res monstratur per duas propositiones, & quælibet illarũ propositionũ per duas alias propositiones; & res procedat fm rectũ in infinitum: non inuenietur syllogismus perfectus super hoc, cuius conclusionem intendimus. cum; nõ sit syllogismus perfectus super hoc, non erit etiam via ad demonstrationem super hoc in æternum. & hoc est, quod voluit, cũ dixit: & iudicium hoc est verum rectũ, & hoc, quoniam omne, quod non habet finem, est impossibile. Et dixit: & dixerunt, q̃ causa huius est, quoniam fieri non potest, vt sciantur posteriora per priora, non monstrata per demonstrationem. sensus est, & error eorum fuit, cùm dixerunt, q̃ causa prohibens esse demonstrationem omnino, est, quia demonstratio in se habet, vt posterius in ipsa, quod est conclusio, cognoscatur per priora, hoc est propositiones: cum; fieri nõ possit, vt cognoscantur posteriora per priora, hoc est per propositiones non ostensas per demonstrationem: igitur non est via, vt cognoscatur aliquid per demonstrationem. Cùm vero dixit: & iudicium hoc est verum rectum: intelligit de vna propositione. & hoc, quoniã ponuntur binę propositiones: quarum altera est, quòd processus in infinitum est impossibilis: secunda aũt est falsa, & est, q̃ oẽ, quod scit, scitur ꝑ demonstrationem.

† al. l. nullõ q̃ falsum hãc 1e qui opinant.

Si vero stant, ac sunt principia, hęc eẽ ignota: cùm demonstratio de ipsis non sit, quod dicunt esse scire solum. si vero non est prima scire, neq; quæ ex his eẽ scire simpliciter, neq; proprie, sed ex suppositione, si illa sunt.

Dixit Arist. Deinde, cùm habuerint, q̃ fieri non potest, vt aliquid sciaẽ, nisi per demonstrationem, dixerũt, q̃ principia non sunt nota. cum; q̃ principia demonstrationis non sint nota, quomodo via erit ad aliquid sciendum? cum; q̃ hoc ita sit, planum, q̃ fieri non potest, vt aliquid sciatur per demonstrationem, nisi fuerit per modum radicis positę. et hoc, si fuerit propositio nota.

19 Hæc est velut argumentatio alia proposita ab ijs, qui aduersabantur naturæ demonstrationis. & hoc, quoniam cũ posuerint, q̃ non scitur aliquid, nisi per demonstrationẽ: & posuerint etiam, q̃ principia demõstrationis

non sciuntur per demonstrationem, quod est verum: sequitur ex his duabus propositionibus, q̃ principia demonstrationis nõ sunt nota, cumq; posuerint etiam; q̃ illud, quod scitur per demonstrationem, non scitur, nisi propter cognitionem principiorum: concluditur ipsis, q̃ non est via, vt sciatur aliquid per demonstrationem, nisi ponantur principia demonstrationis ſm modum, quo ponuntur radices, quæ non sciuntur per veritatem ipsarum, sed conceduntur concessione. & hoc est, quod voluit, cũ dixit: nisi fuerit per modum radicis positæ: hoc est, nisi fuerit demonstratio per consensum & positionem, non per naturam. Cùm uero dixit: si fuerit propositio nota: sensus est, & similitudines istarum demonstrationum reponẽtur vtiq; sub genere demonstrationum, cùm fuerit propositio, quam posuerũt, aut in alia arte, aut in ea arte talis, vt non indigeat verificatione, & intellectione consimiliter, & procedat res in ipsis in infinitum: quemadmodum accidit demonstrationibus, quæ non habent propositionem positam.

Alij autem ipsum quidem scire confitentur, per demonstrationem enim esse solum, sed omnium esse demõstrationem nihil prohibere. contingere enim circulo fieri demonstrationem, & ex ijs quæ ad se inuicem.

Dixit Aristo. Alij vero concedunt q̃ demonstratio sit: & hoc, quoniam ipsi dicunt, q̃ scientia est per demonstrationem tantũ: præterq̃ q̃ ipsi argumẽtauerunt, q̃ non est ipose, vt demonstratio sit de omni re. & hoc, quoniam ipsi arbitrãtur demonstrationem circularem esse ab aliquibus ad aliqua.

20 * al.le.ſecũ

Dixit: Atqui ὅpinio secunda est, quòd ipsi confitentur demonstrationem esse ita, vt concedant, q̃ omnis res scitur per demonstrationem: quòdq; fieri non potest, vt scientia in propositionibus recte procedat in infinitum: sed voluere propositiones demonstrari per conclusiones secundum modum circuli.

Nos vero dicimus, neq; omnem scientiam demonstratiuam esse, sed eam, quę immediatorum est, indemõstrabilem. Quodq; hoc sit necessarium, manifestũ. si enim necesse quidem scire priora, & ex quibus demonstratio, stant autem aliquando immediata, hæc indemonstrabilia necesse est esse. Hæc igitur ita dicimus, & non solum scientiam, sed & principium scientiæ esse quoddam dicimus, quo terminos cognoscimus.

Dixit Aristo. Nos autem dicimus, quòd non omne, quod scitur, scitur per demonstrationem, sed sunt aliqua, quæ sciuntur sine medio. Quodq; hoc ita sit, apparet manifeste. quoniam si oportet vt sciamus, quòd propositiones demonstrationis, & media stant, sequitur etiam, vt sciamus per res, quæ non habent medium, sine demõstratione. Et sermo iste dicitur de hoc, & ſm modũ hunc. & consimiliter etiam, quòd non solum est scientia per demonstrationem, sed inuenitur etiam principium scientiæ, per cuius viam noti fiunt termini.

Dixit: Atqui nos vtiq; nõ credimus q̃ omne, quod scitur, sciatur per demonstrationem, quæ est opinio; propter quam errauerunt ambæ sectæ: sed dicimus q̃ sunt nonnulla, quæ sciuntur per se sine medio, hoc est sine demõstratione. Quodq; hoc ita sit, planum. quoniam si ponamus, q̃ scientia per demonstrationem acquiritur ex parte scientiæ per propositiones, ſm q̃ apparet per se: & ponamus etiam, q̃ oportet, vt sit scientia nostra per propositiones, & non procedat res in infinitum, ita vt pro cognitione propositionum sint necessariæ aliæ propositiones: sequitur, vt tandem perueniat cognitio ad propositiones notas per se sine medio simpliciter, & non medio demonstratiuo. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit. Quodq; hoc ita sit, apparet manifeste. quoniam si oportet, vt sciamus, q̃ propositiones demonstrationis, & media stant. sensus est, & fides, q̃ hic sint res notæ per se, apparet, quoniam notũ est per se, q̃ oportet, vt scientia nostra & doctrina nostra in propositionibus demonstratiuis & mediis sit, & non est opus, vt sciamus per propositiones alias, vsq; quo procedat hoc in infinitum. hoc autẽ dixit per modum significandi ijs, qui contendunt, & q̃ notum est per se, q̃ hic sunt prima nota per se. & hoc est vnũ ex ijs, quæ posuit artifex istius artis pro positione, absq; eo q̃ hoc declararet. Cùm vero deinde dixit: et consimiliter etiã, q̃ non solum est scientia per demonstrationem tãtum, sed inuenitur etiam principium scientiæ, per cuius viam noti fiunt termini: sensus est, q̃ non solum prouenit nobis scientia per principia, quæ est demõstratio: sed prouenit etiam scientia ex parte principij alterius, quod est intellectus, per quem cognoscuntur principia prima. & per terminos intelligit terminum medium in syllogismo, cuius propositiones sunt per se notæ.

Circuloq; quòd impossibile demonstrare simpliciter, planum: siquidem ex prioribus oportet demõstrationem esse, & notioribus: impossibile enim est eadem eisdem simul priora, & posteriora esse,

Dixit Aristo. Atqui quòd fieri non potest, vt dispositio rerũ procedat in circulum simpliciter, manifestum est ex eo, de quo mentionem fecimus à principio. quoniam demonstratio est ex rebus, quæ sunt priores & notiores apud naturam. fieri autem non potest, vt eadem respectu eorundem sint posteriora, & priora simul.

Quoniam secta secunda fuit, q̃ demonstratio est de omni re, quodq; est circularis, incipit declarare quomodo destruatur, q̃ demõstratio procedat in circulum. & dixit monstrari q̃ hoc sit impossibile, primo ex parte, qua est demonstratio, non autem ex parte, qua est syllogismus. & hoc, quoniam demonstratio, ſm q̃ prædiximus, est ex propositionibus prioribus ſm existentiam, & notioribus apud nos & apud naturam, q̃ sint conclusiones. q̃ si rediret demonstratio circularis, essent vtiq; conclusiones notiores propositionibus, et priores apud naturã. sed iam posuimus, q̃ propositiones sunt notiores apud nos, & priores apud naturam: & ita erit res vna prior re alia ſm naturam, & posterior eadem simul ſm modum vnum: & ità erit notior, & ignotior: quod totum est falsum. Et hoc est, quod voluit, cùm dixit: fieri autem non potest, vt eadem respectu eorũdem sint posteriora, et priora simul. hoc est, q̃ vnumquodq; ipsorum in relatione ad aliud præponatur & postponatur simul ſm modum vnum ex modis prioris.

Nisi

Nisi altero modo, vt alia quidem ad nos, alia vero simpliciter, quo modo inductio facit notum. Si vero sic, non esset vtiq; simpliciter scire bene definitum, sed duplex: aut non simpliciter altera demonstratio, quę fit ex nobis notioribus.

Dixit Arist. Nõ potest autem hoc esse, nisi duobus modis: quorũ vnus est, vt aliqua ipsorum sint propria apud nos, & posteriora apud naturam: alter vero, vt aliqua ipsorum sint posteriora apud nos, & priora apud naturam: præterquam quòd demonstratio prima erit ostẽsio propter inductionem. Quòd si est demonstratio secundum hos duos modos, non erit definitio nostra ad demonstrationem processa ſm rectum, sed erit duplex: quarum vna erit per ea, quę sunt priora & notiora apud nos, non aũt per ea, quę sunt priora & notiora apud naturam, & per causam.

23 * al.l.cremẽ ti

Posteaq; declarauit falsum esse, q̃ demõstratio procedat in circulum: quoniam sequitur ex hoc, q̃ aliqua per se respectu aliquorum sint priora & posteriora simul per modum vnum: sed fieri potest, vt circulus sit in demonstratione, cùm vna demonstrationũ dat causam tantum, & notum sit, q̃ existat: altera vero dat existentiam per rem posteriorem: vt in exemplo, si aliquis monstret, q̃ luna est sphæricæ figurę, quoniam lumen suum grandescit paulatim, deinde faciat sphæricitatem causam istius magnificationis: ponit ex ipso sermonem vniuersalem istius dispositionis, & dicit: Non potest autem hoc esse nisi duobus modis. hoc est, nisi fuerit ostensio per demonstrationem duobus modis diuersis: hoc est, vt monstret vna ipsarum aliud q̃ monstret altera: & propositiones accipiantur ad declarationem conclusionis vno modo, & conclusiones accipiant ad monstrationem propositionum alio modo: quoniam vna ipsarum in monstratione sua dat speciem scientiæ aliam ab ea, quã dat alia. Cumq; posuit hoc, cœpit monstrare duos modos istos: quorum vnus est, vt aliqua ipsorum sint priora apud nos, & posteriora apud naturã: alter vero, vt aliqua ipsorum sint posteriora apud nos, & priora apud naturam. Puta in exemplo, si vna demonstrationum fuerit ex prioribus apud nos, & posterioribus apud naturã super prioribus apud naturam: & altera ex prioribus apud naturam super ipsis posterioribus: hoc est, vt det causam ipsorũ ex parte rerum priorum, cùm existentia priorum nota fuerit per existentiam posteriorum, si fuerint notiora apud nos. Et accepit pro exemplo scientię rerum priorum apud naturam ex posterioribus, inductionem. et hoc, quoniam inductio procedit à parte composita ad vniuersale simplex, & à parte priore apud nos in cognitione & posteriore apud naturam: & vniuersale in cõtrarium huius. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: præterq̃ q̃ demonstratio prima erit ostẽsio propter inductionem. sensus est, præterq̃ q̃ demonstratio prima est ex specie ostensionis, quæ est per inductionem, & non dat existentiam ret ex parte suæ causæ. & ex hac specie sunt demonstrationes signorũ, hoc est ex prioribus apud nos ad priora apud naturam. Postea vero q̃ mentionem fecit de possibilitate horum duorum modorũ, & sermo ipsius fuit in demonstratione, hoc est, quæ exhibet existentiã rei & causam suam simul: & hæ sunt demonstrationes, ibus accidit, vt notius apud nos et notius apud naturã coincidant: dixit: Quòd si est demõstratio ſm hos duos modos, non erit definitio nostra ad demonstrationem processa ſm rectum. sensus est, sed si concesserimus, q̃ circulus inuenitur in demonstrationibus ſm istum modum, non erit illud, quod accepimus in definitione demonstrationis, recte positum, hoc scilicet q̃ est syllogismus compositus ex propositionibus primis apud naturam: sed erit demonstratio duplex perfecta, hoc est ſm duas species: quarum vna est ex parte priorꝝ apud naturam, & species altera ex parte posteriorꝝ, & demonstratio causæ non daret cum causa existentiam. & hoc est diuersum ab eo, quod dictũ est in definitione demonstrationis. igitur non est possibilis circulus omnino in demõstratione simpliciter ex parte, qua est demonstratio simpliciter, quæ est illa, quæ dat existentiam & causam simul. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: sed erit duplex: hoc est natura demonstrationis simpliciter erit duplex, hoc est duæ species. quoniam vna ex speciebus demonstrationis erit composita ex rebus notioribus apud nos, quę sunt posteriora apud naturam. & hoc est diuersum ab eo, quod positum fuit in definitione demonstrationis. Et propter circulum hunc destruitur demonstratio simpliciter: qm̃ apud eos principijs demonstrationis opus est demonstratione ex ꝑpecie vnã. sed fieri non potest, vt construatur demonstratio simpliciter super aliquo per circulum. * fac.le.eadem.

Accidit autem dicentibus circulo demonstrationem esse, non solum quod nũc dictum est, sed nihil aliud dicere, q̃ quòd hoc est, si hoc est. sic autem omnia facile monstrare. Manifestum autem, q̃ hoc contingit tribus terminis positis. per multos nanq; aut paucos reflectere dicere, nihil differt: per paucos aũt, aut duos. Quando enim A existente, ex necessitate sit B: hoc autem, ipsum C: A existente, erit C. si itaq; A existente, necesse est B esse: hoc aũt existente, ipsum A: hoc enim erat circulo:

Dixit Arist. Sequitur autem dicentes demõstrationem fieri circulo simul cum absurdo priori, absurdum aliud, et est, vt idem monstretur per seipsum. sed per hanc viam leuis esset monstratio reliquarum rerum. Apparet autem hoc sequi, cùm posuerimus tres terminos. & hoc, quoniam non est differentia, siue dicatur, quòd resolutio per cõuersionem sit per multa, siue dicatur, quòd sit per pauca. & non est differẽtia, siue dicatur, quòd est per pauca, siue dicatur, quòd est per duo. Et hoc, quoniam cùm est A, est B ex necessitate: & cũ est hoc, est C: igitur cùm est A, est C. quoniam cũ erat A, erat B ex necessitate: & cũ hoc erat, erat A. hæc enim est demonstratio circularis.

24

Posteaq; declarauit, q̃ circulus non est possibilis in demonstratione simpliciter, quatenus est demonstratio simpliciter: & circulus potest cadere inter demonstrationem causæ & demonstrationem existẽtiæ, & in demonstratione simpliciter non potest cadere circulus neq; per se, neq; cum alia specie demonstrationis: cœpit declarare, q̃ circulus non est consimiliter etiam syllogismus perfectus, ne dum, vt sit demonstratiuus. hoc autem monstratum fuit in libro de Syllogismo, sed hoc repetit etiam hic. Cũ vero dicit: sed per hanc viam

leuis

† Abs.le.fren d.r, ꝙ reciprocatio nõ sit perfecta, neque ratiocinatio fm vnam explicationem cuiusus rei: quoniam la.le. hoc ē, si circul⁹ ēt res perfecta, tũc si ēt difficile omnes res declarare:qm

leuis esset monstratio reliquarum rerum: † sensus est, si circulus esset perfectus,non esset durum de vno aliquo monstrare rem ex re:quoniam omnia essent nota per se.& sic explicatio esset superflua.Cùm vero dixit: Apparet autem hoc sequi:hoc est,ꝙ expositio circularis est impossibilis,cùm posuerimus tres terminos. & hoc est minimum,ex quo cõponitur syllogismus, qui est syllogismus simplex.Et posteaq̃ enuntiauit, ꝙ destructio, quæ est in monstratione circulari, sufficit ad ostendendum impossibilitatem ipsius, quæ mõstratur in syllogismo simplici, dixit: & hoc, quoniam non est dria,siue dicatur,ꝙ resolutio p cõuersionẽ fit p multa, siue dicaſ,ꝙ fit p pauca.hoc est, ꝙ hoc ita apparet i syllogismo simplici,quemadmodum apparet in syllogismo composito.quoniam non est differentia in hac inuestigatiõe,siue ponamus syllogismum, qui fit per viã resolutionis,ꝙ fit per propositiones multas, & plures q̃ tres:si quisquiam ita dixerit:aut vtiq; erit per propositiones duas,aut plures duabus. & hoc est, quod voluit, cũ dixit:& non est differentia, siue dicatur, ꝙ est per pauca,siue dicatur,ꝙ est per duo.Atqui dixit hoc, licet sit opinio ipsius,ꝙ syllogismus simplex sit ex duabus propositionibus tantum: quontã hoc non est opus ipsi in hoc loco,hoc est,ꝙ positio sua non est necessaria ad destruendam monstrationẽ circularem. & propter hoc oportet intelligere,ꝙ ipse voluit hanc rem esse manifestã,& fortasse posuisset aliquis,ꝙ syllogismus simplex esset per propositionem vnã tantum:sed† ex duabus ad minimum propositionibus est destructio circuli manifestior.Postea vero q̃ dixit,ꝙ sufficit ad manifestandam mõstrationem suam, vt sint in hoc tres termini, minor,& medius, & maior, dixit:Et hoc, quoniam cũ est A,est B ex necessitate:& cùm est hoc, est C: igitur cùm est A,est C. Atqui manifestum est illud hoc in loco,quoniam cùm acceperit loco termini minoris A, & loco termini mediq̃ B,& loco maioris extremitatis C,& posuerit,cũ est A,erit B,siue ꝙ omne A est B: quoniam nõ differt, si est A, est B,siue dicat,ꝙ omne A est B.Cùm vero dixit:cùm est A,est B:nõ intelligit propositionem conditionalem,ac si esset sermo suus compositus ex binis syllogismis conditionalibus:sed intellexit propositionem categoricam cõpositam ex binis terminis, puta,ꝙ omne A B.Et similiter cùm dixit: & cũ est hoc, est C:intellexit,ꝙ omne B est C:hoc est, si dicamus, ꝙ omne A,est B:& omne B est C:igitur sequitur ex hoc, ꝙ omne A est C.& hoc est,quod significauit, cùm dixit: cùm est A,est C.Et posteaq̃ posuit,ꝙ sequitur ex eo ꝙ A est, B esse: & ex eo ꝙ B est, C esse: & vt sit oẽ A C, dixit: qm cũ erat A,erat B ex necessitate:& cũ hoc erat, erat A.hęc enim est demonstratio circularis.Et sermo iste exponi potest,ac si acciperetur A loco propositiõis syllogismi, & acciperetur B loco conclusionis.tunc enim idẽ esset, ac si diceret:et demonstratio circularis est,si ponamus, cũ sunt propositiones,ꝙ est conclusio: & cùm est conclusio,ꝙ est propositio.& hoc est verum, quoniã iam declaratum fuit in libro Syllogismi, ꝙ in demonstratione circulari monstrari potest vtraq; propositionum per conclusionem & per conuersionem alterius propositionis:quod fieri nõ potest per conclusionem tãtum, sed monstratur conuersum. Contingit etiam, vt accipiamus loco A terminum minorem, & loco B terminũ medium,& loco C terminum maiorẽ: & extrahamus propositiones per modum cõditionalis,ac si monstraretur ex hoc impossibilitas syllogismi cõditionalis per se.& hoc est,ac si diceret: & monstratio circuli est, vt ostendamus,ꝙ si est A, est B: & si est B,est C:& sequatur ex hoc,ꝙ si est, A est C. deinde dicamus,si est C,est B:et si est B,est A: igitur manifestum est C eẽ per id, ꝙ A est: & A esse per id,ꝙ C est.Et omnino circulus,qui accidit syllogismo prædicatiuo,idem accidit cõditionali. Sed differunt inter se:quoniam,ꝙ cadat in syllogismo conditionali,quod q; manifestetur destructio ipsius,manifestum est per se:in prædicatiuo autem idiget expositione.† Aristo. vero, posteaq̃ locutus est de hac re,& dubitauit super ipsa,non commoratus est in ea exponẽda aliter,q̃ expositi in alijs locis.Et propterea fuit hæc secunda expositio possibilis,& vtræq; exponunt veritatem,& id indicant verba ipsius.Et in magna parte sermonum suorum vtitur Arist.hoc modo expositionis, vt vtriuis ipsorum intellectum fuerit,sufficienter intelligatur veritas rei:cũ possint intelligi vtræq; intẽtiones simul.Et posteaq̃ enuntiauit secũdum quam dispositionem accidat mõstratio circularis, cœpit enuntiare sufficientiam,quæ sequitur istam expositionem.

† Iac. fra la. Cũ ꝙ Arist. est locut⁹ de aliqua re q̃ tũ ē satis, nõ vult fere laborẽ i exponẽdo eãdem res,quam ī alio loco declarauit.

Ponatur A in quo C.dicere igitur, B existente, A esse,est ipsum C esse dicere, hoc aũt, quoniam A existente,ipsum C est: C autem ipsi A idem. Quare contingit dicere circulo asserenti res esse demonstrationem, nihil alterum, q̃ ꝙ A existente,A est. sic autem facile est omnia monstrare.

Dixit Aristo. Igitur ponere, quòd de A est C,& sermo suus,quòd cũ est B,est A, est sermo idem,ꝙ ç est.& hoc est,quod dicit, cùm est A est C:& C, & A ambo sunt res vna & eadem. Igitur sequitur ex altero duorũ sermonum, ꝙ si est demonstratio circularis, nisi aliud sequitur,nisi ꝙ,cùm est A, est A. sed per hoc ratiocinium facile esset monstrare omnia.

Dixit:Cũ igitur complicatio demonstrationis circularis sit,ꝙ cũ est A,est B:& cũ est B,est A: sequitur ex his duabus propositionibus, cùm ordinauerimus ordine trium terminorum propositiones,hoc est si dicamus,si est A,est B:& si est B, est A:& accipiamus loco A C:cũ posuerimus A esse, vt ipsum sit per complicationem syllogismi huncin modum:si est A,est B:& si est B, est C: igitur componitur ex hoc,ꝙ si A est,A est.

Verum neq; hoc possibile, præterq̃ in ijs, quæcunq; se inuicem consequuntur: quemadmodum propria. Vno quidem igitur posito,quòd nunq̃ necesse est aliquid eẽ alterum, monstratum est.dico autem vno, quòd neq; termino vno, neq; positione vna posita: ex duabus autem positionibus primis & minimis contingit,siquidem & syllogizare. Si igitur & A sequatur ex ipso B, & C: & hæc ex se inuicem,& ex ipso A:sic quidem contingit ex se inuicem monstrare omnia petita in prima figura:quemadmodum monstratum fuit in ijs quæ de syllogismo. monstratum autem est & quòd in alijs figuris,aut non fit syllogismus,aut non de acceptis.

Dixit Aristo. Amplius hoc fieri non potest,nisi in ijs,quæ sequũtur se inuicem, quẽadmodũ propria,& definitiones. Iam autem declaratũ est, ꝙ si ponamus vnum aliquod, non sequitur vnq̃ ex necessitate, vt aliud sit, & volo per sermonem meum, quòd neq; si

ponatur

† al.l quanto pauciores sumentur ppõnes, ell

Scõo Priorũ cap. 5.

ponatur terminus vnus,neq; consist ēt, si ponatur positio vna,sequitur per viam syllogismi aliud aliquid : sed ad minimum, vt sit ex duabus positiõibus primis. Quoniam cũ velimus ratiocinari, ꝙ A sequitur ex B,& C,erũt ambo ista consequentia se inuicem,& consequentia per connexionem. igitur per hunc modum fieri potest, vt monstretur aliquid ex aliquo de omnibus,quę ordinantur in prima figura per syllogismum. iam vero monstratum est consimiliter etiam, ꝙ in alijs duabus figuris,aut non erit syllogismus,aut non erit de omnibus acceptis.

Cùm hi censeant, ꝙ demonstratio circularis sit de omni re,vult declarare deinceps,ꝙ hoc non est verum: licet fateamur,ꝙ monstratio circularis sit vtilis. Et ait: Amplius hoc fieri non potest, nisi in ijs, quæ sequuntur se inuicem,quẽadmodum propria; & definitiones. sensus est,licet fateremur illis, ꝙ demonstratio circularis habeat aliquam vtilitatem: non tamen verum dicunt, ꝙ accidat omni rei,ꝙ ostendatur per demõstrationem circularem. & hoc, quoniam demonstratio circularis non potest euenire,nisi in propositionibus conuertibilibus,& propositionibus,quarum prædicata sunt propria,aut definitiones.Deinde adduxit causam,propter quam opus est in ostensione circulari conuersione alterius propositionis syllogismi:nam non fit syllogismus ex propositione vna,sed ex duabus ad minus:& dixit: Iam aũt declaratum est, ꝙ si ponamus unum aliquod, non sequetur vnquam ex necessitate, vt aliud sit. hoc est,ꝙ non sequitur ex propositione vna,quæ scitur per naturam, vt sciatur conclusio ignota per naturam, neq; semper, neq; in aliquo tempore. Cũ vero dixit: & volo per sermonem meũ,ꝙ neq;,si ponatur terminus vnus, neq; consimiliter etiam,si ponatur positio vna. sensus est,ꝙ non sequitur cõclusio ignota ex positione vnius noti per naturã, siue fuerit terminus vnus, hoc est pars propositionis,siue fuerit propositio.atqui posuit, ꝙ sequatur per viam syllogismi:quoniam sequitur aliquando propositio ex propositione vna,sed non accidit, vt sit vna ipsarum nota & altera ignota, quouscp consequentia ignoti ex noto sit per modum,quo sequitur aliquid per viam syllogismi.Et dixit:sed ad minimum,vt sit ex duabus positionibus primis:hoc est, ex duabus propositionibus.& hoc fuit declaratum in libro Syllogismi,& iam nos etiam exposuimus ipsum in eo libro. Et posteaq̃ posuit,ꝙ omnis syllogismus est ex duabus propositionibus, sequitur quòd si fiat circulus in syllogismo,non est modus ad monstrãdam propositionem syllogismi per conclusionem,nisi accipiatur conclusio eadem,& altera propositio conuersa ad monstrandam secundam: deinde accipiatur conclusio similiter, & secunda cõuersa ad ostendendam propositionem priorem. & hoc non verificatur, nisi in propositionibus conuertibilibus.Dixit postea: cũ velimus ratiocinari, ꝙ A sequitur ex B,& C, erunt hæc ambo ista consequentia se inuicem,& consequentia per cõnexionem. igitur per hunc modum fieri potest, vt monstretur aliquid ex aliquo. sensus est,ꝙ syllogismus circularis erit possibilis, cũ terminus maior, qui est A, exempli gratia, sequatur ex medio, qui est B:& medius sequatur ex minore, qui est C: & fuerint tres isti termini conuertibiles, hoc est, vt sequatur ex A B,& ex B A. Cùm vero dixit:de omnibus,quæ ordinãtur in prima figura: sensus est, ꝙ ad faciendum circulum oportet cum hoc, ꝙ monstrantur ambæ propositiones, vt monstretur etiam ipsas conuerti.& hoc est, quod voluit, cũ dixit:de omnibus, quę ordinantur in prima figura,hoc est cõuertibilia. Atqui dixit in prima figura:quoniam fieri non potest, vt monstretur circulus in propositiõibus syllogismi simul: est omne,quod ordinatur ad monstrationem, sit syllogismus:nisi fuerit syllogismus in prima figura.& hoc consimiliter etiam,cũ fuerit affirmatiuus. Et propterea dixit:iam vero monstratum est consimiliter etiam, ꝙ in alijs duabus figuris,aut non erit syllogismus, aut non erit de omnibus acceptis. sensus est, sed monstratur etiam ex dispositione duarum figurarum vltimarum, hoc est secundæ,& tertiæ,ꝙ aut in ipsis non est syllogismus circularis,aut si est,fieri nõ potest,vt monstretur ambæ propositiones acceptæ. quoniam conclusio in secunda figura,cũ sit negatiua, non concludit aliqd, si ipsi coapretur propositio negatiua. cũ vero minor in secunda figura sit negatiua,& ipsi applicetur propositio affirmatiua, erit quidem complicatio concludens, sed aliud à quæsito:quoniam minor erit negatiua in prima figura. iam enim declaratum est,ꝙ hæc concludit, sed aliud à quæsito. & hoc est, quod voluit, cũ dixit: aut non erit de omnibus acceptis:hoc est, aut non erit syllogismus de aliquo,hoc est de quæsito posito.

* al.l. opportunum.

Quæ vero non contraprædicantur, nullo modo est monstrare circulo.quare quoniam pauca talia in demonstrationibus, manifestũ ꝙ vanũq;,& impossibile est dicere ex ijs quę ad se inuicẽ demonstrationẽ esse,& propter hoc omnium contingere esse demonstrationem.

Dixit Aristo. Atqui quæ non conuersim prædicantur,non possunt monstrari per circulum.et hoc,quoniam exempla istarum demonstrationum sunt pauca: declaratum autẽ est,ꝙ sermo de demõstratione est† ex parte ad partem. dicere igitur, ꝙ per hunc modum est demonstratio super omnire, est sermo inconueniens,& impossibilis.

† al. l. ex ijs quę ad se inuicem.

Dixit:Cũ igitur sunt res,quæ non conuertunt, non possunt monstrari per circulum. igitur si fateamur, ꝙ demonstrationes sunt per circulum,non constabũt demonstrationes secundum hoc,nisi in paucis. & mõstratum est etiam,& apparet ex hoc,si fateamur quòd circulus est demonstratio,quòd erit † ex parte ad partem: & hoc in parte rerum , non in omnibus:& quòd sermo dicens, ꝙ demonstratio circularis est de omni, est inconueniens, & impossibilis.

† al.l. ex ijs quę ad se inuicem.

Demonstrationis propositiones veras esse, veritate necessaria. Quid sit id, quod dicimus, De omni, quid Per se, quid Vniuersale. Cap. IIII.

QVoniam autẽ impossibile aliter se habere,cuius est scientia simpliciter,necessarium vtique fuerit scibile,quod est secundum demonstratiuam sciẽtiam: demonstratiua autem est,quam habemus,eo ꝙ habemus demonstrationem: ex necessarijs igitur syllogismus est demonstratio. Accipiendum igitur ex quibus,& qualium demonstrationes sunt.

Dixit Arist.Planum autem, ꝙ quæsitum, quod scitur scientia vera,non põt permutari.

& necessarium

et necessarium etiam, ut sit hoc scitum per demõstrationem: quoniam demõstratio, quam constituimus super re ſm veritatem, est necessaria, quia est per causam inalterabilem, & inuariabilem, quod cùm ita sit, erunt propositiones necessariæ, & inuariabiles, atq; inalterabiles. Oportet igitur, vt speculemur de proprietatibus, & conditionibus, propter quas propositiones demõstrationis sunt necessariæ: deinde sequetur speculatio de quæsitis demonstratiuis.

29 Posteaq; declaratũ iam fuit ex definitione demonstrationis, q; oportet, vt propositiones sint causa cõclusionis, & veræ, & notiores apud naturam q̃ conclusio, & immediatæ, & necessariæ: incepit ad maiorem perfectionem tractatũ de proprietatibus propositionum veraꝝ. & posuit principium inquisitionis ex hoc, quod mõstrat, q; oportet ipsas esse necessarias. hic enim ipse tradit dispositiones, quæ sunt conditiones procedentes à reliquis conditionibus per modum fundamenti. Et dixit: Planum autem, q; quæsitum, quod scitur scientia vera, non potest permutari, sensus est, cùm sit manifestum per se, quòd quæsitum, quod scitur scientia perfecta, nõ potest permutari in aliquo tempore, sed est necessarium, & hoc, quoniã si non esset necessarium, non copularet scientiæ ex eo q; ita est, q; non potest permutari, quæ sunt conditiones, per quas separatur verum à non vero. Et cũ posuit, q; oportet quæsitum esse necessarium, dixit: & necessarium etiam, vt sit hoc scitũ per demonstrationem. sensus est, & manifestum est consimiliter etiam, q; hæc scientia non attingit quæsitum, hoc est scitia necessaria, scilicet vt credamus p ipsam, q; nõ põt permutari ab eo quod est neq; in aliquo tẽpore propter demonstrationem. & oportet, vt demonstratio sit cum hac conditione, hoc est necessaria. & sit vtiq; hũc in modum, quoniã propositiones sunt absq; dubio necessariæ. Deinde adduxit causam, propter quam quod scitur de quæsito, est necessarium propter demonstrationem: quoniam quæsitum, quod scit per demonstrationem, † est necessarium: & dixit: quoniam demonstratio, quam constituimus super re ſm veritatem, est necessaria, quia est per causam inalterabilem, & inuariabilem. sensus est, atqui scitia de quæsito est necessaria propter demõstrationem: quoniam demonstratio erit super re p̃r causam suam. causa autem rei est ipsi necessaria, hoc est, q; res non potest esse neq; in aliquo tempore sine causa sua. cumq; demonstratio sit per causam, scientia, quę acquiritur per ipsam neq; erit alterabilis, neq; variabilis, sed necessaria. Et posteaq; reperit, q; oportet propositiones demonstrationis esse necessarias, cœpit inquirere proprietates cõditionum, propter quas sunt necessariæ, quoniã ex istis proprietatibus & dispositionibus cognosci potest necessarium à non necessario: † quoniam est notius apud nos q̃ necessarium, et est proprium ipsi. Et dixit: Oportet igitur, vt speculemur de proprietatibus, et conditionibus, ꝓpter quas propositiones demõstrationis sunt necessariæ: deinde sequetur speculatio de quæsitis demonstratiuis.

† al. l. iõnẽc, vt pficiat sermonem de ꝓprietatib⁹ ꝓpõnum veraꝝ, initium sumpsit huiꝰ inuestigationis ex hoc,

† al le. eius scitia est necessaria:

† Iac. le. fuit sanctum,

† Ab. le. quia sũt notiores apud nos ip so nẽcio, & illius ꝓprietas. Iac leg. quia tunc erit notius ꝓp ipm necessarius, etiq; et⁹ ꝓprium.

Primum autem determinemus, quid dicimus de omni, & quid per se, & quid vniuersale. De omni quidem igitur hoc dico, quod sit vtiq;, non in aliquo quidẽ, in aliquo autem non: neq; aliquando quidem, aliquando autem non. vt si de omni homine animal, si verum hũc dicere hominem, verum & animal: & si nunc alterum, & alterum. & si in omni linea punctum consimiliter. Signum autem, et enim instantias ita ferimus, tanquã de omni interrogati, aut si in aliquo non, aut si aliquando non.

Dixit Arist. Et primo oportet, vt incipiamus, & exponamus quid sit, quod dicimus de omni, & per se, & qd dispositio eius, quod dicimus vniuersale. Dispositio igit eius, quod dicimus de omni, est, cùm nõ sit prædicatum inexistens alicui subiecto, & alicui non inexistens: & cùm non sit prædicatum inexistens alicui subiecto in aliquo tempore, & in alio non. quemadmodum cùm enuntiamus animal de omni homine. tunc enim de quocũq; indiuiduo enuntiamus vere, q; est homo, de eodem vere enuntiamus, q; est animal: & si alterum nunc est verum, & alterum erit verũ. & consimiliter punctus in omni linea. Et causa, propter quam oportet has ambas condiciones aggregari in dicto de omni, est, quoniã contradictio, qua contradicimus enuntiationi de omni, est, cùm videtur prædicatum vni subiectoꝝ non inesse, aut videtur, q; hoc p̃dicatũ vni subiectoꝝ nõ insit in aliquo tẽpore.

Quoniam intentio sua est declarare proprietates, quæ appropriantur propositionibus necessarijs, quæ sunt trestquarum vna est, vt prædicatum in ipsis sit de omni: secunda, vt sit per se: tertia, vt prædicatio in ipsis sit vniuersalis: primum meminit, q; oportet exponere, quid significant nomina, deinde monstrare, q; oportet ipsas esse in propositionibus demonstratiuis. Et dixit Et primo oportet, vt incipiamus, & exponamus quid sit, quod dicimus de omni, & per se, & quid dispositio eius, quod dicimus vniuersale. sensus est, & posteaq; proprietates, quæ appropriantur propositionibus necessarijs, sunt, vt prædicatum in ipsis sit de omni, & per se, & cum õnere, quòd appropriatur in hoc libro, scilicet onere vniuersalis: igitur iam oportet, vt incipiamus exponere, quid significant hæc nomina: deinde ostendemus post hoc, q; oportet propositiones demonstratiuas esse cũ istis tribus conditionibus. Cũ vero dixit: Dispositio igitur eius, quod dicimus de omni, est, cùm non sit prædicatum inexistens alicui subiecto, & alicui non inexistens: & cũ non sit prædicatum inexistens alicui subiecto in aliquo tempore, & in alio non: sensus est, & volumus per onus de omni, vt sit prædicatum inexistens omni subiecto, non autem parti ipsius: & in omni tempore, † non in instanti alio ab instanti, neq; in toto ipso, neq; in parte ipsius. Et declarauit, q; oportet onus necessarij esse cum his duabus conditionibus, cũ dixit: quemadmodum, cũ enuntiamus animal de omni homine. tunc enim de quocunq; indiuiduo enũnamus vere, q; est homo, de eodem vere enuntiamus, q; est animal. sensus est, & exemplum enuntiationis vniuersalis est, vt enuntiemus de omni homine, q; est animal: quoniam dispositio vniuersalis est hæc, q; de quocunq; indiuiduo vere enuntiamus, q; est homo, de eodem vere enuntiamus, q; est animal absq; dubio, & hoc in omni tempore. Et dixit: & si alterum nunc est verum, & alterum erit verum. sensus est, q; cũ ipse enuntiauerit de re, q; est hõ, et posuerit hoc verum: igit enuntiatio de ipso, q; est animal, erit vera sine dubio. Et dixit: & consimiliter punctus, o. sensus est, & consimiliter enuntiatio, q; in omni linea extrema sunt duo puncta. Et posteaq; intulit, q; ambæ istæ conditiones sunt conditiones prædicari de omni, adduxit rationem super hoc, & dixit q; causa, propter quam oportet has duas conditiones aggregari in dicto de omni, est, quoniam instatur enuntiationi, quæ est de omni, cùm apparet prædicatum non inesse alicui subiectorum: aut videtur quòd hoc prædicatum uni subiectorum non inest in aliquo tempore, aut omnibus subiectis. sensus est, & ratio, propter quam res consistit in hoc, vt oporteat aggregari ambas istas conditiones in dicto de omni, est, quoniã instatur subiecto sit omni per defectum vnius harum duarum conditionum. & hoc, si contigerit, q; hoc prædicatum vni subiectorum non insit: aut monstretur, q; hoc prædicatum vni subiectorum non inest in aliquo tempore, aut omnibus subiectis.

* al. l. p̃dicatione, quæ & sic semp l alijs legit. p verbo, on⁹, verbõ, prædicatio.

* a. l. differẽtia.

† A b. le. non aliq; tpe, excepto alio, Iac. le nõ in aliquo tẽpore sic, & alio non,

Per se autẽ, quecunq; & insunt in eo quod quid est: vt triangulo linea, & lineę punctum. substantia nanque ipsorũ ex his est, & in oratiõe dicente quid est, insunt.

* λόγῳ alij le. rõne, & sic etiam inferius.

Dixit Aristo. Dicitur autem per se de omnibus prædicatis, quæ accipiuntur in definitionibus subiectorum: quemadmodum linea in definitione trianguli, & punctus accipitur in linea, quoniam est essentialis in definitione lineæ: quoniam ambo hæc sunt essentialia lineæ, & triangulo. & in summa reliqua omnia, quæ accipiuntur in definitione omnis definiti. & hoc, quoniam essentia ipsorum est ex his rebus.

Cùm quod est per se, dicatur ſm tres modos, incœpit a primo ipsorum, & dixit: Dicitur autem per se de omnibus prædicatis, quę accipiuntur in definitionibus subiectorum: quemadmodum linea in definitione trianguli, & punctus accipitur in linea, quoniam est essentialis in definitione lineæ. sensus est, cũ vero dicimus, q; prædicatum est per se, est, vt prædicatum sit in definitione subiecti, aut ſm q; est definitio pfecta, aut pars definitionis, quemadmodum accepio lineæ in definitione trianguli, nam trianguli definitio est, qui comprehenditur à tribus lineis: igitur linea in definitione trianguli procedit per modum partis segregantis. & quemadmodum punctus, qui accipitur in definitione lineæ. & hoc, quoniam linea definitur, q; est, cuius extrema sunt punctus, aut puncta: igitur punctus respectu lineę se habet per modum partis segregantis, quoniam differentia ipsius perficitur ex numero & puncto: hoc est, quia sunt duo puncta. Cũ vero dixit: quoniam est essentialis in definitione lineæ: sensus est, q; punctus accipitur vtiq; in definitione lineæ, vt sit ipsi essentialis: & cõ similiter linea accipitur in definitione trianguli, quoniã est ipsi essẽtialis. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: quoniam ambo hæc sunt essentialia lineę, & triangulo: hoc est puncta lineæ, & linea triangulo. & hoc prædicatũ, aut est definitio pfecta, aut pars definitionis: & hoc aut differentia, aut genus, aut pars differẽtiæ, aut generis.

Et quibuscunque inexistentium ipsis, ipsa sunt in oratione, quid est declarante: quemadmodum rectum inest lineę & circulare, & impar & par numero, & primum et cõpositum, & æquilaterũ & altera parte longius. & omnibus his insunt in oratione quid est dicente,

ipso, q; est animal, erit vera sine dubio. Et dixit: & consimiliter punctus, o. sensus est, & consimiliter enuntiatio, q; in omni linea extrema sunt duo puncta. Et posteaq; intulit, q; ambæ istæ conditiones sunt conditiones prædicari de omni, adduxit rationem super hoc, & dixit q; causa, propter quam oportet has duas conditiones aggregari in dicto de omni, est, quoniam instatur enuntiationi, quæ est de omni, cùm apparet prædicatum non inesse alicui subiectorum: aut videtur quòd hoc prædicatum uni subiectorum non inest in aliquo tempore, aut omnibus subiectis. sensus est, & ratio, propter quam res consistit in hoc, vt oporteat aggregari ambas istas conditiones in dicto de omni, est, quoniã instatur subiecto sit omni per defectum vnius harum duarum conditionum. & hoc, si contigerit, q; hoc prædicatum vni subiectorum non insit: aut monstretur, q; hoc prædicatum vni subiectorum non inest in aliquo tempore, aut omnibus subiectis.

Cũ prædicata essentialia dicantur duobus modis: quorum vnus est, cũ prædicata accipiuntur in definitione subiectorum, & hæc prædicata sunt in prædicamento substantiæ, & in vnaquaq; reliquorum prædicamentorum: incœpit inventionem facere de secunda specie prædicationis per se, quæ est conuersa illius: hoc est, vt subiecta ponantur in definitionibus prædicatorum. Et prædicata in hac specie non sunt nisi accidẽtia. & propter hoc appropriantur ista accidentibus, essentialibus, atqui subiecta erunt in prædicamento substantiæ, & erunt etiam in reliquis prædicamẽtis. & hę sunt duæ species, aut vt accipiantur in definitionibus ipsorum ipsamet subiecta, aut genus ipsorum, aut genus generis illius, quod tamen non transcendat hoc genus, de quo speculamur, hoc est genus artium, cui hoc est accidens per se. subiectum autem procedit per modum differentiæ. Et iam existimari potest, q; non est ex conditionibus generis accepti in definitione p̃dicati, vt nõ transcendat genus artis, hoc est, vt non sit genus generis ipsius, Et istud est, quod determinauit Abunazar. quoniam ipse dixit in libro suo, q; accidentium essentialium, alia sunt prima, & ea sunt, in quę diuidit genus ipsius artis: & alia sunt non prima, et ea sunt, in quę diuidit genus gñis ipsius artis. Sed hic est error manifestus. quoniam cũ accidentia essentialia, aut aliqua ipsorum sunt ex ijs, in quorum definitionibus accipitur genus generis ipsius artis: igitur fieri potest, vt aliquid ex ipsis sit, in cuius definitione accipiatur genus generis ipsius generis, vsque ad genus: suprem um. & hoc, quoniam non est differencia inter genus generis ipsius artis, aut genus generis illius, quod transcendit hoc sursum: quoniam omnia ea egrediuntur genus artis. quia si posuerimus essentialia, aut aliqua ipsorum cum hac dispositione, fiet commistio artium, & erunt essentialia communia pluribus artibus q̃ vni. sed cũ res communicant in accidentibus suis essentialibus, communicant etiam in essentijs suis: & ita erũt entia distincta naturæ vtusq; quod est in extremo erroris, et falsitatis. Sed est dubiũ in hoc genere de propositione vniuersali, de qua existimatur, q; sit communis pluribus artibus q̃ vni, quemadmodum se habet propositio dicẽs, q; æqualia vni ſm dispositionem suam sunt æqualia: & consimiliter, quæ dicit, q; proportionata, si cõparãtur, sunt proportionata. de his enim existimatur, q; comprehendant genera plura: quoniam verificantur de quãtitate continua, & discreta. Sed declarabimus quomodo se habeat dispositio † his † iuxta id, quod dubitauit Aristoteles propter istas propositiones, an propositiones ꝓ se sint proportionatę alicui generi. Cũ vero dixit quorum subiecta accipiuntur in definitionibus ipsorum: opus est,

An in p̃dicati, seu passionis definitione liceat trãscendere genus artis.

* a. l. permutantur.

† Iac le. vbi Arist. ꝓponẽs ꝓpõnes debere

vt intelligantur ſubiecta per ſe, aut genera ſubiectorũ, aut genera ipſorum generum, quæ accipiuntur in definitione ipſius accidentis & oppoſiti ſui, quod non tranſcendat genus ipſius artis. Cũ autem dixit: quemadmodũm rectum & curuum, quæ ſunt lineæ: ſenſus eſt, exemplum accidentium eſſentialium generi eſt, vt rectum & curuum, quæ ſunt lineæ. & hoc, quoniam omnis linea aut eſt curua, aut recta, aut circularis. & conſimiliter par & impar in numero. & hoc, quoniam omnis numerus nõ effugit, quin ſit aut par, aut impar. & ſimiliter numerus de primo & compoſito. & hoc, quoniam omnis numerus non effugit, quin ſit aut primus, aut compoſitus. & intelligit per primum, q̃ non cõſtituitur per ſectionem numeri per numerũ: p̃ compoſitum vero, qui conſtituitur per diuiſionem numeri per numerum. & conſimiliter æquilaterum & inæquilaterum ſunt accidentia per ſe habẽtibus latera. & hoc, quoniam omne habens latera, aut eſt æquilaterum, aut inæquilaterum. Cũ vero dixit: et in his omnibus ſubiecta accipiuntur in definitionibus ipſorum: intelligit ſubiecta, quorum genus diuiditur per hæc accidentia oppoſita diuiſione prima. & hoc eſt genus ſubiectorum, de quibus prædicantur hæc accidentia prædicatione vniuerſali, non autẽ prõcedit de accidentibus, in quorum definitionibus ſubiecta per ſe accipiuntur: & hæc ſunt ipſa propria, quemadmodum riſibile in homine, & hinnibile in equo: ad mõſtrationem ipſorum.

† Ab. le. duos ẽs numeri i numerum.

* a.l. attolit exemplum.

† lac. le. quia hæc ſunt no tiſſima.

Quęcunq; autem neutro modo inſunt, accidentia: vt muſicum, aut album animali.

Dixit Ariſt. Prædicata vero, quæ non ſunt ſecũdum vnam iſtarum duarum ſpecierum, ſunt prędicata accidentalia: veluti muſicum, & album de animali.

Poſteaq; enũtiauit, q̃ prædicata per ſe ſunt duarum ſpecierum, aut prædicatũ de eſſentia ſubiecti, aut prædicatum, de cuius eſſentia eſt ſubiectum: manifeſtum, ſi confiteamur veritatem iſtius diuiſionis, q̃ illa, quæ tranſcendunt hæc, ſunt accidentia. quoniam planũ eſt in hac arte, q̃ prædicata ſunt duarum ſpecierum, eſſentialia, & accidentalia. Sed iam exiſtimatur hic, q̃ datur tertia ſpecies prædicatorum eſſentialium: & hæc ſunt, quorum vtrunq; accipitur in definitione † ſui comparis, & hæc ſunt relatiua. Et conſimiliter exiſtimatur q̃ hic ſunt aliqua eſſentialia neceſſaria rei, quæ non accipiũtur in definitione ipſius: quemadmodum magna pars cauſarum efficiẽtium: quoniam omnes cauſæ non accipiuntur in ipſis definitionibus. Cur ergo nõ poſuit ipſa Ariſto. ſpeciẽ tertiam eius, quod eſt per ſe, cũ poſt hoc dicat, duas eſſe ſpecies eorum quæ ſunt per ſe, quibus vtimur in demonſtrationibus? Sed huius dubĩ reſponſio transferẽda eſt ad eum locum, ubi de hoc mentionem facit. Hic autem reſpõdetur alteri dubio, quod eſt, quomodo ſe habet ſpecies tertia prædicatorũ eſſentialium, quæ ſunt, quando vtrunq; ipſorum accipitur in definitione ſui comparis. Dicamus igitur, q̃ intentio ſua hoc in loco eſt tradere res, quarum vſus vtilis eſt rebus vt plurimum exiſtentibus: quæ ſunt res, quarum inueniuntur definitiones ſecundum veritatem. quoniam definitiones inueniuntur in cõpoſitis, quæ habẽt exiſtentiam perfectam: ſed in rebus ſimplicibus & deficientis exiſtentiæ, hoc eſt, quarum exiſtentia propinqua eſt, vt ſit in intellectu, quemadmodum ſe habent relatiua, non inueniuntur definitiones ſm veritatem. quoniam ſi hoc ita foret, eſſet in ipſis monſtratio circularis. et propterea non eſt vnum relatiuorum cauſa ſui compari ſm modum, quo ſunt reciproca. ſed hoc iam declarauit Ariſt. in libro Prædicamẽtorum. Et reſpondebit hoc in loco ipſe de rebus, quarum definitiones ſunt imperfectæ. & hoc iam declarauerunt expoſitores reliquis locis ab iſto: & declarauit etiam ipſum Ariſto. hoc eſt, q̃ viæ, quæ traduntur hic, ſunt rerum, quæ ſunt vt plurimum: & hæ ſunt viæ eſſentiales in hac arte; ſed ea, quæ appropriantur vnicuiq; generi entium, videtur non eſſe artificialia, artificiale enim eſt via vniuerſalis comprehendens plus q̃ vnum genus. Sed his declaratis, redeamus ad id, quod dixit hic. Ea vero, quæ nõ ſunt ſm vnam iſtarum duarum ſpecierũ, ſunt prædicata accidentalia, hoc eſt prędicata, quæ non ſunt ſm vnam iſtarum duarum ſpecierum, ſunt vt plurimum prædicata accidentalia. Cũ vero dixit de prędicatis accidentalibus, q̃ ſunt, veluti muſicum, & album de animali: ſenſus eſt, quemadmodum muſicum, & album ſunt animalia. & hoc, quoniam animal nõ diuiditur, ſecundum q̃ eſt animal, in album & non album: atqui diuiſio in hoc eſt, ſecundum quòd eſt coloratum. et cõſimiliter non diuiditur animal in muſicum, ſm q̃ animal: ſed diuiditur per ipſum homo, quoniam eſt ipſi eſſentiale.

Amplius, quod nõ de ſubiecto dicitur alio aliquo: vt ambulans alterum quid exiſtens, ambulans, eſt & albũ. ſubſtantia vero, & quęcunq; hoc aliquid ſignificant, non alterum quid exiſtentia ſunt, quod ſunt. quæ quidem igitur nõ de ſubiecto, per ſe dico: quæ autem de ſubiecto, accidentia.

Dixit Ariſto. Et dicitur per ſe de omni individuo ſubſtantiæ primæ. vt qui ambulat, quoniam intentio ambulationis eſt alia ab intentione rei, quæ ſubijcitur ambulationi. & quemadmodum album, & omnia ea, quorũ exempla intendimus per deſignationem, & quæ non inſunt alicui, neq; dicuntur de aliquo ſubiecto, illa ſunt per ſe: ea vero, quæ inſunt alicui, illa ſunt accidentia.

Poſteaq; intentio ſua fuerat enarrare duos modos eius, quod dicitur per ſe, & iam mẽtionem fecit ex hoc de duabus ſpeciebus, quæ appropriantur propoſitionibus demonſtratiuis: mẽtionem facit ex hoc conſimiliter etiam de ſpecie tertia, non q̃ ſit res vtilis ad propoſitiones demonſtratiuas, ſed eo modo, quo oportet docentem diſtinguere nomẽ æquiuocum in † omnes ſuas intentiones, & dirigere ad intentionem, quam intendit. Cùm vero dixit: Et dicitur per ſe de omni individuo ſubſtantiæ: ſenſus eſt, q̃ de omni individuo ſubſtantiæ dicitur quòd eſt per ſe, ſecundum diſpoſitionem, qua non eſt inuentum cum alio, † quod enim admittit, q̃ ſit cum alio, eſt accidens. Cũ vero dixit: vt quæ ambulat, quoniã intẽtio ambulationis eſt alia ab intentione rei, quæ ſubijcitur ambulationi, & quemadmodũ album: ſenſus eſt, q̃ hoc individuum, quemadmodum individuum ambulans, eſt aliud ab individuo ambulationis, quæ ineſt ambulanti. quoniam intentio ambulationis diſtinguitur à re, quę ſubijcitur ambulationi: quoniam ambulans non ineſt alij, ſed ambulatio ineſt alij, hoc eſt ambulanti. Et dixit: quemadmodum album. intelligit ſubiectum albi, quoniam ſubiectum ipſius eſt individuum ſubſtantiæ. Et cùm dixit: q̃ quædam eorum, de quibus dicitur q̃ ſunt per ſe, & diſtinxit per exempla differentias inter ipſa, et individua accidentium: cœpit definire individuum ſubſtantiæ, & dixit: & omnia ea, quorum exempla intendimus per deſignationem, & quæ

Difficultas, an relatiua dicãt p̃dicata ẽntialia, ſiſt & cauſæ efficientes.

† a.l. alteri⁹.

33

† Al. le. ex Ab. & Ia. & hunc ſigniato repugnat q̃ alteri inſit, q̃d ẽ ipſum accidens.

Cùm finales nõ cõnumerari ſi demonſtrationibus ſimpliciter.

quæ non inſunt alicui, neq; dicũtur de aliquo ſubiecto, illa ſunt per ſe. ſenſus eſt, & hæc ſunt individua, quorum exempla intendimus per deſignationem, ex parte qua non inſunt alicui: quemadmodum individua accidentalia: & non prædicantur de ſubiecto per ſe, hoc eſt per viam naturalem. Et hoc eſt, quod dicitur in deſcriptione individui ſubſtantiæ, quod eſt illud, q̃ quod non cognoſcitur res de eſſentia ipſius, neq; res, quę ſit extra eſſentiã ipſius: hoc eſt, quod non prædicatur de aliquo, neq; prædicatione notificante ſubſtantiam ipſius, neq; prædicatione non notificante ſubſtantiam ipſius.

Amplius autem alio modo, quod quidem propter ipſum ineſt vnicuiq;, per ſe: quod vero non propter ipſum, accidens. quemadmodum ſi ambulante fulgurauit, accidens: non enim propter ambulare fulgurauit, ſed contingit, dicimus, hoc. ſi autem propter ipſum, per ſe. vt ſi quid iugulatum interijt, & ſecundum iugulationem, quoniam propter iugulari, ſed non accidit iugulatum interire.

Dixit Ariſto. Et dicitur per ſe de reliquis cauſatis, quæ ſequuntur ex cauſis ſuis de neceſſitate: quoniam de cauſatis, quæ non ſequuntur ex cauſis ſuis de neceſſitate, non dicitur, q̃ ſunt per ſe, ſed per accidens. quemadmodum ſe habet fulguratio reſpectu deambulationis ambulantis: quoniam deambulatio ipſius non eſt cauſa, vt fulgur efficiatur, ſed accidit et contigit poſt deambulationem, vt efficiat fulgur. atqui cauſata, quæ ſequunt ex cauſis ſuis de neceſſitate, dicuntur per ſe. quemadmodum mors, quæ ſequitur ex iugulatione ex neceſſitate, quoniam hæc cauſa dicitur illi per ſe, quia ſequetur ex cauſa, quę eſt iugulatio, ex neceſſitate, & non accidit mors, eo quòd accidat ex iugulatione.

34

† al.l. ſigſiatũ, & ſic ſæpius legiſ.

† al. l. (cum exiſtimari poſſet hãc ſi eſſe intentionẽ quartam, ſed unã ex prędictis intentionib⁹) quoniam

Ex hoc apparet, q̃ hęc eſt intẽtio quarta ex ijs, quæ dicuntur per ſe. † & iam exiſtimatur, q̃ eſt intẽtio quarta reſpectu intentionum præcedentium: quoniam eſt oppoſita eius, quod eſt per accidens. omne enim illud, quod habet proportionem cum aliquo, & prædicatur de eo quacunq; prædicatione, aut eſt per ſe, aut per accidẽs. cùm igitur conſyderabiſ hæc intẽtio, apparebit, q̃ eſt intentio quarta. & hoc, quoniam prædicata, quæ accipiuntur in definitionibus ſubiectorum, ſunt cauſæ eorum, quæ inſunt rei, non autem cauſæ eorum, quæ exeunt à re. cauſa autem efficiens non eſt ex cauſis, quę inſunt rei. et propterea ſi effectum habuerit proportionem cum eo, non accipietur in definitione effecti, niſi per accidens: & propterea poſuit ipſam ſpeciem quartam. Nunquid vero connumeretur hæc ſpecies prædicationis in demonſtrationibus ſimpliciter, obtinet in ipſis locum inquiſitionis. & hoc, quoniam durum eſt monſtrare aliquid eſſe propter ſuum efficiẽs. quoniam ſi ponatur efficiens eſſe, non ſequitur ex ipſo, q̃ res ſit propter cauſam ſuam efficientem. igitur hæc prædicatio, ſi ponetur inter ſpecies prædicationis demonſtratiuæ, connumerabitur vtiq; in ipſis ſignis, aut in demonſtrationibus cauſarum, non autem in demonſtrationibus ſimpliciter, quæ ſunt definitiones in potentia. & propterea non connumerauit ipſam Ariſtoteles inter prædicata per ſe, eius autem ſermo de differẽtia, quam ſcripſimus, intelligitur per ſe.

Quæ igitur dicuntur in ſimpliciter ſcibilibus per ſe ſic, vt inſint prædicatis, aut illa inſint ſubiectis, & per ipſa ſunt, & ex neceſſitate. non enim contingit non ineſſe, aut ſimpliciter, aut oppoſita. vt lineę rectum aut curuũ, & numero impar aut par. eſt enim contrarĩ, aut priuatio, aut contradictio in eodem genere, vt par, quod nõ impar in numeris, inquantum ſequitur. quare ſi neceſſe aſſerere, aut negare, neceſſe & p̃ ſe ineſſe. Quod igit̃ de omni, & per ſe, determinatũ ſit hunc in modum.

Dixit Ariſto. Species autẽ eorum quę ſunt per ſe, facientes ad demonſtrationẽ, ſunt duę, & cùm prædicata accipiuntur in definitionibus ſubiectorũ, & cùm in definitionibus prędicatorum accipiuntur ſubiecta. & hæc conſimiliter etiam ſunt per ſe, & neceſſaria ex parte, qua inſunt ſubiectis ſuis ex neceſſitate, & vnumquodq; oppoſitorum. quẽadmodum lineæ rectum aut curuum, & numero impar aut par. & hoc, quoniam duo hæc opponunt̃ ſm naturam, aut oppoſitio priuationis & habitus, aut oppoſitio affirmationis et negationis. quoniam numerus, cùm priuatur diſpoſitione imparis, eſt par: & cùm non eſt affirmatio, erit negatio ex neceſſitate. hæc igitur ſunt per ſe ex neceſſitate. Iam vero declarauimus intentionẽ eius, quod dicimus de oi, & per ſe.

Cùm dixit: Species autem eorum, quę ſunt per ſe, facientes ad demonſtrationem, ſunt duæ: intelligit per demonſtrationem, demonſtrationem ſimpliciter, non autem omnem ſpeciem demonſtrationis. quoniã proportio, quę eſt inter cauſam efficientem, ponitur ſub ſigno: & ideo ponitur in demonſtrationibus cauſæ tantum. Et propterea qui exiſtimat, q̃ prædicata in omni demonſtratione accipiuntur ad modum iſtius prædicationis, quemadmodum videtur dicere Abunazar in libro ſuo, ipſe errat. Et hoc, quoniam cauſa, quæ eſt extra rem, non ponitur in definitione ipſius, niſi per accidens: hoc eſt, cũ accidit, q̃ cauſa efficiens inueniatur in re, & non ſeparetur ab illa, quemadmodum conſiſtentia terræ in eclipſi inter ſolem & lunam: quoniam ipſa eſt cauſa efficiens, quæ inuenitur ſimul cum eclipſi per ſe. Et conſimiliter finis non ingreditur definitionẽ, niſi forte ignota ſit differentia, & ponatur loco ipſius. Et in ſumma quicũq; ponit, q̃ vnaquæq; quatuor cauſarum inuenitur pro medio termino in demonſtrationibus ſimpliciter: & ponit etiam, q̃ omnes ſpecies ſubiecti demonſtratiui ſunt duæ, & cùm accipiuntur prædicata in definitionibus ſubiectorum, & cũ accipiuntur ſubiecta in definitionibus prædicatorum: ipſe cõtradicit antiquo ſuo, & hoc non arbitratur. & iam exiſtimatur Abunazar ita feciſſe. Et dixit: & hæc conſimiliter etiã ſunt per ſe, & neceſſaria: quoniam non omne per ſe eſt neceſſarium, non autem quia non omne neceſſarium ſit per ſe: quemadmodum exiſtimauit Abunazar: cũ opinio Ariſto. ſit contraria huic, hoc eſt, q̃ omne neceſſarium eſt per ſe, ſm q̃ declarabitur in ſequẽtibus. Et poſteaq; expoſuit q̃ per ſe in his ſunt neceſſaria, adduxit cauſam in hoc, & dixit, ex parte qua inſunt ſubiectis ſuis ex neceſſitate. ſenſus eſt, atqui ſunt hæc accidentia per ſe

Cauſæ extrinſecæ non ingrediunt definitionem, niſi per accidens.

necessaria per contrarium accidentium per se non necessariorum, hoc est, quęcunq; sunt vt plurimũ: quemadmodum canities in homine. quoniam ꝙ hęc accidentia insint subiectis suis est res necessaria, † & non separantur in hoc à subiectis suis. Et posteaq; dixit ꝙ hæc accidentia inesse subiectis suis est necessarium, adduxit causam in hoc, & dixit: & vnumquodq; oppositorum, quemadmodum linea rectum aut curuum, et quemadmodum numero impar aut par. sensus est, atqui ex necessitate insunt subiectis suis ex parte, qua vnumquodq; ipsorum cum opposito suo † comprehendit subiectum. & propterea non diuiditur in ipsa subiectum diuisione prima absq; vniuersalitate, quemadmodum vniuersalitas curui & recti in natura lineæ, & vniuersalitas paris & imparis in natura numeri. & hoc, quoniam omis linea est, aut recta, aut curua. et hoc est, quod in memoriam reuocauit de accidentibus per se, & nõ per se. & propterea si non considerabimus in hoc vniuersalitatem, non habebimus, ꝙ sint per se. & propter hoc, cùm inuenerimus accidentia in aliquo, & non comprehendentur in genere istius rei, de qua prædicantur hæc accidentia, aut non erunt appropriata eidem, non erũt essentialia huic, de quo prædicantur. Quod cùm ita sit, sermo eius, qui dixit de accidentibus per se, ꝙ ex ipsis aliqua sunt opposita in genere, cui insunt, aliqua vero non sunt opposita: si vult, ꝙ non est ex conditionibus suis, vt sint opposita, est error. si vero intelligit, ꝙ accidit generi vni, cùm ipsi insint plura opposita, vt separatum, quod est in vno oppositorum, non sit separatum, quod est in alio opposito, est quidem verum, sed est per accidens. quemadmodum par & cubicum, quæ insunt numero. par enim ineſt per se numero: quoniam numerus, ſm ꝙ numerus, diuiditur per ipsum & p suũ oppositum. et consimiliter numerus diuiditur in numerum cubicum & non cubicum. sed diuisio numeri in cubicum & parem est per accidens, & non sunt hæc uli per se ex hac parte, et non est modus, vt ponantur ſm hanc dispositionem. Et posteaq; non sequitur, vt ambo opposita ita se habeant, ꝙ vtrunq; ipsorum sit habitus, quemadmodum se habet res in cõtrarijs: sed vnum ipsorum est habitus & alterum priuatio, & vnum ipsorum affirmatio & alterum negatio, & hoc erat occultum in oppositione paris & imparis: ideo dixit Aristo. et quemadmodum par, quemadmodum impar. et hoc, quoniam oppositio horum duorum ſm naturam oppositionis, aut est oppositio priuationis & habitus, aut oppositio affirmationis & negationis. & hoc est, quod voluit, vt animaduertamus, quomodo se habet oppositio in his accidentibus, cũ sint opposita. Et cũ dixit: & cũ non sit affirmatio, erit negatio ex necessitate: sensus est, ꝙ numerus, si non est par, erit aut impar, aut non par. Cùm vero dixit hæc igitur sunt per se ex necessitate: sensus est, quòd ex eo quòd res est per se, sequitur vt sit ex necessitate.

† al.le. a qua subiecta sua non separantur.

† al.l. continet in subiecto.
* al. l. illa cõmoni contenentia, seu amplexu.

Vniuersale autem dico, quod vtique & de omni sit, & per se, & secundum quòd ipsum. Manifestum igitur quòd quæcunque vniuersalia, ex necessitate insunt rebus. Per se autem & secũdum ꝙ ipsum, idem. vt per se lineæ inest punctum, & rectum: etenim secundum ꝙ linea. & triangulo secundum quòd triangulum, duo recti: etenim per se triangulum duobus rectis æquale.

Dixit Aristo. Dicitur autem vniuersale, cùm prædicatum ineſt omni subiecto, & per se, & secundum ꝙ ipsum, primo. Cumq; fuerint hę dispositiones ipsius vniuersalis, ex necessitate inerit subiecto. Non est autem differentia, siue dicamus, ꝙ hoc prædicatum insit subiecto per se, siue ꝙ insit illi primo, & hoc, quoniam punctus ineſt lineæ per se, et rectũ: & vtraq; consimiliter etiam inueniuntur in essentia ipsius. & æqualitas angulorum trianguli duobus rectis ineſt per se triangulo, & accipitur in essentia ipsius.

Digressio de prædicato Primo in demonstrationibus.

Posteaq; exposuit, quid sit onus, quod vocãt de omni in hoc libro, & quod vocant per se: incipit mentionẽ facere de onere, quod vocant vniuersale: & est illud, in quo aggregantur tres conditiones, onus de omni, & onus per se, & onus primum. & hoc, quoniam omne primum est per se, & non omne per se est primum. Et inquit: Dicitur autem vniuersale, cũ prædicatum ineſt omni subiecto, & per se. sensus est, ꝙ nos volumus, cũ dicimus prædicatum vniuersale in hoc libro, ꝙ aggregentur in illo tres conditiones, quarum vna est, vt sit prædicatum de omni: hoc est, vt insit prædicatum omni subiecto in omnibus temporibus: & sit prædicatum per se: & insit subiecto primum. Iam vero contenderũt de prædicato primo in demõstratione, quid ipsum sit. Quod autem inuenitur in libro Abunazaris est, ꝙ prędicatũ primo existens in demonstratione, est, quod non prædicatur de genere subiecti. Et sunt qui dicunt, ꝙ prædicatum primo est, quod non prædicatur de subiecto ex parte, qua ineſt rei. Quod si ita est, igitur prędicatum primo est appropriatum subiecto, & prędicatum sine medio. sed Aristo. declarabit, ꝙ æqualitatem angulorum duobus rectis ineſſe triangulo est prędicatum primo: sed prædicatio æqualitatis angulorũ duobus rectis de triangulo, est prædicatio per medĩ, quod est, habere angulos extrinsecos trianguli æquales ĩtrinsecis. Amplius si ponamus ꝙ prædicatum primum est appropriatum, non erit hic prædicatum primum, nisi definitio, & differentia, & proprium: & sic ejceretur ex prædicatis demonstratiuis prædicatio generis, & prædicatio accidentis vniuersalioris q̃ subiectũ, & magis appropriati q̃ genus. & Aristote. voluit conditionem esse propositionum demõstratiuarum, vt sit prædicatum primum absq; dubio cum duabus conditionibus præcedentibus. Sed sermo Aristo. ꝙ primo est ſm ꝙ ipsum, significat manifeste, ꝙ nõ vult per: primo id, quod est magis vniuersale, q̃ subiectum: et si fuerit etiã magis appropriatum q̃ genus istius subiecti. et hoc posuit, quoniam quod ita se habet, nõ prędicatur de re in eo ꝙ ipsum primo ieſt sibi. Vt in exemplo, ambulatio est vniuersalior homine, & appropriatior quàm genus ipsius: & tamen non est verum, ꝙ homo, ſm ꝙ homo, ambulet quoniam ipse ambulat propter aliam naturã, ac si diceres ex parte, qua est habens pedes. igitur illa non ineſt primo homini. & tamen dixit, ꝙ conditio tertia est, vt prædicatum insit subiecto, in eo ꝙ ipsum est primo: hoc est in existẽtia prima. cumq; hoc ita sit, non erit prædicatum primum vniuersalius, q̃ subiectum: etsi est ita, ꝙ non prædicetur de genere ipsius, quemadmodum inuenitur Abunazar descripsisse in libro suo prædicatum primum. Sed cũ aliquid ineſt rei, & non insit ex parte naturę alterius, inerit iam per medium, et sine medio. & hoc, quoniam omnia accidentia, quę insunt alicui inexistentia prima, insunt illi per medium: et hæ sunt causę, ob quas ꝓposuerunt ipsis subiecta. quod cùm ita sit, non erit intentio primi, ꝙ insit sine medio. & fortasse causæ appropriatæ ei, quod est primo, aggregant in se ipsis, vt prædicentur de re inexistentia prima, & sine medio. Qui vero existimauit, ꝙ prędicatũ primum

primum est prędicatum appropriatum, quod non prędicatur per medium, vix potest assignare, ꝙ in quæsito sit prædicatum primum, ſm ꝙ sensisse videtur magna pars expositorum: & vix etiam potest assentiri exemplo Aristo. in hoc, ꝙ angulꝰ trianguli sunt æquales duobus rectis. Qui vero fecit, ꝙ primum non prædicatur de genere subiecti, quemadmodum fecit Abunazar, iam existimauit, ꝙ illud non sit primum, quod est primum. & hoc, quoniam iam exposuit primum Arist. ꝙ est prædicatum de re, ſm ꝙ hæc res est. Et propterea videtur ꝙ primum, cuius conditionem volumus esse in propositionibus & quęsitis, non insit subiecto ex parte naturæ alterius compositæ. & appropriatur primo, quod est in propositionibus demonstrationis simpliciter, vt non prædicetur per medium causæ ex causis subiecti. & si in signis sufficit conditio prima, non tamen sufficiet hæc in demonstrationibus simpliciter. & propterea voluit Arist. conditionem esse demonstrationis simpliciter, vt sint ꝙ causas propinquas appropriatas. Igitur iam monstratum est ex hoc, ꝙ primũ apud Aristo. est, quod prædicatur de aliquo, non ex parte alterius naturæ subiecti, hoc est naturæ cõpositæ æqualis, quæ sit natura distincta à subiecto: quẽadmodum ꝑdicatio coloris de corpore, ipse enim prædicat de eo per superficiem tanq̃ medium, quę est æqualis corpori: aut naturæ vniuersalioris, q̃ sit subiectum: quẽadmodum prædicatio angulorum æqualiũ duobus rectis de triangulo inæqualium laterum, de ipso enim prædicatur per triangulum tanq̃ medium, qui est vniuersalior, q̃ inæquilaterus. Cũ vero dixit: Cumq; fuerint hæ dispositiones ipsius vniuersalis, ex necessitate inerit subiecto. hoc est, cumq; prædicatum, quod diximus vniuersale in hoc libro, aggreget ĩ se, ꝙ dicatur de omni subiecto, & in omni tempore, & sit per se, & sit primum: igitur planum est, ꝙ ierit subiecto ex necessitate. Et cũ dixit: Non est autem differentia, siue dicamus, ꝙ hoc prædicatum insit subiecto per se, siue ꝙ insit ipsi primo: sensus est, & non est differẽtia inter hoc, quod dicimus primo, & hoc, quod dicimus per se. & hoc ſm vnam speciem prædicatorum per se, quæ est species, in qua accipitur prędicatum in definitione subiecti. Atqui dixit hoc: quoniam ĩ hac specie aggregatur, cũ hoc ꝙ est p se, quòd est etiã primo, ex parte, qua definitio et dr̃ia sunt ſm hanc viam: hoc est, ꝙ prædicatur de omni re † ſm ꝙ ipsum, & sine medio. Et hoc est ex eis, quæ significant, ꝙ non ponitur in hoc species generis, neq; definitio generis. & hoc, quoniam genus, & definitio ipsius non sunt ſm opinionem suam prædicata prædicatione prima, in contrarium eius, quod dixit Abunazar: hoc est, ꝙ genus apud ipsum est prædicatum primum. & hoc in contrarium dispositionis, quæ est in secunda specie prædicatorum essentialium: hoc est, ꝙ in accidentibus essentialibus intentio eius, quod est per se, nõ est intentio primi. Cùm vero dixit: et hoc, quoniam punctus ineſt lineæ per se, & rectum, & vtraq; consimiliter etiam inueniuntur in essentia ipsius: sensus est, & hoc, quoniam punctus ineſt lineæ per se, & vtraq; accipiuntur in definitione ipsius. & hæc est intentio eius quod est per se in illis. igitur primo, & per se in ipsis est intentio vna, & similiter rectum in linea recta. Cũ vero dixit: & æqualitas angulorum trianguli duobus rectis ineſt per se triangulo, & accipitur in essentia ipsius: sensus est, hoc est essentiale intentioni eius quod est primo, vt accipiatur in definitione ipsius. atqui dixit hoc, etsi æqualitas angulorum trianguli duobus rectis sit quoddam proprium ex propriis trianguli: quoniam propria multis in locis iam obtinent locum differentiarum, & stant loco ipsarum, cùm fuerint existimata de natura formę, & forma fuerit occulta.

† al. l. in eo ꝙ quid est

Vniuersale autem est tunc, quãdo in quolibet, & primo monstretur. vt duos rectos habere, neq; figuræ est vniuersale, quamuis est monstrare de figura, ꝙ duos rectos habet, sed non de qualibet figura, neq; vtitur qualibet figura monstrans. quadrangulum enim figura quidem est, nõ habet autem duobus rectis æquales. equicrus vero habet quidem quod cunq; duobus rectis æquales, sed non primo, sed triangulum prius. Quod igitur quoduis primum monstratur duos rectos habens, aut quodcũq; aliud, huic primo ineſt vniuersale, & demonstratio per se de hoc vniuersaliter est, de alijs vero quodammodo non per se: neque de æquicrure non est vniuersaliter, sed in plus.

Dixit Arist. Vniuersale igitur est prædicatum, quod dicit̃ de omni subiecto, & primo. & hoc, quoniam iam planum est, ꝙ figurę insunt duo recti, non tamen hoc ineſt cuicunq; figuræ, ita vt inueniatur via, qua monstretur, ꝙ figuræ insunt anguli æquales duobus rectis: præterq̃ ꝙ declarans, & faciens demonstrationem de hoc, non monstrat ipsum, & facit demonstrationem suam de quacunq; figura contigerit. quoniam quadrangulus est figura, & tamen eius anguli non sunt æquales duobus rectis. & triangulus æquilaterus si habuerit tres angulos æquales duobus rectis: sed non ineſt hæc dispositio ipsi primo, ſm ꝙ est æquilaterus, sed hæc dispositio ineſt triangulo primũ. Res igitur, cui ineſt habere tres angulos æquales duobus rectis primo, aut aliud, quodcunq; fuerit, hoc prędicatum est ei vniuersale, & vera demonstratio est illa, cuius est hoc prędicatum. sed res, quæ sunt sub hoc, quẽadmodum hanc dispõnem ineſſe æquilatero, non sunt secundum viam vniuersalis, ex parte, qua sunt in plus.

Posteaq; intentio eius, quod est primo, quæ est in specie prædicatorum, quæ accipiuntur in definitionibus subiectorum, est eadem cum intẽtione illius, quod est per se, quemadmodum declarauimus, dixit: Vniuersale igit̃ est prædicatum, quod dicitur de omni subiecto, & primo. sensus est, ꝙ cũ fuerit intentio per se, intentio primi, ꝙ sufficiunt ipsi duæ conditiones: quarum vna est, vt prædicatum dicatur de omni, ſm ꝙ antea descripsimus intentionem dicti de omni: secunda autem, vt sit primo. & non oportet in hoc, vt adiũciatur ꝙ sit per se. & hoc, quoniam intẽtio per se in ipsis, & primum sunt vnum, atqui hoc ita erit, cũ prædicatũ, quod accipitur in definitione subiecti, non fuerit genus, neq; definitio generis eius. Cũ vero dixit: & hoc, quoniam iam planum est, ꝙ figuræ insunt duo recti, non tamen hoc ineſt cuicunq; figuræ: sensus est, quemadmodum existimo, atqui posuimus conditionem, vt sit dictum de omni. quoniam si mõstratum fuerit, ꝙ figura habet duos rectos, hoc non fuit monstratum monstratione vniuersali: propterea ꝙ æqualitas angulorum duobus rectis non ineſt cuicunq; figuræ, sed aliquibus. & hoc

est,ac si velit monstrare,q̄ ostendere angulos æquales duobus rectis inesse figuræ non est vniuersale, nedum q̄ sit primo. Et quoniam monstratio particularis est possibilis,hoc est,vt monstretur q̄ aliqua figura habet angulos æquales duobus rectis,dixit:ita vt inuematur via,qua monstretur,q̄ figuræ insunt anguli æquales duobus rectis:præterq̄ q̄ declarans & faciens demonstrationem de hoc,nō monstrat ipsum,& facit demonstrationem suam de quacunq; figura contigerit. quoniam quadrangulus est figura,& tamē eius anguli non sunt æquales duobus rectis. sensus est, etsi pōt monstrari hoc de aliqua figura, non tamen erit monstratio hæc de figura monstratio vniuersalis. quoniā quadrangulus,& alia sunt figuræ, non tamen eius anguli sunt æquales duobus rectis.atqui voluit q̄ sciamus per hoc, q̄ demonstratio non est particularis. & propterea posuit conditionem,vt sit dictum de omni. atqui est hoc ita,quoniam natura particularis,ſm q̄ est particulare, non enunciat aliquid appropriatum de ipso: hoc est, q̄ qñ dicimus aliquam figuram habere angulos æquales duobus rectis,etsi sit verum, non tamen est existentia prædicationis determinata,neq; per se: quoniam particulare,ſm q̄ particulare,non enunciat hoc.& cū intelligimus de prædicato demonstratiuo hanc cōditionem, q̄ sit primum,ideo iudicamus,q̄ eius monstratio non sit particularis. Et posteaq̄ monstrauit,q̄ ostensio particularis non est prima,hoc est oratio dicēs,q̄ aliqua figura habet angulos æquales duobus rectis, dixit: & triangulus æquilaterus si habuerit tres angulos æquales duobus rectis.sed non ineſt hæc dispositio ipsi primo,ſm q̄ est æquilaterus. sensus est,& fortasse prædicatio æqualitatis angulorum duobus rectis de triangulo æquilatero, etsi fuerit etiam prædicatio de omni subiecto,non de aliquo subiecto,quemadmodum prædicatio de figura, deficiet à subiecto,quod uocatur hoc in libro onus vniuersale,quod est primo. et hoc,quoniam æqualitas angulorum duobus rectis non ineſt triangulo æquilatero primum:† quoniam non est omnis triangulus æquilaterus. Cùm vero dixit: sed hæc dispositio ineſt triangulo primum: sensus est, sed prædicatio,q̄ inguli sunt æquales duobus rectis, est vtiq; prædicatio primo de triangulo ſmpliciter. & hoc, quoniam ineſt triangulo, ſm q̄ triangulus. Cū vero dixit: Res igitur, cui ineſt habere angulos æquales duobus rectis, aut aliud ex prædicatis, quodcunq; fuerit ex prædicatis prædicatione prima,hoc prædicatum est ei vniuersale. & id quod dicit:hoc prædicatum est ei vniuersale: hæc est responsio. Cùm vero dixit:aut aliud,quodcunq; fuerit: intelligit, aut aliud ab æqualitate angulorum duobus rectus,quodcunq; prædicatū fuerit. Et existimatur, q̄ illud: hoc prædicatum est ei vniuersale:sit principium, et expositio. Et existimatur etiā, q̄ cū dixit: hoc prdicatum per accidens, quod sit ei vniuersale : sit responsio principij primi:hoc est, cū dixit:Res igitur, cui ineſt. Posteà dixit:& vera demōstratio est illa, cuius ē hoc prædicatū:hoc est primū. & intelligit p verā,quæ est demonstratio per se,& existimat de ipsa, q̄ est demonstratio: qm̄ non vera est,quæ existimatur,q̄ est demonstratio, & non est demonstratio. atqui hoc est ita:qm̄ prædicatio,quæ non est prima, est prædicatio, cui permiscetur illud,quod est per accidens: & quod est per accidens, elongatur à demonstrationibus semper. Cùm vero dixit:sed res,quæ sunt sub hoc,quemadmodum hanc dispositionem ineſse æquilatero,non sunt ſm viam vniuersalis ex parte,qua sunt in plus: sensus est, atqui species,quę sunt sub hoc,ideſt triangulo, quemadmodum

† al. le. qm̄ hoc no ineſt triangulo q̄ ſ Litero, in eo q̄ triangulus q̄ualaterus.

triangulus æquilaterus,non habent hanc dispositionē, hoc est æqualitatem angulorum duobus rectis, neque prædicantur de ipso ſm modum prędicationis,quę vocatur hoc in libro vniuersalis, quoniā hoc prædicatum est in plus q̄ subiectum,hoc est,q̄ est magis vniuersale, q̄ ipsum.cumq; hoc sit vniuersalius, q̄ ipsum, non erit prædicatum de eo, nisi per accidens: † quoniam nomen secundum quòd ipsum, est æquale ei, quod est per se,secundum naturam. videtur ergo ex conditionibus primi esse,vt sit appropriatum.

† lac. le. quia excedit p̄ie naturas, quę ē æquales: cū sit una ex cōditionib⁹ ipsius primi sit, q̄ sit proprium.

Quot modis circa prædicatum Vniuersale Primum errare contingat; quoq; modo ipsum uere cognoscatur. Cap. V.

OPortet autem non latere,q̄ plerunque contingit peccare,& non esse,cū monstratur primū vniuersale,ſm q̄ videtur monstrari vniuersale primum. Decipimur autem hac deceptione,qñ vel nihil sit accipere superius præter singulare*. a Vel sit quidē,sed inominatum sit in rebus specie differentibus.

Primus error.

* Aliqui cole. singulare, aut singularia, sed forte ea ꝑba, aut singularia, addita fuere.

a Secundus error.

Dixit Aristo. Oportet autem,vt non decipiamur,& inuadat nos aliquando deceptio, cùm mōstramus vniuersale,& existimamus non monstrasse ipsum. Tunc enim accidit nobis,vt decipiamur,cùm monstramus dispositionem vniuersalem de rebus particularibus, quæ q̄ ita se habent, q̄ ipsis non ineſt aliquid ea comprehendens,& existimamus nos non monstrasse vniuersale. Et accidit etiam,vt decipiamur, cùm monstramus dispositionem aliquam de rebus multis diuersarum specierum,& arbitramur nos monstrasse vniuersale, cùm tamen non monstrauerimus ipsum: quoniam nescimus rem vniuersalem ipsis, cui hæc dispositio est vniuersalis.

Dixit:Iam vero oportet,vt nō erremus,& comprehendat nos ignorantia contraria in re vna ſm dispositionem ipsius,& hoc,cū monstramus aliquid ineſse alicui per viam vniuersalis,& existimamus, q̄ nō est ſm viam vniuersalis,aut contrarium huius, puta q̄ monstremus aliquid ineſse alicui,quod tamen non est secundum viam consuetam vniuersalis,quod destripsimus, & existimamus, q̄ est ſm ipsum. Cùm vero dixit: Tūc enim accidit nobis,vt decipiamur,vſq; ad id, quod dicit,& existimamus nos non monstrasse vniuersale: sensus est,q̄ accidit nobis aliquando deceptio, cùm monstramus aliquid de aliquibus sensibilibus particularibus, ex quibus non est nisi vnicum induiduum, & existimamus nos non monstrasse hoc,ſm viam vniuersalis. & hæc sunt induidua,in quibus non inuenitur species,quæ de ipsis prædicetur. Et hoc est, quod voluit, cū dixit:q̄ ipsis non ineſt aliquid ea comprehendēs. sensus est,q̄ non inuenitur in ipsis natura ea comprehendens: quoniam in ipsis non inuenitur nisi induiduum vnum. & hoc est,quemadmodum sol,& luna,et terra,& reliqua induidua,in quibus nō inuenitur nisi induiduum vnum tantum. Cū vero dixit:& existimamus nos non monstrasse vniuersale: sensus est, q̄ demonstratio,quam cōstituimus super exemplo horum induiduorum,est vniuersalis:sed iam erramus, & existimamus nos non monstrasse vniuersale. causa vero istius erroris est:† qm̄ vt nobis in hac monstratione, hoc

† Ab l. quia apud nos hęc commostratio ā fiſis cōmostrationis, quę ſtituit de vno ſingularius, quorum sunt plura q̄ vnū indiuiduum.

hoc est monstratione,quę constituitur super aliquo induiduorum,in hoc inquam inueniri plura vno indiuiduo: & hæc sunt, in quibus inuenitur natura comprehēdens ipsa. Et posteaq̄ narrauit locum erroris,qui accidit nobis, cū monstrauimus vniuersale, & existimamus nos non monstrasse ipsum,incœpit narrare locum erroris,qui est huic contrarius: & hic est, quando non monstrauimus vniuersale, & existimamus, q̄ iam monstrauerimus ipsum. Et inquit:Et accidit ēt, vt decipiamur,vſq; ad finē eius,quod scripsimus. sensus est, Ac etiam accidit nobis deceptio,cū monstrauimus dispositionem aliquam de rebus multis, hoc est diuersis naturis,& artibus separatis. Quemadmodum si monstremus æqualitatem de magnitudine, & numero, & tempore.quoniam si monstrauerimus æqualitatem de magnitudine in scientia,puta Geometriæ,existimamus nos iam monstrasse vniuersale, hoc est monstratione, quæ est ſm viam vniuersalis, & nos tamen non monstrauimus ipsum,& consimiliter existimabitur de numero,si monstremus hoc de numeris. Et non est dispositio de omni eo,vt existimetur vnum ipsorum cū hoc. quoniam æqualitas non ineſt magnitudinibus q̄alibus,quatenus sunt magnitudines.quoniam æqualitas ineſt numeris,& temporibus,& motibus,& tamē non ineſt vni istorum ſm viam vniuersalis. Cū vero dixit: quoniā nescimus rem vniuersalem ipsis, cui hæc dispositio est vniuersalis: sensus est,atqui se habet res ita in his exemplis quæstis:quoniam non erit monstratio in his rebus ex parte naturæ vniuersalis communicantis ipsis. quemadmodum si monstraremus, q̄ æqualitas naturalis communicat numeris,& magnitudinibus,et temporibus,& motibus:quoniam nescimus his rebus naturam inexistētem cum hac dispositione. sensus est, q̄ ipsis non est natura communicans, vniuoce dicta: quoniam nomen naturæ illius non scimus. quoniam si esset aliquid communicans,esset æqualitas,aut aliquid simile ijs de exemplis istis quæstis,quæ numerātur in artibus cōprehendētibus artes de magnitudinibus, & numeris,& temporibus,& motibus. Inferius aūt perscrutabitur magis de hoc,& explicabit quo pacto hoc fiat,in eo enim est intricatio, & vehemēs profunditas.

† lac. le. Puſem⁹ quoq̄ de ipso.

† a. l. sequat ex ipso.

Tertius error.

Vel contingat esse,vt in parte totū, in quo monstratur.ijs enim quæ sunt in parte inerit quidem demonstratio,& erit de omni,sed tamen nō erit huius primi vniuersaliter demonstratio.dico autem huius primi,secundum q̄ huius,demōstrationem,quādo sit primi vſr.

Exemplum tertij erroris.

* Aliqui co. ad. ꝑpte.

Si quis igitur mōstrauerit, quòd rectæ non coincidūt, videbitur vtiq; huius esse demonstratio*,eo quòd in omnibus est rectis. non est autem:si quidem,non quoniam sic æquales, fit hoc: sed secundum quòd quomodocunque æquales.

Dixit Arist. Et accidit etiam consimiliter, vt decipiamur ex parte vniuersalis ipsius medij:quoniam demonstratio,quæ est cum huiusmodi medio, est de omni; sed monstratio,quæ est ex hoc modo, non est prima ſm viam vniuersalis.designabo autem hoc in sermone meo de re, per quam monstratur aliquid, & ipsum per rem, quæ est ipsi vniuersalis. Quemadmodum si quispiam monstret, q̄ lineæ rectæ non coincidunt per medium, quod est,esse duos angulos ex parte lineę cadentis super ipsas & existimet, q̄ hoc vniuersale est per causam,quæ est de omni. & non est res ita super hoc: quoniam demonstratio non est per causam,quę est de omni:atqui est per cām æqualitatis angulorū duobus rectis.

Dixit:Et accidit etiam consimiliter, vt decipiamur ex parte vniuersalis ipsius medij. sensus est, Iam vero accidit cōsimiliter etiam, vt erremus, & existimemus, q̄ medium, quo monstramus rem per demonstrationem, est prædicatum vniuersale:hoc est, in quo aggregantur conditiones tres,hoc est, vt sit de omni, per se, & primo:& tamen non est primo. † Atqui existimamus de ipso,q̄ est vniuersale, & non est vniuersale ex parte,qua iuenitur medium vniuersale in ipso: hoc est, vt attribuatur de ipso,& insit illi in potentia. quemadmodum cū ineſt genus in potentia speciei: aut quia ipsum ineſt medio vniuersali, quēadmodum species ineſt generi. Et innuit ambas expositiones simul, cū dixit:quoniam demonstratio,quæ est cum huiusmodi medio, est de omni:sed monstratio,quæ est ex hoc modo,nō est prima ſm viam vniuersalis. sensus est,& differentia inter hunc errorem & præcedentem est, quoniam demonstratio, quæ est per huiusmodi medium, habebit conclusionem vniuersalem:hoc est, q̄ prædicatum quęsiti primo inerit subiecto suo, in contrarium erroris,qui accidit in subiecto præcedente: quod enim monstratur,non est primum, neq; terminus medius. hic vero non est primum, ipsa monstratio, hoc est demonstratio:quoniam prædicatio termini medij in ipsa de minori non est primo,neq; etiam prædicatio maioris de ipso. Cū vero dixit: designabo autem hoc in sermone meo de re,per quam monstratur aliquid, & ipsum per rem,quæ est ipsi vniuersalis: sensus est, & accommodabo hoc per sermonem meum termino medio,per quem monstratur res,quæ ponitur sub termino medio vniuersali:ideſt, quod prædicatur de re per viam quid est,et primo. Deinde dixit: Quemadmodū, si quispiam monstret,q̄ lineæ rectæ nō coincidunt per medium,quod est,esse duos angulos ex parte lineæ cadentis super ipsas. sensus est, quemadmodum q̄ monstret,q̄ lineæ æquidistantes non coincidunt, per medium,quod est,duos angulos ortū à linea cadēte super ipsas,& duabus lineis extrinsecis,quę sunt in latere vno, & vterq; ipsorum est rectus. Deinde dixit: & existimet,q̄ hoc vniuersale est per causam,quæ est de omni. sensus est,& existimet,q̄ hic terminus medius prædicatur de lineis æquidistantibus primo:quoniam ipsum est prædicatum verum de omnibus lineis æquidistantibus ſ eo quo super ipsas cadit linea, fieri enim potest, vt duorum angulorum intrinsecorum factorum à casu ipsius super eas, vterq; sit rectus. sed non est hoc causa æquidistantię, vt non coincidant:sed causa huius est, q̄ ambo coniuncti sunt æquales duobus rectis.& hoc,quia aut est vterq; rectus,aut alter ipsorū est maior recto,alter vero minor,sed ipsorum complicatio est duo recti. Et hoc est,quod voluit:cū dixit:atqui est per cām q̄alitatis angulorum duobus rectis. atqui vult ex hoc, q̄ æquidistantes nō coincidunt:quoniam si coinciderēt, essent tres anguli trianguli maiores duobus rectis. Atqui hoc exemplo Aristot, non voluit,q̄ æquidistantes non coincidere sit ignotum ſm naturam,& q̄ hoc medium sit notum ſm naturam: quoniam lineas æquidistantes non coincidere videtur esse notius, q̄ duos angulos factos à linea cadente super ipsas, esse æquales duobus rectis. Et propter hoc declarauit ipsum Themistius,q̄ voluit per hanc spēm erroris, quemadmodum

ſille, qui monſtrat, ꝙ quando ſuper lineas eadit linea, & vterq; duorum anguloru intrinſecorum eſt rectus, ꝙ lineæ ſunt æquidiſtantes. quoniam hoc quæſitum non eſt primum in lineis, quę ſunt cum hac diſpoſitione: ſed eſt primum in lineis, in quibus cùm linea cadit ſuper vtranq; ipſarum, efficit duos angulos intrinſecos, qui cùm coniunguntur, ſunt æquales duobus rectis: ſiue vterq; ipſorum ſit rectus, ſiue non. quoniam Geometræ conſueuerunt procedere ad monſtrandam æquidiſtantiam iſtarum linearū per media, de quibus fit mentio in libris eorum. Verum ſm iſtam expoſitionē non accidet error per prædicationem termini medij: atqui accidet in quæſito, quemadmodum ſi aliquis monſtraret æqualitatem angulorum duobus rectis de triangulo æquicrure. & ipſe iam declarauit, ꝙ hic error eſt per terminum medū: & iam declarauit conſimiliter etiam de prædicatione quæſitorum non primorum, ꝙ eſt, quemadmodum prędicatio trium angulorum duobus rectis de triangulo æquicrure. Multum autem abſuit, vt mentionem faceret de ſpeciebus occultis errorum, qui accidunt in hac prædicatione, & poſuerit vnam ipſarum, ſpeciem, in qua intelligitur prędicatio contraria huic prædicationi, quoniam attinet illi, qui ſcit rem aliquam, vt deinceps caueat ab erroribus, qui accidunt in hac re. quoniam illi loci ſunt occultiores, q̄ res illa, ex qua adduxit hanc diſpoſitionem. Et hic locus eſt, vt inſit rei differentia vna, quæ diuidatur in duas differentias, & monſtret aliquis per vnam duaꝝ dr̄iarum proprium ineſſe ipſi, non per differentiam ſubſtantialem communem vtriſq;. & hoc, quoniam monſtratio ſua eſt per terminum medium primum, qui eſt differentia ſubſtantialis. quemadmodum qui dimittit monſtrare, ꝙ homo eſt contẽplatiuus, quia eſt rationalis: & monſtret, ꝙ eſt contemplatiuus, quoniam eſt diſciplinabilis. aut t diſponatur animali, ꝙ eſt apprehẽſiuum, qm̄ eſt rōbuſtum, non autem quia eſt ſenſitiuum.

† al.l. monſtret aial eſt apꝓhenſuū, * Al. l. tactuum, Exemplum primi erroris. Exemplum ſcdi erroris. Multi cod. nō habent illud et

Et ſi triangulum non eſſet aliud, q̄ æquicrus, ſecundum ꝙ æquicrus videretur vtique ineſſe. Et ꝓportionale, quod ēt alternatim, ſecundū ꝙ numeri, & ſm ꝙ lineæ, & ſm ꝙ solida, et ſecundum ꝙ tempora: quemadmodum & monſtrabatur aliquando ſeorſum, contingens vtiq; de omnibus vnica demonſtratione monſtrari. ſed quia non ſunt nomis natum quiddam omnia hæc vnum, numeri, longitudines, tempora, ſolida, & ſpecie differunt a ſe iuicem, ſeorſum accipiebatur. nunc autem vniuerſaliter monſtratur. non enim ſecundum quòd lineæ, aut ſecundum quòd numeri inerat: ſed ſecūdum quòd hoc, quod vniuerſale ſupponunt eſſe.

Dixit Ariſt. Et ſi non eſſet triangulus, niſi æquicrus, iam eſſet demonſtratio de ipſo ex parte, qua eſt æquicrus. iamq; fieri poſſet, vt monſtraremus vnica mōſtratione, ꝙ omnes numeri, & lineę, & ſenſibilia, cū ſunt proportionalia, ſi permutantur, ſunt item proportionalia: quemadmodum præceſſit in monſtratione vniuſcuiuſq; ipſorum ſeorſum. ſed poſteaq̄ non eſt aliquid vnum commune numeris, & lōgitudinibus, & tempori, & ſunt ipſorum ſpecies diuerſæ, & demonſtratio vniuſcuiuſq; ipſorum ſeorſum: igitur exiſtimauit tunc in hoc, ꝙ mōſtratio eſt vniuerſalis, cùm tamen non ſit ita. quoniam non ineſt illis ſm ꝙ lineæ, & ſm ꝙ numeri: ſed eſſet ita, ſi foret diſpoſitio vniuerſalis ipſis per ſe nota.

Poſteaq̄ expoſuit ꝙ locus, in quo exiſtimamus nos noſſe monſtraſſe vniuerſale, & tam monſtratimus ipſum, eſt, cū mōſtramus aliquid, cuius nō eſt, niſi vnicū indiuiduum: vult monſtrare, ꝙ demōſtratio ſup exemplo iſtorum indiuiduorum non conſtituitur ſuper indiuiduo, ſed conſtituitur ſuper natura, quæ inuenitur in hoc indiuiduo. ꝙ ſi inuenirentur plura vno indiuiduo, eſſet illa natura vniuerſalis ipſis, & equalis in eis eo modo, quo inueniuntur vniuerſalia in indiuiduis. & propterea dicitur in definitione vniuerſalis, ꝙ eſt illud, cuius via eſt, vt inueniatur in pluribus vno, hoc eſt ſecundum naturam ſuam: & non dicitur in ipſa, quod prædicatur in actu de pluribus vno indiuiduo. Et dixit: Et ſi non eſſet triangulus, niſi æquicrus, tam eſſet demonſtratio de ipſo ex parte, qua eſt æquicrus. ſenſus eſt, quemadmodum, ſi ex triangulis æquicruribus non inueniretur niſi triangulus vnus tantum, fieri poſſet, vt adduceretur demonſtratio ſuper ipſo, ꝙ anguli ſui, qui ſunt ſuper baſin, ſunt æquales, aut aliqd ſimile ex propriis ipſius, & eſſet conſtituta demonſtratio ſuper ipſo ex parte æquicruris: conſimiliter ſe habet res in iis, in quibus non inuenitur, niſi vnum indiuiduum. nihil. n. prohibet, quin conſtituatur demonſtratio ſuper ipſis, ꝙ ipſum eſt hoc. Vt in exemplo: de ſole conſtituit demonſtratio, ꝙ eſt tanta & tanta pars terræ, quemadmodum conſtituitur etiam demonſtratio de homine, ꝙ eſt rōnalis: etſi de ipſo non inueniret niſi indiuiduū unum. Et propterea qui ſenſit vnum indiuiduum ex ſpecie tantum, conſtituere poteſt demonſtrationem ſuper ipſo: quemadmodum accidit ei, in qua ego ſenſi vnum indiuiduum: & hoc apud Idumæos in locis Idumeæ. Et poſteaq̄ declarauit, ꝙ demonſtratio, quæ eſt ſuper rebus, in quibus eſt vnicum indiuiduum, eſt demonſtratio vniuerſalis, & ꝙ hoc eſt exemplum, in quo cadit error: cœpit narrare cauſam, ex cuius parte fieri non poteſt, vt ſit monſtratio vniuerſalis ſuper rebus diuerſis: & hæ ſunt res, de quibus exiſtimatur, ꝙ monſtratio ſuper ipſis eſt vniuerſalis: quemadmodum monſtratio æqualitatis de magnitudinibus, & numeris, & motibus, & temporibus, & conſimiliter proportionalitatis. Et dixit: Iāq; fieri poſſet, vt monſtraremus vnica monſtratione, ꝙ omnes lineæ, numeri, & ſenſibilia, cū ſunt proportionalia, ſi permutantur, ſunt item proportionalia: quemadmodum præceſſit in monſtratione vniuſcuiuſq; eorum ſeorſum. ſenſus eſt: Iam vero fieri poteſt, vt monſtretur proportionalitas, & permutatio, & reliqua de exemplo iſtorum quæſtorum de omnibus rebus, de quibus facta eſt monſtratio particularis per viam vniuerſalis, hoc eſt primo, et ꝓ ſe: quemadmodum fieri poteſt, vt monſtretur exemplum iſtorum quæſitorum de vnoquoq; eorum ſeorſum, cùm proportionantur hæc quæſita: hoc eſt, cùm ꝓportionantur ex natura proportionata ſuper ipſis, & inuenitur in iſtis natura una communicans, conſtituitur ſuper ipſis demonſtratio, ſm ꝙ ſunt naturæ talis. Deinde dixit: ſed poſteaq̄ non eſt aliquid vnum commune numeris, & longitudinibus, & tempori, & ſunt ſpecies ipſorum diuerſæ, & demonſtratio vniuſcuiuſque ipſorum ſeorſum: igitur exiſtimauit tunc in hoc, ꝙ monſtratio eſt vniuerſalis, cùm tamen non ſit ita, ſenſus eſt, cùm non ſit his naturis diuerſis natura vna vniuerſalis communicans, & ſint diuerſæ, & demōſtrationes exẽplares iſtorum

*al.l habent quid ſibi ꝓprium

iſtorum quæſitorum ſint de vnoquoq; ſeorſum: exiſtimauit ꝙ monſtratio de vnoquoq; eorum eſt vniuerſalis, & non eſt ita, quoniam proportionalitas, & equalitas non prædicantur de lineis ſm ꝙ ſunt lineæ, neq; de numero ſm ꝙ eſt numerus, neq; de temporibus ſm ꝙ tempora. In huiuſcemodi autem propoſitionibus ſunt quæſtiones amplæ, de quibus faciet mentionem poſt hoc. Et vult cū dixit: ſed eſſet ita, ſi foret diſpoſitio vſus ipſis per ſe nota: hoc eſt inexiſtens, non ſm nomen rei.

Propter hoc neq; ſi aliqs monſtrauerit ſingulum triangulum demonſtratione, aut vna, aut altera, ꝙ duos rectos habet vnum quodq; æquilaterum ſeorſum, & gradatum, & æquicrus: nondum nouit triangulum, ꝙ duobus rectis, niſi ſophiſtico modo, neq; vniuerſaliter triangulum, neq; ſi nullum eſt præter hęc triangulum alterum. non enim ſm ꝙ triangulum nouit, neq; omne triangulum, niſi ſm numerum, ſm ſpeciem autem non omne: & ſi nullum eſt, quod non nouit.

Dixit Ariſto. Neque conſiſt etiam, ſi monſtraret aliqs de vnoquoq; triangulorum ſeorſum, hoc eſt æquilatero, & æquicrure, & gradato, ꝙ habent tres angulos æquales duobus rectis, eſſet monſtratio vniuerſalis: quoniam ipſe neſciuit, ꝙ hæc ſit diſpoſitio trianguli, niſi forte ſciat ipſum ſm modum ſophiſticum. & ſm modum hunc non monſtrabit, ꝙ hæc diſpoſitio ineſt omni triangulo, quodq; non eſt triangulus aliquis, exiẽs ab hac diſpoſitione. quoniam non ſcimus, ꝙ hoc ineſt triangulo ſm ꝙ triangulus: quodq; non remanet triangulus aliquis, quin ſit hæc diſpoſitio ipſius: atqui ſciuit per viam iductionis. atqui ꝙ hoc ineſt triangulo, in eo ꝙ triangulus: quodq; non remanet triangulus aliquis, qui non ſit cum hac diſpoſitione, non ſciuit ipſum.

Poſteaq̄ ſupra declarauit, ꝙ prædicatio prima eſt ꝙ prædicatum appropriatum, quod prędicatur de re per viam quid eſt hæc res, non per viam alterius naturæ, quæ inuenitur in hac re, & declarauit modum erroris, qui inuenitur in hoc: rediit ad declarandum defectum, qui ponitur in monſtratione, quæ eſt in rę nō ſm viam de omni. Et dixit: Neq; cōſimiliter etiam ſi monſtraret aliquis, vſq; ad id, quod dicit: eſſet monſtratio vniuerſalis. ſenſus eſt, & quemadmodum ſi monſtraret aliquis, ꝙ numeri proportionales, cùm permutātur, ſunt proportionales, non monſtrabit vniuerſale. & conſimiliter etiam, ſi quis monſtraret de vnaquaq; ſpecie triangulorum ſeorſum, hoc eſt æquilatero, & æquicrure, & gradato, ꝙ habet angulos æquales duobus rectis, non monſtraret hoc mōſtratione uniuerſali, hoc eſt primo, & per ſe. Et poſteaq̄ enuntiauit, ꝙ probans hanc diſpoſitionem de vnaquaq; ſpecie trianguli ſeorſum, nō probat hoc ſm viam monſtrationis vniuerſalis, adduxit ſignum ſuper hoc, & dixit: quoniam ipſe neſciuit ꝙ hæc eſt diſpoſitio trianguli, niſi fortaſſe ſciat ipſum ſm modum ſophiſticum, ſenſus eſt, atqui non erit hæc monſtratio ſm viam monſtrationis vniuerſalis, per quam ſcitur aliquid ineſſe alicui, de cuius natura & ſubſtātia eſt, ꝙ hoc inſit illi, quoniam qui ſeorſum ſcit, ꝙ anguli trianguli æquicruris ſunt æquales duobus rectis, & ſcit etiam conſimiliter, ꝙ anguli gradati ſunt æquales rectis, & ſcit itidem, ꝙ æqualaterus eſt cum hac diſpoſitione: non ſcit per ſe, ꝙ hæc diſpoſitio, hoc eſt eſſe equales duobus rectis, ineſt trīagulo ſm naturam, & primo; quoniam non ſecit demonſtrationem de triangulo, ſm ꝙ triangulus, ſcit enim hanc diſpoſitionem ineſſe triangulo, quia ſcit eā ineſſe ſpeciebus trianguli: ſcit vero ipſam de triangulo per accidens. & hoc eſt, quod voluit, cùm dixit: niſi ſciat ipſam ſm modū ſophiſticum. ſed aſſignauit, ꝙ illud, quod eſt per accidens, eſt longinquum a demonſtrationibus: igitur qui non ſcit rem ſm viam de omni, non ſcit ipſam per demonſtrationem.

Et poſteaq̄ narrauit modū iſtum defectus ſcientiæ, qui attingit monſtrationē, quæ eſt de omni, cœpit narrare modum alium conſimiliter etiam defectus, qui attingit ipſam, & dixit: & ſm modum hunc non monſtrauit, ꝙ hęc diſpoſitio ineſt omni triangulo, quodq; non eſt triangulus aliquis, exiens ab hac diſpoſitione: vſque ad id, quod dixit: quin ſit hæc diſpoſitio ipſius. ſenſus eſt, ꝙ faciens monſtrationem per hūc modum, quemadmodum ipſe non ſciuit per monſtrationem, hoc eſt monſtrationem, quę eſt de vnoquoq; triangulo, ꝙ hęc diſpoſitio ineſt triangulo, niſi per accidens: ita non ſcituit, ꝙ hęc diſpoſitio ineſt omni triangulo: quodq; non remanet triāgulus aliquis, q nō habeat angulos equales duobus rectis, quoniam ipſe non ſcitit, ꝙ hęc diſpoſitio ineſt triangulo in eo ꝙ triangulus, quę eſt ſcientia, per quam aſſequimur, ꝙ omnis triangulus per ſe eſt cū hac diſpoſitione, atqui habuiſſet ſcientiam de hac diſpoſitione, ſi fuiſſet per viam inductionis, abſq; eo ꝙ poſſideret ipſam per ſe de prędicato naturali, ſubſtantiali, primo. Et hoc eſt, quod voluit, cū dixit: atqui ſciuit per viam inductionis. ac ſi dixiſſet: atqui diximus, qui ſcit, quòd triangulus æquicrus habet tres angulos æquales duobus rectis, quodq; gradatus, & ꝙ æquilaterus conſimiliter, ipſe non ſcitit, ꝙ hæc diſpoſitio ineſt oi triangulo, quoniam qui ſcit hanc diſpoſitionem ſm hūc modum ſcientię, ſcit vtique ipſam de omni triangulo: eo ꝙ inductio facta eſt per ſcientiam prouententem ipſi ex hoc in omnibus triangulis. & monſtratio inductionis iſtius verificatur omnino de comprehendente demonſtrationes, & inductionem, ꝙ omnis trīagulus eſt cum hac diſpoſitione. & non prouenit hoc ex demonſtratione niſi per accidens: ſed non prouenit ipſi uniuerſale naturale. quoniam inductio non poſſidet prędicationem eſſentialem, niſi per accidens, ſm ꝙ monſtrauimus in libro Syllogiſmi. Et propterea dixit: atqui ꝙ hoc ineſt triangulo, in eo ꝙ triangulus: quodq; nō remanet triangulus aliquis, qui non ſit cum hac diſpoſitione, non ſciuit ipſum. Hic autem defectus in ſcientia, de quo fecit mentionem in prędicato, quod prędicatur de genere ſubiecti, idem per ſe affirmatur de prędicato, quod nō prędicatur de genere ſubiecti, † niſi quia ipſum eſt vniuerſalius ſubiecto. & hoc, quoniā qui ſcit prędicatum ineſſe huic ſubiecto, non ſcit ipſum de natura, cui ineſt hoc ſubiectum primo & per ſe: niſi ſciat hoc per accidens. Et propterea non oportet, vt ponatur in prędicatis demonſtratiuis, quòd eſt vniuerſalius q̄ ſubiectum, ſiue hoc prędicatum prędicetur de genere iſtius ſubiecti, ſiue nō prędicet, hoc eſt prędicatione vniuerſali, atqui eſt hoc ita, quoniam quod eſt per accidens, oppoſitur ei, quod eſt per ſe: quoniam demōſtrationes ſunt vtique ex prędicatis per ſe, orationes vero ſophiſticę ſunt ex prędicatis accidẽtalibus. igitur oportet, vt demonſtrationi non commiſceatur aliquid, quod ſit per accidens omnino, neq; propinquum, neq; longinquū.

Quod ſi ita eſt, quomodo dixit Abunazar in libro ſuo, ꝙ ex prędicatis demonſtratiuis aliqua ſunt appropriata, & aliqua ſunt prima non appropriata, & aliqua ſunt

† Ab.le. ſed eſt lac.le. ꝓter q̄ ꝙ eſt

Scdo Priorū cap. 29.

Diſceptatio contra Abunazarem Alpharabiū de demōſtratiōe ingredientib⁹.

† Ad.1.c. Vtnam ego cognoscat ex libro

sunt prima & appropriata, & aliqua sunt neq; prima neque appropriata? † Quomodo enim tradet, & cognoscet in libro suo ſm viam Aristo. conditiones prædicationis vniuersalis in demonstrationibus, hoc est, quæ comprehendit conditiones tres præcedentes? in hoc enim loco est speculatio, & inquisitio ampla. Et hoc; quoniam hęc conditio, quam tradidit Arist. hoc est, vt sit prędicatio de omni, si non esset vniuersalis omnibus demonstrationibus, sed esset tantummodo in demonstrationibus perfectissimis, deficeret vtiq; in eo, q; declarauit prędicationem communicatem omnibus demonstrationibus. Quòd si conditio ipsius est vniuersalis omnibus speciebus demonstrationis: igitur errauit Abunazar, cũ declarauit, q; prędicatorum demonstratiuorum alia sunt appropriata, & alia sunt non appropriata, & aliqua ex ipsis sunt prima, & aliqua non prima. Quòd si est hęc conditio, quam tradidit Arist. sit propter melius, & non conditio necessaria: oportuisset Abunazarem addere hanc dispositionem: hoc est, q; conditionum, quę traduntur in prędicatis demonstratiuis, aliquę sunt, quę sunt cõditiones necessarię, à quibus non effugit demonstratio omnino, & aliquę sunt conditiones, per quas est demonstratio melior: & numerare inter conditiones, per quas est demõstratio melior, prędicationem vniuersalem, de qua mentionem fecit Aristo, & numerare inter conditiones necessarias, hoc est, sine quibus demonstratio esse non potest, conditiones primas tm̃, exceptis conditionibus, per quarũ aggregationẽ est prędicatio vniuersalis: hoc est, vt sit prędicatum de omni subiecto, & in omni tempore, & sit per se, non primo. Quòd si est res ita, igitur perfectio sermonis de conditionibus demonstrationis erit per aggregationem duarum viarum, hoc est vię Aristo. & vię Abunazaris: & sequetur hæc via ex parte, qua est bona, et ex parte, qua est necessaria. Sed Abubacher Elzaigi in responsione ad hoc dixit, q; intentio Aristo. est alta ab intentione Abunazaris. et hoc, quoniam Arist. cũ intentio ipsius sit, q; demonstrationes sint definitiones in potentia, ideo posuit in ipsis hanc conditionem. Abunazar vero, quoniam speculatus est de demonstratione ex parte, qua est demonstratio simpliciter, ideo dubius est ab Arist. & hoc, quoniam quasi ipse reddit ad id, quod diximus. quoniam demonstrationes, quæ sunt definitiones in potẽtia, absq; dubio sunt perfectiores. & Aristo. ſm opinionem Abubacheris Elzaigi adduxit conditiones, per quas fit demonstratio melior & perfectior, & tacuit de necessarijs. Abunazar vero è contrario docuit conditiones necessarias, & tacuit eas, per quas efficiuntur demõstrationes meliores, propter hoc igitur oportet, vt sint ambæ doctrinæ deficientes. Hęc igitur res latuit multos expositores, et magnos. Et ego quoq; credidi multo tempore, q; rectum in hoc fuisset aggregare has duas doctrinas. sed posteaq; exposui intentionem demonstrationis, secundum q; est demonstratio, & inquisiui hoc, innotuit mihi, q; rectitudo & veritas est, quam fecit Arist. & quod fecit Abunazar, est error. Et hoc, quoniam si demonstrationi, in eo q; demonstratio, non sufficit, vt habeat propositiones veras tantum, ſm q; definiuit ipsas, & aggregatę sunt super ipsa, sed vt sint per se: & causa in hoc est, quoniam veræ non per se, sunt veræ per accidens: quod autem est per accidẽs, & si sit verum, nõ ducit ad scientiam naturæ ipsius rei, nisi per accidens: & intentio demonstrationis in rebus existẽtibus est, vt sciatur res sciẽtia conuenienti cũ opere naturę, quodcunq; sit, quemadmodum demonstratio in artibus est scientia conueniẽs cum opere artis: quod cũ ita sit, si permisceatur demonstratio cum aliquo, quod sit per accidens, non erit scientia de re ex parte ipsius conueniens cum opere naturæ, neq; scientia ſm id, quod est de ipsa. & hæc est definitio veritatis. & mõstrauit etiam, q; illud, quod est per se non primo, miscetur cũ eo, quod est per accidens. cùm vero sunt demonstrationes, quarũ propositiones prædicantur prædicatione per se nõ primo, non erit scientia prouenians ab ipso consona operi, neque in rebus artificialibus, neq; naturalibus. igitur nõ erit demonstratio penitus. Sed si in hoc conseniamus, q; demonstrationum prædicata prædicantur ſm hanc dispositionem; igitur exibit ex hoc genus, hoc est, vt monstretur rei inesse genus suum, & hoc, quod hæc prædicatio generis de specie non est primo ſm hanc dispositionem. q; sic ita est, quomodo non aperuit, & dixit de hoc? Atqui inuenimus Themistium consentem, q; genus ingreditur in hanc prædicationem, hoc est prædicationem generis de specie: & simul etiam confitentẽ, q; prædicatum primũ est, quod definiuimus. & hic est defectus. Puto enim q; hoc est, quod seduxit Abunazarẽ, vt describeret prędicatũ primũ, è diuerso, & describsit Arist. hoc est, quod nõ prædicat de gñe subiecti sui, & dixit propter hoc de genere, q; est prædicatũ primũ. Veritas autem est, q; genus nõ sit prędicatũ primum, quia non prędicatur primo de aliqua spẽ sua, ſm q; hęc spes, qm̃ genus prędicatur de pluribꝰ vna specie. sequitur igitur, vt genus prędicetur prędicatione prima de natura sibi ęquali. hęc autem natura est subiectum formę, quę est genus, quoniam ipse nõ distinxit in hoc inter genus & reliqua prędicata, quę non sunt appropriata subiecto, Et quemadmodum qui sciuit de triangulo ęquicrure, q; habet angulos ęquales duobus rectis, nõ sciuit hoc de triangulo, nisi per accidens: & hoc est, de quo prędicatur hęc dispositio ſm q; ipsum: consimiliter qui sciuit prędicationem generis de specie, non sciuit naturam, quę prędicatur de ea, ſm q; ipsa est hęc natura, nisi per accidens. Quòd si est res in hoc vno: igitur oportet, vt prędicatio generis de specie remoueatur à demonstrationibus, quemadmodum remouetur proprium generis prędicatũ de speciebus generis. Quòd si dicatur, quid est natura † subiecti respectu generis? dicemus q; est materia ipsius, appropriata genĕri. et hoc, quoniam nullum genus potest esse sine materia. vt in exemplo, caro, & omne, quod consistit tali cõsistentia, est materia animalis. Et inuentur etiam q; genus ponitur inter prędicata prima, cùm appropriatur, & nõ absolute proferatur. & hoc, quoniam homo, secundum q; homo, est animal quoddam, non animal simpliciter.

Auen pace iudicium de Aristote. & Abuna. opinionibus

*al l. contra dixit Arist.

Auerrois de terminatio.

Tmistij opinio, prio Post. ca. 12.

Genꝰ non p̃dicat primo de specie, sed de natura sibi equali.

Quid sit natura subiecti, respectu generis.
† Ad.1.c. quæ est subiectũ ipsius gñis.

Quando igitur non nouit vniuersaliter, & quando nouit simpliciter? Manifestum, q; si idem esset triangulo esse, & æquilatero, aut vnicuique, aut omnibus: si autem non idem, sed alterum, inest aũt ſm q; triãgulum, nõ nouit.

Quo pacto cognoscat prædicatum Vtc.

Dixit Arist. Iam vero oportet, vt sciamus, quando euenit nobis scientia, quòd prædicatum non est vniuersale subiecto, & quando cadit nobis scientia, quòd prædicatum est vniuersale subiecto. Et dicimus, q; prædicatum erit vniuersale subiecto, cùm intentio trianguli, quæ inuenitur ipsi, & intentio ęquilateri, & intẽtio vniuscuiusq; triangulorũ fuerit intentio vna. sed si intentiones ipsorum non sunt intentio vna, sed intentio vniuscuiusq; ipsorum est alia ab intentione alterius, non sciemus vtique cui ipsorum sit vniuersale, sed dicetur de omni.

Posteaq;

42 Posteaq; docuit, q; prędicatio, quæ ponitur hoc in libro, est prędicatio vniuersalis, & ipsa est, quę comprehendit, vt sit vniuersalis, per se, & primo: & docuit etiã locos, in quibus contingit errare circa hoc: vult deinceps nos docere, præter id, quod declarauit de dispositione ipsius, viam, per quam sciamus, quòd est prędicatum vt sic, cũ ambigui fuerimus de re ipsa. Et dixit: Iã vero oportet, vt sciamus, qñ euenit nobis scia, q; ꝑdicatũ nõ est vt subiecto, & qñ cadit nobis scia, q; ꝑdicatum est vt subiecto. sensus est, & iam oportet, vt habeam⁹ viam, p quam sciamus, q; prędicatum est vt sic, aut non vt sic. & hoc, cùm ignoratur hæc dispositio. Deinde cœpit docere prędicationem, de qua nõ ignoratur hęc dispositio, & inquit: Et dicimus, q; prędicatũ erit vniuersale, vsq; ad id, qđ dixit: vniuscuiusq; triangulos; fuerit intentio vna. sensus est, q; prędicatũ, cùm prędicatur de subiecto, quod sit compositum ex pluribus dictionibus una, et sint dictiones cõsequẽtes, & intentio in ipsis vna: tunc prędicatũ ipsum est vniuersale huic subiecto: ac si esset dispositio ipsius talis, vt prędicatum de subiecto esset unum verbo et re. Vt i exemplo: si fuerit intentio trianguli, & intentio, per quam disponit triangulus ęquicrus, & gradatus, intentio vna penitus, hoc est, esse triangulum, & esse ęquicrurem: deinde prędicemus de triangulo ęquicrurę prędicatum appropriatum ipsi, quemadmodum, q; habet angulos ęquales binis rectis: igitur de hac dispositione sciemus, q; vniuersaliter inest triangulo. Et posteaq; docuit locum, per quem scimus, q; prędicatum est vniuersale subiecto: & hoc, vt prædicatum sit vnum verbo & re, aut sit vnum re, multa autem verbo: cœpit docere locum, vbi hoc, ignoratur, & inquit: sed si intentiones ipsorum nõ sunt intentio vna, sed intentio vniuscuiusq; ipsorum est alia ab intentione alterius, non sciemus vtique cui ipsorum sit vniuersale, sed dicetur de omni. sensus est, atqui si non erit prædicatum simplex & vnum, sed compositum ex rebus pluribus, & prædicabimus de ipso simplex appropriatum necessarium: non sciemus vtiq; cui ipsarum rerum insit vniuersaliter, hoc est cui insit primo, & per se. quemadmodum narratur, q; triangulus æquicrus habet angulos æquales duobus rectis: & erit illud, quod significat triangulus, aliud ab eo, quod significat æquicrus. quoniam æqualitas angulorum duobus rectis ignoratur in hac propositione, vtriusq; duarum rerum insit, quod est prædicatum prædicatione prima. Et ipse solicitus fuit, vt traderet in exemplis istorum locorum viam, per quam exeat dispositio, per cuius modum est prędicatio prima: & hoc, cùm subiectum fuerit compositum ex pluribus rebus. Et dixit: cũ intentio trianguli, quæ est in ipso, & intentio æquicruris, & intentio vniuscuiusq; triangulorum fuerit intentio vna. sensus est, cùm prædicatum prędicatur de pluribus vna dictione, & illæ dictiones significent rem vnam, quemadmodum significant dictio trianguli, & dictio æquicruris: veluti si dicamus, æqcrus habet tres angulos æquales duobus rectis, rem vnam: & consimiliter si dictio trianguli, & dictiones reliquarum specierum trianguli significent rem vnam, quemadmodum gradatus & æquicrus, cùm contunxerimus in vtrisque triangulum. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit, & intẽtio vniuscuiusq; triangulorum fuerit intentio vna: hoc est, q; intentio gradati, & intentio æquicruris, & intentio trianguli est res vna. Cũ vero dixit: sed intentio vniuscuiusq; ipsorum est alia ab intentione alterius, nõ sciemus vtiq;, cui ipsorum sit vniuersale, sed dicetur de omni: sensus est, cum intentio trianguli fuerit alia ab intẽtione ęquicruris, nos vtiq; ignorabimus cui ipsorum prædicatum sit vniuersale, cùm prædicauerimus de triangulo ęquicrure aliquod prædicatum.

Vtrum autem ſm q; triangulum, aut ſm q; æquicrus ineſt, & quando ſm hoc ineſt primo, & vniuersaliter cuius est demonstratio? Planum, q; quando ablatis inerit primo, quę admodum æquicruri, æneo, triãgulo inerunt duo recti. sed & q; sit æneum, ablato, & quòd æquicrus. sed nõ figura, aut termino: sed non primis. Quo igitur primo? si quidem triangulo, secundum hoc ineſt & alijs, & huius vniuersaliter est demonstratio.

Dixit Arist. Sed inquiramus, & dicamus, an vides hanc intentionem cui rei est vniuersalis, triangulo, in eo q; triangulus, aut in eo q; æquicrus? & in summa cùm scit rem, quæ ita est illi primo, & de qua constituitur demonstratio, ſm q; est illi vniuersalis. Et dicamus, q; res, quæ ita se habet, vt alijs ablatis remaneat, & remaneat prædicatum, eo q; ipsa remanet; & cùm remouet, remouetur, huic inerit vniuersaliter. quemadmodũ si triangulus æquicrus esset factus ex ære, & de ipso enuntiaretur, quòd haberet angulos æquales duobus rectis, si auferres ab eo, q; sit æneus, q; sit æquicrus, prædicatum tamen remanet, si remanet triangulus. atqui si ab ipso abstuleris, quòd sit figura, & q; sit finitus, non remanebit prædicatum: sed nõ aufertur propter ablationem istorum duorum, ita vt proueniat illi vniuersale. Cumq; hæc intentio sit vniuersalis triangulis, igitur per cõsubstantialitatem ipsius inuenietur hæc demonstratio in triangulis: et demonstratio ſm viam vlis inerit vtiq; ipsi.

*al.l.medio

43 Dixit: Sed si intentio trianguli est alta ab intentione æquicruris, & prædicemus de vtrisq; prædicatum appropriatũ: igit accidit nobis, vt discernamus vtri istorum hoc prędicatum sit prædicatum primum. Et inquiramus, & dicamus, an vides hoc prędicatum, quòd primo ineſt triangulo, ſm q; triangulus, aut in eo q; est ęquicrus? & in summa oportet in hoc loco, vt sciamus rem, cui hoc prędicatum ineſt primo, & super quo constituitur demonstratio ſm q; est primum, aut triangulo, aut ęquicruri. Et posteaq; docuit per hęc exempla locos, per quos oportet nos habere viam, per quã sciamus rem, de qua prędicatur prędicatione prima, & quę situm sit vniuersale, dixit: Et dicamus, q; res, quę ita se habet, vt alijs ablatis remaneat, & remaneat prędicatum, eo q; ipsa remanet, & cũ remouetur, remouetur, huic ierit vniuersaliter. sensus est, & dispositio, ex cuius parte prędicatio prędicati de subiecto est prędicatio prima, cognoscitur à reliquis, quę insunt subiecto: in eo q; est dispositio, qua, cũ abstuleris reliquas dispositiones, hoc est imaginatus fueris auferri, & ipsam imaginatus fueris remanere, remanet prædicatum: & cùm auferis ipsam, & remanẽt reliquę dispõnes, auferẽt prędicatũ: hęc inquã dispositio, quæ inest subiecto, erit prædicatũ primũ. Cũ vero dixit, q; res, quæ ita se habet, vt alijs ablatis remaneat, & remaneat prędicatum, eo q; ipsa remanet: intelligit per rẽ dispositionẽ, cui ineſt prædicatũ primo: per reliquas vero res intelligit dispõnes, qbus nõ ineſt primo; siquę scilicet cùm auferuntur, & remanet ipsa dispõ, nõ auferi ꝑdicatũ.

*al.l ignoremus

Tradit

Tradit igitur duas conditiones. Quarum vna est, cùm ipsa dispositio ponitur in esse, & reliquæ dispositiones auferuntur, inuenitur prædicatum. Secunda vero, cùm aufertur, & remanent reliquæ dispositiones, aufertur prædicatum. Deinde adduxit exẽplum istius sermonis, & dixit: quemadmodum si triangulus æquicrus esset factus ex ære, & de ipso enuntiaretur, ꝙ haberet angulos æquales duobus rectis. sensus est, quòd si hoc triangulo sunt tres dispositiones, ꝙ est triangulus, & ꝙ est æquierus, & ꝙ est ex ære: & de omnibus verum est dicere, quòd habet angulos æquales duobus rectis. Deinde dixit: si auferres ab eo, quòd sit æneus, quòd sit æquicrus, prædicatum tamen remanet, si remanet triangulus. sensus est, quòd, si tu abstuleris ab hoc subiecto composito ex his tribus dispositionibus, ꝙ est ex ære, & ꝙ est æquicrus, & derelinquatur ꝙ est triangulus, derelinquis ꝙ habet angulos æquales duobus rectis: hoc est, ꝙ remanet hoc prædicatum verum de subiecto, quemadmodum fuit, antequam auferrentur ab eo binæ conditiones. Deinde cùm dixit: atqui si ab ipso abstuleris, ꝙ sit figura, & ꝙ sit finitus, non remanebit prædicatum: sed non aufertur propter ablationem istorum duorum, ita vt proueniat illi vniuersale: quasi remouet ea, quę possent infestare hunc sermonẽ. & hoc, quoniam si ponitur, ꝙ hæc est dispositio, quæ cũ inuenitur, & auferuntur reliquę dispositiones, inuenitur prædicatum: & cùm aufertur, aufertur prædicatum: posset aliquis dicere, si nos auferemus ab hoc trigulo, de quo loquebamur, ꝙ est figura, & ꝙ est finitus, hoc est superficies, aufertur prædicatum, quod est habere angulos æquales duobus rectis. & dedit responsionem ad hoc, ꝙ si aufertur prædicatum propter ablationem, puta istarum dispositionum, istud est propter ablationem dispositionis, cui inest hoc prædicatum, ex ablatione istarum dispositionum, non propter ablationem huius. et hoc, quoniam cùm auferitur, ꝙ est figura, auferitur ꝙ est triangulus: et cũ auferitur triangulus, auferitur æqualitas angulorum duobus rectis: & cũ auferitur hoc prędicatum, ex eo ꝙ auferitur ꝙ est triangulus, tunc auferre superficiẽ, & finitũ, non est primo, sed hoc fit ex parte vtiq; qua auferẽ triangulus, per cuius ablationem aufertur prædicatum primo. & propterea non est possibile, quin addatur huic conditioni, & dicatur, ꝙ cũ aufertur, & remaneant alię conditiones, auferitur prædicatum: & cùm inuenitur, & auferuntur alię conditiones, relinquitur prædicatum. Cùm vero dixit: sed non auferitur propter ablationem istorum duorum: intelligit, ꝙ non auferitur propter ablationem horũ duorum primorum, & per se, sed quia auferitur triangulus propter ablationem vtrorunq;, non propter ablationẽ ipsorum tantum: ita vt esset hoc prædicatum vniuersale superficiei, & finito, sm ꝙ posuimus conditionem ac dispositionem in re, cui inest prædicatum vniuersale. Cum vero dixit: cumq; hæc intẽtio sit vniuersalis triangulo, igitur per cõsubstantialitatem ipsius inuenietur hæc demonstratio in triangulis: sensus est, cumq; prędicatio angulorum æqualium duobus rectis sit vniuersalis triangulo, igitur per consubstantialitatem demonstrationis huius de triangulo, declarabitur demonstratio hæc de omnibus triangulorum speciębus. Deinde dixit: & demonstratio sm viam vniuersalis inerit vtiq; ipsi: hoc est triągulo. Abunazar vero dixit de hoc loco, quę tradidit Ari. ad extrahẽdum ꝓdicatum primũ, ꝙ est locus persuasiuus, & non demonstratiuus, & hoc in libro suo de Resolutione. Et hoc, quoniam ipse imaginatus hunc locũ destruit p ea, quibus sunt plura, ppria vno. nã si auferetur vnũ proprioꝝ, aufertur et reliquum: & si vnum inest, & aliud inest. quemadmodum susceptiuum scięntiæ, & risibile in homine. cũ enim aufertur ab eo, ꝙ est risibile, aufertur, ꝙ est susceptiuum scięntiæ: & si inest risibile, inest etiam susceptiuum scientię. prędicatio autẽ risibilis de susceptiuo scientiæ non est prędicatio prima, quoniam est prædicatio per accidens. Atqui errauit Abunazar, eo ꝙ imaginatus est Aristo. in hoc loco, vsum fuisse loco inexistentię, & ablationis simpliciter. Et nõ se habet res ita: sed vsus est ipso Aristo. ad declarationem. & hoc, quoniã ipse dixit, ꝙ res, cui inest prædicatio vniuersalis ex omnibus rebus, quę insunt subiecto, est illa res, quę cùm inest, & auferũtur reliquę inteptiones, quæ insunt subiecto, remanet prędicatum, cui inest: & cùm aufertur, & relinquitur aliæ dispositiones inexistentes prędicato, aufertur prędicatum. eumq; posuerit binas istas conditiones de ablatione & inexistentia, erit locus demonstratiuus sine dubio. Et hoc, quoniam non sequitur, cùm auferitur risibile, & inueniuntur reliquæ dispositiones in homine, ꝙ auferaẽ susceptiuum scientiæ. & hoc, quoniam eũ inuenitur ratio, inuenitur & susceptiuum scientię. & ita nõ sequitur, cũ inuenitur risibile, & auferuntur reliquę dispositiones inexistentes homini, ꝙ inueniatur susceptiuum scięticæ. Et ideo, cũ vsus est loco isto cum his duabus cõditionibus, est demõstratiuus. & hoc est, quod deuiare fecit Abunazarem ab intentione Aristo.

*al. l. medio

Demonstrationem esse ex ijs, quæ sunt Per se, ac Necessarijs. Cap. VI.

SI igitur est demonstratiua scientia ex necessarijs principijs: quod. n. scitur, nõ potest aliter se habere: per se vero inexistentia necessaria sunt rebus: alia quidem enim in eo quod est quid insunt: alijs autem, quę de ipsis prædicantur, ipsa insunt in eo quod est quid, quorum alterum oppositorum necesse est in esse: manifestum ꝙ ex talibus quibusdam sic vtiq; demonstratiuus syllogismus. omne. n. aut sic inest, aut secundum accidens: accidentia vero non sunt necessaria.

Dixit Aristo. Quòd si est demonstratio ex propositionibus necessarijs: quoniam quod scitur per demonstrationem, non potest variari secundum id, de quo est: & res necessariæ sunt res per se: & hæ secundum duas species: quarum vna est, cùm prædicata sunt in definitionibus subiectorum: altera vero, cùm sit vnum ex duobus prædicatis oppositis, in quorum definitionibus accipiuntur subiecta sua: igitur manifestum est, ꝙ demonstratio erit ex rebus per se. & hoc, quoniam non effugit, quin sit, aut ex rebus per se, aut ex rebus accidentalibus: res vero accidẽtales non sunt necessariæ.

44 Posteaq; docuit proprietates prędicationis necessarię, quę sunt, vt sint propositiones per se, & primę, vult hic monstrare, ꝙ oportet propositiones demonstrationum esse per se. Et posuit mõstrationem in hoc, ꝙ propositiones demonstrationis sunt necessariæ: & inquit, ꝙ si oportet demonstrationem componi ex propositionibus necessarijs: quoniam ea, quę sciunt per demonstrationem, quę sunt conclusiones, sunt necessaria: qm̃ fieri non põt, vt permutentur sm id, de quo sunt: & conclusionum necessariarum prouenit scientia per se, hoc est, vt sint necessarię ex propositionibus necessarijs: propositiones autem necessarię sunt per se: igit oportet ꝓpositiones demonstrationis esse per se. Cumq; ea quę sunt per se, sint duarũ speciẽrũ: species, in qua accipitur prędicatum i definitione subiecti: & species, in qua accipitur subiectum in definitione prędicati: igitur planũ est, ꝙ oportet propositiones demonstrationum esse ex vna istarum specierum eorũ quę sunt per se. Atqui dixit, ꝙ species vna ipsa est vnum ex duobus oppositis prędicatis, in quorum definitionibus accipiũtur subiecta: quoniam accidentia per se, quę sunt vniuersaliora subiecto, sunt in perpetuũ opposita. Et cũ dixit: et hoc, quoniam nõ effugit, quin sit aut ex rebus per se, aut ex rebus accidentalibus: res vero accidentales non sunt necessariæ: hic est alius syllogismus à primo syllogismo, per quem declarauit, ꝙ oportet propositiones demonstrationis esse necessarias, quoniam in syllogismo primo posuit, ꝙ oportet propositiones demonstrationum esse necessarias, quoniam oportet cõclusiones demonstrationis esse necessarias: deinde posuit, ꝙ necessaria sunt per se, atqui in hoc syllogismo posuit, ꝙ propositiones demonstrationum sunt necessariæ: deinde dixit, ꝙ propositiones demonstratiuæ non effugiunt, quin sint substantiales, aut accidentales. deinde concluśit, ꝙ non sunt accidentales: quoniã propositiones demonstrationis sunt necessariæ: & accidentales nõ sunt necessarię. Et complicatio syllogismi concludentis hoc prædicãtum, est in secunda figura. & hæc monstratio componitur ex conditionali diuiduo, & prædicatiuo in secunda figura. Sed primus est syllogismus prædicatiuus, & componitur sic. Conclusiones demonstrationis sunt necessariæ: & conclusiones necessariæ fiunt ex propositionibus necessarijs: ergo concluditur, quòd oportet propositiones demonstrationum esse necessarias. Deinde accepit hanc conclusionem, quæ est, ꝙ propositiones demonstrationũ sunt necessariæ: & cõplicuit cum hac, ꝙ necessaria sunt per se: ergo concluditur in prima figura, ꝙ propositiones demonstrationis sunt per se. † Monstrauit aũt hoc per propositiones duabias, & hoc, quoniam dubitatur in prima demonstratione de propositione, quæ in ipsa accipitur, ꝙ omnia necessaria sunt per se. & hoc, quoniam videtur multis, ꝙ sint aliqua necessaria, quæ non sunt per se: quemadmodum album inest cygno, & nigrum pici, & risibile vendenti & ementi. & in summa cùm aliquod proprriũ inest alteri, illa prædicatio est necessaria, & non per se. Et ideo dixit Abunazar in libro de Demonstratione, ꝙ per necessaria hic intelligere debemus necessaria essentialia. Dicamus igit nos, ꝙ necessarijs opponũtur possibilia. & necessariorum aliqua sunt necessaria per se, aliqua vero necessaria per accidẽs. & necessaria per accidens sunt possibilia p se. atqui necessaria per se non sunt possibilia, nisi per accidens. & prędicatio proprioꝝ de se inuicem est necessaria per accidens, & possibilis per se, et cõsimiliter est ꝓdicatio albi de niue, et nigri de pice. Oportet autem, ut non cõnumerentur propositiones necessarię per accidens, quoniam nõ est speculatio eius, quod est per accidens. sequitur igitur, ꝙ omne necessarium est essentiale, hoc est, ꝙ omne necessariũ per se est essentiale. Et consistit, ꝓpositio, quæ accipitur in demonstratione, quę est, ꝙ omne, quod est necessarium, non est accidentale, verificatur vtiq; de eo, quod est per se. & hoc est, quod voluit Aristo. Et oportet vt scias, ꝙ necessaria per se accipiuntur vtique cum prędicato primo tantum. & hoc, vt sit prędicatum necessarium subiecto, & subiectum necessarium prædicato. & hoc non inuenitur in prædicatione generis de specie. & hoc, quoniam genus est necessarium specter: sed species est ipsi possibilis. sed inuenitur in prędicatione definitionis, & dfię, & accñium subaliũ, ꝓmoꝝ.

Aut igitur sic dicendum, aut principium ponendum, quòd demõstratio necessarium est: & si demonstratum est, non potest aliter se habere. Ex necessarijs igitur oportet esse syllogismum. ex veris quidẽ enim est & non demonstrantem syllogizasse: ex necessarijs vero non est, nisi demonstrantem. hoc enim iam proprium demonstrationis est.

Dixit Aris. Aut igitur sufficit ad monstrandum, ꝙ propositiones demonstrationis sunt necessariæ, illud quod diximus: aut incipiemus principium alterum, & dicemus, ꝙ conclusiones demonstrationis sunt necessariæ, non permutabiles, neq; variabiles: & demonstratio genita ex ipsis non potest permutari in eo, quod est de ipso. Quod cùm ita sit, igitur propositiones, ex quibus est demonstratio, sunt necessariæ, non permutabiles, neque variabiles. præterꝫ ꝙ conuenit alicui, vt ratiocinetur ex propositionibus veris, & tamẽ non erit ex ipsis demonstratio. atqui quod ostenditur per demonstrationem, non cohæret, nisi ex propositionibus necessarijs. quoniam proprium demonstrationis est, vt sit ex rebus necessarijs.

45 Posteaq; posuit, ꝙ oportet propositiones demonstrationum esse necessarias, quia conclusiones demonstratiuæ sunt necessariæ, & concluśit ex hoc, ꝙ propositiones sunt per se: & hic in connexione antecedẽtis ex consequente, cũ dicitur, ꝙ si sunt conclusiones necessariæ, oportet vt propositiones sint necessariæ, est aliquid dubiũ: & posuit ipsum per syllogismum conditionalẽ, tanquam per se manifestum: dixit: Aut igitur sufficit ad ostendendum, ꝙ propositiones demonstrationis sunt necessariæ, illud quod diximus, aut incipiemus principium alterum, & dicemus. sensus est, si quod diximus, potest esse nõ ita manifestum apud aliquos discipulos, operęprecium est, vt addamus aliquid ad hoc mõstrandum. sensus est, cũ sit ex principijs positis apud nos hic, ꝙ conclusiones demonstrationis non possunt permutari sm id, de quo sunt, sed sunt neq; permutabiles, neque variabiles: & est consimiliter etiam positum apud nos veluti scitũ per se, ꝙ oportet demõstrationem, p quam assequimur speciem istam scientiæ per se, esse absq; dubio in hac specie existentiæ, hoc est non permutabilis, neq; variabilis: & in summa ꝙ nõ potest permutari sm id, de quo est. quoniã cùm demonstratio sit causa istius speciei scientiæ, sequitur ꝙ ipsa magis debeat esse cum hac dispositione. quoniam omne id, quod est causa alicui, ipsum magis debet esse cum hac dispositione, cuius est illi causa. Vt exemplo, si ignis est causa alijs rebus calidis, igitur ipse magis debet esse calidus. & consimiliter demonstrationes, si sunt causa scientiæ necessariæ, ipsæ magis debent esse † scitę necessarię. sed cùm syllogismus habeat vtiq; possibilitatem propter propositiones suas: quoniam quod sequitur ex ipso, est necessarium: sequitur igitur, vt syllogismus, qui dat scientiam necessariam, det ipsam duobus modis, propter figurã suam, & propter propositiones suas. quod cùm ita sit, oportet igitur, vt propositiones demonstrationis sint necessariæ. Cùm vero dixit: prętereꝫ ꝙ conuenit alicui, vsq; ad finem, eius, quod scripsimus: inuit, ꝙ figura syllogismi non conferat ad concludendas conclusiones necessarias:

Quo pacto necessaria, demõstrationẽ ingredięta, intelligãtur ostẽdẽdo ꝙ p se. † al. le. Sed circa has ꝓpõnes insurgit dubium.

*al. le. cõtingentia, & sic legitur in toto hoc cõm.

† al. l. scibilia necessaria.

necessarias:sed figura ipsius confert ad non concludendum necessarium. Et propterea fieri potest, vt aliquis concludat ex propositionibus veris nõ necessarijs conclusionem veram, aut necessariam, aut non necessariã. & si nõ necessariam, erit per se: si vero necessariam, erit per accidens. vtcunque autem res se habeat, hęc species syllogismi non est demonstratiua.

Signum autem, quòd demõstratio ex necessarijs: quoniam & instantias ita ferimus ad eos, qui existimant demõstrare, quòd non necesse, si existimemus, aut omnino contingere aliter, aut sermonis vtię gratia.

Dixit Aristo. Et iam monstrabimus, quòd propositiones demonstrationum sunt necessariæ. quoniam fieri potest, vt aliquis contradicat, quoniam existimauerunt nõnulli se fecisse demonstrationem super aliquo quęsito, cùm viderunt demonstrationem, in qua adduxerunt signum, non esse ex propositionibus necessarijs: aut fieri potest, vt hoc quæsitũ monstretur sine illa propositione: quodcp ipsæ accipiunt à sermõibus, hoc ẽ dialecticis.

46 Hæc est ratiocinatio probabilis super eo, cp oportet propositiones demõstrationis esse necessarias. & hoc, quoniam contradicunt nonnulli, cùm exhibẽt demonstrationem, & vident, cp non habet propositiones necessarias. Cũ vero dixit: aut fieri potest, vt hoc quæsitũ mõstretur sine illa propositione: si intelligit, cp ipsi contradicunt huic rei, quemadmodum contradicunt in hoc quæsito, super quo adduxerunt demonstrationem, cp potest monstrari sine illis propositionibus: existimari poterit cp hæc oratio ratiocinetur. & hoc, quoniam fieri potest, vt res monstretur per plures demonstrationes vna. Sed non est res, quemadmodum existimatur. quoniam demonstratio, si est ex propositionibus primis, quæ sunt causæ, per quæ constituitur natura rei istius, cuius demonstrationem quærimus: & res una erit vtcp ex causis vnicis: igitur oportet, ut demonstratio sit vna: quẽadmodum sequitur, vt sit definitio vna. hæc autem demonstratio est demõstratio concoscum opere naturæ. sicp si demonstratio est, cuius causa efficitur res, oportet igitur vt non sit de quæsito, nisi demonstratio vna. & hoc valde manifestum est in artibus operatiuis. Et propterea demõstrationes absq; dubio sunt definitiones in potentia: quemadmodum postea declarabimus. Cũ vero dixit: quodcp ipsæ accipiuntur à sermonibus, hoc est dialecticis: intelligit cp demonstratio deficit, quoniam propositiones ipsius non sunt necessariæ: quemadmodum deficit, cũ propositiones ipsius sunt dialecticę. quodcp hoc quæsitum sit posse, monstrari per demõstrationem aliam ex genere suo.

Planum autem ex his, & cp fatui sunt, qui se existimant recte principia accipere, si probabilis sit propositio, & vera: veluti Sophistæ, quòd scire est scientiam habere. nõ enim quòd probabile, aut non, principium est: sed primum ipsius generis, circa quod monstratur. & verum non omne proprium.

Dixit Aristo. Apparet igitur iam ac manifestum est ex rebus istis, cp eo, quia existimauerunt propositionem demonstrationis accipi à rebus probabilibus, sunt vtique homines sine cõrde: quemadmodum fecerunt Sophistæ, cùm monstrauerunt, cp qui habet scientiam, scit quid est scientia. quoniam non sufficit in principijs demonstrationis, vt sint vera, nisi fuerint etiam proportionata, & prima illi generi, super quo est demonstratio. igitur magis conuenit, vt nõ sufficiat ad hoc, cp sint demonstratiua, vt sint probabilia.

Planum uero ac manifestum de propositionibus demonstrationis, cũ oporteat ipsas esse necessarias, cp qui credunt sufficere in propositionibus demõstrationis, vt sint probabiles tantum, ipsi sunt homines sine cõrde. ex hoc, quoniam cũ non sufficiat ipsas esse veras, sed oporteat cũ hoc, esse necessarias, quomodo non magis oportebit, quòd nõ sufficiat ipsas esse probabiles? quoniam magna ex parte probabilia non fuit vera. Atqui simillis est operatio istorum operationi Sophistarum, qui sophisticè persuaserunt verũ esse falsum, qm̃ sicut Sophistę errauerunt in dispositione propositionum demonstratiuarum, quæ sunt verę, & existimauerunt, cp falsa sunt vera: consimiliter operatio eorum, qui existimauerunt probabilia esse vera, & operatio Sophistarum est operatio vna in genere. quoniam vnusquisq; eorum errat in vero. sed differunt inter se: quonã falsum, in quo errat Sophista, est vniuersale, & vt plurimum: illud vero, in quo errat, qui existimat sufficere, cp vera sint probabilia, est falsum particulare. et hoc, quoniam non accidit propositionibus probabilibus, vt sint falsæ in omnibus. Cùm vero dixit: cùm monstrauerunt, cp qui habet scientiam, scit: exemplum est orationis Sophistarę, & accipitur à Platone, & est multiplicitas in compositione orationis. Componitur autem hunc in modum. Qui habet scię̃tiam de aliquo, ipse scit illud, cuius habet scię̃tiam: sed res, cuius habet scię̃tiam, est ipsa scientia: igitur qui habet scientiam de aliquo, habet scientiam de scientia. Modus autem deceptionis est, quia in oratione dicente, qui habet scientiã de aliquo, ipse scit illud, cuius habet scientiam: potest eorum illud dictum referri ad scientiam, & ad scitum. verum est. n. de scito, falsum de scientia. existimauit autem Sophista propter cõmunitatem dictionis, cp est verum de scientia: & existimauit ex hoc, cp qui scit aliquid, sciat etiam quid sit scientia. Cũ vero dixit proportionata: vult cp sint ex natura gñis, de quo speculamur. Cũ vero dixit: & prima illi gñi: vult cp sint prędicata de ipso, & opposita, si prædicatum in ipsis sit accidens, prædicatum de genere per viã ipsius quid est. si vero nõ fuerit accidens, erit p̃dicatum proportionatum. Et proportionata, sm cp videtur ex sententia Aristo. sunt essentialia. Abunazar autem existimat, cp essentialia sunt, p quę diuidit vnũquodcp genus artis. Sed iam locuti fuimus de hoc in antecedentibus, & loquemur etiam in sequentibus.

Quòd autem ex necessarijs oportet esse syllogismum, manifestum & ex his. Si enim qui non habet rationem eius quod est propter quid, existente demonstratione non est sciens. esse autem posset, vt A de C ex necessitate esset: B vero medium, per quod demonstratum est, non ex necessitate: non sciuit propter qd. non. n. est hoc propter mediũ. hoc. n. cõtingit nõ esse, conclusio autem necessaria.

Dixit Aristo. Iam vero videtur, cp demonstratio sit ex ppositionibus necessarijs. Quoniam qui non habet scientiã propter causam,

propter quam res est, de qua est demonstratio, ipse vtiq; non scit. quemadmodum qui existimauit se scire, cp A ineſt C, ex necessitate per medium B, & mediũ, per quod sciuit non est necessarium: hic enim non sciuit per causam. quoniam scientia ipsius, quòd prædicatum ineſt subiecto ex necessitate, non est ex parte medij. & hoc, quoniam fieri potest, vt medium tollatur, & conclusio sit necessaria.

48 Dixit: cùm aliquis scit per medium nõ necessarium, prædicatum aliquod ineſſe subiecto, iste ex necessitate non sciuit hoc prædicatum ineſſe huic subiecto per causam suam. quoniam qui scit per causam, ipse ex necessitate scit conclusionem ex parte medij. qui vero scit per medium non necessarium, ipse non scit ex necessitate conclusionem ex parte medij, quoniam medium est possibile: et sequitur ex duabus istis propositionibus in secunda figura, cp qui scit per medium nõ necessarium, non scit per causam. cumcp connexerimus ad hãc conclusionem, cp demonstratio * scit per causam: concludetur ex hoc consimiliter etiam in secunda figura, cp qui scit per medium non necessarium, non scit per demonstrationem. cumcp qui scit per demonstrationem, ita se habeat, cp sciat per medium aut necessarium, aut & non necessariũ, & qui scit per medium nõ necessarium, non sciat per demonstrationem: sequitur igitur, qui scit per demonstrationem, vt sciat per medium necessariũ. & oratio hæc consimiliter etiam in potentia est syllogismus conditionalis. Cùm vero dixit: Quoniam qui non habet scientiam per causam, propter quam res est, de qua est demonstratio, ipse vtiq; non scit: hęc est conclusio secundi syllogismi. Cùm vero dixit: hic enim nõ sciuit per causam. quoniam scientia ipsius, vsq; ad finẽ capituli: hæc est declaratio propositionis dicentis, cp qui scit per medium non necessarium per se, non sciuit per causam. & hæc est conclusio primi syllogismi, qui ita cõplicatur. Qui scit per causam, scit cp prædicatum ineſt subiecto ex necessitate, ex parte medij: qui autem scit, cp prædicatum ineſt subiecto, sed per medium non necessarium, non scit cp prædicatum ineſt ex necessitate ex parte medij. Cũ vero dixit: & hoc, quoniam fieri potest, vt medium tollatur, & conclusio sit necessaria: hæc est declaratio propositionis dicentis, cp qui scit per medium non necessarium, non scit cp prædicatum subiecto sit necessarium ex parte medij. & hoc, qm̃ mediũ tollitur, et scię̃tia remanet. sed quod producit sciam necessariã ex pte sui, non debet tolli, & relinqui scię̃tia.

50 Præterea, si aliquis non sciuit nunc, habens rationem, & saluus, salua re, nõ oblitus, necp * prius sciuerat. corrumpt autem posset medium, si non est necessarium: quare habebit quidem rationem saluam, saluã re, nõ autem sciuit: necp igitur prius sciuerat. si vero nõ est corruptum, cõtingit autem corrumpi, quod accidit, esset vtique possibile & contingens. sed est impossibile ita se habentẽ scire. Quando quidem igitur cõclusio ex necessitate sit, nihil prohibet medium nõ necessarium esse, propter quod mõstratum est. est enim necessarium & non ex necessarijs syllogizatũ esse, quemadmodum & verum non ex veris.

Dixit Aristo. Et cũ hoc, si aliquis sciat per medium non necessarium, erit vtiq; syllogismus, & ipse etiã remanebit, & conclusio, quæ monstratur per syllogismum, remanebit, & non mõstrabitur: nõ igitur proueniet scientia, quoniam mediũ iam auferri potest. cùm igit ita res est, vt remaneat syll's, & ratiocinãs, & quæsitum, & deficiat scię̃tia: igitur quęsitũ non erit scitũ, necp ẽt sm̃ cp antea fuit consimiliter. necp etiam si mediũ non tollaf, dummodo tolli possit in scientia rei per demõstrationem. sed eueniet scientia per ipsum, sm̃ cp est possibile, non sm̃ cp est nõ possibile, vt eueniat scientia, sm̃ cp hęc est forma ipsius. Quoniam nihil prohibet, vt medius terminus sit non necessarius, & conclusio sit necessaria. quoniam fieri iam potest, vt concludamus su per conclusione necessaria ex propositionibus non necessarijs.

Cùm terminus medius ita se habuerit, cp per ipsum 49
sciamus, cp est tantum: siue iste sm̃ hanc disposition sit per se non necessarius, siue sit necessarius, et nos non sciamus ipsum: non conferet vtiq; ad scientiam conclusionis, nisi cp tantum est. et si fuerit ex natura possibilis, fieri poterit, vt auferatur terminus medius, & non auferamur nos per ablationem ipsius: & sit apud nos syllogismus in actu, & scientia de conclusione non sit, qm̃ quod habemus de scientia conclusionis, est opinio tantum, nõ scientia. Et propterea accidit, quod dixit, scilicet, cp cũ aliquis scit rem per medium nõ necessarium, fieri potest, vt syllogismus sit in actu, & ratiocinans remaneat, & conclusio, quæ mõstratur per syllsum remaneat, & tamẽ nõ sit manifesta veritatis. & hoc, quoniã eum corrumpitur terminus medius, & non scimus nos per corruptionem ipsius, accidit, vt scientia illa sit opinato. Et propterea dixit: non igitur proueniet scientia, quoniam mediũ iam auferri potest. Et dixit: cũ igitur ita res est, vt remaneat syllogismus, & ratiocinans, et quæsitum, & deficiat scientia: ergo quæsitum nõ erit scitũ, necp ẽt sm̃ cp antea fuit. sensus est, erit quæsitum non scitum in tempore, quo corrumpitur medius terminus: etsi opinemur, cp sit scitum † ex parte, qua nõ habemus scientiam in corruptione termini medij. Et dixit: necp ẽt sm̃ cp antea fuit. sensus est, cp quæsitũ non scietur à nobis in tempore, quo inueniatur medius terminus in veritate sua, quoniã fieri potest, vt hanc scientiã opinemur esse opinionẽ. Et posteaq; narrauit variationem istius scientiæ, quæ accidit in tempore, quo tollitur medius terminus, mentionem fecit ac declarauit ipsam in tempore, quo medium tollitur, & dixit: necp etiam si medium non tollatur, dummodo tolli possit in scientia rei per demonstrationem. sensus est, cp cũ medius terminus inuenitur tantum in re, exhibet scię̃tiam in conclusione, cp est tantum, non autem cp est necessaria. & hoc est, quod exhibet demonstratio. & est, ac si dixisset, non vt medius terminus auferatur, sed fieri potest, vt auferatur, & proueniat propter hoc medium scientia in re sm̃ modum scientiæ prouenientis ex demonstratione. Et posteaq; narrauit fieri posse, vt proueniat à medio isto scientia necessaria per accidens, dixit: sed eueniet scientia per ipsum, sm̃ cp est possibile, non sm̃ cp est nõ possibile, vt eueniat scientia, sm̃ cp hęc est forma ipsius. sensus est, sed iam proueniet ex parte istius termini medij scię̃tia necessaria per accidens: qm̃ hoc est possibile, quoniam, cũ dicimus, cp non prouenit scientia per ipsum, non volumus, cp hoc nõ sit possibile omnino: sed volumus vtiq;, cp non prouenit scię̃tia per

* al. de fatuis

* al. l. fatui.

* al. l. decipiunt & putantes

* al. l. equiuocationem

* Abeficiet Iac. le. scitur

* al. eo. ad. igitur

* al. saluus

* al. l. quoniã

* al. l. eo cp

* al. l. eo cp primum

* al. l. sit ipsius contradicentis.

* fac. le. a genere

† la. propterea quia nõ habem' scię̃tiam de corruptione

ipsum, nec sequi quoniam nihil prohibet, quemadmodum dixit, ꝙ terminus medius non sit ex necessitate: & sententia in conclusione sit necessaria. Et expositores dederunt exemplum hoc in loco: quemadmodu ... si aliquis dicet, omnis homo ambulat: & omne animal est animal igitur omnis homo ambulat: & omne ambulans est animal igitur erit conclusio necessaria, quæ est, ꝙ omnis homo est animal: & cum propositio minor sit possibilis, quæ dicit, omnis homo ambulat. Atqui accidit hoc in syllogismo, cū propositio necessaria est maior, quæ dicitur de omni, sm ꝙ verificatur in omnibus mediis: ex his inde est, vt sit a de omni de b. Quod di- e 4.
sponitur per b: sive fuerit dispositio possibilis, sive non existens, sive necessaria, per huiusmodi enim propositionem, hoc est propositionem, quæ sit necessaria, aut possibilis, aut inexistens in actu, erit conclusio necessaria: quemadmodum se habet in exemplo præcedenti. Atqui dixit in hoc, ꝙ est per accidens, quoniam non in omni prædicatione necessaria inuenitur hæc dispositio. Et propterea non posuit Arist. in hac specie mutationis modum conclusionis, qui sequitur ex modo propositionis maioris: quemadmodum mentionem fecit in libro de Syllogismo, & nos exposuimus sententiā ipsius hoc in loco. Cū vero maior est possibilis, non oportet, vt conclusio sit necessaria. & hæc est species, quam voluit, cum dixit: quoniam fieri iam potest, vt concludamus super conclusione necessaria ex propositionibus non necessariis, hoc est, cū maior propositio est necessaria cum hac conditione.

Quando autem medium ex necessitate, & conclusio ex necessitate: quemadmodum & ex veris verum semper. sit enim a de b ex necessitate: & hoc de c: necessarium igitur & a ipsi c inesse. Quando autem non necessaria sit conclusio, nec medium necessarium potest esse. sit enim a ipsi c nō ex necessitate inesse: ipsi autem b ex necessitate: & hoc ipsi c ex necessitate: & a igitur ipsi c ex necessitate inerit. sed non suppositum fuerat.

Dixit Arist. Atqui cùm medius terminus est necessarius, conclusio etiam erit necessaria per se absq; dubio: quemadmodum cùm propositiones sunt veræ, erit conclusio absq; dubio vera semp. veluti si a iest b ex necessitate: et b de c ex necessitate. Igit, si nō erit cōclusio necessaria, non erunt propositiones necessariæ. sed si conclusio, quæ est a de c, non sit necessaria: & ambæ propositiones, a b c, sint necessariæ: & conclusio ex his duabus erit necessaria. sed posita iam fuerat non necessaria: quod est falsum.

Posteaq; exposuit, cū terminus medius non est necessarius, ꝙ non sequitur, vt conclusio sit necessaria per se, sed si est, est per accidens, vult mōstrare conuersum huius: et hoc, cū medius terminus est necessarius, id est propositiones syllogismi, ꝙ conclusiones sunt necessariæ. Cū vo dixit; Atqui cū medius termin⁹ est necessarius: hoc est duabus extremitatibus: & hoc, cū fuerint propositiones syllogismi necessariæ. Cū vero dixit: conclusio etiam erit necessaria per se absq; dubio: quemadmodum, cū propositiones sunt veræ, erit conclusio absq; dubio vera semp: sensus est, ꝙ dispositio, qua modus conclusionis sequitur per se modum duarum propositionum, est similis, quemadmodum est in propositionibus veris, sequitur per se, ambæ propositiones sint vtiq; veræ. suæ enim virtus mutuo conferre aliquid vtrique: sicut demōstrabo super ipsis est vna. Declaratum autem fuit in libro Syllogismi, cū sint propositiones veræ, q̄ conclusio absq; dubio erit vera: & ad illum similiter in monstratur, cū sint propositiones necessariæ, q̄ quoque et conclusiones esse necessarias. & hoc mōstratur, per syllogismum: si in prima quidem figura per dictum de omni: si enim a de b, aut vtrique per medium ad primam figuram, & per alios quosdam modos, qui dicti sunt in Exemplum vero, quod adduxit, est in prima figura. Et posteaq; dixit, cū sint ambæ propositiones necessariæ, ꝙ conclusio erit necessaria: quia sequitur ex hac illationē, cū conclusio non est necessaria, ꝙ propositiones non sunt necessariæ: dixit igitur, si non erit conclusio necessaria, non erunt propositiones necessariæ. Deinde monstrauit hoc per viam ad impossibile, & est modus monstrationis, in quo ponitur oppositum consequentis, & sequitur ex ipso oppositum antecedētis. Et dixit: sed si conclusio, quę est a de c, non sit necessaria: & ambæ propositiones, a b c, sint necessariæ: & cōclusio ex his duabus erit necessaria, sed posita iam fuerat non necessaria: quod est falsum. sensus est, sed si fuerit conclusio in syllogismo precedente, in quo posuimus propositiones necessarias, non necessaria: ergo, inquit, ambæ propositiones, aut altera ipsarum sine dubio erit non necessaria. Vt in exemplo, si prædicemus a de b: & b de c: & erit conclusio a de c. dico igitur, si a de c non est necessaria, quòd non erunt ambæ propositiones necessariæ. Demonstratio huius est, quoniam si esset ambæ propositiones necessariæ, sequeretur conclusionem esse necessariam, sm ꝙ monstratum fuit in libro Syllogismi, sed iam posuimus ipsam non necessariam: quod est impossibile, & non cohæret. & quod sequitur ex falso, est falsum: & est illud, quo posuimus conclusionem non esse necessariam & propositiones necessarias. Atqui voluit per hoc significare, ꝙ non sequitur, si est conclusio necessaria, propositiones esse necessarias. quoniam si hoc sequeretur, oporteret, vt poneretur in syllogismo conditionali ipsummet consequens, & concluderetur ipsummet antecedens. & hoc tantum accidit in conclusione vera cum propositionibus, hoc est, cùm sint propositiones veræ, ꝙ conclusio est vera: & non conuertitur, hoc est, si conclusio est vera, vt propositiones sint veræ: sed, sequitur, cū non est conclusio vera, vt propositiones sint falsæ. sed omnia hæc perfecte tradita sunt in libro Syllogismi: hic autem tantummodo de his mentionem fecimus.

Primo Priorum cap. 11.

Quoniam igitur quod scitur demonstratiue, oportet ex necessitate inesse, manifestum; ꝙ & per medium necessarium oportet habere demonstrationem. aut non sciet nec⁹ propter quid, nec⁹ ꝙ necesse est illud esse: sed vel existimabit non sciens, si suspicetur tanquam necessarium, quod non necessarium: aut nec⁹ existimabit, similiter, & si ꝙ sciat per media, & si propter quid & per immediata.

Dixit Arist. Atqui si quispiam scit aliquid per demonstrationem, oportet vt scientia ipsius sit necessaria. quod cùm ita sit, oportet, vt medium, per quod res scitur per demonstrationem, sit necessarium: ꝙ si non proueniet scientia per medium necessarium, non sciet, nec⁹ propter quid, nec⁹ quia: sed qui sciet sm hanc

hanc dispositionem, erit secundum vnum quorum modorum: aut vt opinetur se scire, & non sciat, quando opinetur rem esse necessariam, quæ non est necessaria: aut non opinetur, nec⁹ opinione alia à scientia rei, siue ꝙ sit, siue quare sit, per media multa, aut per medium vnum.

Cū dixit: Atqui, si quispiam scit aliquid per demonstrationem, oportet, vt scientia ipsius sit necessaria: intelligit, ꝙ videtur, si ponamus aliquid sciri per demonstrationem, ꝙ oportet, vt scientia ipsius sit necessaria. & hæc est scientia, quæ non trāsmutatur ad opinionē. & oportet etiam, vt medium, per quod assequimur hanc scientiam, sit necessarium: & sit etiam notius in hac dispositione. quoniam omne dispositum, propter quod aliquid assequimur, magis debet esse dispositum ea dispositione, q̄ illud, quod assequimur hoc est ea dispositione, quam assequitur causatū propter causam. Deinde dixit: ꝙ si non proueniet scientia per medium necessarium, non sciet, nec⁹ propter quid, nec⁹ quia. sensus est: ꝙ si speculans rem non assequitur scientiam per medium necessarium, sed per medium non necessarium, non assequetur hic speculans scientiam de ea re: nec⁹ de causa ipsius, si quæsita fuerit causa: neque de existentia ipsius, si quæsita fuerit existentia tantum: nec⁹ etiā scientiam de vtrisq;, si quæsita fuerint vtraq;. atqui voluit, ꝙ qui scit rem per medium non necessarium, non assequitur aliquam speciem⁹ demonstrationis, nec⁹ demonstrationem quare, nec⁹ demonstrationem si: hoc est nec⁹ demonstrationem existentię, nec⁹ demonstrationem causæ, nec⁹ demonstrationem simpliciter: quæ est ea, quæ continet vtraq; simul. Atqui est hoc, quoniam demonstrationes simpliciter, & demōstrationes causarum sunt vtiq; propter causas, & causæ sunt necessariæ. qui vero assequitur scientiam per causam non necessariam, ille non assequitur scientiam per causam rei. qui vero assequitur existētiam tantum, ille assequitur ex parte accidentium necessariorū, quæ sunt essentialia, quæq; descripsimus superius. qui vero assequitur existentiam propter accidens nō necessarium, hic non assequitur scientiam de existentia rei. Et propterea dixit post hoc: sed qui sciet sm hāc dispositionem, erit secundum vnum duorum modo⁹: aut vt opinetur se scire, & non sciat, quando opinetur rem esse necessariam, quæ non est necessaria: aut nō opinetur. sensus est, & propter hoc, qui sciet rem per medium non necessariū, non effugiet, quin sit dispositus sm vnam duarum dispositionum: aut sit deceptio, & credat, quod nō est necessarium, esse necessarium: aut vt sciat se non habere scientiam. Atqui voluit, ꝙ viri isti conueniunt sm hōc ꝙ dicit, & qui habet scientiam, & qui opinatur se habere scientiam, hoc est, qui dicit scientiam necessariam prouenire per medium necessarium, ideo ita dicit: q̄m quicunq; assequitur scientiam per medium, assequitur sm hanc dispositionem. Deinde dixit: neque opinione alia à scientia rei, siue ꝙ sit, siue quare sit, per media multa. sensus est, nec⁹ opinione maiore, q̄ sit opinio eius qui scit rem esse, & quare sit, & addiscat ipsam p multa media, aut per medium vnum, & sit medium, aut media nō necessaria, si quod cadit i cōclusione, sit sanum. Et videtur cū dixit: aut per medium vnum: ꝙ sm hoc sit hic defectus i sermone: vel quòd sit error, & debeat dicere, non per medium vnum. & sm hanc expositionem, erit hæc vis huius sermonis: & non opinione alia ab opinione eius, qui scit rem per media multa, & non per medium vnum. & hoc, quoniam ipse iam declarauit, ꝙ medium necessarium est vnum. Et significat sup-

per veritatem istius expositionis, & quòd illud, quod cadit in conclusione, est error, id, quod cadit in trāslatione Matthæi, vbi dixit hoc in loco: aut non opinabitur, nec⁹ habebit consimiliter etiam opinionem de dispositione rei, ꝙ iam sciret illam esse, per media, aut habebit iudicium propter quid est, per media consimiliter etiā secundum eandem similitudinem. * al. l. enunciationem

Accidentium vero non per se, quo modo determinata sunt per se, non est scientia demonstratiua. nō enim est ex necessitate monstrare conclusionem: accidens nāq; contingit nō inesse. de tali enim dico accidente.

Dixit Aristo. De accidentibus vero, quæ non sunt essentialia rei, quę est in definitione, non est demonstratio. quoniam non est via, vt sint in conclusionibus ipsorum necessaria: quoniam prædicatum, cùm sit accidēs, potest esse et non esse. accidens vero, quod volo hoc in loco, est illud, cuius dispōnem iā declarauī.

Vult, quēadmodū opinatus est, ꝙ media non necessaria sunt ex accidentibus non per se. ex accidētibus vero non per se sm modum, quo definiuimus per se, non est demonstratio. quoniam non est via, vt sit ex ipsis conclusio necessaria per se: sed iam diximus, ꝙ oportet cuncluſionem demonstrationis esse necessariam, atqui non sequitur, vt sit ex ipsis conclusio necessaria. quoniam prædicatum in ipsis, quod est terminus medius, eo ꝙ est accidens, potest ab eis separari: accidens enim potest esse & non esse. Cùm vero dixit: accidens vero, quod volo hoc i loco, est illud, cuius dispositionem iam declarauī: intelligit illud, de quo dicitur in vna descriptionum suarū in libro Dialectice: & ipsum est, quod potest esse & non esse. atqui dixit hoc ad cautelam accidentium necessariorum.

Atqui dubitare fortasse quispiam posset, cuius causa hæc oportet interrogare de his, si non necesse est cōclusionem esse. nihil enim differt, si quis interrogatus quæcunq;, postea dicat conclusionem. Oportet autem interrogare, non tanquam necessarium sit propter interrogata: sed quoniam dicere necessarium illa dicenti, & vere dicere, si vere sint inexistentia.

Dixit Aristo. Atqui potest aliquis dubitare, & dicere, si non est conclusio ex talibus necessariis, quæ est causa, vt ponamus propositiones, & sequatur ex ipsis talis conclusio. Et dicamus, ꝙ non dubitat aliquis, an concludatur ex propositionibus conclusio necessaria: sed dubitat, an concludatur conclusio consequens ex propositionibus, quarum enuntiatio est ab interrogante ex necessitate, ꝙ ipsæ sunt veræ: si quod admittitur ex propositionibus, admittatur, sm quòd sunt veræ.

Dixit: Atqui potest aliquis dubitare de eo, quod dictum est, cōclusionem necessariam esse ex propositionibus necessariis. quoniam si non est conclusio ex huiusmodi propositionibus, hoc est, quæ sunt veræ non necessariæ, conclusio inquam necessaria: quę est igitur causa, vt aliquis ponat per interrogationem in propōnes

fm hanc dispositionem, & existimet, cp sequatur ex ipsis conclusio necessaria: sensus est, si ponamus, cp conclusiones necessariæ sunt ex propositionibus necessariis, igitur posset aliquis dicere, cp sequit ex hoc, vt non sit conclusio necessaria ex propositionibus non necessariis, neq; sit hic syllogismus concludens penitus, nisi sint propositiones necessariæ: quod est contrarium ei, quod declaratum fuit in libro Syllogismi. Deinde adduxit solutionem istius dubij, & ait: Et dicamus, cp non dubitat aliquis, an cõcludatur ex propositionibus conclusio necessaria: sed dubitat, an concludatur conclusio consequens ex propositionibus, quarum enũciatio est ab interrogante ex necessitate, cp ipsæ sunt verę. sensus est, cp dubitanti in hoc dubio posset dici, non ponit aliquis propositiones, & admittit eas, & omnino facit syllogismum, cùm dubitat de quæsito aliquo, & vult concludere ipsum ex illis propositionibus, ac si concluderet ex ipsis conclusionem necessariam: sed ponit propositiones, cùm dubitat de quæsito, & facit syllogismum ad concludendum ex propositionibus conclusionem: cuius consequẽtia ex illis propositionibus, quas admittit, sit necessaria, non cp sint ipsę per se necessariæ. Cùm vero dixit: sed dubitat, an concludat conclusio: hoc est, sed admittit propositiones, cùm dubitat de quæsito, ad concludendã conclusionẽ cõsequentẽ ex propõnibus, quas admisit, consequentia necessaria: nõ necessariam conclusionẽ. & si fuerint propositiones verę, igitur sine dubio erit vera: & si non fuerint verę, non sequitur, vt sit vera. Et propterea, cũ dixit: ex necessitate, cp ipsę sunt verę: subiunxit, & ait: si quod admittit ex ppositionibus, admittatur, fm cp sunt verę. sensus est, cp sequitur vtiq; ex ipsis propositionibus consequentia necessaria, vt sit cõclusio vera, si fuerint propositiones, quas admisit, veræ. cp si non, non erit ibi verum, sed vis consequentiæ tantum: hoc est, cp conclusio sequatur, eo cp propositiones sunt per syllogismum perfectæ figuræ, eo modo, quo sequitur consequẽs ex antecedente. qm consequens per connexionem naturalem sequitur ex antecedente, cũ ponatur antecedens esse. & si antecedens fuerit verum, erit consequens verum ex necessitate. cp si non erit, non oportet, vt sit consequens verũ, sed consequentia per se est absq; dubio vera. & consimiliter se habet dispositio in omni syllogismo perfectæ compositionis, cũ sequitur ex ipso conclusio vera necessaria. acquiritur cp sit conclusio vera, est res, quę acquiritur ex natura propositionum, non ex natura complicationis. & consimiliter quòd sit necessaria, acquiritur vtiq; ex natura propositionum.

Demonstrationem ex Proprijs constare oportere, quia est ex ijs, & de ijs, quæ sunt per se: neq; licere ex alio genere Transcendentem monstrare. Cap. VI.

Auer. in media Expõne in explanatione horum textuũ vsq; ad 66. scriẽ Arist. variat. ꝺd ansam ꝑbet dubitandi.

QVoniam autem ex necessitate insunt circa vnumquodq; genus, quæcunq; per se insunt, & secundum cp vnumquodq;, manifestum cp de iis quę per se sunt, sunt scientiales demõstrationes, & ex talibus sunt: accidentia enim non necessaria.

Dixit Arist. Quoniam autem sunt res necessariæ in vnaquaq; re, quæ sunt entia per se, & de omni, igitur plane manifestum est, quòd quæsita demonstrationis sunt res per se: & in quæsitis accidentalibus, cùm non sint necessaria, non est via, vt cadat scientia ex necessitate.

Posteaq; narrauit, cp oportet propositiones demonstrationis esse per se, & de omni, & prædicari prædicatione prima: cœpit narrare, cp oportet quæsita demonstrationum esse consimiliter per se, & prima, & dixit: Quoniam autem sunt res necessariæ, vsq; ad id, quod dixit: igitur plane manifestum est, sensus est, cũ res necessariæ sint res existẽtes per se, & sint quæsita demonstrationum necessaria: igitur manifestum est, cp ex hoc sequitur oportere quæsita demonstrationum esse per se, & prima. Sed iam cecidit inter expositores in hoc dubium magnum, & hoc, quoniam si prædicatum primum est, quod prædicatur de re, non ex parte alius, sed conclusio prædicatur de re ex parte medij termini: igitur in nullo tempore inueniretur conclusio, quæ prædicetur prędicatione prima. Et propter hoc dubium Alexander, fm cp retulit Themistius, exposuit, cp primum in conclusione est, quod fit ex propositionibus primis. Et arguit ipsum Themistius, cp hoc inuenitur vtiq; in aliquibus conclusionibus. & hoc, quoniam conclusiones sunt quarum specierum: species vna ex propositionibus notis p se ratis ex propositionibus, quæ sunt conclusiones ex huiusce modi propositionibus; & fm hoc expositio ista erit particularis, & non intellecta in omnibus quæsitis. Aliqui vero opinati sunt, cp Arist. non posuit conditionem prædicationis primo in conclusionibus. & hoc, qm Arist. vtiq; dixit: igit plane manifestũ est, cp quæsita demonstrationis sunt res p se, & nõ dixit primo. & hoc est, ꝺd opinatus est de ipso Themistius.

Dificultatis explicatio, quo pacto prædicatum Primus inueniat in ꝓpõnibus, cõclusiõ cp demonstrationis. Prio Poste. cap. 18.

Nos aũt speculemur, an sequatur ex sermone ipsius, si propositiones sunt per se, & primo, vt cõclusiones sint, etiam primo. Dicamus igitur, cp iam præmisimus et diximus, cp primũ intelligitur fm duas intentiones, quarum vna est, vt non prædicetur de re propter naturam aliam, aut vniuersaliorem subiecto, aut appropriatorem, aut æqualem. secũda vero, vt sit prædicatũ, quod prædicetur de subiecto, non per causam faciẽtem, cp ipsum insit subiecto. Et hoc, & primum communicat, eo cp vnumquodq; ipsorum prædicatur sine medio: & differũt, eo quòd alterum ipsorum prædicatur per medium, quod est causa, vt hoc prædicatum illi subiecto: etsi accidat, vt non prædicetur per medium, quod sit natura composita alia à natura subiecti, acquisecũdum nõ prædicabitur per medium omnino. Primum igitur est, quemadmodum prędicatio æqualitatis angulorum duobus rectis de triangulo, quoniam hoc est primum triangulo, quemadmodum declarauit Arist, inest enim triangulo non propter naturam aliam, non cp sit primũ fm intentionem, qua non prædicatur per medium de triangulo. Quod cũ ita sit, igitur hæc intẽtio primo, ponitur in propositionibus per se, et conclusionibus. quoniam si non poneretur in conclusionibus, non esset, quæsita aliquo pacto, neq; manifesta de natura, cui insunt primũ, neq; per se. & hoc iam declarauit ibi Arist. Primum igitur est in quæsitis, de quibus quæritur an insint subiecto, non propterea cp insint naturę alij, neq; vniuersaliori, neq; appropriatiori, neq; æquali. Operæpretium autem est, vt hæc species prædicationis po natur in propositionibus omnium ſpecierum demonstrationum trium, hoc est demonstrationis causæ, & demonstrationis existentiæ, ac demonstrationis simpliciter, quæ comprehendit ambas dispositiones. & hoc, quoniam modus causarum appropriatarum, quæ accipiuntur pro medijs terminis, est, vt nõ prædicentur de subiecto propter naturam aliam, in contrarium causarum vniuersalium. Hæc igitur conditio communis est propositionibus & conclusionibus. & cùm ponitur in propositionibus, inuenitur in ea intentio prima & secunda: cùm vero ponitur in conclusionibus, relinquitur prima, & non sequitur inde dubium. Et propterea appropriatur

appropriatã intentio secũda prędicationis quæstis propositionum demonstrationum simpliciter, & demonstrationum causarum. Et hoc est, quod vocauit Arist. prædicatum immediatum, & causarũ propinquarum, & non vocauit ipsum primum. quod autem vocauit primum, id est, quod habet intẽtionem primam, quam declarauimus: & est conditio sufficiens in duabus illis dispositionibus omnino ex necessitate. & hoc cũ prædicatum quæsiti prædicatur de subiecto suo non propter naturam aliam, est medius terminus necessarius fm hanc dispositionem. & si fuerit causa ex causis termini maioris, appropriabitur subiecto. cp si res fuerit posterior ipso, erit consimiliter etiam accidens appropriatum. Apparet igitur iam ex hoc, cp si conditio prædicationis non ponitur in quæsito, cp non inueniretur in propositionibus. & hoc est contrarium ei, quod opinati sunt expositores. Et consimiliter etiam apparet, si inueniatur in propositionibus, quod inuenitur absq; dubio, & in cõclusione. Igitur oportet, vt sermo ipsius intelligatur hoc in loco, cp plane manifestum est, quæsita demonstrationis esse res per se, hoc est per se primo. & hoc est vnum, de quo dicitur nomen per se, quemadmodum prædictum est. Signũ autem, cp voluerit hanc cõclusionem, est, quod dixit: Quoniam autem sunt res necessariæ in vnaquaq; re, quæ sunt entia per se, & de omni, igitur plane manifestum est, cp quæsita demonstrationis sunt cũ dispositionibus per se, et iam declarauimus nos modum consequentiæ istius, & veritatem ipsius: & quo pacto intelligatur de ipso per se hæc intentio vniuersalis.

Quare non necesse est conclusionem scire propter quid est, neq; si semper esset, non per se autẽ: veluti per signa syllogismi, quod enim per se, non p se sciet, neq; propter quid. propter quid autẽ scire est per causam scire.

Dixit Aristo. Neq; consimiliter etiam, si fuerint accidentia inseparabilia, si non extiterint per se: quemadmodum se habent syllogismi, qui fiunt per signa & notas, de quibus non possumus dicere, cp vere sint demõstratiua. quoniam illa concludunt prius per posterius: quoniam prius est efferta, postea lac. & prius est ignis, postea secundo fumus. res autem per se non sciuntur scientia vera, nisi sciantur per causam.

Posteaq; narrauit, cp oportet ꝓpositiones demõstrationis esse per se, & primas, quod cp per se sunt duarum specierum, accidentalia, & essentialia, hoc est, aut res posteriores subiectis, aut priores ipsis, & intentio nostra prima est loqui de conditionibus demonstrationis simpliciter, per quam acquirimus scientiam, quæ est in ordine maximę veritatis, dixit: Neq; consimiliter etã, si fuerint accidentia inseparabilia, si non extiterint per se. sensus est, nec consimiliter etiam sufficit in propositionibus demonstrationis simpliciter, vt sint ex accidentibus inseparabilibus, cũ non sunt per se. Cùm vero dixit: accidentia inseparabilia: intelligit accidentia essentialia. Cùm vero dixit: si non extiterint per se: intelligit cp non sint de essentia subiecti: hoc est, vt consistat ex ipsis subiectum quæsiti, si fuerit medius terminus in demonstratione causarum duarum extremitatum simul: aut non per se inexistens subiecto quæsiti, si fuerit terminus medius causa maioris tantum. deinde dixit: quemadmodum se habẽt syllogismi, qui fiunt per signa & notas. sensus est, cp medij termini, q fiunt ex accidentibus essentialibus, fiunt vtiq; ex syllogismis, cum vocantur signa. & hoc, vt sit medius terminus in ipsis signum ex signis termini maioris, & nota ex notis ipsius. Deinde dixit de quibus non possumus dicere, cp vere sint demõstratiua. sensus est, atqui dicimus, quòd in demõstratione simpliciter non oportet, vt medius terminus sit signum & nota eorum, quę insunt maiori termino: quemadmodum fit in demõstrationibus, quæ vocantur signa. quoniam demonstrationes istæ non sunt fm veritatem, neq; maxime demõstrationes: demonstratio autem simpliciter ea est, quæ maximam exhibet veritatem. Deinde adduxit causam, propter quã signa non sunt demõstrationes, & dixit: quoniam illa cõcludunt prius per posterius: prius enim est efferta, postea lac: & prius est ignis, postea secundo fumus. sensus est, qm in illis concludit prius per posterius: quẽ admodum si aliquis monstraret, cp hęc mulier peperit, quia habet lac: et cp hoc loco est ignis, qm in ipso est fumus. hoc. n. concludit prius per posterius. prius. n. fuit efferta, postea habuit lac: qm videlicet partus est causa, vt sit lac: & ignis est cã, vt sit fumus. demõstratio aũt se habet in contrarium huius: hoc est, quia in ipsis monstratur posterius per prius. quemadmodum si quispiam monstraret, cp hæc mulier habet lac, quia ipsa peperit. Cũ vero dixit res aũt per se non sciuntur scientia vera, nisi sciantur per causam: sensus est, cp non solum scientia accidentium essentialium priorum per posteriora non est scientia vera, sed accidentia quoq;, quæ ponuntur termini medij in huiusce modi demonstrationibus, non sciuntur scientia vera, hoc est maxima, nisi cum sciuntur per causam suam. Et propter hoc negauit Abenzena hanc speciem demonstrationum, hoc est signa. Fiet autem sermo de hoc, quando Aristo. mentionem facit de demonstrationibus signorum in isto libro.

A nicena negauit demõstrationem signi.

Propter ipsum igitur oportet & medium tertio, & primum medio inesse. Non igitur est ex alio genere transcendentem monstrare, vt geometricum arithmetica.

Dixit Aristo. Causa autem huius est: quoniam qui studet rem scientia vera, non habet viam, qua sciat ipsam nisi per causam. Sequitur igitur ex hoc, vt terminus maior insit medio per se, & medius minori per se. Cumq; res ita se habeat, igitur fieri non potest, vt trãsferatur demonstratio de genere in genus aliud: quemadmodum si transferretur demonstratio, quæ est fm intentionem geometricam, & efficeret fm intentionem arithmeticam.

Posteaq; narrauit, cp signa non faciũt sciri conclusionem scientia vera, quoniam in ipsis scitur prius per posterius: & narrauit etiam cp ꝓpositiones ipsorum consimiliter etiam non sciuntur scientia vera, nisi cũ sciuntur per causam suam: narrat causam cõmunem vtriusq; intentionibus simul: hoc est, cp conclusiones signorum non sciuntur scientia vera, & propositiones etiam ipsarum. Et inquit: Causa autem huius. sensus est, defectus scientiæ, qui inuenitur in conclusionibus signorum, & defectus propositionum suarum est: quoniam qui studet scire rem scientia vera, non habet viam, qua sciat ipsam, nisi per causam. & hoc, quoniam sermo ipsius manifestus est per se: hoc est, quia scientia maxima est scientia per causam. & hęc est scientia conformis operi naturæ. Et posteaquã narrauit, cp oportet definitiones mediorum in demõstrationibus esse causas, dixit: Sequitur

Cofirmã rõi cũ sit medi⁹ termin⁹ demõstrãõe simplr. vide idem supra cõm. 11.

igitur ex hoc, vt terminus maior insit medio per se, & medius minori per se. Et hic sermo ipsius manifestus est ex eo, quod dixit, & hoc, quoniã medius terminus est causa maioris extremi per se, & causa, vt ipsum insit minori, quoniã cum maior prædicetur prædicatione prima de minori, sequitur, vt res, quæ est causa per se, ipsa sm dispositionem suam sit causa, quare insit minori. cumq; medius terminus sit ita dispositus, manifestum, q; maior de ipso prædicatur per se, quoniam accipitur in definitione ipsius. iam enim dictum fuit, q; vna specierum eorũ, quæ sunt per se, est, vt subiectum accipiatur in definitione prædicati, & consimiliter etiã prædicatio ipsius de minore est per se. & hoc, quoniam si cum eo, q; scitur esse causa maioris, est causa minoris, erit prædicatio ipsius de minore ex specie per se, in qua accipitur prædicatum in definitione subiecti. quòd si non fuerit causa minoris, sequitur ex necessitate, vt minor accipiatur in definitione ipsius & erit prædicatio ipsius de minore ex genere; sm quod prædicatur maior de ipso. & magna pars demonstrationum celebratarum est per accidẽtia essentialia, propter causam, quæ posterius declarabitur. Postea vero q̃ declarauit, q; oportet propositiones demonstrationum esse per se, & iam monstratum hoc consimiliter fuit ex eo, q; sunt necessariæ: concludit ex hoc fieri non posse, vt demonstratio transferatur de arte in artẽ. Et dixit: Cum q; res ita se habeat, igitur fieri nõ potest, vt transferatur demonstratio de genere in genus aliud, quemadmodum si transferretur demonstratio, quę est sm intentionem geometricam, et efficeretur sm intentionem arithmeticã. Et in hoc, dd dixit, est locus vehementis inquisitionis, & durę nimis. Et hoc, quoniam aut ipse intelligit per translationem demõstrationis de genere in genus, translationem propositionum suarum per se de arte in artem: hoc est, vt faciat utrasque propositiones in ambabus artibus sm modum vnum, & hoc est falsum, quoniam ex isto sequitur, vt quæstiũ sit vnum, et terminus positus vnus, idest subiectũ quæsiti, & terminus medius consimiliter etiam vnus. sed nulli dubium, q; hoc fieri non potest: tunc enim essent duæ artes ars vna. sed iam positæ fuerunt duæ: quòd est impossibile, & non cohæret. Aut erit minor propositio diuersa sm subiectum in ambabus scientijs, & maior propositio vna: hoc est, vt sit terminus medius, & maior extremitas in ambabus vna. quod quidem existimandum est fieri posse, si fateamur ex accidentibus essentialibus aliqua eẽ vniuersaliora genere, quodq; demonstrationes fiant ex huiusmodi propositionibus: quodq; sit res vna, cuius existentia quæratur in ambabus artibus: aut inueniantur duæ artes, quæ speculentur de genere comprehendente ipsas, quemadmodum videtur Abunazar inuerę omnia hæc in libro suo. Sed mirum est de opinione Abunazaris, cũ fateatur duas artes speculari de quæstro vno, non autem fateatur, q; hoc est per vnum terminum medium. Si enim fateamur, q; est accidens communicans duabus artibus, aut genus communicans: iam ergo fieri poterit, vt medius terminus sit communicans ipsis, quemadmodum possibile est hoc in quæstro; Atqui cum posuerimus cõditionem in ijs quæ sunt per se, vt sint prima, tquę tamen non transcendant genus: planum vtiq; fiet, q; impossibile est trãsferri demonstrationes: neq; et sm hunc modum, hoc erit, vt efficiatur propositio maior prima in duobus generibus simul: neq; etiam cũ non fuerit prima; sed fuerit appropriatæ generi. Atqui q; nõ oportet: ea quæ sunt per se, transcendere genus, hoc est genus artis, idest subiectũ ipsius, ĩ quo fit consyderatio, planum ex his quę dicam: scilicet, q; non effugiunt ea, quę sunt essentialia generi, esse ex his, quæ accipiũtur in definitione generis, aut in quorum definitionibus accipitur genus; & si fuerunt ex his, quę accipiuntur in definitione generis, non effugiunt, quin sint causæ appropriatæ in hoc genere, aut non appropriatæ. q; si fuerint appropriatæ, prædicatæ de ipso per viam sm q; ipsum est hoc genus, erunt vtiq; per se huius artis. si vero non fuerint appropriatæ per vtã quid est hoc gen⁹, planũ vtiq; q; erunt essentiales naturæ cõprehendẽti genus illud, & primæ ipsi. igitur genus artis erit hæc natura comprehendens. cumq; posuerimus ipsam genus artis, & genus artis alterius erit species: igitur, quod posuimus genus artis, non erit genus artis: quod est impossibile, & nõ cohæret. Et ex hoc apparet fieri nullo modo posse, vt duæ artes diuersæ sm subiectum, ponantur sub vno genere, quod dicatur per consensum hoc est, q; diuidatur in ipsas genus illud diuisione prima. quoniam artes, quæ ita se habent, sunt duæ artes particulares ex vna arte vniuersali: quemadmodum artes, quæ specialtur de corporibus rotundis, & rectis; ipsæ enim ponuntur sub arte Geometriæ, & ars Geometriæ est ars vna. Et consimiliter fieri non potest, vt intentatur dicẽs per se duabus artibus diuersis sm subiectum, & hoc, quoniam hoc accidens per se non effugiet, quin in ipsius definitione ponatur genus illius artis, hoc est subiectum illius, aut genus generis; quemadmodum dicebat Abumazar. Quòd si accipiat in ipsius definitiõe genus generis artis illius, planum, q; est primum & per se generi generis artis ipsius: neq; scimus, q; sit in illa natura, nisi per accidens, hoc est, quod posuimus genus artis, id est quoniam inest naturę vniuersaliori, q; sit genus generis illius artis. & I summa, proportio ipsius ad artem illam artis, quemadmodum proportio æqualitatis angulorum duobus rectis ad triangulum equilaterum & gradatum: sm q; declarauit Aristo. superius. Cumq; hoc ita sit, igitur quod ponitur genus artis, non est genus ipsius. Et ex hoc apparet, ea accidentia, quæ existimãtur per se communicare pluribus generibus q; vni, q; ipsa dicuntur per equiuocationem, nõ per vnuocationem: quemadmodum prædicatio æqualitatis de quantitate cõtinua et discreta, quod q; nomen assignatũ ipsi dicit per cõcationem, declarabit Aristote. postea. id enim, quod videtur esse dubiũ hic, sunt huiusmodi propositiones. Iam igitur ex hoc declaratum fuit fieri non posse, vt demonstratio transferatur de arte in artem: hoc est, vt maior propositio transferatur de arte in artem, aut ambæ propositiones per se. Quòd autem in vna ipsarũ propositio maior sit, quæ in altera est conclusio, nihil prohibet: quemadmodum dixit Aristo. & hoc in artibus, quarum aliquæ sunt sub aliquibus: hoc est, vt fiat in particulari propositio maior, quæ in vniuersali erat conclusio.

Tria enim sunt, quę sunt in demonstrationibus; vnum quidẽ, quæ demonstratur, ipsa conclusio: hoc autem est, quod ineſt generi alicui per se. vnum autem, dignitates: dignitates autem sunt ea, ex quibus. tertium, genus ipsum subiectũ, cuius passiones & per se accidentia declarat demonstratio.

Dixit Aristo. Res autem, ex quibus constituitur natura demõstrationis, sunt tres. vna ipsarum, prædicatum: & hoc est, quòd monstratur ineſſe subiecto per se. secunda, scita: & hęc sunt propositiones, per quas monstratur prædicatum

Quo pacto fieri possit demõstrationũ trãslatio de genere in genus, & de arte in artem.

† Ab. le. ẽsto forti⁹ ſ illis, quæ nõ trans scẽdãt gen⁹, manifestum est, q; Iac. le. lõge ergo magis dicẽdũ erit, vt nõ trãſcẽdant genus. Manifestum igitur est, q;

* al. l: vnius ea.

* a. l. planis.

† al. l. ſcitatis dr æquiuoce Vide text. cõm. 74.

Vide text. 102.

† Ab. le. cõstat veritas, quæ non admittit cõcationẽ artiũ Iac. leg. hæc opinio non admittit cõcationem

Vide text. cõ. 74.

prædicatum ineſſe ſubiecto. tertia vero, natura ſubiecti, de cuius ſignis & accidentibus ſibi per ſe inexiſtentibus eſt demonſtratio.

57 Posteaq; enuntiauit fieri non posse, vt transferatur demonstratio, cœpit distinguere res, per quas constituuntur artes speculatiuæ: ac si monstraret, q; oportet, vt diuersitas ipsarum, in artibus non transferatur. Et inquit: Res autem, ex quibus constituitur natura demonstrationis, sunt tres. sensus est, q; ex quibus est natura demonstrationis, sunt tres res. vna ipsarum, prædicatum, quod monstrat ineſſe subiecto p se, aut non ineſſe: quoniam sm veritatem demonstrationes sunt affirmatiuę. Cũ vero dixit: secunda, scita: & hęc sunt propositiones, per quas monstratur prædicatum ineſſe subiecto: opus est, vt stelligatur ex hoc, q; propositiones nihil amplius sunt, q̃ prædicatio termini medij de minore, quod est subiectum quæsiti. & maioris de medio, quod est prædicatum quæsiti. & hoc est, quod monstratur ineſſe subiecto. Cũ vero dixit: tertia vero, natura subiecti: intelligit genus, quod consyderatur in illa arte. Et cùm dixit: de cuius ſignis, & accidentibus ſibi per se inexistentibus est demonstratio: hoc est natura, cuius proprium est, vt super ipsa constituantur demonstrationes l arte. & hoc est genus, de quo speculamur. & per signa intelligit signa facta: & per accidentia intelliguntur reliqua accidentia. atqui per accidentia proprie intelligimus reliquas res, quæ quæruntur in genere. quoniam accidentia sunt, cuius existẽtiam quærimus in arte: & ipsa ea sunt, de quibus adducitur demonstratio existentiæ & causarum.

† Ab. le. quorum est quæsit, ꝑualens in arte:

Ex quibus quidem igitur demonſtratio, cõtingit eadẽ eſſe: quorum autem genus alterum, quemadmodũ Arithmeticæ & Geometriæ, non eſt arithmeticam demonſtrationem coaptare ad accidentia magnitudinibus: niſi magnitudines numeri ſint. Hoc autem vt cõtingit in quibuſdam, poſterius dicetur.

Vide text. 102.

Dixit Ariſt. Atqui propoſitiones, ex quibus erit demonſtratio, erunt vniuerſales communicantes, præter res, quarũ ſubiecta ſunt diuerſa ſm naturam, quemadmodum Arithmetica & Geometria. igitur fieri non poteſt, vt transferatur demonſtratio, per quam demonſtratur rem affirmari de vna ipſarum: & monſtretur per ipſam, rem affirmari de altera. cauſa autem huius eſt, quoniã eſſentia numeri eſt ſeparata ab eſſentia magnitudinis. Quòd autem ſint propoſitiones vniuerſales, communicantes rebus quibuſdam, nos trademus in ſermone iuxta finem.

58 Posteaq; enuntiauit, q; ea, quibus constituuntur artes, sunt tria: quorũ translatio fit per communicationem artium in vna, aut pluribus ipsarum: & est per se manifestum, q; non communicãt in natura subiecti, & si communicant in ipso, diuersificantur modo aliquo: vult consyderare, an fieri possit, vt cõmunicent in propositionibus. Et dixit: Atqui propositiones, ex quibus est demonstratio, erunt vniuersales communicantes. sensus est, atqui existimatur de propositionibus maioribus, quæ efficiuntur in artibus, q; ex ipsis aliquæ sunt communes pluribus artibus, q̃ vni. Et posteaq; narrauit hoc, adduxit rem, in qua sequitur contrarium istius fidei, & in artibus, in quibus ex necessitate non inuenit hæc dispositio, & inquit: præter res, quarum subiecta sunt diuersa sm naturam, quemadmodum Arithmetica & Geometria, vsq; ibi, rem affirmari de altera. sensus est, sed manifestum est per se fieri non posse in artibus, quarum subiecta sunt separata, quemadmodum Arithmetica & Geometria, vt demonstratio transferatur de vna ad alteram. & hoc cũ fuerit terminus medius, per quem monstratur affirmatio in artibus, hoc est aliquod accidẽtium, ipse inquam fuerit ille, p quem mõstratur affirmatio vnius in arte alterius. & hoc, qm manifestum est, si fuerint duo quæsita, q; fieri non potest, vt monstretur vtrunq; ipsorum in arte, cui appropriatur, per terminum vnum communicãtem duobus subiectis. & hoc, quoniam duæ artes separatæ sm naturam, ipsæ etiam ex necessitate separantur in causis per se: sed medius terminus est causa quædam ex causis naturæ subiecti. Et hoc est, quod significauit, cũ dixit: igitur fieri non potest, vt transferatur demonstratio, per quam demõstratur rem affirmari de vna ipsarum, hoc est de vna duarum artiũ: & monstretur per ipsam, rem affirmari de altera, hoc est de altera arte. Et hoc adduxit, vt intelligeretur ex sermone ipsius: cũ dixit affirmari de vna ipsarum, & monstretur per ipsam rem affirmari de altera: quòd consequens primum est aliud à secundo: hoc est, q; sint duo quæsita. Et propterea nõ erit sermo iste oppositus ei, q; dixit de propositionibus primis, q; sunt vniuersales. atqui intentio sermonis ipsius est hæc, vt respondeat locis artium, in quibus non accidit hoc: hoc est, vt faciat in ipsis propositiones vniuersales. quoniam si quæsita ponuntur variari sm subiecta suã, non potest formari communicatio in demonstrationibus, neq; translatio est possibilis, acqui si intentio sua fuerit, q; oportet esse vnum sm rem, illud quod sequitur, erit vtiq; oppositum sermoni eius, qui dicit, q; ex propositionibus aliquę sunt vniuersales. Et posteaq; narrauit, q; demonstrationes non possunt transferri, quoniam termini medij in artibus diuersis sunt diuersi ex necessitate, adduxit cãm in hoc, & dixit: causa autẽ huius est, quoniã essentia numeri est separata ab essentia magnitudinis. sensus est, & causa, quare variãtur causę, per quas accipiuntur termini medij in arte Numeri, & in arte Geometrię, est, quoniam essentia Geometriæ diuersificatur ab essentia Arithmeticæ: quoniam vna ipsarum est quantitas continua, & altera est multitudo discreta. cumq; diuersificantur essentiæ ipsorum, diuersificantur & causæ ex necessitate. cumq; quæsita, quæ sunt causata, varientur, sequitur, vt non conueniant duæ artes omnino in aliquo quæsito, hoc est quęsito essentiali. Et propter hoc expositio secunda erit decentior expositione prima sm viam rei, sed prima sm viam apparentiæ verborum. Et posteaq; † fuerit visus iste, per quem non admittitur communicatio artium in quæsitis per contrarium eius, quòd videtur, q; hic sint quæsita vniuersalia pluribus artibus, quemadmodum æqualitas quæsita numero, & magnitudine: & cũ fieri possit, vt inueniantur quęsita vniuersalia, poterunt etiam inueniri termini vniuersales medij, q; sint naturæ communes, in quibus inueniatur quæsitum istud: cumq; hoc sit possibile, fieri poterit, vt sint propositiones vniuersales, quodq; demonstrationes transferantur: ideo dixit ad responsionem huius: Quòd autẽ sint propositiones vtiles, cõcantes rebus quibusdam, nos trademus in sermone iuxta finẽ. sensus est, q; ipse soluet hoc dubium, & declarabit quòd in his propositionibus nõ est aliqua propositio, de qua existimemus quòd sit communicans pluribus artibus secundũ rem: sed poterit vtique vna esse secundum verba.

Arithmetica vero demõstratio ſemper habet genus, circa quod demonſtratio, & aliæ conſimiliter. quare aut ſimpliciter neceſſe eſt idem eẽ genus, aut aliquo modo, ſi debet demonſtratio tranſcẽdere: aliter vero, ꝙ impoſſibile, manifeſtum. ex eodẽ enim genere neceſſe eſt extrema & media eſſe. nanque ſi non per ſe, accidentia erunt.

Dixit Ariſt. Atqui demonſtratio, quæ gignitur ſuper diſpoſitione numeri, non tranſcendit naturam numeri. et ſic procedit res in demonſtrationibus aliȝs à numero. & ſequitur ex neceſſitate, ſi ſtudeat aliquis monſtrare per demonſtrationem, ꝙ transferatur demonſtratio, vt duo quæſita ſint vnum ſecundum rem: & hoc ſecundum duas ſpecies, aut ſimpliciter, aut ſecundum quid. et non poteſt fieri, vt ſit ſecundum alium modum: quoniã termini demonſtrationum omnes ſunt per ſe, & non ſunt per accidens.

59 Senſus eſt, & quemadmodum demonſtratio, quę gignitur ſuper diſpoſitione numeri, habet terminos tres deſeruiẽtes naturę numeri, hoc eſt, qui non trãſcendũt naturam numeri: ita procedit res in demõſtrationibus, quæ tnueniuntur in vnaquaqꝫ arte: hoc eſt oportet, vt ſint termini tres tn vnaquaqꝫ demonſtratione ex ſubſtantia naturæ, de qua conſyderat ars illa: neqꝫ fieri poteſt, vt transferatur demonſtratio penitus. Cùm vero dixit: & ſequitur ex neceſſitate, ſi ſtudeat aliquis monſtrare per demonſtrationẽ, ꝙ trãſferatur demõſtratio, vt duo quæſita ſint vnũ ſm rem: ipſum ex neceſſitate ſequtur, quẽadmodum dixit. & intelligit, ꝙ non eſt poſſibile, vt fiat. Cũ vero dixit: & hoc ſm duas ſpecies, aut ſimpliciter, aut ſm quid: itelligit per ſimpliciter, vt ſit quęſitum vnum rem omnibus modis. Cùm vero dixit: ſm quid: intelligit vt ſit vnum ſubiecto, & diuerſificetur in modo. quemadmodum ſi mõſtret Geometra de aliqua ſpecie linearum aliquod proprium per demonſtrationem aliquam, et transferat demonſtrationem iſtam Perſpectiuus ad hanc ſpeciem linearum radialium. Et non ſignificat per id, quod dixit, diuerſificantur aliquo modo, quemadmodum ſpeculatur Mathematicus de figura ſolis, & ſcientificus Naturalis: quoniam vterque ipſorum conſyderat in hoc de re vna. ſed Aſtrologus conſyderat de ipſa, ſm ꝙ eſt abſtracta à materia: Naturalis vero ſpeculatur de ea, ſm ꝙ eſt extremum naturæ corporis cœleſtis. & propterea cauſa, quã tradit vnus ipſorȝ, eſt alta à cauſa, quã tradit alter. et hoc, qm̃ Aſtrologus dicit figurã cœli eſſe ſphæricam, qm̃ lineę exeuntes ab ipſa ad centrum ſunt æquales: ſed Naturalis dicet eſſe ſphæricam, quoniam motus ipſius eſt circularis, aut quoniam eſt corpus tale ſm naturam. demonſtratio enim in talibus non transfertur. Cumꝫ poſuit, quòd fieri non poteſt, ut transferatur demonſtratio de arte in artem, niſi fuerit quæſitum vnum, aut ſimpliciter, aut aliquo modo, dixit in hac deſcriptione: & non põt fieri, vt ſit ſm alium modum. ſenſus eſt, & non põt eſſe translatio, niſi ſm hos duos modos: hoc eſt, ꝙ quęſtum, aut ſit vnum ſimpliciter, aut aliquo modo. Et poſteaꝫ adduxit hoc, adduxit etiã cauſam de hoc, & ait: quoniam termini demõſtrationum omnes ſunt per ſe, & non ſunt per accidens. ſenſus eſt, atqui non poteſt transferri de arte in artem: quoniam tres termini, hoc eſt maior, & medius, & minor, omnes ſunt p ſe generi artis: & ea, quę ſunt per ſe, non tranſgrediuntur genus. Atqui exiſtimatur ex hoc ſermone, ꝙ fieri poſſit, vt ſit quæſtum vnum in duabus artibus. res autem non eſt ita: ſed eſt res, quæ ponitur hic tanꝫ poſitio, quouſque fuerit ſtigauerit de ipſa. exiſtimatur enim hoc accidere ad ſimilitudinẽ æqualitatis, & proportionabilitatis † quæ fieri ſolent in artibus diuerſis.

† Ab. le. quibus vtuntur artes diuerſæ.

Propter hoc Geometriæ non licet monſtrare, ꝙ contrariorũ vna eſt ſcientia, ſed neqꝫ ꝙ duo cubi cubus: neqꝫ alij ſcientiæ, quod alterius: niſi quæcunqꝫ ita ſe habent inter ſe, vt ſit alterum ſub altero: vt Perſpectiua ad Geometriam, & Harmonica ad Arithmeticen.

Dixit Ariſt. Et propter hanc cauſam non pertinet ad artẽ Geometriæ, vt incipiat monſtrare, ꝙ ſcientia contrariorũ eſt vna, quodꝫ cubi ſunt cubus vnus: neqꝫ ad artem aliquã, vt mõſtret, quod eſt proprium alteri arti, niſi ita ſe habuerint duæ artes, vt vna ſit ſub altera: (fieri enim hoc poteſt) quemadmodum diſciplina Perſpectiuorum, quæ ponitur ſub arte Geometriæ: & quemadmodum ars Harmonicorum, quæ ponitur ſub arte Numeri.

Dixit: Cumꝫ tres termini, ex quibus componuntur demonſtrationes, ſint ex natura generis, non pertinet ad artificem particularis artis ex artibus veris, vt monſtret, quod eſt proprium arti vniuerſali conſyderanti de ente ſm ꝙ eſt ens: quẽadmodũ non attinet arti Geometriæ ſpeculatio de contrarijs, neqꝫ ſpeculatio de vno & multitudine: neqꝫ conſimiliter etiam arti alicui particulari, vt monſtret quod eſt proprium artis alterius * al l. particularis & ſic legit in toto cõm. deciſę. Et intelligo per deciſam, quæ conſyderat de aliquo genere entium: & per vniuerſalem, quę cõſyderat de ente ſm ꝙ ens. Scire autem oportet, ſi aliqua ſcientia deciſa conſyderat de aliquo attinente ad artem vniuerſalem, conſyderat vtiqꝫ de ipſo, ex parte qua aſſequi ipſum ex ſubiecto illius, quouſqꝫ faciat ipſum appropriatum ſubiecto ſuo: quemadmodum conſyderatio ſcientiæ Naturalis de potentijs animæ, ſiue ſit vna, ſiue plures. Cumꝫ dixit, ꝙ non pertinet ad aliquam artem monſtrare, ꝙ eſt proprium alterius: ſiue fuerint vtræqꝫ artes deciſæ, ſiue vna ipſarum vniuerſalis, & altera deciſa: intelligitur ex ipſo differẽtia artium in vniuerſali. ſed cũ in ipſis artibus reperiatur quędam conuenientiæ ſpecies: & hoc, quoniam vtiur ars vna principio aut principijs eius, quod monſtratur in alia: & tnuenitur vtiqꝫ hoc in arte, quæ eſt ſub alta arte, hoc eſt, quòd appropriata accipiat principia ſua ab vniuerſali: quemadmodum ſe habet res in arte Geometriæ cum arte Perſpectiuorum, & arte Aſtrologiæ, dixit: niſi ita ſe habuerint duæ artes, vt vna ſit ſub alia, vſque ad finem capituli. ſenſus eſt, ꝙ artes ſuperiores exhibent ijs, quæ ſunt ſub ipſis, cauſas quæſitorum ſuorũ: quemadmodum artifex Perſpectiuoꝝ accipit cauſam à Geometra eius, quod videtur in arte ipſius. quẽadmodum exhibet cauſam, quare quæ videntur de longinquo, appareant minora: quoniam declaratum eſt iam in ſcientia Geometriæ, † ꝙ ſi fuerit baſis vna in plano, & lineæ exeuntes à centro plani fuerint longiores, tunc anguli plani ſunt etiam minores. deinde addit ad hoc, ꝙ illud, quod videt per angulos minores eſt minus: & ita pẽfecte tradit hanc cauſam in ſcientia ſua. Et conſimiliter Harmonicus trãsgreditur Harmonicam, cũ tradit cauſam ęqualitatis harmonię in arte Harmonicoꝝ propter proportionem

† al l. ꝙ anguli eiuſdem baſis pyramidis, qñ lineæ exeũtes ab ei⁹ cẽtro ad ipſum cõ ſuerit longiores, ipſi dũt minores.

Quo pacto artes poſteriores exhibeant principia artiũ ſuperioribus.

proportionem numeri. Sed iam dubitatur, & dicitur, ꝙ nos videmus artes deciſas poſteriores exhibere principia artium, ſub quibus ſunt: quemadmodum cũ ſcientia Naturalis & Mathematica exhibent principia in arte Diuina: quoniam res ſeparatas eſſe accipit Diuinus à Naturali, & accipit numerum ipſarum ab Aſtrologo mathematico. Sed differentia in hoc eſt: quoniam ars iſta deciſa exhibet vniuerſali principium exiſtentię, nõ principium cauſæ: ſed vniuerſalis exhibet deciſæ principium cauſæ. & non volo, ꝙ deciſa exhibeat vniuerſali rem poſteriorem, quæ efficiatur in vniuerſali termino medius: ſed particularis exhibebit vniuerſali illud, quod procedet per modum ſubiecti artis, aut partis ſubiecti: in contrarium rei, quam tradit vniuerſalis particulari: hoc eſt, quia exhibet, quod efficitur in deciſa terminus medius. ſed declarabimus poſterius huius rei cauſam. Sed poſteaꝫ ſermo ipſius hic eſt de demõſtrationibus cauſarum & exiſtentiæ, † & id quod eſt commune, eſt diuerſum, accidit communi diuerſitatis, quod accidit inter artes deciſas & vniuerſales ſecundum hunc modum.

† Ab. le. id & conueniunt, & differũt, & cõtingit trãſlatio ad cõmune inter artes

Neqꝫ ſi quid ineſt lineis, non ſecundum ꝙ lineæ, & ſm ꝙ ex principijs proprijs. vt ſi recta pulcherrima linearum: aut ſi in contrariũ ſe habet ipſi circunferentiæ, non enim ſecundum quòd proprium genus ipſorum eſt, ſed ſecundum quòd commune aliquod.

Dixit Ariſtot. Neqꝫ conuenit conſimiliter etiam, vt transferatur demõſtratio, qua oſtendatur aliquid ineſſe lineis, non ſm ꝙ ſunt lineæ: etſi fuerint appropriata ipſis. quemadmodum, cùm mõſtratur de linea recta, quòd eſt optima linearum, quodꝫ eſt oppoſita lineæ circulari. quoniam hæc non inſunt per ſe lineis, ſed ſunt accidentia, quæ accidunt lineis, & alijs.

61 Dixit: Neqꝫ conuenit conſimiliter etiam, vt transferatur demonſtratio de genere in genus, cùm ſunt accidentia comprehendentia genus, & non eſt de conſuetudine illorum accidentium, vt inſint vni ipſorum, ſm viam ipſius quid eſt. quoniam iſta accidentia non ſunt eſſentialia, demonſtrationes vero componuntur per eſſentialia. ſenſus eſt, ꝙ ſi demonſtrationes componerentur ex rebus vniuerſalibus, fieri iam poſſet, vt transferret demonſtratio. Cũ vero dixit: neqꝫ conuenit cõſiſtẽt, vt transferatur demõſtratio, qua oſtendatur aliquid ineſſe lineis, nõ ſm ꝙ ſunt lineæ: ſenſus eſt, neqꝫ ẽt debet demonſtratio transferri, ita vt per eam demonſtretur aliquid ineſſe lineis, nõ ſm ꝙ ſunt lineę, & monſtretur etiam per ipſam hoc ineſſe alijs rebus à lineis. quoniam ſyllogiſmi, qui componuntur ad monſtrationem iſtarum rerum de lineis, non ſunt demonſtrationes. quemadmodum ſi aliquis monſtraret de linea recta, ꝙ eſt optima linearum, quodꝫ eſt oppoſita lineę circulari: deinde acciperet hanc eandem oſtenſionẽ, & transferret eã ad alias res ꝙ lineas, ex rebus, in quibus eſt hæc diſpoſitio, ꝙ ſint optimæ, aut oppoſitæ. hæc. n. non ſunt demonſtratiua, quoniam optimum, & oppoſita non ſunt res inexiſtẽtes lineis, ſm ꝙ ſunt lineę: neqꝫ alijs à lineis ex rebus particularibus, in quibus ſunt hæ diſpoſitiones. Cũ vero dixit: & ſi fuerint appropriata ipſis: ſenſus eſt, & ſi fuerint inexiſtentia ipſis.

Demonſtrationis concluſionem Perpetuam eſſe: nec Caducorum eſſe demonſtrationem. Cap. VII.

Caput hoc expõit Themiſtius poſt octaui in capit. ſuis. 18. & 19. quod nihil ſit ambiguitatis.

MAniſeſtum autem, & ſi fuerint propoſitiones vniuerſaliter, ex quibus eſt ſyllogiſmus, ꝙ neceſſe & concluſionem perpetuam eſſe huiuſcemodi demonſtrationis, & vt ſimpliciter dicam demonſtrationis. Non eſt igitur demonſtratio corruptibilium, neqꝫ ſcia ſimplr, ſed ita, ſicut ſm accidens: qm̃ non vniuerſalis ipſius eſt, ſed aliqñ, & quodãmõ.

*l. le. vlt

Dixit Ariſtot. Planum etiam, ꝙ concluſio demonſtrationis eſt vniuerſalis. & cauſa in hoc eſt, quoniam demonſtrationis propoſitiones ſunt vniuerſales. Cumꝫ fuerint concluſiones demõſtrationis vniuerſales, & per ſe, non eſt igitur via, vt demonſtratio conſtituatur ſuper rebus corruptibilibus, neqꝫ cadat diſciplina in ipſis ſm veritatem: niſi conſtituatur demonſtratio ſuper ipſis ad ſimilitudinem eius, quod eſt per accidens, atqui non ſm viam vlis, ſed in aliquo tpe, & aliquo mõ.

62 Cũ dixit: Planum etiam, ꝙ cõcluſio demõſtrationis eſt vniuerſalis: intelligit per vniuerſale hic oppoſitum particularis. Cùm vero dixit: & cauſa in hoc eſt, quoniam demonſtrationis propoſitiones ſunt vniuerſales: ſenſus eſt, quemadmodum mõſtratum eſt in libro Syllogiſmi, ex ppoſitionibus vniuerſalibus ſequitur abſq; dubio concluſio vniuerſalis. cumꝫ admiſit, ꝙ oportet propoſitiones demonſtrationis eſſe vniuerſales, ſequitur igitur, vt concluſio ſit vniuerſalis. cumꝫ oporteat propoſitiones demonſtrationis eſſe vniuerſales, apparet, ꝙ oportet etiam ipſas eſſe neceſſarias. Et propterea dixit: Cumꝫ cõcluſio demonſtrationis ſit vniuerſalis, & per ſe, non eſt igitur via, vt conſtituatur demonſtratio ſuper rebus corruptibilibus. & intelligit per corruptibilia generabilia ſingularia. Cũ vero dixit: niſi conſtituatur demonſtratio ſuper ipſis ad ſimilitudinẽ eius, quod eſt per accidens: ſenſus eſt, ad modum ſimilitudinis eius, quod eſt per accidens, quod ſit verum in aliquo tempore: quemadmodum quod eſt per accidens eſt verum in aliquo tempore. Et propterea dixit: atqui non ſm viam vniuerſalis, ſed in aliquo tempore, & aliquo modo: ſed non in omni tempore, neqꝫ ſm naturam iſtius indiuidui, hoc eſt naturam vniuerſalem. Cũ vero dixit: & aliquo modo: ſtuit & intelligit per ipſum, modum, qui inuenitur per materiam, et facit indiuiduum. & hæc eſt res accidẽtalis naturæ vſt ſpeciei rum: hoc eſt, vt fiat indiuiduum in materijs pp ipſaſmet materias.

Quando autem ſit*, neceſſe eſt alteram nõ vniuerſalem eſſe propoſitionem, & corruptibilem. corruptibilem quidem, quoniã & concluſio, exiſtente*: non vniuerſalem autẽ, qm̃ hoc quidem erit, illud vero non erit, in qbus. quare non eſt ſyllogizare vſr, ſed quòd nñc.

* All. co. ad. talis

* All. co. ad. propõe

Dixit Ariſto. Si vero demonſtratio conſtituta fuerit ſuper rebus corruptibilibus, ſequitur ex neceſſitate, vt ſit vna duarum propoſitionum non vniuerſalis, ſed ſit corruptibilis, quoniam ſubiectum ipſarum eſt corruptibile: & hoc, quoniam ſubiectum ipſius eſt ſubie

ctum in conclusione. & erit cõsimiliter etiam non vniuersalis, quoniam vnus terminorum ipsius inuenitur, & alter non inuenitur. planum igitur est ex hoc, ꝙ non est via, vt constituatur demonstratio super rebus corruptibilibus per viam vlis, nisi cum conditione.

63 Posteaꝙ narrauit, si fuerint propositiones vniuersales in demonstrationibus, ꝙ oportet conclusiones esse vniuersales, non particulares, vult docere, ꝙ hæc consequentia est manifesta ex re ipsa. Et ponit, ꝙ si iam possibile est, vt constituatur demõstratio super individuis generabilibus & corruptibilibus, sequitur ex necessitate, vt vna propositionum syllogismi sit generabilis & corruptibilis. quoniam ipse iam declarauit, ꝙ conclusio non erit in æternum particularis, nisi vna propositionum syllogismi sit particularis: & hoc, aut minor in prima figura ac secunda, aut vtrauis contigerit in tertia figura, ſm ꝙ monstratum fuit in libro Syllogismi. Cùm vero dixit: quoniam subiectũ ipsarum est corruptibile: sensus est, atqui sequitur, cũ fuerit cõclusio singularis, vt sit vna duarum propositionum singularis: quoniam subiectum quæsiti oportet vt sit in conclusionibus particularibus singulare sine dubio. & vult per particularia hoc in loco singularia, non autem illud, quod significat clausura particularis. Cùm vero dixit: & erit consimiliter etiam non vniuersalis: quoniam vnus terminorum ipsius inuenitur, & alter non inuenitur: sensus est, & erit conclusio consimiliter etiam non vniuersalis: quoniam prædicatum in ipsa erit inexistẽs parti subiecti, & non inexistẽs etiam parti ipsius. atqui intelligit, ꝙ cũ hoc, ꝙ est singulare, erit etiam particulare. & volo per particulare, quod significat partem, et nõ est pars. Et propterea dubitatur & dicitur, ꝙ si ingrediatur demõstrationes propositio particularis, particularis etiam consimiliter, quę est in materia necessaria, erit necessaria: quemadmodum si dicamus aliquod animal est rationale. Sed videtur, ꝙ sint necessariæ hoc in loco per accidens. & hoc, quoniam aliquod animal est rationale, non ſm ꝙ est pars: quoniam pars animalis esset rationalis, & pars non rationalis: atqui est aliqua pars animalis rationalis, ſm ꝙ hæc pars est homo. & propter hoc non erit in propositionibus demonstratiuis speculatiuis propositio singularis, neꝙ particularis. Et sermo eius, qui dixit, ꝙ non fecit vtiꝙ mentionem de particulari in demonstrationibus, quoniam ponitur sub vniuersali, est sermo erroneus: quemadmodũ dixit Abunazar in libro de Demõstratione. sed hic sermo erit vtiꝙ verus de ꝓpõnibus dialecticis, id est hæc causa. & hoc est, quod dixit Aristo. in secundo Dialectices. Et deceptus est in hoc Abunazar, & existimauit, ꝙ res hæc sit vna in Demonstratione & Dialectica: nisi forte velit propositiones demonstrationum minores, quæ efficiuntur in artibus syllogisticis. Cũ vero dixit: planũ igitur est ex hoc, ꝙ non est via, vt cõstituatur demõstratio super rebus corruptibilibus per viam vniuersalis, nisi ſm cõditionem: sensus est, planum igitur ex hoc sermone, ꝙ non constituitur demonstratio super rebus corruptibilibus ſm viam demõstrationis, quę sit vniuersalis, quę est demõstratio simpliciter: nisi qui ita dixerit, ponat conditionem, dicens, ꝙ constituitur super ipsis demonstratio particularis, hoc est in aliquo tempore, non demonstratio simpliciter.

An ꝓpõ singularis ingrediat demonstrationes.

Consimiliter autem se habet & circa definitiones. quoniã definitio est, aut principium demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut conclusio quædã demõstrationis.

Dixit Arist. Et forma rerum corruptibiliũ in definitione est, quemadmodum forma ipsarum in demonstratione. & hoc, quoniam definitio, aut est principium demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut conclusio demonstrationis.

Sensus est, & dispositio rerum corruptibilium in eo 64
ꝙ non habent definitionem, est quemadmodum dispositio ipsarum in demonstratione: hoc est, quemadmodum non constituitur super ipsis demonstratio, ita non habent definitiones. Et cũ narrauit hoc, trãsiuit ad causam huius, & dixit: quoniam definitio, aut est principium demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut conclusio demonstrationis. sensus est, atqui oportet, vt sint termini cõsimiliter etiam de rebus vniuersalibus. quoniam definitiones non effugiunt, quin sint, aut principium demonstrationis, et hoc cũ fuerint per se notæ, hoc est, ꝙ sint in demõstrationibus terminí medij: aut vt sit definitio ſm se totam demonstratio variata ſm positionem: & hoc, cũ fuerit ſm se totã definitio: hoc est, cũ fuerint tres termini, ex quibus est demonstratio perfecta, definitio in potentia: hoc est, si ordinentur ordine definitionis, erit ex ipsis definitio perfecta in actu. & ideo dixit de hac, ꝙ est demonstratio variata ſm positionem, hoc est ſm ordinem. atqui erit definitio etiam conclusio demonstrationis. Sed hoc declarabitur in sequentibus, ubi tractat de demõstrationibus, quæ obtinent hos tres modos definitionum. ibi enim erit locus inquisitionis vehementis, & duræ multum. Atqui ꝙ definitionibus accidant istæ tres species in demonstrationibus, proprie monstrari potest ex superioribus, quoniam definitio non effugit, quin aut sit nota per se secundum se totam, aut aliquæ partium ipsius ignotæ, & aliquæ notæ. primum erit principium demonstrationis, secundum conclusio demonstrationis, tertium vero habebit partem principium demonstrationis, & partem conclusionem demonstrationis.

Eorum vero, quæ sæpe fiunt, demonstrationes, & scientiæ, vt lunæ defectus, manifestum, ꝙ secundum ꝙ quidem tales sunt, semper sunt: secundũ ꝙ vero non semper, secundum partem sunt. * quemadmodum autem defectus, consimiliter alijs. Co. Argyropon habet hęc verba.

Dixit Aristo. De rebus autem, quæ vicissim innouantur, quemadmodum est eclipsis, erit vtiꝙ demonstratio vniuersalis, ſm quòd sunt huiuscemodi: atqui ex pte, qua sunt particulares, & separatæ, & non perpetuæ, & forma ipsarum est forma rerum corruptibilium, non constituitur super ipsis demonstratio. quemadmodum hæc eclipsis.

Posteaꝙ exposuit, ꝙ demonstratio est ex rebus uni- 65
uersalibus, & super res vniuersales, dubitatur in hoc de ijs, in quibus non inuenitur nisi vnicum idiuiduum, quemadmodum est eclipsis, quę succedens alteri indiuiduo. quoniam diceret aliquis, ꝙ super istis non constituitur demonstratio per viam vniuersalis: quemadmodum prædixerat de ijs, in quibus non inuenitur, nisi vnum indiuiduum tãtum: vt terra, & sol, & luna. Ipse igitur declarat in hoc sermone, ꝙ demonstratio constituitur in hoc sup natura vniuersali, quę est in ipsis: non autẽ super indiuiduo, ex parte, qua est indiuiduum. Et propterea non dixit in definitione vniuersalis, ꝙ est illud, de cuius natura est, vt prędicet de

de pluribus indiuiduis: quoniam hoc non verificaretur de eo, in quo non inuenitur, nisi vnum indiuiduum tantum post aliud successiue, neꝙ de eo, in quo non inuenitur, nisi vnum indiuiduum, vt eclipsis. Cùm vero dixit: erit vtiꝙ demõstratio vniuersalis, ſm ꝙ sũt huiuscemodi: sensus est, ꝙ demõstratio, cũ constituetur super eclipsi aliqua, construetur vtiꝙ super hac designata, ſm ꝙ est talis, vt innouetur vsque in infinitum: non autem super hac designata, ex parte qua est designata. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: atqui ex parte, qua sunt particulares: hoc est eclipses, & similia & separatę, & non perpetuæ, & forma ipsarum est forma rerum, super quibus non constituitur demonstratio. Et intelligit per formam ipsarum, naturam ipsarũ, ac si dixisset: atqui particularia, ſm ꝙ sunt particularia, & indiuidua, & non perpetuæ existentiæ, habent naturam, qualis est natura rerum, super quibus non constituitur demonstratio: quemadmodum eclipsis designata.

Demonstrationem non constare ex Communibus. Cap. VIII.

QVoniam autem manifestũ, ꝙ vnumquodque demonstrare non est, nisi ex vniuscuiusꝙ principijs, si quod monstratur insit ſm ꝙ illud, non est scire hoc:

Dixit Arist. Iam igitur monstratum est, ꝙ non est via, vt constituatur demonstratio super rebus aliquibus, nisi ex principijs appropriatis: quoniam quod monstratur per demonstrationem, monstratur per ea, quæ sunt per se, & proportionata, & appropriata.

66 Dixit: Iam igitur monstratum est, ꝙ non cõstituitur demonstratio simpliciter super aliqua re, nisi ex causis suis propinquis appropriatis, non autem ex causis longinquis. atqui hoc est ita: quoniam causæ non appropriatæ connumerantur cum eo, quod est per accidens. Et propterea ille, qui posuit vnam ex partibus demon- 40
In nulla demõstrationũ sps ingredi cãs non appropriatas. strationum, quæ componuntur ex causis non appropriatis, errauit: quemadmodum existimatur de Abunazare, qui scilicet posuit demõstrationes, quæ componuntur ex causis nõ appropriatis, inter species demonstrationum, quæ dicuntur per posterius. & veritas est, ꝙ non sunt ex ipsis, neꝙ per posterius, neꝙ per prius. Et posteaꝙ narrauit, ꝙ demonstrationes sunt ex causis appropriatis, trãsiuit ad signũm super hoc, ex eo, quod præcessit, & dixit: quoniam quod monstratur per demonstrationem, monstratur per ea, quæ sunt per se, & proportionata, & appropriata. Intelligit per ea, quæ sunt per se, vnam ex speciebus per se, de quibus mentionem fecit superius: & hæ sunt, in quibus prædicatum est in definitione subiecti, aut subiectum in definitione prædicati. Et intelligit per proportionata, quæ non sunt extranea à genere consyderato, neꝙ extranea: & ꝓ appropriata, prima. Et istę dispositiones omnes vnum sunt subiecto, & multæ in modo. & hoc, quoniã propositiones, cùm consyderantur ex parte, qua prædicatum est in definitione subiecti, & subiectum in defi- 60
nitione prædicati, vocantur per se. cũ vero consyderantur ex parte, qua non sunt extraneę, hoc est, ꝙ sunt eiusdem generis, de quo consyderat ars, vocantur proportionatę, cumꝙ consyderantur ex parte, qua cõueniuntur cum subiecto, vocantur appropriatę.

Etsi ex veris, & indemonstrabilibus monstratum sit, & immediatis. Est enim sic monstrare, quemadmodum Bryso quadraturam.

secundum commune enim monstrant tales rationes, quod & alteri inerit. quocirca & in alijs coaptabuntur rationes non cognatis. igitur non secundum ꝙ illud scit, sed secundum accidens. neꝙ enim coaptari posset demonstratio & in aliud genus.

Dixit Arist. Non sufficit autem, vt sciatur 10
res per demonstrationem, ꝙ sint propositiones, per quas disponitur, veræ tantum, & immediatæ. Quoniam quemadmodum studuit Bryso quadrare circulum, & posuit propositionem vniuersalem in demonstratione sua super hoc cõmunicantẽ, fiet de rebus multis non appropriatis, & proportionatis naturæ alteri. & propterea non erit ostensio sua per 20
demonstrationem nisi non demonstratiua. † & hæc sunt, quæ possunt tranferri ad monstrandam rem aliam. † al. l. ꝙ illud pũt, qũ transferri potest, mõstrabitur alia res.

Atqui non sufficit in conditionibus propositionum 67
demonstrationis, vt sint veræ, & non monstratæ per terminum medium, hoc est primæ. quoniam quod intenditur per demõstrationem, est, vt sciatur res per ea, ex quibus est existentia ipsius. quoniam hæc est scientia concors cum opere naturæ, & decens ipsi: quemadmodum scientia artificialis est concors cum opere artis. Propositio autem, qua vsus est Bryso, est propositio dicens, ꝙ ea, quæ sunt maiora vno in dispositione ipsius, & minora vno, sunt æqualia. † Sed hæc ꝓpositio est am- 30
plior, ꝙ vt eam iaciant Geometræ. & est enim non vera, quoniam non est appropriata magnitudinibus. & maius & minus in magnitudinibus sphæricis & rectis non dicitur ſm dispositionem vnam: hoc est, quoniam non dicitur, ꝙ circulus est maior superficie: immo non est proportionabilitas ſm veritatem inter lineam rectã & circularem. Maxime autem hãc propositione vtuntur Geometræ, cùm monstrant, ꝙ mensura circuli constituitur ex ductu dimidiatæ diametri in dimidium circunferentiæ: in eo ꝙ monstratur, ꝙ res, quæ est secundum hãc dispositionem est minor omni superficiꝫ, quæ est extra circulum, & maior omni superficiꝫ, quę sit intra circulum: igitur superficies, quę constituitur ex ductu dimidiatæ diametri in dimidium circunferentiæ, est æqualis circulo. quoniam ipsa & circulus sunt mino- 50
res vno eodem in dispositione sua, hoc est omni superficie, quæ efficitur extra circulum: & sunt etiam maiores vno eodem in dispositione sua, hoc est omni superficie, quæ efficitur intra circulum. Cùm vero dixit: & hæc sunt, quæ possunt transferri ad monstrandam rem aliam: dixit, ꝙ hæc propositio vniuersalis hic accepta, non est proportionata, quoniam potest transferri. † al. le Et hæc ꝓpõe tæpe vtunt Geometræ: & est vera, sed nõ ꝓ appropriata. Iactamus legi vtranq; literam.

Vnumquodꝙ autem scimus non ſm accidens, quando ſm illud cognoscamus, ſm ꝙ ineſt ex principijs illius, ſm ꝙ illud. vt duobus rectis æquales habere, cui ineſt per se, quod dictum est, ex principijs huius.

Dixit Arist. Quòd si aliquis scit rem scientia vera, non per viam accidentis, ipse vtique sciet ex principijs suis, quæ sunt illi propria, & ex rebus, ꝓ quas construitur natura ipsius. quoniam qui studet scire, ꝙ anguli trianguli sunt æquales duob⁹ rectis ꝓ viã demõstrationis,

non

non habebit viam, qua sciat hoc, nisi ex rebus per se, & appropriatis triangulo.

68 Posteaq̃ scientia vera est, qua scitur res non per accidẽs, hoc est per id, quod ipsi accidit: siue illud, quod accidit ipsi, sit perpetuum, siue non sit perpetuũ: sequitur vt scientia vera sit illa, qua scimus rẽ ex principijs propijs, hoc est ex causis ipsius, & in summa ex rebus, ex quibus constitit natura rerum. & hæ sunt causæ, quæ inueniuntur in re, hoc est materia sua appropriata, & forma sua appropriata. Cùm vero dixit: & ex rebus, per quas cõstruitur natura ipsius: hoc est ex causis, quę sunt in re. & hę sunt, ex quibus cõstituitur essentia rei. Cũ vero dixit: ex principijs suis, quæ sunt illi propria: innuit, q̃ velit omnes causas rei quatuor, hoc est extrinsecas, & intrinsecas. & propterea adduxit hoc in causis intrinsecis: quoniam sunt illę, ex quibus componuntur demõstrationes vt plurimum, reliqua autem verba ipsius in hoc capitulo intelliguntur per se. Et cũ consyderata fuerit hęc conditio, hoc est, q̃ non commiscẽt cum demonstratione aliquid eius, quod est p accidens, neq; propinquũ neq; remotum, apparet, q̃ non possunt cõponi demõstrationes, nisi ex rebus per se appropriatis.

Quare si per se & illud ineſt, cui ineſt, neceſſe eſt medium in eadem cognatione eſſe. si vero non, sed quemadmodum Harmonica per Arithmeticam. Talia autem monstrantur quidem similiter. differunt vero: ipsum enim quòd, alterius scientię, subiectum nanq; genus alterum: ipsum vero propter quid, superioris, cuius per se passiones sunt. Quare & ex his manifestum, quòd non est demõstrare vnumquodque simpliciter, nisi ex vniuscuiusque principijs.

Dixit Aristo. Cùm vero ita sit, q̃ demonstratio sit ex rebus appropriatis, & p se, oportet igit̃, vt terminus medius sit ex natura substantiæ ipsius, aut ex natura, quæ sit superior illis. & si non fuerit medius ex natura substantiæ ipsius, sed ex natura, quæ est superior illis: quemadmodum media, per quæ monstrantur quæsita demonstratiua. & hoc ex scientia Numerorum. Ambæ igitur demõstrationes, & superior, & inferior, procedunt processu demonstrationis vnius. differunt autẽ: quoniam ars illa, quæ est inferior, monstrat si est res: quæ vero est superior, monstrat, quare est res. & hoc, quoniam medium in ipsa est causa propinqua. Iam itaq; planum est, & apparet de oibus, q̃ non potest demõstratio ostendere super aliqua re simpliciter, nisi ex rebus per se, & principijs appropriatis huic rei.

69 aQuo pacto artes iter se cõsicent, & ide possit fieri translatio ex vna in aliam. * Ab. le. nexu quodam: Lac. leg. fm quid:

Cùm dixit: oportet igitur, vt medius terminus sit de natura substãtiæ ipsius: sensus est, ex genere artis, hoc est ex subiecto, de quo est cõsyderatio. Et cũ dixit: aut ex natura, quæ sit superior: intelligit naturam subiecti ipsius artis, quæ procedit ad modum generis respectu subiecti artis, quod est appropriatius ipsa. aScire autem oportet, q̃ subiectum artis non est genus subiecto artis alterius: nisi cũ ars superior consyderat de re aliqua simpliciter, de qua consyderat ars alia p̃ abbreuiationẽ: quemadmodum ars Numeri, & Musica, ars enim Numeri cõsyderat de proportione simpliciter: sed ars Musicę consyderat de proportione vocum numerosarum: & hæ sunt, quas vocauit Arist. artes consyderantes de re per defectum, & additionem. & hoc, quoniam ars procedens per modum generis consyderat de re per defectum: quemadmodum ars Geometriæ, quæ consyderat de magnitudine ex parte, qua deficit illi materia, ars autem scientiæ Naturalis consyderat de ipsa ex parte, qua additur, hoc est ex parte, qua superaddit illi materia. Et in summa istarum artium superior quidem tradit causam rei vnius per se, hoc est causam propinquam, quemadmodum dixit: inferior autem existentiam. Vt in exemplo, ars Musicæ constituit sonũ æqualem, hoc est existentiam ipsius: deinde tradit causam ipsius per artem Numeri, quoniam cùm artifex Musicæ interrogatur, quare hæc compositio est recta, dicit, q̃n est fm proportionem duplam, & sesquiquartam, et sesquitertiã. & hæc proportio iam declarata fuit ex parte ipsius in arte Numeri. Cũq; natura, de qua consyderat artifex musicæ, fuerit composita ex genere, hoc est natura numeri, & cantus, accidit huic arti, vt habeat terminum medium ex genere superiori. Artes autem separatæ fm subiectum non possunt communicare in termino medio: & consimiliter artes consyderantes de re vna fm duos modos diuersos. Et hoc, quoniã subiecta artium non effugiunt ab his tribus modis, hoc est, vt se parentur per subiectum: aut diuersificẽtur in modo, & & communicent in subiecto: aut consyderet vna ipsarum de re ex parte defectus, & altera ex parte additionis. Atqui artes, quæ ponuntur sub aliquo genere, & consyderatio ipsarũ de hoc genere fit per modũ unum, erunt duæ artes particulares sub vna arte: quẽadmodũ ars consyderans de corporibus rectis lõgis, & consyderãs de corpibus rotundis. hę. n. sunt duę artes particulares sub vna arte, q̃ est Geometria, et non sunt duę artes diuersę. Cũ vero dixit: Ambę igitur demonstrationes, & superior, & inferior, procedunt processu demonstrationis vnius: sensus est, q̃ auxiliantur sibi inuicem ad monstrandam rem vnam in dispositione ipsius: & exhibet ars inferior existentiam ipsius, superior vero tradit causam propinquam existẽtiæ ipsius. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: differunt autem: quoniam ars illa, quæ est inferior, monstrat per dispositionem suam existentiam illius: sed ars, quæ est superior, monstrat per dispositionem suam, quare est res. Sed quia existimari potest, q̃ ars, que procedit processu generis respectu alterius, exhibeat illi, quæ sub ipsa est, id, quod p̃cedit processu causæ remotæ: & hoc, quoniam causæ generis, cũ proportionantur speciei, sunt causæ longinquæ: dixit: & hoc, quoniam medium in ipsa est causa propinqua. sensus est, & hoc, quoniam medium, quod exhibet ars superior arti, quæ est sub se, est causa propinqua rei, de qua consyderat ars inferior. Causa autem in hoc est: quoniam subiectum artis vniuersalis fm hunc modum vniuersalitatis, quẽ antea exposuimus, qui est modus additionis & defectus, se habet ad subiectum artis appropriatæ per modum formæ rei habẽtis formam, hoc est materiæ. & propterea est in ipsa, causa propinqua. Atqui sequeretur dubium præcedens, si esset ars vniuersalis genus verum respectu artis appropriatæ.

Vide. 3. Celi cõm. 6.

* al. l. Arithmeticæ, & Musicæ.

60

Sed horum principia habent commune. Si vero manifestum est hoc, manifestum & quòd non est vniuscuiusque propria principia demonstrare. erunt enim illa omnium principia, & scientia illorum domina omnium. & nanque magis scit, qui ex superioribus causis scit: ex prioribus enim sciuit, cùm ex non

ex non causatis sciat causis. quare si magis sciuit, & maxime: et si scientia illa esset, & magis, & maxime.

Dixit Arist. Ars autem vniuersalis constituit monstrationem reliquorum principiorum. Quod cùm ita sit, plane manifestum est, q̃ non põt artifex vniuscuiusq; artis monstrare principia artis suę appropriata. quoniam si ipse inciperet monstrare principia sua: igitur ea, per quæ monstraret principia ipsius, magis deberent esse principia, q̃ illa, & per ipsa sciretur, quod scitur per viam veritatis. quoniam qui studet scire rem scientia vera, sciet vtiq; ipsam ex principijs, & causis vniuersalibus, & ex rebus prioribus fm naturã, & causis, quæ non erunt causatæ. & scientia per has est conuenientior & decẽtior, q̃ scia per illas.

Quo pacto prima Philosophia cõsyderet principia, & causas subiecto rum reliquarum artium.

70 Cùm dixit: Ars autem vniuersalis constituit monstrationem reliquorum principiorum: intelligit per artem vniuersalem Philosophiam primam: & est ea, quę consyderat de ente inquantũ ens. & hoc, quoniã cũ ars ista speculetur de ente inquantum ens, & de speciebus entis: igitur ars hæc ea est, quæ solicita est in tradendis causis subiectorum artium, hoc est ex parte, qua accipiuntur entia, non ex parte, qua sunt subiecta artium: hoc est cũ accipiuntur per modum vnum, per quẽ speculãtur artes. Exemplum huius, quoniam primus Philosophus ipse est, qui manifestat, & tradit modum, per quem numerus est: hoc est modũ, per quem subiectum istud est extra animam: nõ autem ex parte, qua est per ipsum subiectum huic arti. & quoniam genus subiecto rum artium est ipsum ens: igitur apparet, q̃ exhibens causas ipsorum, ex parte, qua sunt entia tantum, is est, qui consyderat de ente simpliciter. et iste est artifex primæ Philosophiæ. Quod cũ ita sit: oportet ergo, vt non exhibeat ars aliqua causas subiectorum suorum, i quibus sunt causæ ex vnaquaq; specierum entis. quoniam primus Philosophus is est, qui tradit causam: & istę causæ sunt causæ generis subiecti artium, non autem causæ appropriatæ subiectis artis. Quod cũ ita sit, quomodo sequitur ex eo, q̃ ars vniuersalis speculatur mõstrationem principiorum reliquarum artium, ut artes non speculentur de principijs propijs? Nisi dicamus, q̃ principia subiectorum artium appropriatarum sunt pricipia appropriata ipsis, cũ accipiuntur eo modo, quo per ipsa speculatur de subiecto illius artis. cumq; hoc ita sit, igitur speculatio illorum principiorũ pertinebit ad artificem artis. Et fm hoc inuenitur res in scientia Naturali: quoniam artifex scientiæ Naturalis speculatur de materia, & motore naturali primo, ex parte, qua sunt causæ motus, non autem ex parte, qua sunt vna ex speciebus entium. Et iam dubitauit super hoc Ben Sena. deinde accepit sermonem hoc in loco acceptione simplici, & existimauit, q̃ artifex scientiæ Naturalis accipit ab artifice scientiæ Diuinæ materiam primam, & principium primum. Sed non vult Ari. q̃ artifex scientię particularis non possit penitus ostẽdere per demonstrationem causas subiecti ipsius artis: sed vult q̃ non possit ostendere per demõstrationem causas sui subiecti, per demõstrationem inquam simpliciter, hoc est p demonstrationem, quæ præbet causam & existẽtiam. causæ enim subiecti artis sunt ex natura altiori: hoc est, quæ est genus illius subiecti. sed consyderatio de hac natura pertinet ad artificem scientiæ Diuinæ. & hoc, quoniam natura continens subiecta artium particularium est ens, quod est subiectum primæ Philosophiæ. Et propter hoc fecępit sermonem, & dixit: Quod cùm ita sit, plane manifestum est, q̃ nõ potest artifex vniuscuiusq; artis mõstrare principia artis suæ appropriata. intelligit monstratione sufficiẽte, hoc est monstratione exhibente causam & existentiam. & hoc, quoniam artifices scientiarum particularium possunt monstrare causas subiecti sui per signa: quemadmodum fecit Aristo, cũ monstrauit materiam primam in auditu Naturali, & motorem primum. sed non est via, qua monstret existentiam motoris primi, nisi per signum in hac scientia, hoc est in scientia Naturali, non quemadmodum existimauit Ben Senæ. Iam verp instituimus sermonem ad monstrandam corruptionem viæ vniuersalis, quam opinatus est Ben Senæ, q̃ potest artifex scientiæ Diuinæ monstrare existẽtiam primi principij. Cũ vero dixit: quoniam si ipse inciperet monstrare principia sua: sensus est, quoniam si ipse inciperet monstrare principia sua prima in illa arte per principia alia. Deinde dixit: igitur ea, per quæ monstraret principia ipsius, magis deberent esse principia. sensus est, cũ igit̃ monstraret principia artis suæ per principia alia: igitur hæc principia magis deberent esse prima, q̃ principia artis suæ. sed iam posumus illa esse prima: igitur essent prima, et non prima: quod est impossibile, et non cohęret. Cùm vero dixit: quoniam qui studet scire rem scientia vera, sciet vtiq; ipsam ex principijs, & causis vniuersalibus: intelligit per vniuersalia, prima in hoc genere: quemadmodum dixit i Auscultatorijs, q̃ scimus vtiq; rem, cũ ipsam scimus per causas eius primas, vsq; quo peruenamus ad elementa ipsius. atqui vult, q̃ scientia in vnoquoq; genere peruenit ad causas primas, quę sunt in hoc genere, et tunc prouenit scientia perfecta in hoc genere. Et cũ hæ causæ non habent causas priores in hoc genere, propter hoc non possunt monstrari in hoc genere per aliquid, quod sit prius ipsis: quoniã non est prius, neq; notius ipsis in hoc genere. Cũ vero dixit: & ex rebus prioribus fm naturã, & causis, q̃ non erũt causatæ. & scientia per has est conuenientior & decentior, quàm scietia per illas: intelligit per res priores fm naturam priora fm cognitionẽ & existentiam. & hoc, quoniam causæ sunt priores existentia fm naturã causatis. cumq; accidit illis, vt sint notiores apud nos, erũt consimiliter etiam priores fm naturã & cognitionem: quemadmodum diximus in descriptione prioris secundum naturam, q̃ videlicet est id, quod cùm est posterius, est & ipsum: sed cùm ipsum est, non oportet, vt sit posterius. Cũ vero dixit: & causis, quæ non erunt causatę: intelligit in hoc genere. Cũ vero dixit: & scientia per has est conuenientior & decentior, q̃ scientia per illas: intelligit †scientiam, quæ est per causas.

* al. l. simplr

Lib. primo tex. primo.

†Ita le. Q illa scia, quę ē p cãs, quę sunt causatæ.

Demonstratio autem non coaptatur in aliud genus: nisi vt dictum est, geometricæ in perspectiuas, aut mechanicas, & arithmeticæ in harmonicas.

Dixit Aristot. Iam igitur manifestum est, quomodo monstrabũtur res perspectiuæ ex arte Geometriæ, & res harmonicæ ex arte Numeri. Iamq; planum ac manifestum est, quòd non potest transferri demonstratio de natura in naturam.

Nunc ex his, quę narrauit in præcedẽtibus, facit veluti epilogum, sicuti conuenit conclusionibus demonstratiuorum sermonum, quando dicit iam manifestum esse, quomodo debemus monstrare rem in arte p cãm suam appropriatam, cùm illa tamẽ causa sit p modum

Aulcẽnæ dubium eiusq; solutio. Vid 1. Phys. 83. & 2. cõ. 71. & 8. cõ. 1. & 12. Meta cõ. 5.

71

naturæ

naturæ alterius, hoc est per modum artis alterius. hoc autem erit in naturis compositis. Nec propter hoc vocabitur id translatio demonstrationis de arte in artem: sed vocabitur in arte iteriore radix posita, & admissio. Vera autem translatio est, qñ sit propositio maior vna in duabus artibus. sed iam monstratum est, ꝙ hoc fieri non potest, nisi esset quæsitum vnum, quod diceretur vniuoce in duabus artibus: hoc est vnum ſm vtrunq; duorum modoꝝ, id est in subiecto & modo. sed iã monstrata est huius rei falsitas in præcedentibus. oporteret enim, ꝙ natura duarum artium esset natura vna. Quod cũ ita sit, sermo igitur Abunazaris in libro suo de Demonstratione ad finem, cũ dixit de artibus, & declarauit quomodo communicant scientiæ, & in quo cõmunicant: & ex hoc declarauit quomodo, & quando: & quomodo transferri possunt demonstrationes de arte in artem, & quomodo non possunt: sermo inquam iste est non verus. Quoniam intellexit per translationem illud, de quo dicit nomẽ translationis, scilicet ꝙ transferatur propositio maior. & hoc, quoniam apparet ex sermone Abunazaris, ꝙ fateatur esse quæsitum vnum in duabus artibus: & tamen non fatet, ꝙ terminus medius est vnus. Et hoc mirandum est de sermone illius. nam cũ non communicãt duæ artes in ambobus terminis simul, non poterunt communicare in propositione maiore. Et quomodocunq; fuerit, non poterunt transferri demonstrationes ſm opinionem ipsius, & opinionem Arist. Sed differunt iter se, quoniam apud ipsum possunt cõmunicare duæ artes in quæsito vno: sed non est possibile hoc apud Arist. iam enim sequitur ex necessitate, quemadmodũ diximus, ex eo ꝙ possunt communicare in quæsito vno, vt cõmunicent etiam in medio termino. † & sic relinquitur, ꝙ non sit aliud translatio, quam ipse voluit, nisi ꝙ una duarum artium vtatur illo, quod monstratur in alia: siue sit subiectum, de quo consyderat: siue sit in arte superiore conclusio, in inferiore autem propositio. quemadmodum accidit hoc Perspectuo, et Astrologo cum Geometria: et quemadmodum accidit Musico & Arithmetico.

Cõtra Abunazarem de translatiõe, & cõiunctione artium.

† Ab. leg. & nõ reliquit, ꝙ fiat transgressus, quẽ intendit: sed ꝙ altera duarum

Difficile autem est cognoscere, si sciuit, aut non. difficile est enim cognoscere, si ex vniuscuiusq; principijs scimus, aut non: quod est scire. existimamus autem, si habeamus ex veris quibusdam syllm, & primis scire. hoc autẽ non est, sed oportet primis cognata esse.

Dixit Aris. Et propterea durum est nobis, vt verificemus nos scire rem per causam propinquam: quoniam durum est valde, vt sciamus nos consistere super vnaquaq; re per ea, quæ sunt per se, & proportionata, & per causam ipsius propinquam: & scientia erit vtiq; per talia. & propterea existimatum est nos scire scientia vera, cùm scimus ex propositionibus veris, immediatis. & non est res ita.

71 Posteaq; declarauit, ꝙ in propositionibus, quæ sunt partes demonstrationum, oportet vt aggregentur tres conditiones, quæ superadduntur earum veritati: quarum vna est, vt sint vniuersales: secunda, vt sint per se: tertia, vt sint primæ: & hoc est, quod voluit p id, quod est de omni in hoc libro: & cùm causæ in quibus inueniuntur istæ conditiones sint causæ propinquæ appropriatæ huic rei, cuius sunt causæ: & entia, quãto plures in eis multiplicant conditiones, tanto sint inuentu, aut cognitu difficiliora: dixit: Et propterea durum est nobis, vt verificem⁹ nos scire rem per cãm propinquam.

Deinde adduxit causam difficultatis in hoc, & dixit: quoniam durum est valde, vt sciamus nos consistere super vnaquaq; re per ea, quæ sunt per se, & proportionata, & per causam ipsius propinquam: hoc est, quoniã durum est nobis, vt cõsistamus super causa propinqua vnicuiq; rei, propter res per se, & appropriatas generi istius rei. Atqui dixit hoc, quoniam nos inuenimus causam propinquam ex causa per se, et proportionata huic generi: quoniam est vniuersalior causa propinqua: & quod est vniuersalius apud nos semper est potius appropriato, & hoc tã declarauimus in libro Syllogismi.

Demonstratiuarum scientiarum Principia, nonnulla esse communia, nonnulla propria: quæq; ea sint, & quo pacto præcognoscantur: pariter & reliqua demonstrationẽ ingredientia. Ca. IX.

Dico autem principia in vnoquoq; genere hæc, quæ ꝙ sunt, non contingit monstrare. Quid igitur significant & prima, & quæ ex his, accipitur. ꝙ autem sunt, principia quidẽ necesse est accipere, alia vero monstrare. vt quid vnitas, aut quid rectũ, aut triangulum. esse autem vnitatem accipere, & magnitudinem, altera vero monstrare.

Dixit Aristo. Sed oportet, vt de subiecto demonstrationis admittamus, & fateamur ipsum esse, absq; eo, ꝙ fiat iquisitio an sit. Atqui præcognita in demonstratione, & enuntiatio cõmunicant simul in eo, ꝙ de ipsis consyderatur quid significat nomen ipsorum. Distinguit aũt vnum ab altero, eo ꝙ de propositionibus admittitur, quòd ipsæ sunt, sed de prædicato monstratur, quòd est. quoniam de vno, & triangulo, & recto oportet, vt consyderetur in dispositione sua quid significat nomen ipsorum: & de vno, & magnitudine admittitur quòd sunt. sed de prædicatis, & consequentibus oportet monstrare, quòd insunt subiectis suis.

73 Posteaq; narrauit, ꝙ non potest artifex demonstrationis ostendere per demõstrationem causam subiecti artis suæ, quoniam causæ ipsius sunt ignotæ: hoc est per demonstrationem simpliciter: cœpit docere, quæ sint illa, in quibus oportet artificẽ admittere, ꝙ sint, & quæ sunt ea, de quibus possumus monstrare, ꝙ sunt. Et dixit: Sed oportet, vt de subiecto demonstrationis admittamus, & fateamur ipsum esse. sensus est, quoniam artes cõprehendunt tria genera, subiecta quæsita, et propositiones de subiectis quidem oportet artificẽ demõstrationis admittere ꝙ sint: siue fuerint per se nota, siue sint monstrata in alia arte. Et hoc, quod dixit de dispositione subiecti, planum est per se. & hoc, quoniam ars monstrabit vtiq; per demonstrationem rem inexistentem subiecto. & hoc fortasse manifestum est in quæsitis cõpositis. & hoc, si quæramus de quouislibeat quæsito: quemadmodum si quæramus an triãgulus habeat angulos æquales duobus rectis. quoniam quicunque quæsierit huiuscemodi quæsitum, proculdubio habebit triangulum apud se rem existentem, & cõsimiliter æqualitatem angulorũ duobus rectis: atqui quod ignoratur, est, an insit triangulo, ꝙ si magnitudo, exẽpli gratia, quæ est genus artis Geometriæ, fuerit ignota, non

formabitur

formabitur ex ipsa hoc quæsitũ. Et existimatur vtiq;, ꝙ de conditionibus quæsiti propositi, quod est, an hoc sit tantum, nõ sit, ꝙ pars posita inueniatur. Sed res non est ita. quoniam sermo dicentis an hoc sit, vult vtiq;, an sit cum tali dispositione, puta si dicas motũ: aut sit simpliciter. ꝙ si intelligamus per ipsum, ꝙ sit motum: dispositio ipsius, quam significat hoc nomen, est, an sit ex genere entium motorum. igitur stabilimus genus entis, † quæcunq; species ipsius quæratur. & si quæramus de ipso simpliciter, cõstituimus genius ens simpliciter. & qñcunque fuerit, igitur posuimus subtectum artis rem existentem. & hæc res plana est per se. ex eo, quod diximus. Et posteaq; narrauit, ꝙ oportet artificem de subiecto artis admittere ꝙ sit, & hæc est pars posita: enunciauit de prædicato, & dixit: Atqui prædicatum in demonstratione, & enuntiatio cõicant simul in eo, ꝙ de ipsis consyderatur quid significat nomen ipsorũ. intelligit per prædicatum in demonstratione partem quæsiti, et per enuntiationem maiorem extremitatem, & medium. & hoc, qñ si prædicatum fuerit pars cõclusionis, aut fuerit pars enũtiationis, oportet, vt sciatur quid significat nomen ipsius, & appropriatur enuntiationi, vt sciat, ꝙ inest subiecto, aut ꝙ ponitur sic esse. Et propterea dixit: Distinguitur autem vnum ab altero, eo ꝙ de propositionibus admittitur, ꝙ ipsæ sunt, sensus est, & distinguitur prædicatum in enuntiatione à prædicato in quæsito, eo ꝙ de prædicato in propositionibus oportet admittere, ꝙ est: id est, ꝙ ita ponitur. Et dixit: sed de prædicato monstratur, ꝙ est. sensus est, sed de prædicato in quæsito monstratur ꝙ sit, in propositionibus. Et hæc est assignatio causæ, qua, ex eo ꝙ sint propositiones, oporteat vt admittatur in ipsis prædicatum inesse subiecto, per ipsas enim monstratur prædicatum in quæsito inesse subiecto. Cumq; subiectum in artibus, & partes subiecti oportet vt intelligatur ex dispositione sua; quid significat nomen ipsorum, & ꝙ admittatur ꝙ sint, sicut est in dispositione propositionũ, dixit: qñ de vno, & triangulo, & recto oportet, vt consyderetur in dispositione sua, quid significat nomen ipsorum: & de vno, & magnitudine admittitur, ꝙ sunt. sensus est, ꝙ de vno, quod est subiectum in arte Numeri, aut pars subiecti ipsius, & consimiliter de triangulo in arte Geometriæ oportet, vt vnusquisque consyderans de vnoquoque ipsorum habeat intelligentiam, quid significat nomen ipsius, & ꝙ est res existens. Et cũ dixit; sed de prædicatis, & consequẽtibus oportet monstrare, ꝙ insint subiectis suis: intelligit de quæsitis, atqui dixit: prædicatis, & consequentibus: quoniã quæsita sunt duæ species, scilicet aut accidentia, aut definitiones, aut partes definitionum, et intellexit per consequentia, accidẽtia essentialia, & intellexit per prædicata, aut illud, quod comprehendit omnia quæsita: aut substantialia, quæ sunt definitiones, aut partes definitionum.

tal. l. de quo quæritur an hoc sit ipsius ipse, uel ite.

Sunt autem, quibus vtuntur in demõstratiuis scientijs, alia quidẽ propria vnjuscuiusq; scientiæ, alia vero communia. communia autem secundum proportionem: quoniam vtile vtiq; quantum in eo, quod sub scientiam est, genere. propria quidem, quemadmodum lineam esse talem, & rectum: communia vero, vt si ab æqualibus æqualia auferantur, quòd æqualia sunt reliqua. sufficiens autem est vnumquodq; horum, quãtum est in genere. idem enim faciet, & si non de omnibus acceperit, sed in magnitudinibus solum, Arithmetico autem in numeris.

Dixit Arist. Propositiones autẽ, per quas monstratur id, quod monstratur per demonstrationes, diuiduntur. ex ipsis enim aliquæ sunt appropriatæ, & essentiales naturæ vni: & ex ipsis aliquæ sunt vniuersales pluribus naturis. sed vniuersalitas ipsarum non est, quemadmodum vniuersalitas naturæ, sed quemadmodum vniuersalitas proportionis. & has, cùm per ipsas ostenderit cuiusuis artis artifex per demonstrationem, contrahit ad subiectum sibi appropriatum. propositiones autem appropriatæ sunt, quemadmodum, ꝙ linea est hoc, et rectum est hoc: propositiones autem vniuersales sunt, veluti oratio, si ab æquali demat æquale, quod remanet, est equale. & propositiones vniuersales, cùm ipsis vsus fuerit artifex scientiæ, & eas contraxerit, & applicauerit ad subiectum sibi appropriatum, fiunt sufficientes, & proportionatæ subiecto suo appropriato. & vna est operatio ipsarum, cùm ponuntur secundum vniuersalitatem suam, aut propinquæ naturę appropriatæ: veluti magnitudo, & numerus.

74 30 Posteaq; planum factum fuit, ꝙ oportet tres terminos existentes in demonstrationibus esse ex natura subiecti artis, et quod dubitatur in hoc, sunt propositiões vniuersales: cùm iam decreuerit soluere dubium, quòd accidit in hoc propter ipsas, cœpit hic soluere ipsum. Et incœpit à diuisione propositionum; & inquit: Propositiones autem, per quas monstratur id, quod monstratur per demonstrationes, diuiduntur. sensus est, & propositiones, per quas monstrat id, cuius via est, vt ostendatur per demonstrationem, hoc est, ut monstretur per ipsas conclusio demõstrationum verarum, diuiduntur in duas species. Deinde enumerauit has duas species, & dixit: ex ipsis enim aliquæ sunt appropriatę, & essentiales naturę vni: & ex ipsis aliquę sunt vniuersales pluribus naturis. Et hoc, quod dixit, est res per se nota, de quo tamen dubitant nonnulli ita, vt existiment, ꝙ ex essentialibus aliquæ sint vniuersaliores natura artis. & hoc est, quod videtur ex verbis Abunazaris in alio loco ab hoc ex libro suo: † etsi finiat dubium in hoc. Et posteaq; hoc est, sequit, vt res sit, ſm ꝙ dixit Abunazar, ꝙ fortasse vniuersalitas harum propositionum est vniuersalitas rerum vniuocarum, aut eorum, quæ dicuntur per prius & posterius. & hoc, quoniam tam monstratum fuit, ꝙ propositiones essentiales inueniuntur in scientijs ſm has duas species. & hoc, quoniam cùm subiectum artis dicitur vniuoce, & propositiones essentiales sunt cum hac dispositione: & cũ dicitur per prius & posterius, propositiones quoq; artis sunt cum hac dispositione. Sed manifestum, ꝙ exempla harum propositionum non dicuntur per prius & posterius, hoc est, quæ dicunt, ꝙ æqualia vni ſm dispositionem suam, sunt æqualia: & huic similes. et hoc, qñ si forte diceremus p prius et posterius, esset ars cõsyderãs quatẽ ars vna. cũ vero non dicantur per prius & posterius, tanto magis conuenientius est, vt non dicantur vniuoce, et cùm non dicuntur ſm vnam istarum duarum specierum; dicentur vtiq; ſm aliquam speciem nominum cõmunicantium: et hoc est, quod dicitur per similitudinẽ. & hoc iam connumeratur genus probabile. & propterea ponitur quantitas genus vnum. Et hoc est, quod

† fac. fe. licet videat assentire huic dubio.

† al. l. æquivocarum. * Ar. le. ſm vulgaris consuetudines.

voluit,

voluit,cũ dixit:sed uniuersalitas ipsarum nõ est,quemadmodum vniuersalitas naturæ, sed quemadmodum vniuersalitas proportionis. sensus est, ꝙ vniuersalitas istarum ꝓpositionum non est, quemadmodum vniuersalitas alicuius naturæ,de qua consyderatur in aliqua arte:siue sit vniuersalitas per prius & posterius, siue sit per vniuocationẽ. Et propter hoc soluitur dubiũ, quod accidit propter istas propositiones in eo, quod dixit,ꝙ propositiones essentiales sunt appropriatę naturæ,quodꝫ fieri non potest, vt transferatur demonstrationes. Et differentia inter istas propositiones & propositiones veras,quæ non sunt essentiales, est,qm̃ uerę nõ essentiales non sunt cõicantes, & istę sunt cõicantes. & ꝓpterea cũ contraxerit ipsas,quẽadmodum ſquit Ari. quilibet artifex ad subiectum suum, non erit differentia inter ipsas & essentiales. & hoc est, quod voluit, cũ dixit: & propositiones vniuersales, cũ ipsis vsus fuerit artifex scientiæ, & eas contraxerit, & applicauerit ad subiectum sibi appropriatum, fiunt sufficientes, & proportionatæ subiecto suo appropriato. Deide dixit: & vna est operatio ipsarum, cùm ponuntur sm vniuersalitatem suam, aut propinquæ naturę appropriatæ: veluti magnitudo, & numerus. sensus est, ꝙ operatio ipsarę est vna, postꝙ eas contraxerit artifex ad subiectum suũ per commutationem nõstum suorum: veluti si diceretur in arte Geometriæ vice huius propositionis, partes æquales vni sunt inter se æquales, hęc, lineæ coniunctæ cum linea vna sunt coniunctæ inter se. aut derelinquerit ipsas cũ nominibus suis vniuersalibus, posteaꝙ intellexerit ex ipsis rem, quam stabilit in arte sua: quẽadmodum quod accidit in nominibus ꝙuiuocis, quòd operatio ipsorum est vna, posteaꝙ intellexerit ex ipso loquens rẽ vnam ex rebus, quas significat hoc nomen: siue positũ fuerit huic rei nomẽ appropriatum, aut non positũ fuerit illi nomen: sed intellexerit ipsum ex nomine communicante: etsi illud posuerit ad fallaciam, et ad erroris locum. & hoc est, quod voluit, cũ dixit, & has, cũ per ipsas ostenderit cuiuslibet artis artifex ꝓper demonstrationem, cõtrahit ad subiectum sibi appropriatum. Cũ vero dixit: propositiones autem appropriatæ sunt, quemadmodum, ꝙ linea est hoc, & rectum est hoc: sensus est, ꝙ ipsæ sunt, quemadmodum sermo geometricus, dicens, ꝙ linea est lõgitudo sine latitudine: quodꝫ linea recta est, cũ puncta ponuntur † in præsentia vna: & ꝙ est linea breuissima, quę ꝓuenit inter duo puncta: & consimiles definitiones, per quas cõsueuerunt Geometræ definire lineas.

† lac.le. ex oppositio alterũ ad alterum.

Sunt autem propria quidem, & quæ accipiuntur esse, circa quæ scientia speculatur inexistentia per se, veluti vnitates Arithmetica, Geometria vero puncta, & lineas: hæc enim accipiunt esse, & hoc esse. horum autem passiones per se, quid quidẽ significat vnaquęq; accipiunt: veluti Arithmetica quidem, quid impar aut par, aut quadrãgulum, aut cubus: Geometria vero, quid irrãtionale, aut refrangi, aut concurrere. quòd autem sunt, monstrant & per cõmunia, & ex demonstratis. & Astrologia consimiliter.

*a.l.proportionale,

Dixit Aristo. Ex rebus autem appropriatis in demonstratione est subiectum: & ipsum est, de quo consueuimus in demonstratione admittere, ꝙ sit, & mõstrare de ipso res essentiales: quemadmodum vnitas in Arithmetica, & punctus in Geometria: demõstratio enim ponit ambo hæc esse, sed de descriptionibus essentialibus, quas demonstratio ostendit ipsis inesse, consyderat vtiq; demõstratio, quid significat nomen ipsarum: vt in arte Numeri consyderat, quid significat nomen imparis et paris, & cubi & circularis: in arte autem Geometriæ consyderat vtiq;, quid significat nomen noui, & refracti, & inclinati. ꝙ autem ipsa sint, monstrat per propositiones proportionatas, et appropriatas illi naturę vt. & consimiliter procedit res in scientia stellarum.

*Ab.le. indicis la..leg.passionib⁹, vel descriptionibus

opp

*al.l. subi

Cùm dixit: Ex rebus aũt appropriatis in demonstratione: intelligit per appropriatas illas, per quas construitur demonstratio, ex parte qua sunt illi appropriatæ. Cũ vero dixit: subiectum: intelligit per ipsum, subiectũ artis. Cùm vero dixit: & ipsum est, de qua cõsueuimus in demonstratione admittere, ꝙ sit, & monstrare de ipso res essentiales: sensus est, ꝙ consuetudo demonstrationis est, vt admittat subiectum, super quo est demonstratio. quoniam si forte esset demõstratio de subiecto demonstrationis, fieret processus in infinitum. & consimiliter se habet res ī propositionibus, scilicet, ꝙ ipsas ponit demonstrator. Et dixit: & monstrare de ipso res essentiales. sensus est, ꝙ de dispositionibus subiecti est, vt monstrentur de ipso res essentiales. Et dixit: quemadmodum vnitas in Arithmetica, & punctus in Geometria, intelligit, ꝙ vnitas in numero est subiectum artis Numeri, & punctus est subiectum artis Geometriæ. atqui posuit hoc exemplum de vnitate, & puncto: qm̃ vnitas est leuior numero: & simliter punctum esse, leuius est, q̃ lineam & superficiem esse, si essent oia ipsa subiecta in arte Nũmeri. Et dixit: demonstratio enim ponit ambo hæc esse, intelligit per hoc vnitatem in arte Numeri, & consimilia, & punctum in arte Geometriæ. Cùm vero dixit: sed de descriptionibus essentialibus, quas demonstratio ostendit ipsis inesse, cõsyderat vtiq; demonstratio, quid significet nomen ipsarũ. sensus est, atqui de accidentibus essentialibus, quæ ostendit demonstratio inesse huiuscemodi subiectis, cõsyderat vtiq; artifex, prius q̃ monstret ipsa inesse, aut nõ inesse alicui rei ex speciebus subiectorum, quid significat nomen ipsorum: & postea aggreditur hoc. Et posteaq; mentionem fecit de hoc in accidentibus essentialibus, adduxit exemplum in hoc, & dixit: vt in arte Numeri consyderat, quid significat nomen imparis & paris, & cubi & circularis. vult per hoc exemplum, ꝙ Arithmeticus, anteq; consyderet de ostensione numeri, qui est par, & numeri qui est impar, consyderat prius, quid significat nomen imparis & paris per descriptiones nominum suorum. Cũ vero dixit: & circularis; intelligit & cõsyderat in eo, quod vult de numeris circularibus, & hoc, quoniam ista inueniuntur in numeris per similitudinem quãdam. atqui demonstrationes in Geometria ad stabilienda ista in hac arte sunt magis veræ ad monstrandum, quid significant nomina ipsorũ, & propterea, sm̃ ꝙ existimo, posuit exemplum in ipsis. Et dixit: in arte autem Geometrię consyderat vtiq;, quid significat nomen noui, & refracti, & inclinati. intelligit per nouum, magnitudines, quæ non sunt rationales. & hæc dispositio est in lineis, ex parte qua eas insequũtur numeri, & est res, de qua tractatur in decimo Euclidæ. Cùm vero dixit: refracti & inclinati: non sunt nomina, in quibus oporteat Geometram monstrare quid significãt, sed ex nominibus, in quibus oportet Perspectiuũ monstrare quid significãt, qm̃ ex lineis cõcursantibus, aliquæ

*al. l. Geometrię.

*al.l.radialibus.

aliquæ sunt refractæ, & aliquæ sunt inclinantes, & aliquæ sunt rectæ: & Perspectiuus ꝓtractat de his tribus speciebus: sed ipsas attribuit Geometrię, quoniã scientia Perspectiuæ ponit sub scientia Geometriæ. & hæc, in quibus posuit exemplum, sunt ex his, in quibus necessarium est in doctrina sua declarare nomen: & manifestum est satis. Innuit autem, ꝙ velit per refractum & inclinatum lineam dũplicem. & hoc, quoniã linęæ sunt tres, recta, circularis, & duplex. hoc autem est longinquum. Et dixit: ꝙ autem ipsa sint, monstratur per propositiones proportionatas, & appropriatas illi naturæ vniuersali. sensus est, atqui ꝙ talia sint cuiuslibet speciei subiecti artis, posteaq; proposuerimus monstrandum, quid significant nomina ipsorum, declarabimus hoc per propositiones appropriatas, et proportionatas naturæ subiecti. Et per vniuersalem, intelligit eam, per cuius dispositionem monstratur, ꝙ eius potentia est potentia appropriati. Et dixit: et consimiliter procedit res in scientia stellarum. sensus est, ꝙ consyderans in scientia Astrologiæ præmittit primo, & mentionem facit de descriptionibus rerum, quas vult monstrare inesse cuicunq; parti subiecti artis suæ.

† Ab.le. quod est min⁹ notum.

*al.l. structa m, seu curuam.

Omnis enim demonstratiua scientia circa tria est, & quæcunq; esse ponũtur. hæc autem sunt, genus, cuius per se passionum est speculatiua: & communia, quę dicimus dignitates, ex quibus primo demonstrant: & tertiũ, passiones, quarum quid significat vnaquæq; accipit. Nonnullas tamen scientias nihil prohibet quædam horum despicere, vt genus non supponere esse, si sit manifestum, ꝙ est: non enim simliter planũ, ꝙ numerus est, & ꝙ frigidum & calidum. & passiones non accipere, quid significãt, si sint planæ: quemadmodum neque communia non accipit, quid significant: hoc, quod est, æqualia ab æqualibus demere, quoniam notum. sed nihil minus natura tria hęc sunt, circa quod monstrat, & quę monstrat, & ex quibus.

Dixit Aristo. Omnis autem demõstratio perficitur, & cõstituitur ex tribus. Quorum vnum est subiectum, de quo incipit ostendẽs per demonstrationem monstrare descriptiones consequentes ipsum per se: & ipsum est, de quo inuenitur, ꝙ ipsum est. Secundum vero sunt enuntiationes, quas oportet admittere, quę sunt sine causis mediis: per quarum medium monstratur prædicatum inesse subiecto. Tertium vero sunt prędicata, de quibus cõsyderatur ex dispositione ipsorũ, quid significat nomen ipsorum. Nonnulla vero sunt, quibus non est opus huiuscemodi conditione in subiecto, ac prædicato, & propositionibus, cùm sint manifestæ. de calido enim ac frigido non oportet, vt ponamus conditionem, ꝙ ipsa sint: quẽadmodum est opus hoc in numero. & cõsimiliter in quibusdam prædicatis, eo ꝙ sunt manifesta, non est opus, vt exponamus, quid significat nomẽ ipsorum. & forma etiam nõnullarum propositionum

† Ab.le.Indicia lac.leg.passiones, vel descriptiones, & sic ꝺ inferius.

est hæc: quoniam in enũtiatione dicente, cùm ab æqualibus æqualia demuntur, quæ remanent sunt æqualia, non est opus exponere, quid significat nomen ipsorum, quodꝫ ipsa sint, ob maximam apparentiam ipsorũ. quoniam hoc non complicatur in demonstratione ad constitutionem, et perfectionem ipsius ex his tribus rebus: hoc est re, quæ monstrat ꝓ demonstrationem, & re, super quam cadit demonstratio, & re, ex qua est demonstratio.

Posteaq; dixit, ꝙ de prædicatis quæsitis in demonstratione oportet monstrantem per demonstrationem ex ipsorum dispositione præmittere, & prꝰcognoscere, quid significant nomina ipsorum: & de propositionibus consimiliter etiam opus est ex ipsarum dispositione construere quid significant nomina: & consimiliter de subiecto: sed differũt, quoniam de ꝓpositionibus, & subiectis admittit artifex ꝙ sint, sed de quæsitis solicitus est monstrare ꝙ sint: sed hoc magis accidit propositionibus & subiectis: intendit ostendere, ꝙ hoc non accidit in omni subiecto, & propositionibus: hoc est, ꝙ in ipsis oporteat præmittere, & speculari, quid significat nomen ipsorum, & consimiliter in prædicato. & quòd subiectum consimiliter etiam est res, cui accidit, vt sit per se notum, ꝙ sit, & non est opus in ipso exponere qd eius nomẽ significet. & simliter propositiones sunt sm̃ has duas species, hoc est, ꝙ de aliquibus oportet admittere, & exponere quid earum nomen significet, & de aliquibus non est hoc necessarium: & ꝙ ex ipsis quædam sunt, quæ ꝙ sint, admittitur ab aliqua arte, quædã vero sunt, quę ꝙ sint, per se notum est in arte. et propterea oportuit repetere rem à capite. Et dixit: omnis autem demonstratio perficitur, & constituitur ex tribus: quorum vnum est subiectum, de quo incipit ostendẽs per demonstrationem monstrare descriptiones consequentes ipsum per se. intelligit per descriptiones accidentia subſtantialia, & accidentia vtique proprie sunt aliud à causis: quoniam ipsa sunt quæsita per causas vt plurimum, causæ vero, cùm quæruntur, concluduntur vtiq; per demonstrationes, quæ sunt signa. Et dixit: & ipsum est, de quo inuenitur, ꝙ ipsum est. sensus est, et ipsum est, de quo cõsueuit artifex ponere, ꝙ sit †, absque eo, ꝙ inquirat, an sit, si existentia ipsius fuerit non manifesta: aut absq; eo, ꝙ non curet contradictionem eius, qui destruat existentiam ipsius, si fuerit per se notum. Et posteaq; mentionem fecit de vno eorum, ex quibus perficitur omnis demonstratio, mentionem facit de secundo, & inquit: Secundum vero sunt enuntiationes, quas oportet admittere, quæ sunt sine causis mediis, ꝙ quarum medium monstratur prædicatum inesse subiecto. sensus est, sine causis mediis, hoc est, ꝙ sint notæ ꝙ se. & potest etiam intelligi cum hoc, vt sint primæ, hoc est habentes causas propinquas, & non sit prædicatio in ipsis per medium omnino, non medium syllogisticum, neq; medium naturale. et hoc, quoniam in aliquibus propositionibus primis est medium naturale, & hæ non sunt primæ: & in aliquibus non est hoc, et hę sunt primæ. & propterea oportet, vt intelligantur per id, quod dixit sine causis mediis, ambæ res simul. Deinde dixit: Tertium vero sunt prædicata, de quibus consyderatur ex dispositione ipsorum, quid significat nomen ipsorum. intelligit quæsita. Et posteaq; hęc conditio non est vniuersalis oibus quę sunt, neq; oibus propositionibus, neq; subiectis, † neq; consistentiã prædicatio prædicati admittitur vniuersalis omnibus artibus: qm̃ pars subiecti est nota per se: dixit: Nõnulla tamen sunt,

† Ab.ad.supponę quadam.

† Ab.le.neq; subm̃ est receptũ ī oib⁹ artib⁹, qa quarũdã subiectũ est ꝙ se notum. lac.le. neq; est quoq; receptũ ꝙ ī ipsis ꝓpositionibus omnino cunctis artib⁹ qa subiectum aliquarũ earum est ꝙ se notum.

quibus

quibus non est opus conditionibus in subiecto, ac prædicato, et ꝓpositionibus. sensus est, ꝙ conditione, qua monstramus, quid significat nomen, non est opus semper in subiectis, neq; in quæsitis, neq; in propositionibus: quoniam multa ex his sunt, quorum à principio rei nota est significatio nominum suorum, & non oportet consimiliter etiam, vt ponamus conditionem in omni subiecto, vt sit notæ existentiæ. Deinde dixit: de calido enim, ac frigido non oportet, vt ponamus cõditionem, ꝙ ipsa sint: quemadmodum est opus hoc in numero. sensus est, ꝙ de corpore calido & frigido, quæ sunt vna ex partibus subiecti scientiæ Naturalis, non est opus artifici Naturali, vt admittat, ꝙ existentia ipsorum monstratur in alia scientia: quẽadmodũ est opus hoc Arithmetico. Atqui dixit hoc, quoniam dubitatur de qualitate existentiæ numeri extra animam. quoniam nonnulli dubitauerunt, & dixerunt non esse numerum extra animam: & nõnulli dubitauerunt, dicentes partem secundam, ꝙ numeri sunt substantię extra animam, et ꝙ sunt principia entium. sed ꝙsitio de hoc erit in ꝝs, quæ sunt post naturalia. Deinde dixit: & consimiliter in quibusdam prædicatis, eo ꝙ sunt manifesta, non est opus, vt exponamus quid significat nomen ipsorum. sensus est, ꝙ in multis quæsitorum nõ est opus demonstratori propter demonstrationem de ipsis, vt præmittat & monstret quid significat nomen ipsorum. & hoc maxime inuenitur in scientia Naturali: quemadmodum si quæramus, an luna, & stellæ sint ex natura corporis cœlestis, aut ex alia natura: & si ignis est, aut non. & in multis quæsitis oportet præmittere et monstrare, quid significat nomen ipsorum, tamꝫ hoc opus fuit ipsi in sermone de calido et frigido in lib. de Animalibus. Deide dixit: & forma ēt nonnullaꝝ propositionũ est hęc: qm̃ in enuntiatione dicente, cùm ab æqualibus æqualia demuntur, quæ remanent sunt æqualia, non est opus exponere, quid significat nomen ipsorum. sensus est, ꝙ earum cognitionem assequũtur homines, & notæ sunt ipsis, licet non præmittat aliquis, & monstret nomina ipsaꝝ, in contrarium multarum enũtiationum: quemadmodũ si aliquis dicat, ꝙ omnis locus terræ habet horizontem: & ꝙ oppositæ diuidũt verum & falsum. qm̃ si non præmittat aliquis declarationem istarum rerum, non scimus huiusmodi propositiones. Deinde dixit: sed hoc non complicatur in demonstratione ad perfectionem, & constitutionem ipsius ex his tribus rebus: hoc est re, quæ monstratur per demõstrationem, & re, super quam cadit demõstratio, & re, ex qua est demonstratio. sensus est, sed variatio propositionum, & ꝙsitorum, & subiectorum ſm has dispositiones non facit existimare enuntiationem dicentem, ꝙ demonstratio componitur ex tribus rebus, ex propositionibus scilicet, & quæsito, & subiecto. hæc enim enuntiatio manifesta per se est ei, qui nouit significata ſtoꝝ nominum, et habet consuetudinem in demonstrationibus. hoc. n. est necessarium in omni ostensione, tanto magis in demonstratione.

Quæ sit inter Dignitates, Suppositiones, Petitionesq; differentia, ac etiam Definitiones. Non necesse etiã esse Formas dari ꝓpter demonstrationem. Cap. X.

NOn est autem suppositio, neq; petitio, quod necesse est esse propter ipsum, & videri necesse. non enim ad extrinsecam rationem demonstratio, sed ad eam, quę in aĩa: quoniam neq; syllogismus. semper enim est instare ad extrinsecam rationem, sed ad intrinsecam rationem non semper.

Dixit Arist. Cognitiones autem cognitæ variantur, principia, & radix posita: quoniam ipsæ admittuntur per se, & existimatur in eis, ꝙ ipsæ admittantur per se. demõstratio nanq; non est modus sermõnis extrinseci, sed est modus sermonis intrinseci: & consimiliter etiam syllogismus. fieri enim vtiq; potest, vt cõtradicatur semper sermoni extrinseco: sed sermoni intrinseco non põt semp contradici.

* Ab. le. ora tionis, [illegible] nis, & hic ipso cõm.

77 Posteaq; exposuit, ꝙ artifex non ostendit existentiã propositionum, sed ponit ipsas positione, aut quia sunt manifestæ per se, aut quia monstrantur in alia arte: vult cõnumerare hic species propositionum, quibus vtitur ostendens per demonstrationem ex hoc modo, hoc est per modum, quo admittitur existentia ipsarum: intelligit ſm ꝙ sunt dispositiones doctoris cum propositionibus demonstrationis. Et inquit: Cognitiones autem cognitæ variantur, principia, & radix posita: quoniã ipsæ admittuntur per se, & existimatur in eis, ꝙ ipsæ admittantur per se. sensus est, propositionum, quas oportet discipulum admittere ex arte demonstrationis, aliquæ sunt notæ per se, hoc est notæ ſm naturam, & ex ipsis aliquæ sunt principia, & aliquæ sunt radices positæ. Propositiones vero, quæ sunt ex genere cognitionum notarum per se, diuersificantur ab illis, quæ sunt ex genere propositionum, quæ vocantur principia, & quæ vocantur radices positæ. quoniam in propositionibus, quæ sunt ex genere cognitionum notarum per se, veritas per se est in sermone intrinseco, & sermone extrinseco. & hoc est, quod voluit, cũ dixit: & existimatur in eis, ꝙ ipsæ admittãtur per se. ac si dixisset, quoniã scientia nota per se admittitur, hoc est cognoscitur per sermonem intrinsecum. Et posteaq; addidit, & posuit conditionem sermonis intrinseci, attulit causam super hoc, & dixit: demonstratio nanq; non est modus sermonis extrinseci, sed est modus sermonis intrinseci. sensus est, atqui nõ sufficit in descriptione propositionum notarum per se, vt sciantur per se per sermonem extrinsecum, absq; eo, ꝙ addatur ad hoc & sermo intrinsecus. quoniam demonstratio non stabilitur per sermonem extrinsecum: quẽadmodum se habet res in multis orationum ꝓbabilium: sed propter cognitionem sermonis intrinseci simul cum cognitione sermonis extrinseci. Cùm vero dixit: & consimiliter etiam syllogismus: sensus est, & veritas in oratione syllogistica non sufficit, vt sit veritas per sermonem extrinsecum absq; sermone intrinseco. Deinde attulit causam aliam, qua oportet apponere conditionem sermonis intrinseci in syllogismo, & propositionibus syllogismi, hoc est demonstrationis, & dixit: fieri enim vtique potest, vt contradicatur semper sermoni extrinseco: sed sermoni intrinseco non ꝓtest semper contradici. sensus est, secundum quòd existimo, ꝙ in sermone, qui est inter duos disputantes, qui est sermo extrinsecus, fieri potest, vt procedat contradictio inter ipsos in infinitum, sed in sermone, qui est propter sermonem intrinsecum, non procedet sermo in infinitum: sed vnus duorum loquentium deueniet in sententiam socij sui. Atqui voluit per id, quòd procedat sermo in infinitum, ꝙ non consistant loquentes super veritate ipsius rei. † demonstrationem enim, quæ consistit super veritate, oportet esse demonstrationem per sermonem intrinsecum. Quòd autẽ sermo, qui est per sermonem extrinsecum, procedat in infinitũ, est manifestum in litigãtibus, & cõtradicẽtibus in iudicijs. Et ꝓpterea videtur ꝙ in litigijs contradicentium ſm iudicijs statuant determinatę cõtradictiones, quę non trãscendant tres. & ita in sermone hoc ponunt apud

† Abde. demõne autẽ constat veritas oportet itaque fieri demõnem † al. l. apud iudices statuunt determinata tẽpora cõtrouersiarum, quæ transcẽdi nõ possunt, & sunt tria.

apud litigantes aquæ fluentes, quibus finitis complentur litigia. & cõsimiliter apud nos in iudicijs ponuntur ſm hanc dispositionem. Et innuit etiam, ꝙ velit, ꝙ in propositionibus notis per se, si aliquis contradicit per verba & linguam suam, non contradicit ipsis semper, sed consentit ipsis in operatione sua. quemadmodum inuenimus multos homines, qui cõtradicunt in lingua sua illi sententiæ, ꝙ sit in electione alicuius repellere malum, quod timet, et prõducere bonum, quod expectat. ipsorum enim verbum varium est ab opere. Illi vero, quod nõ nouit aliquis per sermonem intrinsecum, contradicit semper sermo eius extrinsecus. Et hanc expositionem tradidit Matthæus interpres.

* fac. leg. ad se alicsegre

Quæcunq; igitur monstrabilia existentia accipit ipse non monstrans, hęc quidem, si apparentia discẽti accipiat, supponit, & sunt nõ simpliciter suppositio, sed ad illum solum. si vero, aut nulla inexistẽte opinione, aut et contraria inexistente, accipiat idem, petit. Et hoc differũt suppositio & petitio. est enim petitio, quod subcontrarium est addiscentis opinioni: aut quod aliquis demonstrabile existens accipiat, & vtatur non monstrans.

Dixit Arist. Radix autem posita est res, quam suscipit discipulus à præceptore, ſm ꝙ est apud ipsum, non autem simpliciter. atqui res, de qua dubitat discipulus, est ea, de qua nõ habebit apud ipsum cognitionem. & hoc ſm duas species: aut vt non habeat apud ipsum cognitionẽ de ea penitus: aut vt habeat apud ipsum cognitionẽ per cõtrarium huius. Et hęc est differẽtia, quæ est iter petitiones, & radicem positam. & hoc, quoniam radix posita est illud, quod admittitur apud discipulum non per se: sed petitiones sunt, quæ non admittuntur apud discipulum, sed habet ipsarum contrarium apud se.

78 Posteaq; docuit differentiam, quæ est inter propositiones notas per se, & reliquas positiões, quæ sunt tres, scilicet quæ vocantur radices positæ, & quæ vocantur petitiones, & quæ vocantur definitiones: incœpit docere differentiam, quæ est inter has tres inter se. Et incœpit à descriptione radicis positæ: & inquit: Radix autem posita est res, quam suscipit discipulus à præceptore, ſm ꝙ est apud ipsum, non autem simpliciter. vult, quemadmodũ ego existimo, ꝙ radix posita est, quam admittit discipulus à præceptore ſm bonitatem existimationis suæ de præceptore: & est apud ipsum de capitulo admissorum, sed nõ de capitulo admissorum per se, hoc est intelligibilium. Et propterea dixit, ſm quòd est apud ipsum, non autem simpliciter: & est ſm hoc apud discipulum de radice posita opinio quædam: & opinio ſm modum quendam est scientia. Et propterea dixit post hoc atqui res, de qua dubitat discipulus, est ea, de qua non habebit apud ipsum cognitionem. sensus est, de qua non habebit apud ipsum speciem aliquam cognitionis, neq; admissam, neq; intellectam. Deinde dixit: & hoc ſm duas species: aut vt non habeat apud ipsum cognitionem de ea penitus: aut vt habeat apud ipsum cognitionem per contrarium huius. sensus est, aut vt habeat apud ipsum cognitionem admissam in contrarium huius. Deinde dixit: & hæc est differẽtia inter petitiones, & radicem positam, vsq; ad id, quod dixit, sed habet ipsarum cõtrarium apud se. sensus est, ꝙ differentia, quæ est inter radicem positam & petitiones, est, quoniã radix posita est admissa apud discipulum, sed petitio est, de qua non habet cognitionem non admissam, neq; intellectam. et si habet cognitionẽ admissam apud se de hac re, ipsa est in contrarium huius rei.

Terminí quidem igitur non sunt suppositiones, neq; enim esse aut non esse dicunt, sed in propositionibus suppositiones. terminos: aũt solum intelligere oportet. hoc autem nõ est suppositio: nisi & ipsum audire suppositionem aliquis esse dicat. sed quibuscunq; existentibus, eo ꝙ illa sunt, fit conclusio.

Dixit Aristo. Diuersificantur autem definitiones à radice posita; & petitionibus, quoniam in definitionibus non enuntiatur, ꝙ res insit rei, sed sunt simplices, & pars propositionum. & per definitiones intelligitur substantia rei, & dispositionis suæ, sed radices positæ nõ sunt ita: nisi per Deum aliquis vocaret, omne id, quod audit, radicẽ positam. sed hoc non est verum: quoniam radices positę sunt res, quibus admissis & positis, sequitur conclusionem esse.

79 Posteaq; posuit differentiam inter propositiones intelligibiles, & inter propositiones, quæ vocantur radices positæ, & quę vocantur petitiones, incœpit docere differentiam inter definitiones, & inter tria præcedentia: & ait: Diuersificantur autem definitiones à radice posita, & petitionibus, quoniam in definitionibus non enuntiat, ꝙ res insit rei, sed sunt simplices, & pars propositionum. sensus est, ꝙ in definitionibus, etsi ponantur positione, et ponãtur ſm viam rerum admissarum, quemadmodum efficitur hoc in radicibus positis & petitionibus, differentia tamen inter ipsas & inter has est: quoniam in definitionibus non enuntiatur res de re, & non disponitur in ipsis res de re ſm modum, qui sit in orationibus enuntiatiuis, hoc est, quæ sunt veræ aut falsæ: sed sunt ad modum dictionum simplicium. & hoc, quoniam compositio ipsarum est compositio cõditionis & abbreuiationis, non autem compositio enuntiationis, & propterea nõ sunt veræ neq; falsæ ad modum dictionum simplicium. Et propterea dixit de ipsis: sed sunt simplices, & pars propositionũ. sensus est, ꝙ ipsæ sunt simplices in relatione ad compositionem propositionum, non ꝙ sint simplices per se. Deinde subdidit declarationem istius differentiæ, & inquit: & per definitiones intelligitur substantia rei, & dispositionis suæ. sed radices positæ nõ sunt ita: nisi per Deum aliquis vocaret omne id, quod audit, radicem positam. Et vult, ꝙ potentia definitionum sit potentia nominis, in eo ꝙ per ipsas intelligitur substantia rei, & dispositionis suę, absq; eo ꝙ comprehendat, siue sit, siue non sit. sed differunt inter se: eum nomina notificant substantiam rei consequam, definitiones autẽ notificant distinctam. An vero definitiones numerent in propositionibus, aut orationibus declarantibus substantiam rerum occultam, mentionẽ faciet de ipsis in secundo tractatu istius libri. Postea vero ꝙ posuit radices positas ex genere enuntiationum: & posuit, ꝙ definitiones non sunt ex genere enuntiationum: concluſit ex hoc in secũda figura, ꝙ definitiones non sunt positiones. Deinde dixit: nisi per Deũ aliquis vocaret omne id, quod audit radicem positam, sensus est, nisi aliquis consentiret, & vocaret omnem

* al. l. connexiones.

* al. l. coniunctim, * diuersim.

dictionem, quam intelligit, radicem positam. præterq; q si ipse faceret hoc, non faceret rectum: quoniam oportet res distinctas habere nomina distincta, non autem eõsentientia. Et hoc est, quod voluit, cùm dixit: sed hoc non est verum, sensus est, sed qui faceret hanc operationem, non faceret rectum: quoniam radices positæ sunt propositiones, ex quibus admissis sequitur conclusio: sed ex definitionibus non sequitur cõclusio. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: quoniam radices positæ sunt res, quibus admissis & positis, sequit conclusionẽ esse. sensus est, cũ ponuntur & ordinantur ordine syllogistico, in contrarium rerum, quæ sunt in definitionibus.

Vide primo Priorũ Sec. 9. cap. 1. & 2. Ph. 16. & 11. Metaph. cap. 5.

Neq; Geometra falsa supponit, quemadmodum quidã asseruere dicentes, quòd non oportet falso vti: Geometram vero mẽtiri, dicentem pedalẽ non pedalẽ, aut rectam descriptam non rectã existentem. Geometra vero nihil concludit, eo q hæc est linea, quam ipse locutus est, sed quæ per hæc ostenduntur.

Dixit Arist. Geometra vero non vtitur in monstratione suorum quæsitorum propositionibus falsis, quemadmodum nonnulli existimauerunt, cùm enuntiat de linea, quòd est cubitalis, & non est cubitalis, & iudicat de forma lineæ, quòd est recta, & non est recta. & hoc, quoniam Geometra non addicit monstrationem quæsitorum suorum lineis sensibilibus, sed lineis, quas significant per has: & hæ sunt lineæ intelligibiles.

80 Posteaq; numerauit species propositionum, & existimauerunt nonnulli, q inuentur aliqua species falsa propositionũ, q bus vtit Geometra, preter eas, de quibus meminimus: † adduxit testimonium de eo, ex quo existimatur falsum, & ait: q Geometra nõ vtit in monstratione quæsitor̃ suorum propositionibus falsis: quẽ admodum existimauerunt nonnulli, q accidat, vt plurimũ illi hoc, cũ enuntiat de linea, q sit æqualis lineę, et non est æqualis apud sensum, hoc est de lineis, per quas attulit exemplum. et hoc est, quod voluit, cũ dixit: cùm enuntiat de linea, q est cubitalis, & non est cubitalis. & consimiliter accidit, cùm enuntiat de linea, de qua fert exemplum, q est recta, aut circularis, & ipsa sm veritatem non est recta. Et posteaq; declarauit modum istius sermonis, dixit in responsione huius, q hoc, quod attribuitur Geometrę, ex parte qua sibi accidit ex hoc in cognitione, est res impossibilis. et hoc, quoniam Geometra non intelligit per exemplum suum de lineis sensibilibus, quas descripsit: sed intelligit in doctrina sua de lineis imaginabilibus aut intelligibilibus, quas significauerunt lineæ sensibiles, in contrarium scientiæ Naturalis. & hoc, quoniam ipsa consyderat in doctrina sua de exemplis sensibilibus. Et causa, quare Mathematicus est contrarius Naturali in hoc, est: quoniam Mathematicus consyderat de lineis, & omnino de magnitudinibus, ex parte qua sunt in anima: Naturalis vero consyderat de ipsis, & de reliquis, de quibus speculatur, ex parte qua sunt extra animam.

† Ab. leg. testat, q illud, quod putant mendacium, non sit mendacium. hac. leg indicat nunc nõ bis, q id, ḋd illi existimãt de hoc, est falsum.

Præterea petitio & suppositio omnis, aut vt totũ, aut vt in parte: definitiones vero neutrum horum. Formas quidẽ igitur esse, aut vnum aliquid præter multa, non necesse, si demonstratio erit. esse quidem igitur vnum de multis verum dicere, necesse est. nõ enim erit vniuersale, nisi hoc sit. si autem vniuersale non sit, medium nõ erit: quare neq; demonstratio, oportet igitur aliquid vnum & idem in pluribus esse, non æquiuoce.

Dixit Arist. Differentia vero, quę est inter definitiones, & petitiones, & radices positas, est, quoniam nihil prohibet, quin petitiones, & radices positæ sint, aut vniuersales, aut particulares: sed definitiones nõ sunt ita. Et demonstratio non indiget formis, aut rebus exeuntibus à multitudine: sed ipsa indiget ad hoc, q sit, natura vniuersali comprehensa in multis; quæ enuntietur de ipsis. si enim non esset hæc forma istius naturæ, non esset vniuersale: & si non esset vniuersale, nõ esset medium: & si non esset medium, non esset demonstratio: oportet igitur ex necessitate, vt sit hęc natura vniuersalis in multis, quæ prædicetur de multis non secundum viam accidentalitatis, quę est in nominibus.

* Iac. le. extractis, et si: in cõm.

Posteaq; accidit illi interserere sermonem suum de 81
differẽtia, quæ est inter definitiones, & radices positas, & petitiones, per sermonẽ eius, qui existimauit, quòd Geometra vtatur quadam specie propositionum falsarum, et illum confutauerit: redit ad alteram differentiã inter definitiones, & petitiones, & dixit: quoniam nihil prohibet, quin petitiones, & radices positę sint, aut vniuersales, aut particulares: sed definitiones non sunt ita: sensus est, q radices positæ, & principia, ex parte qua sunt orationes enuntiatiuę, diuidũtur in vniuersales et particulares: sed definitiones non diuiduntur in vniuersales & particulares, quoniam omnis definitio est vniuersalis: & conclusio sequitur ex hoc in secunda figura, q radices positę, et petitiones nõ sunt definitiones. Et qm̃ hic fermo posset aliquem conducere, vt existimaret, q petitiones, & radices positę, quibus vtitur demõstrator, diuidantur in vniuersalem & particularem: & tamen demonstrator non vtat particulari, hoc est propositione particulari, hoc est singulari: & posset aliquis opinari ex hoc loco, q sequatur formas esse hic exeuntes à rebus particularibus, super quibus cõstruatur demonstratio, hoc est separatas & æternas: & si non, non esset demonstratio necessaria: cœpit docere hoc, & dixit: Et demonstratio non indiget formis, aut rebus exeuntibus à multitudine: sed ipsa indiget ad hoc, q sit, natura vniuersali comprehensa in multis, quę enuntiet de ipsis, sensus est, & non sequitur, ex eo q negamus demonstrationem construi super particularibus, quia demonstratio sit res permanẽs, particulare vero variabile, q hic sint formæ rerum particularium separatæ: demonstratio etiam non indiget huiusmodi formis. et in hoc minuit formas, quas posuit Plato. Et cũ formę, quas posuit, sint separatæ à materijs, sequitur, vt sint exeuntes à multis indiuiduis sensibilibus. Vt in exemplo, demonstratio, quæ construitur super homine, q sit cum hac dispositione, non construitur super homine separato vniuersali, si inueniatur homo cum hac dispositione. & non est opus ad cognitionem ipsius, quòd sit homo cum hac dispositione, vt construatur demonstratio super hac natura exeũte ab indiuiduis hominis, quę sensu percepimus, si inueniatur hæc natura cum hac dispositione. & hoc est, quod significauit, cũ dixit: aut rebus exeuntibus à multitudine. Et non intẽdit ipse hic

destruere

destruere formas exeuntes: quoniam hoc pertinet ad scientiam Diuinam: sed quod intendit monstrare, est, q non oportet in demonstrationem ingredi sermonem de formis, siue formæ sint, siue non sint. sed tamen indiget demonstratio, vt ponamus naturam viam cõprehensam in indiuiduis: si nanq; hæc natura ponatur cum hac dispositione, poterit constitui demonstratio super rebus particularibus, non ex parte qua sunt particulares, sed ex parte naturæ communicatæ ipsis, & in ipsis comprehensæ: quod q non ponamus hanc naturam separatam, sed inuetam in sensibilibus: hoc est, q sit indiuisibilis per se & vna, & si diuidatur per accidẽs. hæc enim est differentia inter hoc, q ponamus naturã istam in materia, et ponamus, q est separata. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: sed ipsa indiget ad hoc, q sit, natura vniuersali comprehẽsa in multis: hoc est in indiuiduis: quæ enuntietur de ipsis: hoc est, quæ enuntietur de indiuiduis cũ hac natura ex parte ipsius. Atqui sequitur hoc: quoniam Plato non confitetur, q hic sit natura comprehẽsa in entibus, alia à natura separata: & q ipsa sint vnũ definitione & nomine. & hoc, quoniam consimiliter etiam manifestum est, q hic est natura comprehensa in sensibilibus. cùm enim monstratum fuerit, q ad hoc, q sit demonstratio, sufficit hæc natura existens in sensibilibus, propterea nõ est opus imaginari propter demonstrationem naturam exeuntem à sensibilibus. Deinde dixit: sed ipsa indiget ad hoc, q sit, natura vniuersali comprehensa in multis. sensus est, q demonstratio non indiget natura vniuersali separata à sensibilibus, sed indiget natura vniuersali comprehẽsa in sensibilibus. atqui sequitur hoc, quoniam hæc natura docet substantiam sensibilium, sed natura exiens à re non docet naturam rei. Deinde dixit: si enim non esset hæc forma istius naturæ, non esset vniuersale, intelligit terminũ medium. monstratum nanq; fuit, q oportet ipsum esse vniuersalem. Deinde dixit: & si non esset medium, non esset demonstratio. sensus est, q si non est terminus medius in demonstratione, non est demonstratio: quoniã demonstratio est syllogismus, et syllogismus est p terminũ medium. Deinde dixit: oportet igitur ex necessitate, vt sit hęc natura comprehensa in rebus, quæ prædicetur de multis, non sm viam accidentalitatis, quæ est in nominibus. sensus est, q, si ponamus demonstrationem eẽ, sequitur ex eo q sit, q sit vniuersale: cumq; ponitur vniuersale esse, sequitur quòd sit hæc natura: igitur cũ ponitur demonstrationem esse, erit etiam hæc natura. sed demonstratio est: igit hæc natura est. & hæc est conclusio, quam intendit existis syllis conditionalibus.

* al. l. necessarium est

Quo pacto vtamur in scientijs, Contradictionis principio. Cap. XI.

NOn contingere autem simul asserere & negare, nulla accipit demonstratio, nisi oporteat monstrare & conclusionem sic. Monstratur autem accipientibus primum de medio, q verum, negare autem non verum. Medium autem nihil differt esse, & non esse accipere: consimiliter autẽ & tertium. si enim datum est, de quo hominem verum dicere, si & non hominem verum, sed si solum hominem animal esse, totum, nõ animal autem nõ. erit enim verum dicere calliã, si & nõ calliam, tamen animal, non animal autem non. Causa autem, quoniam primũ non solum de medio dicitur, sed & de alio, eo q est in pluribus. quare neq; si medium & idem est, & non idẽ, ad conclusionem nihil differt.

* al. l. nihil differt

Dixit Aristo. Enuntiatio autem dicens, q partes contradictoriorum non possunt veriti cari simul, non ponitur in demonstrationibus: nisi per Deũ cogat nos necessitas in quibusdam quæsitis, vt monstremus, q prędicatum ineſt subiecto, & non est non inexistens ipsi. Iam igitur monstratur quæsitum, quod habet hanc dispositionem, ad hoc, q complicetur conditio, quæ est in ipso, in termino maiore in syllogismo, & enũtietur de medio termino, q ineſt, & non est non inexistens ipsi. Atqui de medio æquum ẽſt tibi, siue ponas in ipso conditionem hanc, siue non ponas: & consimiliter in tertio. causa autem in hoc est, quoniam cùm enuntiamus hominem de subiecto aliquo, puta de callicle, & enuntiamus aial de aliquo quod ẽ homo, et de aliquo quod nõ est homo, erunt in enuntiatione hac nostra duæ veritates: pręterq; q non confert hoc ad concludendum illud, quod præmanibus habemus, scilicet q callicles est animal, & non est non animal. neq; consimiliter etiam, cùm enũtiamus hominem de callicle, & non callicle, & est enuntiatio nostra vera, conferet hoc ad concludendum id, quod prę manibus habemus. Causa autem in hoc est, quoniã cũ terminus maior sit prædicatum, enuntiabitur de medio termino, & de alijs à medio: quoniã prędicatum vt plurimum est vniuersalius subiecto. præterquam q, si hæc conditio est in medio termino, non confert nobis ad concludendum id, quod præ manibus habemus.



Monstratur p hũc syth, quomõ recte vtamur contradictionis principio, apponẽdo ipsum prædicato.



Monstratur per hos syllogismos, q si medium, vel tertium extremũ affirmatiue & negatiue tumant, ad cõclusionẽ nihil refert.

Dicit de hac enuntiatione, q demonstrator renuit, § 2
vt ea ponat̃ in demonstrationibus, propter ipsius euidentiam. Et inquit: nisi cogat nos necessitas in quibusdam quæsitis, vt monstremus, q prædicatum in ipsis ineſt subiecto, & non est non inexistens ipsi. sensus est, nisi in quæsitis, in quibus cogit necessitas ret, non solum ne deficiamus, vt ostendamus, quòd prædicatum ineſt

subiecto tantum: sed ꝙ ostendamus cum hoc, ꝙ prædicatum non est non inexistens ipsi, Et verisimile est, ꝙ hoc accidat in quæstiis, in quibus est necessaria inexistẽtia prędicati subiecto suo occulto, et cùm monstratum fuerit cum eo, ꝙ ineſt subiecto, ꝙ non potest fieri, utsubiectum priuetur ipso, monstratur, ꝙ necessario ineſt subiecto, & semper. Et posteaꝙ mentionẽ fecit de vno locorum, in quo cogitur demonstrator ostensionem facere cum hac enuntiatione in mõstratione fita, docuit, quomodo vtitur demonstrator hac enuntiatione, & in quo loco vtatur ipsa, & ait: Iam igitur monstratur quæstum, quod habet hanc dispositionem, ad hoc, quòd complicetur conditio, quę est in ipso, in termino maiore in syllogismo, & enuntietur de termino medio, ꝙ ineſt, & non est nõ inexistens ipsi. sensus est, et quęsitum concluditur vtiꝙ nobis cum hac conditione, hoc est, ꝙ ineſt rei, & non est non inexistens ipsi, quãdo utimur hac cõditione in prædicatione termini maioris de medio, hoc est, ꝙ ex ipso sequitur maior, & negatur negatio ipsius ab eo. Vt in exemplo, si velimus concludere, ꝙ omnis homo est sensitiuus, & ꝙ non est non sensitiuus, p medũ, quod est ipsum aial. complicabimus. n. syllogismum sic. Omnis homo ẽ animal: oẽ animal est sensitiuum, & non est non sensitiuum: & concludiẽ nobis, ꝙ omnis homo est sensitiuus, & non est non sensitiuus. & cõclusiones huiusmodi sunt manifestæ per se ex eo, quod præcessit in libro Syllogismi. Et posteaꝙ mentionem fecit de loco, i quo cùm ponitur hæc dispositio, sequitur etiam in conclusione: cœpit mentionem facere de locis, in quibus, cùm ponitur hæc conditio, non confert ad conclusionẽ: & dixit. Atqui de medio ęquũ est tibi, siue ponas in ipso hanc conditionem, siue nõ ponas: & consimiliter in tertio. sensus est, cùm hæc conditio additur subiecto, qui est terminus medius, ex parte qua est subiectum, non autem prædicato, quod est maior extremitas, non confert illi, & consimiliter, cùm ponitur hæc conditio in minore extremitate: quoniam est subiectum tantum. & hoc, quoniam nihil prohibet, ꝙ hæc conditio ponatur in propositione determinata, siue in prædicato, vel in subiecto. cumꝙ syllogismus complicetur ex tribus terminis, quorum maior est tantum prædicatum, minor subiectum tantum, & terminus medius subiectum & prædicatũ simul, aut in actu in prima figura, aut in potentia in alijs figuris: fieri potest, vt hæc conditio cadat in syllogismo in quatuor locis, i maiore extremitate, & minore, & termino medio duobus modis, ex parte qua est prædicatum, & ex parte qua est subiectum. Asserit igitur Arist. ꝙ ipsum non confert in huiusęmodi quæsitis, nisi cùm ponitur conditio in termino maiore: quoniam est prædicatum tantũ. quodꝙ non confert in termino medio, ex parte, qua est subiectum, necꝙ i termino minore, cũ sit subiectum tantum. tacuit autem conditionem medij termini, ex parte, qua est subiectum: quoniam planum cõsimiliter etiam erat per se, ꝙ non conferebat ad hoc quæsitum. Cumꝙ enuntiauit, ꝙ non confert hæc conditio in termino medio, necꝙ in minori, cœpit declarare hoc, & dixit: causa autem in hoc est, quoniam cũ enuntiamus hominem de aliquo subiecto, puta de callicle, & enuntiamus aial de aliquo, quod est homo, & de aliquo quod non est homo, sunt in enuntiatione hac nostra duę veritates. sensus est, causa autem, ꝙ non confert hæc conditio in termino medio, ex parte qua est subiectum, est: quoniam in omni prædicato, quod prędicatur de subiecto aliquo, & negatione ipsius, non sequitur, ꝙ diuidat hęc prędicatio verum & falsum eius, quod accidit prędicato, cùm prędicauerimus ipsum de subiecto aliquo, & prædicauerimus etiam negationem ipsius de ipso. Vt in exemplo, si uelimus concludere de zaiade, ꝙ est animal, & non est non animal, per medium, quod est homo: & dicamus, zaiades est homo: & homo est animal: non est falsum nobis cum hoc, quòd illud, quod non est homo, sit animal, quemadmodum falsum est cum eo, quod dicimus, ꝙ homo est animal, ꝙ illud, quod nõ est animal, sit homo: sed verificantur duæ res, hoc est, si dicamus homo est animal, & nõ homo est animal. cumꝙ hoc ita sit, nihil faciet enuntiatio dicens, ꝙ contradictoria non aggregantur simul. Deinde dixit: præterquam ꝙ non confert hoc ad concludendum illud, quod prædicatum habemus, scilicet ꝙ callicles est animal, & nõ est non animal, sensus est, & cùm hoc, ꝙ non confert hæc conditio ad concludendum illud, quod volumus concludere, & est, ꝙ callicles est animal, & non est non animal, et fortasse non erunt duæ enuntiationes veræ. Deinde dixit: necꝙ cõsimiliter etiam, cùm enuntiamus hominem de callicle, & nõ callicle, & est enuntiatio nostra vera, conferet hoc ad concludendum id, quod præmanibus habemus. sensus est, necꝙ consimiliter etiam, cùm enuntiauerimus terminum medium de minori extremo, & negatione ipsius, & erunt duæ enuntiationes veræ, conferet hoc ipsi. Et posteaꝙ mentionem fecit, ꝙ subiectum differt à prædicato in hoc, quoniam cũ ponitur hæc conditio in prædicato, non verificantur de subiecto duo opposita ipsius, hoc est prædicatum, & negatio ipsius, & modus iste verificaꝫ in subiecto, hoc est prædicatio prædicati de ipso, & contradictorio ipsius: adduxit causam de hoc, hoc est de differẽtia subiecti in hac re ad prædicatum: & dixit: Causa autem in hoc est, quoniam cũ terminus maior sit prædicatum, enuntiatur de medio termino, & de alijs à medio; quoniam prædicatum vt plurimũ est vniuersalius subiecto. sensus est, & causa, vt distinguatur prædicatum in hac dispositione à subiecto, est, quoniam prædicatum prædicatur de subiecto, & de eo, à quo negatur subiectum: quoniam prædicatum vt plurimum est vniuersalius subiecto, atqui de subiecto non potest prædicari prædicatũ per se, & negatio ipsius: quoniam ab omni, à quo negatur prædicatum, negatur etiã subiectum, quia subiectum respectu prędicati est tanq̃ pars. Et dixit: præterq̃ ꝙ, si hæc conditio est in medio termino, non confert nobis ad concludendum illud, quod præmanibus habemus. sensus est, & non verificabitur prædicatio prædicati de subiecto cum prædicatione eiusdem de negatione ipsius, hoc enim fit in se consequentibus conuertibilibus. & hæc sunt, in quibus prædicata sunt propria, & definitiones.

Omne autem asserere, aut negare demonstratio ad impossibile accipit: & hæc necꝙ sem per vniuersaliter, sed quantum sufficiens est. sufficiens autem est in genere. dico autem in genere, vt circa quod genus demõstrationes fert, quemadmodum dictum est & prius.

Dixit Aristo. Consimiliter etiam enuntiatione dicẽte, quòd de omni verificatur altera pars contradictoriorum, vtetur demonstratio tendẽs ad impossibile. necꝙ vtetur ipsa secundum viam vniuersalitatis: sed eũ eam contraxerit ad singulas materias, solicita erit circa demonstrationem ipsarum: quemadmodum præcessit in sermone.

Posteaꝙ enuntiauit unum locorum, in quo vtimur enuntiatione dicente, ꝙ duo cõtradictoria non aggregantur simul: mentionem facit de secundo loco, & est, cùm vtimur illa in monstratione ducente ad impoſſe. cumꝙ

* al. l. nihil differt ubi,

* hac. le. indicatiua,

83

84

cumꝙ hæc enuntiatio sit ex enuntiationibus vniuersalibus, & iam posuerit, ꝙ artes vtuntur enuntiationibus appropriatis: narrat, ꝙ vsus consimiliter etiam istarum enuntiationum vniuersalium erit ſm modum, cuius potentia est potentia appropriati. Et dixit: necꝙ vtetur ipsa ſm viam vniuersalitatis: sed cùm eam contraxerit ad singulas materias, solicita erit circa demonstrationem ipsarum, hoc est de materta, quę appropriatur arti, & hoc, quemadmodum illud, quod dixit in propositionibus communicantibus pluribus artibus vna: quemadmodum propositio dicens, ꝙ æqualia vni inter se sunt æqualia. Sed differentia inter hoc genus & genus primum est, quia hæc appropriatur alicui arti, hoc est, quæ dicit, ꝙ duo opposita non congregantur: & est ars Logicæ. sed hoc aliud genus propositionũ non appropriatur alicui arti. & propterea hoc dicitur per cõmunicationem nominis absolute: et non est alterum sic. & causa in hoc est: quoniam primum non appropriatur arti, & hoc appropriatur arti. & hoc, quoniã ipsius vniuersalis aliquid est, quod appropriatur arti vniuersali, & ipsius aliquid est, quod non appropriatur arti penitus. & in hoc cecidit dubitatio præcedens.

* al.l. æquiuocationem

In communibus principijs communicare sibi inuicem scientias: & quo pacto Dialectica in hoc ab alijs differat. Quæ interrogationes scientiarum sint propriæ, & quæ non sint scientiales. Mathematicarum scientiarum commendatio. et quo pacto syll's ampliari possit, assumendo & indirectum, & in latus. Ca. XII.

COmmunicant autem omnes scientiæ sibi inuicem secundum cõmunia. communia autem dico, quibus vtuntur, tanquam ex his demonstrantes, sed nõ de quibus monstrant, neque quod monstrant. Et Dialectica omnibus, & si aliqua vniuersaliter tẽtet monstrare cõia: ut ꝙ omne asserere, aut negare: aut ꝙ æqualia ab æqualibus: aut talium nõnulla.

Dixit Arist. Enuntiationibus vero vniuersalibus vtũtur omnes scientiæ. & itelligo per enuntiationes vniuersales, res, per quas monstrantur prædicata ineſſe subiectis, non prædicata ſm se, necꝙ subiecta. Et ars Dialecticæ habet hoc oneris, vt monstret reliqua: & nulla ipsarum solicita est in hoc, nisi scientia vocata Sapientia.

84 Intelligit per omnes scientias, omnes artes demonstratiuas. Et dixit: & intelligo per enuntiationes uniuersales, res, per quas monstrantur prædicata ineſſe subiectis, non prædicata ſm se, neque subiecta. intelligit per hoc dispositiones rerum logicalium, quæ sunt vera vsia. & hoc, qm̃ notũ est, ꝙ p eas non monstraꝫ quid est p̃dicatũ ſm se, necꝙ quid est subiectũ. Cumꝙ ars Dialecticæ & ars primæ Philosophiæ consyderent de principijs artis Logicæ, & auferant errores cadentes in ipsa, dixit: Et ars Dialecticæ habet hoc oneris, vt monstret reliqua: & nulla ipsarum solicita est in hoc, nisi scientia vocata Sapientia. Cumꝙ consyderatio vtrarũq; ipsarꝫ in ipsis, & in reliquis dispositionibus vniuersalibus diuersificetur, cœpit docere modũ diuersitatis ipsarum.

Dialectica vero non est ita determinatorũ quorundam, neque generis alicuius vnius. non enim interrogaret. demõstrantem enim non est interrogare, eo quòd oppositis existentibus non monstrauit idem. monstratum est autem hoc in ijs, quæ de syllogismo.

Si vero idem est interrogatio syllogistica, & propositio contradictionis: propositiones autem secundum vnamquanq; scientiam, ex quibus syllogismus ſm vnamquãq; scientiã: erit vtiꝙ aliqua interrogatio scięntialis, ex quibus, qui ſm vnamquãq, proprius fit syll's.

Dixit Arist. Atqui Dialecticæ ars non intendit modum rei appropriatæ, neque consimiliter ẽt habet subiectum determinatũ, sed nihil aliud curat, nisi vt ponat propositiones suas per interrogationem, & insidiẽtur ipsis ab illo, qui interrogatur. demõstratoꝙ autem non habet ita formam suam. non enim vtitur extremis contradictionis ad monstrandum quæsitum suum: quoniam quæsitum suum, quod intẽdit monstrare, est vnum. & hæc res iam manifestata fuit in libro Syllogismi.

* al.l. venęſpsas, & sic in cõm.

Interrogatio autem, & syll's, & propositio, quæ accipitur ex contradictorio, non differunt, necꝙ variantur inter se: & propositiones vtique, quę ponuntur in scientijs proportionatis, & appropriatis vnicuiꝙ, ex quibus est demonstratio super aliqua re, conuertuntur, & fiunt interrogatio.

† Ab. le. Et nõ ẽ dęia, neꝙ differmẽ inter eas de interrogatõe, & syllo, & pmiſa, quæ

Dixit, ꝙ differentia inter artem Dialecticæ, & inter artem Iudicij est, etſi communicent in consyderatione rerum vniuersalium: qm̃ ars Dialecticæ non intendit per inquisitionem finem determinatum alium à Dialectica, præter victoriã ipsam, sed ars Iudicij intendit finẽ determinatum, qui est scientia entium † per suas maximas causas, & in eo ꝙ sunt entia. Amplius, quoniã ars Dialecticæ nõ habet subiectum appropriatum, sed ars Iudicij habet subiectum appropriatum: & hoc est ens absolute, hoc est, in eo ꝙ est ens, atqui ars Dialecticæ consyderat ens, vtrouis modo contigerit, ex parte, qua ipsa cõsyderat de entibus † per modum probabilitatis. probabilitas autẽ cõsequitur ens absolutum, quemadmodum cõsequitur ens contractum. et ipsa consyderat de omnibus subiectis artium demonstratiuarum particularium, & vniuersalis ipsarum, quæ est ars Iudicij. Et posteaꝙ narrauit, ꝙ ars Dialecticæ non adequatur intentionem determinatam, necꝙ habet subiectum determinatum, adduxit signum super hoc, & dixit: sed nihil aliud curat, nisi vt ponat propositiones suas per interrogationem, & insidietur ipsis ab illo, qui interrogatur. sensus est, & cũ non habeat subiectum determinatum, necꝙ intentionem determinatam, est causa, vt accipiat propositiones suas, quas ponit per syllogismum, ſm ꝙ fatetur ille, qui interrogatur de hoc, non ſm rem in se: sed per Deũ per aliquã cãm, quæ sit causa, quare faciat hãc operationem. ac si velit, ꝙ hæc operatio significet, ꝙ non habet subiectum determinatum, necꝙ intentionem determinatam in quæsito, hoc est determinatum per se extra intellectum. Et verbum, ponere, significat super acceptione propositionum admissarum: & potest significare super petitione: & potest significare super acceptione propositionum admissarum ꝙ modum Dialecticæ. Atqui cùm dixit: & insidietur ipsis: est

84 † Per artẽ Iudicij intelligit scientias Metaphysicam. † al.l. ſm vtmõ suarum causarum.

† Ab le. ſm vulgus. vulgus aũt eam prehendit

dictio metaphorica. quoniã enim interrogator vult impedire interrogatum, & tentat ipsum, vt concedat propositiones, quæ conferunt ipsi ad destruendum illud, quod intendit destruere, ideo vocauit hanc operationẽ insidias: insidiæ enim sunt operatio erroris, & deceptionis. Deinde dixit: demonstrator autem nõ habet ita formam suam. non enim vtitur extremis contradictionis ad monstrandum quæsitum suum: quoniam quęsitum suum, quod intendit monstrare, est vnum. & hæc res iam manifestata fuit in libro Syllogismi. sensus est, & demonstrator non accipit propositionem per hunc modum, hoc est per interrogationem, quoniam qui cõsueuerunt adducere propositiones per hũc modum, vtuntur hoc ad ratiocinandum extrema cõtradictionis, hoc est aliqñ per aliquem syllogismum, & aliquãdo per alium quẽ alium syllogismum. quoniam respõdens iam fatetur in relatione ad quæsitum aliquod rem aliquam, & fatetur ipsius contradictorium postea. sed demonstrator non vtitur in ratiocinio suo extremis contradictionis: quoniam intendit ex vtrisq; ipsorum, quod verum est, & hoc est, quod voluit, cùm dixit: quoniam quæsitum suum, quod intendit monstrare, est vnum. & intelligit verum. Et inquit: & hæc res iam manifestata fuit in libro Syllogismi. sensus est, quoniam ipse præmisit partem sermonis sui de dꝛia inter propositionẽ demõstratiuam & dialecticam, & perfecit hoc in lib. Dialectic&, & propositio, quæ accipitur ex contradictorio, non differunt, neq; variantur inter se: intelligit de duabus artibus, Dialectica & Demonstratiua, quòd nõ est differentia inter syllogismum demõstratiuum & dialecticum in forma sua, neq; etiam differunt, ꝙ vnicuiq; earũ non sufficiat una partiũ cõtradictionis: quinimo vtriq; ipsarum sufficit vna partium contradictionis, & construit ipsam, & destruit aliam. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: & propositio, quæ accipitur ex cõtradictorio. sensus est, ꝙ vtraq; duarum artium utitur propositione dicente, ꝙ duo contradictoria non aggregantur simul, quemadmodum vtitur syllogismo perfect& figurę, hoc est concludente. Et dixit: & propositiones vtique, quæ ponuntur in scientijs proportionatis, & appropriatis vnicuique, ex quibus est demonstratio super aliquam rem, conuertuntur, & fiunt interrogatio. sensus est, ꝙ iam incipit magister, & ponit ipsas apud discipulum positione, absq; eo, ꝙ iterroget ipsum eas, vt doceat ipsum, notificãdo eas illi. & aliquãdo interrogat ipsas ab eo ꝓ modum euidentiæ, & vt acquiescat sibi ipsi. & hoc est, quod voluit, per dictionem conuersionis: hoc est, per conuersionem ipsius de enuntiatione ad interrogationem. Et cũ dixit: appropriatis vnicuique: sensus est, vnicuiq; naturæ ex subiectis, quæ pertractãt artes. iam enim monstratum fuit, ꝙ propositiones demonstratiuæ habent hanc dispositionem.

Planum igitur, ꝙ non omnis interrogatio geometrica fuerit, neq; medicinalis: similiter autem & in alijs: sed ex quibus, aut monstratur aliquid, de quibus Geometria est: aut ex eisdem monstratur Geometriæ, quemadmodum Perspectiua. consimiliter autẽ & in alijs. & de his quidem & rationem subijciendum ex geometricis principijs, & cõclusionibus.

Dixit Arist. Videtur autem, ꝙ non oportet Geometram respondere cuicunq; interrogationi, de qua fuerit iterrogatus, neq; Medicũ consilr ẽt: & consilr, ꝓcedet res in quacũq; sciẽtia: sed debet Geometra respondere, cùm interrogatus fuerit de descriptionibus consequentibus res geometricas, aut descriptionibus consequẽtibus res, quę sunt altiores Geometra. quemadmodum scientia Perspectiuorum. & consimiliter oportet artificem cuiuscunq; scientię. & sermo de interrogationibus perspectiuis, & perfectio causæ ipsarum pertinet ad artificem Geometriæ, secundum ꝙ ponuntur sub subiecto ipsius.

* a.l. passionibus

86

Dixit: Vtdetur autem ex eo, quod dixit de cõditionibus quæsitorum demonstratiuorum, & propositionum demonstratiuarum, cũ ꝓponunt, cumq; demonstrator iam interrogetur, ꝙ non debet respondere cuicunq; interrogationi, de qua interrogatur. vt in exemplo, non oportet Geometram respondere cuicunq; interrogationi, qua interrogatur in Geometria, neq; Medicum consimiliter etiam, neq; aliquem ex reliquis artificibus scientiarum: neq; ad ipsum attinet quæcunq; interrogatio contigerit. Causa autem in hoc est: qm̃ dixit, ꝙ oportet quæsita demonstratiua, et propositiones esse essentiales. accidunt autem aliquãdo Geometræ res nõ essentiales. cumq; iterrogatus fuerit Geometra de illis, nõ oportebit ipsum respondere. quẽadmodum si interrogatus fuisset, an figura circularis sit melior recta. Et dixit: sed debet Geometra respondere, cùm interrogatus fuerit ẽ de descriptionibus cõsequentibus res geometricas: intelligit accidentia essentialia subiecto ꝑ se, de quo consyderat. Et cùm dixit: aut de descriptionibus consequentibus res, quæ sunt altiores Geometra: quemadmodum scientia Perspectiuorum: ita cecidit in textu, vnde traductum fuit. oportuisset autem dicere, inferior q̃ scientia Geometriæ, quemadmodum scientia Perspectiuorum. nisi intelligatur per altiorem, dignior. scientia enim Geometriæ est supra scientiã Perspectiuorum, & scientia Perspectiuorũ sub ipsa. & hoc significat, ꝙ Geometra interrogatur de causis rerũ apparentium in scientia Perspectiuorũ, ex parte qua sunt ipsis causæ. atqui conueniens est hoc, cùm prædicet de ipsis, ex parte qua sunt conclusiones apud eum. & interrogat de ipsis ipse Perspectiu⁹, vt illas ponat causas, & propositiones. Et propterea dixit: & sermo de interrogationibus perspectiuis, & perfectio causæ ipsarum pertinet ad artificem Geometriæ, ſm ꝙ ponuntur sub subiecto ipsius. sensus est, atqui iterrogat ẽ de ipsis Geometra ab artifice Perspectiuorum, exempli gratia: qm̃ sunt conclusiones consequentes subiectum suum.

Et inuenit locus istius capituli in alia traductione sic: Planum igitur, ꝙ non erit ois interrogatio sciẽtiæ Mensurarum, neq; scientiæ Medicinæ, & consimiliter in alijs: sed eorum, per quæ ostenduntur per demonstrationem res de scientia Mensurarum: aut eorum, quæ monstrantur per demonstrationem mensurarũ, quemadmodum res Perspectiuorum. & cõsimiliter in rebus alijs. & sic in hoc possibile est, ꝙ exhibeat causam ex principijs scientiæ Mensurarum, & conclusionibus. Et hæc res, quam exposuimus in hoc capitulo, est in hac traductione manifesta. Et cũ dixit: sed eorum, per quæ ostenduntur per demonstrationem res de scientia Mẽsurarum: aut eorum, quæ monstrãtur per demonstrationem mẽsurarum: est locus sermonis sui in traductione secunda, loco illius, quod dixerat in altera traductione: sed debet Geometra respondere, cùm interrogatus fuerit de descriptionibus consequentibus res Geometricas, aut descriptionibus consequentibus res, quæ sunt inferiores Geometra, quemadmodum scientia Perspectiuorum. Et dixit: & sic in hoc possibile est, ꝙ exhibeat causam ex principijs sciẽtiæ Mensurarum, & conclusionibus.

& conclusionibus. sensus est, ꝙ omne illud, quod est sub scientia Geometriæ, potest exhibere in arte sua causam per illas res, quæ sunt in scientia Geometriæ, aut principia, aut conclusiones. & loco huius est, quod dixit in alia traductione: & sermo de interrogationibus perspectiuis, & perfectio causę ipsarum pertinet ad Geometram, ſm ꝙ ponuntur sub subiecto ipsius.

De principijs vero rationem nõ subijciendum Geometræ, inquantum Geometra. consimiliter autem & in alijs scientijs. Neq; igitur omnem interrogationẽ vnusquisq; scientificus interrogare debet: neq; omne interrogatum respondere de vnoquoq;: sed quę ſm scientiam determinata sunt. Si autem disputabit cum Geometra, inquantum Geometra, sic, manifestũ ꝙ bene, & si ex his aliquid monstret: si autem non, non bene.

† alii leg. ad omne

Dixit Aristo. Sermonem de principio artis Philosophiæ non debet Geometra ponere, in eo ꝙ est Geometra, & consimiliter reliquarum scientiarum, de ijs, quæ transcendũt ipsam Geometriã. Oportet igitur, vt non interroget vnusquisq; sciens de quacũq; re contigerit: neq; consimiliter etiam debet respondere de quacunque re contigerit: sed oportet vtiq;, vt ordinet responsionem de ipso, cùm interrogatus fuerit de re appropriata arti suę, & scientiæ suæ. Et propterea, cùm inuenitur aliquis in via Geometriæ, & tradit aliquã rem geometricam, & in sua via vtitur monstrationibus geometricis, ordinata erit operatio ipsius, & recta. quòd si progressus fuerit per aliam viam, non erit operatio ipsius recta.

87

Cùm oporteat omnem artificem inquirere de rebus essentialibus, quæ sunt subiecta artis suę, & subiecta artium sint diuersa: igitur nõ debet artifex vnius artis inquirere de eo, de quo inquirit artifex alterius artis, neq; vti principijs, quibus vtitur alia: nisi per Deum eo modo, quo prædiximus: & hoc, cùm vna artium accipiat principia ab alia arte. & profecto, cùm non erit hęc cõmunitas inter duas artes, igitur non communicabunt speculantes de ipsis aliquo modo: quemadmodum se habet dispositio scientiæ Geometriæ cum scientia Philosophiæ. Et propterea dixit: Sermonẽ vero de principio artis Philosophiæ non debet Geometra ponere, in eo ꝙ est Geometra, & consimiliter reliquarum scientiarum, de ijs, quæ trãscendũt ipsam Geometriam. hoc est non exhibebit artifex Geometriæ sermonem de re non geometrica. & quod dicitur in hoc textu, est per se notũ. Et cũ dixit: & propterea, cũ inuenitur aliquis, vsq; ad id, quod dixit, non erit operatio ipsius recta: hæc est ratio probabilis respõdens rationibus veris, vt ſm eius consuetudinem annectat rationes probabiles ostensionibus demonstratiuis.

† al. l. sunt tũne & non Geometricę.

Planum autem, ꝙ neq; redarguit Geometram, nisi ſm accidens. quare non erit in non geometricis de Geometria disputandum: latebit enim praue disputãs. cõsimiliter autem & in alijs scientijs se habet.

Quoniam autem sunt geometricæ interrogationes, † sunt ne igitur & non geometricæ: & iuxta vnãquanq; scientiam, quę secundùm ignorãtiam † qualem nam geometricæ sunt: Et vtrum ſm ignorãtiam syllogismus, qui ex oppositis syll's, aut paralogismus: Secundum Geometriam vero, aut ex alia arte. vt musica est interrogatio non geometrica de Geometria. coalternas vero coincidere existimare, geometrica quodammodo, & non geometrica alio modo.

† al. l. aliquę Geometricę sunt.

Dixit Arist. Notũ autem est, ꝙ Geometra non potest manifestare ſm modum istum, nisi manifestatio, quam assequitur, sit per viã accidentis. & oportet ſm hanc ratiocinationem, ꝙ non procedat res in Geometria cum hominibus, qui nõ enuntiant in arte Geometriæ. si enim ita aliquis fecerit, procedent res per viam non rectam, & incurrent errorem. & quemadmodum in arte Geometriæ, ita & in reliquis artibus. An videbis, quẽadmodum innouantur à Geometra interrogationes non geometricæ, & in vnaquaque scientiarum fient etiam interrogationes ſm ignorantiam: Et si est hoc, an videbis ignorantiam in ipsa appropriatam propter formam syllogismi, aut propter materiam ipsius? Et interrogatio non geometrica aut annectitur arti Geometriæ, aut annectitur alij arti. quemadmodum cũ interrogat Geometra interrogationes musicas: & quemadmodum cũ interrogat, an lineæ æquidistantes coincidant. & interrogatio ipsius per modum quendam annectitur arti Geometriæ, & per modum alium non annectitur ipsi.

88

Dixit: Notum autem est, ꝙ Geometra non potest manifestare ſm modum istum, nisi manifestatio, quam assequitur, sit per viam accidentis. sensus est, ꝙ artifex Geometriæ non potest mentionem facere de interrogationibus, quæ non appropriantur arti suæ, neq; manifestare, quid rectum, & quid obliquum in ipsis: nisi hoc sit per viam accidentis sibi, non ſm ꝙ est Geometra. & hoc fit, si accidens Geometrę, ꝙ habeat cognitionem de scientia, cui appropriatur illa interrogatio, hoc est ex parte, qua est artifex alterius scientiæ. hoc est, n. quod voluit, cùm dixit: per viam accidẽtis. Deinde dixit: & oportet ſm hanc ratiocinationem, ꝙ non procedat sermo in Geometria cum hominibus, qui nõ enuntiant in arte Geometriç. sensus est, cùm stabilierit non oportere Geometram inquirere de rebus extraneis ab arte sua, sequitur inde, ꝙ non oportet cum habere sermonem de Geometria cum eo, qui non est artifex Geometriæ. ꝙ si habebit sermonem, inducet ad hoc, vt loquatur de rebus extraneis ipsi Geometriæ. & hoc non faciet ipsum assequi, quemadmodum dixit, nisi intricationem & errorem. Causa autem in hoc est: quoniam cùm aliquis speculatur de re aliqua propter accidentia extranea non essentialia, sequitur apud ipsum res & oppositum ipsius in re vna eadem secundum dispositionem ipsius, & incidit in intricationem & errorem.

Et posteaq; præcepit hæc ꝓcepta artifici Geometriç, notũ facit, ꝙ ipsa sunt cõia omnibus, artificibus sciẽtium: & dixit: An videbis, quemadmodum innouatur

à Geometra interrogationes non Geometricæ, & in vnaquaq; scientiarum. sensus est, an videbis, quemadmodum fiũt i Geometria interrogationes Geometricę, ita etiam fiunt in ea interrogationes non Geometricæ. & fiũt in vnaquaq; sciarũ, s. q; fiunt interrogationes rectæ, & interrogationes, quæ sunt erroneæ. Et cũ dixit: fient etiam interrogationes ſm ignorãtiam: hoc est negatur ab ipsis scientia appropriata illi arti, aut ſm viam æqualitatis, aut ſm viam negationis simpliciter. & si erunt geometricę, dicemus ipsas non geometricas: & si erũt naturales, dicemus ipsas nõ naturales. Et posteaq; dubitauit hanc dubitationem, & quæsiuit hanc quæstionem in artibus notis, quæsiuit quęstionem aliam, et dixit. Et si est hoc, an videbis ignorãtiam in ipsa appropriatam propter formam syllogismi, aut propter materiam ipsius: hoc est, si inueniuntur quæstiones falsæ in quacunq; arte: & hæ sunt, de quibus dixit, q; dicuntur ignorantiæ in illa arte ſm dispositionem æqualitatis: falsum quod accidit ipsis, est res, quæ accidit artibus, aut propter peccatum in syllogismo, hoc est i forma ipsius, aut propter peccatum in propositionibus. Et posteaq; quæsiuit has duas quæstiones, quæsiuit quæstionẽ tertiam, & dixit: Et interrogatio nõ geometrica, aut annectitur arti Geometriæ, aut annectitur alĳ arti. sensus est, & interrogatio, quæ non proportionatur ipsi arti, quemadmodum interrogationes non geometricæ, aut monstratur ex eo, quod in arte Geometriæ appropriatur speculatori illius sciẽtiæ, aut ex eo, quod appropriatur alĳ arti. quemadmodum interrogatio, de qua dicit, q; est non geometrica, eo q; est ex scientia Musicæ: aut interrogatio, de qua dicitur, q; est non geometrica, eo q; est erronea in Geometria: quẽadmodum ſm̃ interrogatio dicens, si lineæ æquidistantes protrahẽtur in infinitum, an coincidẽt? Et hoc est, qđ significauit, cùm dixit: quẽadmodum cùm interrogat Geometria interrogationes musicas. sensus est, ac si diceret de ipsis, q; sunt nõ geometricæ. Deinde dixit: & quemadmodum cùm interrogat, an lineæ æquidistantes coincidant. sensus est, q; hæc interrogatio dicitur consimiliter etiam, q; est interrogatio non Geometrica, propter falsum, quod est in ipsa. Et posteaq; manifestum factum fuit id, de quo dicitur, q; est non geometricũ ſm dispositionem, qua est ex alia arte: narrat qualiter se habet res in interrogationibus, de quibus dicitur, exempli gratia, q; sunt non geometricæ per modum secundum: & hę sunt interrogationes falsæ, quæ fiunt in artibus ex rebus essentialibus: quemadmodũ quod interrogauit artifex Geometriæ, an lineæ æquidistantes coincidant. Et dixit: & interrogatio ipsius per modum quẽdam annectitur arti Geometriæ, & per modum alium non annectitur ipsi. sensus est, hic secundus modus interrogationum, quæ non dicuntur esse appropriatæ propter falsum, quod est in ipsis, modo aliquo est geometricus, & modo alio non geometricus. sunt enim eæ geometricæ, eo quòd compositæ sunt ex rebus geometricis: non geometricę vero, eo quòd sunt falsę. interrogationes nanque, quæ sunt compositæ ex rebus geometricis, non negantur à Geometria negatione vniuersali.

τὸ ἄρρυθμον, abſq; rhythmo & forma:

Duplex enim hoc, quemadmodum irrhythmicum: & alterum quidem non geometricum, eo q; non habet, quemadmodũ irrhythmicũ: alterę vero, eo q; male habet. & ignorantia hæc, & q̃ ex talibus principĳs contraria.

*al.l. ſoni: & ita inferius.

Dixit Aristo. Cùm autem dispositio interrogationum nõ geometricarum sit ſm duos modos, quemadmodum & dispositio vŏcis: dicemus igitur interrogationem non geometriam, in qua non est connexio in arte Geometriæ penitus: quemadmodum dicimus de quibusdam rebus, q; non habent vocem, eo q; priuantur voce omnino. & in quibusdam locis dicitur interrogatio non geometrica, eo q; non annectitur arti Geometriæ: & si annectitur, male annectitur. & pars secunda ponitur sub partibus ignorantiæ in parte forti, contraria veritati.

Posteaquam quæsiuit, an fieri possit, vt innouentur 89
interrogationes in vnaquaq; scientia atq; arte, negatis ab illa scientia: quemadmodum fit in Geometria interrogatio nõ geometrica: & q; si fiãt, erit dispositio eius, quod dicimus, q; sunt nõ geometricæ ſm dispositionẽ, qua annectuntur arti Geometriæ: & hæ sunt interrogationes, quæ priuantur scientia, quę est in illa arte: aut ex parte, qua annectuntur alĳ arti: quẽadmodum quod interrogauit artifex Geometriæ per interrogationes musicas: et q; si dicamus ipsas nõ geometricas, eo q; priuantur scientia, quæ est in illa arte, igitur hoc accidit in arte propter formam syllogismi, aut propter materiam ipsius: incœpit respondere primæ interrogationi, quæ erat, cùm dicebamus, interrogationes non geometricę ſm quot modos dĩr? Et inquit: cùm autem dispositio interrogationum non geometricarum sit ſm duos modos, quemadmodum & dispositio vocis. sensus est, atqui interrogationes non geometricę dicuntur ſm duas intentiones: vna quarum est, cùm fuerit geometricum errorẽum: altera uero, cùm non est ex scientia Geometrię. quemadmodum dicitur nõ vocale ſm duas intentiones: quarum vna est, cũ habuerit vocem ãduersam: secunda vero, cũ non habuerit vocem omnino. Et dixit: & pars secunda ponitur sub partibus ignorantiæ in parte forti, contraria veritati. sensus est, q; opinio erronea in Geometria, quę est vnum ex ĳs, de quibus dicitur non geometricũ, ponitur sub ignorantia, cui proportionatur habitus, & dispositio, non per ignorãtiam, quæ priuatur scientia, sed quæ est scientia erronea. & propterea dicit̃ de ipsa, q; est contraria veritati, & dicitur de alia, q; est priuatio veritatis. Quodq; ignorantia diuidatur in has duas partes, est notum per se.

*Ab le. rauca: fac. le. obtusam:

In Mathematicis vero non est similiter paralogismus, quonã medium est semp, quod duplex. de hoc enim omni, & hoc rursus de alio dicitur omni: quod autem prædicatur nõ dicitur omne. hæc autem sunt, ac si itellectione viderentur. In rationibus vero latet. nunquid omnis circulus figura? si vero descripserit, planum. quid autẽ, carmina circulus? manifestum, quod non sunt.

Vide primo Elenchorũ cap. 9.

Dixit Arist. Atqui in Mathematicis nõ est malitia syllogismi procedens hac via: qm̃ medius terminus in ipsis est duplex. & nõ est medius terminus duplex, & de ipso existimaf̃, q; 69
est duplex. & hoc, qm̃ terminus maior p̃dicaf̃ de medio toto, et mediũ p̃dicatur de minore toto: atqui p̃dicatum non dr̃ totum. & dispõ hæc est dispositio ipsius in intellectu: quemadmodum dispositio eius, quod inspicitur. Error autem ponitur in causa materierum. quemadmodum quando interrogauit Geometram, an ne omnis circulus figura? et dixit, ita:

ita: quoniam descripsit circulum descriptione manifesta. & dixit ipsi, ōratio numerosa est circulus, & non est figura.

*al.le. vtr. fus

Quoniam vnum ex ĳs, quæ quæsiuit, fuit, an causa erroris cadentis in scientĳs sit forma syllogismi, aut materia ipsius: cœpit respondere ex hoc, & dixit: Atqui in Mathematicis nõ est malitia syllogismi procedens hac via, quoniam terminus medius in ipsis est duplex. hoc est, quia medius terminus in Mathematicis ſm syllogismũ semp est duplex, verbo & rẽ: hoc est, q; semper est vnus et idem, communicãs ambabus extremitatibus, non autem vnus verbo, & nõ re. Et accidit, ut medius terminus nõ sit duplex, & existimeẽ de ipso, q; sit vnus in vtrisq; simul, & ideo sequaẽ error: quẽadmodũ accidit hoc in multis alĳs à Mathematicis: hoc est, q; existimaẽ, q; in eor̃ syllo duplicẽ bis vna, eadẽq; res, in eo q; est medius terminus, atqui duplicaẽ idẽ verbũ, & non erit terminus medius in ipso duplex: quemadmodum, quod dixit, & de ipso existimaẽ q; ẽ duplex. Et dixit: & hoc, qm̃ terminus maior prędicatur de medio toto, & medium prædicatur de minore toto. sensus est, & causa, q; non accidat in Mathematicis error, est: quoniam medius terminus in ipsis inuenitur bis, absq; eo q; accidat in ĳs error, & existimetur de eo, quod non est vnũ, q; sit unum. cum̃q; acceperit medium terminum duplicem bis, non erit ibi locus erroris. et hoc, quoniam cùm terminus maior prædicetur de omni medio, & medius de omni minore, & erit medius terminus cum hac dispositione: sequitur igitur ex necessitate, q; terminus maior prædicetur de minore. igit propter hanc causam non accidit in Mathematicis error. Et cùm dixit: atqui prędicatum non dicitur totum: sensus est, q; non est ex conditionibus conclusionum, q; ponatur vniuersalitas in prędicato duarum propositionum acceptarum: vniuersalitas nanq; est conditio in subiecto. Et posteaquã narrauit, q; error in syllogismo non accidit in Mathematicis, ex parte qua terminus medius sit semper duplex, verbo & re: quod̃q; non accidit error in Mathematicis ille, qui accidit in reliquis scientĳs: adduxit causam i hoc, & dixit: et hęc est dispositio ipsius in itellectu quemadmodum dispositio illius, quod inspicitur: vsq; ad finem eius, quod scripsimus. sensus est, & causa, ob quam non fallit nomen æquiuocum in Mathematicis ita, vt existimetur, q; medius terminus sit duplex in syllogismo, & non est duplex, est, quoniam res mathematicæ in intellectu sunt, quemadmodum res, quæ inspicitur extra intellectum: hoc est, q; illę sunt apud demonstratorem, quemadmodum sensibilia apud sensum. Et causa in hoc est, quoniam intellectus abstrahit eas à materia, quia igitur sunt ſm hanc dispositionem in intellectu, in tempore, quo speculatur de ipsis, non accidit intellectui, q; erret in ipsis propter dictionem: quemadmodum non errat sensus in rebus, quas inspicit, hoc est appropriatis ipsi. & hoc, quoniam intellectus vtiq; errat, & existimat res multas eẽ vnam vt plurimum, qm̃ dictio est vna, cùm non fuerint differentiæ earũ rerum apud ipsum manifestæ. Et causa in hoc est fallacia materiei in ipsis, atqui cùm non fefellerit ipsarum materia, non accidet in ipsis error: quoniam intellectus manifestabit differẽtias ipsarum, quemadmodum manifestat sensus differentias rerũ, quas sentit in actu. Vt in exemplo, si aliquis esset solicitus, t̃q; Geometra erraret, eo q; diceret, anne omnis circulus figura? cum̃q; dixisset, ita: diceret, an ne oratio numerosa est circulus? hoc est, qm̃ t̃errare faceret ipsum, & existimare, q; oratio numerosa est figura. ille autem prompte diceret ipsi, q; oratio numerosa non est circulus ſm intentionem, qua declaraumus circulum in arte Geometriæ. Et nõ ascribetur

*al.l. fallere Geometrã

† al.le. falleret ipsum, & ſferret ei, q

ei hic error, quoniam descriptio circuli geometrici consistit in intellectu suo, de quo speculatur, hoc est, quę dicit de ipso, q; est figura comprehensa à linea circulĳ rotũdi, cui accidit in medio punctus, à quo omnes lineæ exeuntes ad circumferentiam sunt æquales. Cùm vero dixit: & dixit ipsi, oratio numerosa est circulus, & non est figura: intelligit q; Geometræ diceret sic interrogator. Et cùm dixit: quoniam descripsit circulum descriptione manifesta: sensus est, quoniam ipsa descriptio est manifesta, non ascribetur Geometræ hic error.

Vide q; hoc Arist. 2. top. non longe a principio: ibi: Amplius problema põnẽ facientem sibi ipsi instare.

Non oportet autem instantiam in ipsum ferre, si sit propositio inductiua. quemadmodum enim neq; propositio est, quæ non est in pluribus, nõ enim erit in omnibus: ex vniuersalibus autem syllogismus: planum quod neq; instantia. eędem. n. propositiones, & instantię, quam. n. fert instantiã, hæc fieri potest propositio, aut demõstratiua, aut dialectica.

Dixit Arist: Et non oportet instantiam ferre per propositiones inductiuas. quoniam demonstratio vtiq; est ex propositionibus vniuersalibus: propositiones autem vniuersales sunt, in quibus aggregatur conditio vniuersalis. & oportet instãtiam sic habere formam suam: qm̃ propositio, et instãtia sunt res vna. instantia nanq; est propositio: & propositio, aut est demonstratiua, aut dialectica.

Dixit: Et non oportet instantiam demõstratiuam in 91
artibus esse instantiam particularem, hoc est per contradictoria, sed per contraria, cum̃q; instantia, quæ fuerit per inductionem, sit per propositionem particularem, accepit loco particularium inductiuas: & dixit: Et non oportet instantiam ferre per propositiones inductiuas. quoniam demonstratio vtiq; est ex propositionibus vniuersalibus. sensus est, quòd non oportet, cùm instat ſm viam demonstrationis, vt dubitet per instantiam particularem. & hoc, quoniam destructio, quę efficietur cum hac dispositione, erit separata, & accipiet in syllogismo suo propositionem particularem: sed in demonstratione non accipitur propositio particularis. & non est differentia inter demonstrationem construentem & destruẽtem, cùm sint vnius dispositionis. Et dixit: propositiones autem vniuersales sunt, in quibus aggregatur conditio vniuersalis. sensus est, & intelligo per propositiones vniuersales, eas, in quibus aggregatur conditio vniuersalis, quod definiuit in libro Syllogismi. Atqui dixit hoc, vt distingueret inter duas intentiones, hoc est inter vlę, de quo pertractatur hic, & vniuersale, de quo pertractatur in libro Syllogismi. Cũ vero dixit: & oportet instãtiam sic habere formam suam: sensus est, cũ instantia sit syllogistica demonstratiua: cũq; demonstratio cõponatur ex propositionibus vniuersalibus: oportet itaq; instantiam cõsimiliter esse ex propositionibus vniuersalibus. Et dixit: & oportet instãtiam sic hãe formam suam: qm̃ propositio, & instãtia sunt res vna, intelligu, q; propositio, cuius vsus est in instantia, & propositio, cuius usus est in constructione, sunt unum secundum rem, atqui uocatur constructiua, aut destructiua in relatione ad conclusionem. Et cũ dixit: instantia nãq; est propositio: & propositio aut est demonstratiua, aut dialectica: sensus est, q; sequitur ex hoc, vt instantia diuidatur his duabus diuisionibus: hoc est, quòd ex ipsa sit demonstratiua, & ex ipsa sit dialectica: & sit in demonstratiuis conditio demõstrationis, & in dialecticis conditio dialecticæ.

Contingit

Contingit autem quoſdam non ſyllogiſtice dicere, eo q̃ ex vtriſq; conſequentia accipiunt: quemadmodum & Cæneus facit, q̃ ignis in multiplicata ꝓportione. etenim ignis celeriter gignitur, vt ait: & hæc eſt proportio. ſic autem non eſt ſyllogiſmus, niſi celerrimã, proportio ſequatur multiplex: & ignem celerrima i motu proportio. Aliquãdo quidem igitur non contingit ſyllogizare ex acceptis: nonnunquam vero contingit, ſed non videt.

Dixit Ariſto. Atqui accidit error in aliquibus rebus propter formam ſyllogiſmi, cùm accipitur medius terminus, qui prædicatur de duabus extremitatibus per affirmationem: quemadmodum quod fecit Cæneus, cũ monſtrauit, q̃ ignis fit in ꝓportione multiplicata. exiſtimauit enim ipſe, q̃ ignis generatur cito: & quod eſt in multiplicata proportione, generatur cito. ſed ſm iſtum modum non erit ſyllogiſmus, niſi per Deum conuertantur termini ad ſe inuicem, ita, vt quod eſt in multiplicata proportione, conuertaſ cum eo, quod generatur cito: & ignis conuertatur cum eò, quod generatur cito. Igit in aliquo tempore fieri poterit ſyllogiſmus ex iſtis propoſitionibus, & in aliquo tempore non poterit.



Hæc Cæneꝰ ĩ ſecũda figura ex ſe nihil aſſeruit, qa ſyllus eſt ex duabus affirmatiuis: attulit aũt, quia cũ termini, medi⁹ et maior, eſt conuertibiles, reduci poteſt ad primam.

Multiplicata proportio. Ignis.

Poſteaq̃ docuit, q̃ error aliquando cõtingat in ſcientijs propter ipſas propoſitiones ſm ſe: quemadmodum cùm exiſtimatur, q̃ terminus ſit vnus ſm rem in duabus propoſitionibus, ex quibus componitur ſyllogiſmus, & non eſt vnus ſm rem: quodq̃ hoc non accidit in Mathematicis, niſi vt in paucis: cœpit narrare, q̃ error conſimiliter etiam accidit in ſcientijs propter formã ſyllogiſmi: quemadmodum cũ cõcluditur concluſio ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura. Et hoc eſt, quod ſignificauit, cũ dixit: cùm accipitur terminus medius, qui prædicatur de duabus extremitatibus per affirmationem, intelligit per duas extremitates, extremitatem maiorem, et minorem, hoc eſt ſubiectũ quæſiti, & prædicatum ipſius. Deinde poſuit exemplum de hoc, et dixit de eo, quod accidit cuidam ex Antiquis celebrato apud ipſos. & hoc, quoniam vir iſte vidit ignẽ cito ãdere, hoc eſt cito grandeſcere, cũ apud ipſos cauſa eius, quod accidit in entibus naturalibus, ſit id, quod accidit in rebus Mathematicis: quoniã natura apud ipſos componitur ex mathematicis: et accidit in rebus mathematicis in proportione multiplici, vt ergo fiat additamentum, ſm hunc numerum, ita vt excedat in hoc additamẽto reliquas proportiones. Quemadmodum dicitur de quodam viro, qui petijt à quodam rege, vt ſibi exhiberet pro mercede ſua frumenti grana in numero multiplicato per numerum domorum ludi ſcachorum. & recuſauit hoc rex, poſtq̃ ei inde proueniebat premium nimis magnũ. Et hic ut quaſi compoſuit ſyllm hunc in modum. ignis generatur cito: & proportio multiplicata gñatur cito: igit ignis cõponitur ex proportione multiplicata. Et dixit: ſed ſm iſtum modum non erit ſyllogiſmus: hoc eſt concludens in omni materia, quemadmodum declaratum fuit i libro Syllogiſmi. cumq; hæc complicatio concludat per affirmatiua conuertibilia, hoc eſt per propoſitiones, quarum prædicata ſunt propria, aut definitiones, dixit: niſi per Deum cõuertantur termini ad ſe inuicem. Deinde adduxit exemplum de cõuertibilibus ex ſyllo, in quo accidit error huic viro, & dixit: ita, vt dd eſt in multiplicata proportione, cõuertaſ cum eo, quod generatur cito. ſenſus eſt, neq; verificatur apud eum, qui vult concludere ex hoc ſyllogiſmo, q̃ ignis eſt in multiplicata proportione, vſquequo verificetur apud ipſum conuerſa propoſitionis dicentis, q̃ multiplicata proportio generatur cito: quæ eſt, q̃ omne, quod generatur cito, eſt in multiplicata proportione. cũ enim verificata fuerit hæc propoſitio, connectemus ipſi, q̃ ignis generatur cito: & cõcludetur nobis ex hoc in prima figura, q̃ ignis eſt in multiplicata proportione: hoc eſt, q̃ generatur ex numeris, qui ſunt ſm proportionem multiplicem. Atqui cùm dixit: & ignis cõuertatur cum eo, quod generatur cito: hęc conuerſio non attinebit ad eum, qui vult, q̃ concludatur ex his propoſitionibus, q̃ ignis eſt in multiplicata proportione: atqui attinet hæc illi, qui vult concludere, q̃ multiplex proportione eſt ignis: ac ſi poſuiſſet in hoc cõuerſionem iſtam, quæ pertinet ad eum, qui intendit monſtrare, q̃ hæc eſt definitio ignis: quoniam ex conditionibus definitionis eſt, q̃ conuertatur cum definito. Et cũ dixit: Igitur in aliquo tempore fieri poterit ſyllogiſmus ex his propoſitionibus, & in aliquo tempore non poterit. ſenſus eſt, quòd tempus, in quo erit poſſibile, vt fiat ſyllogiſmus ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura, eſt, cũ acciderint ipſi ſyllogiſmo in hoc tempore duę conditiones: quarum vna eſt, q̃ illa prædicata, quę accipiuntur in propoſitionibus, conuertantur: ſecunda vero, q̃ ſciat ipſa conuerti, aut per ſcientiam primam, aut per ſyllogiſmum. & tempus, in quo non poteſt fieri hoc, eſt, cũ deficit vna cõditionum vtrariũq; ſyllogiſmi, aut ambæ iſtę. Cumq; intentio ſyllogiſmi concludentis per formam ſuam ſit concludere in omni materia, ideo non poſuit Ariſt. duas affirmatiuas in ſecunda figura, & numerauit eas inter ſpecies non concludentes: quoniam cõcluſiones in ipſis non ſunt propter formam ſyllogiſmi, ſed ſunt propter propoſitiones ipſius, quæ eſt res accidens formæ ipſius.

92

Si autem impoſſibile eſſet ex falſo verum monſtrare, facile vtiq; eſſet reſoluere: conueret enim ex neceſſitate. Sit enim A ens: hoc autem exiſtente, hæc ſunt, quæ noui, q̃ ſunt, vt B: ex his itaq; monſtrabo, q̃ illud eſt.

Dixit Ariſt. Atqui ſi non poſſet monſtrari verum ex propoſitionibus falſis, facilior vtiq; eſſet reſolutio per contrarium: quoniam concluſiones, & propoſitiones conuerterentur æqualiter. Quemadmodum ſi eſſet cõcluſio,

in qua

in qua eſt litera A, vera, eſſent propoſitiones, per quas monſtratur, in quibus eſt litera B, verę. & cùm eſſent iſtæ verę, eſſet & ipſa vera.

93

Dixit: Atqui verum eſſet, q̃ concluderet ſecunda figura ex duabus affirmatiuis ſm formã ſuam, ſi omnes propoſitiones verę conuerterentur. & ſi conuerterentur, non poſſet monſtrari per ipſas aliquod verum ex propoſitionibus falſis, quoniam hęc conſimiliter etiam eſt propoſitio vera: hoc eſt, q̃ in quocunq; loco uera eſt propoſitio, vera eſt concluſio. & ſi conuerteretur, eſſet conſimiliter vera, cũ vera eſſet concluſio. Dicit itaq̃, q̃ ſi non poſſet mõſtrari verum ex propoſitionibus falſis, facilior vtiq; eſſet reſolutio per contrarium. Intelligit p reſolutionem per cõtrarium, reſolutionem quę ſitorum in propoſitiones primas, per quas monſtrãtur quæſita illa. Atqui vocauit ipſam reſolutionem per cõtrarium: quoniam reſolutio eſt duarum ſpecierum: reſolutio rei in alias res, q̃ ex quibus componitur compoſitione naturali: & reſolutio in ea, ex quibus componitur ſm naturam, & hæc reſolutio ea eſt, de qua verificatur cõtrarium compoſitionis. & propterea dictum fuit de ipſa, q̃ eſt reſolutio per contrarium, ideſt per contrariũ compoſitionis, ad diſtinguendum inter ipſam & inter reſolutionẽ aliã. Et poſteaq̃ narrauit, q̃ ſi forte eſſent propoſitiones omnes conuertibiles, hoc eſt ipſæ verę, q̃ reſolutio in contrarium eſſet facilior, & eſſet ẽxitus ipſius facilis: adduxit cauſam in hoc, & dixit: quoniam cõcluſiones & propoſitiones conuerterentur æqualiter. hoc eſt, quòd, cùm eſſet concluſio ex propoſitionibus veris, quando ipſa concluſio eſſet, ſequeretur ex eo, quòd ipſa eſſet, ipſas propoſitiones eſſe. & ſi eſſet res ita, eſſet exiſtentia propoſitionum ex poſitione concluſionum facilis, hoc eſt propoſitionum conſtruentiũ ac deſtruentium, & eſſet deductio ſyllogiſmi per modũ reſolutionis leuis. & hoc, quoniã cùm manifeſtũ eſſet, q̃ exiſtentia propoſitionum eſſet per ſe ex exiſtentia concluſionum, cũ poſita eſſet aliqua concluſio, ſequeretur ex neceſſitate, vt cõſtaret nobis propoſitio, ex qua ſequitur primo illa concluſio: ita vt, etſi illæ propoſitiones non eſſent primæ, facile tamen conſtarent nobis inde propoſitiones illæ, ex quibus ſequerẽtur facile illæ propoſitiones: et ſic procederemus, vſquequo deueniremus ad primas. Atqui, ſi res ſe habeat in cõtrarium huius, hoc eſt, q̃ non ſequatur ex poſitione concluſionis poſitio concluſionum verarum, quæ concluſerunt eam, ſequitur itaq̃ iam oppoſitũ huius apud nos: hoc eſt, q̃ cùm poſuerimus concluſionem, quærendæ ſunt propoſitiones, ex quibus ſequitur concluſio illa. & quoniam hoc eſt ex pluribus propoſitionibus vna, erit inuentio ipſarum difficilis: et tanto magis, ſi res in ipſis ſe habuerit in contrariũ, q̃ ipſa expoſcat, ſi neceſſario ſequaſ concluſio. & hoc, quoniam cùm poſuerimus cõcluſiones poſitas, maxime apparebũt nobis propoſitiones. nunc aũt res ſe habet in contrariũ: hoc eſt, q̃ cũ ponimus propoſitiones, apparet nobis cõcluſio. & quoniam propoſitiones, quæ ſunt cum hac diſpoſitione, non ſunt nobis notæ, neq; determinatæ, difficilis eſt ipſarum inuentio. & difficilis eſſet etiã inuentio concluſionis, per cõtrarium q̃ res ſe habeat, ſi ꝓpoſitiones ſequerẽtur ex cõcluſione poſita. eo, n. q̃ ipſa eſſet poſita, apparerent nobis propoſitiones apparentia manifeſta. & hoc eſt notum per ſe.

De reſolutione p cõtrarius, vide i prooemio huius libri, i media te expõne, hoc loco, & 5. Ethi. ca. 3.

* Ab. le. inuentio lac. le. deductio

Conuertuntur autem magis quæ ſunt in Mathematicis: quoniam nullum accidens accipiunt, (ſed & hoc differunt ab iſs, quæ ſunt i diſputationibus) ſed definitiones. Augẽtur autem non per media, ſed eo q̃ aſſumunt. Vt A de B: hoc autem de C: rurſus hoc de D: & hoc in infinitum. Et in latus: † vt A, & de C, & de E. vt eſt numerus quantus, vel & infinitus, hoc, in quo A: impar numerus quantus, in quo B: numerus impar, in quo C: eſt igitur A de C. & eſt par quantus numerus, in quo D: par vero numerus, in quo E: eſt igitur A, de E.

† Cod. muſ. leg. vt A de B, ſed male. & ideo loſ. Gr. dicit legẽdũ eſſe, vt A de B, & de D.

Dixit Ariſto. Differunt autem Mathematica à Dialecticis: quoniam in Mathematicis reſolutio per contrarium eſt facilior. & hoc, q̃m prædicatum in ipſis non eſt per accidens, ſed definitiones. Atqui diuerſificantur conſimiliter etiã res mathematicæ à rebus dialecticis: quoniam mathematicæ non addũt per medium: ſed illarum additamẽtum erit, cùm acceptæ fuerit res, quæ iam monſtrata fuit per demonſtrationem, et monſtrantur per ipſam ea, quę ſunt poſterius. Quemadmodum ſi acciperetur A, quod iam monſtratũ fuit: & monſtraretur per ipſum, B: et p B monſtraretur C: & per C monſtraretur D, & in hunc modum ſucceſſiue ſemper. Aut per accidẽs: quẽadmodum ſi poneremus, in quo eſt litera A, quãtitatem, aut inæquale: & poneremus, in quo litera B, numerum imparem ſimpliciter, hoc eſt quicunq; impar fuerit: & in quo litera C, numerum imparem: igitur A de C. cùm igitur ſit conſimiliter etiam numerus par ſimpliciter de ipſo, aut quicunque numerus fuerit, in quo eſt litera D: & hic numerus par, in quo eſt litera E: igitur A de E.

* al. l. augẽt * al. l. cremẽtũ, & ita ſæpius



Auctio, aſſumẽdo g directum.

Auer. p numero le. q̃titatem.

Auctio in latus.

Auer. p numero impari accipit ſeptenarium.

Poſteaq̃ expoſuit, ſi eſſent propoſitiones conuertibiles, q̃ reſolutio per contrarium eſſet facilis, cœpit docere, q̃ propter hanc cauſam reſolutio in Mathematicis eſt facilior, q̃ Dialectica, eo q̃ propoſitiones mathematicę ſunt vtplurimum definitiones, & definitiones ſunt conuertibiles. 94

convertibiles. Et dixit: Differunt autem mathematica à dialecticis, vsquequo dixit: & hoc, quoniam prędicatum in ipsis non est per accidens, sed definitiones. sensus est, & propter hoc diuersificant mathematica à dialectica, eo ꝙ resolutio in mathematicis est facilior, q̄ sit in dialectica, & hoc, quoniam propositiones in mathematicis sunt definitiones conuertibiles, & in dialectica accidentia vniuersalia, & accidentia non sunt cōuertibilia. Et dixit: Atqui diuersificantur consimiliter etiā res mathematicæ à rebus dialecticis, quoniam mathematicæ non addunt per medium. sensus est, atqui diuersificatur mathematica à dialectica in constructione syllogismi, eo ꝙ propositiones, quibus vtimur in monstrationibus mathematicis non multiplicantur per media. & hoc, quoniam propositiones mathematicæ sunt propositiones immediatæ: sed quibus vtimur in dialectica, sunt mediatæ. quemadmodū si monstretur quæsitū aliquod in dialectica ex propositionibus, & monstretur in mathematicis per propositiones ſm consuetudinem suam, propositiones erunt in illis syllogismis dialecticis plures, quoniā propositiones illæ erunt mediatæ: & erunt propositiones in dialectica plures, q̄ in mathematicis. Et posteaq̄ narrauit, ꝙ syllogismi demonstratiui diuersificantur à dialecticis per hanc dispositionem, quoniam propositiones nō sunt mediatę: cœpit docere, qūo fiat additamentum in propositionibus, in qbus non inuenit̄ medīū. & hoc est additamentū, ꝙd est in demōstratione: & dixit: sed illarū additamentū erit, cū accepta fuerit res, quæ monstrata fuit per demonstrationem, & monstrātur per ipsam ea, quæ sunt posterius. quemadmodum si acciperetur A, quod iam monstratum fuit: & mōstraretur per ipsum, B: & per B monstraretur C: & per C monstraretur D, & in hunc modum successiue semper. sensus est, atqui additamētum propositionum in demonstratione est additamentum, in quo non inuenitur medium: quoniam ipsum monstratur, exēpli gratia, per duas propositiones immediatas: deinde monstratur per hanc rem monstratam res alia ab ipsa: et hoc siue annectatur rei cōclusę alia res, qualis est ipsa, quæ consimiliter etiam monstretur per propositionem, quæ nō sit mediata, hoc est nota per se, & concludatur ex ipsa conclusio: deinde accipiatur hæc conclusio, & fiat in ipsa, quod factum fuit in prima. Et hoc est, quod voluit, cū dixit: quemadmodū si acciperetur A, quod iam monstratum fuit: & monstraretur per ipsum, B: & per B monstraretur C. hoc est, ꝙ per propositionem vnam mōstretur res vna. Et per id, quod dicit, quemadmodū si acciperetur A, quod iam monstratum fuit: & monstraretur per ipsum, B: & per B monstraretur C: intelligit cum eo, quod est manifestum per se, aut iam monstretur cum alio. Et potest esse, ꝙ acceperit A loco syllogismi, & B loco conclusionis: præterea ꝙ cùm dixit: & per B monstrareť C, † non significabit ipsum C, ꝙ cōclusio sit ex vna propositione: monstratio.n. est p binas propositiones. & fieri non potest, vt non existimemus in sermone ipsius aliquem defectū. Et posteaq̄ perfecit exemplum de illo, quod est post primum monstratum, cœpit monstrare, quomodo ostenditur monstratum primum: & att: Aut per accidens: quemadmodum si poneremus, in quo est litera A, quātitatē, aut inæquale: & poneremus, in quo est litera B, numerum imparem simpliciter, hoc est, quicunq; impar fuerit: & in quo est litera C, numerum imparem: igitur A de C. sensus est, & modus, quo monstramus primum immediatum, quòd posuimus radicem respectu eius, quod est post ipsum immediatū, ipse est, vt accipiamus A loco p̄dicati mōstrati primi, hoc est conclōnis p̄mæ, & loco medīj termini B, & loco termini minoris C. Deinde ponit loco A, ex materijs quantitatem: & loco B, numerum imparem simpliciter: et loco C numerum imparem determinatum, ac si diceres septenarium ad maiorem manifestationem, & complicaretur syllogismus hunc in modū. septenarius est numerus impar: & numerus impar est quantitas: concluditur, ꝙ septenarius est quantitas. atqui posuit exēplum in his propositionibus, qm non est inter ipsas medium. Atqui voluit, ꝙ demōstratio utatur mediis in multis speciebus syllogismi, quemadmodum si efficeretur in duabus figuris, aut pluribus figuris duabus: & nō vtatur in syllogismo vno mediis, quæ ingrediatur inter propositiones syllogismi. Atqui dixit: Aut per accidens: quoniam si poneret res aliqua, per quam monstraretur conclusio aliqua in secunda figura ac tertia, iam vtiq; monstraretur conclusio posita primo in figura prima, & efficerentur in quæsito vno tres figuræ: igitur duplicarentur figuræ in hoc. & hoc totum ex propositionibus mediatis. sed in Dialectica propositiones, p quas construitur syllsus, sunt mediatę.

De demonstrationum Quòd, & Propter quid speciebus, ac differentijs. Cap. XIII.

QVod vero differt, & propter qd scire, primum quidem in eadem scientia. & hac dupliciter. Vno quidem modo, si non per immediata efficiatur syllogismus: non enim accipitur prima causa: scientia vero ipsius propter quid ſm primam causam.

Dixit Aristo. Iam vero differt demonstratio, si est res, à demonstratione, propter quid est res, primo quidem in eadem scientia. & hoc duob⁹ modis. Quorum vnus est, quoniā demonstratio si est res, fit ex propositionibus mediatis: & in hac non inuenitur causa propinqua: demōstratio autem propter quid est res, fit per causam propinquam.

Posteaq̄ docuit conditiones propositionum demonstrationis simpliciter, & docuit item ipsarum species ac perfectionem, ac etiam ipsas interrogationes: vult docere differentiam inter conditiones propositionum demonstrationis simpliciter & modos demonstrationis existentiæ tantum: & hi sunt, qui vocantur signa. Scitū igitur dignum, ꝙ demonstrationes sunt trium specierū: demonstratio simpliciter, quæ exhibet existentiam & causam simul, & demonstratio existentiæ, quę exhibet existentiam tantum: & demonstratio causæ tantum, cū fuerit existentia nota. Quòd autem demōstrationes dīuidātur ſm has tres partes, notum est per se. quoniam ignotum monstratur per res, inter quas est consequētia essentialis: cum q; consequentia essentialis sit ſm duas consequentias, aut vt prius consequatur rem, aut vt posterius sequatur ex re: oportet, ꝙ rei existentia monstretur, aut per prius, quod exhibeat causam & existētiam ipsius, aut per posterius, quod exhibeat existentiā tantum. Atqui demonstrationes causarum tātum sunt eæ, quæ componuntur ex causis, ex quibus sequitur existentia causatorum ex necessitate, & causæ non sequuntur ex causatis. & propterea cū posita fuerint causata, necesse est, vt illæ causarum species sint eorum causæ. iā vero mōstrabimus † quomodo sunt causę. Atqui demonstrationes simpliciter componuntur ex causis, ex quibus sequunt causata per se. Et hæc diuisio demonstrationum est res per se nota: hanc enim posuere oēs hoies ist̄ius artis: p̄terea ipse Abē Sena, qui mentionē fecit de demonstratione existētiæ, & existimauit ꝙ est demonstratio non vera, & voluit hoc, cùm dixit, quòd †posteriora

† Ab. le. non esset euidēs. esset. n. conclo ex vna p̄missa. cōmōstratio autē ex duabus p̄missis. Iac. vero le. vt Burana, sed putat lō cū esse mendosum.

95 Demonstrationes tres esse species.

† al. l. quę nisi sint ipsæ cāe. Disputatio cōtra Auic. nā, negātem demōstrem existentiæ.

† Ab. le. res, quæ sunt posteriores prioribus reb⁹ compositis, non lac. leg. res compositæ, quæ posterius sequunt ex reb⁹ prioribus præcedentib⁹, nō

† posteriora cōpōsita ex rebus prioribus non constant esse essentialia rebus prioribus, nisi cū constiterit causa, propter quā cōstat posterius expriori. Vt in exēplo, fieri non p̄t, ut consistamus ad monstrandū augumentū luminis lunæ ſm figurā lunarem, esse essentiale ipsi, nisi constiterit causa in hoc, scilicet ꝙ luna sit sphæricæ figuræ. cum q; res ita sit, non verificabitur nobis monstratio, ꝙ sit figuræ sphæricę, quoniam lumen ipsius augeatur ſm figuram lunarem: augumentum enim hic cēt notius, figura vero ignotior. ꝙ si res se haberet f contrarium, iam vtiq; accideret demonstratio existētiæ & causæ simul: hoc est, ꝙ monstraretur lumen ipsius augeri ſm figuram lunarem, quoniam est sphæricæ figuræ. Et dixit, ꝙ si non cōsyderemus in hac dispositione prædicationem accidentium de subiectis suis, nō erit apud nos differentia inter propositiones, quæ componuntur ex accidentibus essentialibus, hoc est, quarum prædicata sunt accidentia essentialia, & inter propositiones, quæ cōponuntur ex accidētibus, quæ manifesta sunt per sensum, quòd sunt in toto subiecto, præter consyderationem p̄portionis essentialis inter ipsa & inter subiectum. vt in exemplo, omnis coruus est niger, & omnis nix alba. exempla enim horum accidētium non sunt essentialia, neq; necessaria: quoniam non est impossibile, vt inueniatur coruus aliquis albus. Exemplum huius, si crēuisset quispiam in aliqua regione, in qua nō reperiret niger, neq; puenisset fama de ipso illuc: enuntiaret vtiq; huiuscemodi enuntiationē, ꝙ omnis homo est albus. cum q; inductio non fuerit sufficiens, ꝙ accidens sit necessarium subiecto suo: igitur ex necessitate sequitur, ꝙ non constet accidens, quod sit essentiale subiecto suo in omni tempore, quoties non constet eius causa. cum q; causa ipsius fuerit ipsum quæsitum, hoc est id, quod sit ignotum, sequitur, vt propositiōes signi non sint essentiales. cum q; nō sint essentiales, nō erunt demonstratiuæ. & consimiliter videtur dicendum esse de specie, quæ cōponitur ex causis longinquis. Dicamus autem nos, si verificatio, quę fit de accidente essentiali subiecto, quæ est ex parte causæ appropriatæ ipsi, est verificatio magis perfecta, q̄ verificatio, quæ fit de accidente essentiali, quod inest subiecto ex parte naturæ subiecti, hęc profecto est res necessaria. Quòd si non cōsyderemus accīs eē essentiale subiecto, nisi cū consyderauerimus cām, p quam est in hoc subiecto, hæc quidem est res non uera. sed cōsyderamus vtiq; accīs esse essentiale, propterea ꝙ coniungitur naturæ subiecti. & hoc siue ipsi met subiecto, siue generi suo essentiali: hoc est, ꝙ cōsyderam⁹ vniuersalitatē accītis & sui oppositi generi ipsius subiecti propinquo: hoc est, quod diuidit per hoc accidens, & suum oppositum diuisione prima, quemadmodum supra diximus in descriptione accidētium essentialium. Huius aūt rei est signum: quia in huiuscemodi accidentibus sufficit, vt accipiatur ipsum subiectum, & si non appareat in illis causa ipsius. Et hæc est differentia inter propositiones essentiales & inductiuas: hoc est, cū non cōsyderat intellectus necessitatē acceptionis subiecti ſ definitione accidentiū, sunt propositiones inductiuæ: & nihil prohibet, vt inueniatur aliquando subiectum ipsarum, denudatum ab hoc accidente. Sed quemadmodum diximus, dicendum est, ꝙ huius veritas est infra veritatem, quam assequimur, cū cōsyderamus causam ipsius in hoc subiecto. Et pp hoc demonstrationes signorum sunt magis deficientes in verificatione ipsius existentię, quàm demonstrationes causarum. sed & si sint magis deficientes, q̄ ille: defectus tamen, qui accidit illis, non extrahit eas à genere demonstrationum. Atqui non dicimus, ꝙ nigredo corui sit essentialis coruo, neq; albedo cygni ipsi cygno: propterea quia nigredo non comprehēditur in natura coruj, neq; in genere suo propinquo, quod est animal. si.n. comprehenderetur in genere suo, esset ex accidentibus essentialibus ipsi, & assereret anima, ꝙ omnis coruus absq; dubio sit niger. atqui quod necessarium est in huiuscemodi rebus, est, ꝙ anima non consyderet essentialia in ipsis, vsquequo consyderet causam. Et propterea fuit dictum, ꝙ si creuerit homo ſm viam naturalem in locis albis, ex parte, qua non visus fuerit aliquis niger, neq; fama peruenerit de aliquo, nihil prohibet, vt enuntiet enuntiationem, quæ dicat, ꝙ sit omnis homo albus, & ꝙ non sentiat aliquis hominiger. Et Abē Sena quidem deceptus fuit, eo ꝙ inuenit † manifestum defectum, propter cōsyderationem, quæ est, quòd accidens essentiale inest subiecto propter causam ipsius, & inest etiam ipsi propter vniuersalitatem ipsius in subiecto: & existimauit, quòd vniuersalitas ipsius in subiecto non præstet veritatem: quòd q; non est differentia inter ipsam, & propositiones inductiuas, in quibus inueniuntur omnes species subiecti, absq; eo, ꝙ cōsyderet intellectus proportionem essentialem inter vtraq; ipsa. sed dixit, ꝙ intellectus nno enuntiat, quòd accidens comprehenditur in natura subiecti, nisi vtiq; consyderet, ꝙ ibi est aliquid, quod sit causa vniuersalitatis istius accidentis in hoc subiecto. ꝙ si nondum constet sibi illud, quid sit, quomodo inquiretmus cognitionem ipsius? Cum q; declaratū sit hoc, iam reuertamur ad partem expositionis vbi eramus, cū dixit: Iam vero differt demonstratio, si est res à demonstratione, propter quid est res, primo quidem in eadem scientia. & hoc duobus modis. sensus est, & differt quidē demonstratio, quæ tradit existentiā rei, à demonstratione, quę tradit causam ipsius, duobus modis diuersitatis. quorū vnus est, diuersitas, quæ est inter vtrasq; ipsas in vna scientia: & hæc est diuersitas, quę est ſm naturam. altera vero diuersitas, quæ est inter ipsas, est, cùm vna ipsarum fuerit in scientia vna, & altera in scientia alia: hoc est, vt sit quę exhibet existentiam rei, in scientia vna, & quæ causam, in scientia alia. Atqui diuersitas in vna scia erit, quemadmodum diximus, per vnum duorum modorum. quoniam demonstratio existentiæ est diuisum specierum: quarum vna est, demōstratio, si est res, hoc est, quæ exhibet existentiam tantum: species vero altera constat ex causis longinquis. demonstrationes vero causarum fiūt ex propositionibus, quæ sunt causæ propinquę. Hęc igitur species diuersitatis differre facit demonstrationes causarum à demonstrationibus existentię. & hoc est, ꝙd voluit, cū dixit: duobus modis. Quorū vnus est, ꝙ demonstratio si est res, fit ex propositionibus mediatis. & in hoc non inuenitur causa propinqua.

† Ab. le. cōmōstrationis imperfectionem.

Alib autem, si per immediata quidem, sed non per causam, sed per notius eorum, quæ conuertuntur. nihil enim prohibet eorū, quæ conuersim prędicantur, notius aliquādo esse, quod est nō causa. quare erit per hoc demonstratio. vt quòd planetæ prope, per id, ꝙ non scintillant. Sit in quo C, planetæ: in quo B, non scintillare: in quo A, prope esse. verum itaque B de C dicere: planetæ enim nō scintillant. sed & A de B: quod enim non scintillat prope est. hoc autem acceptum sit per inductionem, aut per sensum. necesse igitur A inesse ipsi C. quare demonstratum fuit, ꝙ planetę prope sunt. Hic igit syll's non ipsius, ppter quid, sed ipsius quòd, est. nō. n. propter nō scintillare, prope sunt, sed ppea quia prope sunt, nō scintillant.

Dixit

Dixit Arist. Modus autem alius est, ꝙ demonstratio si est, fiat ex propositionibus immediatis: præterq̃ quòd media erunt ex causatis, quæ conuertuntur cum suis causis æqualiter, aut per ea, quæ sunt notiora. & hoc, quoniam nihil prohibet, ꝙ demonstratio si est, sit ex causatis notioribus, q̃ suę causę, aut ex causatis, quę conuertuntur cum suis causis æqualiter. quemadmodum demonstratio, ꝙ stellæ errantes sunt propinquæ nobis, quoniã non scintillant. Sit igitur in quo est C, erraticę: & in quo est B, non scintillare: & in quo est A, prope nos. verum est igitur dicere B de C, & hoc, quoniam erraticæ non scintillant: & similiter A de B verum, non scintillãtia enim sunt prope nos. huius autem propositionis veritas apparet per inductionem, aut per sensum. iã igitur monstratum fuit, ꝙ stellæ errantes sunt prope nos. Sed hic syllogism⁹ nõ est propter quid est res. quoniam causa propinquitatis suæ non est, quia non scintillant, sed quia sunt prope nos, non scintillant.



Demſo ipſius ꝙ, p immediata quidē, non tñ p causam, sed per conuertētiã notiꝰ, cãium scilicet.

96 Posteaq̃ docuit differentiam inter vnam ex speciebus demonstrationum existentiæ, & hæc est, quæ componitur ex causis longinquis, & inter demõstrationes causarum: cœpit docere differentiam, quæ est inter speciem secundam demonstrationum existentiæ, & inter demonstrationes causarum: & ipsa est, in qua monstratur prius per posterius eo, hoc est ex accidentibus rei, sibi appropriatis. Et dixit: Modus autē alius est, quòd demonstratio sī est, vsq; ibi: per ea, quæ sunt notiora. sensus est, modus alter, per quem diuersificatur demõstratio causæ ab altera specie ex speciebus demonstrationum existentiæ, est: quoniam hæc species demonstrationis, hoc est demonstratio existentiæ, etsi communicet cũ demonstratione causę in eo, ꝙ habet propositiones immediatas, differt tñ ab illa, eo ꝙ medium in ipsa erit causatum, non causa. & hæc consimiliter etiam erit ex causatis appropriatis, hoc est, quę conuertuntur per prædicationem cũ suis causis. & hoc qñ fuerunt ista causata notiora apud nos, q̃ causæ. Atqui posuit conditionem i causato, vt sit appropriatum causę: quoniam, qñ esset vniuersale, nõ sequeretur ex eo, ꝙ ipsum esset, ꝙ antecedens esset. Et hoc, quoniam consequentia in hac mensura ex antecedente & consequente, & causa & causato inuenitur ſm tres species. Aut ꝙ sequantur ex se inuicem consequentia æquali. & hoc, cùm fuerit causatum notius apud nos, q̃ causa, per illud componitur existentia tantum. deinde possibile est, vt accipiat causa, & monstretur per ipsam demonstratione causæ existentia causati de subiecto: et sit ibi demõstratio cauſę tantum, quemadmodum declarabit Arist. postea. ꝙ

Quot ḡbuſq; modis ex conſequutia cãæ cũ cãto fiant demonſtrationes.

si fuerit causa notior causato, tunc adduceretur in hac specie demonstratio simpliciter tãtum. Species autem secunda consequentiæ est, vt sequatur posterius ex priori, hoc est causatum ex causa, & non conuertatur res. & in hac specie non adducitur, nisi demõstratio simpliciter tantum: & hoc, cũ fuerit causa notior. ꝙ si non fuerit notior, non adducetur ibi demonstratio penitus, etsi esset causatũ notius apud nos, quia non sequitur ex eo, ꝙ vniuersale sit, ꝙ appropriatũ sit, in rebus se cõsequẽtibus: quemadmodum diximus in aliis locis ab hoc. Atqui species tertia est contraria huius, hoc est, vt posterius sequatur ex posteriori, hoc est ex causa causatum, & nõ conuertatur. & in hoc vtiq; accidet demonstratio signi tantum. Et posteaq̃ dixit, ꝙ id, per quod distinguitur hæc species signi à demonstratione causæ, est, vt medium in ipsa sit ex causatis, quæ conuertuntur cum suis causis æqualiter, cũ acciderit, ꝙ causata, quæ sunt cum hac dispositione, sint notiora q̃ causæ, dixit: & hoc: qñ nihil prohibet, ꝙ demonstratio si est, sit ex causatis notioribus, q̃ suæ causæ, aut ex causatis, quæ conuertuntur cum suis causis æqualiter. hoc est, quoniã nihil prohibet, ꝙ demonstratio tradens existentiam rei, sit, cùm acciderit, q̃ causatũ conuertatur cum causa æqualiter: hoc est, ꝙ cũ ponatur esse, sequatur causam suã, eã: & cũ hoc, causatum sit notius apud nos, q̃ causa ipsius. Deinde adduxit exemplum huius ex materijs, & dixit: quẽadmodum demonstratio, ꝙ stellæ errantes sunt propinquæ nobis, quoniam non scintillant. sensus est, quemadmodum qui monstrat, ꝙ stellæ errantes sunt proximiores nobis, q̃ fixæ: quoniam videmus earũ radium non moueri, cũ eas inspicimus: quemadmodum cũ mouentur radij stellarum fixarum. & hoc est, quod voluit per scintillationem. & hoc, quoniam causa motus radij rei est visus debilitas, & distantia eius, quod videt. sed posteaq̃ accidit hoc omni homini in fixis non errantibus, notum est, ꝙ causa in hoc est propinquitas errantium. Et componitur demonstratio signi sic, errantes stellæ non mouent radios apud inspicientes ipsas: & quod non mouet radios, est propinquum nobis: concluditur igitur, ꝙ stellæ errantes sunt nobis propinquę. Et dixit: huius autem propositiõis veritas apparet per inductionem, aut per sensum. sensus est, ꝙ omne illud, cuius nõ mouetur radius, cũ ipsum inspicitur, est nobis propinquum. Planum autē, ꝙ hoc est exemplum causæ & causati conuertibilium, quemadmodum dixit. Et cũ dixit: Sed hic syllogismus non est ꝓpter quid est res: quoniam causa propinquitatis suæ non est, quia non scintillant. sensus est, & hic syllogismus nõ est demonstratio causæ. quoniam medius terminus in ipso acceptus non est causa maioris extremitatis: sed res se habet in contrarium, ꝙ maior extremitas est causa medij. & hoc, quoniam scintillatio & motus, qui assumitur medius terminus, non est causa propinquitatis stellarum: sed res se habet in contrarium, hoc est, ꝙ propinquitas stellarum est causa, ꝙ non scintillant.

Euenit autem & per alterum monstrari alterum: & erit ipsius propter quid demonstratio. Vt sit c, planetæ: in quo B, prope esse: A, nõ scintillare. iest itaq; & B ipsi C: † quare & ipsi C A: & A ipsi B, non scintillare. & erit syllogismus ipsius propter quid: accepta enim est prima causa.

† al. le. & A ipsi B, non scintillare: quare & ipsi C A.

Dixit Arist. Iam ꝙ fieri potest, ut ponamus medium terminũ prædicatum, & habeamus demonstrationem propter quid, & prædicatum medium. Quemadmodũ si poneremus in quo C, errantes: & in quo B, prope nos: & in quo

in quo A, non scintillare. igitur B inest ipsi C: et A inest ipsi B: ergo A inest ipsi C. & erit hæc demõstratio propter quid, eo ꝙ medium in ipsa est causa propinqua.



Demſo ipſ⁹ ꝓp quid, quia per primã cauſam.

97 Cùm in hac vna ex speciebus demonstrationum signi, cùm monstratum fuerit per eam, causam inesse subiecto, quoniam causatum inest huic subiecto, postibile est, vt accipiatur causa, & ponat medius terminus, et monstretur per ipsam causa, ꝓp quã inest cãtum ipsi subiecto: & erit hæc demonstratio causæ tantum: qm̃ ex conditionibus demonstrationis causæ tantum est, vt in ipsa sit nota existentia tantum, aut per sensum, aut per signum: cœpit docere, quomodo accidet hæc species demonstrationis in demonstratione signi hoc eodẽ exemplo: & ait: Iam vero fieri potest, vt ponamus medium terminum: hoc est, qui acceptus fuit medius in signo, prædicatum in quæsito, & hoc est ipsum causatũ. & prædicatum in quæsito signi sit medium in syllogismo, quod est ipsa causa. & hoc posteaq̃ mõstrauerit per signum, & tradiderit causam existentiæ causati, cuius existentia tradita fuit per signum. & tunc erit huiusmodi demonstratio, demonstratio propter qd, hoc est, quæ tradit causam tantum. Atqui accidunt istæ duæ species demõstrationum in rebus, in quibus ignoratur inexistentia ipsius causæ alicui rei alicuius causati, quæ est in hac ipsa re ab illa causa: & sit causatum illius causæ notæ existentiæ per se in illa re, & sit notum illã causam inesse illi causato: & incipiet primo monstrare ipsam causam inesse illi rei, per medium, quo causatum ipsi inest: deinde mõstrabit causam, quia istud causatum inest illi rei per illam eandem causam. & hoc plurimum accidit in scientijs Naturalibus.

Rursus quemadmodum lunã monstrant, ꝙ sphærica, per augumenta. si enim quod ita augetur est sphæricum: augetur autem luna: planũ, ꝙ sphærica. sic igit ipsius quòd factus fuit syllogismus. E cõuerso autem posito medio ipsius propter quid, nõ enim propter augumenta est sphærica: sed quia est sphærica, accipit augumenta talia. Luna, in quo C: sphærica, in quo B: augumentum, in quo A. In quibus autem media non cõuertuntur, & est notius, quod non est causa, ipsum quidem quòd monstratur, ipsum autem propter quid non.

Dixit Arist. Cõsimiliter etiam si construerent, ꝙ luna est sphærica, per augumenta sua. & hoc, quoniam quod suscipit augumentum per hanc speciem susceptionis, ipsum est sphęricum: luna autem suscipit hoc augumẽtum: planum igitur, ꝙ luna est sphærica. & secundum hanc speciem erit syllogismus si est.

Cùm vero positum fuerit medium è contrario, hic erit syllogismus propter quid. & hoc, qm̃ ipsa non est sphærica p causam augmentationis suæ hac specie augmentationis, sed qa ipsa est sphærica, suscipit huiusmodi augmentationes. Sit luna, in quo C: sphæricum, in quo B: augumẽta, in quo A. Atqui demonstratiões, quarum media sunt causata, & sunt notiora, & non conuertuntur æqualiter, ipsæ sunt demõstrationes si est res, sed ꝓp quid non.



Syllſ ipſius ꝙ, vt & ſuperior.

Syllſ ipſius ꝓp quid, & p cãm, vt & ſuperior.

Hoc est exemplum specierum signorum, in quibus accidunt ambæ species simul, hoc est demonstratio signi & demonstratio causæ. & hoc, cũ fuerit posterius notius apud nos, q̃ prius, & prius conuertatur cum ipso: hoc est, ꝙ sit ipsi appropriatum. Et dixit: Consimiliter etiam si construerent, ꝙ luna est sphærica, per augumẽta sua. sensus est, exemplum vero consimiliter etiã eius, in quo ostenditur per demonstrationem prius per posterius, est exemplum vsitatum apud Astrologos, quo monstrant figuram lunæ sphęricam esse: quoniam augumentum luminis ipsi appropriatum fit per figuram lunarem. Et dixit: & hoc, quoniam quod suscipit augumentum per hanc speciem susceptionis, ipsum est sphæricum: luna autem suscipit hoc augumẽtum: planum igitur, ꝙ luna est sphærica. sensus est, & componitur demonstratio hæc, in eo ꝙ luna est suscipiens augumentum cum hac dispositione: igitur est sphærica: & concluditur in prima figura, ꝙ luna est sphęricę figurę. Et dixit: Cũ vero positum fuerit medium è contrario eius, quod positum fuit in cõplicatione prima: hoc est, ꝙ ponatur medius in hac complicatione terminus maior, et maior ponat medius, hoc est ipsum prius: tũc erit demonstratio exhibens causam rei tãtum. Exemplum huius: luna est sphæricæ figurę: & quod est sphæricæ figurę, augetur lumen suum cum hac dispositione augmentationis: & erimus constituti super causa, propter quam fit augumentum ipsius cum hac dispositione: ac si diceret, causa augumenti sui cũ hac dispositione est, quoniam est sphærica, non autem augumentum ipsius est causa, vt sit sphærica. Atqui accepit loco terminorum literas, vt monstraret vniuersalitatem sermonis in hoc, & ꝙ id, quod videtur ex hoc, non accidit propter hanc materiam, in qua posuit exemplum, sed accidit propter formam istiꝰ speciei demõstrationis. Et dixit: Atqui

98

demõstrationes,

demonstrationes, quarum media sunt causata, & sunt notiora, & non conuertuntur æqualiter, sunt demõstrationes si est res, sed propter quid non, sensus est, atqui species demõstrationis signi, in qua medium est causatum à maiore, quoniam ipse est notior maiore: & non conuertitur cum ipso maior, quoniam est vniuersalior ipso: in hac materia non procederet nisi demonstratio signi tantum, non autem demonstratio signi & causæ: quemadmodum procedebat in priori materia. causa autem in hoc est, qm̃ maior extremitas prior est uniuersalior medio: & non sequitur ex eo q ipsa sit, q medius sit.

Amplius in quibus medium extra ponitur. etenim in his ipsius quòd, & nõ ipsius ꝓpter quid est demonstratio. non enim dicitur causa. Vt propter quid non respirat paries: quoniam non animal. si enim hoc non respirandi causa est, oporteret animal esse causam respirandi. vt si negatio causa est ipsius non esse, affirmatio causa est ipsius esse. quemadmodum si hoc, quod est incommensurabilis esse calida & frigida, eius, quod est non sanum esse, hoc, quod est commẽsurabilia esse, eius, quod est sanum esse. consimiliter autem & si affirmatio ipsius esse, negatio ipsius non esse. In ijs autem, quæ sic assignata sunt, non contingit, quod dictum est. non enim omne respirat animal. Syllogismus autem fit talis causæ in media figura. vt sit A, animal: in quo B, respirare: in quo C, paries. A igitur ineſt omni B, omne enim respirans est animal: ipsi autem C nulli: quare neq; B G nulli, nõ itaq; respirat paries.

Assimilant autem tales causæ ijs, quæ secundum excessum dicuntur. hoc autem est plus distãs dicere medium. vt illud Anacharsidis, q in Scythis non sunt tibicines: neq; enim vites. Secundum quidem igitur eandem scientiam, & ſm mediorum positionem istæ differentiæ sunt eius, qui est ipsius quòd, ad eum, q est ipsius propter quid, syllogismum.

Dixit Aristoteles. Et etiam demonstrationes, in quibus ponitur medium exiens ab vtrisque extremitatibus, sunt demonstrationes si est; non autem propter quid: quoniam non adducunt causam ipsam. Quemadmodum sermo dicentis, propter quid non respirat paries: & respondetur, quoniam nõ est animal. atqui si esset causa, quare nõ respirat, qm̃ non est animal: causa respirationis esset, quoniam est animal. sed res non est ita: quoniam multa sunt animalia, quæ non respirant aerem: & in summa, cùm ipsa causa fuerit causa propinqua, q non sit res. quemadmodum quòd inæqualitas calidi & frigidi sit causa, q non sit aliquid sanũ: igitur æqualitas erit causa propinqua, q aliquid sit sanum. & ſm hanc similitudinem, si fuerit affirmatio causa, vt res sit: igitur negatio erit causa, vt non sit. sed res, quæ perficiuntur hoc modo, non habent vias ordinatas. quoniam non propterea q est animal, respirat. Syllogismus autẽ, qui fit per huiuscemodi causam longinquam, fit in secunda figura. quemadmodum si aliquis poneret in quo A animal: in quo B, non respirans; & in quo, C paries. igitur A ineſt omni B, animal. n. est, in eo q respirat: & A non ineſt alicui C: igitur B non ineſt alicui C, ergo paries non respirat. Iã vero sequitur, vt sint huiuscemodi causæ ſm modũ profunditatis in monstratione: hoc est vt pueniat in mediis multa elongatio. quemadmodum dixit Anacharsis, q Scythæ non habẽt Musicam. & causa in hoc est, quia apud ipsos† non sunt diuersoria. Hoc igitur est compendium diuersitatis, quę est inter syllogismum si est, et inter syllogismum propter quid in vna scientia, & in mediis ipsorum:

† al. l. nõ est liberalitas.



Syllo ipsius q, p medius extra posi tũ, & cãm remotam, in secũda figura.

Existimatur de hac specie signi, q sit species secũda ex speciebus demonstrationis signi, quas declarauit à pricipio ipsius tractatus. & hoc, quoniam ipse narrauit, q illius sunt duę species: species concludens prius p posterius, & hæc est ex vtrisq; q magis attinet ad demonstrationem existentię: species autem secunda concludit posterius per prius, quemadmodum se habet res in demonstratione simpliciter. præterq; q differunt inter se: quoniam prius in demonstratione simpliciter est causa propinqua appropriata, hic autem est causa longinqua, hoc est mediata, & hæc aut appropriata, aut vniuersalis. et ſm hanc apparentiam sequitur, vt ex ista demonstratione existentiæ aliqua sit affirmatiua, & aliqua sit negatiua. Quòd si ita est, cur dixit Aris, q hęc species est in secunda figura, et hoc est, quod uoluit, cũ dixit: in qbus ponit mediũ exies ab vtrisq; extremitatibus; hoc est ꝑdicatum de vtrisq; simul. Nos itaq; sumpsimus id uũ. aut vt respõdeamus, q negatio, quę accidit in hac figura, hoc est in secunda, est vna ex speciebus demonstrationis existentiæ, in qua terminus medius est causa longinqua: hoc est, vt asseramus, q demonstratio existentiæ, in qua medius terminus est causa longinqua, dicat esse duarum specierum, quarum vna est in prima figura, altera in secunda, aut vt asseramus, q apparet hanc speciem demonstrationis fieri vnique in hac figura, hoc est in secũda, & q nõ fiat ex ipsa affirmatiua penitus, propterea q sit in figura secunda. Cumq; hoc ita sit, cur dixit etiam de hac, quòd fiat in secunda figura? & quid est, quod prohibeat, quin fiat in prima figura, cũ in ipsa sit, quæ concludat vniuersale negatiuum? et hoc totum est, de quo oportet inquirere hoc in loco. Dicamus igitur, q videtur appropriauisse hoc negotium secundæ figuræ, non autem primæ: quoniam causa negationis essentialis alicuius prædicati est separatio causæ essentialis huius prædicati ab hac re, à qua negatur hoc prædicatum, cumq; hoc ita sit, fieri nõ potest, quin negetur causa à subiecto, à quo voluerit negari prædicatum, si desyderauerimus affere causam essentialem, & erit propositio

Dubõnũ solutio, cur dixit ſmo q cãm longinquam fiat tantũmõdo negatiua: & in secũda figura.

propositio minor negatiua absq; dubio. & hoc nõ erit, nisi in secunda figura. Vt in exemplo, si mõstraremus, q paries non respirat, quoniam est inanimatus, erit hoc in prima figura, sed inanimalitas non est causa, vt prohibeatur respiratio ab ipso per se. & hoc, quoniam si esset ipsi causa per se, vt prohiberetur respiratio ab ipso, esset remotio animalitatis ab ipso causa illi per accidens, hoc est respectu remotionis respirationis. et hoc, qm̃ per exi stentiam rei enuntiatur existentia substantiæ vnius: & si per enuntiationem existentiæ ipsius remouetur substantia alia, id est per accidens. ideoq;, si enuntiatur per se remoueri prædicatum aliquod à re vna: igitur res, de cuius existentia enuntiatur existentia istius prædicati, remouetur à re, à qua remouetur hoc prædicatum.

Ad qõnem autem secũdam, an scilicet hęc species demonstrationis signi fiat per syllogismos, qui fiunt per negationem tantũ, an vero fiat per ea, quæ concludunt affirmatiue, videtur, q essentia ipsius ingrediatur syllogismos, qui concludunt negationes: hoc est in secunda figura, vt diximus. q si ingrediatur syllogismos, q concludunt affirmationes in prima, hoc est per accidens.

Causa autem in hoc est: qm̃ causæ longinquæ nõ cõcludunt existentiã prædicati quę sciti primo & per se de subiecto, nisi cum acciderit ipsi, q sit æquale subiecto quę sciti. qm̃, cùm est vniuersalius prædicato quæsiti essentialis, non est primo. qm̃ conditio prædicati quæsiti est, vt sit æquale subiecto quæsito: quemadmodum antea declaratum fuit. & consistit etiam, vt plurimum est vniuersalius prædicato quæsiti. cumq; est vniuersalius ipso, nõ coaptatur ei prædicato maioris extremitatis, quæ est quæsitum prædicationis affirmatiuę. Et cõsimiliter, si confiteatur, q ex prędicatis quęsitorũ aliquod est vniuersalius subiecto, fieri non potest, vt mostrentur huiuscemodi prædicata de subiectis per causam longinquã, sed per causam, quæ est æqualis prædicato quęsito, & appropriata. & hoc vtiq; inuenitur in quibusdam causis longinquis. Atqui cũ monstratur res negata per causam, quantũcunq; fuerit longinqua, accipiemus ad existẽtiam rei ſtius negatę veritatem prędicationis ipsius de prędicato in quæsito, cuius negationem à subiecto intendimus. igitur, cùm negauerimus negationẽ istã à subiecto, sequię ex necessitate negatio ꝑdicati ab ipsa. Vt in exemplo, si accipiamus causam respirationis longinquam, quæ sit exempli gratia aſal, cuius prędicatio verificatur de respirante: cũ igitur acceperimus ipsum negari ab aliquo, ac si diceres à pariete: concludet in secunda figura, q paries non respirat, ita. paries non est aſal: & oẽ respirans est aſal: concludit̃ itaq; ex hoc, q paries non respirat. Quòd si acciperes ipsum per viã affirmationis, non posset concludi ex ipso, q aliqua ex speciebus aſalis respirat. quemadmodum si diceremus, delphinus est aſal, igitur respirat: qm̃ non oẽ aſal respirat. Et propterea oportet, vt sit hęc species demõstrationis existentiæ composita in secunda figura: hoc est, in qua medium in maiore est causa longinqua: & erit absque dubio ex genere negationis, & ex negatiuo in secunda.

Nos vero inuenimus Themistiũ posuisse demonstrationes, quę exhibẽt exẽtiam triũ spẽrum. spẽm quę cõcludit prius per posteris per cãm per accidens, † quæ admittit substantiam. spem vero secundam, per quam concluditur res per cãm ipsius longinquã: & hęc est, de qua supra meminimus. tertiã vero, quæ monstrat poste rius per posterius. quemadmodum qui mõstrat, q ęgri huius vrina est inconcocta, qm̃ pulsus ipsius est diuersus: & hoc, qm̃ diuersitas pulsus, & concoctionis vrinæ ablatio, ambo sunt res causatæ à febre putredinis, & ea posteriores ęqualiter. huiuscemodi enim syllogismi nõ sunt demonstrationes, nisi per accidens: quoniam non est in ipsis ex termino maiore, & medio proportio ex proportionibus essentialibus: hoc est, in qua inuenitur prędicatum in definitione subiecti, aut subiectum in definitione prędicati. & propterea dimisit ipsam Arist.

† Ab. le. qđ est substãtiæ oppositum. Iacob. le. quæ opponitur causæ ꝓ se. unde The. cap. 28. 29.

Abunazarem vero inuenimus errasse hoc in loco. & hoc, qm̃ ipse dixit, q demonstrationes exĩtiæ sunt duarum spẽrum. quẽadmodum dixit Arist. & cœpit mentionem facere de specie priore, quę ipsi contigit, in qua cõcluditur prius per posterius. & posteaq; narrauit speciem secũdã, dixit sermonẽ, cuius hęc est series: Species vero secunda demonstrationũ, quę exibent existentiã tantum, est ea, per quã cognoscitur posterius per posterius: & hoc, quando sunt duę res consequentes rem aliã ab ipsis, & sit ordo vtriusq; ipsarum, quo ad posteritatem ad hanc rem, ordo vnus: & sit proportio vtriusq; ipsarum super altera ea proportio, de qua mentionem feci: & monstretur existentia vnius duarum posteriorum in subiecto, cùm accipiẽ terminus medius illa altares. Deinde dixit: exemplum huius, q terra non mouetur, qm̃ non habet locum, ad quẽ moueat: & paries nõ respirat, qm̃ non est aſal. exẽpla vero harũ demonstrationum sunt, quemadmodum illę Arist. quas posuit in illa specie, in qua dixit, q terminus medius ſ ipsa est causa longinqua. Sed in hoc sermone sunt quędam dubia. Vnum ipsorum: quia qm̃ dicit, q ea cognoscitur posterius per posterius, sequitur, vt medius terminus & maior in hac specie demõstrationis sint causata à subiecto: causa autem longinqua est causa subiecti, aut prędicati: igitur non oportet, vt ipse exẽplificet per exẽpla Arist. in hac re, cuius conditio est, vt vtręq; res sint posteriores subiecto: causa. n. longinqua non est posterior subiecto: ac si dixisset, q ipsa & posterius sint in vno ordine, quẽadmodum dixit. Cũ vero dixit: & sit ordo vtriusq; ipsarum, quo ad posterioritatẽ ad hanc rem, ordo vnus: & dixit etiam, & erit proportio vtriusq; ipsarum super altera, ea proportio, de qua mentionem feci: hic sermo est deficiens. & hoc, quoniam duo, inter quę est proportio vna, vnum ipsorum est prius altero. cumq; vnum ipsorum sit prius altero, et ipsa sint in subiecto vno: quo igitur dixit, q ordo ipsorũ ꝓ posterius subiecto est ordo vnus? Neq; põt aliquis dicere, q res, quę negantur à re, sunt in hac dispõne: quemadmodũ aſal & respirans super in ordine vno posterioritatis ad parietem, qm̃ aſalitas est prior q̃ respirans: igitur negatio aſalitatis à pariete est causa negationis respirationis ab ipso. cumq; res ita fit, non erit ordo vtrorũq; ipsorum per negationem ordo vnus. et hoc, quoniam dispositio negationis in rebus est, sicut ordo in existentia. Sermo igitur iste est dubitatione & errore perplexus, vt vides. & causa in hoc est deuiatio ipsius à doctrina Aristotelis in hac re.

Redeamus igitur ad expõnem sermonis sui. Cũ ergo dixit: et etiã demonstrationes, in quibus ponitur mediũ exiens ab vtrisq; extremitatibus, sunt demõstrationes si est, non autẽ propter quid: qm̃ non adducunt causam ipsam. sensus est, & consistit etiam demonstrationes, in quibus ponit terminus medius à parte prædicati super vtrisq; extremitatibus, & ipse est causa longinqua, hæ sunt demonstrationes, si est res, non autẽ propter quid. qm̃ nõ ponit in eis medius terminus causa propinqua. sensus est, & consistit etiam demonstrationes, in quibus ponitur terminus medius prædicatũ exiens ab vtrisq; extremitatibus, & ipse est causa longinqua, istæ demonstrationes sunt demonstrationes exhibentes existentiã rei, non cãm existentiæ ipsius: qm̃ nõ ponitur terminus medius in ipsis causa propinqua. Deinde adduxit exẽplum huius, & dixit: quemadmodum sermo dicentis, quare non respirat paries? & respondet, qm̃ non est animal. & cõponit syllogismus in secũda figura hũc in modum. paries non est aſal: & oẽ respirans est animal: concludit per duas conuersiones, q paries nõ est respirans,

Et posteaq̃ mẽtionẽ fecit, ꝙ hęc est causa lõginqua, cœpit exponere hoc, & dixit: atqui si esset causa, quare nõ respirat, qm̃ nõ est aial: causa respirationis esset, qm̃ est aial. sed res nõ est ita: qm̃ multa sunt aialia, q̃ nõ respirãt aerẽ. sensus est, et hoc, qm̃ causa ista, quã exhibet respõdens in hac rñsione, nõ est causa ꝓpinqua respirationis ꝙ se, respectu negationis respirationis á pariete. & hoc, qm̃ si esset causa ꝓpinqua, vt negaret respiratio à pariete, esset causa consequẽs existentiã respirationis in aiali, quod si ita esset, igitur oẽ aial respiraret. sed non est res ita: reperiunt. n. aialia multa, q̃ non respirant: quẽadmodum aialia non hñtia sanguinem. Quòd si adduxisset in hoc cãm propinquam, dixisset ꝙ paries nõ respirat, qm̃ nõ habet pulmonẽ. & hoc, qm̃ pulmo est causa propinqua respirationis, & ꝓpterea verificat, ꝙ oẽ habẽs pulmonẽ respirat. Et posteaq̃ mentionẽ fecit, ꝙ hoc, & similia non hñt negationem propter cãm propinquã acceptã in termino medio, & exposuit cãm in hoc, cœpit docere in vniuersali cãm propinquã, quæ accipit in negatione, quæcũq; negatio extiterit, & dixit: & i summa cũ fuerit, vsq; ad id, quod dixit, ꝙ aliqd sit sanũ. sensus est, & in summa, cũ fuerit priuatio causę ꝓpinquæ, causa, ꝙ res non sit: quemadmodum priuatio æqualitatis calidi & frigidi in corpore hoĩs est causa, ꝙ non sit res sana. Deinde dixit: & ſm hanc similitudinem, si fuerit affirmatio causa, vt res sit: igit negatio erit causa, vt non sit. sensus est, & in summa notum est per se, cũ existentia rei de re fuerit causa, ꝙ aliquid sibi insit: igit negatio illius rei erit causa, vt res negeť ab ipsa. Et dixit: sed res, quæ perficiuntur hoc modo, non habẽt vias ordinatas: qm̃ non propterea ꝙ est aial, respirat. sensus est, atqui res, per quas perficiunt causę eo modo, quo perficit animalitas cãm priuationis respirationis à pariete, ꝓfecto non reperitur in ipsis ordo iste ordinatus, hoc est via, ꝙ quam describimus cãm propinquam. & hoc, qm̃ respirans non respirat ex parte qua est aial. iam vero diximus, ꝙ via in negatione negationis propinquæ est, ꝙ sit hæc res ſm rem causa, vt hæc res negata sit. Cũ vero dixit: Syllogismus autem, qui fit per hutuscemodi cãm longinquam, fit in secunda figura: iam diximus causam in ipso. Quod vero exemplificauit in literis & materiebus, est res per se nota. Cũ vero dixit: Iam vero sequit, vt sint hutuscemodi causæ ſm modum profunditatis in monstratione: hoc est, vt puentat in medĩs multa elongatio: hoc est, ꝙ in hutuscemodi demõstrationibus construaſ profunditas. et hoc, qm̃ cùm monstratum fuerit, ꝙ paries non est aial, de eo magis vtiq; oportebat monstrari, ꝙ non est respirans: hoc est, igitur magis longinquum est, vt sit respirans, q̃ si monstremus, ꝙ non est respirans, eo ꝙ non habet pulmonem. & hoc, qm̃ quod nõ est aial, est magis longinquũ á respiratione, q̃ quod non est habens pulmonem ab aialitate. Et exẽplum de Anacharsidę, ꝙ loca Scytharũ non hñt Musicam, qm̃ non sunt apud ipsos diuersoria, quod est vt causa longinqua, adduxit ipsum per modũ profunditatis. atqui voluit, si non sunt apud ipsos diuersoria, ꝙ nõ est apud ipsos risus: et si non est apud ipsos risus, non est apud ipsos lætitia: cumq; non est apud ipsos lætitia, non exercent musicam vt plurimum. Et posteaq̃ mentionem fecit de speciebus demonstrationum existentiæ, & differentĩs, quæ sunt inter ipsas, & inter demonstrationes causarum, quæ sunt dñę existentes in scia vna: mentionem fecit de hoc per modum epilogi, & dixit: Hoc igit est compendium diuersitatis, quæ est inter syllſm si est, & inter syllogismũ propter quid est in vna scientia, & in medĩs ipsorum. sensus est, igitur hoc est compendiũ eius, quo differt demonstratio exhibẽs si est res, hoc est existentiam ipsius tantum, & demonstratio exhibens propter quid est res, hoc est causam ipsius. Cùm vero dixit: & in medĩs ipsorum intelligit diuersitatem, quæ est inter ipsas propter diuersitatem terminorũ mediorũ in ipsis. nam diuersitas, quę est inter has duas demõstrationes in scia vna, ipsa vtiq; est diuersitas in substantia ipsarum. & diuersitas in substantia & natura ipsarum est ꝓpter diuersitatem naturæ terminorũ mediorũ in ipsis.

Alio aũt modo differt ipsum propter qd ab ipso quòd, eo ꝙ per aliã sciam vtrũq; speculatur. talia autem sunt, quæcunq; sic se habent inuicem, vt sit alterũ sub altero: vt perspectiua ad Geometriã, & mechanica ad Stereometriam, & harmonica ad Arithmeticã, & apparentia ad Astrologicam. Ferè autem vniuocæ sunt nonnullæ istarum scientiarũ, vt Astrologia, & quæ Mathematica, & quæ Nautica, atq; Harmonica, & quæ mathematica, & quæ secundum auditum.

Dixit Aristo. Atqui diuersitas, quę est inter ipsas in duabus scientĩs diuersis, erit per modum alium à primo modo: & est, vt vna duarum scięt̃iarum speculetur an res sit, scia vero alia speculetur propter qd res est. exẽpla vero istarum scientiarum sunt oẽs scientiæ, quarũ forma est forma, quam declarabo: hoc est, vt vna duarum scientiarum sit sub altera: quẽadmodum scięt̃ia perspectiuorum sub scientia Geometrię, & scięt̃ia machinarum respectu scientię Solidorum, & scientia harmonicorum respectu scientiæ Numeri, & apparentia respectu scientiæ Stellarum. Atqui scientiæ istę quasi sunt consentientes in nominibus suis: quemadmodum scientia Stellarũ doctrinalis, & ea quã pertractat ars nauiũ: & quẽadmodum scientia Musica speculatiua respectu eius, quæ est per chordas.

Demonstratio existentiæ & causæ diuersificatur á demonstratione existẽtiæ tm̃, in relatione ad quęsitum vnum, aut in relatione ad duo quęsita. & vtraq; harum duarum, aut erit in vna arte, aut i duabus artibus. Cũq; erit i relatione ad quæsita multa, aut erit super subiecto vno, aut super diuersis subiectis, cũq; fuerit sup quæsito vno, nihil prohibet, quin aut opitulentur sibi inuicẽ, aut non opitulentur, sed vnaquæq; ipsarũ sit per se manifesta. Quæq; ex ipsis fuerint in vna arte, siue fuerint super duobus quæsitis, siue super quæsito vno, diuersitas inter ipsas erit diuersitas, quæ prædicta est: quæ est diuersitas, quam iudicat natura demõstrationum, hoc est diuersitas, quæ est propter diuersitatẽ naturæ terminorũ mediorũ in ipsis. Atqui quę est in duabus artibus, si erit super duobus quæsitis, erit diuersitas, quæ est inter ipsas in arte vna, hoc est propter diuersitatem terminorũ mediorũ. Quòd si fuerint super quæsito vno, & in duabus artibus, erit consimiliter etiam duobus modis. quorum vnus est, vt monstret vtraq; ipsarum hoc quęsitum per dispositionem ipsius. & hoc ſm duos modos diuersos. quemadmodum si monstraret Astrologus, ꝙ Luna est sphęrica, eo ꝙ lumẽ suum augeť ſm figuram lunarem: tradit autẽ Naturalis cãm sphęricitatis suæ, qm̃ est corpus, neq; graue, neq; leue. Modus aũt secundus est, vt auxilientˊ sibi inuicem duæ artes super quæsito vno: & monstret vna ipsarum existentiam ipsius, secũda vero tradat

*2. l. instrumenta.

a 2.l. textu: tradat causam existentiæ. Et hoc est, cuius monstrationẽ intendit in hoc cãpitulo: reliquæ nanq; partes monstrarę sunt in capitulo alio. hoc elt dña inter has duas in scia vna, siue fuerit quæsitum appropriatum, siue separatum aut in duabus scientĩs, cũ fuerit quæsitũ appropriatum, aut separatũ ſm modum alium, de quo memi nimus, atqui tacuit hoc Arist. qm̃ differentia diuersitatis ipsarum in scia vna est eadem cum dña diuersitatis ipsarum, cũ fuerit quæsitum in duabus scientĩs, aut appropriatum quæsitum in duabus scientĩs, non ꝓ modũ adminiculi, sed ſm ꝙ vnaquęq; spẽrum demonstrationis sufficiens est ſm se sibi, quantum ad eam attinet de hoc quæsito. Et dixit: Atqui diuersitas, quæ est inter ipsas in duabus scientĩs diuersis, erit per modũ alium à primo modo. sensus est: atqui diuersitas, quæ est inter ipsas in duabus scientĩs diuersis sibi auxiliantibus: hoc est, quarũ mutuum adminiculũ est super quæsito vno: & monstrat vna ipsarũ existentiam ipsius, altera vero causam ipsius, est diuersa ab earum adminiculo in scia vna. & hoc, qm̃ ipsæ, cũ auxiliantur sibi super quæsitis pluribus de re vna, diuersificantur, eo ꝙ terminus maior in vna ipsarũ erit terminus medius in altera, & medius erit maior. & hoc pacto diuersificãtur consiſt etiã, cũ auxiliantur sibi in scia vna in quæsito, cùm exhibeat vna ipsarum causam rei longinquam, & alia exhibeat propinquam, & perficiatur scięt̃ia per causas istius rei. Atqui, cũ adminiculanť in duabus scientĩs sup re vna, quarum alia exhibet existentiã rei in scięt̃ia vna, & alia causam ipsius, tunc diuersitas ipsarum erit: quia vna ex duabus ipsarum in hoc quæsito exhibebit existentiam tãtum, siue per signum, siue fuerit ex cognitis per se in illa arte, siue fuerit per modum experimẽti, & hoc siue fuerit per instrumenta, siue fuerit sine instrumentis: & exhibebit altera cãm ipsius, ſm ꝙ est conclusio demonstrationis in scientia superiore, & in altera terminus medius. & hoc vtiq; accidet in scięt̃ijs, quarum subiectum alicuius est forma alterius subiecti: hoc est, vt procedat subiectum scię superioris ad subiectum scię inferioris ꝓ modum formæ vniuersalis ad formam appropriatã. & hoc est, ac si diceret: quæ sunt sub se inuicẽ. & hæ sunt, quæ subiecta diuersificantur ꝓ additamentum & dẽfectum: quemadmodum scia Perspectiuorũ cum scientia Geometriæ. qm̃ scientia Perspectiuorũ est sub scientia Geometriæ: qm̃ Geometria consyderat de linea, ꝓ modum defectus, hoc est, in eo ꝙ est linea: sed Perspectiuorum scia consyderat per modum additamenti, hoc est, in eo ꝙ est linea radialis. Et propterea accipit Perspectiuus multas ex conclusionibus Geometriæ, quarum aliquę sunt medĩ terminę in demonstrationibus causarum, quæ sunt apud ipsum. atqui hoc ita est, qm̃ cùm scia superior se habeat per modũ formæ respectu scientię inferioris, quod in illa monstrať esse, erit causa illius, quod monstrať esse in scia inferiori. & ex hoc, quemadmodũ dixit, estˊ scia harmonicorũ cum scięt̃ia Numeri: hoc est, qm̃ scia harmonicorum ponit sub scia Numeri. & consiſt scientia machinarum sub scia Solidorum, hoc est scientia ponderum: qm̃ scientia ponderum speculať vtiq; de corporibus, ſm ꝙ habent pondus & motum. Cũ vero dixit: & apparentia respectu scię Stellarũ. sensus est, & quemadmodum consiſt etiam artes, quæ experimento constant, respectu artium speculatiuarũ, quæ exhibent causas eius, quod ꝓ experimentum verificat ars experimento constans: quemadmodum scientia stellarũ, quę non occultantur in aliquo tempore: qm̃ Astrologi ex experimento consiſtunt super his stellis, quæ apparent, per experimentum, & est ars operatiua: ars vero stellarum doctrinalis, hoc est speculatiua, consiſtit super causas apparentiæ suę sempiternæ. & hęc in summa est dispositio artium, quæ diuiduntˊ in operatiuam, & speculatiuam. Et vñ propter hoc dicere: Atqui scientiæ istę quasi sunt consentientes in nolbus, sensus est, ꝙ existimať de ipsis, ꝙ sint scia vna: quemadmodũ scientia Medicinę experimento constans cũ syllogistica, & ipsæ in veritate sunt duæ scientiæ. & consimiliter ars stellarum apparentium cum Perspectiua. Et cũ dixit: quemadmodũ scia Stellarum doctrinalis, & ea, quã pertractat ars nauium: et quemadmodũ scientia Musicæ respectu eius, quæ est per chordas: vult, quemadmodum existimo, ꝙ ars nauium ipsa elt, quæ ꝓ experimentum inquirit, et perscrutať ortum multarum stellarum, propter id, quod accidit ex mutationibus, quæ sunt in aere. & ars stellarũ doctrinalis tradit causas huius, hoc est causas apparentię ipsarũ in ꝙbus diuersis. Ex eius itaq; sermone satis constat, ꝙ artium, quæ sibi inuicem adminiculanť ad monstrandã rem vnam & eandem, in eo ꝙ vna ipsarum exhibet de ipsa existentiã, altera vero tradit cãm, sunt duæ spẽs: quarum vna est artium speculatiuarum, quæ sunt sub se inuicẽ: species aũt secũda est artium speculatiuarũ & operatiuarum, quę consyderãt de vna & eadẽ re, verum ſm duos modos diuersos: quemadmodum ars Musica speculatiua & operatiua: qm̃ operatiua tradit speculatiuæ principia, per quæ speculatur speculatiua: sed speculatiua tradit causas illorũ principiorum. & hoc est, quod voluit, cũ dixit: & quẽadmodũ scientia Musica speculatiua respectu eius, quę est per chordas, hoc est operatiuæ. Iam vero inuenitur etiã hic species alia adminiculi inter artem inferiorẽ & superiorem: quemadmodum adminiculantur inter se ars Mathematica, & scientia Diuina. & hoc, quoniam Naturalis exhibet artifici scientię Diuinæ, ꝙ entia sepa rata à materia sunt: Mathematica vero tradit numeros ascriptos numero motuum: Diuina autẽ speculatur in substantia ipsorũ, & in summa, quod consequitur ipsos, & consimiliter magnam partem dubiorum, quę tradit scientia Diuina soluit ipsa per id, quod declarať in scientia Naturali. Sed modus iste adminiculi est alius ab eo, de quo intendit Arist. & hoc, qm̃ posterius hic est illud, quod exhibet priori subiectum, de quo consyderat: ibi vero ꝓpius exhibet posteriori causam, quæ procedit à re, de qua consyderat ipsum posterius per viam formæ.

* Ab le. subtractionẽ:

Hic. n. ipsum quidem quòd, sensitiuorum est scire, ipsum vero propter quid, Mathematicorũ. hi nanq; habent causarum demõstrationes, & plerunq; non sciunt ipsum quòd: quẽadmodum qui vłe speculantur, multotiens nõnulla singularium nesciunt, ꝙa non aduertunt. Sunt aũt hæc, quæcunq; cùm alterum quid sint ſm substantiam, vtũtur formis, disciplinæ nanq; circa formas sunt: non enim de subiecto aliquo geometrica sunt. si eni de subiecto aliquo geometrica sunt, sed non inquantum geometrica, de subiecto.

Dixit Arist. Scientia vero, an res sit, propinqua est particulari, sed scięt̃ia propter qd pertinet ad Mathematicos. hi enim sunt, qui habẽt cognitionem per causas: & multoties non consyderãt an res sit, ꝓ formã suã, quam inquirunt de re vniuersali: multoties. n. ipsi non consyderant de particularibus, propter modicã inquisitionem de ipsis. Et isti sunt, q̃ capiunt formas rei intelligibiles, et eas expoliãt à suis materijs. nã Mathematici capiunt

formas per intellectum, et expoliãt eas à materia. & hoc, quoniam mẽsuræ licet sint cũ materia, tamen Mathematici non vtuntur eis cum materia, sed expoliant ipsas.

* Ab. le. quãtates lac. leg. magnitudines

Posteaq̃ declarauit, q̃ scientiæ, quæ sunt sub se inuicem, adminiculant sibi, in eo q̃ scientia inferior tradit de re cognitionẽ existẽtiæ suæ, & superior tradit cognitionem causæ istius existentiæ: & sunt scientiæ inferiores propinquæ materijs, & res cùm accipiuntur ex parte qua sunt in materijs, sunt propinquæ particularibus: enunciauit in hoc, & dixit: Scientia vero, an res sit, propinqua est particulari. sensus est, atq; scientia inferior ea est, quæ exhibet existentiam rei: q̃m scientia inferior ppinqua est particulari. scietia aũt superior tradit propter quid res est: q̃m scientia superior est longinquior à particulari, & cognitio propter quid est longinquior à particulari. & hoc, q̃m scientia superior est longinquior à materia: & hæc est scientia Mathematica. Et propterea dixit: sed scientia propter quid pertinet ad Mathematicos. hi. n. sunt, qui habẽt cognitionẽ per causas. sensus est, q̃ causæ apud istos sunt notę nobis ſm naturã, in contrarium eius, quod est in scia Naturali, eo quia est materialis. & hoc, q̃m prior a cognitione in Mathematicis sunt priora ſm existentiam: sed priora apud nos in scientia Naturali cognitione sunt posteriora ſm existentiam. & hoc est, quod voluit, cùm dixit: quòd cognitio propter quid pertinet ad Mathematicos: q̃m scientia Naturalis non tradit propter quid est res vniuersalis. Causa autẽ in hoc est, q̃m mathematica sunt validioris vniuersalitatis, eo q̃ remouent à materia. oẽ autem id, quod fuerit validioris vniuersalitatis, est magis notum apud nos. Et dixit: & multoties non cõsyderant an res sit per formam suam, quam inquirunt de re vniuersali: multoties. n. tpsi nõ consyderãt de particularibus, propter modicam inquisitionem de ipsis. sensus est, cum q̃ intẽtio Mathematicoꝝ sit de rebus vniuersalibus longinquis à materia, ut plurimum causas sciunt, & nõ consyderant de existentia rei per causas: q̃m existẽtia vniq̃ est in rebus particularibus sensibilibus, hoc est existentibus in materia. quemadmodum q̃ ipsi sciant definitionem vnitatis: cum q̃ interrogant de existẽtia ipsius, aliquando accidit illis dubitatio. aut id, quod dicitur in definitionibus circuloꝝ & definitionibus linearum, & definitionibus superficierum: hoc est, q̃ ipsi non consyderant, vt stabiliant, an res istæ sint. & hoc, q̃m consyderatio Mathematici non est ſm naturam suam, vt consyderet de existentia istoꝝ. Et hoc est, quod voluit, ſm q̃ existimo, cũ dixit: & multoties non consyderant an res sit p formam suã, quã inquirũt de re vniuersali: multoties enim ipsi non cõsyderant de particularibus. sensus est, vt plurimum non consyderant Mathematici de existẽtia rerũ, q̃ sunt i artib⁹ suis, hoc est, quas definiũt, & quarum cãs perficiunt: q̃m non est ex consuetudine artis suæ, vt cognoscant existentiam earꝝ rerum, & adminiculent ipsis: sed constituit super ipsis ars alia. Themistius vero dixit, q̃ hoc, quod dixit, est, quemadmodum, quod accidit sibi, quoniam ipse cognouit à Mathematica causam complicationis musicorum, q̃ sunt in duplo, sed non allecutus est ipsa, propterea q̃ nõ habuit vsum in Musica operatiua, quæ est ea, quæ constituit super existentia Musicæ. & videt, q̃ qui non constituit in huiuscemodi rebus super existentia, non constituatur sup causa, nisi in eo q̃ existentia huius rei habeatur per famam, nõ per veritatem. Et erit intentio eius, quod dixit: propter modicam inquisitionem de ipsis, s. q̃ parum sunt soliciti in eis inquirendis in scia, quæ inuestigat de ipsis ſm hanc monstrationẽ. & hic defectus prouenit ex parte consyderantis, non ex parte naturæ consyderati in ipso. quod autem diximus, est propter naturam rei consyderatæ in ipso. Et videt q̃ fit ex hac specie ſm expositionem primam cognitio ipsius Geometræ ex libro Euclidis, quomodo scilicet fiat triangulus æquilaterus: & ipse cum hoc non nouit, q̃o ponat ipsum particularem, hoc est ex ligno, aut ære, aut alio quouis. Et posteaq̃ mentionẽ fecit de Mathematicis, descripsit ipsos, & dixit: & isti sunt, qui capiunt formas rei intelligibiles, & eas expoliant à suis materijs: q̃m Mathematicus non vtitur subiecto, hoc est nõ consyderat de forma, ex parte qua est in materia: neq; consyderat de existentia ipsius, q̃m existẽtia ipsius est vniq̃ in subiecto. & hoc, qd̃ dixit de dispositione ipsius Mathematici, manifestum est nimis.

Se habet autem & ad Perspectiuã, vt hęc ad Geometriam, alia ad hanc. vt quod est de iride. ipsum enĩ q̃, Naturalis est scire, ipsum vero propter quid, Perspectiui, aut simpliciter, aut ſm mathema. Multę autem & non sub se inuicem scientiarum, ita se habent, vt Medicina ad Geometriam. quòd enim vlcera orbicularia tardius sanant, Medici est scire: propter quid vero, Geometræ. * disciplinã.

Dixit Aristo. Iam vero inuenitur scietia, cuius dispositio respectu scientię Perspectiuorum est dispositio scientię Perspectiuoꝝ ad Geometriam. quemadmodum se habet arcus iridis in nubibus. an enim ipse sit, consyderat Naturalis: propter quid aũt sit, consyderatio attinet ad Perspectiuũ, aut simpliciter, aut ſm q̃ est in mathematicis. Et magna pars scientiarum, quæ non ponunt sub se inuicem se habet ſm hanc formã: quemadmodũ est dispositio Medicinę respectu scietię Geometrię. & hoc, quoniam cognitio, q̃ vulnus circulare cũ difficultate sanatur, attinet ad Medicum: cognitio autem propter quid hoc est, attinet ad Geometram.

Posteaq̃ mentionem fecit de scientijs, quę auxiliantur sibi inuicem ad rem cognoscendã: quarum vna tradit existentiam ipsius, altera vero causam eiusdẽ: et quę exhibet causam ipsius, est scientia vniuersalis superior, quæ vero exhibet existentiam, est scia particularis, quę est sub ipsa, & hæc ita se habent, q̃ peruenerunt hac in re ad tres ordines: cœpit de hoc mentionem facere, & dixit: Iam vero inuenitur scietia, cuius dispositio respectu scientiæ Perspectiuorum est ſm dispositionem Perspectiuæ ad Geometriam. sensus est, dispositio alterius scientiæ respectu scientię Perspectiuorum est, quemadmodum dispositio scietię Perspectiuoꝝ respectu Geometriæ. sensus est, q̃ in istis scientijs ſm hanc dispositionem inueniuntur tres ordines. quemadmodum scia Geometriæ tradit scientiæ Perspectiuæ causas multas ex rebus, quarum existentiam tradit Perspectiuus: & scientia Perspectiuorum consimiliter ẽt causas multas, ex rebus, quarum existentiam tradit artifex Naturalis. Exẽplum huius est, quod accidit in iride. artifex enĩ Naturalis tradit figuram ipsius, et numerũ colorum, qui in ipsa inueniuntur & ordinem ipsorum: Perspectiuus vero tradit causas huius, & præcipue causas propinquas. Et dixit: aut simpliciter, aut ſm quòd est in mathematicis. sensus est, q̃ Perspectiuus consyderat de causis iridis, aut simpliciter, aut in eo, quo est i mathematicis.

Atqui

Atqui dixit hoc, q̃m fieri vtiq̃ potest, vt ex causis Iridis aliquid sit, de quo consyderat Naturalis, & illæ sunt causæ, quæ nõ sunt mathematicę. quemadmodũ constitutio super causa, quæ est, propter quid videtur color ruffus iter flauum, & viridem. & hoc planum est ei, qui speculatur in scientia Naturali. Et posteaq̃ mentionem fecit de scientijs, quæ auxiliantur sibi inuicem in cognitione existentiæ rei & causæ eiusdem, q̃ sunt scientiæ ordinatæ sub se inuicem, protulit consimiliter etiam, q̃ sunt aliquę scientiæ, quę se habent hunc in modũ, absq; eo q̃ ponatur vna sub altera. quemadmodum se habet Medicina respectu scientiæ Geometriæ. q̃m Medicus declarat, q̃ vulnus orbiculare est difficilis sanationis: Geometra vero tradit causam istius, quæ est priuatio angulorꝝ, quorum ratione cõsolidatio fit leuior: aut magnitudo corporis, quod crescit in ipso. q̃m iam mõstrauerũt Geometræ, q̃ corpus circulare continet plus q̃ corpus nõ circulare, quæ sint æqualis circunferentiæ.

Primam figuram maxime scientiæ esse accommodatam. Cap. XIIII.

FIgurarum autem maxime scientialis est prima. Mathematicæ nanq; scientię per hanc demonstrationes ferunt, vt Arithmetica, & Geometria, & Perspectiua, & ferè ut dixerim, quęcunq; ipsius propter quid consyderationem faciũt. aut enim omnino, aut vt plurimum, & in plurimis per hanc figuram ipsius propter quid fit syllogismus. quare & propter hoc erit vtique maxime scientialis. maxime nãq; proprium ipsius scire est propter quid speculari. Postea & ipsius quid est scientiam per solam hãc venari possibile. in media enim figura non fit prædicatiuus syllogismus, ipsius vero quid, est scientia affirmationis. in vltima aũt fit quidem, sed non vniuersaliter: ipsum autem quid est, vniuersalium est. nõ. n. homo aliquo modo est animal bipes. Amplius hęc quidem illarum nihil indiget, illę vero per hanc condensantur & augentur, quousq; ad immediata venerint. Manifestum itaq; q̃ ad sciendum maxime proprie est prima figura.

Dixit Arist. Inter figuras autem, per quas aliquid cognoscitur, & maxime vera, est figura prima. Prima quidem, q̃m scientię Mathematicę ostendunt per demonstrationem quæsita sua in hac figura, quemadmodum Arithmetica, & Geometria, & Perspectiua, & quasi omnes scientię, per quas cognoscitur propter quid est res, operatio ipsarũ est per hanc figuram. Et consimiliter etiam, q̃m scientia propter quid est res, erit vtiq; per figuram primam. et propter hoc est prima inter figuras, & maxime vera, vt per ipsam acquiratur cognitio. quoniã cognitio propter quid est res, est cognitio vera. Et etiam quoniam definitiones venantur vtiq; per hanc figurã tantum. quoniam secũda figura non ratiocinatur super affirmationem, sed definitiones erunt per affirmationem. nèq; in tertia figura: q̃m licet in ipsa concludatur affirmatiue, non tamen erit in ipsa syllogismus secũdum viam vniuersalis; sed definitiones sunt per viam vniuersalis. animal enim & bipes ambo sunt de omni homine, non autem aliquo. Et consimiliter etiam, quoniam hæc figura non indiget aliarum duarum figurarum: sed duæ aliæ figuræ indigent, vt dependeant ex propositionibus imediatis, prima figura. Planũ igitur ex hoc, q̃ prima figura est opportunissima figurarum ad hoc, vt cognoscatur res per viam demonstrationis.

Posteaq̃ declarauit conditiones propositionum demonstratiuarum, & spẽs ipsarum, & consimiliter conditiones quæsitorum, & exposuit spẽs ipsorum, & in summa, posteaq̃ locutus est de principio demonstrationũ, & eo quod accidit ipsis per se, eorumq; inter se comparatione: cœpit loqui cõsimiliter etiam de figuris demõstrationis, quæ maxime sit illi appropriata. & enunciauit, q̃ ea est prima figura: & declarauit hoc, & testificatus est super hoc per †quinq; testimonia. Quorum vnum est: demonstrationes mathematicæ sunt vtiq; p primam figuram: cumq; inter scias demonstratio maxime deceat Mathematicas: igitur figura, quæ est i ipsis, est opportunissima figurarum ad demonstrationem. & hoc est, quod voluit, cũ dixit: Prima quidem, q̃m scientiæ Mathematicæ adducunt demonstrationem super quæsitis suis per hanc figuram. Et dixit: et quasi omnes scientiæ, per quas cognoscitur propter quid est res, operatio ipsarum est per hanc figurã. sensus est, & in summa oẽs scientiæ, quæ vtuntur demonstrationibus simpliciter, aut demonstrationibus causarum, quæ sunt scientiæ, quibus maxime conuenit demonstratio: quoniam hæc species demonstrationis, quæ est præstantissima suarum spẽrum, vtit hac figura. Et voluit per hoc declarare causam, propter quam demonstratio maxime attinet ad scietias Mathematicas: hoc est, quoniam maxima pars demonstrationum suarum sunt demonstrationes simpliciter, hoc est demonstrationes causæ & existẽtię. Deinde mentionẽ facit de secũdo testimonio, & dixit: Et consist etiã, q̃m scia propter qd est res, erit vtiq; per figuram primam: & propter hoc est prima ſter figuras, et maxime vera, vt per ipsam acquiratur cognitio, q̃m cognitio ppter qd est res, est cognitio vera. sensus est, & consist etiã, q̃m demonstrationes exhibentes causam rei et existentiã simul, erunt vtiq; per primã figurã: cumq; cognitio p causam rei sit cognitio magis perfecta: igit figura, quæ exhibet hãc cognitionem, est maxime vera figurarum, hæc aũt species demonstrationum complicatur in prima figura, q̃m conclusiones istæ sunt affirmatiuę vlẽs. sed non est conclusio affirmatiua vniuersalis in eo, quod transiuit primam figuram: quemadmodũ ostensum fuit in lib. Syllogism. Deinde adduxit signum aliud, & dixit: Et etiam, q̃m definitiones venantur vtiq; p hanc figuram tantum. sensus est, q̃ ipsæ vtiq; prodeunt p hanc figurã tantum: & demonstrationes simpliciter sunt definitiones in potẽtia. Deinde adduxit cãm, propter quam non prodeunt definitiones per secundam figuram, & ait: q̃m secunda figura non ratiocinatur super affirmationem. hoc est, q̃m in secunda figura non concluditur affirmatiuum: definitiones vero sunt affirmatiuæ. Et posteaq̃ mẽtionem fecit de causa, propter quã non cõcludunt definitiones

† al. l. quatuor

* Ab. le. educuntur

in secunda figura, fecit mentionem consimiliter etiã de causa, ob quam non concludit in tertia figura, & dixit: neq; in tertia figura. qm̃ licet in ipsa concludatur affirmatiua, nõ erunt tm̃ in ipsa cõclusiones vniuersales, sed sunt priculares. Definitiones vero sunt affirmatiuę vniuersales: prędicant, n. de omnibus definitis. vt in exemplo, si prędicemus de hoie, q̃ est aial bipes vſr, quod est definitio sua, est prædicatum de omni homine. Deinde mentionẽ fecit de altero signo, & dixit. Et consimiliter etiam, qm̃ hæc figura non indiget aliarum duarum figurarum, sed duæ aliæ figurę indigent, ut dependeant ex propositionibus immediatis, prima figura. sensus est, et consimiliter, qm̃ hæc figura sufficit per se ad hoc, q̃ monstrentur quæsita, quæ ostenduntur per plures syllos vno, quousq; deueniatur ad syllos compositos ex propositionibus non habẽtibus terminos medios, hoc est primis. qm̃ possibile est, q̃ syllogismi istiuscemodi quę sitorum oẽs componãtur in prima figura. Sed qđ ex istiuscemodi quæsitis monstratur per syllos in secunda figura, fieri non potest, ut sint oẽs syllogismi, per quos monstrant quæsita longinqua per hanc figuram: quousque deuenerit res ad figuras, quæ cõponunt ex propositionibus primis. & hoc, qm̃ in hoc syllo, qui est in secũda figura, cuius propositiones sunt duæ conclusiones duorum aliorum syllorum, non poterunt eæ duæ propositiones esse duę conclusiones duorum syllorum in secunda figura: qm̃ secunda figura nõ potest esse per propositiones affirmatiuas vniuersales: affirmatiuam. n. vſem cõcludit prima figura. Et consimiliter figura tertia, cuius duæ propositiones sunt duę conclusiones duorum syllorum aliorum, indiget alterius figuræ. fieri enim nõ põt, quin sit ex altera propositione vniuersali. quæ si sit affirmatiua, oino indiget primæ figuræ. si vero sit negatiua, indiget figuræ secundæ, aut primæ. sed iam declaratum fuit, q̃ secũda, cùm habuerit propositiones nõ primas, indiget primæ. igitur duæ figuræ, quemadmodum diximus, in monstratione quæsitorum, quæ monstrantur per plures vno syllogismos, indigẽt primæ figuræ. hæc autem sufficit per se. Et propter hoc dixit: sed duæ aliæ indigent, vt dependeant ex propositionibus immediatis, prima figura. hoc est, q̃ duæ aliæ figurę indigent, cũ resoluuntur ad propões immediatas, prima figura.

Quemadmodum vero cõtingebat A inesse B indiuidue, ita & non inesse accidit. dico autem indiuidue inesse aut nõ inesse, eo q̃ non est ipsorum medium: sic enim nõ erit secundum aliud inesse aut non inesse.

Dixit Aristo. Quemadmodum vero fieri potest, vt A insit B indiuidue, ita etiã fieri potest, q̃ non insit ipsi B. Intentio vero dicti, q̃ cùm aliquid insit alicui, aut nõ insit illi sine annexione, est, q̃ non sit inter duos terminos medium, & secundum hoc erunt affirmatiua, & negatiua immediata.

104 Posteaq̃ enuntiauit, q̃ ex conditionibus demõstrationis simpliciter est, vt sint immediatæ, hoc est notę & causæ ſm se. & hoc, qm̃ ex rebus quæ prędicant, aliquę sunt immediatę ſm se, & mediatæ secundum cognitionem: & hæ sunt propositiones demonstrationũ simpliciter: & ex ipsis aliquæ sunt, quæ sunt ſm cognitionem tantum, scilicet immediatæ: & hæ sunt ipsa signa. Cùm igitur vna ex conditionibus propositionũ demonstrationum sit, vt sint immediatæ, & tam hoc mõstrauerit de propositionibus affirmatiuis: intendit hoc idẽ monstrare de negatiuis. Intentio igitur sua in hoc est, vt mõstret, q̃ quemadmodum inuenitur affirmatiuæ, ita inueniuntur & negatiuæ primæ, hoc est ſm cognitionem & existentiam. Et dixit: Intentio vero dicti, q̃ cũ insit aliquid alicui, aut non insit illi sine annexione. hoc est, q̃ intentio dicti est, q̃ res prædicet de re, aut neget ab ipsa primo, hoc est, absq; aliqua re, quæ annectat prædicatũ subiecto: & est, q̃ non sit inter duos terminos, i. inter p̃dicatum & subiectum medium, propter quod affirmetur, aut negetur prædicatũ de subiecto. Et posteaq̃ definiuit prædicationem primam per hanc definitionem, & uidetur, q̃ comprehendat prædicationem affirmatiuam & negatiuam, dixit: & ſm hoc erunt affirmatiua, & negatiua immediata. hoc est, est aliquid ex ipsis primum, & aliquid non primum. & oportet, vt intelligatur hoc in loco de intentione medii, quod est secundum cognitionem & existentiam simul.

Quando igitur aut A aut B in toto aliquo sit, aut & ambo, nõ contingit A ipsi B primo non inesse. sit enim A in toto C: si igitur B nõ est in toto C (contingit enim ipsum quidem A esse in aliquo toto: ipsum vero B non esse in hoc) syllogismus erit, q̃ A ipsi B non insit: si enim C, A quidem omni: ipsi vero B nulli; A nulli eorum, quæ B.

Dixit Aristo. Atqui cùm fuerit A, aut B in tota re, aut vtrunq; ipsorum, fieri nõ potest, vt A insit B primo. & sit A in omni C: & cùm hoc B non insit omni C: fieri igitur potest, vt A insit omni rei, & B nõ insit omni illi: & fiat ex hoc syllogismus cõcludens, q̃ A insit nulli B, quod est, cũ C est de omni A, & ipsum de nullo B: & concludit ex hoc, q̃ A de nullo B.

105 Posteaq̃ enũtiauit, q̃ affirmatio sit immediata, quod q; negatio sit consimiliter, cœpit monstrare hoc p exemplum, & ait: Atqui cũ fuerit A aut B ĩ tota re, aut vtrũq; ipsorum, fieri non potest, vt A insit B primo. sensus est, q̃ cũ fuerint duo, quorum vnũ ponatur sub aliquo, & alterũ non ponat sub ipso, fieri non poterit, vt negatio vnius ab altero sit negatio prima. Et consimiliter, cùm fuerint duo, quorũ vtrunq; insit vni, fieri vtiq; non poterit, vt vnum ipsorum insit alteri primo. ac si dixisset: cũ A, aut B, vtrũuis ipsorum ponatur sub aliquo, & alterum negetur ab hoc, fieri vtiq; non poterit, vt negatio vnius ipsorum ab altero sit negatio prima. Et consimiliter, cũ fuerit vtrũq; ipsorum in vno aliquo, fieri vtiq; non poterit, vt existentia vnius ipsorũ in altero sit existentia prima. sic oportet, vt intelligat, eo q̃ in sermone est præpositio, & postpositio, & defectus. quòd si non, accidet vtiq; in hoc dubium, quod est, fieri nõ posse, vt A insit B primo. Deinde cœpit monstrare, q̃ A nõ negat à B, cũ fuerit* ſm dispositionem præcedentẽ, negatione prima, & dixit: & sit A in omni C, & cum hoc B nõ insit omni C. & oportet vt intelligat ex eo, quod dixit A, aut B in tota re: hoc est, q̃ res ista comprehendatur in altero ipsorum, non existẽtia rei in subiecto. si enim hoc intelligeret, sequeretur, q̃ esset negatio particularis in tertia figura. Et consimiliter oportet, vt intelligat ex eo, quod dixit, aut vtrũq; ipsorũ: q̃ alterum ipsorum sit distributum in toto, & alterũ per accidens in subiecto, aut ſm intentionem, ſm quam ipsum est. nam cùm nõ esset intellectum hoc pacto, adduceret sermonem ex duabus affirmatiuis in secunda figura. atqui si intellexerimus p hoc, quod est, in oi, quod intellectũ fuit ſm oẽ, erit complicatio in tertia figura. Et dixit: fieri igitur põt, vt A insit omni rei, & B non insit omni illi. sensus est ſm hãc expositionem, q̃ fieri põt, vt sint duo, quorum vnum negatur

*Ab. le. ſm ãq conditionis

negatur ab altero, & erit vnum ipsorũ pars rei alicuius. & hoc, alterum negatum ab hoc, quod est pars ipsius. quod cũ ita sit, non erit negatio talis, nisi per media. & propterea dixit: & fiat ex hoc syllogismus concludens, q̃ A insit nulli B. Et posteaq̃ mentionem fecit de syllo affirmatiuo cadẽte inter duo, quorũ materia est quemadmodum hæc materia, mentionem fecit de ipso syllo, & dixit: quod est, cũ C est de oi A, & ipsum de nullo B: & concludit ex hoc, q̃ A de nullo B. & hæc complicatio erit vtiq; in secunda figura. et hoc, quoniam accepit terminum medium, qui est C, prædicatum de vtrorũq; extremorum, loco quorum accepit A, & B.

Consimiliter autem & si B in toto aliquo est, vt in D, ipsum nanq; D oi B ineſt: ipsi autẽ A nulli ipsum B: quare ipsum A nulli eorum, quæ B inerit per syllin, eodẽ pacto monstrabitur & si ambo in toto aliquo sint.

Dixit Arist. Et consimiliter etiam, cũ fuerit B in omni re, quemadmodum D, concludet vtiq; hoc, q̃ A non de aliquo B. Et secundum hoc exemplum erit negatio mediata: et si fuerint vtrorũq; in toto aliquo.

106 Posteaq̃ accepit tres terminos A, loco vnius, & loco alterius B, & loco tertii C, & posuit q̃ fieri non põt, vt A sit negatũ à B negatiõe prima, cũ A fuerit in aliquo, & B nõ fuerit in eo, & mõstrauit hoc, ponens A subiectũ affirmatiuę, & B negatiuę: enuntiauit deinceps, q̃ ex cõsimili sequit, si ponat B affirmatiua, & A negatiua, p̃terq; q̃ si ponatur A extremitas maior, quæ sit negatiua, non erit vtiq; hæc complicatio necessaria, nisi in specie prima secundæ figuræ: altera autem fit in secunda ipsius. & dixit: & si fuerint vtrorũq; in toto aliquo. sensus est, & si fuerint duo termini existẽtes in aliquo vno, non erit affirmatio vnius de altero affirmatio prima.

Quòd autem contingit ipsum B non esse in quo toto est A, aut rursus A, in quo est B, manifestum ex coordinationibus, quæcũq; non cõmutantur ad se inuicem. Si enim nullum eorũ, quæ sunt in A C D coordinatione, de nullo prædicatur eorũ, quæ sunt in B E F: ipsum vero A in toto est H coordinato existenti: planum, q̃ B non erit in H. commutarentur enim coordinationes. consimiliter autem & si B in toto aliquo est.

Dixit Arist. Atqui si fieri potest, vt B non insit omni illi, cui ineſt A: & fieri potest, vt A non insit omni illi, cui ineſt B: planũ hoc erit vtiq; ex rebus consequentibus ad ordinem vnum, quęq; non variant ordinem suum. Si enim nullum eorũ quæ sunt in ordine A B C, prædicet de aliquo, quod est in ordine D E F: & sit A de omni H, quod est ex ordine ipsorum: planum, q̃ D nõ sit de aliquo H: fortasse enim iam commutarẽtur ordines ipsorum. & consimiliter si B sit in toto aliquo.

107 Posteaq̃ posuit, q̃ hic sunt aliqua, quæ negantur à se inuicẽ ex parte naturæ vnius cõprehensæ in vno duorum, aut in ambobus, vult notificare, q̃ hic sunt aliquæ naturæ cum hac dispositione. Et dixit: Atqui si fieri potest, vt B non insit omni illi, cui ineſt A: & fieri põt, vt A non insit oi illi, cui ineſt B. sensus est, atqui, si fieri põt, q̃ B non insit naturę, cui ineſt A, hoc est vniuersali comprehenso in ipso: & erit hoc causa, q̃ A non insit B: planũ hoc vtiq; erit ex rebus consequentibus ad ordinẽ vnũ, quęq; non variant. hoc est, planũ vtiq;, q̃ istud sit in naturis consequẽtibus ad ordinẽ vnum, id est necessariis, quę nõ cõmutantur ad se inuicem. si enim ponantur aliqua, quæ prædicentur de se inuicem prędicatione naturali, etsi fuerint consimiliter etiã in natura vna separata ab illa natura, nulla vtiq; earum intentionũ, quæ subiiciuntur vni duarum naturarum prędicabitur de aliqua alia intentione, quæ sit in ea natura prædicatione negatiua, nisi ex parte negationis vniuersalis cõprehensæ in hoc subiecto huius rei. Vt si exempli, si fuerint A, & B, & C in natura vna: & D, & E, & F in natura alia, & non prædicet aliquid eorũ, quæ fuerint in natura A, & B, & C de aliquo eorũ, quæ sunt in natura D, & E, & F: planum vtiq; q̃ A insit omni illi, qđ est ex ea natura, quodcunq; fuerit sibi subiectum: & hæc res vniuersalis prædicet de eo, ac si diceres quo est H: q̃ ab ipso D, exempli gra, quod est in illa alia natura, negabitur H, & erit D negatum ab A, propter negationẽ H ab ipso. Et hoc est, quod voluit, cùm dixit: Si enim nullum eorũ, quæ sunt in ordine A B C, prædicet de aliquo, quod est in ordine D E F, sensus est, q̃ sint ambæ naturæ separatæ. Deinde dixit: & sit A de oi H, quod est ex ordine ipsorum. sensus est, & sit prædicatio ipsius A per affirmationem de aliquo, quod fuerit in naturis suis: aut p̃dicetur de ipsis, quẽadmodũ si esset prædicatũ de H. Deinde dixit: planũ, q̃ D non sit de aliquo H. sensus est, id, qđ est, q̃ est ex natura alia, ac si diceres D, sequitur vt sit negatum ab H. sicq; est causa negationis ipsius D ab A, aut in prima figura, aut in secunda per medium H. Et cũ dixit: fortasse enim iam cõmutarentur ordines ipsorum. sensus est, cũ non accidit D negari ab H, commutaretur vtiq; ordo earum duarum naturarum, & conuerteret vnus ipsorũ ad alterum, sed iam diximus de ipsis, quod non conuertantur, quod fieri non potest, & non cohæret. Et cùm dixit: & cõsimiliter si B sit in toto aliquo. sensus est, & ſm hoc, quod diximus de A, cùm fuerit positum sub omni eo, quod negatur à B, q̃ sic vtiq; negatio à B, per medium huius vniuersalis, quod affirmatur de B, sic sequitur de B, cùm posuerimus ipsum sub aliqua natura.

Si vero neutrũ sit in toto nullo: non insit autem A ipsi B: necesse est indiuidue non inesse. Si enim erit aliquod medium, necesse alterum ipsorum in toto aliquo esse. aut enim i prima figura, aut i media erit syllogismus, si quidem igitur in prima, B erit in toto aliquo: affirmatiuã nanq; oportet, quę ad hoc, propositionem fieri. sin aũt in media vtrum contigerit. ad vtraq; enim accepto priuatiuo, efficitur syllogismus. ambabus vero negatiuis existentibus, non erit. Planum itaq;, q̃ contingit aliud alij non inesse indiuidue: & qm̃ contingit, & quomodo diximus.

Dixit Arist. Atqui cũ non fuerint duo termini inexistentes alicui, neq; alter ipsorum, A vtiq; non inerit alicui B, absq; annexione. Si enim erit inter ipsa medium, sequit vtiq; q̃ alterum ipsorum sit i toto ipso. & erit ſm hoc syllus, aut in prima figura, aut in secunda. & si erit in prima figura, erit in omni re, & erit propositio minor affirmatiua. Sed si

fuerit in secunda figura, erit in vtrisq; negatiua: & fieri vtiq; poterit, q; sit ex hoc syllus. sin autem fuerint ambæ vles negatiuæ, non erit vtique syllogismus. Planum igitur fieri posse, aliquid non ineſſe alicui. quomodo autem fieri possit hoc, iam enuntiauimus.

108 Posteaq; docuit, qñ non sit negatio prima: et hoc, qñ negatur aliquid ab aliquo propter vnã naturam comprehẽsam in duobus, quoꝝ vnum negatur ab alio: cœpit docere, qñ erit negatio prima: & hoc cũ deficit hæc dispositio. Et ait, Atqui, cũ non fuerint duo termini inexistentes alicui, neq; alter ipsoꝝ, A vtiq; non inerit alicui ex B absq; annexione. Intelligit per duos terminos inexistẽtes alicui, duo, quorum vnum negat ab altero, & hoc est, quod accepit hic loco vnius A, & loco alterius B. Et dixit: inexistẽtes alicui. sensus est, q; cũ ita sit, q; cũ neuter duorum terminoꝝ, quorum vnus negetur ab altero, insit alicui, tunc negatio vnius eoꝝ ab altero erit sine medio. Deide dixit. et erit ſm hoc syllogismus aut in prima figura, aut in secunda. & hoc, quod dixit, est planum. qñ cùm sint duo, quorum vnũ negatur ab altero, & sit terminus medius: oportet, vt vnum ipsoꝝ ponat sub hoc termino medio: hoc est, q; iste terminus medius prædicet de altero ipsorum affirmatiue: qñ fieri non põt, vt cõplicetur syllus vnus ex duabus negatiuis. Et cũ dixit: & si fuerit in prima figura, vsq; ad finẽ sermonis sui: planum est hoc ex eo, quod declaratũ fuit in libro Syllogismi, & sermo ipsius i hoc p se intelligit.

Dubiũ Auicennæ. Sed iam dubitauit Auicẽ. super eo, quod dixit hoc in loco, q; inquam inuentũtur duo, quorum vnum negat ab altero, absq; eo, q; sit ibi medium pœnitus. ipse enim existimauit, q; non est aliquid negatum ab aliquo, nisi fieri possit, vt neget ab ipso propter definitionẽ ipsius, aut propter consequens ex consequenti ipsius, quoniam non deest aliquid consequenti. Sed hoc dubium soluere in promptu est. & hoc, quoniam cũ prædicatum primum per affirmationem, ipsum non prædicatur de aliquo propter naturã aliam, quæ sit causa, vt prædicetur de ipso, sequitur ex necessitate, vt prædicatum primo negatum sit id, quod non negatur ab alio propter naturam aliam, quę sit causa in hac negatione, sed definitio rei non est natura alia à re. sed accidentia sua, si habuerint attributionem ad rem, sunt vtiq; p accidens: hoc est, cui ineſt negatio propter substantiam ipsius. & propterea oportet, q; intelligatur hic per terminos medios, qui insunt per negationem non primã, illos, q; sunt termini medij ſm cognitionẽ & existẽtiam.

Solutio.

Quot, quibusue modis syllogisticis tum in immediatis, tum in mediatis propositionibus Ignorantia dispositionis, & quomodo ignorantia negationis exoriatur. Cap. XV.

IGnorantia vero, quę non ſm negationẽ, sed ſm dispositionem dicitur, est quidem deceptio, quæ per syllogismum fit. Hæc aũt in primo quidem inexistentibus aut nõ inexistentibus contingit dupliciter. aut enim quãdo simpliciter existimet ineſſe, aut non ieſſe: aut qñ per syllm accipiat suspicionem. Simplicis quidem igitẽ suspicionis simplex est deceptio, eius vero, quæ est per syllogismum, plures. Non insit enim A nulli eoꝝ q̃ B indiuidue. si igitur syllogizet A ieſſe ipsi B, medium accipiẽs C, deceptus erit per syllm.

Dixit Arist. Ignorantia vero, quæ nõ ſm modum negationis, sed ſm dispositionem & formam, est, cuius deceptio fit per viã syllogismi. Et hoc accidit vtiq; in ijs, quæ sunt, & nõ sunt sine medio ſm duas species: quarum vna est, vt existimet aliquis esse aut nõ esse existimatione simplici: altera vero, vt hæc existimatio sua sit per viam syllogismi. Atqui deceptio, quę est i existimatione simplici, est deceptio simplex: sed deceptio, quę est per syllm, est ſm multos modos. Quemadmodum, si A non ineſſet alicui B sine medio, & monstraret aliquis A ineſſe ipsi B per viam syllogismi, per medium, quod est C: proueniret enim ignorantia in hac negatione per viam syllogismi.

Posteaq; declarauit affirmationem primam & negationem: & cũ accidat in eo, quod est affirmatiuum aut negatiuum, error per syllm: & hoc aut in eo, quod est notę affirmationis p se, aut negationis, aut est hoc nõtũ per syllm: vult notificare species syllorum, qui accidunt in hoc. Et cœpit primo manifestare partes ignorantiæ: & dixit. Ignorantia vero, quæ non ſm modum negationis, sed ſm dispõnem & formam, est, cuius deceptio fit p viã syllogismi. sensus est, & posteaq; ignorantiæ spẽs sunt duæ: ignorantia, quæ est per modũ priuationis, quæ est, cũ non habuerimus de quæsito opinionem aliquam, & ignorantia, quæ est p viam habitus, & formæ, quæ est cũ habuerimus de quæsito opinionem erroneam: manifestum vtiq; q; ignorãtia, quæ non est per modum negationis: hoc est ignorantia, quę est priuatio cognitionis: sed p viam habitus & formę, i. existimatio erronea, q; deceptio & error accidẽs in hac ignorãtia, accidit vtiq; propter syllm aliquem aut imaginationem, & hoc in rebus, quæ non sunt per se notæ. Qñ vero hæc species erroris accidit in rebus per se notis, hoc est, vt existimetur de eo, quod notum est esse, q; non sit: & è conuerso, vt existimeẽ de eo, quod non est, q; ipsum sit, & accidit vtiq; i rebus notis per medium, hoc est per syllm: & accidit in cognitione ſm duas species, per syllogismum & sine syllo: dixit. Et hoc vtique accidit in ijs, quæ sunt, & non sunt sine medio. sensus est, q; error, qui accidit i rebus notis per se, est ſm duas species: quarum vna est, vt existimet aliquis esse & non esse existimatione simplici: sensus est, q; existimet aliquis affirmationem & negationem existimatione sine syllo: altera vero cum syllo. Quod cũ ita sit, sermo ipsius de errore, qui fit per modum habitus à principio sui sermonis, cũ dixit, q; est error per syllogismum, aut apparebit vniuersalis, & intendetur per ipsum particularis, & erit similis illi, quem postea dixit, q; illius erroris aliquis est simplex, qui est sine syllo, & eiusdem aliquis non simplex, qui est per syllm: aut sermo ipsius primus est de errore, qui accidit in rebus non p se notis. & hoc, qñ ipse existimet, q; fortasse in ipsis non accidit error, nisi propter syllogismum. Et cũ dixit: Atqui deceptio, quæ est in existimatione simplici, vocauit eam quæ nõ est ex syllo, simplicem: qñ non est conclusio. conclusio nanq; est quasi composita ex propositionibus. Cũ vero dixit, sed deceptio, quę est p syllm, est ſm multos modos: sensus est, q; deceptio accidẽs ex syllo, ea est, quæ accidit ſm multos modos. & ipse solicitus fuit i his modis cõnumerandis. Et posteaq; mentionem fecit de errore, qui est ex syllogismo multorum modorum, cœpit ponere exemplũ huius p literas, & ait: Quemadmodũ, si A non

si A non ineſſet alicui B sine medio, & monstraret aliqs A ineſſe ipsi B per viã syllogismi per medium, quod est C. proueniret enim ignorantia in hac negatione per viam syllogismi. sensus est, veluti si accideret, vt illud, i quo est A, exempli gratia, negaret inexistentia ab eo, in quo est B: et accideret hoi, q; existimaret A ieſſe B ex pte medij existimatione vniuersali inter vtraq;. esset enim ille ignorans hanc negationẽ per syllogismum corruptum.

Contingit quidem igitur vtrasq; propositiones esse falsas, contingit autem alteram solum. Si enim neq; A nulli eorum quę C insit: neq; C nulli eorum quæ B: assumpta vero fuerit vtraq; è conuerso, ambæ falsæ erunt. Euenit autẽ ita se habere C ad A & B, vt neq; sub A sit, neq; vniuersaliter in B. impossibile nãq; B eẽ in toto aliquo. dicebaſ. n. A primo ipsi non ineſſe: A vero non necesse oibus entibus ineſſe vniuersaliter: quare ambę falsæ.

Dixit Aristo. Atqui fieri vtiq; põt, vt sint ambæ propositiones syllogismi falsę, & fieri etiã potest, vt sit vna ipsarum tantũ. Quemadmodum si A non ineſſet alicui C: & C non ineſſet alicui B: & conuerterentur simul, & acciperent è contrario, essent vtiq; hoc modo ambæ simul falsæ. Fieri enim potest, vt forma C respectu A, & respectu B sit hæc forma, q;, inquam, non sit in A, et non sit in B penitus. B enĩ non potest ineſſe alicui penitus: quoniam iam positum fuit A non ineſſe alicui ipsorum primo. non est autem necessarium A ieſſe omnibus rebus: planum igitur, qũo erunt ambæ propositiones falsæ.

Deceptio p syllm affirmatiuũ i prima figura, ex ppõnib⁹ immediatis vtrisque falsis.



110 Posteaq; declarauit fieri posse, vt accidat error ex syllogismo, & existimetur de eo, quod negatur ab aliquo, q; illi insit, & è conuerso: enuntiauit, q; hoc accidit duobus modis: quorum vnus est, vt sint ambæ propositiones falsæ. modus vero secundus, vt sit vna falsa, & fieri potest, vt sit altera ipsarum vera. & hoc est, quod dixit: Atqui fieri vtiq; potest, vt sint ambę propositiones syllogismi falsæ, & fieri etiam põt, vt sit vna ipsarũ tantum. Deinde cœpit exemplificare, qũo accidet, vt sint ambæ falsæ, & cœpit acsi diceremus loco maioris extremitatis A, & loco minoris extremitatis B, & loco medij C. Et dixit: Quemadmodum si A non ineſſet alicui C: & C non ineſſet alicui B: & conuerterentur simul. sensus est, & hoc accidet, cũ A negabit à B negatione prima, & negabitur consimiliter ab aliquo alio, ac si diceres, ab eo, quod est in quo C, & esset hæc res alia negata à B, erraret; aliquis in ipsis, & conuerteret eas simul: hoc est, q; duas negatiuas faceret affirmatiuas: idest opinaretur, q; A prædicetur de omni C: & C prædicetur de omni B. oportet enim, q; ipse existimet ex his duabus propositionibus, q; A ineſt oi B, quod est conuersum ueritatis, & fit falsa hæc cõclusio, eo q; ambæ propositiones sunt totæ falsæ. Et dixit: Fieri enim potest, vt forma C respectu A, & respectu B sit hæc forma, q; inquã non sit in A, & non sit in B penitus. sensus est, atqui erit hæc species erroris possibilis: qñ fieri põt, vt sit aliquid, vt exempli gratia, in quo est litera C, quod opinatus est eẽ medium terminũ, cuius dispositio respectu A & B, quæ sunt duæ extremitates, sit hæc, dispositio: hoc est, q; non insit ipsi A, quæ est maior extremitas, & non sit prædicatum de B, quod est minor extremitas oino: hoc est, q; q; nõ sit vniuersale ad B, posteaq; posuit A negari à B negatione prima. si autem C esset vniuersale, hæc negatio non esset prima. Et dixit: B enim nõ potest ineſſe alicui penitus: qñ iam positum fuit A non ineſſe alicui ipsorũ primo. sensus est, atqui sequitur, cũ accipiatur aliquid aliud ab ipsis, quod neget ab vtroq; eorum simul, aut ab altero ipsorum: propterea q; fieri non põt, vt B penitus insit alicui eorum, quibus ineſt A. si enim hoc ita foret, A ineſſet alicui B: sed iam positum fuit nulli eorũ ineſſe, quod fieri non potest, & non cohæret. Et dixit: nõ est autem necessarium A ineſſe oibus rebus. sensus est, q; posteaq; non sequitur ex necessitate, vt A insit oibus rebus, à quibus negatur B, nihil prohibet fuentri aliqd, quod negetur ab vtrisq; eorũ simul. cũ enim accipitur è contrario, hoc est ſm affirmationem de vtrisq;, concluditur A affirmari de omni B. atqui volut declarare, q; non sequitur, vt sit vna duarum propositionum falsa. Et propterea dixit: planum igitur, quomodo erunt ambæ propositiones falsæ. hoc est, planum igitur propter naturam entium, quomodo fieri hoc potest.

Sed & alteram cõtingit veram accipere, non tamen vtram volueris, sed A C. C B nãq; propositio semper falsa erit: eo q; ipsum B in nullo sit: A C vero euenit. quemadmodum si A & ipsi C, & ipsi B insit indiuidue. quando enim idem primo prædicetur de pluribus, neutrum in neutro erit. Differt autem nihil, neq; si non indiuidue insit. Deceptio qdem igitur inexistendi & per hęc, & ita fit solum: non enim erat in alia figura inexistendi syllogismus.

Dixit Aristote. Fieri autem consimiliter potest, vt sit vna duarum propositionum syllogismi vera: præterquam quòd non erit vtrauis propositionum, sed maior, quæ est A C, minor autem quæ est propositio C B, est falsa simpliciter: quoniam B non potest ineſſe alicui: sed A C potest. quemadmodum si A ineſſet omni C, & ipsum de nullo B immediate: siue fuerit propositio mediata, siue immediata. secundum enim alios modos maior est vera, & minor falsa semper. & hoc erit, cùm vnus duorum terminorum dicetur de rebus multis, & erit medium de nullo minore. Hoc igitur modo cadet tantum deceptio i affirmatiua vniuersali. syllogismus enim super affirmatiua vniuersali non erit in alia figura ab hac.

Atqui



Deceptio p syllm affirmatiuum, ex altera ppõne tantũmõ, minore fallsa.

dem igitur vtrisq; falsis existentibus. quemadmodum si A & ipsi C, & ipsi B insit indiuidue. Si enim acceptum fuerit A quidẽ nulli C: C vero omni B: falsæ erunt propositiones.

Dixit Aris. Syllogismus autem super negatiua vniuersali fit, vtiq; in prima figura ac media. Enuntiemus aũt primo, quot modis fiat in prima figura, & ẽm quam dispositionem erunt propositiones. & hoc, qm̃ fieri potest, vt sit syllogismus super hoc, etsi sint ambæ propositiones falsæ. & hoc quemadmodum si A ineesset C, & B sine medio. & acciperetur A de nullo C: & acciperet C de omni B: ambæ igitur propositiones essent falsæ.

111 Atqui fieri nõ potest, vt maior propositio falsa sit, & minor vera. quod est, quia, qm̃ minor extremitas, quæ est B, ponit sub medio termino, qui est C: sequit igitur, vt negetur A à B per medium C. sed iam posuimus, ꝙ A negatur à B immediate, quod fieri nõ põt, & non cohæret. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: qm̃ B nõ põt ineesse alicui. sensus est: atqui fieri nõ põt, vt ipsa maior sit vera, qm̃ non potest poni sub aliquo, hoc est sub vniuersali, à quo negetur A, & sit A negatũ à B negatione prima, hoc est imediata. Et ait: sed A C potest. sensus est: atqui, ꝙ A insit oi C, hoc est, ꝙ C ponatur sub ipso, & sit particulariter ipso, & neget à B negatione prima, fieri iam potest hoc. Et istud est, quod voluit, cũ dixit: quemadmodum si A ineesset oi C, et ipsum de nullo B immediate. sensus est, quemadmodum si A prædicaretur de oi C, & ipsum ꝓdicaretur de nullo B immediate. Deide dixit, siue fuerit propositio mediata, siue immediata. sensus est, ꝙ accidit propositioni maiori, cũ sit vera tãtum, vt maior extremitas negeť à minore negatione prima: siue maior propositio fuerit mediata, siue immediata. si enim fuerit mediata, erit C positum sub ipsa imediate, & fieri potest, vt negetur à B negatione prima. Et ait: ẽm enim alios modos maior est vera, & minor falsa. sensus est, si res ita fuerit, ꝙ maior sit mediata, aut imediata: & hoc, qm̃ maior iuenitur duobus modis, aut mediata, aut immediata: & si per medium, aut unum, aut plura. & propterea protulit sermonem prolatione pluralitatis, non prolatione dualitatis, & dixit: ẽm enim alios modos maior est vera, & minor falsa. Et inquit: & hoc erit, cũm vnus duorum terminorum dicetur de rebus multis, & erit medius de nullo minore. sensus est, atqui accidet maiorem propositionem veram esse, minorem autem falsam: cumq; maior prædicet de rebus multis, & accipiantur res istæ termini medii, & sit medius terminus negatus à minore. cũ enim accipietur negatiua affirmatiua, accidet id, quod est negatiuum, existimari affirmatiuum. Et opinari possumus, ꝙ intelligat per id, quod dixit, cũ dicitur de rebus multis, ipsas scilicet ias ẽm materiam, in qua accidit maiorem propõnem esse verã mediatam. & hoc, quod dixit, cũ fuerit vnus duorum terminorum prædicatus de rebus multis, si intelligatur de ipso, ꝙ sit in ordine vno, erit expositio prima: si uero intelligatur de ipso, ꝙ hæ res multæ ponuntur sub se inuicem: hoc est, ꝙ intelligamus de ipso ipsum ordinem, erit expositio secunda. Et dixit: Hoc igitur modo cadet tantum deceptio in affirmatiua vniuersali, sensus est, ꝙ deceptio in negatiua prima cadet ex duobus modis tantũ: hoc est, ꝙ sint ambæ propõnes, aut minor falsa tm̃. Deinde dixit: Syllogismus. n. sup affirmatiua vniuersali nõ erit in alia figura ab hac. sensus est, ꝙ deceptio in negatiua vniuersali, cũ de ipsa existimet, ꝙ sit affirmatiua vniuersalis, non erit nisi in prima figura. hęc enim affirmatiua vniuersalis non cõcluditur nisi in prima figura.

Quæ vero est non existendi & in prima fit, et in media figura. Primum itaq; dicamus quot modis in prima fit, & quomodo se habentibus propositionibus. Contingit quis



Deceptio p syllm negatiuum i prima figura ex ambab⁹ ppõnibus falsis.

Posteaq̃ declarauit, quõ accidit error in negatiua vniuersali prima propter syllm, ita vt existimet de ipsa, ꝙ sit affirmatiua vniuersalis, & in qua figura, & ẽm quot modos accidit, cœpit monstrare, quõ accidet contrariũ huius: hoc est, cũ existimať de affirmatiua vniuersali, ꝙ est negatiua. Et cœpit ꝑmo manifestare figuras, in quibus accidit error iste: & dixit, ꝙ accidet ĩ duabus figuris, in prima, et media in contrarium erroris, qui est in negatiua. ipse enim non cadit, nisi in una tantum figura, quæ est prima. Et posteaq̃ enuntiauit, ꝙ accidit in duabus figuris, & dixit: Enũtiemus autem primo quot modis fiat in figura prima. intelligit ꝑ modos, cùm sunt ambæ propositiones falsæ, aut est altera ipsarum falsa. Et dixit: & ẽm quam dispõnem erunt propositiones. sensus est, ꝙ sint vtræq; falsæ, aut vna ipsarum. Et ait, ꝙ fieri potest, vt sint ambæ propositiones falsæ, vsque ad finem sermonis sui. sensus est, & possunt esse ambæ propositiones falsæ, cũ accipitur aliquid ineesse duobus immediatę, & hęc duo nõ sunt sibi inuicẽ. quẽadmodum se habent genera cũ speciebus sub se existentibus. cumq; aliquis negauerit genus ab vna sperum suarum, & prædicauerit ipsum de hac alia specie, accidet vtiq; ipsi, vt concludat negationem generis à specie. Vt in exemplo, si acciperet, ꝙ nullus mulus est animal: & acciperet ꝙ ois asinus est mulus: concluderet vtiq;, ꝙ nullus asinus est aial, quæ est negatiua vniuersalis falsa in totum, opposita affirmatiuæ vniuersali verę immediatæ: & ipsa sequitur ex duabus propositionibus falsis in totũ. Et hoc est, quod voluit, cùm dixit: & hoc, quemadmodum si A ineesset C, & B sine medio. sensus est, & C non insit ipsi B. cumq; acceperit, quòd A, quod est genus, hoc est extremitas maior, est de nullo C, quod est vna duarum specierum: & acceperit C, quod est species ipsius A, de omni B, quod est species secunda, quodq; est minor extremitas: planum igitur, quòd concludet in prima figura, A ineesse nulli B. hoc est, quòd genus non est in vna suarum specierum: quod est falsum oppositum vero immediato.

Contingit

Contingit autem & altera falsa existente, & hac vtrauis. Euenit enim A C quidem veram esse, C B vero falsam. A C quidem veram; qm̃ nõ oibus entibus ieſt A. C B vero falsam. qm̃ impoſe est C ieſse ipsi B, cui nulli ineſt A. non. n. amplius vera erit A C, ꝓpositio. simul aũt si & ambę sunt veræ, & cõclusio erit ẏa.

Dixit Aris. Et consimiliter etiã fieri vtiq; poterit, vt vna duarum propositionum syllogismi sit falsa, vtrauis ipsarum extiterit. Et hoc, qm̃ fieri potest, vt A C sit vera, & C B falsa. A C quidem vera, qm̃ A non ineſt oibus rebus: C B vero falsa, qm̃ fieri non põt, vt C iſit B, cũ ipsi C nulli insit A, nisi extiterit propositio A B falsa. & etiam si essent ambæ veræ, sequeretur, vt esset conclusio vera.



Deceptio p syllogismum negatiuum i prima figura, ex minori, ꝓpõne tm̃ falsa.

113 Dixit. Et consimiliter etiam cũ aliquid fuerit in omni immediate: quẽadmodum si A ineesset oi B, fieri vtiq; posset, vt argueretur per syllogismum perfectæ figurę, cuius maior propositio est vera, & altera falsa: aut per syllm, cuius maior propositio est falsa, & minor vera. Deinde narrat complicationem, in qua oportet, vt sit maior propositio vera, & minor falsa: & hoc fit, vt cũ accipitur prędicatum in propositione affirmatiua posita negatum ab aliquo, quemadmodum si acciperetur A negari à C, & acciperetur C ineſſe oi B. quod est cõtradictorium ipsius affirmatiuæ vniuersalis, & hoc ꝓ duas propõnes, quarum vna est vera, scilicet, ꝙ A negatur à C, & altera falsa, quæ est C ineſſe oi B. fieri enim non potest, vt sit verum A ineſſe oi B, & nulli C, & C omni B. sequitur enim ex hac complicatione, ꝙ A non insit alicui B, hoc autem contradictoriũ est veri subiecti. ex hoc. n. sequitur minorem propositionẽ esse falsam, quæ est C ineſſe oi B. Exemplum vero huius ex materiis est, ut accipiamus animal, quod ineſt oi homini, & sit aial, i quo A, & homo, in quo B: & accipiamus in quo C lapis. deinde accipiamus aial de nullo lapide, & lapidem de omni hoie: concludetur igitur aial de nullo hoie, quæ est negatiua falsa contradictoria affirmatiuæ veræ primæ, concluſa ex duabus propositionibus: quarum maior est vera, quæ est negatiua, & minor falsa, quę est affirmatiua. Et dixit: & hoc, qm̃ fieri põt, vt A C sit vera, & C B falsa. sensus est, cũ acceperimus A ineſſe omni B vere immediate, sequetur tam, ꝙ, cũ acceperimus aliquid, in quo sit C, & negauerimus A ab ipso C, & affirmauerimus C de omni B, ꝙ erit negatio A ab ipso C vera: & affirmatio C de oi B falsa: & concludetur ex hoc, A non ineſſe alicui B negatiõe vniuersali falsa. Et ait: A C quidem vera. qm̃ A non ineſt oibus rebus. sensus est, & vera est negatio A ab ipso C. qm̃ oportet, vt iuentatur aliquid, à quo negatur A, cũ A non sit in oibus. Deinde dixit: C B vero falsa, qm̃ fieri non potest, vt C insit B, cũ ipsi C nulli insit A, nisi extiterit propositio A B falsa. sensus est, & falsitas prædicationis C de B, sequitur ex necessitate. qm̃ fieri nõ potest, vt C, quod est negatum ab oi A, insit omni B. qm̃ si hæc esset vera, & maior propositio vera, non concluderent conclusionem falsam, quę est A ineſſe nulli B. & si essent ambæ veræ, falsum esset A de omni B. sed iã posuimus A de omni B, quæ est vera immediata. atqui hoc fuit necessarium: quoniam consequens ex duabus propositionibus veris est conclusio vera.

Sed & C B contingit veram esse, altera existente falsa. quemadmodum si B & in C, & in A est. necesse enim alterę sub altero esse. quare si acceperit A nulli eorũ, quæ C ineſſe, falsa erit propositio. Planum igitur, ꝙ altera falsa existente, & vtriq;, erit falsus syllogismus.

Dixit Aris. Et cõsimiliter etiam fieri potest, vt sit C B vera, altera ẏo sit falsa. Et hoc, quemadmodũ si A sit in omni C, & in omni B. necesse est igitur, vt sit vna istarum duarũ propositionum sub altera. & si acciperetur A non ineſſe alicui C, erit propositio falsa. Manifestum igitur, ꝙ fiet syllogismus, qui concludet conclusionem falsam, altera proꝓositionum existente falsa, & vtriq;.



Deceptio p syllogismum negatiuum i prima figura, ex maiori ꝓ posituone tm̃ falsa.

Posteaq̃ declarauit, qm̃ accidet, vt efficiatur syllogismus falsus super vniuersali contradictorio affirmatiuæ vniuersalis verę immediatę, cũ acceptæ fuerint ambę propositiones falsæ simul: cumq; accepta fuerit minor falsa & maior vera, vult monstrare consimiliter etiam, qm̃ accidet, vt efficiatur huiuscemodi syllg̃s, & sit minor vera, et maior falsa. Et, dixit, ꝙ hoc accidet, cũ habuerim⁹, exempli gra, prædicatum aliquod, quod insit oi subiecto immediate, quemadmodũ si A ineſſet omni B: accipiamus autem, in quo est A nouum, & in quo est B, paries: habebimus igit, ꝙ A ineſt omni B, puta nouũ omni pariti, sermone affirmatiuo, vero, immediato. Cùm autem voluerimus concludere negatiuam falsam contradictoriam huic enuntiationi, maiore falsa existente, & minore vera, inquiremus subiectum vnum, cui insit prædicatum primum per se. quemadmodum si accipiamus C, in omni B, & sit loco C corpus: erit igitur corpus in omni pariete, & nouum in omni pariete. & qm̃ sequitur, vt sit pars vnius duorum terminorum tm̃ minorum sub altero, verum erit, ꝙ aliquod A est C, hoc est, ꝙ aliquod nouum est corpus, cùm sit complicatio in tertia figura. Cumq; acceperimus A ineſſe nulli C, hoc est nouũ nulli corpori: & acceperimus C de omni B, hoc est corpus de omni pariete: concluditur nobis, ꝙ nouum de omni pariete, hoc est, ꝙ A non de aliquo B, quę est negatiua vniuersalis contradictoria affirmatiuę, quam posuimus: & maior falsa est ex hoc syllogismo, quæ dicit, A de nullo C, hoc est, ꝙ nouum de nullo corpore. Et dixit. Et consimiliť ẽt fieri potest, vt sit C B uera, intelligit propõnem minorem, quæ fuit in exemplo nostro, corpus de omni

pariete.

pariete. Et dixit: altera vero sit falsa. sensus est, quòd dicimus A non de aliquo C, hoc est nouum nō de aliquo corpore. Deinde docuit, qñ accidet hoc, & in qua specie accidentium prædicatorum accidet, & dixit: quemadmodum si A sit in oī O, & in omni B. hoc est, quemadmodum cū A diuidatur in duo, quoꝝ alterum sit, in quo est B, & alterum in quo est C, hoc est ꝙ prædicetur A & B de oī C, quēadmodum, ꝙ prædicetur corpus & nouū de oī pariete. Deinde dixit necesse est igitur, vt sit vna istarum duarum propositionum sub altera. hoc est, necesse est igitur, vt pars istarum duarū rerum inexistentium omni alicui ita se habeat, vt vna ponatur sub altera: id est, vt aliquod B ponatur sub C, & aliquod C ponatur sub A, eō ꝙ ipsa complicantur in subiecto: hoc est, ꝙ sit aliquod corpus nouum positū sub corpore. & è contrario, cū acceperimus A, quemadmodum diximus, nō inesse alicui C, hoc est nouum non inesse alicui corpori, erit ꝓpositio falsa negatiua maior: & erit C de oī B, hoc est corpus de oī pariete, minor vera, & concludet negatiua falsa contradictoria affirmatiuæ veræ immediatæ.

In media autem figura, totas quidem esse propositiones ambas falsas, non contingit. qñ enim A omni B insit, nihil erit accipere, quod alteri quidem omni, alteri vero nulli inerit. Oportet autem sic accipere propositiones, vt huic quidem insit, illi vero nō insit: si quidem erit syllogismus. si igit sic acceptæ falsæ, planum, ꝙ è contrario e conuerso se habebunt. hoc autem impossibile.

Dixit Arist. In media vero figura fieri non potest, vt sint ambæ ꝓpositiones falsæ. qñ, qñ A ineſt oī B, non inuenitur aliquid, quod sit prædicatum de vno duorū terminorum per affirmationem, & de altero per negationem. Et ſm hunc modum oportet, vt accipiantur propositiones, cū fuerit medius terminus prædicatus de vno duorum terminorum affirmatiue, & de altero negatiue, cùm voluerimus facere syllogismū. cùm autem acceperimus ipsum ſm hanc formam, erunt ambæ falsæ. manifestum igit, cùm accipiunt è contrario huius dispositionis, ꝙ accipiuntur è contrario eius, quod est. fieri autē non potest, vt sit cum hac dispositione.

115 Posteaq̄ declarauit iam qño accidet falsum ꝓ duas propositiones, cùm fuerint in figura prima, transiuit ad hoc declarandum in secunda figura, & dixit: In media vero figura fieri non potest, vtcq̄ ad id, quod dixit, facere syllogismum. sensus est, in secunda aūt figura fieri non potest, vt sit sylls̄, per quem existimetur de affirmatiua vniuersali, ꝙ è negatiua vniuersalis, & sint ambæ propositiones falsę. cum enim A fuerit in B, fieri non poterit, vt existimemus A non ineſſe B, ꝓpter duas propositiones falsas in secunda figura, nisi cùm accipit aliquid prædicari de vno duorum terminorum, hoc est de A, aut de B per affirmationem, & prædicetur de alio termino per negationem. si enim inuentretur aliquid cum hac dispōne, fieri posset, vt conuertereť res, & prędicareť de re, quæ sequitur ex ipsa, & prædicareť de re, quæ negaretur ab ipsa, & accideret, vt esset conclusio negatiua falsa ex duabus propositionibus falsis in secūda figura: sed cū ineſt aliquid alicui & toti ipsi, fieri vtcq̄ nō potest, vt inueniatur aliquid, quod vni ipsorum insit oi, & negetur ab altero oī. quod si ita esset, nō ineſſent hęc sibi inuicem, sed iam posuimus ineſſe, quod fieri nō potest, & non cohæret. Et hoc est, quod voluit, cùm dixit: qñ non inuenitur aliquid, quod sit prædicatum de vno duorum terminorum per affirmationem, & de altero per negationem. hoc est, ꝙ vnus duorum terminorum insit duobus. Et cū dixit: Et ſm hunc modum oportet, vt accipiātur propositiones, cū fuerit terminus medius prędicatus de vno duorum terminorum affirmatiue, et de altero negatiue, cū voluerimus facere syllogismum. sensus est, cū voluerimus facere syllm in secūda figura; quo negeť vnus duorum terminoꝝ ab altero, fieri non potest, quin accipiať medīū terminus, qui negetur ab vno termino, et affirmetur de altero. Et dixit: cū autem acceperimus ipsum ſm hanc formam, erunt ambę falsæ. manifestum igitur, cū accipiuntur è contrario huius dispōnis, ꝙ accipiunt è contrario eius, qd est. sensus est, atqui si inueniretur medius terminus cum hac dispositione, hoc est affirmatus de vna duarum extremitatum & negatus ab altera, & ambæ propositiones essent falsæ: planum igitur per se, cū acciperemus illas duas propositiones è contrario, hoc est, ꝙ acciperetur affirmatiua negatiua, & negatiua affirmatiua, ꝙ ambę essent veræ, & non concluderent negatiuam veram. sed fieri nō potest, vt inueniatur medius terminus cum hac dispositione, hoc est inter duos terminos, quorum vnus ineſt alteri per affirmationem. Et hoc est, quod voluit, cū dixit: fieri autem non potest, vt sit cum hac dispositione. sensus est, ꝙ sit medius terminus inter duas extremitates, negatus ab vna, & affirmatus de altera, & ambæ falsæ inter duo, quorum vnum ineſt alteri.

In aliquo vero vtranq̄ nihil prohibet falsam esse. quemadmodum si C & A, & B alicui insit. Si enim A quidem oī acceptum fuerit ineſſe: B vero nulli: falsæ quidem ambæ propositiones, non tñ totę, sed in aliquo. Et è cōuerso quoq̄ posito priuatiuo, consimiliter.

Dixit Arist. Cùm vero fuerint falsę in parte, nihil prohibet, vt sint ambæ propositiones falsæ. Quemadmodum si C ineſſet alicui A, & alicui B: & acciperet C ineſſe omni A, & nulli B: ambæ igitur ꝓpōnes eēnt falsę, non in totum, sed in parte. Et ſm hanc formam erit, si accipiatur negatiua è contrario.



Deceptio ꝓ syllos negatiōis i secunda figura ex ambab. ꝓpōnib⁹ in parte falsis.

116 Hoc est, quod dixit, est res per se nota. & hoc, quoniam fieri potest, vt sit aliquid, quod ſi sit omni alicui, & sit aliud existens in huius aliquo, & in aliquo illius. cūq̄ acceperimus ipsum negari ab vno duoꝝ de oī alteri, & ineſſe oī alteri: concludetur, ꝙ vnū horum duorū non ineſt alteri in secunda figura, & erūt ambæ propositiones falsę in parte: vniuersalis quidem negatiua, eo ꝙ est negatiua particularis: vniuersalis vero affirmatiua, eo ꝙ est affirmatiua particularis. Vt I exemplo, si animal ineſſet omni homini, & album alicui animali, & alicui homini,

homini, & complicaretur syllogismus ex binis propositionibus falsis in parte hunc in modum: omne animal album: & nullus homo animal. aut è conuerso, vt accipiatur, nullum animal album, & omnis homo album. concludetur nullus homo animal.

Alteram vero falsam esse, & vtrāuis, cōtingit. quod enim ineſt A omni, & B ineſt. Si igit acceptum fuerit ipsum C ineſſe quidem toti A, toti vero B non ineſſe: C A quidem vera erit, B C autem falsa.

Dixit Arist. Et consimiliter etiam fieri potest, vt vna duarum propositionum falsa sit, vtrauis ipsarū fuerit. quod enim ineſt omni A, ineſt consimiliter etiam omni B: & si acciꝑiatur C ineſſe omni A, & nō ineſſe alicui B: propositio C A erit vtiq̄ vera, & propositio C B erit falsa.



Deceptio ꝓ syllogismum negatiuū i secunda figura ex maiore affirmatiua vera, et minore negatiua falsa.

117 Posteaq̄ docuit fieri non posse in secunda figura, vt sint ambę falsę in totum ſm hanc speciē erroris, quodq̄s fieri potest, vt sint ambæ falsæ in parte, vult docere, ꝙ fieri potest, vt sit vna duarum propositionum falsa, & altera vera. & hoc in duabus speciebus: hoc est, ꝙ maior ipsius sit affirmatiua vniuersalis, & minor negatiua vniuersalis, & in contrarium huius, ꝙ maior sit negatiua, & minor affirmatiua. Erunt igitur quatuor species: duæ species in illa specie, cuius maior est affirmatiua, et minor negatiua, & hoc, qñ erit utiq̄ maior affirmatiua vera, & minor negatiua vniuersalis: & è cōuerso, vt sit maior affirmatiua falsa, & minor negatiua vera. Et cōsimiliter accidet in specie, cuius maior est negatiua, & minor affirmatiua: hoc est duæ species simul: id est, vt negatiua maior sit vera, & affirmatiua minor falsa: & è contrario, vt sit negatiua maior falsa, & affirmatiua minor vera. Et cœpit in hoc à specie, cuius maior est affirmatiua vera, & minor negatiua falsa, & dixit: quod enī ineſt omni A, ineſt consiſt etiam oī B. & hoc est manifestum: qñ A, quod est extremitas maior, posuimus inesse omni B, quod est minor extremitas. Deinde dixit: & si accipiatur C ineſſe oī A, & non ineſſe alicui B, propositio C A, erit vtiq̄ vera, & propositio C B erit falsa. sensus est, & si acciperetur aliquid ex eo, quod ineſt oī A, falsum, ac si diceres C medium terminum: igitur totum ipsum erit de omni A per affirmationē, & negationem ipsius ab omni B. qñ propositio C A, hoc est maior, in qua prędicatur C de omni A, erit vera: & propositio C B: hoc est, in qua negatur C à B, erit falsa. quoniam cum fuerit A de omni B: & C de omni A, sequitur ex necessitate, vt sit C de omni B. & propterea sequiť, vt sit, quod accepimus ipsum esse non de aliquo B, falsum.

Rursus, quod B quidem nulli ineſt, neq̄ A oī inerit. si. n. ipsi A, & ipsi B: sed nō inerat. Si igitur acceptum fuerit C A quidem toti ineſſe, B vero nulli: B C quidem propositio vera, altera autem falsa.

Et consimiliter etiam ipsum non ineſt alicui B, qñ non ineſt omni A. si enī ineſſet ipsi A, ineſſet vtiq̄ & ipsi B. sed in veritate nō ineſt ipsi B. & si acciperetur C ineſſe omni A, & non ineſſe alicui B: propositio C B erit vtiq̄ vera, & propositio C A erit falsa.



Deceptio ꝓ syllm negatiū in secūda figura ex maiore affirmatiua falsa, & minore negatiua vera.

Posteа vero qñ docuit, qño accidet, vt sit maior propositio vera, & minor falsa i illa specie, cuius maior est affirmatiua, & minor negatiua in secunda figura, vult docere consiſt etiam, qño accidet in hac specie contrarium huius: hoc est, vt sit maior affirmatiua falsa, & minor negatiua vera, & dixit: Et consiſt etiam ipsum non ineſt alicui B, qñ non ineſt omni A. si enim ineſſet omni A, ineſſet vtiq̄ et ipsi B. sensus est, qñ iam positum fuit A ineſſe omni B, ideſt, iam igitur accidet, vt affirmatiua maior sit falsa, & minor negatiua sit vera, cū accipitur C medius terminus aliquid, quod negatur ab oī B, quod est minor extremitas: ac si diceres illud, in quo est C. sequitur enim in ipso ex necessitate, vt sit negatum ab omni A, quod est extremitas maior. qñ si ineſſet ipsi A: sicut tā posuimus, ꝙ A in oī B: sequereť, vt ineſſet B in C, & iam posuimus, ꝙ non est in aliquo ipsius, quod fieri non potest & non cohæret. Et si poneremus in cōsimili materia C ineſſe oī A, quod non ineſt, esset maior affirmatiua falsa, hoc est, ꝓpositio C A: & minor negatiua vera, hoc est, ꝓpositio C B: & concludet negatiuam vlem.

Consimiliter vero et transpositio priuatiuo. qd'. n. nulli ineſt A, neq̄ B nulli inerit. Si igit acceptū fuerit C A quidē toti non ineſſe: A C qdem ꝓpositio vera erit, altera aūt falsa.

Dixit Arist. Et hoc exemplo, si non fuerit possibilis negatiua. & hoc, qñ, quod non ineſt alicui A, neque inerit ipsi B consimiliter etiam. Et si acciperetur C non ineſſe alicui A, & ineſſe omni B: esset vtique propositio C A vera, & altera falsa.



Deceptio ꝓ syllogismum negatiuum i secunda figura ex maiore negatiua vera, & minore affirmatiua falsa.

119 Posteaq̄ declarauit, qño accidat in specie, cuius maior in hac figura est affirmatiua, & minor negatiua, in qua aliqñ maior est falsa, & aliqñ minor, vult declarare, qño accidet hoc in specie altera, hoc est cuius maior est negatiua, & minor affirmatiua. Et hoc est, quod voluit, cū dixit: Et hoc exemplo, si nō fuerit possibilis negatiua

gatiua. Et cœpit commemorare, qũo in hac ſpecie erit propoſitio maior vera, hoc eſt negatiua, & minor falſa, hoc eſt affirmatiua, & dixit: & hoc, qm̃ quod non ineſt alicui A, neq; inerit ipſi B. ſenſus eſt, qm̃ ſi ineſſet ipſi B: & iam poſitum fuit A ineſſe omni B, ineſſet vtiq; ipſi A. ſed tam poſitum fuit non ineſſe ipſi: quod fieri non põt, & non coheret. Deinde dixit. Et ſi acciperetur C nõ ineſſe alicui A, & ineſſe omni B, eſſet vtiq; propoſitio C A vera, hoc eſt maior negatiua: & altera falſa, hoc eſt affirmatiua minor. Vt in exemplo, ſi ineſſet aĩal oi homini: deinde acciperemus res negatas ab aĩali toto: ſequereť ex neceſſitate, vt negarentur ab hoíe. quemadmodum ſi diceres perpetuũ, et complicareť ſyll̃s hunc in modũ, nullum aĩal eſt perpetuum: & hõ eſt perpetuum: cõcluderet, cp hõ non eſt aĩal, ex ſyllo in ſecũda figura, cuius maior negatiua vera, & minor falſa affirmatiua.

Et rurſus quod omni B ineſt, accipere ineſſe nulli A, falſum. neceſſe enim, ſi B omni, & A alicui ineſſe. Si igitur acceptum fuerit, C ineſſe quidem omni B, nulli vero A: C B quidem vera erit, C A aũt falſa. Planum igitur, cp & ambabus exiſtẽtibus falſis, & altera ſolũ, erit ſyllogiſmus deceptorius in indiuiduis.

Dixit Ariſto. Et conſilr etiam, quod ineſt omni B, non ineſſe alicui A, eſt falſum: quoniã neceſſe eſt, cp ineſt omni B, vt nõ ſit non inexiſtens ipſi A. Cumq; acceptũ fuerit C ineſſe oi B, & non ineſſe alicui A: erit vtiq; C B vera, & C A falſa. Iã itaq; apparet, qm̃ erit deceptio in ſyll̃o per propoſitiones imediatas, & cùm ſunt ambę propoſitiones ſyllogiſmi falſæ, & cũ eſt vna ipſarum falſa tantum.

Corruptibile.
C.
A.
O.N.
O.
B.
Animal. N. Homo.

Deceptio p ſyllogiſmum negatiuum i ſecunda figura ex maiore negatiua falſa, & minore affirmatiua vera.

120 Poſteaq; expoſuit, qũo erit negatiua maior vera, & affirmatiua minor falſa, vult docere materiam, in qua accidit cõuerſum huius: quod eſt, vt negatiua maior ſit falſa, & affirmatiua minor vera. Et dixit: Et cõſimiliter etiam, quod ineſt oi B, non ineſſe alicui A, eſt falſum: qm̃ neceſſe eſt, quod ineſt oi B, vt non ſit non inexiſtens alicui A. ſenſus eſt, cùm A inſit omni B, neceſſe igitur eſt, quod ineſt oi B, vt non ſit inexiſtens alicui A. qm̃ ſi eſſet non inexiſtens alicui A, & ineſſet oi B: ſequeretur ex hoc in ſecunda figura, cp A non ineſſet alicui B. ſed iam poſitum fuit ineſſe omni B: quod fieri non poteſt, & non coheret: neceſſe igitur, vt oĩ, quod ineſt oi B, inſit ipſi A. Deinde dixit: Cumq; acceptum fuerit C ineſſe oi B, & non ineſſe alicui A, erit vtiq; C B vera, & C A falſa. ſenſus eſt, & erit propoſitio C B vera, & eſt ea, quæ dicit, cp C ineſt omni B, & eſt minor: & erit propoſitio C A falſa, q̃ dicit: C ineſſe nulli A, quæq; eſt maior negatiua. Et poſteaq; iam ſunt declaratum, cp cõtrarium negatiuę vniuerſalis eſt affirmatiua vniuerſalis: error, qui accidit in negatiua vniuerſali, accidet vtiq; in prima figura, ſm cp dictum. poſtea vero, cum error in affirmatiua accidet in prima figura ac ſecunda, eo cp contrarium affirmatiuę eſt negatiua. iam vero commemorauit ſpecies ſyllogiſmorum falſorum, qui accidunt in his duabus figuris ſm vtranq; duarum cognitionum affirmatiuæ vniuerſalis, & negatiuæ vniuerſalis notarum per ſe. ſequitur, cũ connumerauerit ſyllos, q accidunt ex hoc in his duabus figuris, vt iam cõnumerauerit oẽs ſyllos falſos, qui accidunt in duabus iſtis propoſitionibus, hoc eſt affirmatiua & negatiua imediatis. Et propterea dixit: Iam itaq; apparet, qm̃ erit deceptio in ſyllo per ppones imediatas, & cũ ſunt ambæ ppones ſyllogiſmi falſæ, & cũ eſt vna ipſarũ falſa tm̃. ſenſus eſt, ſiue in prima figura, in errore, q accidit in propoſitione negatiua: ſiue in prima & ſecunda, in errore, qui accidit in affirmatiua.

In his vero, quæ inſunt nõ indiuiduę, aut non inſunt, qm̃ quidem per proprium medium efficiatur falſi ſyllogiſmus, non poſſunt ambæ falſæ eſſe propoſitiões, ſed ea ſolum, quæ eſt ad maius extremum. Dico autem proprium medium, per quod fit contradictionis ſyllogiſmus.

Dixit Ariſt. In propoſitionibus aũtẽ mediatis, ſi ſyllogiſmus concludens falſum fuerit per medium eſſentiale proportionatum, fieri vtiq; non poterit, vt ſint ambæ propoſitiones falſæ, ſed ex ipſis maior tantum. Intentio autem eius, quod dicimus, medium proportionatum, eſt, vt ſit mediũ, per quod fit ſyllogiſmus in contrarium.

121 Poſteaq; mentionem fecit de ſpẽbus ſyllorum falſorum propter propoſitiones, quæ accidunt in primis cognitis per ſe affirmatiuis & negatiuis, vult ſimiliter etiam cõmemorare ſpecies ſyllorum falſorum propter propoſitiones ſuas, quæ accidunt in quęſitis, quę monſtrantur per ſyllos uerarum propoſitionum mediatarũ. Et icœpit, & dixit: In, ppoſitiõibus aũt mediatis, ſi ſyll̃s concludẽs falſum fuerit p mediũ eſſentiale, pportionatũ, fieri vtiq; nõ poterit, vt ſint ambę, ppoſitiones falſę. ſenſus eſt, cp propoſitionibus, quæ monſtrantur per ſyllogiſmos ſimplices, ſi ſyll̃s cõcludens falſum fuerit per medium eſſentiale, erit vtiq; in contrarium propoſitionis, quæ conſtruitur per medium proportionatum verum, quod eſt proportionatum eſſentiale: hoc eſt, cùm prædicatur de vna extremitatum per alium modum, q̃ qui eſt de ipſo ſm ſe, non accidet, vt ſint ambæ propoſitiones falſæ, ſed maior tantum. Deinde dixit: Intentio autem eius, quod dicimus, medium proportionatum, eſt, vt ſit medium, per quod fit ſyll̃s in contrarium. ſenſus eſt, cp intentio conditionis, quam poſuimus, vt ſit ſyllogiſmus falſus propter propoſitiones mediatas, per medium eſſentiale proportionatũ eſt, vt hoc illud medium, quod accipitur in ſyllogiſmo vero, ſit idem medium, quod concludit cõtrarium illius, quod iudicauit natura ipſius: & eſt ipſum falſum.

Inſit enim A ipſi B per medium C: qm̃ igitur neceſſe eſt C B affirmatiuam accipi, cùm ſit ſyllogiſmus: planum, cp ſemper hæc erit vera, non enim conuertit: A C vero falſa, hac enim conuerſa contrarius fit ſyllogiſmus.

Dixit Ariſt. Sit igitur A in B per mediũ C: cùm itaq; fuerit ſyll̃s perfectus ex neceſſitate, C B propoſitio erit affirmatiua, & hęc erit vtique ſemper vera, & non conuertitur: A C vero propoſitio erit falſa. quoniam fieri poteſt

teſt, vt hæc conuertatur, & proueniat per eã ſyllogiſmus ſuper contrario.

Substantia. Animal. Homo.
A. O. C. O. B.
N. N.

Deceptio g ſyllogiſmum negatiuum i prima figura, ex ppõnib⁹ mediatis per mediũ ex eadem coordinatione, ſed maiore tantum falſa.

122 Senſus eſt, exẽplum huius, cùm accipimus loco maioris extremitatis in ſyll̃o perfecto id, in quo eſt A, & loco minoris id, in quo eſt B: & accipiamus, cp A inſit B per medium, in quo eſt C: veluti ſi accipiamus A de omni C: & C de omni B: concluderemus A ineſſe omni B, quæ eſt concluſio vera per medium proportionatum ex propoſitionibus veris. nam, cũ res ita fuerit, & accideret, vt eremus, & concludamus per hoc idem medium, hoc eſt per C, cp A non inſit alicui B: fieri igitur non poteſt, vt eremus in propoſitione minore affirmatiua dicente, cp C de omni B. ſi enim erraueremus in hac tantum, & acceperimus C de nullo B, & acceperimus A de oi C, non concluderetur nobis ex hoc aliquid. qm̃ iam declaratũ fuit, cp ex cõditionibus ſyllogiſmi negatiui i prima figura eſt, vt ſit minor affirmatiua. accidet igitur in hoc quæſito ſyll̃s perfectus in figura falſus propter ſuas propoſitiones, qm̃ exiſtimamus propoſitionem maiorem affirmatiuam eſſe negatiuam. Et propterea dixit de propoſitione minore, cp eſt vera ſemper, & non conuertit. ſenſus eſt, quemadmodum concluſio. qm̃ ex cõditionibus iſtius erroris eſt, ut ſit ſyll̃s perfectus i figura. et hoc eſt, quod ſignificauit, cũ dixit: cùm itaq; fuerit ſyllogiſmus perfectus ex neceſſitate. Deinde dixit: A C vero propoſitio erit falſa. qm̃ fieri poteſt, vt hæc conuertat̃, & proueniat per eam ſyll̃us ſuper contrario. ſenſus eſt, propoſitio autem A C, maior affirmatiua, hoc eſt, in qua accipitur A de omni C, in ſyllogiſmo vero, fieri põt, vt conuertatur, & accipiatur loco ipſius negatiua ſibi oppoſita: & erit ex hoc ſyll̃us concludens contrariũ ſyllogiſmi perfecti, qui concludit negatiuam. tam enim ſyll̃s perfectus concludebat affirmatiuam vniuerſalem.

Conſimiliter autem & ſi ex alia coordinatione acceptum fuerit medium, vt D licet in toto A ſit, & de B omni prędicetur: neceſſe. n. D B quidẽ propoſitionem manere, alteram vero conuerti. quare hæc quidẽ ſemp vera, illa autẽ ſemper falſa. & quaſi talis deceptio eadem eſt ei, quę eſt per proprium medium.

Substantia. Riſibile. Homo.
A. O. D. O. B.
N. N.

Deceptio g ſyllogiſmum negatiuum i prima figura g medium non ex eadẽ coordinatione, ex maiorẽ falſa, et minore vera mediatis. Auer. p D aſſumpſit C, & ſic i ſequentib⁹ ex tibus.

123 Terminus medius proportionatus is eſt, qui concludit per naturam ſuam verum in oi materia, hoc eſt per modum prædicationis ſuæ naturalis. cũ enim fuerit aliquid prædicatum ſm naturam de aliquo, & prędicetur de ipſo aliud, erit vtiq; terminus proportionatus primę figuræ, & non accidit vt per ipſum concludatur falſum conſequens, niſi maior propoſitio ſit falſa. Sed medius propinquus proportionato eſt vnus, per quem accidit, vt concludat in aliqua materia. Vt in exemplo, cùm fuerint ambæ affirmatiuæ in ſecunda figura, & exiterit maior conuertibilis. & hoc, cũ fuerit proprium, aut deſcriptio, aut definitio. cũ enim conuertitur, redit ad primam figuram. cũ igitur accepta fuerit loco affirmatiuę minoris negatiua, non redibit ad primam figuram: etiã fuerit maior cõuertibilis. propterea fieri non poteſt, vt complicet ſyllogiſmus concludens ex huiuſcemodi medio termino, & ſit minor ſua negatiua falſa. Atqui accidit per huiuſcemodi terminum, vt concludatur concluſio falſa affirmatiua, cũ accepta fuerit maior è cõuerſo, hoc eſt negatiua. Vt in exẽplo, ſi ex literis iſtis, C, quod eſt terminus medius, p̃dicareť de oi A, & prædicareť de oi B, cũ. n. conuerteret maior, A prędicatum eẽt de oi C: & C prędicatum de oi B: & cõcludereť in prima figura, A de omni B, cũ autẽ non conuertitur maior in huiuſcemodi prædicatione, nõ erit vtiq; terminus propinquus proportionato, vt redeat ad primam figuram, quemadmodum diximus. iam autem declaratum fuit, fieri non poſſe in prima figura, vt minor conuertatur, & ſit concludens. diſpoſitio igitur, quæ accidit ex hoc per terminum medium propinquum proportionato, eſt eadem cum proportione, quæ accidit per proportionatum. Et propterea dixit: deceptio igitur eſt vna, cùm fuerit medium in ſyllogiſmo proportionatum, aut propinquum proportionato. exemplum autem ſuper hoc ex materijs non eſt difficile. non enim legẽdus eſt liber iſte, niſi ab illo, qui legerit Priora analytica.

Si vero non per proprium medium efficiatur ſyllogiſmus: qm̃ ſub A quidem ſit medium: ipſi vero B nulli inſit: neceſſe eſt falſas eſſe ambas. accipiendæ nanq; ſunt è contrario, cp ſe habent propoſitiones, ſi debet ſyllogiſmus fieri. ſic autem acceptis, ambæ efficiuntur falſæ. quemadmodum ſi A quidem toti D ineſt: D vero nulli eorum, quæ B: his enim conuerſis, ſyllogiſmus erit, & propoſitiones ambæ falſæ.

Dixit Ariſt. Sin autem medius terminus ſyllogiſmi fuerit nõ proportionatus, & fuerit C medius terminus ſub A, & non inexiſtens alicui B, neceſſarium vtiq;, vt ſint ambæ propoſitiones falſæ. oporteret enim, vt conuerterẽtur ſimul in contrariũ eius, quod ſunt, ſi diſpoſitio ſit, vt ex ipſis fiat ſyllus. cũ

enim

enim sic accipiuntur, erunt ambę falsæ. quę-admodum si A inesset oi C. & C nulli B. cùm enim tales conuertantur, erit syllogismus, cuius ambæ propositiones falsæ.

Auer. loco substãtiæ sũpsit A tal & loco tapidis B quum.



Deceptio ꝑ syllogismum negatiuum i prima figura per medium non proportionarum ex ambab⁹ propõnib⁹ falsis mediantis.

124 Dixit: Cùm vero fuerit aliquid inexistens alicui, ac si diceres a tal de omni hoie per medium proportionatum, quod est exẽpli gratia sensitiuum: dispositio vtiq; ipsius est, quemadmodum diximus. Sin autem accepe rimus in huiuscemodi cõclusione medium non proportionatum: pura si acciptatur, quod ponit sub A, hoc est, de quo A naturaliter, quod est pars ipsius, & est negatũ ā minore extremitate, ac si diceres equum: per huiuscemodi terminum non complicatur syllogismus. & hoc, qm̃ non sequitur, cùm prędicatur animal de oi equo: & equus de nullo hoie, ꝙ non insit animal alicui homini: hoc igitur medium nõ proportionatum inuentę vtiq; in propositionibus, in quibus est medium proportionatum. Cùm igitur voluerimus concludere ex hoc medio conclusionem contrariam conclusioni veræ, non proueniet nobis, nisi cũ acceperimus ambas propositiones falsas, vsquequo fuerit maior negatiua & minor affirmatiua: hæc enim complicatio concludit in prima figura. Et accipitur in exẽplo ipsius animal de nullo equo: & equus de omni homine: & concluditur ex necessitate, ꝙ animal de nullo homine. Hæc igitur est intentio, quam dixit in hoc capitulo, & sermo ipsius ex eo, quod diximus, intelligitur per se.

Quando vero medium non sit sub A, vt D, A D quidem vera erit, D B autem falsa. nam A D quidem vera, quoniam non erat in A ipsum D: D B autem falsa, quoniam si esset vera, & conclusio vera esset. sed erat falsa.

Dixit Aristo. Cũ vero non fuerit medius terminus sub A, quemadmodũ C, propositio A C erit quidem vera, propositio autem C B erit falsa. A C quidem vera, qm̃ C non est sub A: C B vero falsa, quoniam si esset vera, esset & conclusio vera. sed est falsa.



Deceptio ꝑ syllogismum negatiuum i prima figura per medium non proportionarum, ex maiore vera, et minore falsa, mediatis.

125 Cũ vero fuerit aliquid cõclusum per affirmationem de aliquo, & acceptum fuerit medium non proportionatum, cũ inuenitur aliquid negatum ab ambabus extremitatibus, hoc est à maiore et minore: hoc vtiq; erit. qm̃, cùm voluerimus complicare ex huiuscemodi medio syllm perfectæ figuræ, concludetur contrariũ cõclusionis perfectæ, hoc est negatiua vniuersalis. fieri igitur hoc non poterit, nisi cũ fuerit propositio maior vera ex necessitate, cũ accepta fuerit ab sq; dubio negatiua, & minor falsa, cũ accepta fuerit sine dubio affirmatiua. sin autem minor esset vera, cũ maior iãm posita fuerit vera, sequitur vt sit cõclusio vera. sed iãm ponimus, ꝙ contraria est vera. Exemplum huius ex materijs, si concludamus, ꝙ oẽ animal hõ per medium sensitiuũ: deinde accipiamus medium non proportionatum, quod sit negatum ab vtrisq;, hoc est ab vtrisq; extremitatibus, maiore & minore, quæ ambæ sunt in hoc exẽplo, animal, & homo: erit autem medium hoc, quẽadmodum lapis. cũ igitur errauerimus syllo per hoc medium, erit complicatio syllogismi perfecta: propositiones autẽ falsæ absq; dubio & ex necessitate. vt si accipiatur, lapidẽ inesse omni homini, & animal inesse nulli lapidi: concluderetur vtiq; nobis ex hoc in prima figura, ꝙ animal de nullo homine: & propositiones ita se habebũt, ꝙ negatiua erit vera, & minor affirmatiua falsa, quodq; fieri non potest, vt cõcludatur negatiua vera ex syllogismo perfectæ figuræ, nisi per hanc formam. Et dixit: Cùm vero non fuerit medius terminus sub A, hoc est, sed fuerit negat⁹ ab A, quod est extremitas maior, & A B, quod est extremitas minor. & reliqua verba sua ex eo, quod dixit, intellecta sunt per se.

Sed cũper mediam figuram efficitur deceptio, ambasquidem non contingit falsas esse propositiones totas. Cùm. n. sit B sub A, nihil contingit, huic quidẽ oi, illi vero nulli inesse, quẽadmodum dictum est & prius.

Dixit Arist. Cùm vero fuerit deceptio in media figura, fieri non poterit, vt sint ambæ propositiones falsæ in totum. quoniã, cùm fuerit A de omni B, fieri vtique non poterit, vt inueniatur aliquid, quod vni insit omni, & alteri nulli, quemadmodum diximus in præcedentibus.

126 Posteaq; declarauit species errorum, qui accidunt in cõclusionibus veris in prima figura, hoc est errores syllogisticos: vult enuntiare, quod accidit sm hoc in secunda figura. Et inquit, In media aũt figura fieri vtiq; non poterit, vt accidat ita syllogismus perfectæ figuræ, concludens contrarium affirmatiuæ vniuersalis, quæ est manifesta per medium perfectum. Cũ enim fuerit maior terminus inexistẽs minori per medium aliquod, ac si diceres A inexistens B per medium C, fieri nõ poterit, vt inueniatur aliquid, quod affirmetur de vna duarum extremitatum, puta de B, aut de A, & negeť ab altera. si enim hoc ita esset, A non inesset B: sed iam ponimus inesse ipsi, quod fieri non põt & non cohæret. cumq; fieri non possit, vt inueniatur terminus vnus medius, qui negetur ab vna duarum extremitatum, non prouenitę hũc syllis perfectæ figuræ falsus sm vtrasq; propositiones. † si enim fieri posset hoc, inueniretur vtiq; medius, terminus negans ab vna ipsarum, & inesse alteri. cùm enim conuerteremus propositiones in contrarias, haberemus syllogismum perfectæ figuræ in secunda figura: sed fieri non põt, vt accipiatur in ipsa medius terminus cum hac dispositione: igitur necq; ipsa cõuersio fieri potest. cũ autem fieri non possit ipsa conuersio, fieri non potest syllogismus in hac specie, cuius ambæ propositiones sint falsæ simul.

† a.d. fieri enim posset hoc, si inueniretur medius

Alteram autem euenit, & vtrãlibet. Si. n. C, & A & B insit: si acceptum fuerit, ipsi quidem A inesse, ipsi vero B non inesse: A C quidem vera erit, altera autem falsa.

Dixit Aristo. Cũ vero fuerit vna duarum propositionum falsa, vtrauis ipsarum extiterit, erit vtiq; possibile. Quemadmodum si C inesset A & B: & acciperetur C inesse A, & nõ inesse alicui B: A C quidem esset vera, & altera propositio B C, erit falsa.

Deceptio ꝑ syllm negatiuũ i secũda figura ex maiore vera, & minore falsa, mediante. Refnus pro sensitiuo pones sybam, hic & in sequẽti textu, si ꝓpones suturæ sint mediatæ.



127 Posteaq; declarauit fieri nõ posse, vt sint propositiones ambæ totæ falsæ in secunda figura: vult monstrare, fieri posse, vt vna ipsarum sit falsa, & concludat negatiuam vlem falsam contrariam affirmatiuæ vniuersalis, quæ monstrata fuerit per aliquem medium termi num. & hoc, qm̃ fieri vtiq; potest, vt sit aliquid, puta in quo C, inexistẽs ambabus extremitatibus toris, hoc est A & B. & hoc, qm̃ cũ manifeste insit aliquid alicui, nihil prohibet, vt inueniatur aliud aliquid prædicatum de vtrisq;: quemadmodum prædicatio sensitiui de animali et equo. Cũq; acceptа fuerit res ita, ac si diceres ex literis, in quo est C inesse A, et nõ inesse alicui B: erit vtiq; propositio maior vera, quę dicit, C de omni A, & minor falsa, quæ dicit, C non de aliquo B. Exemplum huius ex materijs, si accipiamus sensitiuum inesse oi animali: & sensitiuum non inesse homini: concludet enim in secunda figura, ꝙ animal non est homo ex duabus propositionibus, maiore vera, & minore falsa.

Rursus, si acceptum fuerit C ipsi quidem B inesse, A vero nulli: B C quidem vera erit, altera autem falsa.

Dixit Aristo. Et è cõuerso si acceperimus C inesse ipsi B, et nulli inesse A: propositio C B erit vtiq; vera, & altera falsa.

Deceptio ꝑ syllm negatiuum i secũda figura ex maiore falsa, & minore vera mediante.



128 Sensus est, cũ vero cõuersa fuerit intentio in hac materia, & accepta fuerit loco negatiuæ affirmatiua, & loco affirmatiuæ negatiua, & conuersa fuerit intentio in vero & falso, & redierit maior falsa, & minor vera. quemadmodum si accipiatur sensitiuum de nullo animali: & ꝙ sensitiuum inest omni homini: concludetur nobis animal non inesse homini.

Si igitur priuatiuus sit deceptionis syllis, dictum est, qm̃, & per quæ erit deceptio.

Dixit Arist. Planum igitur quomodo decipiemur, cùm ratiocinabimur super negatiua vniuersali, & secũdum quam dispositionem ad hoc se habebunt propositiones.

Sensus est, Planum igitur iam quomodo decipiemur in eo, quod est affirmatiuum vniuersale per medũ terminum, & concludemus ex hoc termino super negatiua vniuersali, & in quibus dispositionibus erunt propositiones syllogismi ex vero & falso per quãcunq; speciem syllogismorum super negatiua vniuersali: hoc est, qm̃ erunt ambæ propõnes falsæ, & qm̃ non erũt, & quæ erit falsa ex vtrisq; tantum, minor, aut maior. 129

Sin autem affirmatiuus, qm̃ quidem per proprium medium, impossę ambas esse falsas. necesse est. n. C B manere, si quidẽ erit syllis, quẽadmodũ dictum est & prius. quare C A semper erit falsa: hæc. n. est, quę conuertitur.

Dixit Aristo. Sin autem syllis fuerit super affirmatiua vniuersali, cũ extiterit medium proportionatum, fieri vtiq; non poterit, vt sint ambæ propositiones falsæ. quoniam sequitur ex necessitate, vt C B derelinquatur sm dispõnem suam, si est syllus concludens, vt sit, quemadmodum diximus in præcedentibus. sed propositio C A, erit vtique semper falsa: ipsa enim poterat conuerti.

Deceptio ꝑ syllogismum affirmatiuũ i prima figura p medium proprium, ex maiore falsa, & minore vera, mediantis.



130 Posteaq; declarauit, qũo fit error, & concluditur negatiua vniuersalis per terminum medium concludentem affirmatiuam vlem, cũ fuerit terminus proportionatus, aut nõ proportionatus in prima figura, & secunda sm quot modos ex vtrisq; propositionib⁹ falsis, aut vna ipsarum: cœpit cõmemorare, quo modo accidit ex errore cõtrarium huius, hoc est, vt erret in eo, ꝙ erit ex propositionibus negatiua vniuersalis per terminũ medium, & concludet per hunc eumdem terminũ, ꝙ prædicatum inest omni subiecto. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: Sin autem syllogismus fuerit super affirmatiua vniuersali, cũ extiterit medium proportionatum. sensus est, atqui si fuerit syllogismus perfectæ figuræ, & sit falsitas in propositionibus, & concludat affirmatiuam vniuersalem per terminum medium concludentem in veritate negatiuam vlem, fieri non potest, ut sint ambę propositiones falsæ. qm̃ negatiua vniuersalis concludit vtiq; in prima figura ex duabus propositionibus, quarum minor est affirmatiua vniuersalis, & maior negatiua vniuersalis. & propterea fieri non põt, vt conuertaś in ipso per modum erroris, nisi propositio maior. qm̃ si cõuerteretur minor, & acciperemus ipsam negatiuam & maiorem affirmatiuam, non sequeret ex hoc conclusio. & propterea fieri non potest, vt conuertaś, nisi propositio maior tãtum. Exemplum huius, si fuerit, ꝙ nullus lapis sit animal, qm̃ ois lapis est inanimatus, & nullum inanimatum est animal, atqui cũ errauerimus hoc caute, erit vtiq; syllis concludens: atqui errabimus vtiq;, cũ acceperimus hic loco negatiuæ affirmatiuam, & dicamus,

omnis lapis inalatus: & oẽ inalatum animal: & concludemus, ois lapis animal. † & si acceperimus propositiones ambas totas falsas, et dicemus vtiq; nullus lapis inalatus: & oẽ inalatum animal: non concludit ex hoc aliquid. Et id, quod dicit, est intellectum per se.

† Able sed si caperem° loco affirmatiuæ negatiuam, & dicerem° nullum minerale est insensituum: & nullum insensituũ est animal.

Consimiliter autem & si ex alia coordinatione accipiatur medium, quemadmodum dictũ est & in priuatiua deceptione. necesse enim D B quidem manere, A D autem cõuerti, & deceptio eadem est ei quæ prius.

Dixit Aristo. Et eodem exemplo, si accipiatur medium propinquum proportionato, quemadmodum dicimus in deceptione, quæ est super negatiua: C B erit remanẽs secundum dispositionem suam ex necessitate, A C vero vtiq; conuerteretur. & hæc deceptio eadem est cum præcedente.



Deceptio p syllogismum affirmatiũ i prima figura p medium ex diuersa coordinatione, ex maiori falsa, & minore vera, mediatis.

131 Proximus proportionato, cùm concludit affirmatiuã, is est, de quo dicit, cp est terminus medius, qui prædicatur de vtrisq; extremitatibus per affirmationem. sed terminus medius proximus proportionato, in eo quòd concludit negatiuam vniuersalem, si is est, qui subijcitur vtriq; duarum extremitatum, hoc est vni ipsarum p affirmationẽ, & alteri per negationem, cũ conuertitur affirmatiua per subiecta conuertibilia, concludetur negatiua vniuersalis: & perpetua in ipsis est negatiua particularis. & propter hoc dicitur de hac complicatione in † tertia figura, cp non concludit nisi negatiuam particularem: hoc enim est perpetuum in omni materia, & ab ipso dicitur, cp accidit consimiliter etiam de hac deceptione, quod accidit in negatiua vniuersali: & hoc, vt sit error in propositione maiore tantum, quæ est negatiua, cùm assumitur affirmatiua: sed de propositione minore fieri nõ potest, vt accipiatur falsa: propterea quòd non concludit id, cuius minor est negatiua in prima figura: et propterea dixit, C B: hoc est minor erit remanens secundum dispositionem suam ex necessitate: hoc est, quoniam fieri non potest, vt conuertatur: A C vero conuertetur, hoc est maior. Et dixit: & hæc deceptio eadem est cum præcedente. sensus est, cp deceptio, quæ accidit in prima figura in negatiua vniuersali, eadem est cum ea quæ accidit in affirmatiua: hoc est, cp est species vna, eo cp maior propositio ipsa est, quæ conuertit in ea.

† Ab non legit hoc verbum.

Quando autem non per proprium: si D quidem sit sub A, hæc quidem erit vera, altera autem falsa: euenit. n. A pluribus inesse, quæ non sunt sub se inuicem. si vero non sit D sub A, planum quidem, cp hæc semper erit falsa, affirmatiua nanque accipitur, D B vero contingit & veram esse & falsam: nihil enim prohibet, A quidem nulli D inesse, D vero ipsi B omni: vt animal scientiæ, scientiam autem musicæ. Neq; rursus si neque A nulli eorum, quæ D, neq; D nulli eorum, quæ B. Manifestũ igit, cp non exñte medio sub A, & ambas euenit falsas esse, & vtrã volueris.

Dixit Arist. Cùm vero non fuerit syllogismus per mediũ proportionatum, quemadmodum si C sit sub A, hæc vtiq; maior erit vera, sed altera erit falsa: quoniam fieri põt, vt A insit rebus multis, quæ non sunt sub se inuicem. Consimiliter etiam si non fuerit C, sub A, planum cp hæc propositio semper erit falsa: quoniam ipsa vtiq; accipit affirmatiua: sed C B poterit esse vera, & etiam poterit esse falsa: & hoc, quoniam nihil prohibet, cp A non insit alicui C, & sit C inexistens omni B: quemadmodum, si animal non inesset scientiæ, & scientia inesset musicæ. Et nihil prohibet, cp A insit nulli C, & C etiam insit nulli B. planum igitur, cùm non fuerit medium sub A, quòd fieri potest, vt sint ambæ propositiones falsæ: ac etiam fieri potest, vt sit vna duarum, quæcunque contigerit.



Deceptio p syllogismos tres affirmatiuos in prima figura p media ex diuersa coordinatione ex maiori & minori quoq; veris, quoq; falsis mediatis.

132 Posteaq; commemorauit, quomodo accidit error in affirmatiua vniuersali in prima figura per terminum proportionatum, & per terminum proximum proportionato: commemorat, quomodo accidet per eum, qui nõ est proportionatus, neq; proximus proportionato, & dixit: Cùm vero non fuerit syllogismus per medium proportionatum, hoc est syllogismus super affirmatiua falsa. deinde dixit: quemadmodum si C sit sub A, hoc est, quemadmodum, quod accidit, cùm fuerit medius terminus positus sub maiore termino, id est, cp A prædicetur de omni C † per radicem rei, & C negetur ab omni B: quoniam non fiet error in hac materia, nisi cùm seruata fuerit maior vera secundum naturam suam, hoc est affirmatiua, & commissus fuerit error in minore, cùm accepta fuerit affirmatiua, loco cuius debebat esse negatiua: & tunc concludet, cp A de omni B, per medium C: & C vtiq; in radice rei erat medium non proportionatum: quoniam ipsum non iudicat de natura negationis ab ipso B: quoniam minor erat negatiua, & maior affirmatiua: sed hoc non concludit, quemadmodum declaratum fuit in libro Syllogismi. Et dixit: quoniam fieri potest, vt A insit rebus multis, quæ non sunt sub se inuicem. sensus est: atqui accidit, cp sit hoc medium non proportionatum: quoniã A inest rebus multis, quæ negantur à se inuicem, cumq; negatum fuerit vnum ipsorum ab altero, & affirmatum fuerit A de B, accidit hoc faciẽti, vt concludat negatiuam eam, quæ erat affirmatiua: & propterea

† Able in rei origine.

& propterea cùm fuerit propositio minor negatiua, fieri potest, vt syllogismus concludat aliquando affirmatiuam & aliquando negatiuam: affirmatiuam quidem, cùm acciderit A inesse rebus multis, quæ negantur à se inuicem, & accepta fuerit vna earum rerum terminus medius: quemadmodum animal inest equo, & asino, et homini, quæ omnia negantur à se inuicem: cumq; acceperimus, quòd nullus equus est asinus ille: & omnis asinus animal: existimauit, quòd hæc complicatio concludit, quòd nullus equus animal, quod est falsum. Cùm vero dixit: consimiliter etiam si non fuerit C sub A, planum vtiq; quòd hæc, propositio semper erit falsa: quoniam ipsa vtiq; accipitur affirmatiua. sensus est, atqui cùm medius terminus negatur à maiore extremitate, manifestum vtiq;, cp falsa semper erit maior: quoniam ipsa accipit affirmatiua. sensus est, cùm fuerit medius terminus non proportionatus: quoniam negatur à minore extremitate, & inest maiori: semper quidem minor erit falsa. Cùm vero fuerit medius terminus, proportionatus, ita, vt negetur à maiore extremitate, & affirmetur de minore: maior vtiq; erit falsa ex necessitate, hoc est per syllogismum, in quo accidit deceptio, cùm existimatur, cp ipse concludat affirmatiuã vt em pp falsitatẽ propõnum. Cùm vero dixit: sed C B potest esse vera, & etiam poterit esse falsa: & hoc, quoniam nihil prohibet, cp A nõ insit alicui C, & sit inexistens omni B: quemadmodum si animal non inesset scientiæ, & scientia inesset musicæ. sensus est: atqui propositio minor, in qua prædicatur medium de minore extremitate, poterit esse vera, cùm medius terminus fuerit proportionatus: quoniam ipsa inuenitur affirmatiua secundum id, quod est de ipsa, quemadmodum animal negatur à scientia, & scientia affirmatur de musica: cumq; acceperit, quòd omnis musica est scientia, & omnis scientia sit asal: concludetur nobis falsum ex maiore falsa, & minore vera. Cùm vero medius terminus exiterit non proportionatus, cùm negatur ab vtrisq; extremitatibus, ambę vtiq; erunt falsæ: cùm igitur medius terminus accipitur in syllogismo affirmatiuo falso negatus à maiore extremitate, maior vtiq; semper erit falsa secũdum dispositionem suã: quia accepta fuerat affirmatiua, sed minor erit vtiq; falsa, cùm acciderit, vt medius terminus cum hoc, cp negatur à minore, negetur consimiliter etiam à maiore & erit etiam vera, cũ medius terminus fuerit mexistẽs minori, & negatus à maiore: & hoc est, quod voluit, cùm dixit: sed C B poterit esse vera, ac etiam poterit esse falsa: hoc est minor. Et posteaq; cõmemorauit, cp maior erit falsa proculdubio, & minor erit secundum binas dispositiones: adduxit in materia exẽplum alalis, in quo minor erit vera, & dixit: & hoc, quoniam nihil prohibet, vt A, vtiq; ad id, quod dixit, inesset musicæ. sensus est, et hoc erit, cũ maior erit negatiua, et minor affirmatiua, hoc est per se. vt in exemplo, asal negari à scia, & sciam inesse musicæ: cùm igitur aliquis acceperit per modum erroris, cp ois musicus est sciens, & cp oẽ sciens asal non rõnale: concludetur vtiq; ex hoc conclusio falsa ex binis propõnibus: quarum vna est falsa, & maior, & secunda vera, & minor. Et posteaq; mẽtionem fecit de materia, per quã minor est falsa, dixit: Et nihil prohibet, cp A insit nulli C, & etiã C insit nulli B. hoc est, & sit minor falsa, cũ medius terminus negat à duab° extremitatibus, & accipiat errãs affirmari de vnaquaq;: & hoc, qm̃ nihil prohibet, vt A, quod est maior extremitas, nõ insit alicui C, quod est medium, & C etiam non insit minori extremitati, quæ est B, & sint ambæ propõnes affirmatiuæ falsæ. Et posteaq; mentionẽ fecit, cp hæ duæ spẽs accidũt, cùm fuerit medius terminus negatus à minore: hoc est, vt fiat syllis ex binis, ppõnibus fallis, quòdq; maior sit falsa, & minor vera, concluserit hoc, & dixit: Planum igitur, cũ non fuerit medium sub A, cp fieri potest, vt sint ambæ falsæ, ac etiam fieri potest, vt sit vna duarũ, quæcũq; contigerit. Et tunc oportet, vt intelligas, cp ambæ vtiq; erunt falsæ, cũ medius terminus fuerit non ppportionat° ex parte, qua negat ab vtrisq; extremitatib°, & sit maior tm falsa, cũ fuerit medi° termin°, ppportionat°.

Dubium.

Sed diceret aliquis, quomodo construet has duas diuisiones commemoratas medius terminus nõ proportionatus. Et dicamus, cp doctrina in hoc accipi põt duobus modis: hoc est, vt cõnumereni syllogismi, quos° termini sunt, ppportionati seorsum, ac etiã fieri põt, vt doctrina in ipsis sit cõis: quemadmodum fecit hic, dicens: exempli gratia, cp cùm maior terminus negatur à medio, nihil vtiq; prohibet, vt negetur à minore, aut non negetur. quòd si non negetur, falsa erit ipsa minor: si autem negetur, erunt ambæ falsæ. cùm igitur fuerit medius terminus negatus à maiore, fieri poterit, vt minor sit falsa, & poterit etiam esse vera: falsa quidem, cũ terminus fuerit non proportionatus, vera autem, cũ terminus fuerit proportionatus. & hoc est, quod voluit, cùm dixit. Planum igitur, cũ non fuerit medium sub A, quòd fieri potest, vt sint ambæ falsæ.

Soluto.

IOANNES BAPTISTA BAGOLINVS VERONENSIS
Philosophiæ, Medicinæ, cæterarumq; scientiarum vir eccellentissimus, volumen hoc, reliquis iam absolutis, hucusq; perfecit: Residuum uero, quod ipse immatura morte præuentus explere non valuit, MARCVS *Odus Patauus, Philosophus, ac Medicus Clarissimi* ODI *filius, viri illius discipulus, maximaq; familiaritate coniunctus, eo ordine, quo ab ipso, dum uiueret, hoc in negotio fuerat edoctus, reddidit absolutum.*

Quot igitur modis, & per quæ euenit fieri deceptiões, quæ fm syllm, & in imediatis, & in ns quę per demfationem, manifestum.

Dixit Aristo. Apparet igitur, ac manifestum est, quomodo cadet deceptio in propositionibus mediatis, & in propositionibus, quæ non habent medium: & secundum quot modos erit, & per quam conditionem, & proprietatem.

133

Dixit: & secundum quot modos, hoc est secundum quot species sit. & videtur quòd sit per hoc, exẽplum, quod ex ipsis erit in prima figura, & quod in secunda. Et dixit: & per quam conditionem, & proprietatem. sensus est, cp non accidet in exemplo istorum syllogismorum erratorum, cũ fuerit falsum in quacũq; propo-

ſtitione contigerit:ſed ex ipſis aliquod eſt,in quo poteſt accidere falſum propter falſum in propoſitione determinata,& in aliquibus ipſorum poteſt accidere falſum per quācunq; propoſitionem contigerit, & in quibuſdam ipſorum non poteſt accidere falſitas, niſi cùm fuerit in duabus propoſitionibus ſimul: quemadmodum declaratus fuit ſermo ipſius in his rebus. Differentia vero inter has proprietates & conditiones eſt: quoniā conditiones ſunt, ſine quibus non poſſunt eſſe cōcluſiones: ſed proprietates ſunt, quæ appropriantur vnicuiq; ſpeciei iſtorum ſyllogiſmorū. modus igitur, per quem eſt res conditionis, eſt alius à re, per quam eſt res proprietatis:& ſi fuerit res hæc vna & eadem.& videtur quòd conditiones,& proprietates ſint ſeparatę per modum, non per ſubiectum. Vt in exemplo, conditio primæ figuræ ad hoc, vt cōcludat falſum affirmatiuū p terminū ꝓportionatum,eſt, vt ſit maior propoſitio in ipſa falſa, & ꝙ minor ſit vera.hoc enim, ſi non inuenitur in alijs, erit ſibi proprium:& ſi inuenitur, eſt conditio, nō proprium:& ſi facta fuerit proprium appropriate, & ſi facta fuerit in vniuerſali, oīs vtiq; conditio erit ꝓprium.

Planum autem eſt,& ꝙ ſi quis ſenſus defecerit,neceſſe & ſcientiam aliquam deficere,quam impoſſibile eſt accipere: ſiquidem addiſcimus,aut inductione,aut demonſtratione.Eſt autem demonſtratio ex vniuerſalibus,inductio vero ex ijs,quę ſm partē:impoſſibile autē vniuerſalia ſpeculari niſi per inductionem,qm̄ & quę ex abſtractione dicuntur,erunt per inductionem nota, ſi quis voluerit nota facere, ꝙ inſunt vnicuiq; generi nonnulla,& ſi non ſeparabilia ſunt, ſm ꝙ tale•hoc vnumquodq; inducere aūt non habentes ſenſum, impoſſibile. ſingularium nanq; ſenſus eſt,nō.n.cōtingit accipere ipſorū ſciam:neq; n.ex vniuerſalibus ſine inductione,neq; per inductionem ſine ſenſu.

Dixit Ariſt. Videtur autem ex eo, ꝙ nobis deficiat ſenſus aliquis,ut ſequatur ex neceſſitate aliquam ſciarum nr̄arum deficere, neq; poſſe nos ipſam aſſequi: qm̄ oē, quod cognoſcimus non effugit,quin ſit, aut p inductionem,aut per demonſtrationē, & demōſtratio vtiq; perficitur ex propoſitionibus vniuerſalibus:ſed inquiſitio fit ex particularibus: per propoſitiones aūt non poſſumus monſtrare aut cognoſcere, niſi per inquiſitionem earum:& hoc, qm̄ cùm aliqs ſollicitus fuerit in propoſitionibus, quæ accipiuntur per intellectum abſtractæ à materia,monſtrandis,ꝙ verę ſunt in eo, ꝙ appropinquant alicui materiæ, monſtrabit vtiq; ipſas per inquiſitionem, ſiue acceperit ipſas, ſm ꝙ appropinquant materiæ,ſiue acceperit eas abſtractas à materia, non habebimus aūt viā ad inquiſitionē, cū defecerit ſenſus: qm̄ ſenſus eſt,qui monſtrat res particulares, & non eſt via ad ipſas niſi per ſenſum.

Hoc capitulum eſt aliud à capitulis præcedētibus, in quibus ſpeculatus fuit de diſpōnibus propoſitionū notarum per ſe:intentio aūt in ipſo eſt monſtrare, ꝙ cognitio per intellectum eſt propter cognitionem p ſenſum, quod q; ille, cui deficit aliquis ſenſuum in tēpore gnatiōis, quēadmodum, qui genitus fuit cæcus, aut ſurdus, non poteſt aſſequi intelligibilia *per hunc ſenſum : cæcus enim non poterit intelligere intelligibilia colorum, neq; ſurdus aſſequi intelligibilia muſica, neq; intelligibilia, quæ mōſtrantur per verba. Et dixit: Videtur aūt ex eo,ꝙ nobis deficiat ſenſus aliquis,ut ſequatur ex neceſſitate aliquam cognitionum nr̄arum deficere. ſenſus eſt, ꝙ cui deficiunt monſtrabilia per intentionem alicuius ſenſus, huic videtur deficere intelligibilia iſtius generis ſenſibilium:qm̄ vnicuiq; generi eſt intelligibile appropriatum,& vniuerſale vtiq; non deficit, niſi cū deficit totū ſenſibile:& hoc,qm̄ declaratum iam fuit in ſcientia de Aīa, ꝙ ſenſibilia ſunt appropriata vnicuiq; ſenſui,quemadmodum colores oculo, & vox auditui, & ſapores guſtui, & odores naribus, & tangibilia tactui,& ex ipſis aliqua vniuerſalia, quemadmodum magnitudo & figura,& numerus,& motus. Et poſteaquā cōmemorauit,† ꝙ oporteę in fundamentis ſenſus fundari propoſitionem primam, quæ eſt in ſenſibili illius q̄ſit,cœpit declarare hoc, & dixit: qm̄ oē, quod cognoſcimus, non effugit,quin ſit,aut per inductionem, vſq; ad finem eius,quod ſcripſimus, & ſermo ipſius in hoc eſt per ſe intellectus,& conſentaneum eſt, ꝙ omnis noſtra cognitio,aut prouenīat propter demōſtrationē, aut †propter inquiſitionem:demonſtratio autem eſt p propoſitiones vniuerſales,propoſitionum vero vniuerſalium cognitionem aſſequimur per inductionem:omnis igitur noſtra*cognitio erit vtiq; propter inquiſitionem,& poſteaq; inquiſitio eſt ad particularia, & ex particularibus inuenīt vniuerſale, & oīs cognitio eſt vniuerſalis,ſequitur vt omnis cognitio affectet particularia. cuicunq; igitur deficit aliquis ſenſuum,ex neceſſitate eidem deficit aſſecutio particularium, quæ appropriantur huic appropriationi: cum̄q; deficit aſſecutio iſtius generis,deficit propoſitio prima, cum̄q; defecerit propoſitio prima in genere, deficit demonſtratio, quæ eſt in genere. At cū quælibet ſcientia fiat de aliquo genere,fiet vtiq; vel de aliquo p ſe noto, vel per aliquod per ſe notum:ſed cū id,quod eſt de ſe notum, habeatur per ſenſum,ſequī, ſi defecerit ſenſus aliquis, quòd deficiat ſenſibile illius ſenſus,cum̄q; deficit ſenſibile illius ſenſus,deficit ītelligibile:& in hoc,quod dixit, nihil eſt dubiū,niſi in eo,quod dixit,omnem propoſitionem vniuerſalem prouenire per iquiſitionem. Qm̄ iam dictum eſt,ꝙ vſes propoſitiōes ſunt duarum ſp̄ērum,quędam, quas inquiſitione acquirimus, quædam, quas aſſequimur per naturam,qm̄ non nouimus,qm̄ acquirimus,& qūo acquirimus:de iſtis traq; ꝓpoſitionibus exiſtimaī, ꝙ non indigēt inquiſitione,neq; indigēt ſenſu. ſed iam apparet ex diſpoſitione iſtarum propoſitionum,ꝙ ſunt in ſenſibilibus p̄rticipantibus,quemadmodum, ꝙ totum eſt maius ſua parte,& quòd æqualia vni,ſunt inter ſe æqualia,& propter hanc cùm aſſequimur eas à principio rei, ex quo fuerūt ſenſibilia cōtantia in omni eo, in quo cadit ſenſus noſter.et qm̄ prouenīunt nobis à tēpore pueritiæ,non cōmemorant qm̄, neq; qūo prouenīunt nobis,& tamen abſq; dubio prouenīunt nobis à ſenſibilibus,& † non erit ingenium ex hoc genere propoſitionum vnum:qm̄ fieri non poteſt, vt inueniatur, quouſque defecerit ſenſus tactus. iſtæ.n. propoſitiones prouenīunt p ſenſum tactus. Sed ſermo Ariſto.non eſt de iſtis ꝓpōnibus,ſed ipſius ſermo ē de ꝓpōnibus, quę ſunt in ſenſibilibus appropriatis vnicuiq; ſenſui. Iam vero ſigñat,ꝙ propoſitiones vſes accedunt nobis à ſenſu,quia cū volumus ipſas verificare apud aliquem, cui cōtradicit in erroribus,aut apud aliquē,cui deficit contradictio

* al.l. illius generis,

† al.l.ꝙ ſi defuerit aliquis ſenſus neceſſe eſt, vt deſit,ꝓpōria.

* al l.ſenſus,

† lac l inductionem.

* al.l. ſcientia

† al.l. origo cuiuslibet ſciæ ſint ipſa ſenſibilia.

* al l. quale hoc

134

tradictio in ipſis,aut apud eum,qui nō nouit ipſas, qm̄ non intelligit,quid ſignificant nota ipſarū, tūc declarabunt̄ p inquiſitionē ſenſibilū,& nō accidet hoc in iſtis ꝓpōnibus vniuerſalibus, ſed in appropriatis: & ꝓpea notauit Ariſto. duas ſpecies ꝓpoſitionum indrgētium ſenſu,cùm dixit:& hoc, quoniam,cùm aliquis ſolicitus fuerit in propoſitionibus,quæ accipiuntur per intellectum abſtractæ à materia, monſtrandis, ꝙ ſunt veræ in eo,ꝙ appropinquant alicui materiæ, monſtrabit vtiq; ipſas per inquiſitionē, ſiue acceperit eas in eo, ꝙ appropinquant materiæ, ſiue acceperit eas abſtractas à materia. ſenſus eſt,ꝙ ſignum,ꝙ propōnes vſes,quæ ꝓtouenīunt per intellectum abſtractæ à materia communicātes ſenſibus,ita ſe habent,ꝙ, cùm aliquis voluerit declarare ipſas eſſe veras apud aliquem, qui nō nouerit ipſas, monſtrabit vtique eas per inquiſitionem, cùm appropinquauerint alicui materierum, quæ ponūtur ſub hac intentione vſi:hoc eſt materierum ſpeculatiuarum particularium,& inquit,ꝙ hæ accipiuntur, cū appropinquant alicui materiei, aut accipiuntur ſeparatæ à materia:& videtur velle,ꝙ inquiſitione indigemus in duabus ſpeciebus propoſitionum, hoc eſt in iis, quæ accipiuntur in materia:& hæ ſunt propōnes naturales, & in ijs,quæ accipiuntur abſq; materia:& hæ ſunt res mathematicæ:& hæ ſunt vt plīm propoſitiones vſes, quæ non cognoſcuntur,quando prouenīunt,& vnde prouenīūt: & hoc onus ſm hoc eſt vniuerſale duabus ſpecieb⁹ propoſitionum,hoc eſt, ꝙ indigent ſenſu & acceptione intentionis,ꝓpōnum vſium. Sed populi virorum noſtræ gentis opinati ſunt,quòd intellectus,cùm aſſequitur aliquid,non indiget ſenſu, & quod accidit his eſt contrarium eius,quod accidit primis antiquis:ipſi enim opinati ſunt,quòd ſenſus & intellectus ſunt idem, quodq; nō eſt differentia inter aſſecūtiones vtriuſq;.

* al.l.obiecta.

Syllogiſmum omnem ex tribus conſtare terminis,maiori,minori, ac medio: & hos in infinitum tam in propoſitionibus affirmatiuis, quam negatiuis abire non poſſe. Cap. XVI.

EST autem omnis ſyllogiſmus per tres terminos, & qui quidem monſtrare poteſt,quòd A ineſt ipſi C, eo quòd ineſt ipſi B, & hoc ipſi C: priuatiuus autem alteram quidem propoſitionem habens, ꝙ aliud quid alii ineſt,alteram vero,quòd non ineſt. Manifeſtum igitur quòd principia, & quæ dicuntur ſuppoſitiones hæ ſunt: accipientem enim hæc ita neceſſe eſt monſtrare, vt quòd A ineſt ipſi C per B. Rurſus vero quòd A ipſi B per aliud mediū,& ꝙ B ipſi C conſimiliter.

Dixit Ariſt. Cuiuſcunq; vero ſylli ſubſtātia conſtituitur ex tribus terminis: & vnus terminorū eſt,qui monſtratur ineſſe C, & eſt A,per hoc,quòd ineſt B,& B ineſt C. In ſyllogiſmo autem negatiuo vna propoſitionum duarum ita ſe habebit, quòd vnus duorum terminorum dicetur de altero: altera vero ita ſe habebit,quòd vnus duorum terminorum non dicetur de termino altero. Planè igitur manifeſtum,quòd rādices, ex quibus conſtituit ſubſtantia ſyllogiſmi, ſunt ex hoc numero: quoniam ſequitur ex neceſſitate demonſtrationis,vt res,quæ oſtenditur per demonſtrationem,ſit in hoc numero:quem admodum, quòd A inſit C per medium B, quòdq; conſimiliter etiam B inſit C.

* al.l.ſubſtantiones.
* Sic & alibi inſtantiæ reperies.

Intentio ipſius in hoc,eſt diſtinguere, an compoſitio ſyllogiſmi recti procedat in infinitum ex parte vnius duarum extremitatum,aut ex parte vtriuſq;,aut ex medio:hoc eſt,ꝙ prædicetur prædicatum de ſubiecto, & prædicatum aliud de hoc prædicato, & de hoc prædicatum tertium,& procedat res in infinitum, an oporteat, vt compleatur hæc prædicatio:& conſimiliter intentio ipſius eſt quærere, an ſyllogiſmus itidem, qui ponitur finitus ex parte prædicati, compleatur per reſolutionē ad ſubiectum, quod nō prædicetur de aliquo penitus: & hoc planum,ꝙ in omnibus tribus: quorum primum prædicatur de ſecundo,& ſecundum de tertio: tertium quidem eſt ſubiectum,non prędicatum, et primum prędicatum,non ſubiectum,& medium ſubiectum,& prædicatum:quærit igitur in huiuſcemodi poſitione,an procedat prædicatio in talibus trib⁹ terminis in infinitum, an procedant ſubiecta in infinitum,an procedāt media, quæ ſunt inter vtraſq; extremitates poſitas in infinitū. quemadmodum,ſi ponantur inter A & C media infinita:quorum vnūquodq; ſubiicitur, & prædicatur de eo, quod eſt ſub ſe,cum̄q; hoc quæſitum non formetur, niſi cū prędeſſerit antea propoſitio hęc ex libro Syllogiſmi, & hoc, ꝙ omnis ſyllogiſmi ſubſtantia conſtituitur ex tribus terminis:intelligit ſyllogiſmos prædicatiuos ſimplices,ſecūdum ꝙ declaratum fuit in libro Syllogiſmi, & dixit:& vnus terminorum eſt,qui monſtratur meſſe C,& eſt A,per hoc, ꝙ meſt B, & B ineſt C, ſenſus eſt :& vnus iſtorum terminorum, qui eſt terminus maior, in quo eſt A, qui monſtratur meſſe ſup minore extremitate,quę eſt littera C,per medium termini medii,in quo eſt littera B,& dixit:& eſt A, per hoc ꝙ meſt B:hoc eſt ꝙ medium B,cū fuerit A tnexiſtens B,& B C. Poſuit aūt † cōſequentię conditionem in duabus propoſitionibus:qm̄ hoc eſt,quod concludit affirmatiuum. Et poſteaq; commemorauit formam ſyllogiſmi affirmatiui, cœpit mentionem facere de forma ſyllogiſmi negatiui: quoniā nō eſt intentio ſua in hac inquiſitione inquirere de ſyllogiſmo affirmatiuo compoſito. hoc eſt an peruenīat ad finem à duabus extremitatibus & medio, an non prouenīat ad finem rei: ſed de ſyllogiſmo negatiuo dixit: In ſyllogiſmo autem negatiuo erit abſque dubio propoſitio vniuerſalis negatiua, & propoſitio affirmatiua,& cuiuslibet duarum propoſitionum vnus terminus dicitur de termino alio per affirmationem,quod eſt prædicatio medii de minore,& maioris de medio,alter vero terminorum de altero negatiue dicitur: & hic cōſimiliter erit ſiue terminus maior de minore, ſiue medius de minore:ſed nō poſuit de B, vt exiſtimemus hic minorem negari & maiorem: quoniam hæc conſideratio eſt de ſyllogiſmo nō ſuper quæſito determinato: ſed hæc conditio intelligitur in reſpectu ad quæſitum determinatum:hoc eſt,ꝙ ſit minor affirmatiua abſq; dubio, & maior negatiua:quemadmodum declaratum fuit in libro Syllogiſmi,& dixit:& plane manifeſtum, ꝙ radices,ex quibus conſtituitur ſyllogiſmus,ſunt ex hoc numero: ſenſus eſt,ꝙ paucæ radices,ex quibus conſtruitur ſyllogiſmus,ſunt in hoc numero, hoc eſt tres: quoniam ſequitur ex eo,ꝙ ponimus hunc numerū, aliquid aliud ab his:& hoc eſt,quod vocatur concluſio, non ſequitur autem ex paucioribus numero hoc, aliud quid: & hoc eſt,quod voluit,cum dixit:quoniam ſequitur ex neceſſitate demonſtrationis,vt res,quæ oſtenditur per demonſtrationem,ſit in hoc numero,hoc eſt concluſio, & dixit: quemadmodum quòd A inſit C per medium B:

† al.l.affirmatiuus.

quodq; consimiliter B insit C. sensus est, quemadmodū si ponerem⁹ A inesse B, & B C monstratum vtique esset per demonstrationem q; A inesset C.

Secundum opinionem igitur syllogizantibus & solum dialectice, planum q; hoc solum consyderandum, si ex quibus contingit probabilissimis fiat syllogismus. quare et si est aliquid in veritate eorum, quę sunt A B, medium: videtur aūt non esse, qui per hoc syllogizauit, syllogizatus est dialectice.

Dixit Arist. In syllogismo autem, qui est per propositiones opinabiles, quæq; accipiuntur ex cognitis probabilibus, et per modum disputationis, videtur q; fiat inquisitio ex eo, q; ratiocinantur ex propositionibus probabilibus vsquequo: & si habent mediū secundum veritatem, existimatur, q; sunt sine medio: qm̄ syll's per modū disputationis est ad similitudinē istorum syllogismorum.

136 Posteaq; intentio ipsius est inquirere in demonstrationibus predicatiuis, an earum predicata perueniāt ad finem, & consimiliter subiecta: & hoc non fuit monstratum de propositionibus dialecticis, sed monstratū fuit de propositionibus demonstratiuis: cœpit premittere in hoc, q; propositiones sunt duarum specierum, dialecticæ, & demonstratiuæ, & docet causam, propter quā antea non formauit hanc quæstionem de propositionibus dialecticis: & posteaq; hoc totum præmisit huic, q; omnis syllogismus erit ad minimum ex trib⁹ terminis, & dixit: In syllogismo autem, qui est per propositiones opinabiles, quæq; accipiuntur ex cognitis probabilib⁹, & per modum disputationis, videtur q; fiat inquisitio ex eo, q; ratiocinātur ex propositionibus probabilib⁹. sensus est, & hoc quæsitū non formatur de syllogismis, qui sunt ex ppositionibus opinabilibus: qm̄ syllogismi, qui sunt ex propositionibus opinabilibus, quæq; accipiuntur ex cognitione inquisitionis de ipsis, erunt vtiq; de eo quod est an fiant ex propositionibus probabilibus, aut non probabilibus, non de eo, quod est an deueniant ad finem, an vero non deueniant. Et, posteaq; enūciauit quòd sequitur, vt inquisitio sit de syllogismo dialectico, vt inquirat aliquis de probabilitate, quæ est in propositionibus probabilib⁹, docet causam ex parte eius nō declinat Dialectica ad hanc inquisitionem de ppōnibus ꝓbabilibus, & qs ex ipsis declinat, cū dixit: et si habent medium fm veritatē, existimaī, q; sunt sine medio. sensus est, q; accidit illi apud id, quod inquiret de propōnibus probabilibus, q; sunt mediatæ, & existimet de ipsis, q; non sunt mediatæ, & ē conuerso: & propterea non est possibile in veritate, vt constituatur de ipsis numerus medior̄, ergo lōge minus, q; constituaī quęsitum, q; sint finitę, aut infinitę: causa aūt in hoc est, qm̄ probabile non est nobis promptum inuentu: igitur hæc inquisitio non est possibilis in syllogismo dialectico. & posteaq; docuit hoc, reuersus est ad faciendā mentionē de syllo, in quo non est possibilis hęc inquisitio.

Ad veritatem autē ex ijs, quæ sunt, oportet consyderare, se habet aūt sic. Quoniā est q; ipsum quidem de alio prędicatur non fm accidens, dico aūt fm accidens, vt album aliquando illud dicimus esse hoiem, non sili dicentes & hoiem album, hic quidem enim nō alterum aliquid existens albū est, album vero, qm̄ accidit homini esse albo, sunt itaq; nonnulla talia, vt per se prædicentur.

Dixit Arist. Sed in ijs, qui concludunt fm viam veritatis, oportet, vt cōsyderemus de propositionibus suis fm q; accipiuntur à rebus existentibus: quemadmodum cū vnus terminorum suorum prædicatur de altero non per viam accidentis. intentio autē nostra, cū dicimus fm viam accidentis est: quēadmodum, cū prædicatur homo de albo, & non est hæc prędicatio, quemadmodum est prædicatio de homine q; est album. & hoc, qm̄ prædicatio ipsius de albo non est, q; ipsum est homo ex parte, qua est albū: album enim prædicamus de homine ex parte, qua accidit homini, q; sit album: qm̄ inueniunt nonnulla, quæ in re prædicantur de seipsis.

Posteaq; præmisit id, quod inest oi syllo, q; ad minimum sit ex tribus terminis: quodq; si hęc inquisitio fiat de syllo dialectico, manifestum q; erit quæstio non naturalis: qm̄ non est conditio propōnis syllorum dialecticorum & probabilium, q; sit confessæ inuentionis: cœpit præmittere de hac propositione secundo, q; hæc quæstio formetur vtiq; de p̄dicatione fm viā naturalē, q; est prædicatio, in qua prædicatū est p̄dicatum fm naturā, & subiectum est subiectum fm naturā, quod est, vt prædicatum sit ex ijs, quæ indigent in existentia subiecto, & subiectum ex ijs, in quibus constituitur prædicatum aliquod: & hoc, qm̄ sunt hic res, per quarū dispositiones existimatur, q; sunt subiecta, non prædicata fm naturam, & prædicata fm naturam, nō subiecta, & subiecta & prædicata fm naturam simul: hoc est subiecta rei alicui fm naturam, & prædicata fm naturam de re alia: & ipse quærit rem istam de prædicatis naturalibus & subiectis naturalibus: hoc est an ipsis sit simplicitas, qm̄ in ipsis sunt media: & si simplicitas mediorum suor̄ in ipsis sit finita, aut infinita. Et dixit: Sed ī ijs, qui concludunt secundum viam veritatis: & intelligit ipsum demonstratorem. et dixit, oportet, vt consydere mus de propositionibus suis fm q; accipiuntur à rebus existentibus. sensus est, oportet igitur, vt inquiramus de hac re in propositionibus ex parte, qua in propositionibus fm existentiam inquiruntur res existentes: & hoc est, quod voluit, cū dixit, fm q; accipiuntur à rebus existentibus, hoc est, fm q; partes suæ in ipsa prædicatione sunt sumptæ, eodem modo se habent ipsęmet res existētes per se. Deinde assumpsit hāc prædicationem quid sit, & dixit: quemadmodum cū vnus terminorum suorum prædicatur de altero non fm viam accidentis. intelligit per viam accidentis, prædicationem, cū accideret ipsi aliquid prædicari de seipso, quæ est prædicatio non fm consuetudinem naturalem: qm̄ prædicatio non fm consuetudinem naturalem est prædicatio q; accidens ex hoc modo, & si fuerit de rebus essentialibus: quemadmodum prædicatio eor̄, quæ hāt differentias de differentijs, & p̄dicatio eor̄, quæ habent definitiones: cū vero dixit, quemadmodum cū prædicatur homo de albo, hoc est, q; albū est hō: atqui hoc ita est, qm̄ homo fm naturam subijcitur albo, & albū prædicatur de ipso fm naturam: igitur est prædicatū prædicatione naturali: qui vero dixit, q; album est homo, prædicauit prædicatione non naturali: qm̄ accidit ipsi, vt prædiceī res de ipsa. Et non est oē prædicatum fm viam naturalem per se, quēadmodum prædicatio albi de homine,

137

† a l. corrē spōdēat cū.

est fm

est fm viam naturalem, & non est per se: ipse vero posuit exemplum suum hoc in loco, & accepit in prędicatione accidentia de subiectis: licet. n. hoc non sit per se, est tamen fm consuetudinē naturalem, & dixit: & non est hæc prædicatio, quēadmodum prædicatio de hoie q; est album. sensus est, q; prædicatio ipsa est fm viam nō naturalem. Deinde perfecit cām in hoc, & dixit: & hoc, qm̄ prædicatio ipsius de albo non est, q; ipsum est homo ex parte, qua est album. sensus est, atqui cùm prædicamus hominem de albo est in hac specie accidētis, qm̄ non est in eo, q; est albū: est enim aliquid, quod est albū, & non est homo, & dixit: qm̄ inueniuntur nōnulla, quę in re prędicantur de seipsis. sensus est, quòd hoc accidit in prædicatione accidentium, quæ significantur sup ipsis per nomina separata de subiectis, & prædicationem subsantiarum de ipsis. & hoc, quoniā existimatio eius quod dicimus, album est homo, eadem est, ac si dicamus, homo albus est homo. similiter etiam existimatio eius, quod dicimus, homo est albus, eadem est, cū eo, quod dicimus, homo est homo albus.

*al. t. denolatiua.

Sit igitur C tale, quod ipsum quidem non amplius insit alij, huic autem B primo, & nō sit aliud intermediū, & rursus* E ipsi ipsum F consimili, & hoc ipsi B: an igitur hoc necesse est stare, aut contingit in infinitum ire?

* Argirop. legit D ipsū B, B ipsi D, & F eidem ipsi competat B.

Dixit Aristo. Sit igitur in quo est C subiectum alij tantum, absq; eo, q; prædicetur de aliquo alio: forma enim ipsius C est forma, quæ non inest alicui, nisi illi, cui inest tantū: ipsi autem E insit A primo absq; medio, & accipiatur D inexistens ipsi E, & ipsi D, B: speculatio vtiq; cogit, vt accidat additamentum in re sursum, & oportebit ex necessitate, vt stet aut procedat in infinitum.

Et rursus si de A quidem nihil prædicatur per se, A vero ipsi H inest primo, intermedio autem nulli priori, & H ipsi C, & hoc ipsi B: an & hoc stare necesse est, aut & hoc contingit in infinitum ire? differt autem hoc à priori tantum, quoniam hoc quidem est, an cōtingit incipiēti à tali, quod nulli inest alteri: sed aliud illi: sursum in infinitum ire, alterum vero incipientē à tali, quod ipsum quidem de alio, de illo aūt nihil prædicaī, deorsum consyderare, si contingit in infinitum ire.

Dixit Arist. Et consimiliter etiam si de A non prædicetur aliquid per se, & sit A inexistens I primo absq; medio: & sit I inexistens B: & C inexistens B: igitur speculatio in hoc est, an additamentum istud in descensu sufficiet, an fieri possit, vt procedat in infinitum.

138 Dixit: Sit igitur in quo est C subiectū alij tantum absq; eo, q; prędicetur de aliquo alio: hoc est, vt sit subiectum aliorum, non prędicatum fm viam vlem. sensus est, q; accidunt aliqua fm hanc dispōnem, deinde quæremus an ad vltimē deueniāt p̄dicata de ipso, aut non: et dixit. forma. n. ipsius C est forma, q̄ nō inest alicui, nisi illi, cui inest tantum, quemadmodum † Zir, ipsum enim nō ineſt alicui, nisi Zir tantum, et quēadmodū Haiad, quod non ineſt, nisi his rebus tantum: hoc est, quod non prædicatur de aliquo alio tantum: & quemadmodū homo, quod est species vltima: ipse enim non prædicatur de subiecto vniuersali penitus. & dixit: ipsi autem B insit A primo absq; medio. sensus est, & sit illud, in quo est littera E, prædicatum de C absq; medio, quod est D. cū vero dixit: & accipiatur D inexistens ipsi E. sensus est, & prædicetur de prædicato primo, quod est E, prædicatū secundum consimiliter etiam absque medio, & sit D, & prædicetur consimiliter etiam de D prædicatum quarum. & ita consimiliter etiam, cū posita fuerint aliqua cū hac dispositione, cadet additamentum sursum: quod cū ita sit, speculatio vtiq; iudicabit, an procedat additamentum hoc in infinitum: hoc est, quòd insit prædicato prædicatum in infinitum, aut stet res, & perficiaī ad prædicatum, quod est prædicatum de re penitus: & hoc est, quod significauit, cū dixit: speculatio vtiq;. hoc est, igitur in speculatiua ratione sequitur, vt accidat additamentū sursum, & oportebit ex necessitate, vt stet, aut procedat in infinitū. sensus est, speculatio igit sequitur in processu per huiuscemodi prædicata sursum, vt prædicatio stet, aut adhuc procedat in infinitum.

† al. Socrates

Posteaq; quęstio in hisce p̄dicatis, quę sunt cū hac dispone, est trū rerū, quarū vna est, an cū posuerimus subiectū vltimum, perficiant prædicata de ipso, quousq; inueniatur ex ipsis prædicatum vltimum, de quo non prædicetur aliquid, aut non perficiantur. Secunda vero, an cū posuerimus prædicatum vltimum: hoc est, de quo non prædicetur aliquid, & prædicetur ipsum de alio, & hoc aliud de alio, an inquam deueniat res ad subiectum vltimum, aut non deueniat, sed procedat additamentum istud in descensu ad infinitum. Tertia vero, an cùm posuerimus prædicatum aliquod primum de subiecto aliquo per media multa, oporteat media illa deuenire ad finem, aut non deueniant. Iam vero mentionem fecit de † prima diuisione, iam reuertitur ad secundam, quæ est processus prędicatorum in infinitum. sermo autem ipsius in hoc est per se intellectus. exemplum vero ipsius est ex materiis, si accipiatur exempli gratia ens, de quo non prædicatur aliquid per se. & prædicetur ipsum de corpore, & corpus prædicetur de nutribili, & nutribile de animali: an deueniat huiuscemodi prædicatio per additamentum in descensu continue, an vero stet ad subiectum vltimum, quod non prædicatur de aliquo: veluti si diceres in hoc exemplo, nutribile de animali, & animal de homine, & homo de Socrate.

139

* Ab. t. subiectorum

Amplius media an contingit infinita esse determinatis extremis. dico autem veluti, si A ipsi C ineſt, mediū vero ipsorum B, ipsius vero B & A altera: horum autem altera, an & hæc in infinitum contingit ire, aut impossibile? est autem hoc considerare idem, et si demonstrationes in infinitum vadunt: & si est demōstratio cuiusq;, aut ad seinuicē terminanī.

Dixit Arist. Amplius inquiremus de mediis, an videatur fieri posse, vt sint infinita, & ambæ extremitates terminatæ. intentio vero huius est, cùm fuerit A inexistens C per medium B, & sint aliqua alia prædicata de B, & de illis alia, an videatur, q; additamentum in hoc sit in infinitum, an hoc fieri non possit: & inquisitio de hac re est inquisitio an fieri possit, vt cōpleantur demonstrationes ad id, quod est infinitum, & si est demonstratio

de omni re, an deueniat res in demonstratio nibus ad propositiones immediatas.

140 Hæc est quæstio tertia, & est, an compleantur media quæ accipiuntur inter maiorem terminum, et minorem in infinitum: & hoc cū monstratur terminus maior, qui est A, exempli gratia de C, qui est minor, per medium B: hoc est, cū positum fuerit A inesse B, & B, C, deinde monstretur consimiliter etiam A dici de B, per medium D, & hoc cum prædicatur A de D, & D de B: deinde monstretur consimiliter etiam A prædicari de D, per medium E, & hoc cum prædicatur A de E, & E de D, & eodem pacto faciet consimiliter etiam in prædicatione extremitatis mediæ de minore: hoc est, ꝙ accipiamus ipsi medrū terminum, & medio medium, aut igitur tale procedet in infinitum, aut perficietur ad propositiones immediatas. Et dixit: Amplius inquiremus de mediis, an videatur fieri posse, vt sint infinita, & ambæ extremitates terminatæ: hoc est infinita inter duas extremitates, aut sint finita: hoc est, & intendit per duas extremitates, maiorem, quæ est prædicatum in quæsito, & minorem, quæ est prædicatum in ipso quæsito. Et posteaq̄ commemorauit rem, de qua quæritur, adduxit exemplum in hoc, Et dixit: intentio vero huius est, cū fuerit A inexistens C per medium B, & sint aliqua alia prædicata de B, & de illis alia. sensus est, exemplum vero huius, cū quærimus hoc quęsitum, si aliquis existimet, ꝙ A, exēpli gratia ineſt C, per medium B, & sit A prędicatum de B, eo ꝙ aliud prædicatur de B: propterea ꝙ de ea re aliud prædicatur: an igitur deueniet huiusce modi prędicatio, vsque 30 quo sit A in B per media infinita, aut per finita: & consimiliter est dispositio B cum C, & hoc est, quod voluit, cū dixit: an videatur fieri posse, vt additamentum in hoc procedat in infinitum, an hoc fieri nō possit. hoc est, an additamentum sit possibile, quod inuenitur cum hac dispositione inter duos terminos, maiorem, & medrū, aut inter medium terminum, & minorem, aut in ambobus locis simul, & si fuerit finitum, erit vtiq; in duobus locis simul. Deinde declarauit, ꝙ inquisitio de hac re non est de genere inquisitionis de duabus rebus præcedentibus: quoniam inquisitio de hac re, quemadmodum dixit, est: an fieri possit, vt additamenta demōstrationum in re vna sint in infinitum. & intendit per additamentū in infinitum, vt monstretur aliquid per duas propositiones: deinde monstretur vnaquæq; earū propositionum per duas propositiones consimiliter etiam, & sit in infinitum: aut vtrū deueniatur, quēadmodum hoc in quæsito, ad syllogismos, qui sunt ex propositionibus notis p se: sed iam dixit de hoc in principio huius intentionis, sed visus est opinatus fuisse adhuc istud hic. * al. libri.

Consimiliter autem dico & in priuatiuis syllogismis ac propositionibus, vt A ineſt B nulli, aut primo: aut erit aliquid mediū, cui priori non ineſt, veluti si ipsi C quid B ineſt omni: & rursus alii adhuc priori hoc, vt si ipsi A, quod C omni ineſt: in his etenim aut infinita, quibus non ineſt prioribus, aut stāt.

Dixit Arist. Sermo autem de syllogismis 60 ac propositionibus negatiuis est ad similitudinem sermonis de affirmatiuis: quemadmodum si A non ineſſet alicui B primo, aut erit inter ipsa medium, aut non erit A non inexistens, vt B, & sit C inexistens omni B: & consimiliter etiam, si A non ineſt B alicui, quod est prius C: si igitur ineſt ipsi A, nō deueniet ad aliquid, quod est prius C, si oporteat sufficere & stare.

141 Dixit: ad similitudinem istius quęstionis oportet, vt quæramus de syllogismis negatiuis: hoc est, qui concludunt conclusionem negatiuam. Et dixit: Sermo autem de syllogismis, ac propositionibus negatiuis est ad similitudinem sermonis de affirmatiuis. sensus est, & hoc exemplo quæstionis oportet quærere de syllogismis, in quibus sunt propositiones negatiuæ, ad similitudinem eius, quod quæritur de syllogismis, qui sunt ex propositionibus affirmatiuis: & hoc vtiq; formabitur, cùm nō fuerit inter maiorem extremitatem negatam à medijs, & inter media medium vnum, quouscunq; sequat negatio maioris à minore, aut fuerint inter maiorem & minorē media, quouscunq; sit omnis negatio, aut prima, hoc est immediata, aut vt deueniat ad negationem primam, si fuerit negatio per medium, aut media deuenientia in infinitum, & inquit: quemadmodum si A non ineſſet alicui B primo, aut erit inter ipsa medium, aut non erit A non inexistens, vt B, & sit C inexistens omni B. sensus est, aut erit inter maiorem terminum & medrū, 40 mediū, à quo maior, qui est A, negabitur negatione prima: quemadmodum si esset medius terminus, in quo est B, & esset A negatum à C, negatione prima, & esset C inexistens B, & esset A negatum à B, propter negationē à C, & esset negatio ipsius à B per medium C. Et posteaq̄ mentionem fecit de his duobus modis, ex quibus formatur finis propositionum negatiuarum in syllogismo per id, ꝙ deueniunt ad negationem primam, cœpit cōmemorare diuisionem secundam, quæ est natura diuisionis secundæ, in qua ponit conditio naturę diuisionis: 50 quod est, vt sit negatio maioris extremitatis à mediis per media infinita, quæ non deueniunt in negationibus suis ad negationem primam. Et dixit: et cōsimiliter etiā si A non ineſt B alicui, quod est prius C: si igit̄ ineſt, ipsi A, nō deueniet ad aliqd, quod sit prius C, si oporteat sufficere & stare: hoc est, si A negetur à medio termino, quæ negatio nō est prima, sed est propter negationem ab aliquo alio medio inter A & B, aut aliquam aliā rem: aut igitur deuenient ad finem talia, quæ sunt media inter maiorem extremitatem & medium per syllogismū primum, hoc est primum per resolutionem, vel si non deuenient, sequitur vtiq;, ꝙ non deueniant ad finē propositionum negatiuarum, si non deuenient media, quę sunt iter maiorem extremitatem & medium, ideſt negatum à medio: qm̄ omne medium, quod accipitur ibi, comprehendit ambas propositiones, quarum vna est affirmatiua, & est minor, altera vero negatiua, & est maior. & posuit exemplum consimiliter etiā de hac negatione, si sit per medium, aut non. & si fuerit per medium, posuit consimiliter etiam binas propositiones, affirmatiuam

firmatiuam & negatiuam, & interrogauit itidem de illa negatiua, aut est per medium, aut nō: & similiter interrogauit, cū fuerit sollicitus in hoc inuentendo: aut igitur procedet hoc in infinitum, aut cadet res ad negationem primam, hoc est, quæ sit prędicatio immediata: & hoc est, quod significauit, cū dixit: si igit̄ ineſt ipsi A, non deueniet ad aliquid, quod sit prius C, si oporteat sufficere & stare. sensus est, & si inuenitur prædicatio, quę est inter A & C, quod est terminus medius ex syllogismo priore: hæc vtiq; prædicatio media erit finitorum mediorum, cū vero dixit: ad aliquid, quod sit prius C. intelligit per ipsum media, quæ inueniuntur inter A & C, ꝙ hæc media sunt ex necessitate inter A & C, & sunt vtiq; post A, & prius C, cū cœperit à maiore extremitate, cū vero incœperit ab ipso C, sunt post C, & prius A, sed cœpit hanc prædicationem à maiori extremitate.

In ijs vero, quę conuertuntur, non similiter se habet: nō est enim in ijs, quæ retrouersum prædicantur, de quo primo prędicatur, aut vltimo: omnia enim ad omnia sic consimiliter se habent, siue sunt infinita, quæ de ipso prædicantur, siue vtraq; sunt quæ dubitantur infinita, præterquam ꝙ si non similiter contingit conuerti: sed hoc quidem, vt accidens, illud vero vt prædicamentum.

Dixit Aristo. Quæ vero conuertuntur ad se inuicem non habent hanc formā. & hoc, 30 qm̄ quæ conuertuntur ad se inuicem æqualiter, non habent prædicatum primum de subiecto, & prædicatum vltimum, quod de ipso prędicetur: sed vnūquodq; eorum apud aliquem est primum. sensus est, & causa, ob quam non puenit ad finem prędicatio in rebus cōuertibilibus, neq; sursum, neq; deorsum: qm̄ non est in rebus cōuertibilibus prędicatum primū, quod sit subiectum vltimum † in cōtrarium: sed fieri pōt, vt prędicet de ipso extremitas vltima, & ideo dixit: & si prædicata fm hūc modum fuerint infinita, & subiecta quoq; erunt infinita. sensus est, cūm monstratum fuerit, ꝙ in rebus conuertibilibus nō ponitur prędicatū primū, monstratum vtiq; erit, ꝙ non ponitur in ipsis subiectum vltimum: & hoc, qm̄ omnia prędicata conuertuntur subiecta, & subiecta prędicata, & dixit: & si prædicata hunc in modum fuerint infinita, subiecta quoq; erunt infinita, & dixit: & dubium innouatur super vtrisq; eorum vno modo, vsq; ad extremum eius quod scripsimus. sensus est, & intendit dubium, quod accidit in processu subiectorū in infinitum, & resolutio in eo, ꝙ procedunt in infinitū, ob causam, quā diximus: & si nō derelinquentur propositiones in eo, ꝙ conuertuntur per modum vnum prædicationis: qm̄, cùm à principio rei in ꝓpositione prędicatum fuerit accidens de subſtantia, conuertetur sup prædicatione, quæ est fm viam non naturalem; quæ est prædicatio subſtantiæ de accidente: & consimiliter, cū acceperit hoc in prędicatione prima, conuertetur prædicatio, quæ est fm viam naturalem, in alta aūt trāſlatione loco illius, quod dixit, & sīſt si non conuertentur ad se inuicem, dicit, si forte fieri non posset vt cōuersio ad se inuicem esset vna: sed erit hoc per accidens, & hoc in prędicatione: & videt adduxisse ipsa, quasi ad notificandum, ꝙ propositiones, quarum prædicata sunt fm viam naturalem, si conuertuntur, tunc eaꝝ prędicata non remanent fm viam naturalem. & quasi diceret, ꝙ non est dria inter istas propositiones, in quocunq; modorum quis acceperit prædicationem, ꝙ ipsa sueniatur infinita: nisi ꝙ cū acceperit ex vno duorū modorū, erit fm viam naturalem, cùm vero acceperit fm alterum modum, erit non fm viam naturalem. & fieri potest, vt commutetur translatio prima hac † variatione, cuius pars est propinqua conuersioni, quæ est inter duo relatiua: ipsa. n. semper inueniuntur fm viam naturalem: & similiter in ijs, quæ circularem habent generationem. † Ab. le. mutatione, & sunt mutuo affines, quod nō est verum de conuersione.

142 Posteaq̄ sunt hæc duo quæsita de syllogismis compositis, hoc est an prædicata in ipsis sint finita, aut subiecta: formabitur autem hoc in prædicatione, quæ est fm rectum: hoc est as similabitur additamentum ipsius sursum lineæ rectę, aut descensus ipsius deorsum per lineam rectam consimiliter etiam, nō per prędicationem, quæ formatur in circulum, quæ sit in propositionibus conuertibilibus inter se: hoc est, quæ sunt ex definitionibus, et descriptionibus, & proprijs: declarat hāc rem, nequis in ea erret, & dixit: Quæ vero conuertuntur ad se inuicem non habent hanc formam. sensus est, propositiones autem cōicantes mediis terminis, qui sunt conuertibiles inter se, non habent hanc formam in his quæsitis, de qua intēdimus quærere. & hoc, qm̄ in propositionibus conuertibilibus inuenitur prædicatio ex necessitate infinita: & hoc, qm̄ de prędicatis ipsius fieri pōt, vt sueniant prędicata semp, & de subiectis subiecta semp. vt in exēplo, si nos formaremus circulū A B C D E, & poneremus super his literis terminos conuertibiles, inuenirentur vtiq; in ipsis prædicata infinita, & ita subiecta: & hoc, quoniam A prædicatur de B, & B de C, & C de D, & D de E, & E de A, & A de B, & ita in infinitū: & si accipiatur consimiliter etiam ex parte subiecti B, subiectum ipsius A, procedet res in infinitum, & dixit

Dixit

Dixit Arist. Fieri autem non potest, vt media sint infinita, cùm prædicata sursum, aut deorsum accepta terminentur. Intentio vero nostra, cùm dicimus sursum cadere est, ꝙ cadat ascẽsus, & additamentum ex parte intentionis vniuersalis: sed intentio nostra, cũ dicimus deorsum, est, ꝙ cadat additamentũ ex parte particularium. &, si dum prędicatur A de G, media, in quibus B, infinita sint, tunc plane manifestum, quòd possibile est additamentum ab A deorsum, vsquequo prædicet aliquid de aliquo in infinitum, & non deueniet in G: quoniã media, quæ sunt inter duas extremitates, non habent finem: & propter hoc si addamus à G sursum non deueniet ad A: quoniam media, quæ sunt inter ipsa non habent finem: & hoc non est possibile. fieri igitur non potest, vt media, quæ sunt inter A & G, sint infinita. Et non potest quispiam dicere, ꝙ inter duas determinatas extremitates sint media infinita, neq; consist etiam si aliquis ratiocinaretur, ꝙ aliqua media, quẽadmodum, quæ sunt inter A, B, C, contingũt se inuicem, & non est inter ipsa medium: sed aliqua non habent viam, vt ita sint, quoniã non est differentia inter primum, & secundum, vtcunq; ponantur. quemadmodum si A fuerit, aut G, siue non inueniatur finis inter duos terminos: aut non erit hoc, id est, ꝙ nõ erit inter duos terminos: equum. n. est, siue sit inter omnes duos terminos, aut inuenia tur: & hoc, quoniam ipsæ res, quę sequuntur post hoc, non habent finem.

143 Dixit: Fieri autem non potest, vt media sint infinita, cùm prædicata sursum, aut deorsum accepta terminentur. sensus est, media vero tam deueniunt ad finem, cũ positum fuerit, ꝙ in prædicatis, quæ sunt in medio, accipitur prædicatio sursum ad prædicatum vltimũ, de quo non prędicatur aliud ab ipso, & ad subiectum vltimũ, quod non prædicatur de alio ab ipso: & ipsum est, quod significauit, cùm dixit, accepta terminentur. & ipse posuit primo in hac dispositione, ꝙ hic sunt prædicata vltima, & subiecta vltima: deinde posuit demõstrationem, ꝙ media inter ipsa non possunt esse infinita: deinde declarat, ꝙ est hic prædicatum vltimum, & subiectum vltimum. Et posteaq; dixit, ꝙ prædicata siue sursum accipiantur, siue deorsum terminanẽ, declarauit illud, quod voluit in hoc sermone, Et dixit: Intentio vero nostra, cũ dicimus sursum cadere, est, ꝙ cadat ascensus, & additamentum ex parte intentionis vniuersalis: hoc est, ꝙ cadat ascensus in prædicatione ex parte prędicati, hoc est, cùm posita fuerit propositio ex subiecto & prædicato, & accepertimus ad hoc prædicatum prædicatum, & ad hoc prædicatum prædicatũ, ꝙ non procedat res in infinitum: & quoniam prędicatum addit † prędicato supra subiectum, & hoc additamentum supra rem est simile ascensui, vocauit hanc speciem prędicationis ascensum, hoc est in vniuersali prædicato: vocauit autem vniuersale, quoniam est vniuersalius duobus terminis. Deinde dixit: sed intentio nostra, cùm dicimus deorsum, est, ꝙ cadat additamẽtum ex parte particularium, hoc est, ex parte subiecti, vocauit autem ipsum particulare, quoniam positum fuit sub prædicato. & nõ vult hic per particulare, particulare verum: quoniam particulare verũ est individuum, quod non prædicatur de aliquo penitus secundum consuetudinem naturalem, et propterea est subiectum vltimum. Et dixit: ꝙ cadat additamentũ, & non dixit, ascensus, quoniam hoc assimilatur descensui: & ideo dixit, sed intentio nostra, cũ dicimus deorsum. Postea vero ꝙ posuit hic prędicatum vltimum, & subiectum vltimũ, cœpit monstrare, ꝙ media inter ipsa sunt infinita. cùm vero dixit: &, si dum prædicatur A de G, media, in quibus est B, infinita sint, tunc plane manifestum, quòd possibile est additamentum ab A deorsum, vsquequo prędicetur aliquid de aliquo in infinitũ, sensus est, ꝙ si ponat aliquis, ꝙ media inter extremitates, quas posuimus, et notificauimus esse determinatas, sunt infinita, fieri non potest, vt incipiamus ab extremitate, quæ est A, & prædicemus de medio, quod est ipsi contiguum, & procedat res in prædicatione ita in infinitum, & non deueniat ad extremitatem, quam posuimus vltimam, in qua posuimus literam G: quoniam media, quæ sunt inter A & G, sunt infinita: & propter hoc si addatur à G, sursum nõ deueniet ad A: quoniam media, quæ sunt inter ipsa non habent finẽ, sed hoc non est possibile. sensus est, & consimiliter accidet nobis, cũ ascendimus ab extremitate media, quæ est B, per modum A, non deueniemus in aliquo tempore ad A, & hoc fieri nõ potest, quoniam nos tam posuimus extremitates finitas: ꝙ si additamentum esset infinitum, non essent extremitates determinatæ, vt iam posuimus, hoc autẽ nõ cohæret. Et ideo dixit: fieri igitur non potest, vt media, quæ sunt inter A & G sint infinita. sensus est; planum itaq; ꝙ non erunt media inter duas extremitates determinatas, infinita: Et dixit: Et non potest quispiam dicere, ꝙ inter duas determinatas extremitates, sint media infinita. sensus est, neq; posset aliquis dicere, fieri posse vt inuenitur inter duas extremitates finitas media infinita: quemadmodũ si inueniretur linea recta, quæ inter ambas extremitates suas diuideret in lineas infinitas: hæc enim diuisio est in potẽtia mediorum, quæ sunt in actu, & fieri non potest, vt inueniantur aliqua infinita in actu, per quæ monstretur, ꝙ maior extremitas est in minore, cùm assecutum fuerit vnum ipsorum alterũ per prædicationem secundum modum ascẽsus, aut per modum descensus: sed hoc fieri non potest per media, quæ sunt infinita. Et quoniam dicere posset aliquis, ꝙ illorum mediorũ, quæ accepimus inter A G, inter omnia duo non sunt media infinita, sed aliqua sunt, inter quæ non est medium penitus, & aliqua sunt, inter quæ sunt media cum hac dispositione: hoc est, ꝙ sunt infinita, & dubium sequitur ex duabus positionibus simul: & hoc, quoniam non est differentia, siue fuerint media infinita imaginata inter quoscunq; duos terminos illorum terminorum mediorum, aut inter duos tantum, aut plures duobus, quoniam non deueniet in aliquo tempore ab extremitate prædicati ad extremitatem subiecti: colligauit sermonem suum, cùm dixit: neq; consimiliter etiã si aliquis ratiocinaretur, ꝙ aliqua media, quemadmodũ quæ sunt inter A, B, C, contingant semuicem, & non est inter ipsa medium: sed aliqua non habent viam, vt ita sint: hoc est inter aliqua ipsorũ sunt media, & inter media media in infinitum: aliqua vero ipsorum nõ sunt ita. Deinde dixit: quoniam non est differentia inter primũ, & secundum, vtcunq; ponantur. hoc est, quoniam non est differentia inter istam positionem, & positionẽ priorem in dubio, quod sequitur apud ipsos si posuerimus † duas propositiones, vtcunq; ponantur &. hoc voluit, cùm dixit, vtcunq; ponantur. Deinde dixit: quemadmodum si A fuerit, aut O, sensus est, ꝙ nõ est differentia, siue

† Hæc l. subiecto, & id, qđ additur alicui rei.

† al. l. duo extenua.

siue posuerimus media inter A & G infinita, aut ponamus inter ipsa medium determinatum. vt, exempli gratia B, & ponamus illud, quod est inter B & A, terminos medios determinatos, & quod est inter B & G non determinatos, aut econtrario, et hoc est, quod voluit, cùm dixit: quemadmodũ si A fuerit, aut G, hoc est, si fuerint, hæc media infinita, quemadmodum A, hoc est inter A, & B, aut quemadmodum G, id est inter B & G. Deinde dixit: siue non inueniatur finis inter quoscunq; duos terminos, aut non. id est, quoniam idem erit, siue extiterit inter quoscunq; duos terminos, aut inuentus fuerit: & hoc, qm̃ ea, quæ sequuntur post hoc, erunt infinita. sensus est, siue ita fuerit, ꝙ posuerimus inter quoscũq; duos terminos existimatos ex his terminis, terminos non habentes finem, aut existimauerimus hoc in quibusdam aliis: quoniam non est differentia in hoc. Et posteaq; declarauit fieri non posse, vt cadant media infinita in quæsitis affirmatiuis, cœpit declarare, quòd res ita est in quæsitis negatiuis.

† Ab. l. de quibusdã præter alios. Ia. l. quia aliqui eorũ existant sub aliquib⁹ eorũ.

Planum autẽ & in priuatiua demonstratione, ꝙ stabitur, liquidem in prædicatiua statur ad vtraque. sit enim non contingens, neq; sursum ab vltimo in infinitum ire. (dico autem vltimum, quod ipsum quidem alij nulli inest, illi vero aliud, vt F:) neq; à primo in vltimum. (dico aũt primum, quod ipsum quidem de alio, de illo vero nihil aliud) si vtiq; hæc sunt, & in negatione stabitur. Tripliciter nanq; monstratur non inexistens, aut enim cui quidem ipsum C, B inest oi, cui vero ipsum B, ipsum A nulli. Ipsius itaq; B C, & semper alterius distantiæ, necesse est progredi ad immediata, prædicatiua nanq; est hæc distantia: alterum vero manifestum, ꝙ si alij non inest priori, vt ipsi D, hoc oportebit ipsi B oi inesse: & si rursus alij priori ipso D nõ inest, illud oportebit ipsi D omni esse: quare qm̃, *quæ sursum est, via stat, & q̃ deorsum stabit, & erit aliqd primo, cui non inest.

* al. l. ꝙ deorsum est via stat, & ꝙ sursum stabit.

Dixit Arist. Plane aũt manifestum, ꝙ media in demõstrationibus negatiuis stant vtiq; inter quascunque duas extremitates simul, quemadmodum stabant in demonstrationibus affirmatiuis. Ponamus autem fieri non posse, vt cadat additamentum sursum ex parte vltima: & intelligo per vltimum aliquid, quod non inest alicui alii, & aliud inest ipsi, vt G. neque consimiliter fieri potest, vt cadat additamentum à primo ad partem vltimam: & intelligo per primum, quod est prædicatum de alio, & non prædicatur de ipso aliud quid penitus. quòd si ita est in negatione, stabit vtiq; additamẽtum in ipsa. Species vero, per quas monstratur, ꝙ hoc non inest, sunt tres: aut enim cui inest C illi omni inest B, cui vero inest B, illi nulli D, propositionem itaq; C B, cũ qua est vna duarum extremitatum necesse est perfici ad immedia-

tum: qm̃ fuit affirmatiua. Propositio vero altera, notum vtique si non inerit alicui alteri priori, quemadmodum F, manifestum est, ꝙ oportebit inesse F omni B: & si etiam inerit alteri priori ꝙ F, oportebit vtiq; G inesse omni F: quoniã igitur ambæ extremitates deorsum terminãtur & stant, oportebit, ꝙ in via sursum consimiliter etiam terminentur, & stent, & inueniatur aliquod prędicatum, cui non insit ipsum prædicatum.



Per syllogismos hos in prima figura ostenditur in negatiuis ꝙ ponibꝰ stare est, sicut in affirmatiuis.

Dixit: Plane autem manifestũ est, ꝙ media I demonstrationibus negatiuis stant vtiq; inter quascunq; duas extremitates simul, quemadmodum stabant in demonstrationibus affirmatiuis: hoc est, ꝙ deueniunt ad duas extremitates simul: ideſt, cũ quis incœperit ab vno mediorum, deuenit ad ambas extremitates simul: hoc est, supremam & vltimam. Deinde dixit: Ponamus autem fieri non posse, vt cadat additamentũ ex parte vltima. sensus est, ponamus autem, cũ incœperit à principio ab extremitate, quæ est subiectum tantum, ꝙ non procedet in prædicatione de ipso in infinitum, sed perficietur ad prædicatum vltimum, de quo non perficitur aliud. Deinde dixit: & intelligo per vltimum aliquid, quod non inest alicui alij, & aliud inest ipsi. intelligit aliquid, quod non prædicatur de alio, & de ipso prædicat aliud: & hæc est dispositio rerum particularium sm naturam. Deinde dixit: Neque consimiliter fieri potest, vt cadat additamentum à primo ad partem vltimã: hoc est, cùm cœperit à principio à maiore extremitate, fieri vtiq; nõ potest, vt procedat hoc in infinitum, sed perficietur ad extremitatem vltimam. Deinde dixit: & intelligo per primum, quod prędicatur de aliquo alio, & non prędicatur de ipso aliud quid penitus. & hoc per naturã prædicatum nõ potest esse subiectum alicui, quod est exempli gratia magis uniuersale, quod inest individuo. atqui exemplificauit in fine istarum rerum: qm̃ dispositio in ipsis est manifesta. cumq; oportuerit rem deuenire ad finem in ipsis, sequetur hoc in oibus quæritis, quæ sunt alia ab ipsis: qm̃, cùm deuenerit ad finem prędicatio inter primos sm naturam, deueniet vtiq; ad finem ex necessitate inter quoscunq; duos terminos, quorum vnus ponitur esse prędicatum de altero. Deinde dixit: Quòd si ita est in negatione, stabit vtique additamentum in ipsa. sensus est, ꝙ oportebit iter prædicatum primum sm naturam & inter prædicatum vltimum in negatione, esse media finita: sequitur igitur, ꝙ sit res ita in omni quæsito negatiuo, & dixit: Species vero, p quas mõstratur, ꝙ hoc non inest sunt tres, hoc est per alterã figurarum trium. atqui dixit hoc, qm̃ negatiua particularis

mõstratur

†2.l.1.tribus figuris.

mõstraturt pet tertiam figuram. Deinde dixit: aut.n. cui ineſt C, illi ineſt B omni, & cui ieſt B, illi nulli ineſt D. ſenſus eſt, exemplum huius in prima figura: ſi oē quod eſt C, eſt B, & oē quod eſt B, non eſt D, concludit hoc in prima figura, oē quod eſt C non eſt D. & poſteaq; mentionem fecit de complicatione, quæ concludit negatiuam vſem in prima figura, hoc eſt complicatione propinqua quæſito, cœpit redire ad hoc, q; oportet media deuenire ad finem in hac figura, & dixit: propoſitionē itaq; C B, cū qua eſt vna duarum extremitatum, neceſſe eſt perfici ad immediatum, qm̃ fuit affirmatiua. ſenſus eſt, q; in ꝓpoſitione minore in hac figura, quæ eſt in hoc exēplo propoſitio C B, oportet, ut media deueniant ad finē, ſi fuerint cū ea, cuius media monſtrantur: quoniam eſt in hac figura affirmatiua. ſed iam declaratum fuit ſuperius, q; affirmatiua mediata eſt finita. & dixit: propoſitionem itaq; C B, cum qua eſt vna duarum extremitatum. ſenſus eſt, & in ſumma accidet ſemp propoſitioni, in qua eſt vna extremitatum quæſiti, hoc eſt affirmatiuæ. Deinde dixit: Propoſitio vero altera, ſi nõ inerit alicui alteri priori, quēadmodum F, manifeſtum eſt, q; oportebit ineſſe F omni B. ſenſus eſt: propoſitionem vero alteram eſſe negatiuam, quæ dicit, B non eſſe C, notum eſt per ſe: cū C quod eſt maior extremitas non fuerit in B, quod eſt medius terminus propter medium terminū priorem extremitate media, quemadmodum F, quouſq; ſemper fuerit negatum ab ipſo B, propterea quia B negetur ab ipſo F: quod inquam oportet, vt ſit in B, qm̃ omne negatiuum cōcluditur vtiq; ꝑ duas propoſitiones, affirmatiuam & negatiuam, & ſi illa affirmatiua fuerit mediata, ſequitur, vt deueniant ad finē. & conſimiliter ſi poſueris negari C ab F per media, oportebit ut ſit hoc conſimiliter etiam per duas, ꝓpoſitiones: quarum vna eſt affirmatiua, & illa eſt, quam ſignificauit, cū dixit: & ſi fuerit in altero priori q̃ F, oportebit vtiq; G ineſſe oī F. Deinde dixit: Qm̃ igitur ambæ extremitates deorſum terminantur & ſtant, oportebit q; in via ſurſum conſimiliter etiam terminentur & ſtent, & inueniatur aliquid prædicatum, cui non inſit ipſum prædicatum. ſenſus eſt: qm̃, cùm cœperimus ab extremitate ſuperiore, perficitur in deſcenſu ad extremitatem mediam negatio vltima. atqui dixit hoc, quoniã in figura prima mõſtratum eſt negatiuam deuenire ad finem mediorum ſuorum propter propoſitionem minorem, quæ eſt illa, quæ annectitur extremitati minori: ipſa. n. fuit affirmatiua. vult itaque, cū affirmatiua deueniat ad finem, q; negatiua conſimiliter etiam finita ſit.

Rurſus ſi B quidem omni A: ipſi vero C nulli: ipſum A eorum, quæ C, nulli ineſt. Rurſus hoc ſi oportet monſtrare, planum q; aut per ſuperiorem modum monſtrabitur, aut per hunc, aut tertium. Primus igitur dictus fuit: ſecundus vero mõſtrabitur. Sic autem vtiq; monſtraret, vt q; D ipſi quidem B omni ineſt, ſi vero C nulli, ſi neceſſe eſt ineſſe aliquid ipſi B. Et rurſus, ſi hoc ipſi C non inerit, aliud ipſi D ineſt, quod ipſi C non ineſt: igitur quoniam ineſſe ſemper ſuperiori ſtat, ſtabit & non ineſſe.

Dixit Ariſt. Et rurſus ſi B ineſſet omni A: & B ineſſet nulli C: A vtiq; ineſſet nulli C. Planum autem hoc, ſi deſiderium fuerit, q; ſit A in prima figura, aut in hac figura, aut in tertia figura. in prima quidem figura, iam præ-

dixímus: ſed quomodo mõſtretur in tertia, incipiemus vtiq; ſermonem, atq; mõſtratio ipſius in ſecūda figura eſt, quemadmodum ſi A ineſſet omni B, & ineſſet nulli C: qm̃, cùm quis deuenerit ex neceſſitate ad aliqd, quod inſit ipſi B: quoniam fuit ſecunda figura, & non inſit C, deueniet ex neceſſitate ad hoc, q; inueniatur aliquid quod dicatur de A, & nulli inexiſtēs C. Qm̃ vero eſt ſtatus affirmatiuorq; per additamentū ſurſum, ſtabit conſimiliter etiam additamentū in negatione.



Poſteaq; monſtrauit fieri non poſſe, vt inueniantur infinita media inter duas extremitates, quarum vna negatur ab altera. & hoc in prima figura, vult monſtrare hoc i duabus reliquis figuris: qm̃ in hoc perficietur demonſtratio eius, quod intendebat demonſtrare: et hoc, qm̃ cùm poſuit hic illud, quod declaratum fuit in libro Syllogiſmi ex eo, q; omne quæſitum negatiuum non monſtratur, nili per vnam iſtarum trium figurarum: monſtrauit autem in vna iſtarum fieri nõ poſſe, q; prodeant in ipſis media infinita, videtur vtiq;, q; hic monſtret non inuentri duo, quorum vnum prædicatur de altero ex via ſyllogiſmi per media infinita. Et poſteaquã declarauit hoc in prima figura, cœpit declarare hoc in ſecunda figura. Et dixit: & rurſus ſi B ineſſet omni A, & B ineſſet nulli C, A vtique ineſſet nulli C. ſenſus eſt: & conſimiliter etiam iam declaratum fuit in libro Syllogiſmi, q;, cū acceperimus aliquid vnum prædicatum de duobus, de vno per affirmationem, de altero per negationem: hæc duo ita ſe habebunt, q; oportebit vnū ipſorum negari ab altero ex neceſſitate: quemadmodum ſi eſſet B, exēpli gratia, quod eſt terminus medius, & prædicaretur per affirmationem de omni A, quod eſt maior extremitas: & eſſet B prædicatum de omni C negatiue: oportebit vtiq; A negari ab omni C: & hæc eſt vna ex ſpeciebus ſecundæ figuræ, & eſt ea, cuius minor eſt negatiua, et maior affirmatiua vniuerſalis. Et poſteaq; mẽtionem fecit de ſecunda figura, quæ eſt melior ad docendum id, quod facit diuiſionem in hoc quæſito vtpluri mum, cū dixit à principio, planum autem, q; hoc quæſitum ſi inuenietur, erit vtiq; aut in prima figura, aut ſecunda, aut tertia: deinde cœpit declarare hoc in prima figura, & aſſecutus eſt iſtud hic, poſteaq; mentionem fecit de prima figura. & poſteaq; pertranſiuit caput ſermonis ſui in ponendo exemplum ſecundæ figuræ, dixit: Planum autem hoc, ſi fuerit deſiderium, vtiq; ad id, quod dixit: atqui monſtratio ipſius in ſecūda figura eſt, quemadmodum ſi A ineſſet omni B. ſenſus eſt: Planum autem hoc in ſumma, ſi fuerit deſiderium, q; inueniãtur an ſint media infinita in quæſito negatiuo, nihil vtiq; prohibebit, quin ſit hoc, aut in prima figura, aut in ſecūda, aut in tertia, in prima quidē figura iam præmiſſa eſt poſitio ſua, in tertia vero commemorabitur, poſteaq; mentio

Pro ſyllos. hos in figura ſecūda oſtenditur in ꝓpõnibus negatiuis ſtatū ẽt, ſicut & in affirmatiuis.

tio facta fuerit de ſecunda figura: de ſecunda vero figura mentionem faciemus nunc, & erit exemplum huius in ſecunda figura, quemadmodum cùm fuerit A, quod eſt loco medii terminj, quod inſit omni B, hoc eſt, q; prædicetur de omni B affirmatiue, quod ſtat loco terminj maioris, aut minoris, & A quoq; fuerit negatū ab omni C, quod ſtat loco † maioris terminj. cùm enim oporteat vnam duarum propoſitionum iſtius ſyllogiſmi eſſe affirmatiuam, & hoc, aut maiorem, aut minorem, oportebit vtiq; ex neceſſitate terminos medios deuenire ad finem: quoniam iam monſtrauit hoc ex diſpoſitione affirmatiuorum: & hoc eſt, quod voluit, cū dixit: deueniet ex neceſſitate ad hæc, q; inueniatur aliquid, quod dicatur de A, & nulli inexiſtens C. ſenſus eſt, q; prouenıet ex neceſſitate in hac figura, vt ſit in ipſa aliquid, quod prædicetur de A per affirmationem, & inſit hoc nulli C. quoniã, cùm opinati fuerimus A, terminum maiorẽ, et C terminum minorẽ: & B in hac figura ſit terminus medius, erit ſcilicet neceſſarium, vt in eo ſit propoſitio affirmatiua. Deinde dixit: Quoniam vero eſt ſtatus affirmatiuorum per additamentum ſurſum: ſtabat conſimiliter etiam additamentū in negatione. ſenſus eſt, quoniam in negatione, in eo, q; eſt per terminum medium, oportet eſſe propoſitionem affirmatiuam: ſed tam poſuimus affirmatiuas deuenire ad immediatum, quoniã ſi non deueniret ad negationem immediatam, non deueniret etiam terminj affirmatiui inter duas extremitates: ſed iam monſtrauimus, quòd ipſi ſunt finiti, quod fieri non poteſt, & non cohæret. cauſa autem in hoc eſt, quoniam negationes ſunt ſecundum conſuetudinẽ affirmatiuorum: liquidem omne negatum affirmatur.

† Ab le. maioris vel minoris termini.

Tertius vero modus fuerat, ſi A quidem B omni ineſt, ipſum vero C non ineſt, non omni ineſt C, cui A. Rurſus vero hoc, aut per ſuperius dicta, aut ſimiliter monſtrabitur. Illo quidem itaq; modo ſtatur. ſin autem ſic, iterum accipietur B ineſſe ipſi E, cui ipſum C, non omni ineſt, & hoc rurſus conſimiliter. Quoniam autem ſuppoſitū eſt ſtari & deorſum, planum quòd ſtabit, & C non inexiſtẽs.

Dixit Ariſt. Monſtratio autem ipſius in tertia ſpecie procedit hũc in modum: quod eſt, ſi A inſit omni B, & C non inſit ipſi A, non erit C nõ inexiſtens omni, cui A. & hęc, ſi fuerit monſtratio ipſius ſecundum exemplum, quod præmiſimus, ſtabit vtiq; & terminabitur eius additamentum, & ſi procedet ipſius monſtratio hunc in modum: quoniam B inest omni ipſi E, cui non ineſt C: & hoc conſimiliter etiam ſecundum ordinem, quoniã itaq; ſub



Per hos ſyllogiſmos in tertia figura oſtenditur in negatiuis ꝓpõnibus ſtatum eſſe, ſicut admodũ et in affirmatiuis.

tectum affirmatiuum eſt determinati additamenti expte ſpecie, planū vtique ſtabit cõ ſimiliter etiã C non inexiſtens alicui.

Poſteaq; perfecit monſtrare, q; termini medi negatiui concludentes in ſecūda figura deueniunt ad finem: cœpit monſtrare, quomodo deueniunt ad finem in tertia figura, & dixit: Mõſtratio autem ipſius in tertia ſpecie procedit hunc in modum. ſenſus eſt: monſtratio autem negatiuarum, quæ concluduntur in tertia figura, quæq; ſunt negatiuę particulares, q; ſint per media finita, procedit hoc modo, quem dicam. Deinde cœpit ponere exemplum huius per literas, & aſſumpſit negatiuam particularẽ in hac figura, & dixit: ſi A inſit omni B, & C non inſit ipſi A: nõ erit C non inexiſtẽs omni, cui A. ſenſus eſt, exemplum huius erit, quod concludit negatiuam particularem in tertia figura. vt ſit A, quod eſt minor extremitas inexiſtens omni B, & quod eſt medium, hoc eſt prædicatum de omni ipſo: & C quod eſt maior extremitas inexiſtens nulli B, quod eſt medium: ſequitur itaq; ex duabus iſtis propoſitionibus, C non ineſſe omni A, hoc eſt, vt aliquod A non ſit C: & hæc ſpecies ea eſt, de qua mentionem fecit ex affirmatiua minore vniuerſali, & negatiua maiore vniuerſali. Et poſteaq; reſta eſt in hac ſpecie, ideo dixit: ſi fuerit mõſtratio ipſius ſecundum exemplum, quod præmiſimus, ſtabit vtiq;, & terminabitur eius additamentum. ſenſus eſt, & hęc negatiua vniuerſalis, quæ eſt in hac cõplicatione, ſi erit monſtrata per terminum medium, aut fiet monſtratio ipſius ſecundum exemplum, quod præceſſit in ſecunda figura & prima: & hoc, quoniam negatiua vniuerſalis non monſtratur, niſi in his duab⁹ figuris: ſed iam oſtenſum fuit terminos medios in his deuenire ad finẽ ex parte affirmatiui: oportet igitur ex neceſſitate, vt deueniant ad finem terminj medii negatiui in hac figura. Deinde dixit, & ſi procedet monſtratio ipſius ſecundum hunc modum, qm̃ B ineſt oī ipſi E, cui non omni ineſt C. ſenſus eſt, & ſi fuerit maior in hac figura negatiua particularis: & procedet monſtratio ipſius ſecundum hunc modum, quem diximus: & hoc, quoniam in illa complicatione erit ex neceſſitate affirmatiua vniuerſalis: quoniam B, quod B eſt terminus medius, tam ipſi ineſt: hoc eſt, prædicabitur vtiq; affirmatiue de ipſo ſecundū hãc rem, quæ eſt C: & ipſum eſt minor extremitas non inexiſtens illi omni: & ipſum eſt maior extremitas, quæ eſt A. Deinde dixit: et hoc conſimiliter etiam ſecundū ordinem: quoniam itaq; ſubiectum affirmatiuū eſt determinati additamenti ex parte inferiore, planum vtiq; q; ſtabit conſimiliter etiam C non inexiſtens alicui. ſenſus eſt, cumq; fuerit minor iſtius figuræ affirmatiua vniuerſalis, & maior negatiua particularis, planū vtiq; erit ſecundum ordinem iſtum, q; media in ipſa deuenıẽt ad finem, quoniam in affirmatiua terminatur acceptio mediorum ex parte inferiore, quod monſtratum eſt ſuperius. quod cùm ita ſit: manifeſtum, q; terminatur ex negatiua particulari: quoniam ſi fuerit mediata, indigebit affirmatiua, & cõpleabitur ſyllogiſmus, aut in hac ſpecie ex figura tertia, aut in ſecunda ſpecie negatiua ex hoc ſyllogiſmo, aut in tertia ſpecie, aut in prima: & oēs eæ indigent affirmatiua vniuerſali, & affirmatiua vniuerſalis, ſi erit mediata, monſtrabitur in prima figura per duas affirmatiuas: ſed tam declaratum fuit, q; hæc deuenıt ad finem: oportet igitur negatiuam particularẽ eſſe finitam in medijs proculdubio: qm̃ indiget ipſa.

Manifeſtum autem quòd, & ſi non vna via monſtretur, ſed omnibus, aliquãdo quidem ex prima figura, aliquando autem ex ſecunda, aut tertia, quòd & ſic ſtabitur: finitæ enim ſunt viæ: finita autem finities, neceſſe eſt, finita eſſe oia. Quòd igiſ in priuatione ſi quidẽ & in eo qđ eſt ineſſe, ſtatur, manifeſtũ.

Dixit Arist. Planum autem rursus manifestum, & si monstratio ipsius extiterit non in vna figura, sed in omnibus figuris, aliquando in prima, aliquando in secunda, & aliquando in tertia, quoniam secundum hunc modum deueniet consimiliter etiam ad finem, & stabit. & hoc, quoniam quod componitur ex finitis, est finitum. Et manifestū, ꝙ additamentum in processu vtiꝙ terminabitur & perficietᵉ in negatiuis, quēadmodū terminabatur & perficiebaᵗ in affirmatiuis.

147 Dixit: Planum autem rursus etiam manifestum, & si monstratio ipsius non extiterit in vna figura, hoc est, negatiua particularis. sensus est, & negatiua particularis si non monstretur per viam vnius figuræ, sed per vias omnium figurarum, dicetur consimiliter etiam, ꝙ ipsæ si erunt mediatæ, ꝙ media sunt finita. & hoc, cùm fuerint viæ, per quas monstrantur, finitæ, hoc est figuræ: & est, quoniam monstratum fuit in vnaquaꝙ illarū figurarum per media finita. & hoc est, quod voluit, cū dixit: quoniam quod componitur ex finitis est finitum. sensus est, cū fuerit, quod monstratur per ipsa, finitum, & media erunt in vnaquaque ipsarum finita, quæ componuntur ex finitis extremitatibus, & finitis terminis mediis in omnibus vijs, ita vt sint negatiuæ omnes particulares finitæ.

Quod autem in illis, logice quidē specu-
lātibus ita manifestum. In ijs quidem igitur quæ in eo, ꝙ quid est prædicantur, planum: si enim est definire, aut cognoscibile ipsum ꝙ quid erat esse, infinita vero nō est pertransire, necesse est terminata esse, quæ in eo, ꝙ quid est prædicantur. Vniuersaliter autem sic dicimus: est enim dicere vere, album ambulare, & magnum illud lignum esse, & rursus lignum magnum esse, & hominem ambulare: sed alterum est ita dicere, & illo modo. quando. n. album esse dixero lignū, tunc dico, ꝙ cui accidit vt sit albū, lignum est, sed non tanꝙ subiectum ligno album est: neꝙ etenim album existēs, neꝙ quod est album aliquid, factum fuit lignum: quare non est nisi fm accidens: qñ autem lignum album esse dixero, non ꝙ alterum quid est album, illi vero contigit lignum esse. veluti quādo fmusicum album esse dixero: tūc. n. ꝙ homo albus est, cui contigit esse musicū, dico: sed lignum est subiectum, quod quidem & erat non alterū quid existens, quam quod lignū, aut lignum quoddam. si itaꝙ oportet noia ponere, sit quidem ita dicere prædicare illo vero modo, aut nequaꝙ prædicare, aut prædicare quidem non simpliciter, fm accidens aūt prædicare: est autem, vt quidem album, quod p̄dicatur, vt vero lignum illud, de quo prædicatur. supponatur itaque prædicatum prædicari semper de quo prædicatur simpliciter, sed non fm accidens: sic. n. demonstrationes demōstrant. quare aut in eo quod qd est, aut quod quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut faciens, aut patiens, aut vbi, aut qñ, cùm vnum de vno prędicatum fuerit.

Dixit Arist. Quòd autem res fm hoc procedat in cognitione speculantis fm viam logicam, monstrabitur vtiꝙ hunc in modum. In ijs quidem, quæ prędicantur per viā quid est, res vtiꝙ mōstratur ex parte, qua est: cùm definitio fit, & consistat super ijs, ex quibus construitur substantia rei, & non possit pertransiri infinitum: oportet enim ex necessitate, vt deueniant ad finem ea, per quæ constituitur substantia rei. & in summa enuntiamus nos, & erit enuntiatio nostra vera, cùm enuntiamus de hoc albo, ꝙ ambulat, & de multo, ꝙ est numerus, & enūtiamus itidē de ligno, ꝙ est magnum, & de hoc hoīe, ꝙ ambulat. Et inter enuntiationem hoc modo & inter enuntiationem fm modum præcedentem est magna diuersitas. & hoc, qm̄, cùm nos enuntiamus de hoc albo, ꝙ est lignum: intentio istius prædicationis est, ꝙ illud, cui accidit esse albū, est lignum: nō ꝙ album sit subiectum ligni: & hoc, qm̄ lignum non est ex p̄dicatis substātialibus albo, qm̄ non est intentio albi, ꝙ sit lignum: neꝙ ex p̄dicatis accidentalibus, qm̄ non est subiectum verū: subiectum. n. fm veritatem est substātia, sed prædicatur per viam accidentis. cùm vero enuntiamus de ligno ꝙ est album, non volumus per hoc, ꝙ albū insit alicui, qd' enuntiamus de ligno. quemadmodum, si dicerēmus, ꝙ musicum est album esset enuntiatio albi de aliquo, cui accidit esse musicū, quod est homo: sed erit lignum per se subiectum, & hoc prædicatū est aliquid, per quod enuntiamus de ipso, non fm ꝙ accidit alicui alteri. Et si oportet ponere vias i hoc, ponemus vtiꝙ, quòd prædicatum fm hūc modum est prædicatum fm viam veritatis: prædicatum autem fm modum alterum nos vtique non ita vocabimus prædicationem simpliciter, sed si vocabimus prædicationē, vocabimus vtiꝙ per viam accidentis: si album erit vtiꝙ prædicatum, et si lignum erit subiectum, tale prædicatum ponemus prædicatum secundum veritatem, non fm viam accidentis: & demonstrationes vtiꝙ erunt de hoc prædicato, quod est, aut quid, aut quale, aut quantum, aut ad aliqd, aut agēs & patiēs, aut vbi, aut qñ: & erit hoc, cùm fuerit prædicatum vnū fm naturam, et cōsimiliter subiectum.

Posteaꝙ declarauit fieri non posse, vt inueniant̄ ter- 148
mini medij infiniti inter duas extremitates positas: hoc est, ꝙ

est, ꝙ ponatur vna ipsarum prædicatum & altera subiectum, vult hic monstrare duo de hac dispositione: & ꝙ fieri non potest, vt procedat prædicatio in infinitum à subiecto aliquo signato ipsi: quemadmodum si prædicaretur de ipso prædicatum aliquod, & de hoc prędicato prædicatum aliud, & de hoc alio prædicato aliud, & procedat res in infinitum sursum. & ꝙ consimiliter etiā fieri nō potest, vt inueniatur prædicatū aliquod, cui sit subiectum, & huic subiecto subiectum, & procedat res in infinitum. Et posteaꝙ quæsiuit hoc in syllo demonstratiuo logico & essentali, hoc est, an procedant quæsita per has duas vias in infinitum: cœpit ex hoc inquirere de syllo logico, qui est ille, qui constat ex propositionibus non proportionatis, & dixit: Quòd autem res procedat fm hoc in cognitione speculantis fm viam logicam, monstrabitur vtiꝙ hunc in modū. sensus est, ꝙ autem prædicatio deueniat in syllo logico ad prædicatum, quod non habet prædicatum, monstrabitur ex eo, quod dixit: In ijs quidē, quæ prædicantur de aliquo per viam quid est, & si sunt definitiones, quæ componuntur ex generibus & differentijs, mōstrabitur vtiꝙ res in ipsis, hoc est, ꝙ deueniūt ad finem prædicata, quę sunt cum hac dispositione. qm̄, cùm nos posuerimus, ꝙ termini inueniuntur, quodꝙ ipsi consistunt super ijs, ex quibus constituitur substantia rei, hoc est, ꝙ termini cōponuntur ex ijs, per quę constituitur substantia rerum, quæ sunt prædicata per viam quid est, hoc est ex generibus, & differētijs: si enim hęc essent infinita, planum, ꝙ non construetur definitio super cognitione rei ex aliquibus: qm̄ nos videmus, ꝙ rem vtiꝙ cognoscimus, cū cognoscimus quid est per oēs suas causas, hoc est p definitionem suam, & definitionem generis sui, & definitionem generis ipsius, & definitionem generis gñis vsquequo deueniamus ad genus vltimū, & hæc monstratio est logica super syllo logico. Et posteaꝙ placuit declarationem istius rei in prædicatis, quæ prædicantur de aliquo per viam qd est, intentio ipsius consimiliter etiam est declarare, ꝙ licet deuenire ad finem prædicationem in secunda specie prædicatorum, quæ sunt accidentia: & sunt istorum duæ species, ex quibus aliqua sunt accidentalia, & aliqua substantialia: & in accidentalibus quidem nihil prohibet prædicationem deuenire ad infinitum: cœpit distinguere primum prædicata accidentalia à substantialibus, et dixit: & in summa nos vtiꝙ enuntiamus, & enuntiatio nra est vera, cū enuntiamus de hoc albo, ꝙ ambulat, & de multo, ꝙ est numerus, & enuntiamus itidem de ligno, ꝙ est magnum, & de hoc hoīe, ꝙ ambulat. sensus est, prædicata vero, quæ non sunt prædicata de re quid est, non ita se habēt, ꝙ oē, quod est verum ex ipsis, sit in summa prædicatio fm modum vnum: & hoc, qm̄ nos enuntiamus de hoc albo, ꝙ ambulat, & est enuntiatio nra vera, cū acciderit albo, ꝙ sit ambulans: & enuntiamus de multo, quòd sit numerus, & hoc est verum: & enuntiamus consimiliter etiam de hoc ligno, ꝙ est magnum, & de hoc hoīe, ꝙ ambulat. Deinde dixit: Et inter enuntiationem hoc modo, & inter enuntiationē fm modum præcedentem est magna diuersitas. hoc est inter enuntiationem accidentalem, cuius posuit exemplum, & enuntiationem substantialem. deinde cœpit monstrare hoc, & dixit: & hoc, quoniam cùm nos enuntiamus de hoc albo, ꝙ est lignum: intentio istius prædicationis est, ꝙ illud, cui accidit esse albū, hoc est subiectum albi, est lignum, nō ꝙ album sit subiectum ligni: quemadmodum volumus in eo, ꝙ dicimus, hoc lignum esse album. & hoc, quoniam hæc prædicatio est secundum viam naturalem: illa vero est secundum aliam viam à naturali. Deinde adduxit sententiam, ex cuius parte non est prædicatio ligni de albo, aut de magno prædicatio substantialis, hoc est secundum viam naturalem, & dixit: & hoc, quoniam lignum non est ex prædicatis substantialibus albo, quoniam intentio albi non est, ꝙ sit lignum: neꝙ ex prædicatis accidentalibus, quoniam non est subiectum verū: subiectum enim secūdum veritatem est substantia, sed prædicatur de ipso per viam accidentis. sensus est, prædicatio autem ligni de albo, & de magno est prædicatio non secundum viam naturalem: quoniam hæc prædicatio non est ex prædicatis essentialibus, hoc est, quæ prædicantur de re per viam quid est. & hoc, quoniam non est essentia albi, ꝙ sit lignum, neꝙ essentia magni; neꝙ est consimiliter etiam ex prædicatis accidentalibᵒ, quoniam prædicata accidentalia sunt, quorum subiecta sunt substantialia vera. intelligit autem per substantialia, essentialia, quorum nomen substantiæ est simul. & intelligit per accidentia, prædicata, quæ sunt accidentia, non prędicata per viam accidentis. Deinde dixit: cū vero enuntiamus de ligno, ꝙ est album, non volumus per hoc, ꝙ album insit alicui, quod enuntiamus de ligno, quemadmodum si diceremus, ꝙ musicum est album, esset enunciatio albi de aliquo, cui accidit esse musicū, & hoc est homo. sensus est, differentia vero inter has duas prædicationes est, quoniam, cùm enuntiamus de ligno, ꝙ est album, non volumus per hoc, ꝙ album prædicetur de aliquo illius rei, quod prædicetur de ligno: sed volumus, ꝙ substantia ligni sit album, non aliquid accidēs ligno, atqui, cùm dicimus, ꝙ musicum est album, volumus vtiꝙ per hoc, ꝙ illud, cui accidit esse musicum, & est homo, sit album. Deinde dixit: sed erit lignum per se subiectum. sensus est, sed volumus per id, quod dicimus, ꝙ lignum est album, hoc est, ꝙ substantia ligni est subiectū albo. Deinde dixit: & hoc prędicatum est aliquid, per quod enuntiamus de ipso, non secundum ꝙ accidit alicui alteri. sensus est, & hic modus prædicationis, qui est, quemadmodum prædicatio albi de ligno: hoc est, si dixerimus, ꝙ hoc lignum est album, est prædicatum, per quod enuntiamus de subiecto per se, non propter aliquid accidens subiecto, et prędicatum de ipso propter hoc, & hæc prædicatio accidet vtiꝙ secundum vnam duarum intētionum, aut vt prędicetur substantia de accidente: quemadmodum prædicamus lignum de albo: aut cùm accidit, vt inueniantur duo accidentia in vno subiecto, & accidit vt prędicetur vnum ipsorum de altero: quemadmodum prædicamus album de musico, & alterum appropriatur in prædicatione sua secundum viam naturalem), & alterum in prędicatione, quæ est per accidens. & vult hic per prędicationem per accidens † duas res simul. Et posteaꝙ declarauit prædicationem veram, quæ est prædicatio secundum viam naturalem, & de subiecto substantia, nō de aliquo, quod accidit subiecto, hoc est prędicatio accidētium † de rebus, non prædicatio accidentis de accidente, neꝙ prædicatio substantiæ de accidente. Et dixit: & si oportet ponere vias in hoc, ponemus vtiꝙ, ꝙ prædicatum secundum hunc modum est prædicatum secundum viam veritatis. sensus est, si oportuerit ponere his rebus nomina noua procedentia processu viarum, oportebit vtiꝙ vocari prędicatum in hac arte prædicatum verum, quod est prædicatum secundum viam naturalem: quoniam de ipso non consideratur in arte. & hoc declaratur per translationem Matthæi, cùm ipse dixit, si oportet vt ponamus in hac re, erit vtiꝙ sermo secundum modum istum prędicatio. Deinde dixit: prædicatum autem secundum modum alterum, nos vtiꝙ non ita vocabimus prædicationem simpliciter, sed si vocabimus prædicationem, vocabimus vtiꝙ per viam accidentis. sensus est, de prędicato autem secūdum viam accidentis, non oportet vt vocetur prędicatio simpliciter, sed si vocabitur, vocabitur prædicatio per viam accidentis.

† al. l. vtrūꝙ gen' simul.

† al. l. de substantijs.

oidentis. Deinde dixit: si album erit vtique prædicatum, & si lignũ erit subiectum, tale prędicatũ ponemus prædicatum secundum veritatem, nõ secundum viam accidentis. sensus est, prædicatio autem vera, de qua oportet inquirere an sit finita, an non, & vocatur prædicatio, ea est, quemadmodũ prædicatio albi de ligno: hoc est, ꝙ sit album prædicatum, et lignum subiectum. est autem hæc prędicatio vera, quoniam subiectum in ipsa in intellectu est extra animam: & similiter prædicatum ipsum est prædicatum extra animam: & non prędicatur aliquid de aliquo propter aliud. Deinde dixit: & demonstrationes vtiq; erunt de hoc prædicato, quod est, aut quid, aut quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut agens, aut patiens, aut vbi, aut quando. sensus est, in demonstrationibus vero demonstratur de subiecto vno istorum duorum prædicatorum: hoc est, ꝙ sit, quid subiecti, aut pars essentiæ, aut accidens inexistens illi ex accidentibus prædicamentorum nouem: & hoc aut qualitas, aut quantitas, aut relatio, aut aliud ex reliquis prædicamentis. Et dixit: & erit hoc cùm fuerit prædicatum vnum secundum naturam. sensus est, similitudo autem istorum prædicatorum erit ſm numerũ prędicamentorum, quæ sunt simplicia & non composita.

Amplius substantiam quidem significantia, quod illud, aut quod illud aliquid significant, de quo prædicantur. quæcunq; vero non substantiam significant, sed de alio subiecto dicuntur, quod non est, neq; quod illud, neq; quod illud aliquid, accidentia. quẽ admodum de homine album. non enim est homo, neq; quod album, neq; quod album quid, sed animal fortasse, quod quidẽ enim animal est, homo est. Quæcunque vero non substantiam significant, oportet de aliquo subiecto prædicari, & non esse aliquid albũ, quod non alterum quid existens album est. Species enim valeant, nanq; & * teretismata sunt, & si sunt, nihil ad sermonem sunt, demonstrationes enim de talibus sunt. Amplius si non est hoc huius qualitas, & illud huius, neq; qualitatis qualitas, impossibile est mutuo prædicari sic, sed verum quidem dicere contingit, mutuo autem prędicari vere non contingit.

Ioã Grãma. inquit ꝙ τὰ ῥητορικὰ τερετίσματα vocãtur prędicãtus cytharedorũ quos inarticulate canũt vt experiant dissonantiam chordarum: si secundum conuenientẽ melodiæ rõnem extitẽrint. vel alias per tractationes citharedorũ inarticulatę experientiæ gratia, dissonantiæ chordarũ factæ.

Dixit Arist. Reuertamur autem ad id, in quo fueramus, et dicamus, ꝙ quodcunq; prędicatur de substantia prædicatione substantiali, aut erit prædicatũ pars subiecti, aut erit prædicatũ de essentia subiecti, quod autem fuerit aliud ab hoc ex iis, quæ prædicantur de substantia, & nõ sit essentia ipsius, sed est prædicatũ de ipso, & non est pars subiecti, & non est de essentia subiecti, erit vtiq; accidẽs ipsi. vt in exemplo, si prædicetur de homine, ꝙ est album: quoniam essentia hominis, & intentio ipsius non est, ꝙ sit album, sed causa ipsius est, ꝙ sit animal, quoniam essentia hominis est, ꝙ sit animal: quæcunq; vero non sunt essentialia substantiæ, manifestum ex intentione ipsorum, ꝙ semper prædicantur de aliquo subiecto. Deinde adduxit causam in hoc, & dixit: qm̃ non inuenitur aliquid, quod sit album essentiale, & intentio ipsius sit, ꝙ sit albũ, sed ſm ꝙ est subiectum albo, cui inest. sensus est, ꝙ non dicimus de aliquo, ꝙ sit albũ ſm viã naturæ albedinis: quemadmodum significatur, cũ dicimus, hominem de aliquo essentiali humanitatis: sed significat, quod dicimus album, aliquod, in quo est albedo: tur de aliquo subiecto: & hoc, quoniam tiõ inuenitur aliquid, quod sit album essentiale: & intẽtio ipsius sit, ꝙ sit album, sed ſm ꝙ est subiectũ albo, cui inest. de formis vero istis sermocinari hic non est vtile, quoniã sunt superiactationibus impossibilibus, quas assequi non possumus, & si inueniuntur, nõ est aditus ad ipsas in eo, de quo tractamus: quoniam demonstrationes non sunt de talibus. & consimiliter etiam si non erit vnus duorum terminorum respectu alterius, secundum quòd est qualitas ipsius, & hoc huic, aut non erit consimiliter etiam de qualitate qualitas, fieri non poterit, vt conuertantur termini ad seinuicem: præterq; quòd fieri vtiq; potest, vt prædicentur hi de seinuicem, sed secundum veritatem non.

149
† al.l. quo ad accidentium prædicationem.

Posteaq; declarauit differentiam inter prædicata accidentalia, & non accidentalia, qualis est prædicatio accidentium, reuersus est ad id, quod intendebat de prædicatis, quæ sunt accidentia, cùm non prædicabuntur ad seinuicem per accidentia sua, quòd oportet, vt deueniant ad finem. & adduxit inuestigationem de hoc à principio, & cœpit in prędicatis à prędicatis substantialibus, & dixit: quodcunq; prædicatur de substãtia substantiali prædicatione, aut erit prędicatũ pars subiecti, aut erit prędicatum de essentia subiecti. & intelligit per prædicationem substantialem, sermonem per appropriationem, qui docet essentiam substãtię. Et cũ dixit, aut erit prędicatum pars subiecti, hoc est pars definitionis, quemadmodum si esset genus, aut differẽtia. Et cũ dixit: aut erit prędicatum de essentia subiecti, hoc est, ꝙ sit ſ summa definitio subiecti. Deinde dixit: quod autem fuerit aliud ab hoc ex iis, quæ prædicanẽ de substantia, vsque ad id, quod dicit, erit vtiq; accidens ipsi. sensus est, cumq; fuerit prædicatio de substantia aut essentialis, aut non essentialis, & essentialis fuerit substantia, oportet vtiq;, vt non essentialis sit accidens de substantia. Deinde cœpit exẽplum ponere, cũ est accidens de substantia, & direxit modũ, ex quo apparet, ꝙ prædicatio accidentis de substãtia non est essentialis. Et dixit: vt in exemplo, si prædicetur de hoie, ꝙ est album. sensus est, prædicatio aũt albi de hoie nõ est essentialis: qm̃ non est de essentia atq; intentione hois, quod est subiectum, vt sit album, prædicatum autem essentiale illud est, quod est de essentia subiecti: & intentio huius est prædicatum atal, quod accepit ad declarandum & exemplificandum prędicatum essentiale de hoie, quod est oppositum albedinis† in hoc, quasi appareat intẽtio visus perfectior, & hoc apud inuentionem oppositi. Et dixit: sed causa ipsius est, ꝙ sit atal. sensus est, illius essentia, quæ procedit processu generis, non processu definitionis. cùm vero dixit: quæcunq; vero non sunt essentialia substantiæ manifestum est ex intẽtione ipsorum, ꝙ semper prædicantur de aliquo subiecto. sensus est, oia vero, quæ non sunt de essentia substantiæ, neq; pars essentiæ, manifestum ex intentione ipsorum, ꝙ sunt accidentia, quæ prædicantur semper de aliquo subiecto. Deinde adduxit causam in hoc, & dixit: qm̃ non inuenitur aliquid, quod sit album essentiale, & intentio ipsius sit, ꝙ sit albũ, sed ſm ꝙ est subiectum albo, cui inest. sensus est, ꝙ non dicimus de aliquo, ꝙ sit albũ ſm viã naturæ albedinis: quemadmodum significatur, cũ dicimus, hominem de aliquo essentiali humanitatis: sed significat, quod dicimus album, aliquod, in quo est albedo:

† Ab.l. quo ad hoc ut res appareat plectori cuidentia iuxta presentiam suppositi.

hedo: atqui hoc ita fuit, qm̃ non inuenitur aliquod accidens notificans essentiam subiecti sui, quod sit essentia substantiæ: vt in exemplo, non inuenitur aliqd, in quo signetur substantia † Omar per essentiã ipsius, significans de ipso, ꝙ sit album aut nigrum: hoc est, cũ fuerit dispositio ipsius in albo, aut nigro, aut i alio accidentiũ: sed significat de ipso aliquid, quod ineſt per substãtiam ipsius, hoc est per aliquid, quod est ipsi subiectum. Est autem differentia inter hanc prædicationem, & inter prædicationem essentialem, quòd hanc vocamus accidentalem, cum quo legitur sermo iste in subiecto, substantia vero est, quæ dicitur de subiecto: & hoc dictum est in libro Prædicamentorum. Vult autem hic per de subiecto id, quod vult per in subiecto. Et dixit: de formis autem istis sermocinari hic non est vtile: quoniã est tractatio impossibilis, quam assequi non possumus, intelligit per formas istas, eas, de quibus dixit Plato, & hoc, qm̃ ipse opinatus est vniuersalia, de quibus sunt demonstrationes, inueniri extra intellectum vniuersalia. † Remouet aũt nos, quemadmodum ego existimo, ex hoc à cõmemoratione formarum: qm̃ qui dicit de formis, aut significat, ꝙ nos dicamus hoiem significare super re substãtiali, ꝙ est homo atal, & sequat hoc de albo, & sit album significãs super alia re. sin aũt significet, ꝙ significet formam & subiectũ formæ, erit idem, cũ dicemus homo, ac si diceremus album. Et, qm̃ intẽtio formarum est dubia propter determinationem dicentiũ sic, dixit: & si inueniuntur, nõ est aditus ad ipsas in eo, de quo tractamus: qm̃ demonstrationes non sunt de talibus. sensus est, & si fateamur, ꝙ sunt, non erit ipsi aditus in hac inquisitione, in cuius via nos sumus: qm̃ demonstrationes sunt demonstrationes istorũ sensibilium: non aũt demonstrationes istarũ formarum. Atqui vult, ꝙ, si formæ sunt res existentes extra intellectum variabiles ad ista sensibilia, fieri vtiq; nõ potent, vt demonstratio sit proportionata illis formis: qm̃ fieri non potest, vt sit demõstratio vna proportionata duabus rebus diuersis ex parte, qua est demonstratio vna: manifestum autem per se, ꝙ demonstrationes istæ sunt demonstrationes ad has res sensibiles: igitur non sunt demõstrationes de formis, neq; in formis est vtilitas ad constitutionem demonstrationũ, si inueniuntur. Deinde dixit: Et consimiliter etiam si non fuerit vnus duorũ terminorum respectu alterius, ſm ꝙ est qualitas ipsi, & hoc huic, aut non fuerit consimiliter etiam de qualitate qualitas: fieri vtiq; non poterit, vt conuertantur termini ad se inuicem: præterq; ꝙ fieri vtiq; potest, vt prædicentur hi de se inuicem, sed ſm veritatem non. sensus est, ꝙ, cùm prædicatur aliquid de aliquo ſm ꝙ est qualitas ipsius, aut vnum reliquorum prædicamentorum, non conuertitur hæc enũciatio, neq; erit prædicatio ſm veritatem, aut ſm cõsuetudinem naturalẽ, sed erit vtiq; prædicatio ſm aliam consuetudinem à naturali: qm̃ fieri non potest in eo, ꝙ est subiectum super re ex parte, qua est qualitas ipsius: exẽpli gratia, ꝙ sit subiecti prædicatum de hoc prædicato ex parte, qua est quale ipsi, aut modus qualis subiecto, quod est quale ipsi. vt in exemplo, cũ prędicatur albũ de niue ex parte, qua est quale, non est posita, neq; cõuertitur prædicatio super veritate: qm̃ fieri non potest de niue, vt prædicetur de albo, neq; ſm ꝙ est quale ipsi, aut quale quali, & si non erit prædicatio vnius duorum terminorum de altero: præterquam ꝙ fieri vtiq; potest, vt prædicentur hi de se inuicem, sed secundum veritatem, non.

† al.l. ex hoc aũt quid hic tractatur, puto ideo fecit se mentionẽ de ideis.

* Argirop. legit: aut vt accidens.

Aut enim vt substantia * prædicabitur, veluti si genus existens, aut differentia prædicati. Hæc autem monstrata sunt, ꝙ nõ erunt ĩfinita, neq; deorsum, neq; sursum, vt homo bipes, hoc aial, hoc autem alterum, neq; aial de hoie, hoc autẽ de Callia in eo ꝙ est quid, substantiã enim oẽm est definire talem, infinita vero non est pertransire intelligentem, quare neq; sursum, neq; deorsum infinita. illam nanq; non est definire, de qua infinita prædicantur. sic itaq; genera inter se non reuersum prædicabuntur, erit enim ipsum quod ipsum aliquid est.

Dixit Arist. Prædicatio autẽ aut erit substantialis, quẽadmodum genus & differentia: & de his duobus iam mõstratum fuit ex dispositionibus ipsorum, ꝙ non procedunt in infinitũ, neq; sursum, neq; deorsum: quẽadmodũ cũ prędicatur de homine, ꝙ est bipes, & ꝙ est aial, & ꝙ est aliquid aliud, neq; consimiliter etiã, cùm prædicatur ipsum de hoie, & hoc de Callia, & hoc ſm viam aliam à via quid est: qm̃ forma omnis substãtiæ est hæc forma, quę iam definitur: infinita vero non possunt cõsistere in intellectu, et forma & formę ipsorũ, qm̃ non deueniũt ad finem, neq; ex parte supiore, neq; ex parte iferiore: pdicatio aũt formæ eorũ, quæ pdicant de ipsis, est hæc forma, in eo ꝙ nõ deueniũt ad hinẽ, et fieri nõ põt, vt definiant. generavero, quæ sunt genera, non possunt conuerti cũ iis, quorũ sunt genera: ꝙ si non, esset vnum & idem genus, & differentia sui ipsius.

Posteaq; diuisit prædicationem in substantialem & accidentalem, disposuit de substantialibus ꝙ non sunt infinita, neq; ex parte sursum, neque ex parte deorsum: cumq; exposuit prædicata, quæ sunt accidentalia ex parte prædicationis suæ per viam accidentis, & fuit intentio ipsius in hoc ad monstrandum, ꝙ prædicatio est finita consimiliter etiã in prædicatis, quæ sunt accidentia, cũ non prędicantur de se inuicem per viam accidentis: incœpit monstrationem à capite, & cœpit declarare in eo, quòd monstrat de prædicatis substantialibus finitis, & inuestigauit rem in hoc, & dixit: Prædicatio autem aut erit substantialis, quemadmodum genus & differentia, & de his duobus tam monstratum fuit ex dispositionibus ipsorum, ꝙ non procedũt in infinitum, neq; sursum, neque deorsum. sensus est, ꝙ declaratum fuit hoc ex parte prędicari, aut ex parte subiecti. Posteа declarauit hoc per exemplum, Et dixit: quemadmodũ cũ prædicatur de homine, ꝙ est bipes, & ꝙ est animal, & ꝙ est aliquid aliud. sensus est, exemplum vero huius ex parte subiecti, cùm prædicatur de homine, ꝙ est bipes, & prædicatur de bipede, ꝙ est animal, & prædicatur de animali aliquid aliud ex parte quid est: hoc enim non procedit in infinitum, sed terminabitur ad genus vltimum, de quo non prædicetur aliquid penitus per modum quid est, ac si diceres corpus, & si non deueniat cognitio ex definitione. Deinde dixit, neq; consimiliter etiam, cùm prædicatur animal de homine, & hoc de Callia, & hoc secundum viam aliam à via quid est. sensus est, & non inuenitur consimiliter etiam prædicatio infinita, cũ accipitur ex parte subiecti: quemadmodum si prædicaretur atal simpliciter de homine, & homo† de Ziad, et Amar: ex huius enim dispositione consimiliter etiam mõstratum fuit, ꝙ deuenit in individuum. Et po-

150

† al.l. de Socrate & Platone.

steaq; declarauit, q; huiuscemodi prædicatio deuenit ad finem ab vtriscq; extremitatib⁹, adduxit signum in hoc, & dixit: quoniam forma omnis quæ substantiæ est, hæc forma, tam definitur: hoc est, oportet igitur, vt prædicatio, quę est per se, deueniat ad finem: quoniã omnis substantia ipsi assignata definitur. & hoc est, quod voluit, cũ dixit: forma ipsius est hæc forma, et reliqua. Et dixit: infinita non possunt consistere in intellectu, visq; ad id, quod dicit, fieri non potest, vt definiantur. sensus est, dispositio eorum, quæ non peruenium ad finem, est, vt consistant in intellectu, quoniam non peruenium ad finem, neq; ex parte sursum, neq; ex parte deorsum. Deinde dixit: res autem, de quibus prædicantur prædicata, quæ sunt hæc forma, in eo q; non deuenium ad finẽ, fieri non potest, vt definiantur. Complicabitur autem syllogismus hunc in modum, ea, quę sunt ex natura substantiæ, assequimur per definitionem: sed ea, quæ sunt infinitorum partium prædicatarum, non assequimur p definitionem: igitur conclusio, q; ea, quæ sunt ex natura substantiæ, non sunt infinitarum partium prædicatarum: & volo hic per partes, cũ prædicantur de seinuicẽ. Et posteaq; mentionem fecit, q; prædicata essentialia deuenium ad finem ex parte prædicati, & ex parte subiecti, enuntiauit consimiliter etiam, q; non est possibilis monstratio in circulum: quoniam hoc est vnum ex iis, quæ adducta fuerunt ab illis, qui existimabant demonstrationem construi super omnia. & ipsum est, quod intendebat inuestigare à principio de rebus tribus, hoc est, si deueniunt ad finem prædicationes ex parte subiecti, aut prædicati, aut inter prędicatum & subiectum. Et dixit: genera vero, quæ sunt genera non possunt conuerti cum iis, quorum sunt genera: q; si non, esset vnum & idem genus & differentia sui ipsius: hoc est, & esset homo essentialiter animal, & rationale essentialiter animal, quod est falsum, † atq; voluit, q; in istis non accidat subiectum, quod sit per accidens: planum igitur, q; res in huiuscemodi prædicatis sunt finitæ.

† Ab. l. ꝑdicatio p accidens

Neq; vtiq; qualis, aut aliorum nullum, si non secundum accidens prędicatum fuerit: omnia enim hæc accidunt, & de substantiis prædicantur: sed certe neq; sursum infinita erunt, de vnoquoq; nanq; prædicatur, quod vtique significat, aut quale quid, aut quantũ quid, aut de talibus, aut quæ in substantia: hæc autem determinata sunt, & genera prædicamentorum determinata sunt: aut enim quale, aut quãtum, aut ad aliquid, aut faciẽs, aut patiens, aut vbi, aut quando. Supposituũ autem fuit vnum de vno prædicari: ipsa vero de ipsis, quæcunq; non quid sunt, nõ prædicari, accidentia nanq; sunt omnia: sed hæc quidem per se, illa autem secũdum alterum modum: hæc autem omnia de subiecto aliquo prędicari dicimus, accidens autem non esse subiectum aliquid, nihil enim taliũ possunt esse, quod non alterum quid existens dicẽtur, sed ipsum alijs, & alia quædã de alio. Neq; sursum itaq; vnum de vno, neq; deorsum inesse dicetur. de quibus enim dicũtur accidentia, quæcunque insunt in substantia vniuscuiusq;, hæc infinita non sunt, sursum autem & ipsa quoq; accidentia vtraq; non infinita sunt Necesse est igitur esse aliquid, de quo primum aliquid prædicatur, & de hoc aliud & hoc stare, & esse aliquid, quod non amplius neq; de alio priori, neq; de illo aliud prius prædicatur. Vnus igitur modus dicitur demonstrationis hic.

Dixit Arist. Neq; consimiliter etiã quod fuerit quale, aut aliud ex reliquis prædicamentis, ex eo, quòd non prędicatur secundũ viam accidentis in eo, q; in summa prędicantur de substantia, erit i infinitum p̃dicatio in deorsum, neq; sursum. & consimiliter etiam si fuerit illud, quod prędicatur, aut quale, aut quantum, aut aliquod ex prædicamẽtis, aut fuerint res subsțiales: & hæ erunt finitæ, & genera consimiliter etiam finita. & hoc, quoniam ipsę sunt, aut quale, aut quantum, aut relatiuum, aut quando, aut agens, aut patiens, aut vbi: prædicatum autem est vnum secundum naturam de subiecto vno secundum naturam. notum vero est ex dispositione prædicatorum, quæ non sunt substantialia, q; non prædicantur de seinuicem: quoniam in summa sunt accidentia, & si fuerint aliqua ipsorum per se, & aliqua secundum viam aliam per accidens, de omnibus istis enuntiatur in eo, q; ipsa dicuntur de subiecto, & accidentia non sunt aliquod subiectum: & hoc, quoniam nos non ponemus vnum ex his, & di*sponemus ex parte, qua non redibit dispositio ad aliquid aliud, sed dispositio vtique redibit ad aliquid aliud, & dispositio alia redibit ad aliquid aliud, & non cadet additamentum, non de loco superiore deorsum, neque de loco inferiore sursum. & hoc, quoniam ea, de quibus accidentia prædicantur, sunt res, quæ sunt substãtiæ: & hæc non sunt infinita: & formæ per se: & accidentia de loco inferiore sursum sunt finita: & sequitur ex hoc secundum q; inuenit aliquid, quod ineſt ipsi, & de hoc prædicato prædicatum aliud: & sufficiet hoc additamentum, & stabit ad prędicatum, quod non est prædicatũ de aliquo priori subiecto suo, neq; erit aliquod prædicatum prius ipso.

*al. l. denominabimus.

*al l. denominatio.

Posteaq; declarauit, q; prædicata, quæ sunt ex natura substantiæ, deueniunt ad finem: vult declarare hoc de prædicatis, quæ sunt ex natura accidentis. & hoc, cũ non prædicantur per accidens. Et dixit: Neq; consimiliter etiam, quod fuerit quale, aut aliud ex reliquis prædicamentis, ex eo, quòd non prędicatur per viam accidentis, in eo q; in summa prædicãtur de substantia, erit prædicatio in infinitum. sensus est, videtur autem, q; illud, quod fuerit ex prædicatis in prædicamento qualis, aut in alio ab hoc ex prædicamentis, q; non erit infinitum, cũ non erit prædicatio per viam accidentis, sed erit prędicatio de substantia. & intelligit per quale accidens: veluti si prædicarentur accidentia de seinuicem, & prædicarentur

dicarentur substantiæ de accidentibus. Et posteaq; declarauit, q; oportet consimiliter etiam prædicationẽ in his esse finitam ex duabus extremitatibus, ex parte prędicati, & ex parte subiecti, cœpit disputare sup hoc, et dixit: & consimiliter etiam si fuerit illud, quod prædicatur, aut quale, aut quantũ, aut aliquid ex prędicamẽtis, aut fuerint res subsțiales: & hę erũt finitæ. sensus est, & manifestum hoc, quoniam omne, quod prædicatur, aut erit accidens ex prædicamentis: quemadmodum quantum, aut quale, aut aliud ab hoc ex prædicamentis subsțantię, & hæc sunt finita: hoc est, quæ sunt in prędicamentis substantiæ. Deinde dixit: & genera consimiliter etiam finita. sensus est, & genera prædicamentorum finita: & hoc, quoniam aut erunt ex prędicamento qualis, aut quanti, aut relationis, aut ex prædicamento actionis, aut passionis, aut vbi, aut quando. Et posteaq; posuit tres propositiones, quarum vna est, q; prædicatorum sunt duæ species, aut substantialia, aut accidentalia: & posuit secundo, q; prædicata substantiæ

† al. l. accidẽtium prædicata.

sunt finita: & posuit tertio, q; † genera accidentium sunt finita: addidit huic propositionem quartam, & dixit: prædicatum autem est vnum secundum naturam de subiecto vno secundum naturam. sensus est, prędicatum autem, quod est vnum, est vtiq; vnum, cùm fuerit vnum secundum naturam, quod prædicetur de subiecto vno secundum naturam. Atqui posuit hoc, quoniam in hoc quęsito oportet, vt sciatur, quid est prędicatum vnum & subiectum vnum: quoniam hoc est prędicatum, de quo quęritur, si est de p̃dicatis infinitis, aut non: quoniam posteaq; monstrata est res in hoc, monstrata fuit res de composito. & consimiliter se habet res in subiectis. Et posteaq; posuit istas tres radices ad id, quod vult concludere, posuit radicem exempli, & dixit: notũ vero est ex dispositione prędicatorũ, quę non sunt substantialia, q; non prædicantur de se inuicẽ. sensus est, & planum consimiliter etiam, q; prædicata, quę non sunt substantialia, hoc est, quę sunt accidentalia, nõ prædicantur de se inuicẽ per se. deinde adduxit causam in hoc, & dixit: qm̃ sunt in summa accidentia, & si fuerint aliqua ipsorum per se, & aliqua sm̃ viam aliam per accidens. sensus est, atqui non prędicantur de se inuicem per se: qm̃ sunt accidentalia, & si est in accidẽtibus, quod ineſt per se substantijs, & ex ipsis quod ineſt per accidens: & hoc, quoniã quod est per se, prædicatur hic sm̃ aliam dispositionem ab ea, qua prædicabatur prius: quoniã prius prædicabatur de prædicatis substantialibus, & hic prædicatur de accidentibus substantialibus: & hæc sunt, in quorum definitionibus accipitur subiectum, & genus subiecti: substãtialitatem igitur aliqñ fecit in vniuersali, quemadmodum fecit à principio istius libri: & aliqñ appropriate, quemadmodum fecit hic. Et dixit: & aliqua ipsorum sm̃ viam aliã per accidens. sensus est, & prędicantur aliqua ipsorum per accidens sm̃ modum vnũ, de quo dictum fuit, et prędicantur aliqua de aliquibus p accidens longinquum ab hac inuestigatione. Et posteaq; enuntiauit, q; accidentia in summa, quę sunt in substantijs non prędicantur de se inuicem p se, neq; prædicatione definitionum de definitis, neque prędicatione accidentiũ de subiectis suis, & q; in ipsa sit aliquod substantiale in aliqua specie, & aliqd, quod est accidens: hoc est, in cuius definitione est subiectum. Et hoc, qm̃ non substantiale dicitur sm̃ tres mẽtiones, aut de eo, in cuius definitione† accipitur subiectum, & hoc est prædicatum de subiecto, non ex parte, qua accidit subiecto aliquid aliud, & hoc non est longinquũ ab hac inuestigatione: aut de eo, quod prædicatur de subiecto ob aliquod eius accidens, aut de eo, de quo prædicatur subiectũ, & hoc prædicatione, quæ non est sm̃ consuetudinem naturalẽ: & hæc ambo sunt longinqua ab hac

† l. alio modo, quo dicitur q; mutuo prædicantur accidẽtaliter qui tenuitur in hac ꝑsecutione.

† Ab. l. non sumit ipsum subiectum.

inquisitione, adduxit disputationem, ex cuius parte nõ prædicant accidẽtia de accidentibus per se: & intelligat hic per se prædicationẽ, quæ est sm̃ consuetudinẽ naturalem. Et dixit: & de oibus istis enuntiatur in eo, q; ipsa dicuntur de subiecto, & accidẽtia non sunt aliquod subiectũ. sensus est, atqui non prædicantur accidẽtia de se inuicẽ per se: quoniã de accidente dicitur in ipsius definitione, q; est id, quod prædicatur de subiecto, hoc est in subiecto, & accidens non est aliquod subiectum: concluditur igitur ex hoc, q; accidentia non prędicantur de accidente, nisi per accidens. Et posteaq; enuntiauit, q; accidens non est subiectum, adduxit disputationem super hoc, & dixit: & hoc, quoniã nos non ponemus vnũ ex his, & disponemus ex parte, qua non redibit dispositio ad aliquid. sensus est, signum autem super hoc est: quoniã nos non ponemus aliquod ex accidentibus subiectum, & disponemus ipsum de aliquo: hoc est, quòd disponitur de ipso, & prædicatur de eo sm̃ modum dispositionis ex parte, qua non redibit hæc dispositio ad aliquid aliud, quẽadmodum accidet hoc aliquo, quod disponitur per veritatem: hoc est, q; dispositio non assequitur dispositum propter aliquid aliud, sed assequitur dispositum per se. Deinde dixit: sed dispositio vtiq; redibit ad aliquid aliud, & dispositio alia redibit ad aliqd aliud: hoc est, ad dispõem aliam sine accidente, quod est subiectum accidenti: & hoc accidens consimiliter etiam, quod est dispositio propter subiectum suum, est dispositio consimiliter etiam accidẽtis alterius propter subiectum istius accidẽtis. Atqui voluit per hoc, q; cũ hoc ita fuerit, non disponitur aliqua per aliqua propter substãtias subiectorum ipsis: igitur prædicatio de se inuicem est per accidens, & procedet hoc in infinitum. Deinde dixit: & non cadet additamentum neq; de loco supiore deorsum, neq; de loco inferiore sursum. & hoc, qm̃ ea, de quibus accidentia prædicantur sunt res, quæ sunt substantiæ, & hæc non sunt infinita: & formæ per se, & accidẽtia de loco inferiore sursum sunt finita. vult consistere in eo, quod præmisimus de substantijs prædicatis inter se, quæ sunt formæ in individuis: & consimiliter de accidente, quod est in ipsis. planum. n. q; nõ potest fieri additamentum in prędicatione, neq; cũ cœperimus à loco superiore deorsum in eo, qđ procedit in infinitum, neq; cũ meq; pero à loco inferiore sursum. & hoc, quoniam ea, quibus insunt accidẽtia, & de quibus prędicantur per se, sunt finita: & hæc sunt substantiæ & accidentia, quæ sunt finita consimiliter etiam. cũ vero dixit: formæ autem per se & accidẽtia de loco inferiore sursum sunt finita. sensus est, formæ autẽ in individuo ipsi designato & accidentia ipsi inexistentia de loco inferiore sursum sunt finita. Et dixit: et sequitur ex hoc, secundũ q; inuenit aliquid, quod ineſt ipsi, & de hoc prædicato prędicatum aliud, & sufficiet hoc additamẽtum & stabit ad prædicatum, quod non est prædicatum de aliquo priori subiecto suo, neq; erit aliquod prædicatũ prius ipso. sensus est, igitur oportet in additamento deorsum, vt deueniat finis ret ad prædicatum, cuius subiecto non inuenitur subiectũ prius, cui ineſt: & in additamento sursum, cũ perficitur ad prędicatum, de quo non inuenit aliquid p̃dicari, quousq; fuerit ipsum prius hac re, hoc est, quod prædicatur de prædicato ipsius.

Amplius autẽ alius est, si de quibus prioria aliqua prædicantur, est horum demõstratio, quorum autem est demonstratio, neque melius euenit se habere ad ipsa, q; scire, neq; scire sine demonstratione: si autem hoc per hæc notum, hæc autem non nouimus, neq; melius nos habemus ad ipsa q; scire, neque

quod per hæc notum sciemus. Si igitur est aliquid scire per demonstrationem simpliciter & non ex quibusdam, neq; ex suppositione, necesse est stare prædicationes intermedias: si enim nõ stant, sed est semper acceptio ad superius, omnium erit demõstratio: quare, si infinita non euenit pertrãsire, quorum est demonstratio, hæc non sciemus per demonstrationem. si igitur neq; melius nos habemus ad ipsa, quam scire, non erit aliquid scire per demonstrationem simpliciter, sed ex suppositione.

Dixit Arist. Vna igitur demonstrationũ est, per quam demonstratur dispositio syllogismi logici: sed mõstratio alia procedet ſm hoc, si fuerit demonstratio consistens vtiq; sup ijs, i quib⁹ prædicatũ est valde præcedẽs: res autem, quæ sciunt, p demonstrationẽ impossibile est sciri per modum alium meliorẽ ipso, & fieri non potest, vt sciantur p aliud à demonstratione: & si est demonstratio, sciatur vtiq;, cũ sciuntur propositiones, ex quibus fuit: & si essent propositiones non notę apud nos, & non sit via nobis ad sciam ipsarũ, nos nõ sciemus illud, quod p ipsas scitur: & consimiliter etiã si cadet vtiq; cognitio p demonstrationem in aliquibus ſm ueritatẽ, non ſm viam radicis positæ, sequitur ex necessitate, vt terminentur media & stent, & si non terminabuntur & stabunt, sed inueniẽtur aliquid à principio, quod est supius ipso, prædicatum de eo, erit de quacunq; re accepta demõstratio: qm̃ non possunt terminari ea, quę non habent finem, cũ cognoscuntur reliquiæ ipsorum per demonstrati onem, & sufficiet nobis res ad id, quod non nouimus per demonstrationem: qm̃ non est via, vt cadat cognitio in ipsis per modum meliorem, q̃ per demonstrationem. Igitur non cadet scientia per demonstrationem in nullo, nisi fortasse sit per modum radicis positę.

152 Dixit: Hęc igitur est vna demõstrationum, p quam mõstratur dispositio syllogismi logici. ex hoc apparet, q̃ intelligit per syllogismum logicum, demõstrationẽ, quæ est ex propositionibus veris non proportionatis. & Itelligit, q̃ hęc est vna duarum monstrationum. Qm̃ monstratio nostra est logica, per quam monstratur, q̃ prædicata deueniunt ad finem in demonstratione logica & vera. & hoc, quoniam monstratio logica dicitur de syllogismo vero, qui est ex rebus vniuersalibus non essentialibus: & hoc est, quod voluit per logicam hoc in loco. Et dicitur etiam syllogismus logicus, cùm accipiuntur propositiones ipsius ex arte logicæ. & hoc, quoniam ars Logicæ facit duas operationes, quemadmodum dicemus in alio loco ab hoc, quarum vna est ex parte, qua est vniuersalis, & hæc est operatio appropriata: altera vero ex parte, qua est vna de scientus, hoc est, q̃ pertractetur in scientia alia, quod mõstratum fuit per ipsam. Et posteaq̃ hæc mõstratio, quam fecit hic, est vniuersalis syllogismo logico, et demõstratio ni, † oportet ipsam consimiliter etiam esse logicam: & propter hoc fieri potest, vt intelligatur sermo ipsius hic vnus ex modis, per quos monstratur dispositio syllogismi logici, & demonstrationum, quas intendebamus facere, hoc est, hæc igitur est vna demonstrationum, per quas monstratur dispositio syllogismi logici per hanc monstrationem in syllogismo logico: & intelligit per illud, quod monstratur per modum logicum, ea quæsita communicantia syllogismo logico & vero: hoc est, q̃ fieri non potest, vt monstretur aliquid per media, quæ non habent finem, & non inueniuntur in vna & eadem re prædicata non habentia finẽ. Deinde dixit: sed monstratio alia procedet secundum hoc. intelligit per monstrationem aliam, monstrationem aliam secundum modum logicum. & etiam volo per propositiones logicas aliud à monstratione, qua monstramus fieri non posse, vt inueniantur media infinita inter duas extremitates positas: & hoc, quoniam hæc monstratio, quam faciet hic, est secundum hanc intentionem ex intẽtionibus tribus, quæ præcesserunt, non secundum intẽtionem, quę præcessit tractatum istum: & est monstratio, q̃ prædicata sint finita in demonstrationibus & prædicatis. Et posteaq̃ testificatus est in cõmemoratione istius monstrationis, cœpit ipsam, & dixit: si fuerit demonstratio vtiq; consistens super iis, in quibus prædicatũ est valde precedens. sensus est, cùm ex via demõstrationis sit, vt existat super iis, in quibus medii termini præcedunt maiorem extremitatem per cognitionem & causam: hoc est, quæ sunt causa maioris extremitatis. Deinde dixit: res autem, quæ sciuntur per demonstrationem, vsq; ad id, quod dixit, à demonstratione. colligauit tractatum istum tractatui primo descriptione cõplicita ex his tractatibus, quemadmodum prius: ac si diceret, demonstratio non habet viam, qua assequamur cognitionem ipsius absq; demõstratione, neq; per aliquid melius demonstratione, & demonstratio vtiq; cognoscitur, cùm cognoscuntur propositiones, ex quibus constituitur demonstratio, quæ sunt priores cognitione proueniẽte ex demonstratione. Planum igitur, q̃, cũ non habuerimus viam ad cognitionem propositionum, non habebimus viam ad demonstrationem. & hoc est, quod significauit cũ dixit: & si fuerit demonstratio, vsq; ad id, quod dixit, neq; illud, quod per ipsas scit, hoc est quæsitum. Et posteaq̃ enuntiauit, q̃ si fuerint media, non habebunt finem, sequitur per hoc, q̃ non sit nobis cognitio: quoniam, cũ media fuerint infinita, propositiones erunt infinitæ, & quod est infinitum, non potest cognosci per demonstrationem, cœpit confirmare hoc, & dixit: & consimiliter etiam si cadet vtiq; cognitio per demonstrationem in aliquibus reb⁹ secundum veritatem, non secundum viam radicis positæ, sequitur ex necessitate, vt terminentur media & stent. sensus est, cùmq; notũ fuerit per se, q̃ cadet nobis cognitio per demonstrationem in aliquibus rebus, absq; eo, q̃ ponamus in propositionibus demonstrationis, propositionem non per se notam: hoc est, q̃ perueniant ad ipsam per scientiã aliã, sed cadet vtiq; cognitio nobis in multis per propositiones per se notas, sequitur in huiuscemodi demõstratione, vt sint media finita: hoc est, cũ incęperit in ipsa à maiore extremitate, vt perficiatur prædicatio ad minorẽ, cumq; incœperit ipsa à minore, vt perficiat ad maiorẽ: & hoc est, quod voluit cùm dixit: sequitur ex necessitate, vt terminentur media & stent: hoc est, vt stent in prędicatione inter se, & non procedat prædicatio in infinitum. Deinde cœpit monstrare, q̃ terminantur per modum impossibilis, et dixit: & si non terminabunt & stabunt, sed inuenietur aliquid à principio, quod est superius ipso prædicatum de eo, erit de quacunq; re accepta demonstratio.

† al. i. cum ipsa sit etiã vera est logica.

demonstratio. sensus est, sed si non deuenerint ad finẽ media, quacunque propositione inuenietur propositio superior, hoc est comprehensa in ipsa, & magis vniuersalis ex parte subiecti sui: hoc est, q̃ sit subiectum suum magis vniuersale, q̃ subiectum propositionis acceptæ, quouscq; prædicatum propositionis prædicetur de subiecto ipsius propter prædicationem naturæ ipsius, quæ est magis vniuersalis subiecto suo: ois igit̃ ppositio mõstrabitur per terminum medium. vt in exemplo, si dicamus, omnis homo sensibile, inuenietur natura vniuersalior atq; altior homine, quouscq; prædicetur de homine, & prædicetur sensibile de ipso, & hoc est animal: sensibile itaq; monstrabitur per naturam de homine propter animal. & consimiliter si erit res in sensibili cũ homine, prędcedet hæc cõsuetudo. & si erit hoc ita in omni propõne, quę cunq; ppositio accepta fuerit, de ea construetur demonstratio. Deinde dixit, qm̃ non possunt terminari ea, quę nõ hñt finẽ, cũ cognoscũtur reliquiæ ipsorum per demõstrationẽ, & sufficiet nobis res ad id, quod non nouimus per demonstrationẽ. sensus est, quoniam fieri non potest, vt cognoscamus propositionem ex propositionibus, nisi cũ nouerimus antea propositiones infinitas per demonstrationem. & fieri non põt, vt cognoscamus propositiones infinitas per demonstrationes infinitas: qm̃ omne finitũ oportet terminari & perfici. planum, q̃ sufficit tractatus iste: hoc est, sequitur ex ipso contrariũ eius, quod positum fuit: hoc est, q̃ nõ cognoscatur aliquid per demonstrationẽ. & intelligit per ea, quæ non hñt finem, propositiones: & intelligit p terminationem, q̃ sciantur p demostrationem. & consimiliter declarauit ipsum, cũ dixit, cũ cognoscũtur reliquiæ ipsorum per demonstrationẽ: ac si dixisset, qm̃ fieri non potest, vt terminentur, ppositiones infinitæ, qm̃ deueniremus ad cognitionẽ ipsarum per demonstrationem: hoc est, cũ nouerimus ipsas per demonstrationem, sufficit nobis hæc positio: hoc est, sequitur ex ipsa, q̃ nõ sciatur vna ipsarum per demonstrationẽ: & hoc quẽadmodum si quispiam diceret, non peruenit ad te hæc arena maris, q̃uscq; deueniat ad te arena aquarũ infinitarum. Deinde dixit: qm̃ non est viã, vt cadat cognitio in ipsis per modum meliorẽ q̃ p demonstrationem: igitur non cadet scientia per demonstrationem, neq; per aliquid aliud, nisi fortasse sit per modum radicis positæ. sensus est, q̃ notũ est p se, vt nõ cognoscat aliquid p cognitionem meliorẽ omni cognitione, nisi per demonstrationẽ. sed iam posuimus hanc positionẽ: hoc est, q̃ in omni quod indigẽt demostratione, nõ prouenit nobis cognitio per demõstrationem alicuius omnino, nisi fuerit demõstratio, q̃ est per † uiã repetitionis: hoc est, cũ artifex admittit propositiões esse subiectas ab artifice alterius artis, atqui vult, q̃ ponẽs hunc sermonem non debet habere apud se cognitionem aliquorũ, nisi quod est apud demonstrationem secundum viam repetitionis super aliquo ex cognituõ illius, cuius demõstratio reperitur.

† 4 b. le. petitionẽ principij.

Logice igitur ex his quidem aliquis crederet de eo, quod dictum est: resolutorie vero per hæc manifestum breuius, q̃ neq; sursum, neq; deorsum infinita prædicata contingit esse in demonstratiuis scientiis, de quibus consideratio est. demonstratio nanq; eorum est, quæcunq; per se insunt rebus. per se vero dupliciter sunt. quæcunq; etenim in illis insunt in eo, quod quid est, & quibus ipsa in eo, quod quid est inexistentibus ipsis. vt in numero impar, quod ineſt quidem numero, ineſt autẽ ipsi numerus in ratione ipsius: & rursus multitudo, aut diuisibile in ratione numeri ineſt: horum autem neutra cõtingit infinita esse, neq; vt impar numeri: iterum enim in impari aliud esset, cui inerat existenti, hoc autem si sit primum numerus inerit inexistentibus ipsi. Si igitur non contingit infinita talia esse in vno, neq; sursum erunt infinita: sed necesse vtique omnia ineſſe ipsi primo, vt numero, & illis numerũ: quare cõuertentia erunt, sed non supertendentia.

Dixit Arist. Planum igitur secundum viã logicæ de rebus, q̃ in earum apparentia verum est, quod diximus: in syllogismo autem demonstratiuo, in quo hæc inuestigatio intenditur, iam monstratur vtiq; secundũ multos modos, q̃ ipsius principia stant per additamẽtum ab vtraq; extremitate: & hoc, quoniam demonstratio vtiq; est ex rebus essentialibus, & res essentiales sunt secundũ duos modos, in quorum vno sunt prædicata, ex quibus constituitur natura subiectorum, & ipsa accipiuntur in definitionibus ipsorum: in modo autem altero sunt prędicata, in quorum definitionibus accipiunt subiecta. quẽadmodum impar, quod prędicatur de numero: numerus enim accipitur in definitione ipsius. et quemadmodum multitudo & diuisibile prędicata de ipso: accipiuntur. n. in definitione ipsius. & nõ potest in aliquo istorum duorum modorum fieri additamẽtum in infinitum, quemadmodum impar in numero. & hoc, qm̃ si ineſſet numero aliquid aliud, i cuius definitione acciperetur impar, numerus vtiq; consimiliter etiam acciperet in definitione ipsius. & si fieri nõ potest, vt inueniãtur talia in aliquo vno in infinitum: fieri vtiq; non poterit, vt fiat additio sursum in infinitum: & oportet ex necessitate hæc omnia in summa ineſſe ipsi primo, & primũ ineſſe ipsis: quod igitur ineſt ipsis, est, vt conuertantur, non autem augeantur sursum, & procedant in infinitum.

153 Posteaq̃ monstrauit monstratione comprehendente syllogismũ logicum & demonstratiuum, fieri nõ posse, vt inueniantur prædicata infinita procedentia sursum, neque subiecta infinita procedentia deorsum: vult hoc monstrare per monstrationem appropriatam in syllogismo demonstratiuo, & dixit: Planum igitur secũdum viam logicæ, hoc est ſm propositiones vniuersales, per quas monstrantur ambo hæc in eo quod præcesſit: & posteaq̃ hęc monstratio non est appropriata in demonstratiuo. eius autem intentionis in hoc libro est, trahere monstrationem demonstrationi propriam: dixit. in syllogismo demonstratiuo, in quo hæc inuestigatio intenditur, iam vtiq; monstratur ſm modos multos, q̃ principia ipsius stant per additamentum ipsorum ab vtraq; extremitate. sensus est, in syllogismo autem demonstratiuo, de quo inuestigare intẽdimus in hoc libro, iam

vtiq; monſtratur per vias multas, q; principia ſua, hoc eſt, propoſitiones ſuæ ſtant per additamẽtum ab vtraq; extremitate, hoc eſt à parte prædicati & ſubiecti. Dein de cœpit monſtrare eſſentiam appropriatam, quam teſtificati ſumus, & dixit: & hoc, q̃m demonſtratio vtiq; eſt ex rebus eẽntialibus, vſq; ad id, quod dicit, accipiuntur enim in definitione ipſius. ſenſus eſt, & demõſtratio huius eſt, q̃m demonſtratio vtiq; cõponitur, quemadmodum monſtratum eſt antea ex propoſitionibus ſubſtantialibus: iam; declaratum fuit, q; ſubſtantialia ſunt duobus modis. vno q; prædicata ſint definitiones ſubiectorum, de quibus prædicantur, aut pars definitionum, hoc eſt, aut genera, aut differẽtiæ: altero autem modo propoſitiones, in quibus genera ſubiectorũ, aut ſubiecta ipſa accipiuntur in definitionibus prædicatorum. quemadmodum numerus accipitur in definitione paris, & imparis & quemadmodum accipitur in definitione multi & pauci, & quemadmodum acceptio

†al. l. diſcreti ipſius, eſt in definitione †diuiſibilis: & hoc, quoniam diuiſibile eſt vna ex proprietatibus numeri. Et poſteaq; diuiditur genus prædicatorum ſubſtantialium in has duas diuiſiones, dixit: & non poteſt in aliquo iſtorum duorum modorum fieri additamentum in infinitum. ſenſus eſt, & fieri non poteſt in vno iſtorum duoꝝ generum propoſitionum, ut inueniantur aliqua, quæ prædicentur de ſe inuicem in infinitum. Deinde cœpit declarare hoc de prædicatis, in quorum definitionibus accipiuntur ſubiecta, & dixit: quemadmodum impar in numero. ſenſus eſt, & hoc: q̃m fieri nõ poteſt, vt inueniat hæc diſpoſitio in prædicatis, in quorum definitionibus accipiuntur ſubiecta, quemadmodum impar, in cuius definitione accipitur numerus. Deinde cœpit monſtrare hoc, & dixit: q̃m ſi ineſſet numero aliquid aliud, in cuius definitione eſſet impar, numerus vtiq; conſimiliter etiam acciperetur in definitione ipſius. ſenſus eſt, & manifeſtum hoc, q̃m ſi ineſſent huiuſcemodi accidẽtibus ſubſtantialibus accidentia ſubſtantialia, & acciperentur ipſa in definitione eorum ad modum, quo in definitione eorum accipiuntur cõſimiliter etiam ſubiecta eorum, quemadmodum ineſt impari aliquid, quod præcedit modo impari de numero, numerus igit conſimiliter etiam acciperetur in definitione eorũ, quæ accipiuntur in definitione ipſius. Deinde dixit: & ſi fieri non poteſt, vt inueniantur talia in aliquo vno in infinitum, fieri vtiq; non poterit, vt fiat additio ſurſum in infinitum. ſenſus eſt, cumq; manifeſtum ſit, q; genus primum, quod accipitur primum in definitionibus huiuſcemodi accidentium, quæcunq; fuerint: hoc eſt, quæ prædicantur de ſe inuicem prædicatione ſubſtantiali: planum vtiq;, q; ſi complicantur ex ipſis prædicata infinita, q; erunt aliqua infinita exiſtẽtia in aliquo vno, & hoc eſt genus primum: aut erit aliquid vnum, in cuius definitione accipiuntur aliqua infinita: & ſi hoc fieri nõ poteſt, fieri vtiq; non poterit, vt inueniantur prædicata ſubſtantialia, in quibus additamentum ſurſum fieri poteſt in infinitum: & cõſimiliter etiam huiuſcemodi prædicata ſunt appropriata de ſubiectis, quæ accipiuntur in definitionibus ipſorum: ſed ſubiecta accipiũtur in ipſis, & in oppoſitis ſm modum, quo diuiditur genus per differentias oppoſitas. & ſi inueniuntur huiuſcemodi accidentia in infinitum, fieri poteſt, vt inueniantur genera, quæ diuiduntur per differentias oppoſitas in infinitum abſq; eo, q; peruenirat diuiſio ad ſpecies vltimas: ſed hoc eſt manifeſte falſum per ſe, & ſequit ſ ſpecie accidentium, in quibus genera ſubiectorum ſuorum accipiuntur in definitionibus ſuis: ſed in quorum definitionibus accipiuntur ſubiecta, in iis vtiq; ſequitur falſum prius, q̃m ipſum cõprehendit vtiq;. Et propterea intendit hoc ipſum Ariſtote. licet Themiſtius expoſuerit hunc locum ſm expoſitionem † ſecundã, quam expoſuit: hoc eſt, q; ſit diuiſio infinita. Et dixit: & oportet ex neceſſitate hæc oĩa in ſumma ineſſe ipſi primo. ſenſus eſt, q; in omnibus accidẽtibus ſubſtãtialibus, quæ prædicantur de ſe inuicem, ſequitur in ſumma, vt inſint generi primo, quod accipitur in definitiõe primi illorum, quod acciderit, & dixit: quod igitur ineſt ipſis, eſt, vt conuertantur, non autem augeantur ſurſum & procedant in infinitum. ſenſus eſt, q; intelligit per hæc illud, quod fuerit ex accĩtibus, in cuius definitione accipit ſubcum ipſum, nõ genus ſubiecti, & hoc q̃m, cũ accipit in definitionib⁹ genus ſubiecti, ipſę ſunt vtiores ſubto, de quo prædicãt. aut dixit, q; oẽ accfis, qd prædicat de aliquo l eo q; qd, ſequit, vt ſit appropriatũ. Et poſteaq; Ariſt. cõditionẽ poſuit in ꝓdicatione ſubtiali demõſtratiua, vt prædicatum ſit de aliquo in eo q; quid: poſuit etiã conditionem in accidentibus ſubſtantialibus, quẽadmodum poſuit cõditionem huius in definitiõibus. Et propterea protulit ſermonem hic prolatione vnius ſali, & dixit: quod igitur ineſt ipſis, eſt, vt cõuertantur, non autem augeãtur ſurſum. ſenſus eſt, quod ineſt ipſis de infinito in prædicatione, eſt, quod ſit ſm viam circuli, non q; ſit ſm viam recti. & reſtatus eſt quod diximus Ariſto. q; elegit in demonſtrationibus accidentia appropriata, cũ dixit: in modo autem altero ſunt prædicata, in quorum definitionibus accipiuntur ſubiecta, & non dixit, aut genera ſubiectorum ſuorum: & ſi eſt, iam vtiq; opinabimur, q; nomen ſubiecti pertractaſ hic loco generis, & exemplum ipſius hic teſtatur ſuper hoc.

Neq; etiam, quæcunq; in eo, quod qd eſt inſunt, neq; hæc infinita ſunt: neq; enim eſſet vtiq; definire. Quare ſi prædicata quidẽ per ſe omnia dicuntur: hæc aũt non infinita, ſtarent vtiq; quæ ſurſum: quare & deorſum. ſi autem ſic, & quæ i medio †duobus terminis ſemper ĩerũt finita: ſi vero hoc, planũ iam, q; neceſſe eſt demonſtrationũ principia eſſe, & non oium eſſe demonſtrationẽ: quod dicebamus quoſdã dicere à principio. ſi enim ſunt principia, neq; omnia demonſtrabilia, neq; in infinitũ iri poteſt: eſſe enim vtrũuis horum, nihil aliud eſt, q; eſſe nullam diſtantiam immediatam, & indiuiſibilem, ſed omnes diuiſibiles. intro nanq; proſciendo terminum, ſed non aſſumendo demonſtratur, quod demonſtratur: quare ſi hoc in infinitũ contingit ire, contingeret vtiq; duorum terminorum infinita in intermedio eẽ media: ſed hoc impoſſe, ſi ſtant prędicamẽta ſurſum & deorſum. Quòd aũt ſtant, monſtratũ fuit logice quidem prius, reſolutorie vero nũc.

Dixit Ariſt. Et conſimiliter etiam prædicata, quæ in definitionibus ſubiectorum accipiuntur, non procedunt in infinitum: q̃m ſi eſſet res in hunc modum, nulla vtiq; eſſet via definitionis. cũ igitur fuerint prædicata omnia, quę ſunt in demonſtrationibus prędicata ſubſtantialia, & hæc non ſunt infinita: terminabitur vtiq; & ſtabit additamentũ ſurſum: igitur additamentum conſimiliter deorſum terminabiſ. cumq; hoc ita fuerit, & ea,

† Ab. l. alterã, quã expoſuimus.

†al. l. duorũ terminorum fuerit utique finita.

& ea, quæ comprehenduntur inter duos terminos ſemper ſint finita: ſequitur ex hoc, vt ſint demonſtrationi principia, neq; ſit demonſtratio de omni re. et hoc eſt, quod præmiſimus, & inueſtigauimus de hominibus, qui admiſerũt ſermonem in hoc. & hoc, q̃m ſi inueniuntur principia non demonſtrabilia, non erit omnis res demonſtrabilis, ſm q; dixerunt nonnulli, & impoſſibile eſt conſimiliter etiam additamentum in infinitum: q̃m eſſe alterum iſtorum, quodcunq; contigerit, non eſt plus, q̃; q; oporteat propoſitiones demonſtrationis omnes eſſe mediatas: quòdq; non ſit in propoſitionibus demonſtrationis propoſitio immediata: & hoc, cũ fuerit inter quoſcunq; duos terminos terminus medius, non qũocunq; contigerit, ſed cũ fuerit duobus terminis cõicatio, non vni ipſorum tãtum. Et per mõſtrationẽ, quam præmiſimus cogimur in eo, q; ſi additamentum in infinitum fuerit poſſibile, poſſibile etiam erit, vt inueniantur inter duos terminos media infinita: ſed hoc fieri non poteſt: q̃m additamentum ab vtriſq; extremis ſtat & terminatur. iam igitur monſtratum fuit p vtrãq; duarum monſtrationum: p logicam quidẽ iam perfecimus, per demonſtratiuam aũt nunc, q; principia ſtant & terminantur.

154 Poſteaquam declarauit ſpeciem prædicatorum, in quorum definitionibus accipiuntur ſubiecta, q; oportet ex neceſſitate, vt deueniant ad finem in prædicatione: vult monſtrare, hoc conſimiliter etiam in ſecunda ſpecie prędicatorum ſubſtantialium, hoc eſt, quę ſunt definitiones, aut partes definitionum. Et dixit: Et conſimiliter etiam prædicata, quæ in definitionibus ſubiectorum accipiunt, non procedunt in infinitũ: q̃m ſi eſſet res in hunc modum, nulla vtiq; eſſet via definitiõis. ſenſus eſt, q; ſi eſſent prædicata, quæ ſunt definitiones ſubiectorum, aut partes definitionum, infinita, nõ eſſet via vt inueniretur definitio alicuius. q̃m definitio eſt, quæ comprehendit naturam: & naturæ ſunt, ex quibus conſtruitur ſubſtantia rei. ſi igitur hę naturę eſſent infinitę, fieri non poſſet, vt inueniretur cõprehendens naturam terminorum. Et poſteaquam declaratum fuit, q; nõ poteſt inueniri infinitum in natura ſubſtantiali, dixit: cùm igitur fuerint prædicata omnia, quæ ſunt in demonſtrationibus, prędicata ſubſtãtialia, & hęc nõ ſunt infinita. terminabitur vtiq;, & ſtabit additamentum ſurſum: igitur additamentum deorſum conſimiliter terminabitur. ſenſus eſt, cũq; fuerint prędicata demonſtrationum ſubſtantialia duarum ſpecierum, & tam monſtratũ fuerit in vtraq; iſtarum ſpecierum, fieri non poſſe, vt inueniantur in ipſis prædicata infinita, tam igitur terminabitur additamentum in proceſſu ſurſum ex neceſſitate: hoc eſt, q; ꝑdicetur aliquid dę aliquo in infinitum. cũq; determinatum ſit additamẽtum ſurſum, ſequitur ex neceſſitate ex iſtis diſputationibus eiſdẽ, vt terminetur additamẽtum deorſum: hoc eſt, cũ inuenitur ſubiecto ſubiectum, & hoc in infinitum. Deinde dixit: cũq; hoc ita fuerit, & ea, quæ comprehenduntur inter hęc duo, ſem q; ſint finita, ſequitur ex hoc, vt ſint demõſtrationi principia, neque ſit demonſtratio de oĩ re. ſenſus eſt, cumq; declaratum fuerit, q; demonſtratio deuenit ad vtraq; extremitates determinatas, planum vtiq;, q; fieri nõ poteſt, vt inueniantur inter duas extremitates determinatas media infinita. cumq; hoc ita fuerit, ſequitur, vt ois demonſtratio deueniat ad principia prima non indigentia demõſtratione. atq; dixit hoc, quoniam iam poſuit, q; illud, quod eſt inter duas extremitates finitas, ſit ex neceſſitate finitum. cumq; hoc ita ſit, ſequitur vtiq;, q; non oportet ſuper omni re conſtrui demonſtrationem.

10 Deinde dixit: & hoc eſt, quod præmiſimus & inueſtigauimus de hominibus, qui admiſerũt ſermonem in hoc: & hoc, quoniam, ſi inueniuntur principia non demonſtrabilia, non erit ois res demonſtrabilis. ſenſus eſt, & hoc, quod monſtratum fuit eſſe impoſsibile, q; non conſtruatur de omni re demonſtratio, id eſt quod præmiſimus & inueſtigauimus de virisantiquis, qui dixerunt de ipſo: hoc autem eſt impoſsibile propter id, quod diximus. Et, quoniam manifeſtum, q; ſunt hic propoſitiões, quæ non oſtenduntur per demonſtrationem, ſed ſunt

20 per ſe manifeſtæ, quæ ſunt principia demonſtrationis per naturam, non de omni conſtruetur demonſtratio, neq; fieri poterit, vt prædicetur aliquid de aliquo in infinitum. Deinde dixit: quoniã eſſe alterum iſtorũ quodcunq; contigerit, nõ eſt plus, q̃; q; oporteat propoſitiones demonſtrationis omnes eſſe mediatas: quodq; non ſit in propoſitionibus demonſtrationis propoſitio immediata. intelligit quemadmodum exiſtimo per vnã † duarum intentionum, quas poſuit ponens, q; prædicatio augetur in infinitũ in demonſtrationibus: et † ſecun-

30 do poſuit ponens, q; demonſtratio conſtruitur ſuper omni re, et hoc, quoniam ex vtraq; iſtarum poſitionum ſequitur, q; non eſt plus, q̃; q; exiſtimetur ex complicatione ipſius, q; media in demonſtrationibus procedunt in infinitum: quòdq; nõ inueniuntur propoſitiones immediatæ. & dixit: & hoc, cũ fuerit inter quoſcũq; duos terminos terminus medius, non quomodocunq; contigerit, ſed cũ fuerit duobus terminis communicatio, non vni ipſorum tantum. ſenſus eſt, & hæc poſitio: hoc eſt, ſermo dicens, q; fieri non poteſt, vt inueniantur propoſi-

40 tiones immediatæ, aut q; prædicatio procedat in infinitum, innuit, vt ſit inter quoſcunq; duos terminos acceptos in ſyllogiſmo terminus medius, & inter hunc terminum acceptum poſt duos terminos terminus alius, & procedat reſ in infinitum: ſed non eſt, vt accidat, q; accipiatur terminus medius communicans nõ vni duarum extremitatum tantum, ſed vtriſq; atq; conditio, q; ſit communicans ambabus extremitatibus eſt, quoniã per hoc monſtratur vtrum duorum terminorum, ineſſe alteri. Deinde dixit: Et per monſtrationem, quam præ-

50 miſimus, cogimur in eo, q; ſi additamentum in infinitũ fuerit poſsibile, poſsibile etiam erit, vt inueniantur inter duos terminos media infinita: & hęc eſt conſequentia, quam dixit eſſe per ſe manifeſtam. & hoc, quoniam qui poſuit, q; additamentum in prædicatione ſurſum & deorſum poſsibile eſt in infinitum, poſuit vtiq; fieri poſſe, vt inueniãtur inter quoſcunq; duos terminos media infinita. & hoc, quoniam qui accepit inter duos terminos terminum medium, et inter hunc terminum medii acceptum poſt duos terminos, terminum medium vnũ

60 alium, & procedat hoc in infinitum, ipſe vtiq; ponet ex neceſſitate additamentum prædicationis ſuper terminо vno in infinitum. Et quoniã hæc conſequentia conuertitur, quæ eſt, ſi eſt inter quoſcunq; duos terminos terminus, vt ſit additamentum in infinitum poſsibile, dixit: ſed hoc fieri non poteſt, quoniam additamentum ab vtriſq; extremis ſtat & terminatur. ſenſus eſt, q; ſi additamentum in prædicatione non procedet in infinitum, fieri non poterit, vt inueniantur inter duos terminos termini medii infiniti. Deinde dixit: iam igit monſtratum fuit per vtranq; duarum monſtrationum, quas

† Ab. l. alterum iſtorũ, quã ſubiciat aliquis.
† Ab. l. alterum eſt non ſubſicientis.

adduximus:hoc est monstrationem logicam,quam adduximus antea: & hęc est monstratio,quę continet syllogismum logicum & demonstrationum, & monstrationem demonstratiuam,quæ appropriatur syllogismo demonstratiuo,quam adduximus nunc, ꝙ principia demonstrationis perficiuntur ad principia nota per se,hoc est non nota per terminum medium.

Quo pacto mediatæ propositiones ad immediatas deduci possint. Cap. XVII.

MOnstratis autē his, manifestum, ꝙ si aliquid idem duobus iſit, vt A,& ipsi C & ipsi D:cū non prædicetur alterum de altero,aut nullo modo,aut nō de omni, quòd nō semper ſm cōmune aliquid inerit.vt equicruri & gradato hoc,quod est duobus rectis æquales habere ſm cōmune aliquod ineſt: secundū ꝙ enim figura quædam ineſt,& nō secūdū ꝙ alterum.hoc autem nō semper ita se habet: sit enim B,ſm qđ A ipsi C D ineſt, planum igit erit,ꝙ & B ipsi C:& D, ſm aliud cōmune,& illud ſm alterum:quare inter duos terminos infiniti vtiq; inciderent termini: sed impossibile.ſm igitur cōmune aliquid ineſſe non necessarium est semper idem pluribus,si quidem erunt * mediata interualla. In eodem tamen genere & ex eisdem indiuiduis necesse est terminos esse: si quidem ipsum commune erit ex ijs, quæ per se insunt. non enim erat ex alio genere in aliud transcendere, quæ monstrantur.

* al l.immediata
* al l.infinita

Dixit Aristot. Cùm vero monstrata fuerint hæc,planum vtiq;,cùm fuerit aliquid vnum & idem inexistens duob⁹: quemadmodum A,ipsi C & D,& non fuerit vnum ipsorū prædicatum de altero,aut simpliciter,aut ꝙ non sit vnum ipsorum prædicatum de omni altero:hoc itaq; non inerit ipsis ad aliquid commune semper. Vt in exemplo,angulos triāguli æquales esse duobus rectis, quod ineſt æquilatero et gradato, aliquid cōtinet ipsos: & hoc,quoniam hæc res ineſt ipsis in eo, ꝙ sunt trianguli,non in eo, ꝙ est vnusquisque ipsorum:& hoc non est semper de omni re. sit igitur B aliquid,per cuius medium A ineſt ipsi C,& D,& B consimiliter etiā inerit vtriq; secundum aliquid commune, & hoc alicui alteri.cadēt igitur inter quoscunq; duos terminos termini infiniti:sed hoc est impossibile. † secundum itaq; consuetudinem viarum non sequitur, cùm fuerit aliquod vnum inexistens pluribus, ꝙ insit ipsis per medium alicuius alterius,sed consimiliter etiam inuenientur propositiones immediatæ,& sequitur ex necessitate, vt termini propositionū immediatarum sint substantiales,& nō comprehensi in natura, in qua sunt, siue fuerint propositiones vniuersales,siue appropriatę: quoniā fieri non potest, vt ꝓpones demōnis transferantur de natura vna ad alteram.

† al l. regulariter.



Hæc figura ostenditur in affirmatiuis propositionibus progressus ad aliqd immediatū.

Suba. Corpus. Viuens. Aial. Homo. Equus.

Posteaq; monstrauit fieri non posse, vt monstratio procedat in infinitum: vult dicere hoc in oibus duobus prædicatis,de quibus prędicatur aliquid vnum ꝓ medium prædicatt vniuersalis ipsi cōicans: hoc est, ꝙ deuenit ad finem hoc medians vniuersale cōicans:& hoc, cū fuerint hæc duo subiecta,quorum vnum non prędicatur de altero,aut simpliciter,aut in eo, ꝙ prædicatur vnum ipsorum de altero per prędicationem particularem,non vniuersalem tārum cōicantem vtriq;, & non est ibi aliquid cū hac dispositione: & si prædicaſ vnum ipsorum de altero, planum vtiq;, ꝙ monstratur de appropriato per medium,quod sit vniuersale. Exēplum sit huius in prædicatione alicuius vnius eiusdē de duobus in ordine vno de genere,sub quo ponuntur:quemadmodum prædicatio angulorum æqualium duobus rectis † de triangulo,gradato, & triangulo æquilatero: æqualitas enim angulorum duobus rectis prædicatur vtiq; de duobus triangulis ex parte intentionis vniuersalis ipsis,& hoc est, ꝙ sint trianguli: quōd cùm ita sit, monstratum vtiq; fuit,ꝙ æqualitas angulorum trianguli duobus rectis prędicatur de duobus triangulis per medium,quod est,ipsos esse triangulos, & hoc medīū, quod est triangulus, sequitur ex necessitate, ꝙ prædicetur de vtriq; absq; medio ſ eo, ꝙ perficiē ad aliquod vniuersale immediatum,ſi non procedunt media in infinitū.quod cū ita sit,sequitur,vt perficiatur res in resolutione syllogismorum cōpositorum ad propositiones immediatas:& consimiliter etiam hoc videtur, cū terminus quæsiti prædicatur de vno duorum, hoc est ꝙ perficiatur inexistentia in hoc ad propositionem immediatam. Sed iam dubitatur in hoc quod dixit,cùm fuerint duo,quæ prædicantur de duobus per modum vnius,prædicabuntur vtiq; de ipso per naturam propter naturam cōicantem ipsis, propter prędicationem generis de speciebus,in quas primo diuiditur:sed, ſi posuerimus hoc,non erit prædicatio generum de suis subiectis in eo quod quid. sed Arist. posuit conditionem inexistentiæ substātialis,ꝙ sit in eo quod quid. Dico, ꝙ prædicatio generis de suis speciebus diuidentibus fit ex necessitate per naturam, quæ ibi ineſt,& hæc est differentia æqualis huic generi: sequitur autem hoc oēm prædicationem,qm̄ causæ propinquæ æquales suis causatis,non habētes inter se,& inter causata sua medium, sunt appropriatæ ex necessitate causatis suis: cum̄q; nō steterit apud aliquem demonstratio in hac causa, non cognoscetur vtiq; res posī hoc in eo quod quid, & non potent scire an sit artificialis,quod⁹ nō sit cognitio sua confessa apud operatorem naturæ,& hæc est condītio, quam

† al.l. trāguloſchaleno. & de ſcoche le.

Dubium.

Solutio.

quam posuit in demonstrationibus, & videtur, ꝙ non sit.Et dixit:cū uero mōstrata fuerint hęc,planum vtiq;, cùm fuerit aliquid vnum & idem inexistens duobus, quemadmodum A, ipsi B & D. sensus est, cùm monstratum fuerit fieri non posse, vt procedat prædicatio in infinitum,planum vtiq;, cū fuerit aliquid vnum inexistens duobus,aut predicatum de duobus, quemadmodum ſi ineſſet A,ipsi C & D.Et dixit:& nō fuerit vnū ipsorum prædicatum de altero, aut ſimpliciter, aut ꝙ nō sit vnum ipsorum prędicatum de oī altero. hoc est, ex conditionibus horum duorum est, ꝙ non sit vnum ipsorum prædicatum de altero, aut ſimpliciter, aut in totum. Exemplum igitur eius, quod prædicaſ de duobus,& non prædicatur vnum ipsorum de secundo ſimpliciter,est prædicatio angulorum æqualium duobus rectis de gradato & æquilatero:qm̄ gradatus non prædicaſ de æquilatero neq; prædicatione vniuersali,neq; particulari. Exemplum vero eius,quādo non prædicaſ prædicatione vniuersali vnum ipsorum de secūdo : hoc est inter duo, de quibus prædicatur aliquid vnum & idem,quēadmodum ſi prædicaremus aīal de rationali & mortali,qm̄ non prædicatur mortale de omni rationali,sed de aliquo ipsius.non enim verum est, ꝙ omne mortale sit rationale,sed ꝙ verum est aliquod mortale rationale.Et posteaq; posuit prædicatū vnum de duobus cum hac dispositione,dixit:hoc itaq; non inerit ipsis ad aliquod vſe semper. sensus est, sequitur itaq;, vt sit huiusmodi prædicatum,cū prędicatur de huiusmodi duobus,aut ineſt ipsis:prædicatur autem de ipsis ex parte alicuius vniuersalis,& non procedet hoc in infinitum:hoc est,ꝙ insit hoc vniuersale propter aliquid vniuersale aliud,& non procedat hoc in infinitū. Deinde adduxit exemplum prædicatorum,quę ſmſunt duobus propter aliquod vniuersale inexistens vtriq; ipsorum,& dixit:vt in exemplo angulos trianguli æquales esse duobus rectis,quod ineſt triangulo æquilatero, & gradato,aliquid cōtinet ipsos. sensus est, quemadmodum inexistunt anguli æquales duobus rectis triangulo,æquilatero,& gradato : hoc enim ineſt ipsis propter aliquid continēs ipsos,quod est,esse triangulum. Deinde adduxit disputationē ſuper hoc,& dixit : & hoc,qm̄ hæc res ineſt ipsis in eo ꝙ sunt triāguli, non in eo ꝙ est vnusquisq; ipsorum. sensus est,ꝙ hoc,quod est,angulos esse æquales duobus rectis,ineſt trianguli,non in eo ꝙ hic est gradatus,& ęquilaterus,sed in eo ꝙ vnusquisq; ipsorum est triāgulus . Deinde dixit:& hoc non est semper de omni re:hoc est,ꝙ triangulus prædicetur de vtriq; propter naturam vniuersalem tantum aliam à triangulo,& illa natura propter naturam aliam vſem consimiliter etiam,& hoc continue procedat in infinitum,sed perficietur res ad naturam, quæ prædicabitur de ipsis non propter naturam aliam vniuersalem.& illa natura ineſt vtriq; absq; medio ex necessitate, & non oportet,ꝙ intelligatur ex hoc,ꝙ prędicata, quæ sunt sine medio,quorū conditiones ponuntur in demonstrationib⁹,sint de huiusmodi specie prędicatorum. Atqui volunt monstrare,ꝙ sequitur ex necessitate, ꝙ inueni prędicatio immediata,& quasi non aīaduertit hoc in loco,an sit prędicatum de ipso per viam quid est,aut non sit ita.Et posteaq; cōmemorauit hoc, cœpit exemplum ponere huius per literas ſm cōsuetudinem suam, & dixit:quoniam sit B aliquid, per cuius medīū A ineſt C & D,& B consimiliter etiā inerit vtriq; per aliquid vniuersale,& hoc alicui alteri. cadent igitur inter quoscunque duos terminos termini infiniti. sensus est, exemplum huius,ꝙ ponamus literam prædicati,in quo est A:& subiecta,de quibus prædicatur hoc quæsitum,in quo est C & D:& ponamus medium vniuersale, per quod monstratur A,quod est prædicatum, ineſſe subiectis, q̄ sunt C & D,in quo est litera B: & ponamus literam B consimiliter etiam ineſſe C per medium aliud vniuersale, & hoc aliud per aliud,hoc vtiq; procedet in infinitum : sequitur igitur,vt inueniantur inter duos terminos, qui sunt A & C,aut D,termini infiniti:sed iam declaratū fuit, ꝙ hoc non est possibile.Deinde dixit : Secūdum igitur consuetudinem viarum non sequitur, cū fuerit aliquid vnum inexistens pluribus,ꝙ insit ipsis per medium alicuius alterius, sed consimiliter etiam inuenientur propositiones immediatæ. sensus est, & secundum hoc, quod monstratum fuit, non oportet, cū fuerit aliquid vnum inexistens pluribus,vt insit ipsis per medium alterum. qm̄,ſi hoc ita foret,inuenirentur inter duos terminos media infinita.cum̄q; hoc sit impossibile, sequitur vt sint propositiones immediatæ ex necessitate.Et posteaq; docuit,ꝙ prædicatio peruenit in huiusmodi prædicatis ad propositiones immediatas, & ꝙ propositiones,in quibus deuenit prædicatio ad immediatum in huiusmodi subiectis,non sunt prædicata de subiecto per viam quid est:qm̄ prædicatum est vniuersalius ipso.& iam accepit in propositionibus demonstrationum,ꝙ sunt prædicata in eo quod quid,& sine medio, docuit hoc,ne aliquis existimaret, ꝙ propositiones mediatę,quæ sunt principia demonstrationis, sunt cū hac dispositione,& dixit:& sequitur ex necessitate, ꝙ termini propōnum mediatarū sint substātiales,& nō cōprehēſi in natura,i qua sunt.intelligit ꝙ substantiales,ꝙ prædicent in eo quod quid.& intelligit per hoc, quòd sunt comprehensi in natura,in qua sunt,quòd non sint magis vniuersales, q̄ genus,de quo considerat ars. Et dixit:siue fuerint propositiones vniuersales,aut appropriatę. sensus est,siue fuerint propositiones , de quibus existimatur, ꝙ sunt vniuersales, quemadmodū ꝙ equalia vni sunt æqualia,aut appropriatæ , super quibus cadit accitalitas,ꝙ non pertractat ipsas ars alia. atqui volunt dicere, ꝙ vniuersalitas in ipsis est potentia appropriationis.Deinde adduxit disputationem,ꝓp quam sequitur,ꝙ propositiones demonstrationis nō cōprehendāt genus,nisi quod est ſuper ipso,hoc est, non pertranseant ipsum, & dixit:qm̄ fieri non potest, vt propositiones demonstrationis transferantur de natura vna ad alteram,hoc est de arte ad artem:& non,ꝙ fieri nō possit, vt translatio sit causa, ꝙ propositiones affirmatiuæ sint appropriatæ generi,de quo considerat ars:sed quia sunt appropriatæ,est causa,† ꝙ fieri non possit, vt transferatur ad subiectum posterius vtiq; per monstrationem præcedētem:& in eo, ꝙ præmisit antea per monstrationem posteriorem, cū monstrauit fieri non posse, vt transferatur demonstratio de arte in artem .

† Ab le qua impoſſe ſ. ꝙ transferātur. verumtamen hic vſus eſt poſteriori ad demōſtrationē priorīs,& præhabitus vſus ſuperuenit ad immediatorum propoſitionis.

Manifestum autem, & ꝙ quando A insit B: ſi qdē est aliqd mediū,est mōstrare ꝙ A ineſt B,& elementa huius sunt hęc,& tot,quot media sunt:immediatæ nāq; propositiones elementa sunt,aut omnes,aut vniuersales:si autem non est aliquod medium , non amplius est demōstratio : sed in principia uia est hęc.

Dixit Arist.Si vero A insit B per medium, monstratio vtiq; ipsius cōstruetur per illud medium,& monstratio ipsius perficietur ꝓ huiusmodi principia: hoc est propositiones immediatas.& hoc, quoniam propositiones immediatę procedunt in demonstratione processu elemētorum,aut omnes, aut vniuersales ex ipsis . cùm vero nō fuerint inter ꝓpositionū terminos propositio media,

non

non erit ſuper ea propõne demõſtratio, ſed erit principium demonſtrationis tantum.

156 Poſtquam monſtrauit, cp propterea quia ſunt media infinita, prohibetur monſtratio infinita, hoc eſt, cpſit demonſtratio terminorũ mediorum infinitorum, vult docere † conſenſum cur ſit cũ hac diſpoſitione ad cognitionem hominum naturaliũ, & dixit: Si vero A inſit B per medium, monſtratio vtiq; ipſius conſtruetur per illud medium. ſenſus eſt, cũ vero ſit demonſtratio cum hac diſpoſitione alligata diſpoſitioni, qua eſt ens per ſe, ſequitur, ſi fuerit aliquid inexiſtens alteri per medium alicuius alterius, cp non monſtretur hoc ſm conſuetudinem naturalem, niſi propter hoc medium. hoc autem verificatur, cũ acciderit, cp † prius exiſtentia ſit prius cognitione, quę eſt cõditio demonſtrationis ſimpliciter, & proterea cõpleuit ſermonem hic, Atqui in quibuſdam, ppoſitionibus, qđ eſt prius cognitione apud nos eſt poſterius per exiſtentiam. Quod cũ ita ſit, nihil vtiq; prohibebit, cũ ineſt aliquid alicui, cp mõſtretur per mediũ, & ſit inexiſtentia cognitionis iſtius rei iſti apud nos p ſe manifeſta, abſq; eo, cp indigeat apud ſuppoſitionem medio: ſed non eſt talium prędicatio prima. Et propterea præcepit Ariſto. de talibus, cp elongentur à demonſtrationibus. Vt in exemplo ex notis primo apud nos, eſt, cp homo ſit animal: et hoc vtiq; eſt per mediũ, quod eſt ſenſibile, & magis longinquum ab hac diſpoſitione in propoſitione demonſtratiua: cuius ſignum eſt, quoniam terminus medius per naturam poſitus fuit terminus maior, & maior per naturam medius. Et dixit: & monſtratio eius perficietur per huiuſcemodi propoſitiones immediatas. ſenſus eſt, & monſtratio iſtarum propoſitionum, quę monſtrantur per medium, erit per propoſitiones immediatas, & hoc, aut primo, aut † cp ſufficiat res per retrogradationem ad propoſitiones cũ hac diſpoſitione, hoc eſt primas imediatas. Et propterea dixit: qm̃ propoſitiones immediatæ procedunt in demonſtratione proceſſu elementorum. ſenſus eſt, cp oẽs demonſtrationes compoſitæ reſoluuntur ad huiuſcemodi propoſitiones, & non reſoluuntur propoſitiones iſtæ ad alias: quemadmodum reſoluitur compoſitũ ad elementum, & non reſoluitur elementum ad aliud, et dixit: aut omnes, aut vniuerſales ex ipſis. atqui dixit hoc, qm̃ omne, quod eſt propoſitio magis vniuerſalis, magis debet eſſe elementum: & propterea conuenientius eſt, vt maior propoſitio ſit elementum, cp minor. cũ vero dixit: cũ vero non fuerit iter terminos propoſitionum media propoſitio, non erit ſuper ea propoſitione demõſtratio, ſed erit principium demonſtrationis tantum, oportet, cp intelligatur ex hoc, cp hoc vtiq; erit in propoſitionibus, in quibus prius per cognitionẽ apud nos, eſt prius per exiſtentiam. & hoc, qm̃ nihil prohibet, cp inſit aliqd alicui abſq; medio, & nõ erit nobis notũ, cp inſit huic. & ſi hoc eſt ita, fieri nõ poteſt, vt monſtretur nobis hoc, ſed per medium poſterius.

Conſimiliter autem & ſi A ipſi B non ineſt. ſi quidem eſt aut medium, aut prius, cui non ineſt, eſt demonſtratio: ſi aũt non, non eſt: ſed principia & elementa tot ſunt, quot termini. Horum nanq; propoſitiones principia demonſtrationis ſunt: & quemadmodum nonnulla principia ſunt indemõſtrabilia, cp eſt iſtud hoc, & ineſt iſtud huic, ita & quòd nõ eſt iſtud hoc, neq; ineſt iſtud huic: quare hæc quidem eſſe aliquid, illa autẽ non eſſe aliquid, erunt principia.

Dixit Ariſt. Et conſimiliter etiam, ſi fuerit A non ineſtẽs B, nihil prohibet, cp ſit inter ipſa medium, aut non ſit: & ſi fuerit inter ipſa medium, erit prius B, cui non ineſt A primo: demõſtratio itaq; erit per mediũ ſuum: & ſi non erit, non vtiq; perficietur demonſtratio. & formæ propoſitionum immediatarum, quæ ſunt principia demonſtrationis & elementa ipſius ſunt formæ terminorum. Et quemadmodum innouãtur propoſitiones immediatæ ſm viam affirmationis, per quarum medium monſtrantur quæſita, quę ſunt ſm viã affirmationis: conſimiliter etiã inueniuntur propoſitiones imediatæ ſecundum viam negationis, quibus mediis monſtrantur quæſita, quæ procedunt via negationis. erunt igitur aliqua principia, per quę monſtrantur quæſita, quæ ſunt ſm viam affirmationis, & aliqua, per quæ monſtrantur, quæ ſunt ſecundum viam negationis.



Hac figura oſtenditur in negatiuis, p põnth⁹ progreſſus ad aliqđ immediatum.

157 Poſteaquam declarauit, cp inueniuntur in prædicatione affirmatiua prędicata immediata † per exiſtentiã quę ſunt elementa demonſtrationum affirmatiuarum: vult monſtrare, cp conſimiliter ſequitur hoc in prædicatione negatiua: & hoc, qm̃ cũ fuerit prædicatũ affirmatiuum, quod prędicatur de ſubiecto abſq; medio, quod vtiq; non ineſt ipſi propter naturam aliam, ſequitur, cp ſit prædicatum, quod negatur à ſubiecto abſque medio non propter naturam aliam comprehẽſam in ſubiecto, aut propter negationem naturæ comprehenſæ in prædicato negato à ſubiecto per ſe, aut propter naturã comprehenſam in altero ipſorum negato propter naturam cõprehenſam in vno, aut propter negationem ſuam à cauſa ſubiecti, & hoc accidet in eo, cp fuerit ex prædicatis non habentibus cauſas, aut fuerint cauſæ ipſa ſubiecta per ſe, & dixit. Et cõſimiliter etiam, ſi fuerit A nõ in exiſtens, nihil prohibet, cp inter ipſa ſit medium, aut nõ ſit. ſenſus eſt, & hunc in modum conſimiliter etiã cùm negatur aliquid ab aliquo, nihil vtiq; prohibet, cp negetur ab eo aut propter medium, aut per ſe: hoc eſt propter immediatũ, qm̃ diſpoſitio ipſius eſt, cp non inſit ſibi hæc res: hoc eſt, cp non inſit ſibi, qm̃ non ineſt alicui alteri, quemadmodum eſſe animal nõ ineſt ſibi, qm̃ ipſum non ineſt nutribili, quod eſt genus animalis: aut cp ipſum nõ ineſt ſibi per ſe: quemadmodum eſſe † animalia non ineſt nutribili. Deinde dixit: & ſi fuerit inter ipſa medium, erit prius B, cui non ineſt A primo: demonſtratio itaq; erit per medium ſuum: ſenſus eſt, & ſi fuerit negatio A à B propter negationem à natura alia priori ſibi B, aut comprehenſa in B, aut cauſa ipſorum, negatio vtiq;

† Ab. I. conuenientiam eſſendi circa hanc rem cũ naturali ſcia humana.

† al. I. prius ſ eẽndo in prius in cognoſcendo

† al. I. cp ad ultimum deſinat res in himõi premiſſas primas, ſ. licet imediatas.

† Ab. I. ineſtẽ do & cognoſcendo.

* al. I. vegetabili. † al. I. animal nõ ineſt plãtæ.

A à B erit per demonſtrationem, & demonſtratio ſtabit ſuper eo, quòd A negatur à B, per medium illius naturæ. Deinde dixit: & ſi non erit, non vtiq; perficietur demonſtratio. ſenſus eſt, & ſi nõ procedet cp hoc medium, quod eſt prius B, hoc eſt ſubiecto, demõ vtiq; non perficiet ſuper negatiõe A ab ipſo B, & dixit: & formæ propoſitionum immediatarum, quæ ſunt principia demõſtrationis, & elementa ipſius ſunt formæ terminorum: intelligit per terminos partes propoſitionum: & voluit vtiq;, cp diſpoſitio propoſitionũ in fine ſit diſpoſitio terminorum eãdem, quoniam non eſt dria inter † ipſa, niſi cp termini ſuperant, ppoſitiones in fine per vnũ, quemadmodum mõſtratum fuit in libro ſyllogiſmi. Et dixit: Et quẽadmodũ, vſq; ad id, quod dixit, ſm viã negationis. ſenſus eſt, cp quẽadmodũ inueniunt, ppõnes affirmatiuę immediatę, quibus mediis monſtrantur ſita affirmatiua, ita inueniuntur, ppõnes negatiuæ immediatæ, quib⁹ medius mõſtrant quęſita negatiua: & aliquę ſunt propõnes primæ, p quas mõſtrant quęſita affirmatiua, & aliquæ, per quas monſtrantur quæſita negatiua.

* al. I per ſe, † al. I. ipſos.

Quandoautem opus ſit monſtrare, accipiẽdum eſt, quod de B prędicatur primo, ſit C, & de hoc conſimiliter A, & ita ſemper procedenti nunquam extra ipſum propoſitio, neq; exiſtens accipitur in demonſtrãdo, ſed ſemper medium condenſatur: quouſq; indiuiſibilia fiant & vnum: eſt autẽ vnum, quando immediatum factũ fuerit, & vna propoſitio ſimpliciter, quæ immediata. Et quemadmodum in aliis principium ſimplex, hoc autem non idem vbiq;: ſed in põdere quidem mina, in cantu vero * dieſis, illud autem in alio: cõſimiliter in ſyllogiſmis ipſum vnum eſt propoſitio immediata: in demonſtratione uero ac ſcientia intellectus.

* dieſis ſ. primus ſenſibilis ſonus

Dixit Ariſt. Cùm vero ſolliciti fuerimus in conſtituenda demonſtratione, cp A ineſt B, oportet vtiq;, cp inueniatur prędicatum de B primo, quẽadmodum C, & prędicetur de hoc terminus A: cùmq; hoc fecerimus apud id, quo ſolliciti fuerimus in conſtituenda de monſtratione, cp A ineſt C, fortaſſe terminus exibit ab A, & fieri nõ poteſt, vt inueniat: ſed inter terminos A & C inueniunt media, quouſq; perficiantur ad terminos nõ habentes latitudinem inter ſe, & propoſitionẽ vnam ſimplicem: & hoc erit ita, cùm non fuerit inter vtroſq; terminus medius, & propoſitio vna ſimplex ea eſt, inter cuius terminos nõ eſt medium: et in eo quod ſupereſt, iam completur diſpoſitio ipſorũ ad principiũ, quod eſt aliquid ſimplex, & hoc erit in ipſis diuerſum: in pondere enim † erit litra, in muſicis vero quarta pars diſtantiæ: & cõſimiliter in vno quoq; alio ab his duobus: i ſyllogiſmo conſimiliter etiam perficitur ad principium maxime ſimplex, quod eſt propoſitio immediata: & in demonſtratione & in ſciẽtia perficitur ad principium, quod eſt intellectus.

† Ab. Ie. libra, & in melodia tonꝫ quarta.

In hoc trãctatu ſollicitus eſt, vt adducat diſputationem per viam inquiſitionis, cp oportet demonſtrationẽ reſolui ad propoſitionem immediatam, & ipſe cũ hoc docet, quomodo cadunt termini medij inter duos terminos poſitos in ſermone ſyllogiſtico, qm̃ cũ formatũ fuerit hoc eſſe, formatum erit fieri non poſſe, vt inter duo inueniantur termini infiniti: quod eſt melius & euidentius, aut quoniam non perficitur niſi in ipſo: & hoc, qm̃ demonſtratio præcedens fuit, cp fieri non poteſt, vt inueniantur inter duo termini infiniti: conſtruitur autẽ ſuper eo, cp cadunt termini inter duas extremitates, hoc eſt, duos terminos poſitos. Et dixit: Cũ uero ſollicitti fuerimus in conſtituenda demõſtratione, cp A ineſt B, oportet vtiq; cp inueniatur A prædicatũ de B primo, quemadmodum C. ſenſus eſt, cùmq; conſtituerimus demonſtrationẽ, cp aliquid ineſt alicui, quemadmodum ſi conſtruatur demonſtratio, cp A ineſt B, oportet vtiq; cp inueniatur aliquid prouentens ſuper B per affirmationẽ: hoc autem eſt neceſſarium, qm̃ non erit demonſtratio, niſi p ſyllogiſmum, niſi per terminum medium: & non erit ſyllogiſmus in prima figura, niſi cũ fuerit minor affirmatiua. et, ppterea dixit: oportet vtiq;, cp inueniatur prędicatum de B primo, quemadmodum C. Et dixit: & prædicetur de hoc terminus A, hoc ẽ terminus medius, qui accipitur loco C. Deinde dixit: cũq; hoc fecerimus apud id, quo ſollicitti fuerimus in conſtituenda demonſtratione, cp A ineſt C, fortaſſe terminus exhibit extra A, & fieri non poteſt, vt inueniatur. ſenſus eſt, cũq; acceperimus cp A ineſt C, propter terminum aliũ medium, fieri vtiq; non poterit, vt cadat hic terminus extra A & C. & hoc, quoniam, ſi fuerit prædicatum de vtroſq;, cadet extra A in propoſitione maiore: & hoc erit in ſecunda figura, & in ſecunda figura non cõcluditur affirmatiuum A, vt ſit ſubiectum vtroſq;, & ſit extra B, hoc eſt ſubiectum minoris in propõne minore, ſed hoc erit in tertia figura, et in tertia figura non concluditur vniuerſalis affirmatiua. Oportebit igitur, cùm voluerimus concludere affirmatiuam vniuerſalẽ, cp medius terminus cadat inter duas extremitates tantum in duabus propoſitionibus ſimul. & hoc erit, cũ fuerit prædicatum de minore extremitate, & ſubiectum maiori, & erit prima figura: & ſi fuerit vna iſtarum duarum propoſitionum terminus medius, ſequitur ex neceſſitate, vt cadat inter duas extremitates in duabus propoſitionibus ſimul. & fieri non poteſt vt procedat talis cadentia in infinitum: quemadmodũ mõſtratum fuit antea: & hoc eſt, quod voluit, cũ dixit: ſed inter terminos A & C inueniunt media, quouſq; perficiantur ad terminos non habentes latitudinem inter ſe. ſenſus eſt, ſed oportet in huiuſcemodi quæſito affirmatiuo, cp cadat terminus medius in vtraq; duarum, ppoſitionũ inter duas extremitates, & ita in vtraq; ipſarum, ſi fuerint mediatę, quouſq; perficiatur res ad propoſitiones immediatas: & hoc eſt, quod voluit, cùm dixit: non habentes latitudinem inter ſe, & propõnẽ vnã ſimplicem: hoc eſt non habentem locum, quo cadat terminus medius, quęq; non ſit compoſita propter terminum medium, quoniam propoſitiones, quæ monſtrantur per ipſas, ſunt compoſitę. Et dixit: & propoſitio vna ſimplex ea eſt, inter cuius terminos non eſt medium. Atqui hoc ita eſt, qm̃ propoſitio, quæ monſtratur per terminum medium, eſt propoſitio ex eo, cp accipitur in monſtratione ipſius, & concluſio ad propoſitiones, per quas monſtratur. cumq; ſit propoſitio ex parte concluſionis, ex parte iſta non eſt ſimplex, ſed propoſitio ſimpliciter ea eſt, quæ eſt propoſitio in relatione ad prædicamenta, & hæc eſt propoſitio † non medĩ. Deinde dixit. & hoc erit in ipſis diuerſum, vſq; ad id quod dixit, quod eſt propoſitio imediata. ſenſus eſt, & hoc inuenitur in omnibus generibus, quæ diuerſificãtur p prius & poſterius,

† al. I. neq; p medium.

& posterius, rerum, quæ accipiuntur in ipsis, hoc est, quarum aliquę sunt causę aliquarum, quemadmodum se habet res in ponderibus & musicis: hoc est, ꝙ inuenitur in ponderibus pondus, quod est primum: quemadmodum si diceres illud, quod vocat̃ litra, & in musicis harmonia simplex, quæ est prima, & ipsa est quarta ps distantiæ, & in alijs rebus, quæ sunt ex hoc genere. Consimiliter oportet esse in propositionibus propositionem primam simplicem non compositam. ꝙ autē ponantur propositiones in hoc genere, est ex parte, qua inueniuntur nōnulla notiora quibusdam, & causę quorundam. cum̃q; verum sit, ꝙ via cuiuscunque est, vt habeant aliquod simplex, & posuit, ꝙ de via propositionum est cōcludere ex hoc, ꝙ in ipsis sunt simplices: & hoc totū est disputatio pēr modum apparentiæ, non disputatio naturalis, qm̃ notum est per se, ꝙ genus propositionum est cum hac dispositione. Et dixit: in demōstratione autem & scientia perficitur ad principium, qd̃ est intellectus. sensus est, & propositiones primæ simplices reducuntur ad principium, quod est intellectus: hoc est non potest aliquis dicere, ꝙ omnis propositio indiget principio vniuersali istius enuntiationis. Et dicemus cum hoc, ꝙ propositionum primarum principium est intellectus, non ꝙ ipsæ monstrantur per principium, quod est propositio, quemadmodum opinatur litigator.

In monstratiuis igitur syllogismis ipsius inexistētis, nihil extra cadit: in priuatiuis vero, vbi quidem quod oportet inesse, nihil extra hoc cadit. vt, si A ipsi B, per C non inest, si enim oi qdē B C inest, A vero ipsum C nulli. rursus si opus fuerit, ꝙ A C nulli inest, mediū accipiendum est ipsius A & C, & ita semper progredieī. Si autem oportuerit monstrare, ꝙ D ipsi E nō inest eo ꝙ C D quidem omni inest, E vero nulli, aut non omni, nunquam cadet extra E: hoc autem est, cui non oportet inesse. In tertio autem modo, neque à quo oportet, neque quod oportet priuare, nunquam extra ibit.

Dixit Arist. In syllogismis igitur monstrātibus affirmatiuum, medium vtiq; non cadit extra: in syllogismis vero negatiuis, cum fuerit medium inexistens minori, non cadit in ipsis extra. Quēadmodum, si velles monstrare, ꝙ A nō inest B per mediū C: si igit̃ C inerit omni B, & A nulli C. & si peruenerit necessitas, ꝙ mōstremus A inesse nulli C, oportet, ꝙ inueniatur medius terminus inter ipsa, p quem monstrabitur hoc, et in hunc modum semper. Si vero fuerit mōstratio in secunda figura, quemadmodum, si aliquis monstraret, ꝙ B non inest E, & sit C mediū acceptum inesse omni E: erit igitur ipsum inexistēs nulli E, aut inexistens alicui E: negatio itaq; non erit extra extremitatē, quę fit in aliquo tempore. In tertia vero spē non est via, qua accipiatur negatio extra extremitatē negatam.

559 Dixit: In syllis igit̃ mōstrātibus affirmatiuū, mediū vtiq; non cadit extra: hoc est mediū vtiq; non cadit in vtraq; duaꝝ ppōnū extra vnā duaꝝ extremitatum, minorem & maiorem, sed cadit inter ipsas: & causa est id quod diximus prius. quoniam affirmatiua non concluditur nisi in prima figura, & medius terminus cadit in vtrisq; propositionibus in hac figura inter ambas extremitates, hoc est maiorem & minorem. Et dixit: in syllogismis vero negatiuis, cū medium fuerit inexistens minori, nō cadit in ipsis extra. sensus est, in syllogismis vero concludentibus negatiuā vniuersalem, cū fuerit complicatio ipsorum in prima figura, medius vtiq; terminus cadet iter ambas extremitates in ambabus propositionibus. & cœpit hoc, & dixit: cū medium fuerit inexistens minori. sensus est, & maior prædicetur per negationem cum medio. quoniam cùm fuerit medium inexistens minori, & negatum à maiore, cadet vtique extra ipsum in secunda figura. Et posteaq; cōmemorauit hoc, adduxit exemplum huius per literas, & dixit: quemadmodū, si velles monstrare, ꝙ A nō inest B p medium C. si igitur C inerit omni B, & A nulli C. sensus est, exemplum huius, si voluerimus monstrare, ꝙ A inest B per medium C: cum̃q; fuerit A negatū ab omni C, & C inexistens omni B: concludes vtiq; ꝙ A negatur ab omni B per medium terminū, qui cadet inter A & B, & ipse est C. Deindē dixit: & si puenerit necessitas, ꝙ mōstremus A inesse nulli C, oportet, ꝙ inueniatur medius terminus inter ipsa, per quem monstrabit hoc, & hunc in modum semp. sensus est, & si fuerit propositio maior in hac figura, vt cū dicimus A inesse nulli C, oportet, vt monstretur per C medium cadentem inter ambas extremitates, & oportet, vt inueniaī inter ipsas terminus medius, & insit oi C, & negetur ab ipso A, & ita quoque oportebit in propositionibus istius syllogismi in monstratione sua, hoc est, vt accipiatur inter vtrosq; terminos suos terminus cū hac dispositione, & fiat hoc semp, quousq; deueniatur ad propositionē notam per se, non per terminum mediū. Deinde dixit: si uero fuerit monstratio in secunda figura, quemadmodū si aliquis monstraret, ꝙ B non inest E, & sit C medium acceptū inesse omni E: erit igitur ipsum inexistēs nulli E, aut inexistens alicui E: negatio itaq; non erit extra extremitatē, quæ fit in aliquo tempore. sensus est, sin autem fuerit monstratio negatiuæ vniuersalis, aut particularis in secunda figura, cuius minor ex propositionibus suis est affirmatiua, aut maior ipsius affirmatiua, quemadmodum monstrabit monstrans, ꝙ C non inest E per id, ꝙ A inest oi C, & negatur ab oi E, aut ab aliquo: cōcludetur igitur, ꝙ C negatur ab oi E, aut ab aliquo ipsius. & consimiliter, si fuerit affirmatiua minor, concludet vtique hanc eandem conclusionem, & in vtrisq; modis non cadet terminus medius extra extremitatem. affirmatiua igitur erit minor, aut maior. & hoc est, quod voluit, cū dixit: negatio itaq; non erit extra extremitatem, quę fit in aliquo tempore. hoc est, quoniam terminus medius negatus nō cadet extra extremitatem, cui inest medius terminus, neq; i aliquo tempore. Atqui hoc ita est, qm̃ terminus medius cadit in propositione affirmatiua in hac figura iter vtrasq; extremitates, & in negatiua extra ambas extremitates. Deīde dixit: In tertia vero specie non est via, qua accipiatur negatio extra extremitatem negatam. sensus est, in tertia vero figura, medius vtiq; terminus cadet in propositione negatiua inter ambas extremitates. & causa in hoc est, quoniam minor in ipsa, de cuius cōditione est, vt sit affirmatiua, habet medium terminum intra vtrasq; extremitates, sed in maiore prædicabitur de maiore, & propterea cadet absq; dubio inter vtrosq; terminos, hoc est maiorem & minorem. Atqui voluit per hoc in summa, ꝙ non est syllogismus affirmatiuus, cuius sit medius termin⁹ extra vtrasque extremitates, aut in ambabus propositionibus simul, aut in vna: & si inuenietur propositio infinita, sequetur, ꝙ inuentantur inter aliqua duo finita aliqua infinita: finita: quod est falsum secundum id, quod est inter extremitates finitas ex necessitate.

Demonstrationem uniuersalem particulari esse præstantiorem. Cap. XVIII.

CVm vero sit demonstratio, hæc quidē vlr, illa vero fm partem, & hæc quidem prædicatiua, illa vero priuatiua, dubitatur vtra melior sit: consimiliter autem & de ea, quæ demonstrare dicitur, & de ducente ad impossibile demonstratione.

Dixit Arist. Posteaq; vero demonstrationis aliqua est vniuersalis, & aliqua particularis, & aliqua affirmatiua & aliqua negatiua, dubitaret vtiq; aliqs, & diceret, vtra demonstrationum sit melior, & quo pacto procedat res in demonstratione rēcta, & demon- 20
*Ab. l. oßen tua
160 stratione ducente ad impossibile.

Posteaq; syllorū aliqui concludunt concłonē vłem, & hi sunt, quorū, ppones sunt vłes: & ipsorū aliq; cōclustūr conclonē particularē, et hi sunt, quorum propōnes sunt particulares: & intelligit per particulares, indiuiduas comprehensas in syllogismo particulari. & ipsoꝝ consimiliter etiam aliqui concludunt conclusionem affirmatiuam, & hi sunt, quorum ambæ propositiones sunt affirmatiuæ: & aliqui concludunt conclusionē negatiuam, & hi sunt, quorum vna duarum propositionum est negatiua & altera affirmatiua: & ipsorum consimiliter etiam aliqui sunt per syllogismum rectum, & aliqui sunt per syllogismum ad impossibile, quæritur, quæ demonstrationum sit melior in vnoquoq; genere ex istis oppositis, an vniuersalis sit melior, an particularis? an negatiua sit melior, aut affirmatiua? an recta sit melior, an ad impossibile? & hæc sunt tria quęsita. Incœpit aūt in ipsis speculari de vniuersali & particulari.

Primum igitur consyderabimus de vniuersali, & particulari: hoc autem cū declarauerimus, & de ea, quæ monstrare dicitur, & ea, quæ ad impossibile, dicemus. Videretur igitur fortasse aliquibus ita consyderātibus, eam fm partem esse meliorem: si enim fm q̃ magis scimus demonstrationem, melior est demonstratio (hæc enim est virtus demonstrationis:) magis aūt scimus vnum̃quodq;, cùm ipsum sciamus fm se, q̃ qn̄ fm aliud, vt musicum Coriscum, quādo ꝙ Coriscus musicus est, q̃ quando ꝙ homo musicus est: similiter autem & in alijs. Vniuersalis autem, quòd aliud non, ꝙ ipsum contingit, monstrat: vt ꝙ æquicrus, non ꝙ æquicrus, sed ꝙ triangulus, quæ vero fm partem, ꝙ ipsum, monstrat. si igitur melior quidē, quæ secundum ipsum, talis autem quæ secundum partem: vniuersali magis, & melior vtiq;, quæ secundum partem est, demonstratio erit.

Dixit Aristo. Ponamus autem primo inquisitionem nostrā de demōstratione vniuersali & particulari, & posteaq; videmus dispositionem istorum duorum, speculabimur post hoc de demōstratione recta, et ducente ad impossibile. Nonnulli enim existimarunt demōstrationem particularem esse meliorem apud id, ꝙ processerunt in speculatione ipsarū hac via, dixerunt. n. si demonstratio, per quam scimus scientia valida, est melior demonstratio (hæc enim est excellentia bonitatis demonstrationum) & ois scientia, qua scimus, est validior, cùm scimus aliquid ex parte, qua est, q̃; scientia, qua scimus i eo, ꝙ est aliud quid. quemadmodum, cùm scim⁹ de musico, ꝙ est musicus ex parte qua est canēs, q̃; ex parte qua est homo, & consimiliter de alijs huiuscemodi: sed demonstratio vniuersalis monstrat aliquid de aliquo, nō ex parte, qua est hoc, sed ex parte, qua est aliquid aliud, demonstratio enim constituīt de triangulo æquicrure, nō ex parte, qua est æquicrus, sed ex parte, qua est triāgulus: demonstratio autem particularis monstrat aliquid inesse alicui per se: & si fuerit demonstratio, quæ monstrat aliquid inesse alicui p se, ipsa est melior, & hæc est demōstratio particularis: demōstratio igitur particularis est melior demonstratione vniuersali. 161

Hæc est disputatio, qua indiget is, qui existimat demonstrationem particularem meliorem esse vniuersali: probat autem ipsum sic, Illud, quo scimus aliquid scia validiori, est validius, q̃; illud, quo scimus ex parte, qua est aliud quid: sed hæc est dispositio vniuersalis cū particulari, hoc est, ꝙ particularis ita se habet, cū per ipsam scitur aliqd, scitur per se, cū vero scitur per vniuersalē, scitur per medium aliud: igitur particularis est melior vniuersali. Vt in exemplo, si sciamus Socratem esse musicum ex parte, qua est Socrates, est magis fidelis, q̃; si sciremus ipsum esse musicum ex parte, qua est homo, & ita in consimilibus. Et posteaq; posuit, ꝙ illud, quod monstratur per intentionem vniuersalem non mōstratur per se, cœpit monstrare hoc per exempla, & dixit: sed demonstratio vniuersalis monstrat, usq; ad id, quod dixit, sed ex parte, qua est triāgulus. sensus est, sed per vniuersalem monstrabitur particulare ex parte, qua est aliud ab ipso. Vt in exēplo, triāgulus æquicrus est particulare sub triangulo simpliciter, cū aliquis sciuerit de ipso, ꝙ habet angulos æquales duobus rectis ex parte, qua est intentio vniuersalis, non nouit de ipso hanc intentionem per se, sed scit hoc de ipso ex parte, qua est triangulus. demonstratio enim vniuersalis, ꝙ anguli sint æquales duobus rectis, non constituitur super triangulo in eo, ꝙ est æquicrus, sed in eo, ꝙ est triangulus: hęc enim dispositio inest omnibus tribus speciebus triāguli, hoc est æquicruri & gradato, & æquilatero. Et cōponitur oō hęc sic, cū scimus per demonstrationē particularem scimus per se, sed cū scimus per demōstrationem vniuersalem scimus per aliud: sed id, quo scitur aliquid per se, est melius q̃; id, quo scitur aliquid per aliud: igit̃ demonstratio particularis est melior vniuersali: & hoc est, quod voluit, cū dixit: & si fuerit demonstratio, qua monstratur aliquid inesse alicui per se, ipsa est melior, & hæc est demonstratio particularis, demonstratio igitur particularis erit melior demōstratione vniuersali. Modus autem errantium in hoc sermone est, quod demonstratio vniuersalis, non monstrat aliquid vniuersale de

particulari, ſed monſtrat ipſum de vniuerſali, demonſtratio autem particularis monſtrat aliquid particulare per medium vniuerſale: verũtamen particulare eſt ſcitum per ſeipſum. Conſideratio autem eſt, quãdo res in duabus ſcientiis ſciretur per ſyllogiſmium, quarum vna eſſet vniuerſalis, & altera particularis, quæ illarum ſit potior, quoniam † particularis ſcientia per ſe non nouit ipſum per ſyllogiſmum: & propterea monſtrabit in ſequentibus, ꝙ qui ſcit aliquid ſcientia particulari, nõ ſcit ipſum niſi per accidẽs, hoc eſt ex eius ſcia p ſyllogiſmũ.

† Ab.l qui ſcit particulare per ſeipſum,

Amplius, ſi vniuerſale quidem nõ eſt aliquid præter ſingularia, demonſtratio vero opinionem facit eſſe aliquid hoc, ſm quod demonſtrat, & quandam naturam eſſe in entibus talem: vt trianguli præter quoſdam, & figuræ præter quaſdam, & numeri præter quoſdam numeros: melior autem, quæ eſt de ente, ꝯ quæ de nõ ente, & propter quam nõ decipietur, ꝯ propter quam decipietur: vniuerſalis autem eſt talis, (procedentes.n. monſtrant, quemadmodum de proportionato, vt quòd vtiq; ſit aliquid tale, erit proportionatum, quod neq; linea, neq; numerus, neq; ſolidum, neq; planum, ſed præter hæc aliquid.

Dixit Ariſt. Amplius ſi vniuerſale nõ eſt aliquid extra ſingularia, & demonſtratio facit opinari de ipſo ꝙ ſit ſeparatum, et ꝙ ſit in

† Ab.l eſſen di.

diuiduum in exiſtẽtia poſitum per ſe. quemadmodũ, ꝙ triãgulus vlis ſit aliqd extra hũc triangulũ, & hũc triangulũ, & ꝙ figura ſit aliqd extra hanc figurã & hanc figurã, et ꝙ numerus ſit aliquid extra hunc numerum, & hunc numerum. & demonſtratio, quę eſt de ente, eſt melior, ꝯ demonſtratio, quæ eſt de non ente, & demonſtratio, quę non eſt cauſa deceptionis & erroris eſt melior, ꝯ ea, quæ eſt cauſa huius: ſed demõſtratio vniuerſalis habet hanc formã. & hoc, qm̃ qui conſtruũt vniuerſale, conſtruunt vtiq; ipſum, cũ accipitur quod eſt ſimile huic: quẽadmodũ quod dixerunt eſſe hoc, quod non eſt linea, neque numerus, neq; ſuperficies, neq; corpus, ſed eſt aliquid extra hæc omnia.

Et dixit: Amplius ſi vniuerſale non eſt aliquid extra ſingularia, & demõſtratio ſi facit opinari de ipſo, ꝙ ſit ſeparatum, & ꝙ ſit indiuiduum in exiſtentia poſitum per ſe. ſenſus eſt, amplius ſi vniuerſale nõ eſt aliquid exiſtẽs per ſe extra ſingularia, qm̃ demonſtratio conſtituit ſup vero, & verũ eſt aliquid exiſtens extra animam, ſm̃ſt, quod eſt de ipſo in anima. Notauit autem hãc in re Platonem, propterea ꝙ docuit demonſtrationeti de vniuerſali aliam eſſe ab ea, quam prædixerunt ſapientes antiqui: & exiſtimauit propter hoc, ꝙ vniuerſale ſit aliquid exiſtens extra animam. Poſtea adduxit exemplũ, quod facit opinari, vt ſit aliquid extra ſingularia, & dixit: quemadmodum quòd triangulus vniuerſalis ſit aliquid extra hunc triangulum, & hunc triangulum, & ꝙ figura ſit aliquid extra hanc figuram, & hanc figuram, & ꝙ numerus ſit extra hunc numerum, et hunc numerum. ſenſus eſt, & ex eo, ꝙ ſequitur hoc exẽplum eſt, ꝙ apparet manifeſtum vniuerſale de rebus particularib⁹, vt in exemplo, ſi apparet, ꝙ triangulus vniuerſalis eſt aliquid extra hunc triangulum deſignatũ, et hunc triangulum deſignatum, & in ſumma aliud ab omni indiuiduo deſignato: & quod eſt aliud, erit vtiq; extra ipſa: & conſimiliter videtur, ꝙ vniuerſale figuræ ſit extra ſua particularia, & vſe numeri extra ſua particularia. Et poſtea ꝙ intellecta fuerunt duo ex hoc ſermone, quorum vnũ eſt, ꝙ vſe ſi eſt, deficit ab exiſtẽtia per ſe, aut eſt aliquid non exiſtens, niſi in † opinione dixit: & demonſtratio, quæ eſt de ente, eſt melior ꝯ demonſtratio, quę eſt de non ente: hoc eſt, demonſtratio de eo quod eſt exiſtentia perfectiore, & excellentiore, quod eſt ipſum indiuiduum, eſt potior demonſtratione de eo, quod non eſt exiſtentia perfectior, & excellẽtior, quod eſt ipſum vſe. qm̃ demõſtratio, quæ eſt de eo quod eſt, eſt melior demõſtratione de eo, quod non eſt: igitur demonſtratio de particulari eſt melior, etiam ſi dicamus, ꝙ vſe nõ ſit exiſtens omnino. Et poſteaq; ex ſermone, per quem diſpoſuit intentionem vlis, intelliguntur duo, quorũ vnum eſt, ꝙ deficit in exiſtentia: ſecundũ vero, ꝙ accidit per ipſum error, & hoc eſt, quod apparet ex ſermõe ipſius: connexit huic propoſitioni propoſitionem maiorẽ ad concludendum conſilꝛ etiam ex hoc per mõſtrationem aliam, ꝙ demonſtratio de particulari eſt melior, ꝯ demonſtratio de vniuerſali. Et dixit: & demõſtratio, quæ non eſt cauſa deceptionis & erroris eſt melior ꝯ ea, ꝯ eſt cauſa huiꝰ. ſenſus eſt, cũq; fuerit demõſtratio de vlꝰ cauſa erroris & deceptionis, & demonſtratio de particulari non ſit cauſa iſtius: & demõſtratio, quę nõ eſt de aliquo, quod ſit cauſa erroris, eſt melior ꝯ ea, quę ẽ de aliquo, quod eſt cauſa erroris: demonſtratio igitur de particulari eſt melior, ꝯ demonſtratio de vniuerſali. Et poſteaq; monſtrauit hunc ſyllogiſmum per propoſitionem maiorem, monſtrat poſtea per minorem, & dixit: ſed demonſtratio vlis habet hanc formam: hoc eſt, quæ adducat in opinionẽ erroris. Deide adduxit modũ, ex cuius parte accidit ipſi, vt opinetur, ꝙ ſit aliquid exiſtens extra animam, quemadmodum accidit hoc Platoni, & dixit: & hoc, qm̃, cũ conſtruunt aliquid de vlꝰ, cõſtruunt vtiq; ipſum, cũ accipitur, quòd eſt ſimile huic, quemadmodum qd dixerunt eſſe hoc, qđ non eſt linea, neq; numerus, neq; ſuperficies, neq; corpus, ſed eſt aliquid extra hęc oĩa. ſenſus eſt, & hoc, ꝙ qui conſtruunt aliquid de vlꝰ, conſtruunt vtiq; ipſum, cũ conſtituerint hoc vſe ſeparatum aliud ab ĩſs, quibus eſt vſe. vt in exẽplo, ꝺcũ conſtituerint diſpoſitionem ſuper propõnibus demonſtrationis, dixerunt, ꝙ ꝓpoſitiones ſunt cum hac diſpoſitione, quæ eſt, ꝙ non ſit linea, neq; numerus, neq; ſuperficies, ſed natura vna alia ab his. Et hoc inuenitur in tranſlatione Matthęi manifeſtum, cũ dixit: & habet demonſtratio vniuerſalis hãc diſpõnem. & hoc, qm̃ ipſa vtiq;

† Ab.l ſimilitudinem.

vtiq; monſtrantur, cũ addiderint ei, quod eſt ante ipſa: quemadmodum demõſtratio de proportionalitate. vt in exemplo, cũ conſtituerint diſpoſitionem ſuper propoſitionibus demõſtris, dixerunt, ꝙ propoſitiones ſunt cum hac diſpoſitione, quæ eſt, ꝙ non eſt linea, neq; numerus, neq; ſuperficies, ſed quodcunq; fuerit, ipſum eſt proportionatum: et hoc non eſt linea neque numerus cõſiſtẽs, neq; ſuperficies, ſed ẽ aliqd vnũ extra hoc. ſenſus eſt, ꝙ, cùm deſcripſerint proportionata, dixerunt, ꝙ proportionata ſunt omnia, quæ habent hanc diſpoſitionem: & hoc non eſt linea, neq; ſuperficies, neq; corpus, ſed eſt aliquid extra hæc. & hoc conſimiliter etiam manifeſtum eſt per traductionem alteram. & hoc eſt, quod dixit, & eſt vniuerſale, vt hoc. cũ igitur ipſi præmiſerint & adduxerint demonſtrationem, quemadmodum, quòd ſit de aliquo ſm proportionẽ vnam, quemadmodum, cũ fuerit aliquod ſm proportionem aliquã, erit ita cõſimiliter etiam: & cùm adductum fuerit, non erit linea, neq; numerus, neq; corpus, neq; ſuperficies, ſed erit aliquid aliud.

Si igĩt vniuerſalis quidẽ magis hęc, de ente aũt minus, ſ̃q ꝓticularis, & facit opinionẽ falſam: peior vtiq; eſſet vlis, ꝯ particularis. Et primum quidem nihil magis in vniuerſali, ꝯ in particulari altera ratio eſt; ſi enim quod duobus rectis ineſt, non inquantum æquicrus, ſed inquãtum triangulus, noſcẽs, quòd æquicrus, minus nouit inquantum ipſum, ſ̃q qui nouit, ꝙ triangulus: & omninõ ſi non quidem ſecundum ꝙ ſit triangulus poſtea monſtrat, non erit vtiq; demonſtratio: ſin autem nouit vnumquodq;, inquantum vnũquodq; ineſt, magis nouit: ſi itaq; triangulus in plus eſt, & eadem ratio, & non ſm æquiuocationem triangulus, & ineſt omni triangulo hoc, quod eſt duos, non triangulus inquantũ æquicrus, ſed æquicrus inquantum triangulus habet tales angulos: quare qui vniuerſaliter ſcit, magis nouit ſecũdum ꝙ ineſt, ꝯ qui ſecũdum partem: melior itaq; vniuerſalis, quàm particularis.

Dixit Ariſtot. Cùm igitur demonſtratio vniuerſalis ſit de eo, quod non eſt magis, & de eo, quod eſt minus exiſtens, ꝯ particulare, & iam deueniunt in animam noſtrã cauſa ipſius opiniones falſæ: igitur demonſtratio vniuerſalis eſt peior demõſtratione particulari. Dicimus igitur in hoc primum quidem, ꝙ non eſt vtiq; vna ex rationibus de vniuerſali verior, ꝯ ſit de particulari. et hoc, cũ fuerit ratio, ꝙ tres anguli trianguli æquales duobus rectis non inſunt triãgulo æquicruri ſm ꝙ eſt ita, ſed in eo, ꝙ eſt triangulus, qui igitur nouerit hoc de triãgulo æquicrure, habet minorem ſciẽtiam, ꝯ qui nouit diſpoſitionem hanc de triangulo ſimpliciter, & in ſumma non erit demõſtratio de diſpoſitione, quę non ineſt triangulo ſm ꝙ triangulus: & ſi quis monſtret, ꝙ aliquid ineſt ali cui ſm ꝙ eſt hoc, ſcientia de aliquo ſm hunc modũ erit validior: hæc igitur diſpoſitio ineſt triangulo magis, & prædicatio trianguli non eſt de aliquo, de quo prædicatur ſecundum viam accidentis per nomẽ, ſed definitio eſt vna & eadem, iamq; ineſt diſpoſitio aliqua omni triangulo, ſed non ineſt triangulo æquicruri in eo, ꝙ quid eſt, ſed in eo ꝙ eſt triangulus. qui igitur nouit hanc diſpoſitionem de vniuerſali, ꝙ ineſt ſibi i eo quòd eſt ita, magis nouit, ꝯ qui nouit diſpoſitionem de particulari: igitur demõſtratio vniuerſalis eſt melior demſtatione particulari.

Quoniam ſermo vltimus ex ſermonibus, quos cœpit ad probandum, ꝙ demonſtratio vniuerſalis eſt peior particulari, comprehendit duas probationes, quæ ſunt validiores probatione prima, per quam cœpit tractatum, commemorauit modos alios, & enuntiauit ꝙ ex parte ipſorum oportet enũtiare veritatem in hac diſpoſitione, & dixit: Cũ igitur demonſtratio vniuerſalis ſit de eo, quod non eſt magis, & de eo, quod eſt minus exiſtens ꝯ particulare, & iam deueniunt in animam noſtram cauſa ipſius in animam noſtram opiniones falſæ: igitur demonſtratio vniuerſalis eſt peior demõſtratione particulari. hoc eſt, demonſtratio igitur de vniuerſali erit de aliquo, de quo verificabitur, quod non eſt magis ens, ꝯ illud, quod verificatur de particulari. & notum eſt per ſe, ꝙ ipſum eſt minus ens, & propter demonſtrationẽ vlem deuenit in aiam noſtrã diſpõ falſa: & ꝙ demonſtratio de eo, qđ eſt magis, illa demonſtratione de eo qđ non deduxit ad opinandum opinionem falſam, eſt melior, ſequíſ itaq;, ꝙ demonſtratio de particulari ſit melior demõſtratione de vniuerſali. Deinde dixit: Dicimus igitur in hoc, hoc eſt, cùm̃q; exemplum de vniuerſali habeat hanc diſpoſitionem, & hæc diſpoſitio de potentia ſit cauſa, ſequitur, ꝙ dicat in hoc ſermonem docentẽ veritatem, & eo ſoluatur hoc exemplum. Et poſteaq; ſunt vnus ſermonum, per quem docetur, ꝙ demonſtratio particularis eſt melior demõſtratione vniuerſali, quod idem eſt, ac ſi diceret, ſciam in vniuerſali deteriorem eſſe ſcientia in particulari, & hoc eſt in veritate è contrario, dixit: primum quidem, ꝙ non eſt vtiq; vna ex rationibus de vniuerſali verior, ꝯ ſit de particulari. ſenſus eſt, primo nos dicimus, ꝙ vnus ſermonum, quo conſtruimus ſciam de vniuerſali deteriorem eſſe ſcientia de particulari, non magis expedit de vniuerſali, ꝯ de particulari: hoc eſt, ꝙ de ipſo eodem docente, ꝙ ſyllogiſmus vniuerſalis deterior eſt ad particularem, apparet, ꝙ ſcięntia particularis eſt deterior. Deide cœpit docere, quo modo apparet hoc ex collatione ſcientiæ in vniuerſali ad ſcientiam in particulari de re vna & eadem. Et dixit: & hoc, cũ fuerit ratio, ꝙ tres anguli triãguli æquales duobus rectis, vſq; ad id, quod dixit, triangulo ſimpliciter. ſenſus eſt, cũ diſpoſuerimus triangulum æquicrurem, ꝙ habet tres angulos æquales duobus rectis, non eſt diſpoſitio in eo, ꝙ eſt æquicrus, ſed diſponitur in eo, ꝙ eſt triangulus ſimpliciter. Planum igitur, ꝙ qui nouit hãc diſpoſitionem de triangulo abſolute, habet ſcientiam perfectiorem, ꝯ qui nouit ipſum de æquicrure: qm̃ qui ſcit aliquid per ſe, ſcit perfectius, ꝯ qui ſcit ipſum per accidens. cognitio igitur de aliquo vniuerſali eſt perfectior cognitione de aliquo particulari. Iam igitur apparet ex hoc exemplo contrarium eius, quod factum fuit in ſermone, per quem ſtudebamus conſtruere, ꝙ ſcientia de particulari eſt perfectior, ꝯ ſcientia de vniuerſali. & hoc, quoniam ſcientia de vniuerſali eſt ſcientia ꝑ ſe,

163

& ſcientia

& ſcientia de particulari eſt ſcientia per accidens. Cùm vero dixit: & in ſumma non erit demonſtratio de diſpoſitione, quæ non ineſt triangulo ſm ꝙ triangulus. ſenſus eſt, & in ſumma non conſtituetur demonſtratio ꝙ aliquid inſit triangulo, cũ hoc nõ inſit ſibi ex parte, qua eſt triangulus: hoc eſt, conſtituetur vtiq; demonſtratio de iſs, quæ inſunt ſubiectis ipſorum i eo ꝙ ſunt illorum ſubiectorum. Et dixit: & ſi quis monſtret ꝙ aliquid ineſt alicui, in eo ꝙ eſt hoc, ſcientia de aliquo ſm hũc modum erit validior & verior. ſenſus eſt, notum autem eſt per ſe, cũ monſtratur aliquid ineſſe alicui in eo ꝙ eſt quid, ꝙ ſcientia de hoc erit validior & verior, q̃ quod monſtratur de aliquo alio non in eo ꝙ eſt quid. Et poſteaq̃ poſunt hanc propoſitionem, dixit: hęc igitur diſpoſitio ineſt triangulo magis, & prædicatio trianguli non eſt de aliquo, de quo prædicatur ſm viam accidentis p nomen: ſed definitio eſt vna & eadem, vſq; ad id quod dixit, melior demonſtratione particulari. ſenſus eſt, et ordo iſtius, hoc eſt prædicatũ in eo ꝙ eſt quid, cũ adduxerimus prędicatum de duobus ſubiectis, quoꝝ vnum eſt vniuerſalius altero, & amplius ipſo, erit ſubiectum non dictum per cõitatem noĩs, ſed erit vnum definitione, & erit diſpoſitio aliqua inexiſtẽs huic ſubiecto vniuerſali, hoc eſt cui ipſi: ipſum igitur inerit huic vniuerſali in eo quod quid, et vero, quod ſub ipſo eſt, non in eo quod quid, ſed per accidens. quod cũ ita ſit, qui iam nouerit aliquid per demonſtrationem vniuerſalẽ, eſt melior, q̃ qui nouerit ipſum per demonſtrationem particularem. vt in exemplo, cũ prædicatio æqualitatis angulorũ duobus rectis de triangulo ſit vniuerſalior prædicatione ipſius de æquicrure. Et hoc eſt, quod voluit, cùm dixit: hæc igitur diſpoſitio ineſt triangulo magis: hoc eſt, vniuerſalius ſubiectis, quę ſunt in plus, q̃ ipſum ineſſe æquicruri. &, ſi triangulus non ſit aliquid, quod prædicatur de ipſo ex hac diſpoſitione ſm modum aliquem, quo prædicatur prædicatum vnum de aliqbus cõicantibus in noĩe, inerit hoc ex neceſſitate æquicruri, & in ſumma illi, quod eſt ſub triangulo, non in eo quod quid, triãgulo autem inerit in eo quod quid: & hoc eſt, quod voluit, cũ dixit: ſed non ineſt triangulo æquicrurt in eo quod quid ſit, ſed in eo quod triãgulus. hoc eſt, cũ poſitæ fuerint in prædicatione hæ duæ conditiones, & hoc, ꝙ ſit p̃dicatio de vniuerſali ſubiecto, de quo toto verificatur hoc prædicatum, & hoc ſubiectum non dicatur per cõcationem, hoc vtiq; prædicatum prædicabit de eo, quod eſt ſub hoc ſubiecto non in eo quòd qd, ſed per accidens, & erit prædicatum de hoc in eoquod quid. Et poſteaq̃ docuit ꝙ ſubiectum vnum, cũ ſubiicitur vniuerſali aliquo, & vniuerſale illud prædicatur de ipſo, & de eo quod eſt ſub ipſo, inerit vniuerſali p ſe, & quod eſt ſub ipſo p̃r accidens, docuit conditionem, per quam eſt hoc, q̃uæ eſt, ꝙ ſubiectum non ſit vnũ per nomen tãtum, ſed per definitionem. et hoc vtiq; dixit cognoſcenti naturam prædicationis vniuerſalis in eo quod præceſſit: ac ſi dixiſſet, & ſi æqualitas angulorum duobus rectis prędicaretur de triangulo ſimpliciter, inuenientur in ipſo duæ conditiones iſtæ, & nõ erit vtiq; prædicatio hæc de æquicrure in eo ꝙ eſt æquicrus, ſed in eo ꝙ eſt triangulus. quod cùm ita ſit, qui itaq; nouit æqualitatẽ angulorum duobus rectis de triangulo, melius nouit, q̃ qui nouit ipſam de æquicrure, cùm ſit triãgulus ſimpliciter vſe, & æquicrus particulare ſub ipſo. Igitur, q̃ habebit demonſtrationem de vniuerſali, erit melior, q̃ qui habebit demonſtrationem de particulari. & hic eſt ſermo, quem dixit de oppoſitione iſtius probationis, & cõſimiliter de oppoſitione probationis primę: qm̃ vtraq; duaꝝ probationum continet, ꝙ demonſtratio de particulari eſt validior, q̃ demonſtratio vſis, & adduxit hanc probationem per oppoſitionem.

Amplius ſi quidem eſſet aliqua ratio, & non ęquiuocatio, vniuerſale vtiq; nihil minus eſſet quibuſdam particularibus: ſed & magis, quanto incorruptibilia in illis ſunt, quæ vero particularia corruptibilia magis. Præterea nulla neceſſitas eſt ſuſpicari aliquid eſſe hoc prꝑter hæc, ꝙ vnum ſignificat nihil magis, q̃ in aliis, quęcunq; nõ aliquid ſignificãt, ſed aut quale, aut ad aliquid, aut facere: ſi igitur eſt, non demonſtratio cauſa, ſed qui audit.

Dixit Ariſt. Amplius, cùm vniuerſale ſit intentio vna, & nõ ſit nomen æquiuocum, non erit vtiq; in diſpoſitione exiſtentiæ minus indiuiduis: ſed addit illis additamẽtum quoddam, quod eſt, non eſſe ipſum corruptibile, ea vero eſſe corruptibilia. Amplius non ſequitur ex neceſſitate, cùm fuerit nomen vniuerſalis ſignificans ſuper aliquod ſeparatum, vt exiſtimetur de ipſo, ꝙ aliquid extra ſingularia ſit. & hoc, quoniam intẽtio in ipſo non eſt magis, q̃ intentio in rebus aliis, quarum nomina ſignificant, aut qualitatem, aut relationem, aut actionem, aut reliqua, & ſi fuerit aliquid, quod cõprehenditur ex hoc, ex neceſſitate vtiq; nõ erit ibi malitia demõſtris, ſed audiẽtis demonſtrationẽ.

Poſteaq̃ declarauit, ꝙ ſcia de vniuerſali eſt melior, q̃ ſcientia de particulari propter collationẽ vtriuſ duarum ſcientiarum ad alteram, vult redire & deſtruere ipſos aſſerentes, de quibus diximus, ꝙ ſcientia de particulari eſt melior. & poſteaquã in vna probationum, quas accepit in hoc, poſitum fuit, ꝙ vſe eſt minoris exiſtentiæ, q̃ particulare, cœpit docere falſitatem, quæ eſt in hac ꝓpoſitione, & dixit: Amplius, cũ vniuerſale ſit intentio vna, & non ſit nomen æquiuocum, nõ erit vtiq; in diſpoſitione exiſtentiæ minus indiuiduis. hoc eſt, verum eſt, ꝙ non eſt minus indiuiduis in exiſtentia, nõ ꝙ ſit æquale indiuiduis in exiſtentia: qm̃ ipſius exiſtentia eſt vtiq; in indiuiduis, & magis conuenit ſubiectũ exiſtere, q̃ aliquid quod ſit in ipſo, † ſed vſe in exiſtẽtia ſua ſm veritatem eſt aliquod æquale. Et dixit: ſed addit illis additamentum quoddam, quod eſt, non eſſe ipſum corruptibile, ea vero eſſe corruptibilia. ſenſus eſt, ſed veritas in vniuerſali addit veritati in particulari: qm̃ veritas in vniuerſali non eſt corruptibilis, & veritas in particulari corruptibilis. qm̃ vniuerſale non inuenitur extra aiam, niſi in potentia ſm opinionem Ariſtotelis, ſed intelligitur, ꝙ hæc intentio, quæ eſt in potentia in indiuiduis extra aiam, non eſt gñabilis, neq; corruptibilis. Deinde cœpit contradicere probationi ſecundæ, & dixit: Amplius non ſequitur ex neceſſitate, cũ fuerit nomen vniuerſalis ſignificãs ſuper aliquod ſeparatum, vt exiſtimetur de ipſo, ꝙ ſit aliquid extra ſingularia. ſenſus eſt, amplius, cũ fuerit vſe ſignificans ſuper rem ſeparatam, non ſequitur ex hoc, ꝙ dicatur, ipſum eſſe aliqd exiſtens in ſubſtantia ſua extra aiam, quemadmodum errauerunt in hoc nonnulli, & crediderũt ipſum. Deinde dixit: & hoc, qm̃ intentio in ipſo non eſt magis, q̃ intentio in rebus alĩs, quarum nota ſignificant, aut qualitatem, aut relationem, aut actionem, aut reliqua. ſenſus eſt, ꝙ † intentio in hac re, cui accidit non eſt plus, q̃ intentio

164

† Ab. leg. de oĩb⁹ tñ ipſis, ꝙ ſint entia ſecundũ veritatẽ, eſt quæ dã res æquales.

† Ab. l. diſpoſito huius rei, quæ illi accidit non eſt aliquid vtra rẽ qua ſubſtantia excedit, cætera prædicamenta.

intentio eius, quod eſt ſubſtantia, & reliqua prædicamenta. & hoc, qm̃ qui credit eſſentiam vniuerſalis eſſe intentionem in indiuiduo aliam ab indiuiduo, oportet eũ ex neceſſitate dicere de accidentibus ex parte, qua ſunt in idiuiduis ſubſtãtiæ. Sed oportet, ꝙ intelligatur, ꝙ differentia eſt, quoniam vſe inuenitur in potẽtia extra aiam, & accidentia in actu. Et dixit: & ſi fuerit aliquid, quod comprehenditur ex hoc, vſq; ad vltimum, quod ſcripſimus. ſenſus eſt, & ſi fuerit, quod apparet ex errore in demonſtratione, quæ eſt de vniuerſali, res eſt neceſſaria, quæ accidit, & non eſt defectus iſte conſequens vniuerſale per ſe, ſed defectus iſte eſt ex parte audientis, cui accidit error: quoniam error, qui eſt propter defectum, non ſequitur defectũ in ente, ſm ꝙ eſt ens, niſi accidat error ex parte, qua eſt ens per ſe.

Amplius ſi demonſtratio quidem eſt ſyllogiſmus monſtratiuus cauſę, et ipſius propter quid, vniuerſale autem magis eſt cauſa: cui enim per ſe ineſt aliquid, hoc idem ipſi cauſa eſt, vniuerſale autem primũ, cauſa: igitur vniuerſale eſt. quare & demõſtratio melior: magis. n. cauſę & ipſius propter qd, eſt.

Dixit Ariſto. Et ſi eſt demonſtratio ſyllogiſmus per cauſam, & vniuerſale magis debet eſſe cauſa, q̃ reliqua. & hoc, quoniam res inexiſtẽs rei per ſe & primo eſt cauſa, & hoc eſt vniuerſale: ergo vniuerſale eſt cauſa: ergo demonſtratio, quæ eſt de vniuerſali, eſt melior, cùm ſit cauſa, & propter quid eſt res.

165

† Ab. l. ſecũ de veritatẽ.

Hæc eſt monſtratio vna, ꝙ demõſtratio vniuerſalis eſt demonſtratio in qualitate. Et dixit: Et ſi eſt demonſtratio ſyllis p cauſam. ſenſus eſt, & ſi definitio demonſtrationis ſimpliciter eſt, q̃ eſt ſyllus, in quo terminus medius eſt cauſa maioris extremitatis. Et dixit: & vniuerſale magis debet eẽ cauſa eius, quod eſt appropriatum. ut in exemplo, ſi aliquis monſtraret, cũ ſupra duas lineas æquidiſtantes cadit linea, ꝙ anguli intrinſeci ſunt æquales duobus rectis, monſtrauit vtiq; hoc p id, quod eſt magis vſe & magis ſubſtantiale, q̃ ille, qui mõſtrat hoc de lineis æquidiſtantibus ex parte, qua vterq; duorum angulorum ſit intrinſecorum æqualium duobus rectis. Et dixit: Et hoc, quoniam res inexiſtens rei p ſe & primo eſt cauſa, & hoc eſt vſe. ſenſus eſt, vſe autem eſt cauſa, aut magis debet eſſe cauſa, q̃ particulare. quoniã res inexiſtens rei per ſe, & primo eſt cauſa: vſe autẽ eſt per ſe, & primo: ſequitur itaque ex hoc, ꝙ vſe ſit cauſa, aut ꝙ cauſa ſit vniuerſalis. & hoc eſt ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura. & hoc, quoniam prædicatio ſm naturã in iſtis propoſitionibus eſt, ꝙ dicamus, ꝙ cauſa inexiſtens per ſe & primo, & vſe ineſt per ſe & primo: cumq; verterimus orationem noſtram, ꝙ ens per ſe & primo eſt cauſa, quemadmodum, ꝙ cauſa eſt hoc: concludetur i prima figura, ꝙ vſe, in eo quòd eſt vſe, eſt cauſa: ſed ipſe non poſuit ipſum in ſecunda figura, ſed poſuit ipſum in tertia figura, quoniam terminus medius, quem accepit, eſt ſubiectum vtriq; extremitati, quod eſt, cũ dixit: & hoc, quoniam res inexiſtens rei per ſe & primo eſt cauſa, & hoc eſt vniuerſale: & ipſe vult conuerſum, et hoc, quoniam concluſio, quam adduxit, quę eſt, cũ dixit, vſe igitur eſt cauſa, ſignificat ꝙ ipſe vtique intendit conuerſum huius propoſitionis, vt per hoc redeat ad primam: niſi fortaſſe dicamus, ꝙ cõcluſio iſtius ſyllogiſmi conuertitur, hoc eſt, quæ dicit, ꝙ vniuerſale eſt cauſa, & ꝙ cauſa eſt vniuerſalis, & erit poſtrema ipſa conuertibilis: & hoc, quoniam hæc eſt, quam intendit, qm̃ ſyllis, quem intendit, inducitur hũc in modum. ois demonſtratio eſt per cauſam: & ois cauſa eſt vniuerſalis: igitur ois demonſtratio eſt per vſe. hoc eſt, erit per id, quod eſt magis vſe. Iam vero exiſtimatur, ꝙ ois cauſa propinqua eſt cauſa vniuerſalis & prima, & ꝙ nõ eſt oẽ vſe primum & cauſa. & hoc, qm̃ accidentia ſubſtantialia ſunt vniuerſalia, & non ſunt cauſæ, ſed deficiunt à ſubſtantia primorum. & hoc, qm̃, cùm accidens oẽ prædicaſ de ſubiecto, ſcitur, ꝙ eſt aliqd extra ſubſtantiam ipſius: atqui p̃dicatur de ipſo propter cãm huic accidẽti in hoc ſubiecto: igitur p̃dicatio ipſius nõ eſt ꝓma, & ita oẽ vſe primũ eſt cauſa, & ita ois cauſa eſt vſe primum.

Præterea vſq; ad hoc quærimus propter quid, & tunc opinamur ſcire, quando nõ ſit aliquid aliud q̃ hoc aut factum, aut exiſtens: finis enim & terminus ipſum extremũ iam ſic eſt. Vt cuius gratia venit: vt accipiat argẽtum: hoc autem: vt reddat, cui debet: hoc autem: ne iniuſtitiam committat. & ita procedentes, quãdo nõ amplius eſt propter aliud neq; alterius cauſa, propter hoc, ſicut finẽ dicimus venille, & eſſe, & fieri, & tunc cognoſcere maxime propter qd venit, ſi aũt ſimiliter ſe habeti omnibus cauſis, & iſs, quę ſunt propter quid, in iſs vero, quæcunq; ſunt cauſæ ſic, ſicut cuius cauſa, ſic nouimus maxime & in aliis: igitur tunc maxime ſcimus, quando nõ amplius inſit hoc, quoniam eſt aliud. quando igitur cognoſcimus, ꝙ quatuor exteriores ſunt æquales, quoniam æquicrus, adhuc deficit, propter quid æquicrus? quoniam triangulus: & hoc, quoniam figura rectilinea, ſi autem hoc, non amplius propter aliud erit, tunc maxime ſcimus, & vniuerſale eſt tunc, vniuerſalis igitur melior eſt.

Dixit Ariſt. Amplius quęſita propter qd ordinantur, vſquequo cadat reſponſio in tali, & tunc dicimus nos ſcire, cũ non deficit quę via ad quęſita propter quid, quo erit p̃dicatum de ſubiecto, & tunc terminabimus interrogationes. Quemadmodum, ſi interrogaretur, propter quid venit homo iſte: & diceretur, vt abſumat creditum: & propter quid hoc: vt ſoluat amico ſuo debitum, cui debebat: & ꝓpter quid hoc: ne iniquitatem committat. in hunc modum addet, quouſq; deueniat ad cauſam vltimam cõſequentem hoc, quam non precedit cauſa alia omnino, & iudicatur mõſtratum fuiſſe de hac cauſa, hoc eſt de cauſa vltima, quæ ſequitur hoc: & tunc ſcietur ſcientia vera propter quid hoc. cumq; fuerit diſpoſitio in reliquis cauſis de quęſitis propter quid procedet hunc in modum, & ſcientia procedet hoc pacto in cauſis, quæ ſunt cauſæ per modum finis: in reliquis igitur cauſis cadet ſcientia conſimiliter etiam ſm veritatem, cũ cadet ſcięntia per cauſas veras. Amplius ſi ſciuerimus, ꝙ anguli

trianguli extrinseci sunt ęquales quatuor rectis,& fuerit causa in eo, ꝙ scimus hoc esse triangulum æquicrurem, scientia vtiq; nostra erit diminuta. et hoc, qm̃ nos redibimus & interrogabimus, propter quid æquicrus est cum hac dispositione? & dicetur, qm̃ est triangulus: & propter quid est triangulus? quoniã est figura rectilinea, & cũ deciderit responsio in hanc causam, non inuenietur causa alia propter quam sit hęc, & ad hoc cadet scientia vera in hanc causam: & hęc causa vltima, per quam scitur hoc, est vniuersalis: scientia igitur per vniuersale est melior.

166 Sollicitus est in hoc tractatu monstrare, ꝙ causa propter qd, quæ est vltis, ea est, per quã fit scientia verior, ꝙ que propter hoc scientia est per causas vltimas causarũ: quodq;, cũ deuenerimus ad ipsas per sciam, iamvtiq; deueniet scientia in hoc ad inuentionem perfectionis, & hoc in † omnibus ẽjs causis: cumq; de omni sit, quod est vltius, & ꝓpinquius causæ primę, scientia sit validioris veritatis, sequitur, vt scientia p vltę sit validioris veritatis, q̃ scia per particulare, quod non sit vltę penitus: sed hoc est ex capitulo eius, quod est debitũ & primũ, et cępit docere hoc per causam finalẽ, hoc est, ꝙ docet veritatem per aliquid, quod sit ipsius finis, hoc est, ꝙ scientia vera per aliquid, quod sit finis ipsius, cadet vtiq; in nos, cũ deuenerimus ex cognitione causarum suarum ad causam vltimam, quæ sit magis vltis in hoc genere causæ. Et dixit: Amplius quęsita propter quid, ordinantur vsq; quo cadat responsio in tali, & tunc nos dicimus scire. sensus est, signum autem, quòd causa vtiq; sit vltis, est cũ interrogauerimus propter quid, & tradiderimus causam appropriatam per aliquid, quod non sufficiet in hac causa, sed interrogabimus consimiliter etiam de causa huius causę, quousq; deuenerimus ad causam vltimam, quæ est magis vltis, cũq; ceciderit responsio in hanc causam, erit sufficiẽs causa, & † decernemus nos, cũ nouerimus rem super interrogationibus. Cùm vero dixit: quousq; cadat responsio in tali. ac si diceret, ad causam vltem vltimam. Cùmq; commemorauit hoc, adduxit exemplum, & dixit: quemadmodum, si interrogaretur propter quid venit hõ iste? vsq; ad id quod dixit, & tũc scięt scia vera, ꝓpter quid hoc. sensus est, & exemplum huius in eo, quod est secũdum finem, si aliquis interrogaret, & diceret, ꝓpter quid venit iste ad creditum? et diceretur ad perficiendum creditum: et diceretur, propter quid perfecit creditum? et rñderetur vt reddat cui debet: & diceretur, propter quid reddidit socio suo quod debebat? & rñderetur, ne intuitũ committat. ꝓcedet interrogatio hunc in modum vsquequo deueniat ad causam finalem vltimã cõsequẽtẽ mõstrationem ipsius, quam non præcedit causa penitus: cũq; deuenerimus ad hanc causam per interrogationẽ & scierimus, tũc habebimus, ꝙ nos iam sciemus propter quid hoc per sciam veram. Deinde dixit: cũq; fuerit dispositio in reliquis causis, de quęsitis propter quid procedet hũc in modum. intelligit per reliquas causas, materiam, formam, & agentem, & intelligit per id qd̃ dixit, procedet hunc in modũ: hoc est, ꝙ non sufficiet interrogatio in istis causis vsquequo deueniant ad vltimas. ac si dixisset, cũq; fuerit res in vnaquaq; causarum reliquarum, quæ supersunt, hoc est materia, & agente, & forma, procedet res in ipsis per interrogationẽ propter qd ꝑ hanc viam: hoc est, ꝙ non terminabitur interrogatio in vnaquaq; specie, vsq; quo peruenerit ad causam vltimam in hac specie, quemadmodum si esset interrogatio in specie causarum efficientium, & traderetur de ipso causa propinqua, non remoueretur ab interrogatione de efficiente in hac causa, vsquequo deueniret ad causam vltimam efficientem, & cõsimiliter in forma atq; materia. exemplum de causa efficiente, si dicamus, propter quid custos mandauit, vt surgãt noctu? & dicamus, qm̃ familiaris mandauit illi hoc: & propter quid mandauit familiaris illi hoc? qm̃ dominus mandauit ipsi hoc. Deinde dixit: et scientia procedet hoc pacto in causis, quæ sunt causę per modum finis: in reliqs igitur causis cadet scientia consimiliter etiam ꝑm veritatem, cũ cadet scia per causas veras. sensus est, & scia perfecta in causis finalibus procedet hunc in modum: hoc est, prouenietvtiq; in nos, cũ deuenerimus ad causam vltimam causarum finalium. Planum igitur, ꝙ scia in speciebus causarum reliquarum accedet vtiq; nobis in veritate, cũ deuenerimus ad causam veram, quæ est vltima. & quod dixit in hoc, propinquum est ei, quod intelligitur per se: & hoc, qm̃ ipse voluit docere, ꝙ talis interrogatio per propter quid nõ terminat per causam finalem, quousq; deueniat ad causam vltimã: et quemadmodum apud hoc apparet in hac causa, ꝙ nos iã scimus causam in fine veritatis, ita se habet res in reliquis causis, quę procedunt hac via secunda in reliquis dispositionibus sił. hoc est in interrogatione interrogantis, & veritate ipsius, qm̃ scia per causam vltimam est scia vera, ea enim est, ad quam terminatur primum ex scientia istius speciei causę. Et postea q̃ exemplum posuit de causa, quæ est per modum finis, & enũtiauit, ꝙ reliquę causæ sunt ęquales huic intentioni, quę se habet ꝑ modum finis, adduxit exemplum de causa, quæ est ꝑ modum formæ, & dixit: Amplius, si scierimus, ꝙ anguli triãguli extrinseci sunt æquales quatuor rectis. hoc est, cũ † progreditur vnumquodq; laterum trianguli ꝑ modum vnum. Deinde dixit: et fuerit causa in eo, ꝙ scimus hoc esse triangulum æquicrurem, scięntia vtiq; nostra erit diminuta. sensus est, et, si interrogamus, propter quid anguli illi sunt cum hac dispositione in hoc triangulo? propter quid habebimus, quòd triangulus est ęquicrus, & scia nostra per hanc causam erit scia diminuta: hęc enim dispositio inest triangulo equicruri per accns. Et posteaq; enuntiauit, ꝙ scia nostra in hoc erit scia diminuta, adduxit causam in hoc, & dixit: & hoc, qm̃ nos redibimus & interrogabimus propter quid ęquicrus est cũ hac dispositione. sensus est, & cũ causa hac scia sit diminuta, adduxit causam in hoc, ꝙ qui consequtus est hanc sciam, redibit & interrogabit, propter qd ęquicrus est cũ hac dispositione, hoc est, ꝙ anguli, qui sunt ex ipso, sint ęquales quatuor rectis. Deinde dixit: et dicetur, qm̃ est triangulus. & propter quid est triãgulus? qm̃ est figura rectilinea. sensus est, & respondebit, cũ interrogauerimus, propter quid est ęquicrus cũ hac dispositione: qm̃ est triãgulus: & redibimus ad interrogandum, propter quid est triangulus cum hac dispositione? respondebimus, qm̃ est figura. Deinde dixit: &, cũ deciderit responsio in hanc causam, non inuenietur causa alia, propter quam sit hæc. sensus est, & cũ deuenerit interrogatio in istis interrogationibus ad figuram, non erit ibi causa alia longinquior ipsa, quæ sit causa, ꝙ anguli triãguli sint cum hac dispositione. Scire autem debes, ꝙ qui respondet in hac re, in eo ꝙ est triangulus æquicrus, ꝙ scientia nr̃a non est diminuta ex parte, qua est causa causans tãtum, sed etiam, qm̃ est causa per accidens, & causatum simul, & consimiliter est dispositio causæ vniuersalis cum particulari: in reliquis autẽ causis, quæ sunt supra ipsam, est, quoniam vna ambarũ est causa, qm̃ & ipsa habet causam, hoc est, † ꝙ est in alia, q̃ in dispositione causæ: & propterea hoc aliud magis debet esse

† Ab l. singa li quatuor causis:

† Ab l. opinamur id per fecte nos fe cisse ipsam rem.

† Ab.l. omnia trigonalia tera sunt ad vnã partem.

* Ab.l. causata

† Ab.l quia aliud posset illã tal s denominationis: vt sit cã, & iõ hoc aliud dignius ẽ huius denominatiõis, q̃ illa,

het esse in hac dispositione, q̃ illud, & causa vltima magis debet esse in hac dispositione, qm̃ illa fecit reliquas causas posse dare hanc dispositionem. & si fuerit scięna, per causam, quod erit primum cum hac dispõne, scientia per ipsum erit prima per dispositionem scięnæ: cũq; magis oportuerit causam vltimam ęsse cũ hac dispositione, oportebit sciam magis esse per ipsam, q̃ sciam, cũ reliquæ causæ fuerint in hac specie causarum.

Amplius quæcunque magis particularia sunt, in infinita incidũt, vniuersalia vero in simplex & terminũ: sunt autem inquantum infinita quidem nõ scibilia, inquantum autem finiuntur scibilia: inquãtum igitur vniuersalia magis scibilia, q̃ inquantum particularia. demonstrabilia igitur magis, quæ vniuersalia sunt, demonstrabilium vero magis, magis est demonstratio, simul enim magis quæ ad aliquid existunt: melior itaq; est vniuersalis, qm̃ & magis est demonstratio.

Dixit Ari. Amplius res particulares procedunt in infinitum, sed vniuersale comprehendit, et est simplex: res autem in eo ꝙ sunt infinitæ, sunt nõ scibiles, in eo aũt ꝙ sunt finitę, sunt scibiles. De rebus itaq; ꝑ viam, qua sunt vniuersales, prouenięt scięntia validior, & magis opportuna, q̃ per viam, qua sunt ꝑticulares. & vniuersalia ex parte, qua sunt scibilia sunt magis demonstrabilia per demonstrationem. De magis vero demonstrabilibus est demõstratio validior, qm̃ vtrũq; duorum relatiuorũ est simul ꝑm naturam: igitur demõstratio de vniuersali est melior, q̃ demonstratio de particulari.

167 Hæc est probatio tertia, ꝙ demonstratio, cuius ambæ ꝓpositiones sunt vłes, est melior q̃ ea, cuius omnes propositiones sunt particulares. non enim erit syllis ꝑm ꝙ monstratum fuit in libro præcedẽte, nedum ꝙ sit demonstratio. Et dixit: Amplius res particulares procedunt in infinitum, sed vłe comprehẽdit, & est simplex. sensus est, & signum aliud consimiliter etiam est, quoniam particularia non sunt finita, & vniuersale est comprehensum per se, qm̃ est vnum simplex. Deinde dixit: res autem in eo ꝙ sunt infinitæ, sunt non scibiles, in eo aũt, quòd sunt finitæ, sunt scibiles. sensus est, & infinitum in eo ꝙ infinitum non comprehenditur à scientia, nec; continet ipsum, sed cõprehendit finitum. Et componuntur ex hoc sermone syllogismi duo, quemadmodum est vnus ipsorum, ꝙ particularia non sunt finita, & quæ non sunt finita non continẽt sciam: ergo concluditur per hoc in prima figura, ꝙ particularia non continent sciam. syllus secundus est, ꝙ vłe comprehendit & continet sciam, & est finitum ex parte, qua est vnum simplex: sed ea, quæ comprehẽdunt & continent scientiam, sciunt perfecte: igitur vłe scitur pfecte. Scire autẽ debes, ꝙ vniuersalia, licet comprehendantur ex parte qua sunt vnum & simplex, ipsa tñ comprehendunt particularia, quę sunt infinita: & per hunc modum scientia particularis comprehenditur, quod cũ ita sit, igitur scia per particularia ex parte intentionis vniuersalis cõprehendentis ipsa est melior q̃ scia per ipsa ex parte, qua sunt particularia. Et posteaq; enuntiauit, ꝙ scientia per particularia ex parte intentionis vniuersalis comprehendentis ipsa, est scientia vniuersalis ipsis, & scientia non ex parte vniuersalis non comprehendit ipsa, dixit: De rebus itaq; per viam, qua sunt vłes, prouenięt scia validior, & magis opportuna, q̃ per viam, qua sunt particulares. sensus est, qm̃ scimur per viam vniuersalis cõprehendentis ipsa, erit vtiq; vniuersalis. cumq; scimur non per viam vniuersalis, scientur vtiq; scięnia non vniuersali: & scia vniuersalis ipsis est melior, q̃ nõ vniuersalis, & hoc vtiq; intelligi debet de vna & eadẽ specie. Et dixit: & vniuersalia, ex parte qua sunt scibilia, sunt magis demonstrabilia per demonstrationem. intelligit de propositionibus vniuersalibus ex parte qua sunt scibiles, ꝙ magis monstrantur per demonstrationem, q̃ id, quo monstratur demonstratio propositionũ particularium: qm̃ vniuersalis comprehendit particularia multa ex eo, ꝙ sunt infinita. Demde dixit: De magis vero demonstrabilibus est demonstratio validior, qm̃ vtrunq; duorum relatiuorum est simul ꝑm naturã. sensus est, cumq; posuerimus, ꝙ vniuersalia monstrant magis per demonstrationem, & posuerimus, cũ sunt alia qua, quæ magis ostenduntur per demonstrationem, ꝙ oportet, vt scientia, quæ acquiritur ex hac demonstratione, sit maior, qm̃ scientia & scitum sunt duo relatiua, & relatiua sunt simul ꝑm naturam. hoc est, cùm fuerit scitum magis, oportet ꝙ scientia sit magis, cumq; fuerit scia magis, sequitur ꝙ sit scitum magis. sequitur igitur, vt concludatur ex hoc, ꝙ demonstratio, quam facit acquirere intentio vniuersalis, sit melior. Et hęc conclusio est, cũ dixit: igitur demonstratio de vniuersali est melior, q̃ demonstratio concludens particulare.

Amplius si eligibilior sit illa, ꝑm quã hoc & aliud, q̃ illa, ꝑm quam hoc solũ nouit: qui vero vniuersalem habet, nouit & quod ꝑm partem, hic autẽ vniuersale non nouit: quare & sic vtiq; eligibilior erit.

Dixit Arist. Amplius demonstratio, per quam sciuntur duo, est melior, q̃ demõstratio. per quam scitur vnum tãtum: & qui scit vniuersale habet sciam de particulari, sed q habet sciam de particulari, non scit vniuersale. demonstratio igit de vniuersali est melior demonstratione de particulari.

Dixit: Amplius demõstratio, per quam sciunt duo, 168
est melior, q̃ demonstratio, per quam scitur vnum tm̃. est propositio vera, cũ accipitur scia in ipsa per modum vnum, hoc est in actu, aut in potentia. cumq; verificatũ fuerit de hoc, ꝙ qui scit vniuersale, scit duo, vłe & particulare, & q scit particulare scit vnũ: concludit ex hoc, ꝙ qui scit vłe, est melior, q̃ particulare sciens. Nec; põt aliquis dicere, ꝙ vtraq; faciunt duo in potentia. & hoc, qm̃ quemadmodum qui scit vłe scit particulare, igitur ipse scit vłe in potentia: qm̃ quicunq; scit vłe aliquod, non põt non scire prius aliqua particularia in actu: nullus enim scit oia ipsa: nec; sequitur, ꝙ qui scit particulare aliquod ex aliqua specie, ꝙ sciat vłe istius speciei. & propterea hoc est quod diximus, ꝙ sciens vłe scit particulare ex necessitate: & propterea cui deficit aliquis sensuum, eidem deficit ex necessitate vniuersalitas sensibilis ex hoc sensu. & consimiliter etiam, cùm assecutus fuerit dispositionem aliquam de aliquo vniuersali, ipse ex necessitate sensit particulare aliquod de particularibus istius vniuersalis, & assecutus est hoc particulare dispositum cum hac dispositione. Nec; oportet, qui assequit dispõnem de particulari aliquo, quousq; perueniat ad assecutionem vniuersalis istius particularis, ꝙ assequatur hanc dispositionem de hoc vniuersali, & qui assequitur dispõnem aliquã de vniuersali aliquo,

tex. cõ. 14.

ipſe vtiq; aſſequatur, ꝙ hæc diſpoſitio inſit omni particulari illius vniuerſalis in potentia, ppinqua, & qui aſſecutus fuerit diſpoſitionem de particulari aliquo, non aſſequetur hanc diſpoſitionem illius ſpectet ex potentia de vniuerſali iſtius particularis. & propterea fieri non poteſt, vt aſſequatur vſe, & non proueniat ſibi veritas de exiſtentia illius diſpoſitionis: hoc eſt, ille, qui aſſecutus fuerit exiſtentiam ipſius de particulari.

Amplius autem ſic: vniuerſale enim magis ſcire eſt eo ꝙ mõſtratur per mediũ quod eſt proximius principio, valde autem proximum eſt immediatũ, hoc vero principium. Si igitur quæ ex principio eſt ea, quæ nõ ex principio, aut q̃ magis ex principio eſt ea, quæ minus certior eſt demonſtratio, eſt autem talis, quę vniuerſalior, meliorvtiq; eſſet vniuerſalis: veluti ſi oporteret demonſtrare A de D p̃ media, in quib⁹ B C: ſuperius itaq; B eſt. quare quæ per hoc vniuerſalior eſt.

Dixit Ariſt. Amplius demonſtratio, quæ eſt de vniuerſali appropriato, ea eſt, p̃ quam monſtratur aliquid per media ꝓpinqua rei: propinquum autem rei id eſt, cũ non eſt inter ipſum & rem mediũ, & hoc eſt cauſa rei: & ſi demonſtratio, quę eſt per cãm, eſt validior in capitulo finis & breuitatis, q̃ demõſtratio, quæ non eſt per cauſam: & conſimiliter etiam, quæ eſt magis ex pricipio, eſt magis in capitulo ſcientiæ, q̃ quæ eſt minus ex ipſo: & quę magis eſt in capitulo ſcientię eſt vniuerſalis: igit vniuerſalis eſt melior. quẽadmodum ſi oporteret monſtrare A de D p̃ media, i quibus ſunt ſigna B C, et B eſt altius: igitur demonſtratio, quę eſt per hoc, eſt magis in capitulo ſcientiæ.

169 Hæc eſt monſtratio quinta de eo, quòd demonſtratio, quæ eſt de re vniuerſali, eſt per media pauciora, q̃ demonſtratio, quæ eſt de particulari iſtius vniuerſalis, & conſimiliter etiam demonſtratio, in qua adducitur cauſa propinqua, inter quam & rem ſubiecti nõ eſt per demonſtrationem medium, quod autẽ eſt cum his duabus diſpoſitionibus, eſt melius. Et dixit: Amplius demõſtratio, quæ eſt de vniuerſali appropriato ea eſt, per quam monſtratur aliquid per media propinqua rei. ſenſus eſt, & demonſtratio, quæ monſtrat de re vniuerſali per ꝓpoſitiones vniuerſales, & ſubſtantiales primas, eſt demõſtratio, quę eſt per medium propinquum rei, ſuper qua adducitur demõſtratio, hoc eſt, ea, cuius propoſitiones ſunt immediatæ, quemadmodum diximus in præcedentibus. Et poſteaq̃ dixit, per media propin qua rei, expoſuit quid velit per propinquum, & dixit: propinquum autem rei id eſt, cũ non eſt inter ipſum & rem medium, ac ſi dixiſſet, & intelligo per propinquũ rei, non inter quod & rem ſunt media, ſed inter quod et rem non eſt medium, hoc eſt inter terminum medium & terminum maiorem. Deinde dixit: & hoc eſt cauſa rei, ſenſus eſt, & demonſtratio, quæ eſt cum hac diſpoſitione, ea eſt, quę tradit cauſam rei in eo, ꝙ eſt hæc res, demonſtratio vero, quę non eſt cũ hac diſpoſitione, ſed habet propoſitiones mediatas, q̃ eſt diſpoſitio demonſtrationis de particulari, nõ eſt ea, quę tradit cauſam appropriatã rei. Deinde dixit: & ſi demonſtratio, quę eſt per cauſam eſt validior in capitulo finis & breuitatis, vſq; ad id, quod dixit, igitur vniuerſalis eſt melior. ſenſus eſt, cũq; demonſtratio, quę tradit cauſam, ſit melior q̃ demonſtratio, quę non tradit cauſam, & conſimiliter etiam demõſtratio, quę eſt ex principio propinquori ipſa eſt magis in capitulo ſcientiæ, per has duas diſpoſitiones eſt diſpoſitio vniuerſalis cũ particulari, hoc eſt, ꝙ demonſtratio, quæ eſt de omni, ea eſt, quæ exhibet cauſam, & demonſtratio de omni eſt propinquior primis principijs, qm̃ eſt per media pauca, quemadmodum dixit in præcedentibus: & hoc antecedens eſt ex duabus orationibus † in quarum vtraq; dubitatur de cõſequẽtia conſequentis ex ipſa, & hoc eſt, ꝙ ſit demõſtratio vſis melior particulari, & propterea quod appa ret ex ſermone ipſius, habet potentiam duorum ſyllogiſmorum conditionalium. Et hoc eſt, quod dixit: & ſi demonſtratio, quæ eſt per cauſam, vſq; ad id, quod dixit: igitur vniuerſalis eſt melior, qm̃ ipſe protulit ſermonem hunc quaſi prolationẽ añus vnius, quod idem vult, ac ſi diceremus, ipſum habere potentiam duarum propoſitionum, qm̃ non eſt vna duarum orationũ conditio ſuæ coniugatæ in eo, ꝙ ſequitur ex ipſo ex conſequẽte: hoc eſt, ſi dicamus, conſiſt etiam, quæ eſt magis ex principio eſt magis in capitulo ſcientię, nõ eſt conditio in eo, quòd antecedit ipſum † de oratione, ſed de oratione, quæ præcedit ipſum, dubitatur in conſiſtentia concluſionis, & conſimiliter ipſum per ſe, ſed vtraque duarum orationum ſimul, aut eſt p̃ modũ dubitationis aut per modum legis. Deinde adduxit exemplum, per quod monſtrat, ꝙ demõſtratio, quę eſt per media pauciora, eſt melior, hoc eſt, quæ eſt propinquior primis principijs: & hoc eſt, quod voluit, cũ dixit: et conſiſt ẽt quæ eſt magis ex principio, eſt magis in capitulo ſcientiæ: hoc eſt, quod eſt ex principio primo p̃ ſe, quod eſt manifeſtum ſine medio, eſt ſcientia melior, q̃ quod eſt ex propoſitionibus, quæ ſunt concluſiones ex principijs: & hoc eſt, quod erit per propoſitiones magis. Et dixit: quemadmodum ſi oporteret monſtrare A de D vſq; ad finem eius, qd̃ ſcripſimus. ſenſus eſt, vt in exemplo. ſi vellemus monſtrare, ꝙ nutribile ineſt hoi p̃ medium ſenſibile, & animal: hoc eſt, ꝙ ſi mõſtraremus, ꝙ omnis homo animal, & oẽ animal ſenſibile. ergo ꝙ omne ſenſibile nutribile: hoc enim concluditur ex hoc, ꝙ oīs homo nutribile, & ſi monſtraremus, ꝙ nutribile ineſt animali, melius eſſet, q̃ ſi mõſtraretur ipſum ineſſe homini: qm̃ alia propinquius eſt nutribili, q̃ homo, quoniam eſt vniuerſalius, & accepit loco maioris extremitatis A, loco cuius accepimus ex materijs nutribile: & accepit loco minoris D, loco cuius accepimus ex materijs hominem: & accepit loco duorum terminorum mediorum B C, loco quorum accepimus ſenſibile & animal. Deinde dixit: ꝙ demonſtratio erit de eo, quod eſt ex iſtis terminis mediis altius, hoc eſt propinquius extremitati maiori in capitulo ſcientię: qm̃ eſt vniuerſalius & ex pauciorib⁹ propoſitionibus, & hoc eſt, quod ſignificauit, cũ dixit: & B eſt altius: igit demõſtratio, quæ eſt per hoc, erit magis in capitulo ſcientiæ.

Sed ex ijs, quæ dicta ſunt, nõnulla logica ſunt: maxime autem manifeſtum, ꝙ vniuerſalis eſt potior: quoniam propoſitionũ prior quidem hñtes, nouimus quodãmodo & poſteriorẽ & habemus potẽtia, vt ſi quis nouit, ꝙ oīs triãgulus habet tres duobus rectis æquales, nouit quodãmodo & æquicrurem, ꝙ duobus rectis eſt potẽtia: & ſi non nouit æquicrurem, quòd triangulus ſit: qui vero hanc

† Ab. 1. quarum vtraque ſufficeret ad inferẽdũ conſequens.

† Ab. 1. Oratione, immo oratio pręcedens ſufficeret ad illatione conſeq. Imo: & ſimilit. ſimet per ſe, ſed dręcedentes ſunt, aut ad maiorem ꝓpoſitionem, aut ad eandẽ tiorem.

hanc habet propoſitionem, vniuerſale nullo modo nouit, neq; potentia, neq; actu. Et vniuerſalis quidem intelligibilis eſt, ſed particularis in ſenſum deſinit. Quòd igitur vniuerſalis melior ea, quæ ſecundum partem, tot nobis dicta ſint.

Dixit Ariſt. Præterq̃ ꝙ aliquæ orationũ, quas diximus in hoc, ſunt logicæ: in quo vero magis cadit ſcięctia per appropriationem, illud eſt, ꝙ vniuerſale eſt conuenientius diſpoſitioni ſcientiæ, hoc enim monſtratur ex propoſitionibus. & hoc, qm̃, cùm habuerimus ꝓpõnem maiorẽ, nos vtiq; iam ſcimus aliquo modo minorẽ, & poſſidebimus ſciẽtiam ipſius in potentia. quemadmodum ſi aliquis ſciuerit, ꝙ anguli triãguli ſunt æquales duobus rectis, ipſe vtiq; ſciuit aliquo modo, ꝙ anguli trianguli æquicruris conſimiliter etiã ſunt æquales duobus rectis: & hoc, qm̃ iam ſciuit hoc in potentia, & ſi non ſit enuntiatio, & ſcientia, ꝙ æquicrus eſt triangulus. ſed qui habet ſcientiã per propoſitionem minorem, non ſcit vtiq; maiorem penitus, neq; in potentia, neq; in actu. & vniuerſale eſt intelligibile, particulare vero ſenſibile. Et in ſumma, hoc eſt quod dictũ fuit de eo, quòd demonſtratio vniuerſalis eſt melior particulari.

170 Dixit: Præterq̃ ꝙ aliquę orationum, quas diximus in hoc, ſunt logicæ. ſenſus eſt, ꝙ quædam orationum ſunt ſubſtantiales veræ, aliquæ autem logicæ, hoc eſt verę non ſubſtantiales. exemplũ eius, quod eſt ex hoc, eſt monſtratio logica, quemadmodum, ſi diceret, quòd ſcientia, per quam ſcitur hoc & aliud, eſt melior, q̃ ſcia, per quam ſcitur hoc tantũ: hic. n. ſermo eſt cõis demonſtrationi & alijs. & hoc, qm̃ qui ſcit coriariam & cementariam, eſt melior, q̃ qui ſcit vnam ipſarum tantum. Et poſteaq̃ commemorauit, ꝙ aliquę probationum, quas adduxit, ſunt logicæ, & aliq̃ appropriatæ, meminit de exẽplo appropriatarũ, & dixit: i quo vero magis cadit ſcientia p̃ appropriationẽ, illud eſt, ꝙ vſe ẽ cõuenięctius diſpoſitiõi ſciæ. ſenſus eſt, exemplũ vero probationis, in qua cadit veritas per diſpoſitionẽ appropriatam demonſtrationi, eſt, ꝙ vniuerſale eſt cõuenientius in ſcia, q̃ particulare: hoc. n. monſtratur ex natura propõnum. Poſtea cœpit monſtrare hoc, & dixit: & hoc, qm̃, cùm habuerimus propoſitionem maiorem, nos vtiq; iã ſcimus aliquo modo minorem, & poſſidebimus ſcientiam ipſius in potentia. ſenſus eſt, ꝙ, cũ fuerit propoſitio maior nota ex ſyllogiſmo, quæ eſt vniuerſalis, iam vtique ſcimus minorem in potentia, quæ eſt appropriatior q̃ vniuerſalis. diſpoſitio enim propoſitionis maioris cum minore eſt diſpoſitio vniuerſalis cum particulari. & qđ dixim⁹ in hoc capitulo eſt intellectum per ſe. Et dixit in vltimo: & vniuerſale eſt intelligibile, particulare vero eſt ſenſibile. hoc eſt, quemadmodum ex ipſis intelligibile eſt altius ſenſibili, ſic ſcientia intellectus eſt altior ſcientia ſenſus, quoniam ſenſibilia ſunt infinita, & intelligibilia ſunt vniuerſalia rebus infinitis, & ipſa conſimiliter etiam per ſe ſunt finita: hoc eſt, intelligibilia propter hoc deueniunt ad finem artium & ſcientiarum humanarum.

Demonſtrationem affirmatiuam negatiua digniorem eſſe: atq; ad ſcientiã magis idoneã. Cap. XIX.

QVòd autem monſtratiua ſit dignior priuatiua hinc manifeſtum. ſit enim hæc demonſtratio melior (aliis eiſdẽ exiſtentibus) quę eſt ex pauciorib⁹ petitionibus, aut ſuppoſitionibus, aut propoſitionibus. ſi enim notæ ſimiliter ſunt, celerius cognoſcere per has inerit: hoc autẽ eligibilius eſt. Ratio autem propoſitionis, ꝙ melior, quæ ex minorib⁹, vniuerſaliter hæc eſt: ſi enim conſimiliter eſſet hoc, quod eſt, nota eſſe media, priora notiora eſſent. Sit demonſtratio quidem per media B C D, ꝙ A ipſi E ineſt: quæ vero per † F G, ꝙ A ipſi D. Conſimiliter itaq; ſe habet, ꝙ A ipſi D ineſt, & A ipſi E, ꝙ A ineſt ipſi D prius et notius eſt, q̃ ꝙ A ipſi E, per hoc enim illud demonſtratur: credibilius autẽ eſt id, quod eſt per quod. igitur de monſtratio, quæ p̃ pauciora, eſt melior alijs eiſdem exiſtentibus, ambę igitur & per terminos tres et propoſitiones duas monſtrãt: ſed hæc quidem eſſe aliquid accipit, illa vero & eſſe & nõ eſſe aliquid, per plura igitur, quare & peior eſt. † al. I. B C.

Dixit Ariſt. Quòd autem demonſtratio affirmatiua ſit melior demõſtratione negatiua, ſcitur per hunc modum. ſit ratum, ꝙ de monſtratio melior ea eſt, quæ fuerit ex radicibus poſitis, aut petitionibus, aut propoſitionibus pauciorib⁹. & hoc, qm̃, ſi ſcientia cecideri in duobus ſimul per modũ vnum, via vtiq;, p̃ quã cecideri ſcientia, breuior, & maior erit et validior, cũ fuerit breuior et eligibilior. mõſtratio aũt huiꝰ radicis ſtabiliãr, ꝙ ſcientia ex rebus pauciorib⁹ eſt melior procedẽs per hunc modũ: & hoc, ꝙ media ex parte, qua per ipſa prouenit ſcientia, procedunt per modum vnũ, et ea, quę ſunt priora, ſunt notiora apud naturam. quemadmodũ, ſi aliquis cõſtitueret demonſtrationem ꝙ A inſit E per media B C D, & in demonſtratione altera p̃ media B C: ipſi igit A ieſſe D, et A ipſi E, pcedẽt vno modo: ſed A ineſſe D, eſt prius notum, q̃ A ineſſe E: & hoc, qm̃ hoc vltimum per hoc prius mõſtratur, quod eſt A D, illud autem, per cuius medium mõſtratur aliquid, eſt verius: demõſtratio igit, quę fuerit ex pauciorib⁹ erit melior, quia entia eadẽ † i demõſtratione ſunt eligibiliora, q̃ q̃ eſt ex reb⁹ plurib⁹, & ita duæ demõſtrationes crũt, & component ex tribus terminis, et duabus propõnibus, ſed demonſtratio affirmatiua comprehendit, ꝙ aliquid ineſt alicui, negatiua autem comprehendit ꝙ aliquid ineſt. † Ab I. ipſe met formalit ſunt i demõſtratione.

& non ine ſt: igitur demonſtratio negatiua, cũ compreh endat plura, eſt deterior.



Syllogiſmi duo, quorum alter ex minorib⁹, alter uero ex pluribus conſtitutur propoſitionibus.

171 *Abl. quod poſtquãtus fuerat.

Poſteaq̃ monſtrauit, ꝙ ſcĩẽtia per vniuerſale eſt melior, q̃ſ ſcientia per particulare, vult monſtrare quæſtũ ſecundum, † de quo teſtificatus eſt poſt ipſum, & eſt, ꝙ demonſtratio affirmatiua melior eſt negatiua, & aperuit hoc per hanc monſtrationem primã, & cœpit monſtrationem in hoc à propoſitione primo nota. Et dixit: ſit ratum, ꝙ demonſtratio melior ea eſt, quæ fuerit ex radicibus poſitis, aut petitionibus, aut propoſitionibus paucioribus. ſenſus eſt, notũ eſt per ſe, cùm fuerint duę demonſtrationes, & vna ipſarum extiterit ex radicibus poſitis paucis, ſi fuerint propoſitiones ipſius ex genere propoſitionum, quas vocauit radices poſitas, & fuerit vna ipſarum ex propoſitionibus paucis, ſi fuerit vtraq̃ demonſtrationum compoſita ex genere propoſitionũ, quæ ſcĩuntur per petitiones, aut fuerit vna ipſarum ex propoſitionibus paucis, ſi fuerit cõplicatio ipſorum ex principijs, quę appropriantur in nomine, ꝓpoſitionum, ꝙ demonſtratio illa, quæ eſt ex primis paucioribus, eſt melior. Deinde cœpit dirigere ad id, ex quo cadit ſcientia in hac propoſitiõe & doctrina, & dixit: & hoc, qm̃, ſi ſcĩẽtia ceciderit in duobus ſimul per modum vnum, via, per quam ceciderit ſcĩẽtia, breuior, et maio r erit et validior. ſenſus eſt, atqui hoc conſequetur, qm̃, ſi ſcientia ceciderit in duabus demonſtrationibus ſimul, quæ erit ex propoſitionibus pauciorib⁹, & quę erit ex propoſitionibus pluribus, ea, in qua cadet nobis ſcientia ex propoſitionibus pauciorib⁹, erit breuior, & via ipſius propinquior, & demonſtratio ipſius breuior erit vtraq̃ validior ipſa, quemadmodum † via, quæ intenditur eſt valida. Hæc autẽ, ꝓpoſitio poteſt intelligi duobus modis, quorum vnus eſt de quę ſito vno & eodem, & hoc ſequitur in ipſa ex neceſſitate, ſi, ꝓpoſitiones vnius duarum demonſtrationum non fuerint propoſitiones demonſtrationis alterius omnino, aut cõcauerint in aliquibus: modus autẽ ſecundus eſt, ꝙ ſint duæ demõſtrationes ſuper duobus quæſitis, & fuerint propoſitiones vnius ipſarum plures quàm propoſitiones alterius. & hoc conſimiliter etiam ſecũdum duas ſpecies, quarum vna eſt, ꝙ non ſint duæ demonſtrationes comunicantes in propoſitionibus omnino, cũ termini medij vnius ipſarum non fuerint termini medij alterius: ſpecies autem ſecunda eſt, ꝙ demonſtratio vna † perficiat ex propoſitionibus, ex quibus perficitur altera, & amplius ſuper ipſis. cũ vero fuerit quæſitum vnum, qd̃ mõſtratur per duas monſtrationes, quarum vna eſt ex pauciorib⁹, ꝓpoſitionibus q̃ altera, res vtiq̃ eſt manifeſta, ꝙ illa, cùm monſtrat̃ per ipſam aliquid per propoſitiones paucas, eſt melior. atqui, cũ fuerint duo quæſita, quorũ vnum monſtratur per ꝓpoſitiones paucas, & alterum per propoſitiones plures, abſque eo, ꝙ faciat vnum ipſorum, illud, quod monſtratur per alterum, fieri poteſt vt dicat̃, ꝙ demonſtratio, quæ fuerit ex ꝓpoſitionibus paucis, eſt melior: ſi vero vna duarum demonſtrationũ fuerit principium alterius, planũ, ꝙ demonſtratio, quæ eſt principij, eſt melior. Poſtea vero q̃ poſuit propoſitionem iſtam, cœpit ipſam exponere, & dixit: monſtratio autem huius radicis ſtabiliatur, ꝙ ſcientia, quæ eſt ex rebus paucis, eſt melior procedẽs hunc in modum, & hoc, ꝙ media ex parte, qua per ipſa prouenit ſcĩẽtia, procedunt per modum vnum: & ea, quæ ſunt priora, ſunt notiora apud naturam. ſenſus eſt, & monſtratio iſtarum propoſitionum erit ſm id, quod diximus, qm̃, ſi termini medij faciũt acgrere ſciam ex parte vna, hoc eſt per modum vnum ſcientiæ, et media, quæ ſunt pauciora, & q̃ ſunt priora, ſunt notiora apud naturam, q̃ quæ ſunt poſteriora, & demonſtratio, quæ eſt principium demonſtrationis alterius, eſt ex propoſitionibus pauciorib⁹ & notiorib⁹ apud naturam, planum, ꝙ hæc demonſtratio eſt melior demonſtratione, quæ eſt principium non ex parte, qua eſt pauciorum propoſitionum, et notior apud naturã. Ipſe autem, antequam inducat conſequẽs ex iſto ſermone, adduxit exẽplum, & dixit: quemadmodum, ſi aliquis cõſtitueret demonſtrationem, ꝙ A ineſt E per media B C D, & in demonſtratione altera per media C B. ſenſus eſt, exẽplum iſtarum duarum demonſtrationum eſt, quarum vna eſt pauciorum propoſitionum, q̃ altera, ſm ꝙ eſt principiũ, & altera pluriũ propoſitionum, & propoſitiones pauciores ſint in demonſtratione plurium: vt illud, in quo eſt littera A, iſte et, in quo eſt littera E, per media, in quibus B C D, hoc eſt tria: altera autem demonſtratio eſt, ꝓ quã monſtratur, A ineſſe D per media B C, & ita ſe habebunt hæ duæ demonſtrationes, ꝙ vna ipſarũ eſt principium altertus, hoc eſt, qm̃ demonſtratio, per quã mõſtratur A ineſſe D per media C D, eſt principium demõſtrationis, per quã monſtratur A ineſſe E per media B C D, qm̃ ipſa vtiq̃ monſtrat hanc demonſtrationẽ ꝑ media ꝓpoſitionum demonſtrationis primę. Deinde dixit: ipſi igitur A ineſſe D, & A ipſi E, procedunt modo vno, ſed A ineſſe D eſt prius notum, q̃ A ineſſe E. ſenſus eſt, maiorem igitur ineſſe minori per demonſtrationẽ plurium propoſitionum: hoc eſt A ineſſe literæ E, & extremitatem maiorem conſimiliter etiam, hoc eſt literam A extremitati mediæ, quæ eſt inter maiorem & minorem in ſyllogiſmo plurium propoſitionũ, vt ſi diceres, A ineſſe C, ſunt vtiq̃ ſm modum vnum complicationis, hoc eſt, ꝙ duo ſermones ſimul ſunt duo ſyllogiſmi, ſed demonſtratio, per quam ſequitur maiorem extremitatem, quæ eſt in qua A ineſt D per media B C, quæ eſt demonſtratio pauciorum propoſitionum, eſt prior ſm naturã, & notior q̃ demonſtratio, in qua ſequitur A ineſſe E. & hoc, qm̃ demonſtratio mediarum propoſitionum ſcitur utiq̃ ex parte demonſtrationis pauciorum propoſitionum. Et hoc eſt, quod voluit, cũ dixit: & hoc, qm̃ hoc vltimum per hoc primũ monſtratur. intelligit per vltimum demonſtrationem multarum propoſitionum, & per primum pauciorum propoſitionum, hoc eſt, cuius concluſio eſt propoſitio ex propoſitionibus demonſtrationis alterius. Deinde dixit: illud aũt, per cuius medium monſtratur aliquid aliud, eſt verius. & hoc eſt notum per ſe, & propterea propõnes ſunt veriores cõcłone. Deinde dixit: demõ igitur, quæ eſt ex rebus pauciorib⁹, eſt melior, q̃a entia eadẽ in demõſtratione ſunt eligibiliora, q̃ quæ eſt ex rebus pluribus, hoc eſt, cũ fuerit vna demonſtrationum principium alterius, ponitur cõditio huius in demõſtrationibus duabus, qm̃ magis apparet in his duabus ſpeciebus demonſtrationis: ſed in demonſtrationibus duabus, quæ non cõicant in propoſitionibus, quarum vna eſt maior & altera minor, quæq̃ non cõicant in quæſito, difficile eſt inuenire exceſſum inter ipſas, niſi per relationem vniuerſalis, quod eſt, qm̃ quæſitũ, quod eſt proximius primis, ipſum eſt melius. Deinde dixit

† Abl. firmior demõſtratio eſt verum reciũm.

* Abl. vltimæ.

† Abl. ſimiliſis vtraſ, qb⁹ vntur altera, & vltra præteruſas.

de dixit: & ita duæ demonſtrationes erunt, & componentur ex tribus terminis & duabus propoſitionibus. intelligit per demonſtrationes, affirmatiuam & negatiuam. & hoc, qm̃ omnes demonſtrationes, quemadmodũ diximus, componunt̃ ex trib⁹ terminis & duabus propoſitionibus, & ſm hoc habemus quod ſquæſiuit à principiorei, utrauis ipſarum ſit melior. Et propter hoc adduxit propoſitionem dicentem, ꝙ id, quod eſt ex demonſtrationibus pauciorũ propoſitionum, eſt melius q̃ illud, quod eſt ex pluribus propoſitionibus. Deinde monſtrauit has propoſitiones per ſpeciem ipſarum, ꝙ vna duarum demõſtrationum eſt principium alterius, & adduxit reliquos ſermones, quos cõmemoraumus, quibus comprehendit hanc propoſitionem, quę aſſumi latur in hoc duabus demõſtrationibus, quarum una eſt affirmatiua, & altera negatiua. Et dixit: & ita duæ demonſtrationes erunt, & componentur ex tribus terminis & duabus propoſitionibus. ſenſus eſt, & ita duæ demonſtrationes, quarum una eſt affirmatiua & altera negatiua, complicantur ex propoſitionibus æqualibus in quantitate. Deinde dixit: ſed demonſtratio affirmatiua comprehendit, ꝙ aliquid ineſt alicui, ſed negatiua comprehendit, ꝙ ineſt aliquid, & non ineſt. ſenſus eſt, ꝙ propoſitiones demonſtrationis affirmatiuæ ſunt ex genere vno, hoc eſt affirmatiuæ, & demonſtrationis negatiuæ ex duobus generibus, hoc eſt affirmatiuę & negatiuæ. Deinde dixit: igitur demonſtratio negatiua, cũ comprehẽdet plura eſt deterior. Et in hoc ſpeculandũ, quia aſſumpta fuit prius propoſitio dicens, ꝙ demonſtratio, quæ eſt ex propoſitionibus pauciorib⁹, eſt melior, ſm ꝙ eſt maior: & poſuit minorem, ꝙ demonſtratio affirmatiua eſt ex propoſitionibus pauciorib⁹ ſm hanc intentionem, quã monſtrauit, & negatiua ex propoſitionibus pluribus: terminus autẽ medius in ipſa eſt per cõmunitatem ex neceſſitate: qm̃ paucum & multum, quæ dicuntur ex parte qualitatis, hoc eſt negationis & affirmationis, † eſt in quęſtione, ſed paucũ & multum ex parte quantitatis dicit̃ ſm veritatem. Et magis mirum eſt ex hoc, qm̃ ipſe non fecit propoſitionem dicentem, ꝙ id, quod eſt pauciorũ propoſitionum, eſt melius ſm vniuerſalitatem ſuam, hoc eſt ſm oſa, quæ diximus, ꝙ ſignificat, ſed monſtrauit vtiq̃ ipſam per modũ vnum, & hoc eſt, ſi quo poſuit exemplum. In hoc igitur toto eſt locus ſpeculationis, & quemadmodũ diximus, ſcio in hoc, ꝙ Ariſtot. fecit in monſtratione ꝙ demonſtratio affirmatiua eſt melior negatiua, propoſitionem notam, quæ eſt, ꝙ demõſtratio, quæ eſt ex propoſitionibus pauciorib⁹, eſt melior demonſtratione, quæ eſt ex propoſitionibus pluribus, cũ fuerint propoſitiones pauciores acceptę in demonſtratione plurium propoſitionum: qm̃ hoc, quod eſt, eſſe paucas, non oportet, vt intelligatur hic in numero tantum, ſed etiam in ſpecie: qm̃ propoſitiones, quę ſunt in demonſtratione pauciorum, non accipiuntur in demonſtratione plurium propoſitionum, ſm ꝙ ſunt vnum in numero, ſed etiã in eo, ꝙ ſunt vnum ī ſpecie. Cùm itaq̃ adductum fuerit hoc de propoſitione, in qua mõſtranda ſollicitus fuit, ꝙ demõſtratio affirmatiua eſt melior negatiua, mõſtratum eſt nobis per demonſtrationem. et hoc, qm̃ demonſtratio affirmatiua eſt pauciorum propoſitionum † in capĩo ſpeciei propoſitionibus demonſtrationis negatiuę, et ſi non erit in numero, & in propoſitione negatiua inueniuntur propoſitiones affirmatiuę in ſpecie, et ſi nõ erit in numero. Ariſto. itaq̃ præmiſit huic monſtrationem propoſitionis dictãtis, ꝙ in duabus demõſtrationibus, quarum vna eſt pauciorum propoſitionum, q̃ demonſtratio altera in capitulo numeri, quæq̃ in diſpoſitione ſua efficiuntur per demonſtrationem vnam, illa eſt melior, quaſi tranſtuliſſet intellectum ab ipſis ad eas, quæ ſunt pauciorum in ſpecie, & ipſæ accipiuntur in demonſtratione plurium propoſitionum in ſpecie cõſimiliter etiam, nõ in numero, & trãslatio ſ tellectus erit à cauſa, quæ eſt in quantitate ad eam, quę eſt in qualitate † ex capitulo primo: ſed translatio ipſius de propoſitionibus, q̃ ſunt in demonſtrationibus vna in numero ad eã, qua ipſæ ſunt vnum in ſpecie, eſt † ex capitulo translationis æqualitatis numeri ad id, quod protulit. Et non poſuit Ariſto. propoſitionem, quæ ſit vtilis primo & per ſe ad monſtrationem eius, quod intendit mõſtrare: & ea eſt, quæ dicit, ꝙ demonſtratio, quæ eſt pauciorum in ſpẽ, non attinet ad ſpeciem propoſitionum demonſtrationis vnius, & altera attinet ad ſpeciem propoſitionum ſuarum, cũ propoſitiones ſint plures in ſpẽ: † ſed melius eſt ad facilitatem ſcientiæ, vt faciamus ſciam per modũ translationis à magis noto ad magis occultum.

Digreſſio ꝑ pulcra.

* Abl. æquocus

† Abl. dicit accommodate.

† Abl. ſecundũ q̃ utatem

† Abl. le ſm̃ trãslationis æqualis iudicij, ad et coæquum:

† Abl. le ſed omiſit hanc ob difficultatẽ notitiæ illarũ, & vſus ẽ nota, & ꝓceſſit tranſlatione.

Præterea quoniam monſtratũ fuit, ꝙ impoſſibile eſt, vt vtriſq̃ exiſtẽtibus priuatiuis propoſitionibus fiat ſyllogiſmus, ſed hanc quidem oportet talẽ eſſe, illam vero, ꝙ ineſt.

Dixit Ariſtot. Amplius, qm̃ monſtratum eſt fieri non poſſe, vt ſit ſyllogiſmus, cuius ſint ambę propoſitiones negatiuę: ſed oportet ex neceſſitate, vt vna ipſarum ſit in hac forma, alia vero affirmatiua.

172 † Abl. explicuit minorẽ ſm iſſam, & nõ explicuit maiorem,

Hæc eſt monſtratio ſecunda alia à præcedẽte, & ipſe vtiq̃ † monſtrauit per propoſitionem minorem, & per maiorem nõ monſtrauit, neq; annectitur propoſitioni, per quam ſequitur iſte ſyllogiſmus: propoſitio aũt maior eſt, ꝙ oium duorum, quorũ vnum indiget altero in monſtratione ſui, & alterũ non indiget ipſo, quod vtiq̃ non indiget eſt validius. & hæc eſt diſpoſitio affirmatiuæ cum negatiua in propoſitionibus. hoc eſt, ꝙ demonſtratio negatiua indiget ſpecie propoſitionum demonſtrationis affirmatiuæ, quod eſt, vt ſit in ipſa propoſitio affirmatiua, & affirmatiua non indiget ſpecie propoſitionis appropriatæ in demonſtratione negatiua, & ipſa eſt negatiua. mõſtrabit autem per ipſum poſt hoc cum eo, quod eſſe opinatur, ꝙ hæc propoſitio ponitur in potentia ſub propoſitione vniuerſali, per quam ſequitur hæc monſtratio, aut annectitur mõſtrationi ipſius, per quam monſtrauit ipſum: & hoc in ſpecie, cuius poſuit exemplum, & hoc, vt ſit vna duarum demonſtrationũ principium alterius: & hoc, ꝙ indigeat in ipſis exiſtentia genere propoſitionum, per quas cõſtituitur demonſtratio altera, quæ non indiget genere propoſitionum, per quas conſtruitur prima: vna igitur ipſarum eſt aliquo pacto principium. Et dixit: ſed oportet, vt ſit vna ipſarum cum hac forma. ſenſus eſt, ꝙ demõſtratio negatiua non ſequitur ex duabus propoſitionibus negatiuis, ſed ſequitur ex neceſſitate, vt ſit vna ipſarum negatiua, altera vero affirmatiua, ſecundũ hoc igitur monſtratio iſta erit pars primæ.

Amplius ad hoc oportet hoc accipere, prædicatiuas enim (aucta demonſtratione) neceſſarium eſt fieri plures, priuatiuas vero impoſſibile eſt plures eſſe vna in omni ſyllogiſmo. Sit enim nulli inexiſtẽs ipſum A in quot ipſum B, C uero omni inexiſtens ipſum B, ſi vero oporteat rurſus augere vtraſq; propoſitiones, medium injiciẽdum, ipſius quidem A B ſit D, ipſius vero B C, E: E quidem igitur manifeſtum, ꝙ eſt prædicatiuum, D vero de B quidem prædicatiuum, ad A vero vt pri

uatiuũ ponitur: D enim de omni B, A autem nulli oportet eorum, quæ D inesse: fit igitur vna priuatiua propositio, quæ est A D. Idem vero modus & in alijs syllogismis. semp. n. medium prædicatiuorum terminorum, prædicatiuum in vtraq; priuatiui autem in altera priuatiuũ necessarium est esse: quare hæc vna talis sit propositio, aliæ vero prædicatiuæ. Si igitur notius, per quod monstratur & credibilius: mõstratur autem priuatiua quidem per prædicatiuam: hoc autem per illam non monstratur: prior igitur & notior existens & credibilior melior vtiq; erit.

Dixit Aristo. Amplius, si hoc, sequit vtiq; ex necessitate hæc res, quæ est, q, cũm auget demonstratio, enuntiationes affirmatiuæ multiplicent, negatiuę autem non possunt esse in syllogismo vno plures propositione vna. quemadmodum si A non inesset alicui, in quo est B, & B inesset omni C: si igitur oportuerit augere ambas propositiones, sequitur, vt ponatur inter A & B terminus medius, & sit hoc D, & inter B, C, E: planũ igitur, q E est affirmatiua, D autem est de B per affirmationem, & apud A per negationem: & est D de omni B, & sequitur q A non insit alicui D: erit igitur propositio vna negatiua, quæ est D, & secundum hunc eundem modum sequitur, vt se habeat res in omni syllogismo: & hoc, quoniam mediũ, quod est inter duos terminos affirmatiuos, semper oportet, vt sit affirmatiuum ab vtroq; latere, quod vero est inter negatiuos, est negatiuũ ex vno duorum laterũ: & propter hanc causam erit vna duarum propositionum negatiua, sed in affirmatiua erunt ambæ propositiones affirmatiuæ: & si illud, ex cuius parte est demonstratio, est notius & verius, & est negatiua manifesta per affirmatiuam, sed affirmatiua non monstratur per negatiuam: igitur, cùm affirmatiua sit prior, & notior, & verior, erit etiam melior.

Homo. Irrõhale. Inanimatũ. Lignum. Statua.



His syllogismis ostenditur negatiuã indigere affirmatiua, & non e cõuerso.

componuntur ex propositionibus primis, & ipse iam posite fieri nõ posse, vt sit demõstratio negatiua absq; propositione affirmatiua, & affirmatiua nõ indiget negatiua: & hoc est manifestũ per simplicẽ ex eo, qđ monstratum fuit in libro Syllogismi, vult docere, quomodo sequitur hoc idem in demonstratione composita, hoc est demonstratione negatiua composita, in qua duplicantur negatiuæ secundum cõsuetudinem syllogismorum, in quos resoluitur, quodq; in demonstratione cõposita affirmatiua duplicant affirmatiuæ tantum, qđq; ipsę sunt duplices affirmatiuarum; quæ sunt in negatiua. Fecit autem hoc ad monstrandum dispositionẽ istã in duabus speciebus simul, hoc est simplici & composita, & dixit: Amplius, si hoc, sequitur vtiq; ex necessitate hæc res, hoc est, & cum eo, q apparet hæc dispositio in demonstratione simplici: & hoc, quoniam negatiua ipsa indiget affirmatiua, & affirmatiua non indiget negatiua. intelligit hanc dispositionem in demonstrationibus compositis, de quibus cœpit docere, quomodo sequitur hoc in syllogismis compositis, hoc est, quorum vnusquisq; ex propositionibus suis resoluitur ad syllogismos ex duabus propositionibus. Et dixit: quę est, q, cùm augetur demonstratio, enuntiationes affirmatiuæ multiplicentur. hoc est, cũ cœperit demonstrationem ex duabus propositionibus affirmatiuis, & resoluatur vtraq; duarum propositionum, quę est in ipso, ad duas propositiones, ex quibus ostenditur demonstratio, sequitur ex necessitate, vt duplicẽtur affirmatiuæ, & sint quatuor, duę in vtraq; duarum demonstrationum, per quas mõstrauit propositiones demõstrationis alterius, & ita, si monstrantur per demonstrationẽ quatuor propositiones istæ, duplicabuntur consimiliter etiam, vsquequo deueniamus ad propositiones primas. Et qm̃ hęc operatio, quę est resolutio, est multiplicatio demonstrationũ, vocauerũt augmentũ demõnũ, iet dixit: q̃ est, q, cũ augetur demõ, enũtiationes affirmatiuę multiplicantur. Deinde dixit: negatiuæ vero non possunt esse in syllogismo vno plures propositione vna. sensus est, demonstratio, in quam resoluitur propositio negatiua: & hoc, cùm fuerit demonstratio affirmatiua ad negatiuam, & vnaquæq; ipsarũ ostenditur per demõstrationem: & ita affirmatiua vtiq; ex necessitate resoluit in duas affirmatiuas, negatiua vero resoluitur in affirmatiuam & negatiuam. & causa in hoc est, quoniã negatiuam non concludunt nisi propositio affirmatiua, et negatiua. Et hoc est quod voluit cũ dixit: negatiuæ vero nõ possunt esse in syllogismo vno plures propositione vna. sensus est, & causa, q fieri non potest, quin in omnibus mõstrationibus propositionum syllogismi negatiui sit propositio affirmatiua, quoniam non erit syllogismus negatiuus ex duabus negatiuis. ac si dixisset, fieri igitur nõ potest, vt sint in syllogismo negatiuo plures vna propositione negatiua. Postea cœpit ponere exemplum huius per literas, & dixit: quemadmodum si A non inesset alicui, in quo est B, & B inesset omni C. sensus est, exemplum huius, si A, quod est litera maioris extremitatis, monstratum vtiq; esset nõ inesse alicui C, quod est litera minoris, per terminum medium, in quo est litera B: & hoc, cũ ponitur A negari ab omni B, & B inesse omni C: concluditur vtiq; in prima figura, q A negatur ab omni C. Deinde dixit: si igitur oportuerit augere ambas propositiones, sequitur, vt ponat inter A et B terminus medius, qui sit D, & inter B C, E. sensus est, et si oportuerit monstrare ambas ppositiones, & hoc est, quod vocauerunt augmentum syllogismi, oportet vt accipiatur inter extremitatem maiorem, quæ est A, & inter terminum medium, qui est B, terminus medius, et sit illud in quo est D: & inter minorem extremitatem, quæ est C, & inter terminum medium, qui est B, terminus medius, & sit illud in quo E. deinde dixit: planum igitur, q E est affirmatiua. sensus est, planum igit q E, qui est terminus medius inter B & C, erunt ambæ propositiones, quæ componuntur ex ambabus extremitatibus simul, affirmatiuæ: hoc est, q oportet, vt B insit oi E, & E insit omni C: igitur cõcluditur hoc, q B insit oi C, quæ est propositio affirmatiua minor ex syllogismo primo. Deinde dixit: sed D, quod est de B per affirmationẽ, & apud A per negationem. sensus est, terminus autem medius, qui accipitur inter A & B, quæ sunt extremitas maior & medius terminus i syllogismo, q resoluitur in id, quod est D, sequitur, vt prædicetur de B affirmatiue, & de A negatiue. Deinde dixit: & est D de omni B, & sequitur q A non insit alicui D. sensus est, & sit propositio hæc negatiua: & hoc est, quod apparet in sermone suo. quoniam, cũ oporteat, q accipiatur medius terminus inter ambas extremitates, maiorem, & minorem, oportet in negatiua, vt sit ad alterã extremitatem per affirmationem, & apud alteram per negationem. ac si diceres D inter A & B, q oportet D prędicari de omni B, & A negari ab omni D, quãdo negatiua fuerit in prima figura. Deinde dixit: & secundum hunc eundem modũ oportet, vt se habeat res in oi syllogismo: & hoc, quoniam medium, quod est inter duos terminos affirmatiuos sp oportet, vt sit affirmatiuum, ab vtroq; latere, qđ vero est inter negatiuos, sit negatiuum ab vno duorũ laterum. & hoc manifestum est ex pcedentibus. Deinde dixit: & propter hanc causam erit vna duarum propositionũ negatiua, sed in affirmatiua erunt ambæ propositiones affirmatiuæ. Et hoc consimiliter etiam planum ex eo, quod præcesit, & intellectum per se. Deinde dixit: & si illud, ex cuius parte est demonstratio, est notius, & verius, & est negatiua manifesta per affirmatiuam, sed affirmatiua nõ monstratur per negatiuam: igitur, cùm affirmatiua sit prior, et notior, et verior, erit etiam melior. sensus est, & si illud, ex cuius parte est verum in demonstratione, est affirmatiuum, & affirmatiuum est notius & verius, quàm ea, ex quorum parte cadet veritas in demonstratione negatiua, & est negatiua: igitur demonstratio, quæ cadit in notiori, est notior: & hæc est dispositio demonstrationis, quę componitur ex affirmatiua cum demonstratione, quæ componitur ex affirmatiua et negatiua. et locus vniuersalis huic est, cũ fuerint duo, quorum vnum indiget altero ad hoc q sit, & secundum non indiget ipso: quod non indiget, est validius eo quod indiget, ex parte qua indiget.

Amplius, si principiũ syllogismi est vniuersalis propositio immediata: est autem ipsa monstratiua quidem affirmatiua, in priuatiua vero negatiua vniuersalis propositio, affirmatiua aũt negatiua prior & notior, propter nanq; affirmationem negatio nota.

Dixit Aris. Amplius, qm̃ principium demõstrationis est propositio vniuersalis immediata: & hoc in affirmatiua quidem affirmatiua, in negatiua vero negatiua, hoc est propositio vniuersalis; affirmatiua autẽ est notior & prior propositione negatiua, qm̃ negatiua cognoscitur per affirmatiuam.

174 Hæc est monstratio altera, & cõcicat cum præcedente, eo q demõstratio, cuius principia sunt meliora, ipsa est melior. et approbatur hoc, eo q propositio negatiua prima immediata est deterior propositione prima affirmatiua, quæ est immediata: quoniam negatiua definitur in relatione ad affirmatiuã, & affirmatiua non indiget in definitione sua negatiua, quemadmodum se habet res in priuatione & habitu: hoc est, quoniã priuatio non formatur nisi in relatione ad habitum, & nõ est ita in habitu. Et hoc est, quod voluit, cùm dixit, quoniam negatiua cognoscitur per affirmatiuam.

Et prior affirmatio, quẽadmodum & ipsum esse ipso non esse: quare melius principium monstratiuæ q priuatiuæ, quæ vero melioribus principijs vtitur, melior est. Amplius principalior, sine enim monstrante non est priuatiua.

Dixit Arist. Amplius quemadmodũ ens, in eo quod est ens, est prius non ente, ita affirmatiua est prior negatiua: igitur principium affirmatiuæ est melius principio demõstrationis negatiuæ, & quę pertractat de principijs melioribus est melior. Consimiliter etiam demonstratio affirmatiua est excellentior demonstratione negatiua, quoniam non est via, qua sit demonstratio negatiua absque propositione affirmatiua. 175

Qm̃ enuntiatio affirmatiua significat esse, & negatiua significat priuationem, et esse est prius priuatione, & quod est prius est melius, sequitur ex necessitate, vt enuntiatio affirmatiua sit melior negatiua: & cũ enuntiationes sint principia demonstrationis, erit demõstratio, cuius principium est melius, melior: igitur demonstratio, cuius principium est affirmatiuum, est melior demonstratione, cuius principium est, negatiuum. hęc est expositio eius, quod dixit in hoc capitulo. Et dixit: Consistr etiam demonstratio affirmatiua est excellẽtior demonstratione negatiua, vsq; ad finem eius, quod scripsimus. sensus est, q affirmatiua est excellentior negatiua: qm̃ quod non indiget alio à se est excellẽtius eo, quod indiget alio, excellentius autem est melius.

Demonstrationem ostensiuam illa, quæ ducit ad incommodum, potiorem esse. *Cap. XX.*

QVoniam vero prædicatiua priuatiua melior est, planum q & ad impossibile ducente. oportet autem scire, quæ est differentia ipsarum. sit itaq; A inexistens nulli B, ipsi vero C omni ipsum B: necesse vtiq; eorum, quæ C, nulli ĩesse ipsum A. Sic igitur acceptis, ostensiua vtiq; priuatiua esset demonstratio, q A ipsi C non inest: quæ vero ad impossibile ita se habet, si oporteat monstrare, q A ipsi B non inest, accipiẽdum est A inesse ipsi B, & B ipsi C: quare cõtingit A ipsi C inesse. Hoc autem sit notum & confessum, q impossibile: non igitur potest A ipsi B inesse, si igitur B ipsi C cõfessum est inesse, A ipsi B impossibile est inesse: termini igitur consimiliter ordinantur. Differt autem vtra sit notior propositio priuatiua, vtrum q A ipsi B non inest, an q A ipsi C: cũ igitur conclusio est notior, q non est quæ ad impossibile fit demonstratio, cũ autẽ in syllogismo sit, demõstratiua est. natura autem prior est, quòd A ipsi B, q̃ quòd A ipsi C inest: priora. n.

est

sunt conclusione, ex quibus est conclusio, est autem A ipsi C non inesse, conclusio, A vero ipsi B, ex quo est conclusio.

Dixit Arist. Et qm̃ demonstratio affirmatiua rẽcta est melior demonstratione negatiua, manifestum q̃ ipsa est melior demonstratione ducente ad impossibile. Primum autem oportet, vt speculemur, quæ sit differentia inter ipsas: A igitur nõ insit alicui B: & B insit omni C: sequitur, q̃ A nõ insit alicui C. Cùm igitur accipiuntur termini hũc in modum, monstratum vtiq; erit ex hac demonstratione negatiua, A non inesse alicui C. Sed quæ deducit ad ipole, ꝓcedit ſm ordinẽ istũ, si opus fuerit, vt mõstremus A non inesse C, oportet, q̃ accipiatur ipsum inesse B, & B ipsi C, sequitur ex hoc, q̃ A insit ipsi B, & erit, quod apparet ex dispositione huius, quod est falsum. Fieri igitur nõ poterit, vt A insit ipsi C, & propositio B C vera sit & termini i vtraq; demonstrationum sint ijdem: sed differunt inter se hunc in modum, quod est, vt speculemur quæ duarum negatiuarum sit notior apud naturam, an ea, quæ dicit A non inesse B, an quæ dicit, A non inesse C, cumq; fuerit conclusio notior in dispositione negationis, erit vtique demonstratio ducens ad impossibile: cùm vero enũtiatio, quæ est in syllogismo recto, fuerit notior & prior, A non inesse B, est notius apud naturam, quàm A C, quoniam propositiones, ex quibus est conclusio, sunt priores & notiores, q̃ cõclusio: & enũtiatio dicẽs, q̃ A nõ inest C, est cõclo, A B autẽ sunt ex quibus est conclusio. hæc igit̃ est prior & notior. Demonstratio igitur recta est prior & notior, & ipsa cõsimiliter etiã melior, q̃ deducens ad impossibile.

* Abl. ca thegorica, hinc ostensiua

Posteaq̃ declarauit, q̃ syllogismus affirmatiuus est notior negatiuo, vult monstrare, q̃ syll's rectus est melior syllogismo ad impossibile. Et dixit: Et qm̃ demonstratio affirmatiua recta est melior demonstratione negatiua, manifestum, q̃ ipsa est melior demonstratione ducente ad impossibile. sensus est, & cũ monstratum fuerit, q̃ demõ affirmatiua est melior demonstratione negatiua, per ipsas easdem radices apparet, q̃ demonstratio recta est melior demonstratione ad impossibile. & fortasse ipse assignauit hos propositioni, de qua posuit exemplum per propositionem, quam posuit primo ad monstrandum q̃ affirmatiua est melior negatiua: & est ea, quæ dicit, q̃ demonstratio, quæ est principium demonstrationis alterius, est melior ea, quæ nõ est principium, & hæc est dispositio rectę cum ducente ad impossibile: qm̃ ducens ad impossibile componitur ex recta & conditionali: igitur recta non indiget ea, quæ ad impossibile, ea vero, quæ ad impossibile, indiget recta. Et posteaq̃ assignauit mõstrationem cõtantem huic, quod est, affirmatiuam meliorem esse negatiua, & ad hoc, quod est, rectam meliorem esse deducente ad impossibile, attulit post hoc monstrationem appropriatã, quæ appropriatur monstrationi ad impossibile, & ei

176

monstrationi, de qua diximus, q̃ omnis conclusio conclusa ſm naturam habet terminum medium ſm naturam, & duas propositiones priores ipsã ſm naturam: cumq; sint hæ propositiones cum hoc, q̃ sunt notiores ſm naturam, apud nos etiam notiores ipsa cõclusione, syllogismus vtiq; ipsarum naturalis est syllogismus rectus, q̃ componitur ex illis duabus propositionibus, cùm vero fuerit vna istarum duarum propositionum apud nos dubia, & conclusio fuerit notior apud nos, nos accipiemus ad eum, qui non nouit conclusionẽ ex parte ipsarũ, contradictorium ipsius, & afferremus ad ipsam propositionem, quæ est notior duabus propositionibus istius syllogismi naturalibus, & concludetur ex hoc impossibile manifeste falsum per se, & monstrabitur conclusio apud litigatorem: demonstratio igitur ad impossibile erit vtiq;, cũ posterius existentia, quod est cõclusio, fuerit notius apud nos, q̃ prius existentia, quæ est propositio posidere faciens ſm naturam conclusionẽ: & hæc est intentio eius, quod dictum fuit in hoc capitulo. Et dixit: Primũ autem oportet, vt speculemur, quæ sit differẽtia inter ipsas. sensus est, q̃ oportet, vt speculemur de vtriq; ipsarum ſm hanc intentionem ex substantia naturali, hoc est ex substantia naturæ demonstrationis rectæ, & naturæ demonstrationis deducentis ad impossibile. Deinde dixit: A igit̃ non insit alicui B: & insit B of C: sequitur, q̃ A non insit alicui C. Ponemus igitur exemplũ ex duabus propositionibus syllogismi recti ſm naturam. quemadmodum, si esset in syllogismo negatiuo extremitas maior, in qua est litera A, non inexistens alicui B, quod est medius terminus: & sit B inexistens ſm naturã oi C, quod est extremitas minor: sequitur ex hoc in prima figura, vt A non insit alicui C. Deinde dixit: Cùm igitur accipiuntur termini hunc in modum, monstratum vtique erit ex hac demonstratione negatiua, A non inesse alicui C, hoc est, q̃ concluditur A non inesse alicui C, cũ accipiuntur termini propositionum suarum naturalium secundum istum modum, & ordo ipsarum est ordo iste, quando concludunt conclusionem hanc per syllogismum rectum ex propositionibus suis naturalibus. Deinde dixit: sed quæ deducit ad impossibile, procedit secundum ordinem istum, si opus fuerit, vt monstremus A non inesse C. sensus est, syllogismus autem deducens ad viam impossibilis habebit vtiq; intentionem procedentem secundum hanc dispositionem, si opus fuerit, vt monstremus. quemadmodũ q̃ quæsitum est quæsitum secundum viam impossibilis per eos terminos: hoc est, vt monstremus, q̃ A nõ inest C per viam impossibilis. Deinde commemorauit dispositionem, per quam procedit syllogismus ad impossibile, hoc est in hoc q̃sito, et dixit: oportet, q̃ accipiatur ipsum inesse B, & B ipsi C, sequitur ex hoc, q̃ A insit ipsi B. sensus est, cumq; voluerimus monstrare, q̃ A nõ inest C per syllogismum ad impossibile, et hoc est, quod declarauimus per syllogismum rectum in eo q̃ A inest B, & B, C: sequitur vtiq; per syllogismum ad impossibile. hoc est, per quem volumus monstrare, A nõ inesse C, vt ponamus A inesse C, hoc est alicui ipsius, quonã hoc erit contradictorium negatiuæ vniuersalis, & si fuerit contrarium consimiliter etiam contradictorium in materia necessaria. quemadmodum, si dicatur, in eo, q̃ refertur ad hanc propositionem minorem affirmatiuã ex syllogismo ipsius quæsiti recti, quod est B inesse omni C, & habeamus, q̃ A insit C, sequitur quoq; ex hoc, q̃ A insit B: sit autem manifestũ ex dispositione ipsius, q̃ hoc est falsum: igitur hoc monstrauit, q̃ A non inest C, & B inest C, sequitur q̃ A non insit B, quonã falsum erit tunc ex contradictorio conclusionis, nõ ex propositione vera, quam posuimus: & hoc est, quod voluit, cùm dixit: et erit qd̃ apparet ex dispositione huius, q̃ est falsum.

hoc

hoc est, hæc conclusio partim ex contradictorio cõclusionis &, ꝓpositione vera. Deinde dixit: Fieri igitur nõ poterit, vt A ipsi C, &, ꝓpositio B C vera sit, sensus est, quoniam si hoc ita esset, sequeretur ex duabus propositionibus veris, falsum. cumq; fuerit hoc secundum naturam falsum, q̃ A insit C, hoc est contradictorium conclusionis: cumq; falsum sit contradictorium, verũ erit contradictorium ipsius ex necessitate, quæ est negatiua, quam conclusimus per syllogismum ad impossibile. Deinde dixit: & termini in vtraq; demõstrationum sunt iidem. & hoc, quod dixit, est manifestum, est autẽ per impossibile secundum ordinem suum. & hoc, quoniã terminus medius in syllogismo recto est B, & ipsum in syllogismo recto, qui est pars syllogismi ad impossibile secundum ordinem suum, est, quod est minor terminus in syllogismo recto. Deinde dixit: sed differũt inter se hunc in modum, quod est, vt speculemur, quæ duæ negatiuarum sit notior apud naturam, an quæ dicit A non inesse B, an ea quę dicit A non inesse C. sensus est, differunt autem inter se, quoniam, si negatiua vniuersalis, quæ est in demonstratione recta, quæ est in hoc exemplo, quod posuimus, fuerit notior apud nos, q̃ negatiua, quæ est conclusio, complicabimus syllogismum rectum, & non complicabimus ipsum per viam impossibilis, & si conclusio, quæ est negatiua, fuerit ad hanc similitudinem, hoc est, A non inesse C, notior apud nos, q̃ negatiua, quæ est propositio maior in demonstratione, quam declarauimus, cũ acciperemus cõtradictorium, & reuerteremus ad propositionem minorem, & concluderemus falsum. Et dixit: cũ vero enuntiatio, quæ est in syllogismo recto, fuerit notior, & prior. sensus est, & cùm sciuerit, q̃ notius apud nos est enuntiatio maior, quæ quoniam est notior apud nos, erit syllogismus rectus, quoniam complicabimus demonstrationem ex propositionibus notioribus apud nos, & notioribus apud naturam. & hoc, quoniam propositiones syllogismi sunt notiores secundum naturam, q̃ conclusio, & valentiores antecedentiæ, q̃ ipsa: cùm vero complicamus syllogismum ad impossibile, quod est notius apud nos, non est notius apud naturam, hoc est, prius secundum naturã: syllogismus vero, cuius principia sunt notiora apud nos, & priora secundum naturam, est melior, q̃ ille, qui est ex primis notioribus apud nos, quæ tamen sunt posteriora in existentia secundum id, quod diximus in præcedentibus. Et hoc est, quod dixit, A inesse B, est notius apud naturam, quàm A C. sensus est, q̃ negatiua vniuersalis in hoc exemplo est prior secundum naturam, q̃ conclusio. Ideo dixit: quoniam propositiones ex quibus est conclusio, sunt priores & notiores, q̃ cõclusio. sensus est, quoniam negatiua in hoc exẽplo, est ex propositionibus conclusionis, quę est, A non de aliquo C, notioribus & prioribus, q̃ cõclusio. Deinde dixit: et enuntiatio dicens, q̃ A non inest C, est conclusio. hoc est, ipsa est posterior in existentia, eo quòd est conclusio. Deinde dixit: A B autem, sunt, ex quibus est conclusio. sensus est, sed enuntiatio dicens in hoc exemplo, q̃ A non est in B, ipsa est, ex qua erit conclusio. Deinde dixit: hæc igitur est prior & notior. & hoc, quod dixit, est notum per se. Posteà adduxit conclusionem aggregatam ex hoc toto, & dixit: Demonstratio igitur recta est prior & notior, & ipsa consimiliter etiam melior, q̃ deducens ad impossibile. Sed oportet vt speculemur in hoc, quod dixit, quoniam posset aliquis dicere: quoniam, cũ monstratum sit, q̃ syllogismus rectus, & syllogismus ad impossibile sunt ex ꝓpositionibus vnius materiei, quodq; non est differentia inter ipsos, nisi q̃ in syllogismo recto adducũtur propositiones syllogismi naturales, hoc est, per quas monstratur ipsum, sed in syllogismo ad impossibile monstratur per ipsum contradictorium conclusionis syllogismi recti, & vnam propositionum syllogismi verarum, & concluditur contradictorium propositionis dubitatæ, quod est falsum: cumq; notum fuerit per se contradictorium esse falsum, cuius vtiq; cognoscetur contradictorium esse falsum, ipsum per se cognoscetur esse † ex consequentibus: cumq; non acciderit in aliqua materia, q̃ conclusio sit notior apud, nos propositione, quæ concludit ipsum secundum naturam: sed in syllogismo prædicatiuo, qui est in syllogismo ad impossibile, est contrarium eius, quod sequitur in syllogismo recto, & hoc, quoniam in syllogismo prædicatiuo monstratur veritas conclusionis propter veritatẽ propositionum, sed in syllogismo ad impossibile mõstratur falsitas propositionum propter falsitatem conclusionis. causa in hoc est, quoniam non sequitur ex propositionibus falsis conclusio falsa secundum omnem modum, & sequitur ex conclusione falsa, quòd sit in syllogismo ꝓpositio falsa: cũq; hoc ita sit, syllogismus vtiq; appropriatus est, q̃ monstret notum per ignotum: & hoc, quoniam propositiones in ipso sunt, quæ mõstrantur per conclusionem. Et forte sermo est Aristo, quem pertractauit de syllogismo ad impossibile, q̃ ipsius dispositio sit monstrare notum per ignotum, & hoc est, quoniam faciens syllogismũ ad impossibile accipit falsitatem conclusionis ad monstrandum falsitatem propositionum, & facit veritatem conclusionis per veritatem propositionum, secundum q̃ sequitur ex contradictorio conclusionis cõtradictorium propositionis, quæ est via, quæ pertractatur in syllogismo recto in hoc quę sito: oportet igitur, vt sequatur ex veritate cõclusionis veritas propositionum, cuius cõtradictorium sequitur ex contradictorio conclusionis: & hoc, quoniam si non sequitur veritas propositionis ex veritate cõclusionis, sequeretur vtiq; contradictorium ipsius: & quoniam contradictoria diuidunt verum & falsum in omnibus rebus, sed contradictorium sequitur ex contradictorio conclusionis, oportet igit̃ ex necessitate, vt sit aliquod vnum, ex quo sequatur contradictorium & contrarũ ipsius. & hoc est definitio duorum contradictoriorum simul: cumq; hoc ita sit, igitur demonstrans ad impossibile fecit veritatem conclusionis ad monstrandam veritatem propositionis. quemadmodum dixit Aristoteles, nihil enim prohibet, vt inueniatur inter materias aliqua, cuius cõclusio sit notior propositione, q̃ cõprehendit ipsam ſm naturam, & sit contradictorium propositionis manifestæ falsitatis ex contradictorio ipsius: & oportet, vt ratiocinans monstret veritatem conclusionis sequi contradictorium cõclusionis: & propterea inueniuntur multæ demonstrationum in arte mathematica, quas non possumus assuefacere demonstrationibus rectis, & erit natura syllogismi in eo, quòd syllogismus, resoluere hoc, hoc est igit̃, quod videtur nobis in hoc, & fortasse de ipso ingrem⁹ inquisitione maiore.

† Abl. de necessariis:

Digressio de differẽtia syllogismi recti, & ducentis ad impossibile.

Nõ. n. si cõtingit ablatũ esse aliqd, hoc est cõclusio, illa vero ex qbus sunt, sed hoc quidem est, ex quo syllogismus est, qui vtiq; sic se habet, vt aut totius ad partẽ, aut partis ad totum habeat rõnem: sed A C, & A B, ꝓpones non se hñt ita inter se. si igit̃ quæ ex notioribus & prioribus melior: sunt autẽ ambæ ex eo, q̃ non sit aliquid, credibiles, sed hęc quidem ex priori, illa vero ex posteriori: melior simpliciter vtiq; erit priuatiua demõstratio ea, quæ est ad impossibile, quare & quæ hac melior prędicatiua, est manifestum, quòd et ea, quæ ad impossibile est melior.

Dixit

Dixit Arist. Neq; sequitur, cũ tollitur aliquid per sublationẽ alicuius, vt hoc sit conclusio, & illud aliud sit propositio. sed ita se habebũt vtiq; propositiones, ex quibus est syllogismus iste, cùm habuerint hãc formã, vt vna duarũ propositionũ sit vt totum ad partem, & pars ad totum: sed duæ propositiones A C, & A B non habent hanc dispositionem inter se: igitur demonstratio, quę est ex propositionibus notioribꝰ & prioribus, ipsa est melior, & si possint ambę demõstrationes esse veræ in conclusionibus suis, ꝙ hoc non ineſt huic, præterquam ꝙ recta erit per ꝓpones priores, quç vero ad impoſe erit per propoſitiones poſteriores: igit demonstratio negatiua recta est melior deducente ad impossibile, & quæ est hac melior, & est affirmatiua, plane manifestũ, ꝙ ipsa est melior demõstratione deducente ad impoſſibile.

177 Dixit: Neq; sequitur, cũ tollitur aliquid vnum ꝓ sublationem alterius, vt illud, per cuius sublationem tollitur aliud; sit conclusio huic rei, quæ tollitur per sublationem ipsius, & sit hæc propositio ipsius. dixit autem, qm̃ hoc euenitur in rebus separatis, qm̃, cùm tollit̃ a ſal, tollitur hõ, & non est a ſal conclusio, & homo propositio: & i summa hoc prouenit in oibus duobus, quorum vnum est vniuersalius altero. atqui assignauit hoc differentiæ, quæ est inter syllogismum conditionalẽ & prædicatiuum, & differentiæ, quæ est inter prædicatiuum deducentem ad impoſsibile, & inter prędicatiuum simplicem. & hoc, qm̃ in sylłō conditionali, cũ tollitur conclusiō, tollitur propositio, & non est syllus in veritate: qm̃ non resolvitur ad illud, quod est in potentia conclio, hoc est, qm̃ conclusio in ipso subꝯcitur in contrariũ dispositionis prædicatiuæ: & propterea non monstrat per ipsum quę ſitum ignotum ſm naturam, niſi cũ complicabitur in ipso prædicatiuus, quemadmodum declaratum fuit in libro Syllogiſm. syllogismus autem prædicatiuus deducens ad impoſsibile erat, propterea ꝙ vna propositionum suarum erat falsa, & altera vera, & conclusio falsa, & non erat proportio vnius duarum ad alteram apud naturam proportio totius ad partem, sed hęc proportio ipsius est per positionem. & causa in hoc est, qm̃ istis definitionibus ſm dispositionem suam inuenitur vtiq; dispositio hęc ſm naturam, cũ complicantur per syllogismũ prædicatiuum tantũ: cũ vero complicantur per syllm prædicatiuum deducentem ad impoſsibile, hæc vtiq; proportio inueniet̃ur in ipso nõ ſm naturam, & hæc est intentio sermonis Arist. ꝙ syllogismus ad impoſsibile sit posterior ſm naturam syłō prędicatiuo ad construẽdum de scia rei ꝓ signa cũ demonstrationibus simplicibus. Et propterea dixit ad fortificandum hoc: sed ita se habebũt vtiq; propositiones, ex quibus erit syłs iste, cũ habuerint hanc formã, vt vna duarũ ꝓpõnum sit vt totum ad partẽ, & pars ad totum. sensus est, sed inuenietur vtiq; res, quæ cũ tollitur, tollit̃ aliud ab ipsa non ſm naturam, & inuenitur quod tollet̃ur per dr̃iam ꝓpositionum nõ ſm naturam, cũ hoc, ꝓper cuius sublationem tolluntur ambæ propositiones, ita se habuerit, vt proportio vnius ipsarum ad alteram sit proportio totius ad partem, hoc est maior, & secunda proportio partis ad totum ſm naturam, hoc est minor, & hoc non inuenietur niſi in syllogismo prædicatiuo simplici. Et poſteaq; enuntiauit, ꝙ in syllogismo, q est ſm veritatem, & qui dicitur per prius, vna propoſitionum ad alteram se habuerit ſm hanc diſpoſitionem, hoc est diſpoſitionem totius ad partem, & altera diſpoſitio partis ad totum, dixit: sed duæ propositiones A C, & A B, non habent hanc diſpoſitionem inter se. hoc est, & duæ propoſitiones, quæ ponuntur in monſtratione ad impoſsibile, de qua poſuimus exemplum, non ponuntur hac poſitione. hoc est, duarum ꝓpositionum, quæ sunt in syllogismo recto, quarum una est contradictorium conclusionis, & est propoſitio dicens, A ineſſe C, & altera propoſitio, ꝙ A non ineſt alicui B, hoc est negatiua maior. Atqui dixit hoc, qm̃ syllogismus ad impoſsibile accidit in hac figura duobus modis, quorum vnus est, vt ponatur contradictorium conclusionis in propoſitione minore in syllogismo recto, quemadmodum ſecimus à principio rei, & in ſecundo, ut ponamus ipſum in propoſitione maiore, & concludamus cõtradictorium minoris. Atqui voluit, ꝙ qũcunq; fiat, non erit proportio duarum propoſitionum vnius ad alterũ proportio totius ad partem, & alterius proportio partis ad totum, & ipse voluit in ſumma vtriusſermonis docere, ꝙ syllogismus rei prædicatiuæ ſimpliciter est potior, q̃ ille, qui est ꝓ viam ad impoſsibile, per quẽ monſtratur hoc, quod monſtratur per p̃dicatiuum. Deinde dixit: igitur demonſtratio, quæ est ex propoſitionibus notioribꝰ, & prioribꝰ, vſq; ad id, quod dixit, igitur demonſtratio negatiua recta est melior demonſtratione ducente ad impoſsibile. ſensus est, cumq; ſtabilitum fuerit, ꝙ oīs demonſtratio ſit per propoſitiones notiores & priores, ipſa est melior demonſtratione, quæ est per ꝓpoſitiones minus notas, & minus primas, et ſi fuerint ambæ demonſtrationes vnius figuræ, eò ꝙ concludunt, hoc non ineſſe huic, aut ineſſe ipſi. hoc est, cũ fuerint duæ demonſtrationes affirmatiuæ, aut negatiuæ. quemadmodum demonſtrationes, quarum poſuimus exemplum hoc in loco, & demonſtratio, quæ est ꝓ syllogiſmum rectum, est ꝓ propoſitiones notiores, & priores, & quæ ad impoſsibile ꝓ propoſitiones poſteriores: igitur demonſtratio recta est melior demonſtratione ducente ad impoſsibile. Et dixit: igitur demonſtratio negatiua recta est melior demonſtratione ducente ad impoſsibile. ſinuit, vt uelit, ꝙ, cũ monſtratũ fuerit, ꝙ oſs demõſtratio, q̃ est ex ꝓpõnibus prioribus, est melior, ſiue fuerint ex gñe vno, aut fuerit vna ipſarum negatiua, & altera affirmatiua, demõſtratio recta est melior ducẽte ad impoſsibile, & ſi fuerit recta negatiua, & ducens ad falſum in deducente ad impoſsibile affirmatiua: qm̃ ita sequitur, cũ fuerit recta negatiua, vt prædicatiua, quæ est in ea deducente ad impoſsibile, quæ concludit hanc negatiuam, ſit affirmatiua. Deinde dixit: & quę est hac melior, & est affirmatiua, plane manifeſtum, ꝙ ipsa est melior demonſtratione ducẽte ad impoſsibile. hoc est, quæ est melior negatiua recta, & est recta affirmatiua, ipsa est melior ducente ad impoſsibile negatiua. & innuit hic vt velit per notiores, non propoſitiones, quæ sunt notiores per se, hoc est i eo ꝙ sunt veræ, sed notiores in eo ꝙ sunt concludentes, & ſm hoc erit ſermo annexus p̃cedenti, & comprehendit binas monſtrationes ſimul: & ꝓpterea p̃miſit ꝓus hoc, ꝙ demõſtrationes, quarũ duæ ꝓpones ita se hñt, vt ꝓportio vnius ad alteram ſit proportio totius ad partẽ, & alterius ꝓportio partis ad totũ, sunt notiores i cõcludẽdo, & magis p̃cedẽdo.

Quæ ſcientia certior ac prior ſit: quæ vna, quæue diuerſæ inter ſe ſcientiæ ſint. Et quòd eiuſdem plures eſſe demonſtrationes poſſint. Cap. XXI.

SCientia autem est certior & prior ſcientia, quæ ipſius ꝙ, & ꝓpter quid est eadẽ, sed non ea, quæ seorsum ipſius quòd ab ea, quæ propter quid: & quæ nõ de ſubiecto est ea, quę de ſubiecto, vt Arithmetica Harmonica: & quæ ex paucioribus ea, quæ est ex appositioñe, vt Arithmetica Geometria. dico autem ex appoſitione, vt vnitas est ſubſtantia ſine poſitione, punctus vero ſubſtantia cum poſitione, hoc autem ex appoſitione.

Dixit Ariſt. Aliqua vero ſcientiarum est magis in extremitatis capitulo & veritatis, q̃ alia ſcientia: qm̃ ſcientia, quæ monſtrat, ꝙ aliquid est, & mõſtrat ipſum per cauſam, est melior ſcientia, quæ monſtrat aliquid eſſe, et non monſtrat ipſum per cauſam. Amplius ſcientia, quę abſtrahit à materia, quemadmodum ſcientia Numerorum est magis in capitulo extremitatis & veritatis, q̃ ſcientia Harmonicorum. Et ſcientia cõſimiliter etiam, quę erit ex principijs paucioribus in ſimplicitate, quemadmodum ſcientia Numerorũ est magis in capitulo extremitatis & veritatis, q̃ ſcientia Geometriæ. Intẽtio vero eius, quod dicimus, ꝙ principia ſua ſint ſimpliciora est: quemadmodum vnitas, quoniam est ſubſtantia non habens poſitionem, ſed punctus est ſubſtantia habens poſitionem: & hic est minoris ſimplicitatis.

178 Intentio ipſius in hoc capitulo est, vt doceat differentiam ſcientiarum veritatis in veritate, & ipſe connumerauit in hoc tres cauſas, ex quarum vnaquaq; ſequitur, vt vna duarum ſcientiarũ ſit confidẽtior altera. quarum vna est, vt vna duarum ſcientiarum monſtret aliquid per cauſam ſuam, & altera monſtret ipſam per poſterius ipſa: ſcientia enim, quæ monſtrat rẽ per cauſam ſuam, est confidentior q̃ ea, quæ mõſtrat ipſam per poſterius re ipſa. Et propterea vocauit demõſtrationem, quæ monſtrat aliquid per cauſam ſuam, demonſtrationem ſimplicem, & vocauit alteram demonſtrationem ſi est, demonſtrationem exiſtentiæ. hæc est igitur vna ex cauſis, propter quam ſcientia est magis in capitulo veritatis & ſcientiæ: & hoc intelligit ex ſermone ipſius. quoniam ſcientia monſtrans aliquid eſſe, & monſtrans ipſum per cauſam, est melior ſcientia, quæ monſtrat aliquid eſſe, & non monſtrat ipſum per cauſam ſuam: hęc autem res manifeſta est per ſcientiam vnam, aut ꝓ duas ſcięt̃ias, & ſi fuerit per duas ſcientias, æquum vtiq; est, ſiue res nota fuerit aliquid vnum & idem, præterq̃ ꝙ vna ipſarum monſtret eſſe per cauſam ipſius, & altera monſtret ipſum eſſe per ſignum, ſiue res nota per duas ſcięt̃ias ſint duæ res, aut res diuerſæ: hoc est, ꝙ ſit ex via ſcientiæ vnius, ꝙ monſtret multitudinem quæſitorum ſuorum per cauſas ſuas, & ex via ſecundę ſit, ꝙ mõſtret multitudinem quę ſitorum ſuorum per res posteriores: quemadmodum ſcientia Geometriæ cum ſcientia Naturali, quoniam magna pars demõſtrationum geometricarum est ex rebus præcedẽtibus, & magna pars demõſtrationum naturalium est ex rebus poſterioribus: & propterea quod dixit, ꝙ ſcientia Geometriæ est confidentior q̃ ſcięt̃ia Naturalis, est vnum, per quod ſcientia vna ſuperat ſcientiam in confidentia demonſtrationis. Cauſa autem ſecunda est, quòd vna duarum ſcientiarum ſpeculetur de ſubiecto ſuo abſtracto à materia, & ſcientia ſecunda ſpeculetur ex parte, qua ſunt in materia, aut propinqua materiæ. quoniam ſcientia, quæ ſpeculatur de ſubiectis ſuis abſtractis à materia est confidentior, q̃ quæ est propinquior materiæ, & reſoluitur ex hac re cum ſcientia, quæ ſpeculatur de re, quæ est in materia. & cauſa in hoc est, quoniam materia est cauſa, ꝙ inueniatur in ſcientiis id, quod est per accidẽs, & quod est per accidens est magnæ elongationis à veritate. Intentio igitur ſimilitudinis ſcientiæ, quæ ſpeculatur de re abſtracta à materia cum ſcientia, quæ est in materia, est intentio ſcientiæ Geometriæ cum ſcientia Perſpectiuorum, quoniam artifex Geometriæ ſpeculatur de linea in eo ꝙ linea, & artifex ſcientiæ Perſpectiuorum ſpeculatur de ipſa ex parte, qua est linea radialis & hoc, ſi non erit ſpeculatio † materierum definita, erit vtiq; propinqua materiæ, et cùm fuerit propinqua, erit minus vera. oportet igitur, vt materia ſit minus vera. Et hoc est, quod ſignificauit, cũ dixit: Amplius ſcięt̃ia, quæ abſtrahit à materia, quemadmodum ſcientia Numerorum est magis in capitulo extremitatis & veritatis, q̃ ſcientia Harmonicorum. ſenſus est, & conſimiliter ſcientia, quæ abſtrahit id, de quo ſpeculatur, à materia, est magis in capitulo veritatis q̃ ſcientia, quæ ſpeculatur de rebus iſtis cum materia, & hoc, quemadmodũ ſcientia Numerorum cum ſcientia Harmonicorũ: quoniam ſcientia Numerorum ſpeculatur de proportione numerorum abſtractorum à materia, & ſcientia Harmonicorũ ſpeculatur de proportione ex parte, qua est in harmonia ſenſibili. Et poſteaq̃ cõmemorauit duas iſtas cauſas, ex quarum parte erit ſcientia perfectior ſecundum ſyllogiſmum q̃ altera ſcientia, mentionem fecit de tertia cauſa, & dixit: Et ſcientia conſimiliter etiã, quæ est ex principijs paucioribus in ſimplicitate, quemadmodum ſcientia Numerorum est magis in capitulo extremitatis & veritatis q̃ ſcientia Geometriæ. ſenſus est, & ſcientia, quæ conſiderat de rebus abſtractis à materia, ꝙ ex ipſis ſpeculatur de ſubiecto ſuo ſimpliciori, & minoris cõpoſitionis, q̃ vtiq; confidentior: quemadmodum ſcientia Numerorum cum ſcientia Geometriæ: qm̃ & ſi vtraq; ipſarum conſiderat de quantitate abſtracta à materia, tñ ſcientia Numeri conſiderat de quantitate, cuius principia ſunt ſimpliciora & minoris compoſitionis, q̃ principia ſcientiæ, de quibus conſiderat Geometra, cumq; fuerint principia ſimpliciora, erit res alia ſimplex ex neceſsitate. Et poſteaq̃ enuntiauit, ꝙ ſcientia ſit certior, cuius principia ſunt ſimpliciora, quæ est diſpoſitio numeri cum ſcientia Geometriæ, cõcipit connumerare, quo modo accidit numero, ꝙ habeat principia ſimpliciora, q̃ magnitudino, & dixit: quemadmodum vnitas, quoniam est ſubſtantia non habens poſitionem, ſed punctus est ſubſtantia habẽs poſitionem. ſenſus est, & hoc planum propter definitionem vnitatis, & definitionem puncti, quorum vnum est principium numeri, et alterum est principium magnitudinis. & hoc, quoniam in vnitatis definitione nõ accipitur ſitus, ſed in puncti definitione accipitur ſitus, & dicit̃ de puncto, ꝙ habet ſitum, & hoc, quoniam vtraq; ipſorũ communicant in eo, ꝙ ſunt res indiuiſibilis, præterq̃ ꝙ punctus est res indiuiſibilis cum ſitu, ſed vnitas est res indiuiſibilis ſine ſitu, & ex hoc conſequuntur ſitus magnitudines, et Geometra conſideret de multis ipſarum per modum ſitus, & ſequitur ipſum error maior ex hoc modo: ſed quoniam in principio numeri nõ est poſitio, non est ipſi poſitio, & auferetur ab ipſo error, qui accidit propter ſitũ in Geometria: & propter hoc poſuit Geometra in magna parte demonſtrationum ſuarum conditionem ſituum appropriatorum. Intentio autem noſtra est de puncto, cũ dicimus, ꝙ habet ſitum, quoniam est finis lineæ, & intentio noſtra, cùm dicimus de linea, ꝙ habet

* Ab. I. incõplexis.

† Ab. I. sicut est diſpõ eui dẽtarũ cum demõſtrationibus ſimpſtr.

† Ab. I. alteratiõ, q̃ ut eius conſtitutio naturaliter.

† Ab. I. illius ablatiõe, qđ ſit illi ꝙ ꝓmiſſi naturaliter.

† Ab. I. illationę notiores, & priores ſit firmo res.

Ab. I. Arithmetica.

† Ab. I. materiatis ſimpliciter.

* Ab. I. certiorię & infra ſæptus.

cp̃ habet positionem, quòniam est finis superficiei, & superficies finis corporis, & corpus habet sitũ verum, vt sit in vbi: per hunc igitur modum situs cõsequitur punctũ, de numero autẽ videtur ex hoc, cp̃ sit alterius principii, & cp̃ non habeat positionem. Cùm aũt dixit: quoniam est substantia non habens positionem. intelligit p substantiam rem indiuisibilem. Et consimiliter, cũ dixit, cp̃ punctus est substantia habens positionem, et hoc redit ad illud, quando dictum est, cp̃ id, quod est abstractius à materia, est magis fidum. Et consimiliter abstractum à materia diuiditur in tres partes, quarum altissima est numerus, deinde Geometria, postea illud, quod est sub numero & Geometria ex scientiis. Et oportet, cp̃ non intelligatur hic ex iudicio, cp̃ punctus est principium magnitudinum: quemadmodum vnitas est principium numeri, quoniam non videtur, cp̃ linea sit composita ex punctis, quemadmodum componitur numerus ex vnitatibus, sed videtur, cp̃ punctus sit principiũ lineæ per modum, quo est tanquam forma ipsius: quoniam linea vtique est linea in actu ex parte, qua extremitates ipsius sunt duo puncta, quemadmodum superficies vtiq̃ est in actu ex parte, qua extremitates ipsius sunt linea, aut lineæ.

Vna autem scientia est, quæ est vnius generis, quæcunq̃ ex primis componũtur, & partes sunt, aut passiones horũ per se. Altera vero scientia est ab altera, quarumcunq̃ principia, neq̃ ex iisdem, neq̃ alterę ex alteris sunt. huius autem signum, cùm ad indemonstrabilia venerit. oportet enim ipsa in eodem genere esse cum his, quæ demõstrantur: signum autem & huius, cũ ea, quę monstrantur p ipsa, in eodẽ gñe sint, & cognata.

Dixit Arist. Scientia vero vna est, in qua est subiectum vnum, & monstrantur omnia inexistentia ipsi per media, quę sunt substantialia, aut consequentia substantiam ipsorũ. Scientiæ autem diuersæ sunt, quarum principia sunt diuersa, & nõ sunt vnum & idem, & subiectum in vna ipsarum est aliud à subiecto in altera. manifestum autem est hoc, cũ resoluuntur principia ad principia indemonstrabilia. & hoc, quoniam oportet principia omnis demonstrationis esse ex eadem natura, de qua monstrantur res inexistẽtes: quoniam oportet propositiones demõstrationis esse essentiales, & proportionatas.

* Ab.l. substantiales.

179

Posteaq̃ cõmemorauit, cp̃ sciæ differunt in veritate, cõmemorat q̃ sit scia vna, qm̃ oportet, vt sit notũ apud eũ qui scit aliquid ex eo, cp̃ diuersificanť, aut verificãtur in ipso, qm̃ scientiæ differũt. Et dixit: Scięntia vero vna est, in qua est subiectum vnum & idem. intelligit p subiectum, genus consideratum in ipsa, & ea, quæ considerantur, erunt vnum aut in genere, quod † dicitur per consensum, aut per proportionem. Scientiæ vero diuersæ diuersificantur vtiq̃ per subiectum, subiecta vero diuersificantur, aut propter naturam, hoc est, vt sint naturę ipsorum diuersę, hoc est, non contingentes, neq̃ in genere, quod dicitur p consensum, neq̃ per proportionem, aut diuersificantur per modũ speculationis natura existente vna, quemadmodum speculatio artificis Naturalis, & Astrologi de corporibus cœlestibus. Et

† Ab.l. vnt uoce dicit.

ostea q̃ cõmemorauit, cp̃ scia vna est, cuius subiectum est vnum, addidit conditionem secundam, & dixit: & monstrantur omnia inexistentia ipsi per media, q̃ sunt substantialia, aut consequentia substantiam ipsorum. sensus est, & conditio scientiæ vnius cum hoc, cp̃ subiectum est vnũ, est, vt monstrentur oia inexistentia huic subiecto vni per medium rerum, quæ accipiũtur in definitione ĩstius subiecti, aut specierum suarę, aut rerum, in quarum definitionibus accipitur subiectum, aut species ipsius, & hæc sunt accidentia consequentia. Et ispa prima est, quam voluit hic p substantialia. atqui posuit hanc conditionem, qm̃ in hac cõditione est subiectum unum, & modus speculationis in ipso vnus. qm̃, cũ non fuerit modus speculationis de subiecto vnus, non erunt scientiæ substãtiales vnum, & si fuerit subiectum vnũ, & res substantiales insint ipsi per modum vnum. ac si dixisset, & scia vna est, cuius subiectũ est vnum, & res substantiales, quas monstrat demonstratio existentiæ quæsitorũ huic subiecto ex genere vno, qm̃ si substantialia inexistẽtia subiecto vni essent genera diuersa, cõsequerẽtur hoc subiectum per modos diuersos. deinde, qm̃ cũ monstraret res de subiecto vno p substantialia ipsi, & non substantialia, non esset vtique scia vna, & si esset subiectum vnum, qm̃ monstrationes, quæ sunt in ipsis de rebus non substantialibus, sunt † ex scięntia vna. Deinde dixit: Scientiæ aũt diuersæ sunt, quarum principia sunt diuersa, & non sunt vnum & idem, & subiectũ in vna ipsarum est aliud à subiecto in altera. hoc est, nõ in genere solum, sed etiã in modo. qm̃ subiecta sciarum diuersificantur aut in genere, aut in modo, & genus est vnum, quemadmodum diximus. Et dixit: manifestum autem est hoc, cũ resoluuntur principia ad principia indemonstrabilia. sensus est, & monstratur hoc ex dispositione sciarum, hoc est diuersitate propositionum, quę sunt in ipsis, cũ resoluuntur propositiones ambarũ scientiarum ad prima, quæ sunt in ipsis. atqui dixit hoc, qm̃ ex propositionibus sciarum aliquid est, quod est cõclusio in hac scientia & propositio, & ex ipsis aliquid est propositio tantum: & dřia inter propositiones sciarum primas est manifestior de ipso, cũ fuerint conclusiones primæ & propositiones consequẽtium conclusionum. Et propterea dixit: manifestum autem est hoc, cũ resoluuntur principia ad principia indemonstrabilia. Et posteaq̃ cõmemorauit, cp̃ oportet prima diuersificari ad diuersificationem sciarum, adduxit cãm i hoc, & dixit: & hoc, qm̃ oportet principia oĩs demonstrationis esse ex eadem natura, de qua monstrantur res inexistentes. sensus est, atqui sequitur, cp̃ diuersificantur sciæ diuersę per diuersificationem principiorũ. qm̃ oportet propositiones demonstrationum in scia esse ex genere naturæ, de qua considerat vna quæq̃ scia, & hæ sunt, quę monstrant in ea scia fm existẽtiam rerũ inexistẽtium illi. Et posteaq̃ fuerint naturæ, de quibus considerant scięntiæ, diuersę, sequitur, vt sit id, quod est ex ea natura, diuersum, hoc est, propositiones. & hoc, qm̃ causæ rerum diuersarum sunt diuersæ, † & consimiliter accidentia rerũ diuersarum sunt diuersa, hoc est appropriata vnicuique rerum diuersarum. Et posteaq̃ cõmemorauit, cp̃ propositiones demonstratiuæ sunt de genere naturæ subiecti in vnaquaq̃ arte, adduxit probationem sup hoc, & dixit: qm̃ oportet ꝓpositiones demonstrationis esse essentiales & proportionatas. intelligit p essentiales & proportionatas eas, quę sunt ex natura ipsi proportionata, & iam præmisit, quid intelligat p essentialia & ꝓportionata. & syllogismus componitur sic, propositiones demonstrationis sunt substantiales, & proportionatæ, & substantialia, & proportionata sunt ex natura subiecti: concludit ergo ex hoc, cp̃ oportet propositiones demonstrationis esse ex natura vna.

† Ab.l. differentiũ n. rerum cãæ sũt differẽtes. quæ sunt differentiũ rerũ singulis propriarum.

Plures

Plures autem demonstrationes esse eiusdem euenit, non solum ex eadem coordinatione accipienti non continuum medium, (vt eorum, quæ A B, C & D & E) sed & ex altera, vt sit A transmutari, in quo autem D moueri, ipsum vero B lætari, & rursus E quiescere. Verum est igitur & D de B, & A de D prædicari: nam quod lætatur mouetur, & quod mouetur transmutatur: rursus A de E, & E de B verum prædicari: quare per altera media, & nõ ex eadem coordinatione syllogismus est, non tamen, vt neutrum de neutro dicat mediorum: necesse est. n. eidem alicui ambo inesse. Considerãdum autem est et per alias figuras, quot modis contingit eiusdem fieri syllogismum.

Transmutari. A. E. Quiescere. D. Moueri. Lætari. B.



Eiusdem cõclusionis hæ sunt plures demõstrationes ex diuersa coordinatione conflatæ.

Dixit Arist. Iam vero fieri potest, vt constituantur super quæsito vno demõstrationes plures, sed non erit hoc, cũ fuerit mediũ † ex declaratione vna, & eadem tantũ. quemadmodum, si sint media inter A & B, C & D et E: sed cũ fuerint mediæ ex declaratione secunda. quemadmodum, si esset in quo litera A alteratum, & in quo est litera D, motum, & in quo est litera B, suscipiens voluptatem, & in quo est litera E, suscipiens quietem: oportet igitur, vt dicatur D de B, & A de B, & hoc, quoniam quod suscipit voluptatem mouetur, & quod mouetur alteratur: & consimiliter etiam oportet, vt prædicetur A de omni E & E de omni B. & hoc, qm̃ omne suscipiens voluptatem, suscipit quietẽ, & quod suscipit quietẽ permutatur. erit igitur syllogismus per media diuersa, quæ nõ sunt ex declaratione vna: præterq̃ q̃ nõ erit hoc illud, quod non erit, neq̃ vnum mediorum prædicatur de altero simpliciter, qm̃ oporteret, quòd inessent simul vni & eidem. Iam vero sequit, vt inquiramus secundum quot modos possibile est, vt sit syllogismus in duabus figuris vltimis super quæsito vno & eodem.

† Ab.l. vnius eiusdẽ cõclusionis.
† Ab.l. duarum commostrationum.

† Ab.l. alterius scię.

E. Nutribile.
Substantia. A. D. Animal. C. Animatum. Homo. B.



Eiusdẽ conclusionis plures hæ sunt demõstrationes ex eadẽ coordinatione confectę.

Cm̃ scientiæ sunt diuersæ, propterea q̃ principia suæ sunt diuersa, fieri non potest, vt monstretur per plures demonstrationes quæsitum vnum, & idem, nisi fuerit quæsitum vnum per cõitatem nominis, vt æqualitas, de qua existimat, cp̃ ostendat per demonstrationem in pluribus scientijs: vult docere consimiliter eũ, cp̃ fieri potest in scia vna, vt ostendatur per demonstrationem quæsitum per plures demonstrationes. & hoc, qm̃ medius terminus in demonstratione vna est alius à medio in demonstratione altera, & si fuerint vtræq̃ ex genere vno. Et dixit: Iam vero fieri potest, vt constituantur super quæsito vno demonstrationes plures, sed non erit hoc, cũ fuerit medium ex declaratione vna & eadẽ tantum. sensus est, atqui non proueniet hoc, cũ fuerit terminus medius in duabus demonstrationibus simul fm ordinem vnum, quemadmodum si esset in vtrisq̃ causa, præterquam cp̃, si in vna ipsarum esset species causę alia à specie, quæ est i altera, quemadmodum si esset in vna ipsarum causa efficiẽs, & in altera formalis, aut finalis: sed accidet, quemadmodum hoc consimiliter etiam in eo, cp̃ non erit terminus medius in vtrisq̃ fm ordinem vnum: & hoc, cũ fuerit in vna ipsarum causa, & in altera signum. neq̃ oportet, vt ĩtelligatur ex sermone suo, cp̃ termini mediĩ in ipsis sunt ex ordine vno, cp̃ ipsi sint ex generibus, quæ sunt sub se inuicem. quemadmodum, si aliquis monstraret, cp̃ oĩs homo est corpus p duos terminos, quorum vnus est, cp̃ sit nutribile, & alter, cp̃ sit aĩal: qm̃ in huiusce modi demonstrationibus non sunt ꝓpõnes immediatæ, sed iam diximus, cp̃ ex conditionibus propositionum demonstratiuarum est, cp̃ sint immediatę. Et dixit: quemadmodum si essent media inter A & B, C & D & E. vult per ipsa monstrare, quòd A inest B per medium D, & per medium C, & per medium E: hoc est, quòd sit vniumquodque ipsorum seorsum, & habebimus de eo, quòd sunt A B tres demonstrationes. Cùm vero dixit: sed cùm fuerint media ex declaratione secunda. sensus est, tam vero erunt media ex duabus declarationibus, & non erit unus in declaratione altera. Deinde adduxit exemplum in materijs, & † dubitauit de exemplo primo ex literis, et dixit: quemadmodum, si in quo est A sit alteratum, & in quo est litera D motum, & in quo est litera B suscipiens voluptatem. sensus est, si esset in quo est litera A, quę est maior extremitas, alteratum, & in quo est litera D, quæ est medius terminus, motum, & in quo est litera B, quæ est minor extremitas, suscipiens voluptatem. Et dixit: & consimiliter etiam, in quo est litera C, suscipiens quietẽ. sensus est, & accipiatur consimiliter etiam loco C ex materiis, qui erat terminus medius vltimus, suscipiens quietem. Deinde dixit: oportet igitur, vt dicatur D de B, et A de B: & hoc, quoniam quod suscipit quietem mouetur, & quod mouetur alteratur. sensus est, cum̃q̃ acceperimus has literas loco ĩstarum materierum, quemadmodum diximus, verum est, cp̃ prædicatur A de D, & D de omni B: & hoc quoniam acceperamus A loco permutari, & D accepimus loco moti, & B loco suscipientis voluptatem:

† Ab.l contẽtus. fuit ne exemplo primæ ipsi

ptatem: planum igitur, ꝙ permutatum prædicatur de omni moto, & motum prædicatur de omni suscipiente voluptatem, ergo ꝯcluditur, ꝙ suscipiens voluptatē permutatur. Deinde dixit: & consimiliter etiam oportet, vt prædicetur A de C, & C de B: & hoc, quoniam oē suscipiens voluptatem, suscipit quietem, & suscipiens quietem permutatur. hoc est, in eo, ꝙ accipiuntur literæ istæ loco istarum materierum, complicabitur vtiq; demonstratio sic, omne suscipiens voluptatem suscipit quietem: & omne suscipiens quietem suscipit permutationem: ergo concluditur, ꝙ omne suscipiens voluptatem suscipit permutationem. & hoc est illud idē, quod concluditur per medium, motum, cū accipitur permutatum in potentia, nō in actu: quoniam, cùm acceperit permutatum in actu, non verificatur, ꝙ sit in potentia permutatū: oportet igitur, ꝙ intelligatur sermo ipsius, ꝙ suscipiens voluptatem mouetur, & quod mouet permutatur. hoc est, qđ suscepit voluptatem suscipit motū, & qđ suscipit motū, suscipit pmutationem: & tunc erit quæsitū ꝑ duas demōstrationes vnū. Deinde dixit: erit igitur syllogismus per media diuersa, quę nō sunt ex declaratione vna, præterea ꝙ non erit hoc illud, quod non erit, neq; vnū mediorū prędicatur de altero simpliciter, qm̄ oporteret ex necessitate, vt essent simul vni & eidē. sensus est, præterea ꝙ fieri non potest in istis medius diuersis, vt sint in fine diuersitatis, ita ꝙ fieri non potest, vt prædicetur vnum ipsorū de altero, neq; in toto, neq; in parte: quoniam non est ex via mediorum, quæ sunt cū hac dispone, vt insint alicui alteri, sed ex via mediorum, per quæ adducuntur demonstrationes multæ super quæsito vno, est, ꝙ insint alicui alteri, & ipsum est prædicatū quæsiti, & si nō fuerint ex natura vna, cumq; prædicantur duo de aliquo, nulli est dubium, ꝙ prædicatur vnū ipsorum de altero aut in toto, aut in parte. Et propterea dixit: illud, quod non erit, neq; vnum mediorū prędicatur de altero simpliciter, quoniam erit vtiq; non negatum ab ipso per diuisionem non simpliciter, & hoc, cū fuerit vnum mediorum magis vniuersale ꝙ̄ alterū, erit negatio vnius ipsorum ab altero in parte, non in toto. Et posteaq̄ enuntiauit, quomodo erunt de vno plures demonstrationes quàm vna in prima figura, dixit: iam vero sequitur, vt inquiramus secundum quot modos possibile est, vt sit syllogismus in duab⁹ figuris vltimis super quæsito vno & eodem. atqui dixit hoc propter duo, quorum vnum est, quoniam accidit vtiq; in specie vna secundæ figuræ aut tertiæ, vt concludatur vnū et idem per duos terminos medios, quemadmodum in figura prima, & etiam fieri potest, vt concludatur aliquid vnum in duabus speciebus eiusdem figuræ: quoniam vniuersalis negatiua proueniet in secunda figura plus ꝙ̄ per demonstrationem vnā duobus modis. quorū vnus est, vt sint termini medii diuersi in ordine, quēadmodum erant in prima figura: modus autem secundus est, ꝙ cum eo, ꝙ sunt diuersi inter se, sunt etiam diuersi in negatione. hoc est, cū sit minor in vna duarū demonstrationum negatiua, & in altera maior, quemadmodum si adducatur, ꝙ A de nullo B, per medium D, & per medium C: quoniam fieri potest, vt accipiatur, ꝙ D de nullo B, & quòd in toto A: concluditur per duo conuersa, ꝙ A de nullo B. Et fieri potest, vt accipiatur C, qui est terminus medius alter negatus ab extremitate maiore, affirmatus de minore, & sequitur in ambabus istis demōstrationibus, quæ sunt de quæsito vno, ꝙ nō permutentur in termino medio tantum, sed etiam in diuersitate proportionis termini medii inter duas extremitates. Hoc est igitur, quod voluit cùm dixit: ā vero oportet, vt inquiramus secūdum quot modos possibile est, vt sit syllogismus in duabus figuris vltimis super quæsito vno. Et tacuit sermonem in hoc, quoniam manifestum est apud eū, qui scit syllogismos, quomodo erit hoc in prima figura, & ad huius similitudinem accidat in figura tertia: hoc est, quoniam demonstrationes, quę sunt super quæsito vno, diuersificantur in ipso propter diuersitatem terminorum mediorum, & diuersitatem proportionis ipsarum de extremitatibus: & si fuerit figura tertia, non proueniet in ipsa demonstratio † construens, sed ex impossibili proueniet: quoniam scientiæ vtique faciunt in locis aliquod impossibile particulare; & hoc, cùm fuerit res per se ita: in multis vero istorum pertractatur impossibilia vniuersalia: quemadmodum efficiuntur construentes, hoc est, quoniam non efficiuntur construentes particulares.

† Ab. I. construa. sed destruãs:

* Ab. I. construentes

Eorum, quæ fortuna eueniunt, quæq; in sensuum functione sunt, non esse scientiam. Cap. XXII.

Eius vero, quod à fortuna, non est scientia per demonstrationem: neq; n. vt necessarium, neque tanquam vtplurimum est, quod est à fortuna, sed quod præter hæc fit. Demōstratio autem est alterius horum: ois enim syllogismus, aut per necessarias, aut per eas, quæ vtplurimum propositiones conficitur: & si propositiones quidem sunt necessariæ, & conclusio erit necessaria, si vero vt plurimum, & conclusio talis. Quare si id, qđ est à fortuna, neq; vtplurimū est, neq; necessarium, non esset vtiq; ipsius demonstratio.

Dixit Arist. Quod vero innouatur p accidens non scitur per demonstrationem, quoniam eius, quod innouatur per accidēs, innouatio non est ex necessitate, neq; procedens vtplurimum, sed est extra ambo hæc. Demonstratio autem est de vno istorum duorum: quoniam omnis syllogismus, aut est ex propositionib⁹ necessariis, aut ex propositionibus procedentibus vt plurimum, conclusiones quæ sequuntur ex propositionibus necessariis sunt necessariæ, & quæ sequuntur ex propositionibus vtplurimum sunt vtplurimum: quoniam quod est per accidens nō est secundum vnum istorū duorum, & de ipso non est demonstratio.

181 Et dixit: quod vero innouatur per accidens, non scitur per demonstrationem. sensus est, quòd non habemus viam, qua accipiamus duas demonstrationes constitutas super existentia eius, quod est per accidens. Postea adduxit causam in hoc, & dixit: quoniā eius, quod innouatur per accidens, innouatio non est ex necessitate, neq; procedens vtplurimum. sensus est, quoniā eius quod innouatur per accidens, non est innouatio ex causis suis, neq; ex necessitate, neq; vtplurimum, sed quod innouatur per accidens est extra ambas istas naturas: hoc est, quoniam innouatur, vt in paucioribus: & propterea non habet causas determinatas secundum naturam. cumq; non habuerit causas determinatas, & scientia de re sit propter causas determinatas: planū igitur, quòd non est de eo demonstratio, quod non habet causas determinatas. Et posteaq̄ posuit, ꝙ illud, quod innouatur per accidens, non innouat ex necessitate, neq; vtplurimum, dixit: demonstratio autem est de vno istorum duorum. sensus est, demonstratio autem erit de eo, quod

eo, quod est ex necessitate, aut de eo, quod est vtplurimum manifestum autem erit, cùm posuerimus hoc, & ꝓposuerimus, ꝙ accidens non est ex necessitate, neq; de eo, quod est vtplurimū, qđ cōcludetur ex hoc in secunda figura, ꝙ de eo, quod est per accidens, non erit demonstratio. Et posteaq̄ accepit binas ꝓpositiones istus syllogismi, ꝙ demonstratio vtiq; est de eo, qđ est ex necessitate, & vtplurimum, cœpit vere dirigere rē, ex qua eidis veritas in hoc, et tradit causam ipsius, & dicit: qm̄ omnis syllogismus, aut erit ex ꝓpositōibus necessariis, aut ex propositionibus ꝓcedētibus vtplurimum: cōclusiones, quę sequuntur ex propositionibus necessariis, sunt necessariæ, & quæ sequuntur ex propositionibus vtplurimum, sunt vtplurimum. sensus est, quoniam propositiones demonstrationum sunt ex duabus istis dispositionibus, hoc est, aut necessariæ, aut vtplurimū, & modi conclusionum ex necessitate consequuntur modos propositionum, quemadmodum declaratum fuit in libro Syllogismi. & hoc est, quod voluit cū dixit: conclusiones, quæ sequuntur ex propositionibus necessariis, sunt necessariæ, & quæ sequuntur ex propositionibus vt plurimum, sunt vt plurimū. Deinde dixit: qm̄ quod est per accidens non est fm unam duarum istarum specierū, & de ipso non est demonstratio. sensus est, quoniam quod mnouatur per accidens non est secundum vnam istarum duarum specierum, sequitur itaq̄, quòd non sit de ipso demonstratio.

Neq; per sensum est scire, si enim est sensus huius, & non huius cuiusdam, sed sentire necessarium est hoc aliquid & alicubi & nūc, vniuersale vero, quod est in omnibus, impossibile est sentire: non eni est hoc, neq; nunc, neq; enim esset vtiq; vniuersale: quod enim semper & vbique vniuersale esse dicimus. Quoniam igitur demōstrationes quidem vniuersales sunt, hæc autem nō est sentire, manifestum est, ꝙ neq; scire per sensum est. Sed planum ꝙ & si esset sentire, triangulum, ꝙ duobus rectis æquales habet angulos, quæreremus vtiq; demonstrationem, & non quemadmodum dicunt nonnulli, sciremus: sentire quidem enim necesse est singulare, scientia vero est in cognoscēdo vniuersale. Quare & si supra lunā essemus, & videremus obiectam terram, non vtiq; sciremus causam defectus, sentiremus enim nūc ꝙ deficit, & non propter quid omnino, non eni erat sensus ipsius vniuersalis, sed ex eo, ꝙ speculamur hoc plerunq; contingere, vle vtiq; venati demōrationem habemus: ex singularibus. n. pluribus vle manifestum est.

Dixit Arist. Amplius non est via ad scientiam per sensum. & hoc, qm̄ sensus assequitur hoc inditiduum, & non assequitur hoc vnum, & assecutio ipsius est in tempore, & fm ꝙ indiuiduum est in loco: vniuersale autem est in omni re, quemadmodum hoc impossibile est, vt cadat sensus in ipso, quoniā non est in hoc indiuiduo absq; hoc indiuiduo, neq; in tempore absq; tempore, neque quod fuit, erit vniuersale: & hoc, qm̄ vniuersale est de omni & semp̄. Et posteaq̄ demonstrationes sunt de vniuersalibus, & sensus nō habet viam, vt assequatur ipsa, planum vtiq; est, ꝙ non est via, vt sciatur aliquid per sensum: atqui, si forte esset via procedēdi ad sensus, ꝙ tres anguli triāguli sunt equales duobus rectis, quæreretur vtiq; de ipso demonstratio super hoc: & hoc, qm̄ sensus vtiq; assequitur separatum & particulare, scientia vero semper est de vniuersali. Et propter hanc causam, si essemus altiores Luna, & videremus obstipationē terræ qualis sit, non proueniret nobis causa de defectu ipsi⁹. & hoc, quoniam quod apprehēdimus, est defectus, scientiam vero nō, propterea ꝙ sensus illam nō assecutus est, sed vniuersale vtiq; formaē ex multiplicatione idiuiduī, quoniam vniuersale vtiq; venamur in veritate ex multiplicatione particularium.

Intentio ipsius in hoc capitulo est docere, ꝙ scientia demōstrationis non prouenit nobis ex parte sensus, sed prouenit nobis propter potentiam vnam honoratiorē sensu, quæ est intellectus, & dixit: Amplius non est via ad sciam per sensum. sensus est, manifestum est, ꝙ non habemus viam, vt sciamus naturam aliquam spērum, & aliquod entium per sensum. Et posteaq̄ cōmemoravit rem, quam intendit exponere, cœpit ipsam declarare, & dixit: & hoc, qm̄ sensus assequitur hoc indiuiduū, & non assequitur hoc vnum. sensus est, atqui non assequitur naturā speciei propter sensum, qm̄ sensus vtiq; assequitur de specie indiuiduum vnum, aut indiuidua multa absq; eo, ꝙ assequatur indiuidua ītfinita. Deinde dixit: & assecutio ipsius erit vtiq; in tempore, & fm ꝙ indiuiduum est in loco. sensus est, & assecutio sensus de re est vtiq; composita in tempore aliquo & loco, & non æqualiter absoluitur in omni tempore & in oi loco. Deinde dixit: vniuersale autem est in omni re. sensus est, & intentio vniuersalis, quam assequimur, est in omni indiuiduo, & in omni loco, & in oi tempore. Et posteaq̄ fuerit quod complicatur ex duabus istis propositionibus in secunda figura, hoc est, ꝙ sensus nō assequitur vniuersale, dixit: quemadmodum hoc impossibile est, vt cadant sensus in ipso, qm̄ non erit in hoc indiuiduo absq; hoc indiuiduo, neq; in tempore absq; tempore. sensus est, & vle est in oibus indiuiduis, & in oibus tpibus. & ex sermone isto comprehendit cōclusionem & syllm, & inuenitur locus iste p trālationē Mathei sic: & consistit etiam non est via ad susceptionē sciæ per sensum. & hoc, qm̄, si fuerit sensus, non est vt hoc, quod non est in hoc, sed oportet ꝙ sint sensus in hac re & ibi & tunc. & intentio istius sermonis est; ac si diceret aliquis, ꝙ si sensus vtiq; sunt de tali re, nō de hac re, sequitur ꝙ sensus in assecutione ipsorum sensuum non indigēt, vt inuenātur sensibilia, neq; vt sint in loco designato, neq; in tpe designato, sed inueniunt sensus eē, cū sunt de formatione istius rei designatæ, & sunt in loco designato, & in tēpore designato: igitur sensus non assequitur similitudinem sensibilium, & intelligit per similitudinem, intentionem, per quam posuit ex ēplum indiuiduorum, quæ sunt ex specie vna. Et posteaq̄ declaravit, ꝙ sensus non assequitur aliquid vniuersale, dixit: Et, posteaq̄ demonstrationes sunt de rebus vniuersalibus, & sensus non habet viā, vt assequatur ipsa, pla-

num vtiq; ꝙ non est via, vt sciatur aliquid per sensum, & syllogismus componit etiam sic, ois scia est de rebus vniuersalibus: & nullum vniuersalium scitur ꝓ sensum: ergo concluditur ex duabus istis propositionibus in prima figura ex necessitate, ꝙ nulla scia erit à sensu. Et cœpit ipse primo, et verificauit propositionem negatiuam per duas propositiones, de quibus mẽtionem fecimus, deinde retulit ad ipsam affirmatiuam, & cõclusit, quod intendebat concludere: & qm̃ propositio in hac figura erat nota per se, hoc est dicẽs, ꝙ scia utiq; prouenit per res vniuersales, & iam existimatur, ꝙ hoc accidit sciæ ex parte, qua non est via ad cõsuetudines conclusionum in ipsa, & ꝙ ipsa sunt prædicata apud nos, & ꝙ si ipsa sunt vsitata, non dubitatur ex scientia ipsorum de re vniuersali, cœpit docere, ꝙ res se habet in cõtrarium istius existimationis, quod ꝙ si nõ vsi fuimus aliqua ex conclusionibus, aut aliqua ex causis rei ignotæ causæ, non erit in vsitatis ipsi, neq; ad causam ipsius per dubitationem, vt sciamus naturam rei istius sensibilis, & vt sciamus, ꝙ hæc est causa ipsius. Et post hoc monstrauit per exempla, & dixit: atqui si forte esset via procedens ad sensus, ꝙ tres anguli trianguli sunt æquales duobus rectis, quæreretur utiq; de ipso demonstratio sup hoc. sensus est, atqui non esset nobis per sensum dubitatio, si assequeremur per ipsam conclusionem, qm̃, si forte existimaremus, ꝙ haberemus viam ad sensum, ꝙ anguli sunt æquales duobus rectis, & hoc est, de quo eodẽ exposita fuit demonstratio in scientia Geometriæ, posteaq; fuit in illis sensibus dubitatio, vt sciatur, ꝙ natura trianguli est ex hac natura, hæc esset dispositio, sup qua constitueretur demõstratio, sed nos post hoc vsitatum, declarabimus & inquiremus, ꝙ prouenit nobis scia istius rei, & inquiremus de ipsa fm consuetudinem ipsius. Postea adduxit causam, propter quam si inueniretur hæc consuetudo de triangulo, non esset in scia ipsius dubitatio, & dixit: qm̃ sensus utiq; apprehendit separatum & particulare, scia vero est utiq; de vniuersali. sensus est, & causa in hoc est, qm̃ sensus utiq; constituitur sup hac re particulari per subiectum particulare, hoc est, ꝙ constituitur utiq; super eo, quod est, angulos istius trianguli designatos in hoc triangulo designato esse æquales duobus rectis: non est itaq; nobis, vt sciamus, ꝙ hoc inest oi triangulo. & hæc appropriatio iudicabitur à natura trianguli in eo ꝙ triangulus, nisi per potentiam, quę apprehendit vniuersale, & est ea, quæ vocatur Intellectus. Et posteaq; posuit exemplum in hac re per similitudinẽ rerum Geometricarum, adduxit in hoc exemplum ex rebus, quæ sunt in scientia Astrologiæ, quoniam sunt propinquiores, vt sint sensibiles. & ad hoc, quòd existimetur, quòd † sensus in ipsis forte accidit, vt dubitet, & dixit: & propter hanc causam, si essemus altiores Luna, & videremus obstipationem terræ, qualis sit, non proueniret nobis causa de defectu ipsius, & hoc, quoniam quod apprehendimus, est defectus, scientiam vero de causa defectus non. sensus est, & consimiliter de eo, ꝙ est sensibile fm naturam, præterq; ꝙ fieri non potest, vt attingamus ipsum per elongationẽ loci à nobis, quemadmodum de Luna, si essemus super ipsam, ita ut apprehenderemus, ꝙ ipsa deficit per obstructionẽ vmbræ terræ, non proueniret nobis scientia per causam ois defectus in eo ꝙ est defectus ex parte sensus, sed proueniret utiq; nobis propter sensum causa istius defectus, quoniam sensus utiq; assequitur rem particularem, nõ vniuersalem, & causa prouenit utiq; nobis ex parte intentionis vniuersalis, & nõ vult, ꝙ, si attingeremus causam defectus, non oporteat nos declarare demonstrationem causæ ipsius. atqui voluit, ꝙ, si non attingamus causam defectus ipsius, non assequamur, ꝙ sint causæ omnis defectus ex parte sensus, sed ex parte intellect⁹: & hoc, cùm multiplicauerimus ipsum per hunc sensum, quousq; abstruxerit intellectus; ꝙ Luna deficit: causa igitur ipsius defectus est hæc, hoc est obstructio vmbræ terræ. Et propter hoc dixit: sed vniuersale utiq; formatur ex multiplicatione inducti secundum sensum, quoniã vniuersale utiq; venamur in veritate ex multiplicatione particularium. sensus est, & vniuersale, si nõ apprehenditur per sensum, apprehendet utiq; ipsum intellectus propter multiplicationem partium suarum à sensu victibus alit multis, aut paucis. Et non potest aliquis dicere, ꝙ qui apprehendit vniuersale is est, qui apprehendit particulare. quoniam vniuersale & particulare sunt duæ intentiones oppositæ, & sequitur, ꝙ intentiones oppositæ habeant apprehensiones oppositas, & in summa diuersas, quemadmodum materię formarum diuersarum sunt diuersę. Neq; potest aliquis dicere, ꝙ intellectus nõ indiget sensu in apprehẽsione vniuersalis, quõadmodum inueniuntur nonnulli nostri tẽporis credentes hoc, cum eo, ꝙ multi ipsorum negarũt vltra esse, qm̃ monstratum fuit, ꝙ assecutio vltra indiget sensu; qm̃ cui deficit aliquis sensuum in tempore generationis, eidem deficit vniuersale sensibile illius sensus.

* Ab l. sensationes
* Ab l. apposita
† 4 b. l. fi illud contigerit de eis, sensus sufficeret sibi,

Vniuersale autem honoratum est, quoniam significat causam. quare de talibus vniuersalis notitia honoratior est sensibus, & intellectione, quorumcũq; altera est causa: sed de primis est alia ratio. Manifestum igitur est, quòd impossibile est, sentiendo aliquid scire demõstrationum, nisi quispiam sentire hoc dicat, scientiam habere per demõstrationem: sunt tamen nonnulla, quæ referuntur in sensus defectum in problematibus, quædam enim, si videremus, nõ utiq; quæreremus, sed non tanquam scientes, eo quòd videmus; sed vt habentes vniuersale ex eo, quòd videmus: quemadmodum si vitrum perforatum videremus, & lumen permeans, planum utiq; esset, & propter quid * comburit, & ex eo plane, quia videremus fieri seorsum in vnoquoq;, intelligeremus simul, quòd in omnibus sic est.

* al. l. illuminat.

Dixit Aristo. Manifestum autem ex hoc, ꝙ vniuersale est honoratius, quoniã est causa in casu scientię: quod cùm ita sit, est igitur honoratius cẽ id, quod apprehenditur per sensum, et honoratius consimiliter etiam, cẽ formatiões intellectuales separatę à causis suis. de primis vero alius est sermo. Iam itaq; manifestum apparet, ꝙ fieri nõ potest, vt intentio, quam assequimur per sensum, & cognitio nostra per demonstrationem, sit res vna: nisi per Deum vellet aliquis nũcupare scientiam per demõstrationem sensum aliquem: præterq; ꝙ nos utiq; inuenimus aliqua, in quibus deficit scientia per defectum sensuũ in suis particularibus: quoniam de multis, si sentiremus ipsa per sensum, non quæreremus, & non est hoc propterea ꝙ scientia accidat per sensus. quemadmodum, si nos sentiremus

tiremus foramina, quæ sunt in vitro, & videremus lumen transiens per ipsa, manifesta utiq; esset causa illuminationis suæ, & hoc, quoniam, si videremus istud in vno ipsorũ, existimaretur per se de hoc vniuersali.

183 Dixit: manifestum autẽ ex hoc, ꝙ vniuersale est honoratius, quoniam est causa in casu scientiæ. sensus est, & manifestum ẽ ex eo qđ præcesserit, ꝙ vniuersale est honoratius particulari, & particulare, id est, quod apprehenditur per sensum; quoniam vniuersale est causa, ꝙ prouenit at nobis scientia demonstratiua, quæ est honoratior cognitione sensitiua. Deinde dixit: quod, cùm ita sit, est igitur honoratius cẽ id, quod apprehenditur per sensum. sensus est, cum cẽ vniuersale sit honoratius particulari, & particulare est, quod apprehenditur per sensum, manifestum utiq;, ꝙ vniuersale est honoratius cẽ id, quod apprehenditur per sensum. Deinde dixit: et honoratius consimiliter etiam, cẽ formationes intellectuales separatæ à causis suis. sensus est, ꝙ assecutio intelligibilũ per causas suas est honoratior cẽ assecutio ipsorum sine causis suis. & intelligit per hoc, conclusiones non primas & propositiones mediatas. Et propterea dixit: de primis autẽ est alius sermo. atqui dixit hoc, quoniam prima sunt propositiones immediatæ. & ipse dixit, quoniam non intendit hoc ad comparandum inter propositiones & conclusiones, quoniam ipse comparauit hæc in alio loco ab hoc. Deinde commemorauit de eo, quod declaratum est ipsi de summa vltius sermonis secundum consuetudinem artificum demonstrationis. Et dixit iam itaq; manifestum apparet, ꝙ fieri non potest, vt intentio, quam assequimur per sensum, et cognitio nostra per demonstrationem, sit res vna. sensus est, manifestum itaq; nobis ex hoc sermone, ꝙ apprehẽsio scientiarum est alia ab apprehensione sensuum. & intelligit per scientiam illud, quod ostenditur per demõstrationem. Deinde posuit conditionem, & dixit: nisi per Deum vellet aliquis uuncupare scientiam per demonstrationem sensuum aliquem. intelligit, ꝙ scientia p demonstrationem nõ est cognitio per sensum, nisi, p deũ, vocaret aliquis cognitionem, quæ acquiritur p demonstrationem, sensum: quoniam, si ipse fecerit hoc, faciens nõ errabit in hoc, posteaq; didicerit differentiam inter duas intentiones, & dicetur nomen sensus apud ipsum de iis per æquiuocationem, & non erit nomen sensus, quod significat super apprehensione scientiarum. Et posteaq; cõmemorauit, ꝙ apprehensio scientiæ est alia ab apprehẽsione sensuum, commemorauit syllogismũ, qui est inter ipsos, & dixit: præterq; ꝙ nos inuenimus aliqua, in quibus deficit scientia propter defectum sensuum in suis particularibus. sensus est, præterq; ꝙ nos inuenimus aliqua, in quibus deficit cognitio per causas ipsorum, propterea ꝙ deficit sensus particularium ipsarum causarum. Deinde dixit: quoniam de multis, si sentiremus ipsa per sensum, non quæreremus. sensus est, atqui deficit scientia per causam in nonnullis, quousq; constituerimus super ipsis demõstrationem, quoniam de quibusdam nõ habemus viam, vt sentiamus causas ipsorũ. Deinde dixit: & non est hoc, propterea ꝙ scientia prouenit per sensus. sensus est, neq; sequitur ex eo, ꝙ deficit scientia per causam in quibusdam rebus, quoniam nos non sentimus particulares causas, vt sit scientia particularis, ita vt scientia proueniat nobis per sensum, sed à sensu erit via, vt sciatur causa vniuersalis de hoc ente, & habeamus scientiam istius causæ à sciis primis. Deinde adduxit exemplum rei istius, cùm dixit: quemadmodum, si nos sentiremus foramina, quæ sunt in vitro, & videremus lumen transiens per ipsa, manifesta utiq; esset nobis causa illuminationis suæ. sensus est, exemplum huius, quoniam quærimus utiq; in scientia apparentium, propter quid vitrum comburit, cùm posuerimus ipsum è regione Solis, & si apprehenderemus refractionem radiorum in vitro ad locum combustionis, extricata utiq; esset demonstratio super hac causa. Deinde dixit: et hoc, quoniam, si nos videremus hoc in vno ipsorum, existimaret per se de hoc vniuersali. sensus est, & non est hoc, quoniam demonstratio prouenit nobis de conclusione vitri, sed quoniam, si nos videremus hoc, proueniret nobis propter particularia sua vniuersale existens cum hac dispositione, & consisteremus super causa in hoc absq; eo, ꝙ indigeremus demonstratione. Et hoc significat, ꝙ in magna parte eorum, quæ ignoramus secundum naturam causæ, fieri non potest, vt ea sentiamus, aut quoniã nõ sunt sensibilia, aut quoniam sunt ex genere sensibilium, quæ non sunt in natura, quã sentimus, aut quia deficiat sensibile ipsorũ p priuationem sensus, aut quia non accidit nobis, vt videamus ipsum, & non est aliquid ignotum secundum naturam apud nos. Et quoniã intelligibilia sunt ignota apud nos, aut propterea ꝙ non sunt ex genere sensibilium, aut quoniam nos non possumus sentire ipsa, & ea sunt ex genere sensibilium, dixit: quoniam de multis, si sentiremus ipsa per sensum, nõ quæreremus, & non dixit, quoniam causa omnium rerum ignotarum est, quoniã non est nobis aditus ad illarum sensationem.

Non omnium syllogismorum eadem esse principia posse. Cap. XXIII.

EAdem vero principia omnium esse syllogismorum impossibile, primum quidem logice considerantibus: hi quidẽ enim veri sunt syllogismorum, illi aũt falsi: quanq; enim liceat verum ex falsis syllogizare, sed semel hoc fit. veluti si A de C verum, mediũ autem B falsum: neq; enim A ipsi B inest, neq; B ipsi C: sed si harum media accepta fuerint propositionum, falsæ erunt propositiones, eo quòd omnis conclusio falsa ex falsis est, vera autem ex veris, altera autem sunt falsa & vera.

Dixit Aristot. Principia vero omnium syllogismorum non possunt esse vna & eadem. Primum quidem, cùm posuerimus quæstionem nostram per viam logicam, scimus, quòd aliqui syllogismorum sunt veri, & aliqui sunt falsi: & si est conclusio vera ex propositionibus falsis, hoc utiq; erit aliquando, quemadmodum, si esset A de C verum, & esset medium, quod est B, falsum: & hoc, quòd A non inest B, & B non inest C: præterquam quòd, cùm ipse acceperit inter has duas propositiones media, erunt utique propositiones falsæ, quoniam conclusio falsa concluditur utique ex duabus propositionibus falsis, & vera ex duabus propositionibus veris, & verum & falsum sunt diuersa.



Syllogiſmus ex duab⁹ cõſtans ꝓpõnibus falſis & concluſione vera.

184 Dixit: Fieri autem non poteſt, vt oēs propoſitiones ſyllſorum ſint vnæ & eædem, ita vt monſtretur quodlibet quæſitum ex quibuſuis propoſitionibus. et hoc apparebit, cū poſuerimus monſtrationem primam per viam logicam. et hoc, qm̄ manifeſtum eſt per ſe, q̄ propoſitionum aliquæ ſunt falſæ, & aliquę ſunt verę: & falſum eſt, q̄ propoſitiones falſę concludant concluſiones veras, & ſi ex propoſitionibus falſis inuenitur cōcluſio vera, hoc vtiq; eſt per accidēs. quemadmodum, ſi eſſet verum A ineſſe B, & acciperemus inter ipſa medium falſum, quemadmodum ſi acciperetur A ineſſe B, & eſſet hoc falſum, & C ineſſe B, & eſſet conſimiliter etiam falſum, concluderetur ex hoc, q̄ A ineſt B, quod eſt verum ex duabus propoſitionibus falſis ī prima figura. Exemplum vero huius ex materijs eſt, nam, ſi acciperet, quod omis homo ſtatua, & omnis ſtatua eſt animal, cōcluderetur q̄ omis homo ſit animal, quod eſt verum ex duabus propoſitionibus falſis. Et dixit: Prętercą, q̄, cū ipſe acceperit. hoc eſt iter extremitates propoſitionis falſæ, quemadmodum q̄ homo ſit ſtatua, medium terminum, eſſet vtiq; ex neceſſitate falſus, hoc eſt, q̄ ambæ propoſitiones, quæ componuntur ex hoc termino medio ſunt falſæ, qm̄ illa propoſitio falſa eſt cōcluſio illarum duarum propoſitionum, quæ componuntur ex acceptione medij termini cum duabus extremitatibus. Iam vero declaratum fuit in libro Syllogiſmi, q̄ concluſio falſa eſt vtiq; ex propoſitionibus falſis, quemadmodum declaratum eſt ibi, & q̄ cōcluſio vera eſt vtiq; per ſe ex propoſitiōibus veris. Atqui voluit per hoc totum mōſtrare, q̄, cū fuerit concluſio propoſitionum falſarum, ſicut concluſio vera, non exiſtimabitur vtiq; vnus ſyllogiſmorum, qui componuntur ex propoſitionibus veris, eſſe idem cum aliquo ſyllogiſmorum, qui componunt ex propoſitionibus falſis, neq; propoſitiones ipſorum vnæ. Tu vero iam ſciuiſti ex libro Syllogiſmi, q̄ propoſitiones veræ concludunt ex neceſſitate concluſiones veras, & ſi hoc nō conuertat, & q̄ cōcluſio falſa erit ex neceſſitate ex ꝓpōnibus falſis, & ſi hoc non conuertat.

Poſtea neq; falſa ex eiſdem ſibijpſis: eſt. n. falſa adinuicem & contraria & impoſſibilia ſimul eſſe, veluti iuſtitiam eſſe iniuſtitiā, aut timorem, †& hominem equum, aut bouem, & æquale, aut maius, aut minus.

† al.l. addit audaciam.

Dixit Ariſto. Amplius neq; ſyllogiſmorum falſorum principia ſunt vna & eadem: & hoc, quoniam ſyllogiſmi falſi ſunt vtique inter ſe contrarij, & impoſſibiles ineſſe rei vni, quemadmodum ſiquis diceret, q̄ ęqualitas morum ſit ob mores, qui ſunt propter additamentum ſuper medium, aut propter defectum à medio, & quòd homo eſt ęquus aut bos, & quòd ęquale eſt paruum, aut magnum.

Dixit: Neq; monſtratum fuit, q̄ propoſitiones ſunt 185
vnæ & eædem, quia aliquæ ipſarū ſunt veræ, & aliquæ ſunt falſæ, ſed monſtratum eſt hoc, qm̄ falſæ non ſunt propoſitiones vnæ & eędem: & hoc, qm̄ in propoſitionibus falſis inueniuntur contraria, & contraria non poſſunt eſſe aliqua vna & eadem, & propoſitiones, q̄ ſunt contrariæ ſunt falſę. quemadmodum, ſi dicamus, ęquale eſt magnum, aut paruum: & hoc, qm̄ magnū & paruum ſunt contraria, & vtraq; falſificantur de æquali, et intelliguntur, quæ ſunt propter additamentum ſuper medium, quemadmodum iuſtitia intemperantię & cōcupiſcentiæ, & intelligit, quòd eſt propter defectum à medio, quemadmodum timidus vere, ſed ī tertio exēplo, ſi non eſt ex rebus contrarijs, eſt ex rebus diuerſis.

Ex poſitis vero ſic, neq; enim verorū eadem principia omnium, altera enim multorum genere ſunt principia, & neque conuenientia, quemadmodū vnitates punctis nō conueniunt, illæ enim non habent poſitionem, hæc autem habent.

Dixit Ariſt. Iam vero declaratum fuit, q̄ principia ſyllogiſmorum verorum nō ſunt vna et eadem de rebus eiſdem ſm hunc modum: & hoc, qm̄ principia multorum diuerſificantur inter ſe ſm naturam, & non conſentiunt ſibijnuicem, quemadmodum vnitates non indigent, & nō conueniſunt cum punctis: & hoc, qm̄ vnitas non habet poſitionem, & punctus habet poſitionem.

Dixit: Iam vero declaratū fuit, q̄ propoſitiones demonſtrationum in artibus diuerſis non ſunt vna & eadem propter naturam eorum, quę conſiderantur in ipſis: & hoc, qm̄ manifeſtū eſt per ſe, q̄ prima & propoſitiones, quæ pertractantur in pleriſq; artibus, ſunt diuerſarum naturarum, quemadmodum diuerſitas puncti, qui eſt principium magnitudinis, quæ eſt ſubiectum artis Geometricę, & vnum, quod eſt ſubiectum artis Numeri. & hoc, quoniam licet vnitas conſentiat cum puncto in eo q̄ ambo ſunt indiuiſibilia, diuerſificantur tamen in eo q̄ res indiuiſibilis in vnitate non habet poſitionem, & res indiuiſibilis, quæ eſt punctus, habet poſitionem, quoniam eſt extremum lineæ. Atqui vult, cū monſtrauerimus, q̄ ſubiecta artium diuerſificātur per diuerſitatem principiorum, hoc eſt, per diuerſitatē cauſarum ſuarum, & ſunt propoſitiones, quæ accipiuntur in artibus ex cauſis per ſe, & hoc in demonſtrationibus ſimplicibus, monſtratum erit, q̄ propoſitiones ſunt diuerſæ, & hæc eſt monſtratio appropriata & per ſe. Atqui dixit: principia multorum, quoniam iam exiſtimatur, q̄ hæc ſunt propoſitiones, quæ communicant pluribus artibus, & conſimiliter exiſtimatur vtique q̄ plures artes habent principia vna, hoc eſt cauſas ſubiectorum ſuorum, & hæc vtiq; diuerſificantur per modum ſpeculationis, per difficultatem aūt monſtrationis rei, poſuit rem ſm q̄ apparet in aliquibus artibus.

186

Neceſſe autē eſt, aut in media conuenire, aut ſurſum, aut deorſum, aut hos quidē intro habere, illos autem extra terminorum.

Dixit Ariſt. Iam vero ſequitur ex neceſſitate, vt conſentiant aut in mediis, aut in ſubiectis, aut in prædicatis, aut vt ſint vni duarum ſcientiarum media, & ſcientię alteri extremitates: punctus autē non erit p̄dicatum,

neq;

† Ab.l. & in alteri extremum,

187 neq; ſubiectum, neque media in ſyllogiſmo numeri, neq; erit ſubiectum in ſyllogiſmo numeri, & prædicatum in ſyllogiſmo geometrico ſimul, ſed appropriabitur vni ſyllogiſmorum, vt vero ſit medium vni ipſorū, † & alteri ſimul, non.

Dixit: Iā vero ſequitur ex neceſſitate, ſi cōcant ſciæ diuerſæ ſubiecto in termino vno ex tribus terminis ſyllogiſmi, q̄ cōcient aut in termino medio, aut termino prædicato, aut ſubiecto: & hoc, aut q̄ ſit terminus cōcians in hoc, aut in termino medio in ambabus ſcientijs, aut in termino ſubiecto, aut in termino prædicato, aut erit in vna ipſarum terminus medius & in ſecunda prędicatum, aut ſubiectum in vna ipſarum & prędicatum in altera, aut prædicatum in vna, & ſubiectum ī altera, & non inueniuntur ſciæ cōcantes in termino ſyllogiſmorum demonſtratiuorum ſm viam aliam ab iſtis modis. vt in exēplo, punctus non poteſt eſſe terminus medius in ſcia Numeri, & ſcia Geometriæ ſimul, et nō erit prædicatum in ipſis ſimul, hoc eſt extremitas maior, neq; ſubiectū in ipſis, hoc eſt extremitas minor. Et fieri non poteſt, vt ſit in ſcientia Numeri terminus medius, & ī ſcia Geometricæ extremitas maior, aut minor, aut è conuerſo, neq; conſimiliter etiam, vt ſit in ſcia Numeri extremitas maior & in ſcientia Geometricæ extremitas minor, aut è conuerſo: cumq; fuerint omnes iſti modi, quibus poſſunt communicare ſcientiæ in terminis ſyllogiſmorum, & ſint omnes prohibiti, manifeſtū vtiq;, q̄ non communicabunt artes diuerſarum naturarum in propoſitionibus appropriatis ſubſtantialibus.

Sed neq; communium principiorū poſſunt eſſe aliqua, ex quibus omnia monſtrabunt:) dico autem communia, veluti omne affirmare, aut negare) genera enim entium altera ſunt, & hæc quidem quantitatibus, illa vero qualitatibus inſunt ſolis, cum quib⁹ monſtrantur per communia.

Dixit Ariſt. Neq; conſimiliter etiam principia vniuerſalia, in quibus conſueuerunt communicare ſcientiæ multæ, poſſunt inueniri vna & eadem in aliquibus rebus, quemadmodum ſermo dicens, q̄ de omni verificatur affirmatio, aut negatio. & hoc, quoniā naturæ generum rerum ſunt diuerſæ, et ſunt aliqua, quæ appropriantur, & proportionantur quantitati, & quædam appropriantur, & proportionantur qualitati: demonſtratio igitur perficitur ex iſtis, & propoſitionibus vniuerſalibus.

† Ab.l. & ſimiliudo q̄ Propter communicationem qualitatem.

189 Dixit: Neq; propoſitiones in arte, aut pluribus artibus poſſunt pertractari in artibus diuerſis ſeparatis ſecundum ſpeculationem abſq; eo, q̄ complicentur ipſis propoſitiones appropriatæ ſingulis artibus, quemadmodum propoſitio dicens, q̄ affirmatio & negatio diuidunt verum & falſum, quoniam hæ pertractantur in omnibus ſcientijs, quæ referuntur ad propoſitiones appropriatas illi arti, quæ pertractatur. et cauſa in hoc eſt, quoniam naturæ generum rerum ſunt diuerſæ ex parte, & conſentiunt ex parte, et ſunt ex parte aliqua diuerſa, quibus inſunt prædicata appropriata & proportionata. quemadmodum æqualitas, quæ appropriat quantitati † & quantitas, quæ appropriatur qualitati, & ex parte, qua conſentiunt, inſunt ipſis intentiones commu-

nicantes, oportet, vt perficiantur demonſtrationes in ipſis ex duabus iſtis ſpeciebus propoſitionum, hoc eſt vniuerſalium & appropriatarum. Et hunc ſermonem dixit vtiq; per modum opponentis Sophiſtæ, et ſi non, iam monſtrauit, q̄, ꝓpoſitiones Logicæ non pertractantur ab aliqua arte particulari, ſecundum q̄ ſunt partes demonſtrationis, ſed pertractantur ſecūdum q̄ ſunt ordines: de, ꝓpoſitionibus vero non Logicis quod ex ipſis eſt in ſcientia altiori, dictum eſt tam, quomodo pertractatur à ſcientia inferiori, quemadmodum res Perſpectiuorum cum ſcięntia Geometriæ, hoc eſt, q̄ pertractat ipſas ſcientia inferior ſecundum nomen conſtitutionū, quæ inueniuntur in rebus exiſtentibus in ipſis: propoſitiones vero, in quibus communicant artes plures, et nō ſunt in arte vna, neq; vniuerſali, neq; appropriata, dicuntur vtiq; per aliquem modorum nominis communicati, quemadmodū propoſitio dicens, q̄ æqualia vni ſunt æqualia. Sed iam dictum fuit de his, innuit autem illud per id, quod dixit: demonſtratio igitur perficitur ex iſtis, & propoſitionibus vniuerſalibus: hoc eſt, cùm conſenſerint de ſubiecto ſcientiæ, de quo pertractant, & redierint per hunc modum ſæpius, & ſm hanc declarationem, non erit in ipſo facilitas litigandi.

Amplius principia non multo pauciora ſunt concluſionibus: principia enim propoſitiones ſunt, propoſitiones vero aut ipſius aſſumpti termini, aut iniecti ſunt. Amplius concluſiones ſunt infinitæ, termini vero finiti. Amplius principia hæc quidem ex neceſſitate, illa vero contingentia. Sic igit̄ conſiderantibus impoſsibile eadem eſſe, aut finita, infinitis exiſtentibus concluſionibus.

Dixit Ariſt. Amplius, quoniam principia non ſunt abſq; concluſionibus, & non ſunt plura: & hoc, quoniam principia ſunt et propoſitiones vnæ & eædem: atqui augentur ſuper ipſas per terminum vnum extra ambas extremitates, aut medium duarum extremitatum, concluſiones vero augentur in infinitum, termini vero ſunt finiti. quoniā ex ipſis aliqui ſunt neceſſarii, & aliqui poſsibiles. & qui poſuerit ſpeculationem ſuam hunc in modum, ſciet vtiq;, q̄ principia nō poſſiunt eſſe vna & eadem, & comprehenſa, qm̄ concluſiones procedunt in infinitum.

Dixit: Amplius, quoniam ex diſpoſitione propoſi- 189
tionum eſt, q̄ ſint aut æquales concluſionibus, aut pauciores ipſis, nō ſunt enim plures: & cauſa in hoc eſt, quoniam propoſitiones augent ſuper concluſiones per terminum vnum, aut qui ponatur inter duas extremitates, & hoc in prima figura, aut qui ſit extra ambas extremitates in duabus aliis figuris, quēadmodum monſtratum fuit totum hoc in libro ſyllogiſmi propter concluſiones, quas vocauerunt connexas. hoc eſt, quæ concluduntur ex mutua compoſitione terminorum ad ſe inuicem, vt eſt quando ſunt tres termini, generabūtur duæ propoſitiones, & concluſio vna. & ſi addiderimus terminum quartum, generabuntur tres propoſitiones, & tres concluſiones, & ſi addiderimus terminum quintum, generabuntur quatuor propoſitiones, & ſex concluſiones: atqui voluit per hoc, q̄, cū manifeſtū ſit concluſiones ex diſpoſitionibus ſuis eſſe multas, q̄ inquam oportet, vt ſint propoſitiones ita, & ſigillatim, cū inue-

nitur, conclusio mõstratur ex propositionibus multis, & conclusiones multæ nõ monstrantẽ nisi ex propositionibus multis, quoniam oportet, vt numerentur propositiones ad numerum conclusionum, & non cõuertitur res, hoc est, cũ numerantur propositiones, vt numerentur conclusiones. & hoc, quoniam conclusiones vtique numerantur apud eum, qui numerat subiectum quæsiti, aut prædicatum ipsius, aut vtrq;. & hoc, quoniam principia, & propositiones numerantur ad numerum termini medii quæsito vno & eodem. Et dixit: et hoc, quoniam principia sunt, & propositiones vnæ & eędẽ. sensus est, q̃ principia sunt propositiones. Et dixit: atq; augentur super ipsas per terminum vnum, intelligit super cõclusiones. atqui dixit, extra ambas extremitates, quoniam inuenitur in figura secunda & tertia aliquando extra ambas extremitates, & aliquãdo intra ambas extremitates, & terminus, cũ ponitur in figura secunda & tertia, & appropriatur ipsi, ponitur extra ambas extremitates. Et dixit: conclusiones vero augentur in infinitum. innuit q̃ assignet probabile esse, quòd ois cõclusio sit propositio conclusionis alterius. & innuit, q̃ velit conclusiones non comprehendi per scientiam nostrã. Atqui dixit: termini vero sunt finiti, quoniam ex ipsis aliqui sunt necessarii, & aliqui possibiles. ecce assignauit hoc ad id, quòd omnis conclusio resoluitur in terminos finitos: & non potest aliquis dicere, si conclusiones sunt infinitæ, & conclusiones resoluuntur in propositiones, erunt et ipsæ infinitæ: scitur enim, q̃ oportet propositiones esse finitas, & q̃ ipsę in hoc sunt in contrarium cõclusionis. Et dixit: & qui posuerit speculationẽ suam hunc in modum, vsq; ad extremum capitult. sensus est, q̃ qui posuerit cõsiderationem suam in hoc quæsito ex hoc modo in propositionibus, apparet fieri non posse, vt sint vnæ & eædem, hoc est comprehensæ in numero, & conclusiones infinitæ. Et hęc erit monstratio separata p se: & hoc, cũ fuerimus confessi cõclusiones infinitas esse, hoc est incõprehensas in numero, non est posse nobis, vt ponamus propones cõprehensas in numero.

Si vero aliter quodãmodo dicat aliquis, vt quòd hæc quidem geometriæ, illa vero ratiocinio*rum, illa autem medicinæ; quid vtiq; esset, quod dicit aliud, præterq; q̃ sunt principia scientiarum? dicere autem eadem esse, ridiculum est, quoniam hæc sibi ipsis eadem essent: sic enim omnia fiunt eadem.

*al l. numerorum.

Dixit Aristo. Si vero quispiam desisteret ad latus vnum, & diceret, q̃ sunt vtiq; principia geometriæ, & principia computationum, & principia medicinæ: sermo vtiq; iste non est plus, q̃ sermo absolute de quantitate principiorum. atqui, si dixisset, q̃ principia omnium istarum scientiarum sunt vna, & eadẽ, eò q̃ istæ propones sunt vnæ & eædem, hoc vtiq; esset dignũ risu, qm̃ fm hunc syllogismum essent omnia vnum & idem.

190 Dixit: Atqui, si declinaret homo ad latus vnum de speculatione, quæ est manifesta de primo, & sciret de eo, quod apparet de omni specie, q̃ hæc sunt propositiones geometricæ, & ppositiones naturales, ipse vtiq; poneret, q̃ propositiones scientiarum sunt multæ: quoniam non est differentia inter duas istas positiones, & illam, si aliquis ponat, q̃ propositiones scientiarum sunt vnæ & eædem: oportet enim q̃ rideremus de ipso, quoniam existimaretur secundum hanc positionem, q̃ subiectum computatiuæ, & subiecta reliquarum artium sunt vna & eadem, & sequeretur, q̃ sciret, qui poneret hoc, q̃ entia sunt vna. Atqui voluit docere vilitatẽ istius positionis, & q̃ ipsa est ex genere positionum vilium: hoc est, q̃ q̃ posuit, q̃ propositiones sunt vnæ & eędẽ, & qui posuit, q̃ propositiones Scientiæ Naturalis sunt propositiones geometriæ, & sunt propositiones reliquarum artium, & qui posuit entia esse vna, quæcunq; fuerit ex his positionibus tribus, aut omnes, sunt viles in ordine vno, & ipsæ consequuntur seinuicem.

Sed neq; ex omnibus monstrari quodlibet idem est quærere oium esse eadem principia, valde enim fatuum est; neq; ehi in manifestis doctrinis hoc fit, neq; in resolutione possibile est: immediatæ nanq; propositiones principia sunt, altera autem cõclusio assumpta fit propositione immediata.

Dixit Arist. Amplius sermo, q̃ monstrẽ quodcunq; quæsitum ex oibus istis principijs, quousque reuertuntur principia oium scientiarum vna & eadem, nõ est verus, sed procedit processu sermonis ipossibilis: qm̃ si esset hoc, non esset nisi in doctrinis, q̃ sunt monstrationes manifestæ. neq; consimiliter etiam fieri põt, vt sint in resolutione in contrarium, & hoc, qm̃ sunt principia syllorum per propositiones imediatas: & cùm hę perfectæ fuerint, innouantur ex ipsis propositiones immediatæ, & sunt diuersę, quoniam conclusiones sunt diuersæ.

Dixit: Amplius sermo q̃ monstrẽ quodcunq; que- 191
situm in quacunq; arte contigerit ex propositionibus vnis & eisdẽ, quousq; sint propositiones in oibus scientijs propositiones vnæ, non est uerus tantum, sed est sermo ex eo, quod apparet in impossibili, quem non asserent, nisi viri mali. & hoc, qm̃ non apparet hæc res in doctrinis, quæ sunt manifestę nimis, sed apparet diuersitas ipsius. & hoc, qm̃ propositiones diuersificantur p diuersitatem artium, quæ sunt partes doctrinarum, & consimiliter non apparet hoc in resolutione in contrarium, hoc est, cũ fiunt syllogismi super quæstis, sed apparet diuersitas ipsius, hoc est, q̃ ex consuetudine doctrinarum, & ex consuetudine facientium syllos apparet ipsi, q̃ propositiones diuersificantur per diuersificationem artium: & propterea qui non nouit hoc, non habet consuetudinem in aliqua istarum artium, & qui habet hanc dispositionem, est in extremo pigritiæ. Et dixit: & hoc, qm̃ sunt principia syllorum, vsq; ad id, quod dicit, qm̃ cõclusiones sunt diuersæ. †notum est per se de hac re, & qui dicet ipsum, is dicet: qm̃ principia sunt in syllogismis, qui efficiuntur in artibus, quę non sciuntur per terminos medios, in eo, quòd existimauimus de ipsis numerum comprehensum, potest fieri additio super ipsis propositionum ex genere ipsarum, et innouabunt ex genere ipsarum, & ex ipsis conclusiones aliæ à conclusionibus innouatis ex hac dispositione prima ex propositionibus. Planum igitur, q̃ propositiones non sunt comprehensę, qm̃, si ipsę essent cõprehensæ, esset quod additur ex ipsis de numero primo propositionum, non aũt ita esset, si adderemus conclones alias à conclusioni bus consequẽtes ex primo numero ab ipsis ꝓpõnibus.

† Ab. l argumentatur

Si vero quispiam diceret primas imediatas propositiones eadem esse principia, vna in vnoquoq; genere est, si vero neq; ex omnibus,

nibus, tanq̃ oporteat monstrari quodcunq;, neq; ita altero, tanq̃ sit vnaquęq; scientia altera, derelinquitur, q̃ cognata sint principia oium, sed ex his quidem hæc, ex illis aũt illa.

Dixit Arist. Si vero aliquis diceret, q̃ propositiones immediatæ, quæ sunt principia vnicuiq; ipsarum, sunt vtiq; comprehensæ, & hoc, cùm oportuerit, vt mõstretur, quodcunque quęsitum contigerit de oibus ipsis, neq; consimiliter etiam sunt diuersę simpliciter: & hoc, qm̃ vnicuiq; scientiæ principia appropriantur: & fortasse erit vnumquodq; principiorum sub genere comprehendente ipsa, prętereq; q̃ vnaquæq; scientia appropinquat materiæ, quæ ipsi appropriatur.

192 Quod dixit hic, est dubium hac re, & hoc forte, qm̃ diceret aliquis, q̃ oportet, vt sit oibus propositionibus genus cõicans, cõprehendens ipsas, et facies appropinquare ipsas in oi arte materiæ suæ, & sint p modũ vnũ vres, & p modos plures propriæ, quemadmodum dicimus ipsum in multis propõnibus vniuersalibus: & hoc, cũ fuerimus confessi, fieri non posse, vt mõstretur quodcunq; quæsitum contigerit p quãcunq; propositionem. Manifestũ igitur q̃ sunt diuersæ, & q̃ non sunt vnæ in omni arte, vt monstretur esse quæsitum p oẽm propositionem: & propterea nos consimiliter etiã non possumus dicere, q̃ sunt diuersæ simpliciter. & hoc, qm̃ quasi oi rei principia appropriant, & ita oportet q̃ sint oi rei principia comprehendentia ipsa per dispositionẽ entium, hoc est, q̃ inueniuntur ipsis principia, quæ appropriantur, & comprehẽdunt: & hoc, quemadmodũ, si diceret Arist. de ꝓpõne, de qua dixit, q̃ æqualia vni sunt æqualia, & de eo, quod assimilatur huic generi: & fortasse omnes propositiones sunt i hac specie, hoc est, q̃ sunt vniuersales, sed appropiquare facit ipsas omnis scientia materiæ suæ, & pertractat pertractatione appropriata, quemadmodum dictum fuit de propositionibus vniuersalibus.

Manifestum autem & hoc est, q̃ non contingit, monstratum nanq; fuit, q̃ alia principia genere sunt differentium genere. Principia enim duplicia sunt, ex quibus, & circa quod: quæ quidem igitur ex quibus, communia sunt, quę autẽ circa quod, propria, vt

*al l. magnitudo.

numerus mãgnitudine.

Dixit Aristo. Planum autem manifestum, q̃ hoc fieri non potest. manifestum enim, q̃ in ijs, quorum genera sunt diuersa, gña quoq; principiorum suoꝝ sunt diuersa. & hoc, qm̃ principia dicuntur fm duas species, ex quibus, & per quæ, ex qbus sunt propositiones vles, per quę sunt propositiones appropriatę, quemadmodũ propositiones, quę appropriantur numeris, & magnitudini.

193 Planum autem fieri non posse, vt oẽs propositiones habeãt genus vnum, quoniam propositiones, quę sunt in rebus, quarum genera sunt diuersa, hoc est artibus, quarum subiecta sunt diuersa fm genus. si enim accidẽrẽt artes in genere vno, ponerent oẽs artes particulares sub arte vna, cumq; fuerint subiecta artium diuersa in genere, planum vtiq; q̃ & principia sua, hoc est propositiones suæ erũt diuersę genere. Et hoc est, quod significauit, cũ dixit: q̃ in ijs, quorum genera sunt diuersa, genera quoq; principiorum suorum sunt diuersa, hoc est, q̃ in ijs, quæ sunt subiecta artium: quæ, qm̃ sunt diuersa in genere, habent propositiones suas diuersas in genere consimiliter etiam, quoniam propositiones vtiq; sunt causæ illarum rerum, aut res, quæ sunt ex generibus illarum rerum fm q̃ appropriantur ipsis, & prędicantur de ipsis in eo quòd quid. Et dixit: & hoc, qm̃ principia dicuntur fm duas species, ex quibus, & per quæ. sensus est, & hoc, qm̃ principia, q̃ sunt in artibus sunt duarum partium, aut principia, quæ pertractantur in eo q̃ sunt similia ipsis, hoc est in rebus appropriatis, quę sunt in illa arte, & hęc non sunt pars artiũ, & propterea sunt hæc vniuersalia, aut principia, quæ sunt pars eorũ, quæ monstrantur in illa arte, & hæc ex necessitate sunt appropriata vnicuiq; generi, et nõ vniuersalia: & ideo vocauit hæc, per quæ, & vocauit speciem primã, ex quibus. Scire autem debes, q̃ principia vniuersalia, quę appropriantur arti vni, ea sunt apud me, ex quo dicuntur per cõmunitatem nominis, quæq; in ueritate sunt multa, diuersa, non vna, & hæc sunt, quemadmodum propositio dicens, q̃ equalia vni sunt æqualia, & q̃ proportionata, cùm permutantur, sunt proportionata: sed iam præcessit hoc ex sermone nostro.

Quòd scientia, & scibile ab opinione, & opinabili discrepent: & quid sit Solertia. Cap. XXIIII.

Scibile autem & scientia differũt ab opinabili et opinione, quoniam scięntia quidem vniuersalis & per necessaria: (necessarium vero non contingit aliter se habere) sunt autem nonnulla vera quidem, quę contingũt aliter se habere. planum igitur, q̃ circa hæc qdem scia non est, essent enim impossibilia aliter se hre, possibilia aliter se habere.

Dixit Aristot. Scientia vero & scibile diuersificantur vtiq; ab opinione & opinabili, qm̃ scientia est de vniuersali & rebus necessarijs: necessarium vero non potest esse p diuersum eius quo est: & cum hoc, inueniuntur vtiq; nonnulla vera & entia quę possunt esse in diuersum eius quo sunt. plane igitur manifestum, q̃ per hæc non erit scientia, q̃ si nõ, illa quæ possunt esse in diuersum eius quo sunt, non poterunt esse in diuersum eius quo sunt.

Intentio ipsius in hoc capitulo est monstrare dr̃iam 194
inter sciam & opinionem & intellectum, & corpit primo docere dr̃iam inter sciam & opinionem propter diuersitatem subiecti, de quo erit scientia & opinio, & dixit: Scientia vero & scibile diuersificantur vtiq; ab opinione, & opinabili, quoniam scięta est de vniuersali & rebus necessarijs. hoc est, quoniam scientia diuersificat ab opinione in duobus. quorum vnum est, q̃ sciæ subiectum nunq; est præter q̃ vniuersale, opinio autem est de vniuersali & particulari: secundum autem est, q̃ subiectum sciętiæ est necessarium, & subiectum opinionis est absq; dubio possibile esse verum: & hoc, quoniã inuenitur scientia vera, & opinio vera. Et quoniã opinio vtiq; erit vera, & posset aliquis dicere, q̃ vtraq; ipsarum est vnum, eò q̃ aggregantur in veritate, dixit: & cum hoc inueniuntur vtiq; nonnulla vera & entia, quæ possunt esse in diuersum eius quo sunt. sensus est,

sed cũ hoc, cp opinionis materia non est necessaria, non prohibetur ab ipso verum, quoniam tam inueniuntur nonnulla vera, quæ non sunt necessaria, quoniam possunt inuentri in diuersum eius quo sunt: hoc est, quoniã permutantur, & hæc sunt res particulares individuæ: et illud est verum oppositum falso possibili. verum enim necessarium id est, cui opponi falsum impossibile. Et post eaq; enuntiauit, cp opinio erit vtiq; de his rebus, eg pit monstrare, cp fieri non potest, vt sit de ipsis scientia per signa differentiæ subiecti scientiæ à subiecto opinionis. Et dixit: plane igitur manifestum, vsq; ad finẽ eius quod scripsimus. sensus est, cum; opinio fuerit vtiq; in hac materia, planũ vtiq;, cp non erit possis in ipso scientia: quoniam scientia est vtiq; de tis, quæ non possunt esse in diuersum eius, quo sunt. & si posuerit aliquis, cp est scientia, sequitur ipsum, cp illud, quod non potest esse in diuersum eius quo est, possit esse in diuersum eius quo est. & hoc est extremum falsi.

Verumenimuero neq; intellectus (dico enim intellectum principium scientiæ) neq; scientia indemonstrabilis: hoc autem est acceptio immediatæ propositionis. Verus autem est intellectus, & scientia, & opinio, & quod per hæc dicitur. quare derelinquitur opinionem esse circa verum quidem, vt falsum, contingens autem, & aliter se habere, hoc autem est acceptio immediatæ propositionis, & non necessariæ.

Dixit Aristo. Neq; est intellectus, qui est principium scientiæ, neq; cõsimiliter etiam propositiones immediatæ, quarum assertio est absq; demõstratione. Intellectus autem & scientia, et opio sunt vera, & res, quæ sunt in his: derelinquit itaq;, cp opinio sit aut vera, aut falsa, & possibile est, cp sit in diuersum eius quo est, & hæc est assertio propositionum immediatarum non necessariarum.

195 Dixit: Neq; potentia intellectualis, quę est principiũ scientiæ, erit de rebus possibilibus, neq; etiam scientia, quæ mittitur super propositiones primas, quæ sunt immediatæ. Deinde dixit: Intellectus autem, & scientia, & opinio sunt vera. sensus est, & cõmunicant hæc tria in eo cp sunt vera, sed intellectus & scientia semper sunt, opinio autem in tempore est vera, & in tempore falsa. Et dixit: derelinquitur igitur, cp opinio sit aut vera, aut falsa. sensus est, cum; vera fuerint scientia, & intellectus semper, & iam monstratum fuerit, cp sunt aliud ab opinione, sequitur, vt omnis opinio cadens in nos sit aut vera, aut falsa: igitur non erit scientia & opinio vnum: quoniam omnis scientia cadẽs in nos est vera. Et dixit: & possibile est, cp sit in diuersum eius quo est, innuit, vt velit, cp possibile sit, vt opinabile in tempore opinionis sit in diuersum eius, quo opinat ipsum, aut velit, cp possibile sit, cp opinabile in alio tempore, q̃ quo opinatur ipsum, sit in diuersum eius, quo opinatur ipsum: & hæc est dispositio opinionis veræ, cp sit ex propositionibus possibilibus, dispositio autem prima erat dispositio opinionis falsæ: hoc est, cp opinatum sit in diuersum eius, quo existimatur in tempore, quo existimatur. Cùm vero dixit: & hæc est assertio propositionum immediatarum non necessariarum. sensus est, & opinio vera, quæ est imago intellectus per scientiam est assertio propositionum immediatarum nõ necessariarũ; scientia vero est de re prouenente ex istis propositionibus, & quemadmodum scientia sunt duæ res, principia & conclusiones, ita quoq; de opinione. Atqui voluit, cp definitio opinionis in summa sit assertio propositionum cum hac dispositione, & assertio sequitur ex huiusc emodi propositionibus.

Et confessum autem est sic apparentibus, nanq; & opinio incertum est, & natura talis. Ad hæc autem nemo putat opinari, quãdo existimet impossibile aliter se habere, sed scire, sed quando esse quidem sic, sed tamen & aliter, nihil prohibet tunc opinari, tanquam quòd talis opinio sit.

Dixit Arist. Et hæc definitio consentit ei, quo sunt res. & hoc, quoniã opinio est vtiq; de rebus possibilibus, & natura ipsius hæc. consimiliter etiam, quoniam aliquis non assereret de eo, quod est impossibile, cp sit in diuersum eius quo est, cp sit opinio, sed ad hoc ad minus est scientia, sed opinabit vtiq; ipsum, cùm fuerit secundum formam eius, quod potest esse in diuersum illius formæ, quoniam in tali cadit opinio tantum. † Ab I. hæc est iterũ atq; iterum.

Dixit: Et hęc definitio cõsentit ei, quo sunt res. sensus est, & quod diximus in definitione opinionis, cp est assertio propositionum immediatarum, non ex necessitate, aut assertio, quæ sequitur ex huiusc emodi propositionibus, est definitio consentiens ei, quo est res per se. Et ideo dixit: quoniam opinio est vtiq; de rebus possibilibus, & natura ipsius hæc consimiliter etiam. hoc est, considerandũ per se de existentia per res possibiles, quoniam hæc res non accidit nobis: & hoc, quoniã positum est, cp opinio vtiq; est de rebus possibilibus, & cp forma ipsius, & essentia ipsius est cum hac dispositione: manifestum igitur, cp hæc definitio consentit ei, quo est res per se. Et dixit: quoniam aliquis non assereret de eo, quod est impossibile, cp sit in diuersum eius quo est, cp est opinio, vsque ad id, quod dixit, quoniam in talica dit opinio tantum. sensus est, quoniam aliquis nõ asserit per assertionem ipsius, quod videtur, cp non sit possibile, vt sit, neq; in tempore aliquo in diuersum eius, quo asseruit, cp hæc assertio est opinio, sed asseret vtiq; de huiusc emodi assertione, cp est scientia: atqui asseret assertione sua de re, cp est opinio, cũ asseruerit de re, cp est secundum formam aliquam, & asseruerit de ipsa secundum assertionem suam primam, cp fieri potest, vt sit in diuersum eius, quo est illa forma: & hæc est responsio ab eo de definitione, per quam definiuit opinionẽ, cp est assertio, per quam asseritur, cp fieri potest, vt sit in diuersum eius quo est.

Necessarii vero scientia est,* quomodo igitur est idem opinari & scire? & propter quid non erit opinio scientia, si quis ponet; omne, quod nouit, contingere opinari? consequetur enim hic quidem sciens, ille vero opinans per media, quousq; ad immediata venerit. quare, si quidẽ ille nouit, & qui opinatur nouit, quẽadmodum. n. & cp opinari est, & pp quid, hoc autem ipsum medium. * al. I. quo igitur nõ est.

Dixit Arist. In rebus vero necessariis cadet vtiq; scientia, præterq; cp posset aliquis dicere, quomodo fieri potest, vt sciatur, & opinetur vnũ et idem? cumq; oẽ illud, quod scit

scit aliquis, ita se habeat, vt opinetur ipsum, siue fuerit mediatũ, siue immediatum, quæ est igitur causa prohibens, cp opinio & scientia sint vnũ? cũ hoc, cp scia sua in vno ipsorũ sit scia sua in altero: & hoc, qm̃ opinio erit vtiq; de eo, quòd est, si est res, & pp qd est.

197 Dixit: Præterq; cp posset aliquis dubitare in hoc, & dicere, & si est scientia aliud ab opinione, quoniam subiecta ipsarum sunt diuersa, quomodo fieri potest, vt habeamus opinionem & scientiam de re vna & eadem: hoc est de subiecto vno? nos enim inuenimus hoc accidere nobis plerunq; in rebus multis, siue fuerint mediatæ, hoc est conclusiones, aut resolubiles in immediatas, hoc est in propositiones per se notas, cũq; acciderit nobis hoc in propositionibus & conclusionibus, cp habeamus opinionem & scientiam simul, sequitur vtiq;, cp sit opinio & scientia res vna et eadem, quousq; scientia nostra de re per vnum ipsorum sit scientia nostra de illa p alteram: & hoc, quoniam per omnes species demonstrationum adducitur nobis scientia & opinio. hoc est, quę exhibet existentiam rei, & quæ exhibet causam ipsius, & quæ exhibet vtraque simul.

An si quidem ita suspicabitur nõ contingentia aliter se habere, quemadmodũ se habent definitiones, p quas sunt demõstrationes, non opinabitur, sed sciet. si autem vera quidem esse, nõ tamen hæc vtiq; ipsis inesse secundum substantiam, & secũdum formã, opinabitur, et non sciet vere ipsum quòd, et ipsum propter quid, si quidem per immediata opinabitur, si autem non per immediata, ipsum quòd solum opinabitur.

Dixit Arist. Si fuerit asserentis assertio secundum hanc formam, cp ipse asserat de tis, quæ non possunt esse in diuersum eius quo sunt, quemadmodum de terminis, qui sunt medii in demonstrationibus causæ, nõ opinatur hanc opinionem, sed scit ipsam: et si asserat de illis rebus, cp sunt veræ absq; eo cp non sunt per se, neq; substantiales, opinabit vtiq; hoc opinione, et non sciet, an res sit, et propter quid sit. forte vero, cùm fuerit res mediata, existimabitur vtiq; de ipsa opinio propter quid est, sin autem res fuerit immediata, existimabitur vtiq; de ipsa an sit.

198 Dixit in responsione ad dubium præcedẽs, quòd fieri non potest, vt aggregentur alicui in re vna & eadem scientia & opinio simul: & hoc, quoniam scientia est, vt asserat fieri non posse, vt sit in diuersum eius quo est, qđ asserit, & non in tempore, quemadmodũ quod asseritur de propositionibus per se, quas posuimus terminos medios in demonstratione, & est opinio, vt asserat de re, cp potest esse in diuersum eius, quo asserit ipsum esse. Planum igitur cp fieri non potest, vt aggregentur nobis hę duę assertiones i re vna & eadẽ, et opinio accidit nobis i eo, cp asserimus de ijs rebus, quòd sunt verę absq; eo cp asseramus ipsas esse substantiales & necessarias: & hoc, qm̃ assertio sua ista est, vt accidat opinio, siue fuerit hæc assertio existens per medium, aut sine medio, non est differentia inter ipsa, nisi cũ fuerit mediata, hoc est conclusio erit opinio, propter quid est res, si uero fuerit immediata, erit opinio, an aliquid insit alicui: atqui simul erit opinio, quæ est conclusio in scia causæ, qm̃ ipsa est, quæ appropriatur conclusioni absq; propositionibus. & hoc, qm̃ scientia de propositionibus est existentia tantum, & scientia de conclusione est existentia & causa per demonstrationes simplices, & demonstratio tantum per demonstrationem causarum.

Eiusdem vero opinio, & scientia nõ omnino est, sed quemadmodum & falsa & vera eiusdem quodammodo sunt, ita & scientia & opinio eiusdem: etenim opinionẽ veram, & falsam (vt nonnulli quidem dicunt) eiusdem esse, absurda contingit erigi, et alia, & non opinari, quod opinatur falso.

Dixit Arist. Si vero scientia & opinio fuerint vnum, non est hoc per affirmationem absq; dubio, sed quemadmodum est vtique de re vna & eadem opinio vera & opinio falsa secundum duos modos, ita vtique erit res vna, quam oportet vt sciat opinans: sed eum, qui dicit scientiam & opinionem esse vnum, sequitur hoc, vt sit illud, quod opinatur opinione falsa, nisi ita sequatur ipsum quod asserit.

Forte vero si erit opinio & scientia res vna simpliciter, qm̃ sunt vtiq; de subiecto vno, non erit vtiq; hoc p affirmationem absq; dubio. hoc est, cp non accidet in oloco, vt sit subiectum opinionis & scientiæ vnum, & sit scientia propter hoc, & opinio res vna, & eadem: cũ fuerint subiecta sua res vna, erit vtiq; subiectum ipsarum ex nomine res modorum diuersorum. hoc est propter duos vtros, quemadmodum, cp sit de re vna & eadem opinio vera & falsa, vera vni, & falsa alteri, & hoc per modum vnum non est subiectum vnum. Et dixit: sed eum, qui dicit scientiam & opinionem esse vnum, sequi hoc, vt sit illud, quod opinetur opinione falsa, nisi ita sequatur ipsum, quod asserit. & ita asserit, vt velit, cp qui asserit cp scientia & opinio est vnum, qđ sit, cũ opinatur de re opinionem falsam, cp opinetur & non opinetur simul: quoniam ex parte, qua habet scientiam de re, non opinatur ipsam, & ex parte, qua opinetur ipsam, opinetur vtiq; ipsam, & habebimus de hoc opinionẽ et non opinionem simul. Et innuit, vt velit: cp si non aggregentur opinio & scientia per assertionem vnam de re vna, non aggregantur in ipsa opiniones contrarię. Atqui fieri potest, vt asserat aliquis de re, cp est ita, & cp non est ita simul, quemadmodum, si aliquis opinaretur, cp terra sit in medio, et cp declinat â medio simul.

Quoniam vero idem pluribus modis dicitur, est quidem vt contingit, est autem vt non: commensurabilem nanq; esse diametrum vere opinari absurdũ est, sed quòd diameter, circa quam opiniones, idem, ita eiusdem est: quòd quid autem erat esse vtiq; secundum rationem non est idem, consimiliter autem & scientia & opinio est eiusdem, hæc quidem enim sic animalis, vt non contingat non esse animal, illa vero vt contingat, veluti si hæc quidem quòd hominis est, illa vero hominis quidem, non autem quòd hominis: idem enim est, quoniam homo, hoc autem sic non idem.

Dixit

Dixit Aristo. Qm̃ vero vnum & idē dicit multis modis, erit scia & opinio ſm aliquem modorum possibilis, & ſm alium modum impossibilis. & hoc, qm̃ absurdum est, ꝙ aliquis opinet opinione vera diametrū commensurabilem esse costæ, sed diameter est subiectum opinionis veræ & opinionis falsę, & ſm modum hunc dicitur de ipsis, ꝙ sunt vnum: ꝙ vero sint simul vnum, hoc est definitione, non est possibile. & forma sciētiæ & opinionis est hæc forma: & hoc, ꝙ ipsæ sunt opinio vna in subiecto, scientia qdē de aīali ꝙ sit, & ꝙ fieri nō potest, vt sit in diuersum eius quo est, opinio autē, ꝙ fieri potest, vt sit in diuersum eius quo est: & prima quidem pertractabit de animali ſm ꝙ est in definitione hominis & essentia ipsius, secūda vero, ſm ꝙ inest, non ſm ꝙ est essentia aut substantia ipsius: & subiectum in vtrisq; est vnum & idem, ipsa vero secundum definitiones suas non sunt vnum & idem.

200 Quoniam dubium, cuius præcesserit principium, fuerat, ꝙ scientia et opinio sunt vnum, quoniam scientia et opinio sunt de vno, vult docere, ꝙ causa erroris in hoc est, si accipiatur, ꝙ nomen vnius significet super re vna, quoniam ipsum significet super rebus multis. dicitur igitur, ꝙ, quoniam nomen vnius dicitur secūdum multas intentiones, scientia et opinio possunt esse vna de aliqua rerum, de quibus dicatur nomen vnius. et non est possibile, vt dicatur de intentione secūda, quod est, vt sint vnum subiecto vtraque, et duo definitione, non vnum subiecto & definitione: & hoc, quoniam falsum est, vt asserat aliquis vnum in eo quòd est necessarium, & possibile simul, vt in exemplo, error est, vt existimetur diametrum communicare costæ, quoniam demonstratio constituitur vtiq; de ipso, qđ nō communicat ex necessitate. diameter itaq; potest esse subiectum scientiæ apud eum, qui habuerit scientiam de hoc, & subiectum opinionis apud eum, qui habuerit opinionem, ꝙ communicat. & ſm hunc modum dicitur de opinione & scientia, ꝙ sunt vnum, hoc est propter subiectum: ꝙ autem sint vnū definitione, est impossibile. Forma igitur scientiæ atq; opinionis est hæc, hoc est veritas ipsarum. & est, ꝙ vtraq; sunt unum subiecto, duo in definitione & forma. vt in exemplo, assertio, quæ est de homine, ꝙ est animal, & ꝙ non est possibile, vt sit nō animal, neq; in aliquo tempore, est scientia, sed assertio, ꝙ est animal, & ꝙ possibile est, vt sit in aliquo tēpore non animal, est vtiq; opinio. Assertio itaque prima accepit animal, ſm ꝙ ponitur in definitione hominis, & essentia ipsius: assertio autem secūda accepit, ꝙ animalitas inest ipsi tantum, absq; eo ꝙ sit ipsi aditus in essentiam & substantiam ipsius. Quòd cùm ita sit, subiectū vtiq; in vtrisq; assertionibus est vnum & idem, definitio autem non est vna & eadem, hoc est, quoniam differentia vltima in vna ipsarum est alia ab altera.

Manifestum autem est ex his, ꝙ neq; opinari simul idem & scire contingit, simul. n. habere posset suspicionem, ꝙ aliter se habere, & non aliter, idem esset, quod nō contingit, in alio quidem enim vtrúmq; esse contingit eiusdem, vt dictum est, i eodem aūt non sic possibile est. habebit enim suspicionem simul vt ꝙ homo esset, ſm ꝙ animal: hoc. n. esset non cōtingere esse non aīal, & non ſm ꝙ animal, hoc enim esset sic contingere.

Dixit Aristot. Manifestum igitur, ꝙ fieri non potest, vt sciat aliquis rem vnam, & opinetur ipsum simul: ꝙ si non, proueniet de subiecto vno simul assertio, ꝙ potest esse in diuersum eius quo est, & non potest esse, sed hoc est falsum. Cū vero duo extiterint, fieri vtique potest, vt formetur hoc ex ambobus ipsis simul, vt opinetur ipsum vnus ipsorū, & sciat ipsum alter: sed de vno fieri non potest, vt ordinetur scientia & opinio in subiecto vno simul: & si nō, assereret vtiq; simul de eo, quod est hō, ꝙ est homo animal, & ꝙ fieri non potest, vt sit non aīal, & ꝙ non est animal: & hoc, qm̃ hæc est res possibilis.

201 Dixit: Manifestū igitur ex eo, quod diximus in definitione scientię, & opinionis, ꝙ fieri non potest, vt proueniat homini vni de vna & eadem re opinio & scientia simul, & eidem in tempore vno & eodem, ꝙ possit esse in diuersum eius quo est, & non possit esse simul, et hoc est falsum. ꝙ autem hæ duę assertiones sint de re vna simul in eodem ad duos homines, est utiq; possibile. & hoc, quoniam fieri potest, vt asserat vnus ipsorum de re, ꝙ fieri non potest, vt sit in diuersum eiús quo est, & asserat alter, ꝙ est possibile. sed in homine vno non est possibile, vt inueniantur ambæ istæ assertiones de re vna simul in tempore vno, nisi fortasse possibile sit, ꝙ homo vnus asserat, ꝙ homo est animal, et non est animal simul, & hoc, quoniam non est differentia asserere de aliquo, ꝙ est animal, & ꝙ non est animal, aut asserere de aliquo, ꝙ fieri non potest, vt sit nō animal. Et hoc est, quod significauit, cùm dixit: & si non, assereretur vtiq; simul de eo, quòd est homo, ꝙ est animal, et quòd fieri non potest, vt sit non animal, & quòd non est animal. & hoc, quoniam hæc est res possibilis, quoniā non est differentia inter id, quòd asserat aliquis de aliquo ꝙ est animal, & ꝙ non est possibile, nisi quòd sit animal, & ꝙ hoc non est possibile, & inter hoc, ꝙ asserat, quòd sit animal & non est animal simul: quoniam sermo noster erit possibilis & non possibilis, cui opponitur oppositio affirmatiuæ & negatiuæ.

Reliqua vero quomodo oporteat distribuere & in discursu, & intellectu, & scientia, & arte, & prudētia, & sapientia, illa quidem naturalis, hæc autem moralis speculationis magis sunt. Solertia vero est bona quædam coniectatio in non perspecto tempore medij, veluti si quispiam videns, ꝙ luna splendorem semper habet ad Solem, celeriter excogitauit propter quid hoc, quoniam propter id, quod splēdescit à sole, aut † disputantem cum diuite, nouit, quoniam fœneratur, aut propter quid amici sunt: quoniā inimici eiusdem. Omnes enim causas medias vidēs summas cognouit. splēdidum esse ad solem sit in quo A, splēdere à sole, in quo B, luna, C: ineſt itaq; lunæ quidem ipsi C ipsum B splendere

† Argyr. l. si viso paupere diuitē adeunte hoc illum, pterea facere, qm̃ tuo argento accepit, intellexerit.

dere à sole: ipsi autem B ipsum A ad hoc esse splendidum, à quo splendet: quare & ipsi C ineſt ipsum A per B.

Dixit Aristo. Speculatio vero de reliquis potentiis animæ rationalis, quæ sunt ratio, & intellectus, & scientia, & ars, & prudētia, & sapientia ita se habent, ꝙ aliquæ sunt de præcepto speculationis naturalis, & aliquæ de præcepto speculationis moralis. Solertia vero est bonificatio deueniendi in terminum medium in paruo tempore. vt in exemplo, cū viderit aliquis, ꝙ id, quod sequitur Solem de Luna, semper est illuminatum, cito comprehendit, propter quam causam est. & est ita, quoniam ipsa splendescit à Sole, cumq; viderit hominem diuitem alloquentem cum paupere, nouerit, ꝙ hic quasi mutuatur ab ipso, aut quòd ipsi sunt amici, quoniam odio habent hominem vnum & eundem: quoniam cùm nouerit ambas extremitates, nouit omnes causas medias. sit splēdor aduertens Solem, in quo est litera A: ꝙ ipsa splendescit à Sole, in quo litera B: & Luna, in quo est litera C. B igitur ineſt C, hoc est Lunæ, id est B, qđ est splendescere à Sole, & A ineſt C. hoc est, quod aduertit ad hūc, hoc est ad latus ab ipso illuminatum, A igitur ineſt C per medium B.

202 Fortasse consideratio de natura intellectus attinet vtiq; ad Scientiam Naturalem, consideratio autem de arte & scientia inueniuntur vtiq; à ratione. In consideratione autem de differentia inter scientiam & opinionem communicant Logicus & Naturalis: Logicus quidem considerat de ipsis ex parte veri & falsi, Naturalis autem considerat vtiq; de ipsis ex parte, qua sunt duæ ex potentiis animæ. Solertia vero est (quemadmodum dixit) celeritas, per quam cadit homo super termino medio, qui est causa, apud id quod sentit prædicatum inesse subiecto. vt in exemplo, quemadmodum, cū diximus, cùm aliquis viderit Lunam vtiq; semper lucere ad partem oppositam Soli, existimauit in corde suo, ꝙ causa in hoc est, quoniam Luna possidet lumen à Sole, & similiter cùm viderit aliquem loquentē cum aliquo, & fuerit vnus ipsorum diues, & alter pauper, existimauit in corde suo, ꝙ causa coniunctionis suæ est, ꝙ pauper periit à diuite, vt ipsi mutuet: & ita, cùm habuerit, ꝙ illi odio habent hominem vnum, opinatus est in corde suo, ꝙ sunt amici. Aristoteles autem accepit loco luminis Lunæ ad partem oppositam Soli, literam A, quæ est maior extremitas: & loco eius, quod est, posidere lumen à Sole, quod est medius terminus B: & loco Lunæ, quæ est minor extremitas in hoc quæsito: C. Solertia igitur est apud eum, qui senserit A ineſſe C, & opinatus fuerit in corde suo, C esse per medium B, & hoc ipse opinatus est in corde suo super excellentia causæ, quæ, cùm fuerit in subiecto, sequitur, ꝙ sit prædicatū in ipso.

Finit tractatus Primus libri demonstrationis longæ.

Laus Deo magno & benedicto.

ARISTOTELIS
POSTERIORVM RESOLVTORIORVM
LIBER SECVNDVS,
Cum Auerrois magnis commentarijs.

SVMMA LIBRI.

10 *De quatuor medij quæsitis, si est, quid est, qtòd seu quia est, & propter quid. Quomodo quid est monstretur, ac ad demonstrationem se habeat. Definitionem esse per causam. De diuisione causarum, et quæ mutuo concurrant, & quæ non, & quomodo illarum possit esse demonstratio. De compositione definitionis ex suis partibus, & quando sunt ignotæ quo pacto veniantur. Pariter quomodo causæ veniantur. Postremo de cognitione. ac differentia principiorum indemonstrabilium.*

In disciplinis quatuor quæri solent, & hæc omnia medij quæsita sunt: Et quid sit huius libri propositum. Cap. I.

QVAE quæruntur sunt æqualia numero iis, quæcunq; scimus. quærimus autem quatuor, quod, propter quid, si est, quid est. cùm enim vtrū hoc, aut hoc insit, quærimus in numerum ponentes: veluti vtrum deficit Sol, aut non, ipsum quòd quærimus. Signum autem huius, cùm enim inuenimus ꝙ deficit, cessauimus, & si à principio sciremus, quòd deficit, non quæreremus vtrum. cùm autē scimus ipsum quòd, tunc ipsum propter quid quærimus, vt scientes, quòd deficit, & quòd mouetur terra, propter quid deficit, aut propter quid mouetur, quærimus hæc quidem sic.

DIXIT Aristo. Ea, quæ quærimus, & ea, quæ scimus, sunt æqualia, quæ vero quærimus sunt quatuor: quorum vnū est, ꝙ & secundum, propter quid hoc, & si est, & quid est. & hoc, quoniam, cùm quærimus vtrarúis duarum causarum si est, ex parte iam ponimus in numerum. vt in exemplo, si aliquis interrogaret, an Sol suscipiat defectū, aut non, nos vtiq; quærimus si est. signū autem super hoc est istud, quoniam, cùm inuenimus, ꝙ ipsa deficit iam desistimus à quæstione, & si sciuissemus à principio rei, ꝙ suscipit defectum, non quæsiuissemus vtrum arúis duorum videatur, cumq; sciuerimus, ꝙ est quæsitum nostrum, quærimus tunc propter quid est. vt in exemplo cùm nouimus, ꝙ suscipit defectum, & scimus ꝙ terra mouetur,

uetur, quærimus tũc propter quam causam
suscipit defectum, & propter quam causam
mouetur terra: & hæc ita quæres.

1
VONIAM consyderatio prima hoc in
libro diuidebat duas in partes, in scien
tiam quid est demonstratio, & in scien
tiam quid est definitio: iamq; perfecit
sermonem quid est demonstratio, &
quæ sint species ipsius, & ex quib⁹ sin
gulæ eius species constituantur, & cum quibus condi
tionibus & intentionibus, quæ traduntur de ipsis, sunt
aut demonstrationes tantum, aut demonstrationes per
fectæ, & locutus est cum hoc de omnibus consequenti
bus, quæ consequuntur demonstrationes: cœpit hic spe
culationem partis secundæ istius libri, quæ est speculatio de speciebus definitionis, & de iis, ex quibus constituuntur, & de via per quam prodeunt, & in summa de
iis omnibus, quæ consequuntur ipsas, & ex quibus cõ
stituuntur. Et quoniam definitio est aliud à demonstra
tione, quoniam quæstio quid est, est alia à quæstione de
monstrationis, aperuit sermonem de numero quæsito
rum primorum naturalium: hoc est, quæ quæruntur de
intentione prima ad assequendum illud, quod ex ipsis
extra intellectum inest intellectui secũdum id, quod de
ipso est extra intellectũ, & cœpit docere, q̃ ea, quæ quę
runtur, et quæ sciuntur sunt vnum subiecto, differentia
definitione: & hoc, quoniam ipsa antequam sciantur,
quæruntur, & cũ sciuntur, sunt conclusiones. quemad
modum, cùm pertractantur ad monstrandum aliud ab
ipsis, vocantur propositiones. Et hoc est, quod signifi
cauit, cùm dixit: Ea, quæ quærimus, & ea, quæ scimus
sunt æqualia. sensus est, quæ sciuntur post quæstionẽ.
& hoc, quoniam hic sunt aliqua, quæ sciuntur à princi
pio absq; eo, q̃ inquiramus aliquo tempore cognitionẽ
ipsorum: & ita oportet, vt intelligatur hic de quæstio
ne quæsita ignota secundum naturam, & ipsa sunt, quę
sciuntur per syllogismum tantum. & hoc, quoniam hic
sunt aliqua, quæ quæruntur & sciuntur per inquisitio
nem, aut per speciem diuisionis: & ex hoc existimatur
de diuisione, q̃ sit syllogismus, & consimiliter de inqui
sitione: & iam declaratum fuit, quomodo se habet res
in libro Syllogismi. Et posteaq; enuntiauit, q̃ ea, quæ
quę runtur sunt eadem cum iis, quę sciuntur post qõnẽ,
enuntiauit species quæstionis, & dixit, q̃ sunt quatuor:
quarum vna est, quòd est, & altera propter quid
hoc, si est, & quid est: & si res sit, quemadmodũ eeci
dit in hac trãslatione, oportet, q̃ intelligatur sermo ip
sius, q̃ ipsius si est, sunt duæ species, si est ita in hoc, & si
est simpliciter, & in duobus his erunt quæsita quatuor:
& hoc, qm̃ ea duo, quæ quę runtur, sunt cum hoc, si hoc
est, vt si est res, aut si est cũ tali dispositione. Et per pro
pter quid hoc itelligit quæstionem causæ, & est ea, quæ
docet de quæsito propter quid, hoc est, q̃ quæriť, pro
pter quid est causa: & hoc est, in quo conditionem po
sunt demonstrationis causæ, & hoc quæsitum non erit,
nisi post cognitionem existentiæ, & hoc vtique erit de
quæsito composito, hoc est si est ita & ita. Et per qd est
intelligit quæsitum definitionis. Et dixit: & hoc, quo
niam, cũ quærimus vtrãuis duarum causarũ si est, vsq;
ad id, quod dixit, nos vtiq; quærimus si est, intelligit de
vtrouis duorum contrariorum. Et dixit: ex parte iam
ponimus in numerũ. hoc est ex parte ponemus rem, de
qua quærimus vnum duorũ oppositorũ dispositorũ per
alterum ipsorum in numerum, vtrũuis ponamus, quod
non prohibeať ab altero ipsorum: hoc est, siue sit quæsi
tum, quod quæramus propter cognitionem de priua
tione veri de vno duorum oppositorum. ac si dixisset,
atqui sequitur, q̃ sit numerus istorum quæsitorũ cum
hac dispositione, & existentia ipsorum hæc existentia,
qm̃ oportet q̃ ipsa sint in numero harum petitionum,
et consentiant ipsis: & hoc manifestũ est per se, cũ quæ
rimus de aliquo, vtrumuis duorum oppositorum insit
illi propter cognitionem nostram, q̃ alterum ipsorũ est,
absq; eo q̃ speculemur, q̃ hoc est quæsitũ si est, quem
admodum si quæramus, an Luna deficit, aut non defi
cit. Deide dixit: signum autem super hoc est istud, qm̃,
cùm nos inuenimus, quòd ipsa deficit, iam desistimus à
quæstione, vsq; ad id, quod dixit, vtrumuis duorum vi
deatur. sensus est, signum autem de hoc quęsito, q̃ est
quæsitũ p si est, qm̃, cùm nos quærimus an deficiat sol,
an non deficiat, posteaq; steterimus super vno duorũ,
cessat quæstio de hoc quæsito. Deinde dixit: cum q̃ sci
uerimus, q̃ est quæsitum nostrum, quę rimus tunc pro
pter quid est, vsq; ad id, quod dixit, propter quam cau
sam suscipit defectum, aut propter quam causam moue
tur terra. sensus est, cũ sciuerimus à principio rei, q̃ de
siciunt, non inquiremus per literam si est, sed inquire
mus propter quid, hoc est propter quid deficit: & con
similiter, cũ ignorauerimus nũ moueatur terra an non,
tunc quæremus an moueatur, necne: cum q̃ notum fue
rit apud nos, q̃ mouetur, quæremus propter quid mo
uetur, & intelligit per id, quod est, si moueť terra, si mo
uetur terrę motu, & si mouetur ſm naturam deorsum.

Nonnulla vero alio modo quærimus, vt
si est, aut non est centaurus, aut Deus. Si aut
em est aut non, simpliciter dico, sed non, si
albus est, aut non.

Dixit Arist. Nonnulla vero per modum
alterum. vt in exemplo, q̃ quæramus, si est
homo, aut Deus, aut nõ est. Et intelligo, cùm
quærimus, si est, aut non est, simpliciter, non
si est albus, aut non albus.

Dixit: q̃ quæsita nonnulla ita quæruntur, hoc est p 2
modum compositionis, & est quæsitũ si hoc ineſt huic.
& hic est modus, quemadmodum, si diceremus, Luna
deficit, & propter quid deficit: de nonnullis vero quæ
rtur existẽtia simpliciter, quemadmodum, si dicamus,
si Deus est, & si homo est, cũ acciderit, q̃ existentia in
ipsis sit ignota. Et hoc est, quod significauit, cũ dixit: Et
intelligo, cũ quęrimus si est aut non est simpliciter, non
si est albus, aut non albus. sensus est, & intelligo per
quæstionem si est de ipso hoc, existentiam simplicem,
non existentiam compositam. veluti, si dicamus, si ho
mo est albus, aut non albus, sed per existentiam sim
plicem, quemadmodum, si dicamus, Deus est, aut non
est, & hic modus quæstionis est simplex, & duo præce
dentes sunt compositi.

Cùm vero cognouerimus quòd est, qd est
quærimus, vt quid igitur est Deus, aut qd est
homo? Quæ quidẽ igitur quærimus, & quæ
cũ inuenimus scimus, hæc & tot sunt. Quæ
rimus autem, cùm quærimus quòd, aut si est
simpliciter, an est medium ipsius aut nõ est:
quando autem cognoscentes, aut quòd, aut
si est, aut q̃ in parte, aut simpliciter, rursus ip
sum propter quid quærimus, aut quid est, &
tunc quærimus quid est medium.

Dixit Arist. Cũ vero sciuerimus quôd est,
quæremus quid est, vt in exemplo, quid est
homo, & quid est Deus. Ea igitur, quæ quæ
rimus, & quæ cũ inuenerimus, scimus scien

tia

tia vera, hæc sunt, & hic est numerus ipsorũ.
cũ vero quærimus si est, aut non est simplici
ter, quærimus vtiq;, si est aliquod medium
ipsius, aut non, cumq; sciuerimus, aut quòd
erit, aut quòd est, aut i parte, aut simpliciter,
quærimus de quæsito propter quid, & quid
est: quæstio vtiq; nostra est, vt quæramus qd
est terminus medius.

3 Postea q̃ mentionem fecit de duobus quæstis com
positis, & commemorauit aliud simplex, cœpit cõme
morare secundum simplex, quod est quæstum qd est:
& hæc quæstio est de rebus separatis, cũ sciuerimus exi
stentiam ipsorum. vt in exemplo, cũ nos sciuerimus, q̃
homo est, quærimus quid est: Et posteaq; mentionem
fecit de his quatuor quæsitis, duobus cõpositis, & duo
bus simplicibus, enuntiauit, q̃ hæc quæsita sunt, p quę
scimus res scietia vera, & quòd hæc sunt quatuor, & di
xit: Ea igitur, quæ quęrimus, vsque ad id quod dixit, &
hic est numerus ipsorum. sensus est, eorum igitur, quę
quærimus, species sunt hæ, & hæc sunt quæsita, ex qui
bus, cũ inuenerimus, quod quærimus, scimus illa scien
tia vera, & numerus ipsorum est hic numerus. Iam ve
to constitutum est, q̃ quæsita hæc sunt in isto numero,
qm̃ hæc sunt volita ſm numerum in entibus extra ani
mam, nec; est nobis interrogatio ſm naturam, nisi de
his quatuor: & hoc, qm̃ notum est per se, q̃ oẽ quæsitũ,
est aut compositũ aut simplex, & q̃ in simplici & com
posito quæritur de vtroq; ipsorum post existentiã cau
sarum, in composito quidem per dictionẽ propter quid
est, in simplici vero per dictionem, quid est. Dixerũt
autem Expositores de diuisione quæsiti compositi in
hoc loco in duo tantum, cũ tamen ipse diuiserit ipsum
in libro Dialectices in plura: & hoc, qm̃ ipse dixit ibi,
q̃ prædicatum quęritur inesse subiecto ſm modos mul
tos, quorũ vnus est, si ineſt tantum, aut ineſt genus,
aut accidens, aut aliud prædicatorum, quæ numerau
mus ibi. Et existimauerunt per hoc, q̃ diuisio hic cadit
in speciebus quæsitorum demonstratiuorum, & ibi in
speciebus quæsitorum Dialecticorum. Sed hæc respon
sio est debilis, qm̃ quæsita, quæ numerauimus in libro
Dialectices pertractantur ab artifice demonstrationis,
quemadmodum pertractantur à Dialectico, & q̃ arti
fex demonstrationis interrogat, an prædicatum sit defi
nitio subiecti, aut non sit definitio. Responsio autem ve
ra est, vt dicatur, q̃ diuisio, quæ dicitur hic, est de spe
ciebus interrogationum proportionatarum, quæ sunt
nobis extra animam, hoc est de speciebus quęsitorum,
quæ sunt nobis secũdum naturam in omnibus artibus:
quæstio enim si est genus, aut definitio, non est quęstio
speculatiua, sed est vtiq; quæstio Logica, quoniam nõ
est extra animam definitio, nec; genus, quemadmodũ
si esset aliquid extra animam existens, aut non existẽs,
& differẽtia inter ipsa est, quoniam quæ numerauimus
in libro Dialectices sunt quæsita quæ accidunt ex par
te, qua sunt in anima, sed quæ numerauimus hic, sunt
quæsita, quæ consequuntur entia ex parte, qua sunt ex
tra animam. Et posteaq; enuntiauit, q̃ numerus quæsi
torum est iste, cœpit docere differentiam inter singula
quæsitorum istorum, & dixit: cùm vero quærimus si
est, aut nõ est simpliciter, quærimus vtiq; si est aliquod
medium ipsius, aut non. sensus est, & differentia inter
quæstionem existentiæ, & quæstionem causæ est, quo
niam, cùm quærimus existentiam, quærimus medium
terminum, qui est causa, vt sciamus prædicatum ineſſe
subiecto, aut negemus terminum esse causam; vt scia
mus, & causam prædicato ineſſe per se, cùm vero sciue
rimus scientiam causæ post scientiam nostram de exi

stentia, inuestigamus vtiq;, & quærimus causam, qua
prædicatum ineſt subiecto in quæsito composito exi
stẽte, aut quærimus causam, qua est aliquid separatum
tantum in quæsito separato, & prima interrogatio erit
de ipso per dictionem propter quid, & secunda per dic
tionem quid est. Et hoc est, quod significauit, cùm di
xit: cum q̃ sciuerimus q̃ erit, vel q̃ est, aut in parte, aut
simpliciter, quærimus de quæsito propter quid est, aut
quid est. intelligit in parte, quæsitum compositum, ve
luti si dicamus, an hoc insit huic: & intelligit per simpli
citer, quæstionem existentiæ simpliciter. Deinde dixit:
aut q̃ erit, aut q̃ est. vt ponat differẽtiam inter hoc, qđ
est, quærere causam, quæ sit in actu, aut causam, quæ
posit esse: & hoc, quoniã illud, cuius quæritur existen
tia, diuiditur in duo hæc: hoc est, q̃ ipsius aliquid est, cu
ius quæritur existentia, aut non existentia, & ipsius ali
quid est, cuius quæritur posibilitas existentiæ, aut non
existentiæ. Et manifestũ est ex hoc quod dixit, de dua
bus istis demonstrationibus, hoc est demõstratione exi
stentiæ, & demonstratione causæ, quoniam demonstra
tio simpliciter separat hæc duo, eò q̃ quæstio in ipsa est
per colligãtiam termini medii, cui accidunt duæ dispo
sitiones simul, hoc est, q̃ sit causa, vt sciamus prædicatũ
inesse subiecto, & causa q̃ prædicatum insit subiecto.

Dico autẽ quòd, aut si est in parte, & sim
pliciter, in parte quidem, an deficit Luna,
aut augetur? si enim est aliquid, aut non est
aliquid in talibus quærimus, simpliciter ve
ro si est, aut non est Luna, aut nox.

Dixit Arist. Et intelligo, cùm dico, q̃ est
in parte, & simpliciter, in parte quidẽ, cùm
quæritur, an suscipiat Luna defectum, hoc
est priuationem luminis, aut augeatur aug
mento? et hoc, quoniã quæstio nostra in tali
bus est, an res sit, aut non sit, simplr vero, cũ
quærimus, si est, aut non est Luna, aut nox.

Dubiũ Expositorum.

Riſio eorũ.

Confutatio.

Responsio propria.

Posteaq; vocauit quæsitum compositum, quòd est 4
in parte, et vocauit simplex, quòd est simpliciter, cœpit
declarare hæc nomina. & vocauit quæsitum composi
tum, quòd est in parte, quoniam ipsum est appropriatũ
ex quæsito simplici, & est tanq; pars ipsius. & hoc, quo
niam, cùm dicimus, si res est ita, est magis appropriatũ
q̃ illud, quod dicimus, si est simpliciter. & quoniã com
positum est appropriatum ex simplici, simplex voca
uit particulare. Et dixit: aut augeatur augmento, intel
ligit per ipsum augmentũ luminis Lunæ, ac si dixisset
quæsitum, quod vocauerũt particulare, ipsum est quę
admodũ si quæreret an Luna deficit, & si augeť lumi
ne paulatim, quod autẽ vocauerunt simplex est, quem
admodum si quæreretur an Luna est, an nox est.

Contingit itaq; in omnibus quæstioni
bus quærere, aut si est medium, aut quid est
medium, causa enim est medium: in omni
bus nanq; hoc quæritur, anne deficit? anne
est aliqua causa, aut non? post hæc, cùm co
gnouerimus, quòd est aliqua, quid igitur
est hæc quærimus.

Dixit Arist. Iam itaq; sequitur in omnib⁹
quęsitis, vt quæstio sit, an inueniatur aliqđ
medium, & quid est medium, & hoc, quo
niam medium est causa. & in oibus iis quæri
tur hoc, cùm traditur & interrogatur an de

ficiat,

ficiat,& quæstio de hoc est,vt videas,an inueniatur aliquid, quòd sit aliqua causa, aut non,& post hoc,cũ sciuerimus,ꝙ est,inquiremus,quid est igitur hoc?

Iam itaq; enuntiauit de omni eo, cuius mentionem fecimus,ꝙ quæstio in omnibus quatuor quæsitis redit ad quęstionem duarum rerum.quarum vna est,vt quęramus an huic sit terminus medius, aut non sit ipsi terminus medius:altera vero,vt quæramus, quid est terminus medius, posteaq; sciuerimus,ꝙ habet terminũ medium. Et posteaq; commemorauit,ꝙ hæc quatuor quæsita redeunt ad duo hæc,adduxit causam huius,& dixit:& hoc,quoniam medium est causa,& in omnib⁹ his quæritur hoc. sensus est,& causa,ꝙ quæstio in quæsitis redit ad quæstionem istarum duarum intẽtionum est,quoniam medium est causa, de dispositionę autem causæ quæruntur hæ duæ intentiones,hoc est,si est,deinde post si est,quid est: & hoc, quoniam quæstio nostra, si aliquid est cum hac dispositione, aut est simpliciter, æqualis est quæstioni nostræ, an habeat causam, aut non: cùmque declaratum nobis fuerit, quòd est, declaratum nobis fuit, quòd habet causam: & si fuerit quæstum compositum, quæremus deipso causam per dictionem propter quid est, & si fuerit simplex, quæremus de ipso causam per dictionem quid est.vt in exemplo,cùm nos quæsiuerimus an Luna deficit,nõ quęrimus vtiq; aliud, nisi si defectus habet causam,qua sequatur ipsum esse, aut non, cumq; monstratum nobis fuerit,ꝙ est,mõstratum nobis erit,ꝙ habet causam,& quæstum post hoc est, quid est hæc causa, & hoc est,quo quærimus propter quid deficit: & si est terminus medius causa eadem, iam vtiq; assecuti fuimus,ꝙ habet causam,& quid est hoc simul per demonstrationem vnam: & propterea demonstratio hæc est perfectissima demonstrationum,hoc est demonstratio simplex,& hæc est res,quam diximus, ꝙ quæstio existentiæ est quęstio si habet causam,aut non. Et hoc est, quod significauit cũ dixit:cũ traditur & interrogatur an deficiat,& quęstio de hoc est, vt videas,an inueniat aliquid,quod sit aliq̃ cã, aut non.sensus est, cùm vero quæritur & dicitur, qui tradit & interrogat, an suscipiat defectum Luna,aut Sol? quæstio vtiq; nostra non est aliud,q̃ si est aliquid causa,vt deficiat,an non. Deinde dixit:& post hoc,cũ sciuerim⁹,ꝙ est, inquiremus,qd igitur est hoc? sensus est,deinde,cũ sciuerimus, ꝙ defectus habet causam,quærimus quæ est ea causa.

Causa enim est ꝙ sit nõ hoc, aut illud, sed simpliciter substantia, aut non simpliciter, sed aliquid eorum, quæ per se, aut secundũ accidens sunt,medium est. dico autem simpliciter quidem subiectum, vt Lunam, aut terram,aut Solem,aut triãgulum,ipsum vero quid defectum,æqualitatem,inæqualitatem,si in medio,aut non: in omnibus nanq; his manifestum est, quòd idem est quid est, & propter quid est. Quid est defectus? privatio luminis à Luna propter terræ obstructionem,propter quid est defectus? aut propter quid deficit Luna? eò quòd deficit lumen terra obstructa.Quid est consonantia? ratio numerorum in acuto et graui,propter quid consonat acutum graui? eo ꝙ rationẽ habent numerorum acutum & graue, nunquid est consonare acutũ & graue? nũquid est in numeris ratio ipsorum? cũ autẽ accęperimus,ꝙ est, quæ igit̃ est ratio,quærimus.

Dixit Aristo. Et hoc,quoniam causa existentię nõ est huius rei,aut huius,sed est simpliciter substantiæ,aut propter quid est nõ simpliciter, sed aliquid eorum, quę† per se insunt, aut per modum accidentis est medium:& intelligo per hoc,quod dico, quod est simpliciter,rem subiectam,puta Lunam, aut terram,aut triangulum,aut Solẽ: ipsum vero quod,de defectu,& equalitate,et homine,quoniam est per medium aut nõ: & hoc, quoniam in omnibus his apparet, ꝙ quæstio quid est,& propter quid est, sunt vnum & idem,quid est defectus? priuatio luminis Lunæ propter obstructionẽ terræ: propter quid est defectus, aut propter quid suscipit Luna defectum? propter quid terra obstruit lumẽ ipsius? eò ꝙ aufert ipsum: quid est consonantia? proportio numerorum in leui & graui: propter quid consonat graue? quoniam proportio grauis est proportio, quæ inuenitur in numeris: cumq; acceperimus, ꝙ ipsa sunt, q̃rimus quæ sit proportio ipsorũ.

† Ab.1.secundum substantiam

Posteaq; docuit, ꝙ quæstio existentiæ rei est quæstio si habet causam,& quæstio propter quid, est quæstio de dispositione causæ,cœpit commemorare,ꝙ causa est de re vniuersali,non de particulari,& hoc iam declaratum fuit in priore tractatu istius libri. atqui voluit commemorare istud hic, quoniam est de perfectione scięti̇æ per causam. Et dixit: Et hoc,quoniam causa existentiæ non est huius rei,aut huius. sensus est, & hoc, quoniam causa quęstionis non est causa,ꝙ hoc designatum insit huic designato,cùm quęrimus causam,ꝙ hoc sit in hoc,non ꝙ sit simpliciter. vt in exemplo, cũ quærimus causam cur sit homo,nõ quęrimus causam istius hominis designati,vt Zaiar & Omar, & consimiliter, cũ quærimus causam existẽtię hominis,non vtiq; quęrimus causam istius vitæ determinatæ in hoc homine determinato. Deinde dixit:sed est simpliciter substantiæ,aut propter quid est non simpliciter. sensus est,sed causa vtiq; est de eo,cuius quærimus causam existẽtiæ simpliciter,quę est substantia, aut causam vniuersalem rei,cuius non quærimus causam existentię simpliciter. atqui quærimus de existentia vniuersali prædicatum vnum prædicatione substãtiali,aut accidentali. Et hoc est,quod significauit cũ dixit: sed aliquid eorum, quæ per se insunt, aut per modum accidentis,est medium. sensus est, sed quæstio rei vniuersalis est manifesta de aliqua rerum, quæ insunt ipsi per se, aut per accidens per modum aliquem, qui disponitur hac in re, & illa causa est terminus medius. Et non intelligio hic per accidens illud, quod opponitur ei, quod est per se.neq; intelligit per illud,quod est per se, id quòd opponitur ei,quod est per accidẽs,sed intelligit ꝑ ꝑ se, prædicationem, quæ est per modum definitionis, hoc est prædicatum, quod accipit in definitione subiecti,& intelligit per accidens, accidentia substantialia, & hæc sunt,in quorum definitionibus accipitur subiectum:& innuit, vt velit per accidens hic, illud, quod opponitur prædicamento substantiæ,& per substantiã illud,quod significat prædicamentum substãtiæ. Primum vero est manifestius,

6

7

Vide.1.post.text.cõ.32.

manifestius,qm̃ accidens non ponitur in prędicatis demonstratius, nisi cũ fuerit substantiale. Cũ vero dixit: & intelligo per hoc quod dico, ꝙ est simpliciter, rẽ subiectã,puta Lunam,aut terram,aut triãgulum, aut Solem, sensus est,& intelligo per illud, quod quæritur de re simpliciter,illud,quod est subiectum ſm naturam in quæstis compositis,qm̃ quæstiones,quid sint subiecta ſm naturam,sunt quæsita simplicia,hoc est quęsita causarum simpliciter.exemplum huius,Luna;aut triangulus,aut Sol,aut terra.& hoc,qm̃ ista sunt subiecta non ſm naturam eius,quod prædicatur de ipsis, quẽadmodum prædicamus defectum de Luna, & prædicãmus quietẽ de terra. Cũ vero dixit:ipsum uero quid de defectu,& æqualitate,& hoſe. sensus est, atqui,cũ quærimus cãm quid de existentia prædicati in subiecto,quẽadmodũ,si quæramus causam defectus Lunæ,aut causam,quare æqualitas ineſt ijs, quibus ineſt æqualitas, quemadmodum æqualitas angulorum duobus rectis, aut cãm,qua priuatio æqualitatis ineſt ijs, quibus ineſt priuatio æqualitatis,& quẽadmodum cãm, ꝙ non sint duo latera triãguli æqualia reliquo. Et cũ dixit: qm̃ est per medium,aut non. sensus est, veluti cũ quærimus, si terra est in medio mundi, aut non, aut si est in medio inter Lunam & Solem in defectu Lunæ. Atqui vult commemorare,ꝙ hæc quæstio si est, quæstio existẽtię, est æqualis quęstioni existentię causę.& hoc,qm̃ quod dicimus,si terra est in medio, est æquale ei, quo quærimus si hoc habet causam aut non. Et dixit: Et hoc, qm̃ in oĩbus his apparet, ꝙ quæstio quid est, & propter qd est sunt vnum & idem, vtiq; ad id quod dixit, eo ꝙ aufert ipsum. sensus est,cumq; stabilitum fuerit,ꝙ omnes species quæsitorum redeunt ad quæstionem existentię causæ,aut ad quęstionem quid est causa,planum vtiq;, ꝙ id,quod queritur per signum quid est,& propter qd est,est vnum & idem,sed diuersificãtur in modo. vt in exemplo,qm̃ non est differentia in eo,ꝙ respõdetur ad id,quod interrogatur,quid est defectus,aut propter qd est defectus:et hoc,qm̃ respondetur ad interrogationẽ, quid est defectus? ꝙ est priuatio luminis Lunæ à Sole, eò ꝙ obstruit ipsum terra à Sole,& respondetur ad interrogationem propter qd est defectus, eò ꝙ obstruit terra inter ipsam & Solem. res igitur,per quam respondetur in duobus locis,est vna,sed diuersificantur modi responsionum ad modos interrogationum.& consimiliter cũ interrogauerimus, quid est consonantia? dicemus,quia inuenitur in grauitate & leuitate ſm proportionem numeri superaddentis partem, aut proportionem numeri superaddentis partẽ,quę est in causis grauium et leuium:cumq; interrogauerimus propter quid est consonantia? dicemus, qm̃ inuenitur ſm hanc proportionem,aut qm̃ hæc proportio inuenitur in ipsa. Et hoc est, quod significauit,cũ dixit:quid est cõsonantiæ? proportio numerorum in graui & leui. sensus est, & quemadmodum,cũ interrogatur quid est consonãtia? dicitur,ꝙ est proportio numeri,quæ fuenit̃ inter voces graues & leues. Deinde dixit: Propter qd cõsonat grauis? qm̃ proportio grauis est,pportio quæ inuenit̃ in numeris. sensus est,cumq; interrogauerimus, propter qd est consonantia grauis? hoc est, propter quid inuenitur inter ipsa consonantia in auditu, dicimus, qm̃ inuenitur inter consonantiam grauis et leuis proportio numerorũ superaddentium partem. Et dixit:cumq; acceperimus, ꝙ ipsa sunt, quæremus, quæ sit proportio ipsorũ. sensus est, cumq; monstrata nobis fuerit cõsonantia, interrogabimus,quid est proportio consequens consonantiã? cumq; declaratum fuerit,ꝙ nomẽ proportionis indicat consonantiam,interrogabimus, quid est illa proportio. Scire autem debes,ꝙ illud,per quod respondet in veritate in responsionibus quid est,non est illud, per quod respondetur in responsione propter quid est de causis. & hoc, qm̃ qđ rñdetur in responsionibus quid est,sunt causæ & sunt formæ, quod autem respondetur in responsione propter quid est,sunt extrinsecæ,& quę maxime conuenit ex ipsis est causa finalis, & agens in aliqbus rebus. Cũ vero res ita fuerit,scire debes,ꝙ † intentio sermonis sapientis,qui quærit quid est, & propter quid est, est vna & eadem. exemplum huius loci, qui quærit essentiam, ipse vtiq; quęrit causam essentię, et ex hoc modo est quęsitum vnum, præterq̃ ꝙ est vnũ in subiecto secundum veritatem, æqualia in modo, secundum ꝙ declarauimus in sermone nostro,& si fuerit simile,apparent verba nostra, & apparent verba quotundam expositorum.

† Ab.1. significatũ illius, qđ Philosophus dicit,

* Ab. l. deo

Quòd autẽ est medij quæstio, significãt, quorũcunq; medium est sensibile, quærimus enim cũ nõ sensimus,veluti de eclipsi si est, aut non: si vero essemus supra Lunam, non vtiq; quæreremus neq; si sit, neque propter quid,sed simul vtiq; manifestum esset: ex eo enim quod sentitur,& vniuersale nobis factũ est scire,sensus nanq; est,quòd nunc obstruitur, manifestum enim est ꝙ nũc deficit: ex hoc autem factum vtique fuit vniuersale. Quemadmodum igitur dicimus, quid est scire,idem est,& propter quid est, hoc vero simpliciter & non inexistentium alicui, aut inexistentium, vt quòd duo recti sunt, aut quòd maius,aut minus est.

Dixit Aristo. Quòd autem quæstio sit de medio,significãt illa, quorũcunq; medium est sensibile. & hoc, qm̃ nos vtiq; quærimus & non sentimus de defectu si est,aut non,& si essemus supra Lunã,non inuestigaremus, neq; si est defectus, neque propter quid est, sed apparerent nobis ambæ simul, qm̃ proueniret nobis à sensibus,vt sciamus de vniuersali,qm̃ sensus vtiq; est ꝙ terra obstruitur: & hoc,qm̃ planum est,ꝙ terra suscipit defectũ, & ex hoc iam vtiq; habebimus vniuersale, & scientia quemadmodum dictum fuit de eo,quod est quid,& de eo,quod est propter quid,est vna,& eadem: & hoc aut simpliciter,non de aliquo inexistentium,aut de aliquo inexistentium, vt in exemplo in eo ꝙ sunt duo recti,aut in eo quòd est magnum, aut in eo quòd est paruum.

Dixit: Atqui, qm̃ quæstio existẽtiæ simplex & composita, & quæstio causę composita & simplex reducuntur ad intentionẽ quæstionis termini medij, hoc est, qm̃ quæstio existentiæ reducetur ad quæstionem causę nominis,& quæstio causæ,ad cognitionem quid est causa,quæ est terminus medius, manifestum est,ꝙ, cũ sentimus existentiam causæ rei alicuius,nõ quærimus neq; existentiam rei quæsitæ per si, hoc est si habet causam: neq; quid est illa causa, vt in exemplo, cũ non sentimus defectum, quęrimus si est, aut non: cumq; monstratum nobis fuerit ꝙ est,& ꝙ habet causam,quærimus, quid est illa causa,& si essemus exempli gratia I loco,in quo est defectus Lunæ in tempore in quo est, causam defe-

7

ctus

ctus sentiremus, non quæreremus neq; si est defectus, neq; propter quid est, quoniam essent per sensum nobis duo manifesta simul. Cum vero dixit: Quòd aũt qõ sit de medio, significant ea, quorũcũq; medium est sensibile. sensus est, ꝙ autem quæstio sit de termino medio, qui est causa in omnibus quæsitis, significant ea, quorum sentimus terminum medium, qui est causa in ipsis, hoc est ex parte, qua cùm sentimus causam, cessat quæstio de re, aut aufertur interrogatio, neque derelinquitur ibi quæstio, neq; interrogatio penitus. Deinde dixit: Et hoc, quoniam nos vtiq; quærimus, & non sentimus defectum, exempli gratia si est, aut non, & si esse mus supra Lunam, non inuestigaremus, neq; si est defectus, neq; propter quid est, sed apparerẽt nobis ambo simul. sensus est, & exemplum huius, quonã iam quærimus si est defectus, quonã non sentimus ipsum, cũq; steterimus in sermone super existẽtia ipsius, quæremus post hoc, propter quid est, & si essemus in loco Lunæ ita, vt sentiremus cãm defectus, non inuestigaremus neq; si est defectus, neque propter quid est, qm̃ essent nobis ambo manifesta simul, eo ꝙ sentiremus cãm. Qm̃ vero sensus assegitur vtiq; particularia, & iam præmisit, & dixit, ꝙ causa est vniuersalis de re vniuersali, & posset aliquis dicere, quomodo cessat interrogatio per apprehensionem causæ per sensum, cũ id, quod apprehẽditur ex hoc sit aliud à quæsito interrogato, qm̃ quæstio est de re vniuersali, & sensus assequitur particulare, enuntiauit, ꝙ propter sensum prouenit intellectui intentio vniuersalis apud id, quod apprehendit sensus intentionem particularem. Et dixit: & ex hoc iam habebimus vniuersale. sensus est, atqui stabit interrogatio, cũ sentiremus causam rei, quoniã ex imaginatione nostra de hoc particulari prouenit intellectui vniuersale, quod intuemur per hoc particulare. Deinde dixit: & scientia, quemadmodum dictum fuit de eo, quod est quid, & de eo, quod est propter quid, est vna & eadem. sensus est, et apparet ex omni eo, quod commemorauimus de his rebus, ꝙ scientia, quam assequimur per quæstionem quid est, & propter quid est, reducitur, vtiq; ad causam vnam & eãdem. Deinde dixit: Et hoc aut simpliciter, non de aliquo inexistẽtium. sensus est, & hoc accidet, aut in quæstitis simplicibus, quæ sunt per se, nõ quæ sunt in aliquo, aut in aliquibus, quæ sunt in alijs. sensus est, quoniam quæstio propter quid est, & quid est sunt vnũ & idem in vtroq; duorum quæsitorum: quoniã ĩã quæritur quid est in quæsito composito, & propter quid est, iamq; quæritur consimiliter etiam in quæsito separato, si fuerit quæstio quid est appropriata in separato. & hoc, quoniam quid est in specie quæsiti separata, et consimiliter quæsitum per causam in alio propter quid est in quæsito composito appropriato, & iam quærit in separato. Cũ vero dixit: vt in exemplo in eo ꝙ sunt duo recta, aut in eo ꝙ magnum, aut in eo ꝙ paruum. sensus est, & exemplum, ꝙ sit scientia appropriata in quæsito quid est, & propter quid est, & reducat ad idẽ in quæsito vno & eodẽ. veluti, cũ quærimus, propter qd triangulus habet angulos æquales duobus rectis, & quærimus, quid est triangulus, qm̃ duæ responsiones in hoc reducuntur ad vnum, & scientia prouemens ex hoc est scientia de re vna. & cõsimiliter, cũ quærimus, propter quid hæc mensura est parua aut magna, & quid est hęc mensura, qm̃ hæc duo reducũtur consimiliter etiam ad vnum, & hoc de mensuris, quarum essentia est, vt sint maiores mẽsura, aut minores, quemadmodum magna pars linearum, quæ sunt in mensuris. Et propter hoc dixit, ꝙ demonstrationes sunt definitiones in potentia, quoniam non est differentia in eo ꝙ traditur demonstratio, & ꝙ traditur definitio, nisi in modo: & hoc, qm̃ demonstratio traditur per modum orationis definitæ, & definitio per modum orationis compositę compositione conditionis & ligamenti.

Quòd igitur omnia, quæ quæruntur, est medij quæstio, planum. Quomodo autem quòd quid est mõstratur, & quis modus reductionis, & quid est definitio, & quorum, dicamus, cùm dubitauerimus primo de ipsis.

Dixit Aristo. Atqui, ꝙ in omnibus quæsitis est quæstio de medio, plane manifestũ est. Quomodo autem appareat intentio qd est, & quæ via, qua assequamur ipsam, & qd est definitio, & de quibus rebus, enuntiemus vtiq; de hoc per modum primo designatum super hac re dubia.

Posteaq; monstrauit ex hoc sermone, ꝙ omnia quæsita reducuntur ad duo, ad quæstionem de existẽtia causæ, & est quæstio qua inuestigamus de existentia cãm: & ad quæstionem quæ est causa, & est quæstio, qua inuestigamus de causa: & hoc est, de qua fuit intentio à principio. Commemorauit autem hoc, & dixit: Atqui, ꝙ in oibus quæsitis est quæstio de medio, plane vtiq; manifestum est. sensus est: Atqui ꝙ in oibus ijs, quæ sciunt, quæstio est de termino medio, qui est causa, hoc vtique plane manifestum ex eo, quod diximus. Diximus aut& de oibus ijs, quæ sciuntur, quoniam quæstio de existentia rerum non habet potentiam quæstionis existentiæ ipsius, nisi in rebus, quæ sunt ex genere eorum, q̃ sunt ipsis causa: & in his, cũ declaratum fuerit, ꝙ habent causam, monstrata vtiq; erit existentia causæ, quid est illa causa: & propterea res logicæ sunt vtplurimum multę. Et posteaq; perfecit declarationem huius, cœpit docere, quæ sit intentio ipsius ad intentionem primã, quam monstrat per hunc sermonem, & dixit: Quo autem appareat intẽtio quid est res, & quæ via, qua assequamur ipsam, & quid est definitio, & de qbus rebus est, enuntiemus vtiq; de hoc. sensus est, vnde autem prouenier nobis scientia de re, hoc est definitionis ipsius, & qualis sit via, qua assequamur hanc scientiam, & quæ sit definitio, quã quærimus in hac scientia, & quæ sint ea, quibus ineſt hæc definitio (quę sunt quæsita, de qbus enuntiauit in hoc libro) nos vtiq; designabimus hoc per modum, quo cœpimus primo, & incipiemus ab eo, quod dubitatur in hoc. Atqui distinxit hoc, quoniam scientia de re prouenit vtiq; ad perfectionem, quemadmodum in hoc post scientiam dubiorum inuestigatorum de ipsa appropriatorum & proportionatorum.

Disceptatio, quòd demonstratio, & definitio non sint eiusdem. Cap. II.

PRincipiũ vero sit futurorũ, qd est conuenientissimũ habitis sermonibus. Dubitare enim quispiã posset, anne est idem & ẽm idem definitione scire & demonstratione: An impossibile: definitio nanq; ipsius quid est esse videtur, quid est autem omne, vniuersale et predicatiuum: syllogismi vero sunt, hi quidem priuatiui, illi autem nõ vlses: veluti qui quidem in secunda figura, priuatiui oẽs, qui vero in tertia, non vniuersales.

Dixit Aris. Sit autem principium sermonum attingẽdorum, quòd sit dispositio sermonum consequentium. Dubitaret enim vtiq; aliquis, an ne sciatur aliquid vnum ẽm modum vnum per definitionem, & demonstrationem, an hoc est impossibile: & hoc, qm̃ existimatur de definitione, ꝙ sit de quid est res, & quid est in summa est vniuersale, et affirmatiuũ. ex syllogismis vero aliqui sunt vniuersales, & aliqui non vniuersales: vt in exemplo, syllogismi, qui sunt in secunda figura, sunt vniuersales negatiui, q̃ vero sunt in tertia, non vniuersales.

9 Intelligit per sermones attingendos, qui intendunt postremo & ad finem istius inuestigationis, & sunt quæsita illa, de quibus mentionem fecit, & quæ voluit, sermones vero consequentes sunt, qui consequuntur præcedentes in inuestigatione, qm̃ ipsi sunt finales consequẽtes dubitata. Et ipse dixit, ꝙ vult ponere principiũ inuestigationis de ijs, quæ ordinantur in hac inuestigatione, quæ sunt consequentia, & ea sunt, de quibus intendit inuestigare hic primo de sermonibus, q̃ sunt magis consequentes ipsa, hoc est, vt ponat principium inquisitionis, cũ commemorauerit hic de dubijs, quę sunt magis appropriata et validioris proportionis in ijs, quę intendit inuestigare. Deinde cœpit mentionem facere de dubijs, quæ accidunt in primo quæsito, & innuit, vt velit per consequentes, sermones dubitatos, quoniam ea in veritate consequuntur id, quod intendimus scire: ac si dixisset, & ponemus principium inuestigationis de rebus intentis, & hoc est maioris conuenientiæ q̃ ea, q̃ dubitantur: & hoc, quoniam q̃ dubitantur de re, aliqua sunt proportionata, & aliqua non proportionata: et ẽm hanc intẽtionem exposuit aliqũ hũc locum Matthęus, et non est dubium, ꝙ ipsum transtulerit ab Expositoribus. Et fortasse ipse declarauit, & dixit: an ne sciatur aliquid vnum ẽm modum vnum per definitionem & demonstrationem, an hoc est impossibile. sensus est, ꝙ dubia conuenientia inquisitioni, per quam venamur, ꝙ est aliqd, ea sunt, vt dubitetur & dicatur, qs tradet mensuram, qua fieri posset, vt extrahatur vnum & idem p definitionem & demonstrationem simul: aut hoc ne est impossibile: ac si diceres, quæsitum qd est: dixit autem secundum modum vnum, quoniam accidet vtiq;, vt monstretur aliqd vnum per definitionem & demonstrationem, sed per duos modos, quoniam compositio duarum rerum fuit de specie vna cõpositionis demonstrationis: & propterea dixit de aliqbus speciebus definitionum, ꝙ sunt demonstrationes variatæ positione. Themistius vero dixit, ꝙ dixit vtiq; hoc, quoniam iam monstrat aliqd idem p definitionem, et ostẽdit aliquod accidentiũ suoꝝ p demõstrationem, quẽadmodum ostendit, qd est triangulus p definitionẽ, & ostẽdimus ęqualitatẽ angulorꝝ duobꝰ rectis p demõstrationẽ. Sed hoc non est scia de re vna p duos modos, sed est scia duarꝝ dispõnũ de aliquo vno, aut scia alicuius vnius p duas dispositiones. Et posteaq; fuit hoc, i. si sciatur aliquid vnum per definitionem & demonstrationem simul per modum vnum, sequitur ex ipso, vt omne, quod scitur per demonstrationem, sciatur per definitionem, cœpit docere, ꝙ res non est ita, & dixit: & hoc, quoniam existimatur de definitione, ꝙ sit de quid est res, & quid est in summa est vniuersale & affirmatiuum. ex syllogismis vero aliqui sunt vniuersales, & aliqui non vniuersales. sensus est, & apparet, ꝙ omne id, quod progreditur per demonstrationem, non prodeat per definitionem, quoniam quod progreditur per definitionem est affirmatiuum, quoniam definitio vtiq; extrahit essentiam rei, & demonstrationes, ex parte qua sunt syllogismi, extrahunt affirmatiuum, & vniuersale, & negatiuum & particulare, quod est autem inuentum per definitionem, est vniuersale, ergo non omne illud, quod progreditur per definitionem, prodit per demonstrationem: igitur via, qua scimus essentiam rei, & est definitio, nõ est eadem cũ via, qua scimus existentiã rei, & causę ipsius, & est ea, quæ vocatur demõstratio situ differens, nisi tuerint duę vię particulares de quæsito vno & eodem.

Postea neq; prædicatiuorum omniũ, qui sunt in prima figura, est definitio, vt quòd omnis triangulus duobus rectis ęquales habet. Huius autem ratio, quoniam scire, est demonstratiue demonstrationem habere: quare, si in talibus est demõstratio, planum quòd non esset vtiq; ipsorum & definitio: scire enim posset aliquis & secundum definitionem non habens demonstrationem, nihil enim prohibet non simul habere.

Dixit Arist. Postea neq; omnium affirmatiuorum, quæ sunt in prima figura est definitio. vt in exemplo, ꝙ omnis triãgulus habet angulos æquales duobus rectis, de hoc est demonstratio & nõ definitio. quoniam scientia secundum viam demonstrationis, est possidere demonstrationem: ergo, si de talibus est demonstratio, manifestum vtiq; ꝙ non erit de ipsis definitio, ꝙ si nõ, poterit aliquis scire ipsa per definitionem consimiliter etiam absque eo, quòd habeat demonstrationem: & hoc, quoniam nihil prohibet quòd non sit ipsi possessio.

Posteaq; docuit, ꝙ definitio & demõstratio nõ sunt per viam vnam, & non sunt duæ viæ, per quarum vnã prodeat illud quod progreditur per alteram, vult, ꝙ non est possibile, vt ostendatur vnum & idem per definitionem & demonstrationem simul, & dixit: Postea neq; omnium affirmatiuorum, quæ sunt in prima figura, est definitio. sensus est, & post id, quod diximus, ꝙ non omne quæsitum, quod ostenditur per demonstrationem, ostenditur per definitionem, & ꝙ definitio est affirmatiua, & demonstratio vtiq; aliquando de negatiuo, ostensum est vtiq; fieri non posse, vt mõstret per definitionem omne affirmatiuum, quod ostẽditur per demonstrationem. quemadmodum, si aliquis diceret, ꝙ hoc est possibile in affirmatiuis, quę sunt in prima figura, quoniam ipsa sunt vniuersalia & affirmatiua, & definitio est vniuersalis & affirmatiua. Et dixit: ꝙ conclusio affirmatiua non monstratur per definitionẽ, quoniam iam monstratum fuit, ꝙ definitio est aliud à demonstratione, & non est via, qua scimus illud, cuius via est vt sciatur per demonstrationem, absq; demonstratione. vt in exẽplo, scientia, ꝙ anguli trianguli sunt ęquales duobus rectis, prouenit nobis per demonstrationem, & non prouenit nobis per definitionẽ, si scientia, quæ prouenit nobis per demonstrationem, nõ prouenit nobis per aliud à demonstratione, possibile est, ꝙ proueniat nobis per aliud à demonstratione. Cũ vero dixit: & de hoc est demonstratio, & non definitio. sensus est, ꝙ scientia, ꝙ trãgulus habet tres angulos æquales duobus rectis, prouenit nobis per demonstrationẽ, & non prouenit nobis propter definitionem. Cũ vero dixit: quoniam scientia secundum viam demonstratio-

nis est possidere demonstrationem. sensus est, quoniã scientia demonstratiua prouenit nobis eò q possidemus demonstrationem facientem ad scientiam demõstratiuam, non propter aliquid aliud omnino. Cũ vero dixit: igitur, si in talibus inuenitur demonstratio, manifestum vtiq; , q non erit in ipsis definitio. sensus est, cum q res in huiuscemodi quæstis ignotis ita fuerit, q prouenit nobis ipsorum scientia eo q inuenimus demonstrationem super ipsis tantũ, planum vtiq; , q non proueniet nobis scientia ipsorum propter definitionẽ, q si non, fieri vtiq; poterit in huiuscemodi rebus ignotis, vt sciantur per definitiones absq; eo, q sciantur per demonstrationem amplius. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: & hoc, quoniam nihil prohibet, q non sit ipsius possessio, & hoc, quoniam secundum hanc positionem fieri poterit, vt sciamus omnia absque eo, q possideamus scientiam per demonstrationem.

Sufficiens aũt est fides & ex inductione, nihil enim vnquam definientes nouimus, neq; eorũ, quæ per se insunt, neq; accidẽtiũ.

Dixit Aristo. Et fides sufficiens in hoc ex inquisitione consimiliter etiam. & hoc, quoniam non est aliquid, quod definientes scia mus per demonstrationem, neque ex iis, quæ insunt per se, neque ex iis, quæ insunt per viam accidentis.

11 Dixit: Et inquisitio sufficiens est, quoniam, ea, quæ sciuntur per definitiones, non sunt ea, quæ sciuntur per demonstrationes, neq; quę sciuntur per demonstrationes sunt ea, quæ sciuntur per definitiones. & hoc, quoniam, cũ inquisiue rimus illa, quorum via & consuetudo est, vt sciantur per definitionem, nõ inuenietur vnũ ipsorum, quod sciatur per demõstrationem, neq; ex iis, quæ insunt per se, hoc est substãtijs, neq; ex ijs, quæ insunt per aliud, hoc est accidentibus, cumq; verificauerimus hanc inquisitionem, verificabimus, q nõ scit aliquid per ambo simul, & hoc est dialecticum.

Amplius si definitio, substantiæ quædam cognitio est, talia manifestum quòd non sunt substantiæ.

Dixit Arist. Amplius quoniam definitio declarat & docet de substãtia aliquid: plane autem manifestũ, q talia nõ sunt substantię.

12 Hæc est probatio alia, quòd illud, quod facit scire aliquid per demonstrationem, est aliud ab eo, quod facit scire per definitionem, quodq; illud, quod facit scire p demonstrationem, est vniuersalius ẽ illud, quod facit scire per definitionem: & hæc probatio construitur super duabus propositionibus. quarum vna est, q definitio facit scire substantiam rerum, hoc est essentiam ipsarum, demonstrationes vero faciunt scire accidentia rerum: & hoc, quoniam demonstrationes simplices, quę exhibent causam & existentiam, sunt vtplurimum & frequenter per accidentia, & hæc inquisitio est mutila: & hoc, quoniam existimatur vtiq; , q accidunt vtiq; in aliis ab accidentibus, & hoc in causis longinquis: sed cũ inuestigatur de demonstrationibus, quę sunt in talibus, apparet, q non sunt demõstrationes simplices veræ, quodq; quid est, quod est in accidentibus, miscetur cum ipsis. Cùm vero dixit: plane autem manifestum, q talia non sunt substantiæ. intelligit accidentia, de quibus posuit exemplum antea, vsquequo dixit, quòd illa sunt, de quibus præmisit demonstrationem, quemadmodum æqualitas angulorum duobus rectis de triangulo, & reliqua ex inquisitione.

Quòd igitur non est definitio omnis; cuius & demonstratio, planum. Quid autem, cuius est definitio, an ne omnis est demonstratio, aut nõ? Vna quidem ratio, & de hoc eadem: vnius enim inquantum vnum, vna est scientia, quare siquidem scire demõstratiuum est demonstrationem habere, continget aliquid impossibile, definitionem nãq; habens sine demonstratione sciet.

Dixit Aristo. Quòd autem non de omni illo, cuius est demonstratio, inuenitur definitio, est vtiq; manifestum: & quid hoc, dicitur de eo, an ne de omni illo, cuius est definitio, sit demonstratio an non: est vtiq; quasi sermo vnus & idem: & hoc, quoniam scientia de aliquo vno in eo quod est quid vnũ, est scientia vna: & si est dispositio, qua scit artifex demõstrationis, vt possideat de ipso demonstrationem, sequitur vtique aliquid impossẽ: & hoc, qm̃ qui habet definitionem ipsius iã vtiq; scit ipsum scientia, absq; eo, q habeat de ipso demonstrationem.

Iã docet de eo, quod diximus, q nõ oẽ illud, qd̃ scit p demõnẽ scit p definitionẽ. fortasse. n. si oẽ illud, quod 13
scitur per definitionem, sciretur per demonstrationem, iã vtiq; oporteret, vt inquiram⁹ de ipso, & dicamus, ane omne illud, quod scitur per definitionem, sciatur per demonstrationem. Et ipse dixit in respõsione huius, q sermo, per quem monstratum fuit antea, q non ostenditur aliqd vnum & idem per definitionem & demonstrationem, est idem sermo illi, per quem ostenditur, q id, quod ostenditur per demõstrationem, non ostenditur per definitionem. Et hoc est quod significauit, cũ dixit: est vtiq; hoc quasi sermo vn⁹ & idẽ. hoc est, q sermo, p quem mõstratur, q omne illud, quod ostẽditur p demonstrationem, non ostenditur per definitionem, neq; monstratur per demonstrationem, quod est cõuersum sermonis. Et hoc est quod dixit: vnum & idem. hoc est, q non monstratur aliquid vnum per definitionem & demonstrationem simul ex parte vna. Et dixit: & hoc, qm̃ scientia, quæ est de aliquo vno, in eo q est vnũ, est scientia vna. sensus est, atqui sequitur, q non sciat aliquid vnum in eo q est vnum per demonstrationem & definitionem simul, qm̃ scientia de aliquo vno, in eo q est vnum, prouenret vtiq; per viam vnam, sed definitio & demonstratio sunt duæ viæ diuersæ. Cumq; non sciatur aliquid vnũ per vtraq; simul ex parte vna, planum, q non omne illud, quod scitur per definitionem, scitur per demonstrationem, neq; è conuerso. Cũ vero dixit: & si est dispositio, qua scit artifex demonstrationis, vt possideat de ipso demonstrationem, iam vtique sequetur hoc impossibile. sensus est, & si fuerit dispositio, qua scit artifex demonstrationis rem, cũ possidet demonstrationem de ipsa, cũ vtiq; posuerimus, q scientia istius rei sit per definitionẽ, iam vtiq; sequetur aliqd impossibile. Deide commemorauit impossibile, quod sequitur, & dixit: & hoc, quoniam qui habet definitionem ipsius, iam vtiq; sciet ipsum scia absq; eo, q habeat de ipso demonstrationẽ. sensus est, & falsum, quòd sequitur ex ipso, est, q illud, cuius via est, vt sciatur p demonstrationem, sciatur absq; demonstratione.

Amplius principia demonstrationũ sunt definitiones, quorum non esse demonstra-

tiones

tiones monstratum est prius, aut erunt principia demonstrabilia, & principiorum principia, & hoc in ifinitum prodibit, aut primæ definitiones erunt indemonstrabiles.

Dixit Arist. Amplius principium demonstrationis sunt definitiões, de his vero monstratum est antea, q non est via, qua sit demõstratio, nisi principia sint demõstrabilia, & adhuc principiorũ principia, & procederet res in ifinitũ, aut sint principia nõ demõstrabilia.

14 Hæc probatio est separata, qua mõstratur, q non oẽ illud, cuius est definitio, habet demõstrationem: & hęc erat opposita probationi, qua monstrabatur, q omne illud, cuius est demõstratio, nõ habet definitionem. Et sunt hic tres probationes, probatio, qua monstratur, q non omnis illius, cuius est demõstratio, est definitio, et hæc est prima: & probatio, qua monstratur conuersum huius, & hæc probatio est illa, q cõicat ad mõstrandam ẽ & conuersum ipsius, & est ea, qua monstrat, q nõ inest alicui vni scia vna ex parte vna p demõstrationem & definitionẽ simul: & hoc, quoniam ex ea apparerit duo simul, & amplius, cũ non complicatur alicui vni ex parte vna scientia per definitionem & demonstrationem simul, monstratum est, q in re, quę habet scientiam per vtraq; simul, componuntur duo modi simul p accidẽs: cumq; componuntur in ipsa duo modi, planum q fieri nõ potest, vt oẽ illud, quod habet definitionem, habeat demonstrationẽ, neq; oẽ illud, quod habet demonstrationem, habeat definitionem: q si non, inerit vni & eidem scientia per definitionem & demonstrationem simul ex parte vna, & hoc totum est manifestum. Hæc autem probatio est, q propositionibus sunt definitiones, & hæ sunt primæ, & non sunt ipsarum demonstrationes, & de hoc iam perfecit sermonẽ in principio tractatus primi istius libri: & hoc, qm̃ aut non sunt ipsis propositiones, per quas monstrantur, aut indigẽt propositionibus, & illæ propositiones propositionibus, & procedet res in infinitum: & hæc diuisio est falsa, & prima cõsequens. Et hoc est quod significauit, cũ dixit: nisi principia sint demonstrabilia, & adhuc principiorũ principia, & procedat res in ifinitum, aut sint principia non demonstrabilia. sensus est, & hoc, qm̃ sequitur, q sint propositiones in demonstrationibus monstratæ in demonstratione per propositiones, & illæ propositiones monstratæ in demonstratione consimiliter etiã per propositiones, & procedet res in infinitum, aut erunt oppõnes primæ non monstratæ per demonstrationem.

Sed an ne non oĩs eiusdẽ, sed alicuius eiusdẽ est definitio & demõratio, an impossẽ sit; non. n. est demõstratio cuius definitio, definitio nanq; ipsius quid est & substantiæ, definitiones vero apparent oẽs supponẽtes & accipiẽtes ipsum quid est, vt Mathematicæ, quid vnitas & impar, & aliæ consimiliter.

Dixit Arist. Sed diceret aliquis, an non erit de omni, quod sit idem, aut iam erit de aliquo vno & eodem definitio & demonstratio? Sed hoc est impossibile: & hoc, qm̃ non est demõstratio de eo, cuius est definitio: quoniam definitio est de eo, quod est qd & substantia, ex demonstrationum vero dispositionibus apparet in summa, q ipsę per-

tractant quid est res positione, & enuntiane in ipsa enuntiationẽ. vt in exemplo, qm̃ scię Mathematicæ definiunt quid est vnum, & quid est numerus, & consimiliter aliæ.

Posteaq̃ declarauit, q non oẽ illud, quod habet definitionem, habet demõstrationem, neq; oẽ, quod habet demõstrationem, habet definitionem, redijt rursus per modum confidentiæ & maxime persuasionis, si possibile est, vt accidat aliquo vno, q sciatur per definitionem & demõstrationem simul ex parte vna: iamq; primo aperuit verba sua in hac quæstione, deinde euacuauit per causam, q non vẽ illud, quod habet definitionẽ, habet demonstrationem, postea per causam p se absq; eo, q euacuauerit hoc, quod dictũ fuit, q omne, quod habet definitionem, habet demonstrationem, deinde euacuauit conuersum istius euacuationis, quod est, an omne, quod habet demõstrationem, habeat definitionem, & exposuit ipsum per rem appropriatam, deinde dixit, q impossibile est, vt sciatur aliquid vnum p definitionem & demonstrationem simul ex parte vna, & enuntiauit vnumquodq; quæsitorum manifestum per se, & manifestum per suum compar, & ipse cõsimiliter etiam † reduxit ad hoc rem tertiam, & declarauit ipsum per se, & fuit sollicitus, vt perficeret in ipsa omnes probationes, quæ sunt super ipsa per modum confidentiæ, & apparentiæ & finis. Et dixit: Sed diceret aliquis, an non erit de omni, quod sit idem, aut iam erit de aliquo vno & eodem definitio & demõstratio? sensus est, sed diceret qs ex vehementia quęstionis de hac re, & inquirens de ipsa, an non ois, cuius est demonstratio, est definitio, neq; ois, cuius est definitio, est demõstratio, adeo q non sit demonstratio & definitio aliquid vnum & idem, qm̃ hoc est manifestum, & fortasse fieri potest, in aliquo vno & eodem vt sciatur definitio et demonstratio simul. hoc est, fortasse hoc est possibile de aliquo, & sm hanc dispositionem redijt hæc quæstio, qua factum fuit additamentum præcedenti: qm̃ in re prius positi fuit, fieri non posse, vt sciatur aliquid vnũ ex parte vna per definitionem & demonstrationem simul, & hoc p se, & quæsiuit vtiq;, si fieri potest, vt sit hoc per accĩs: & videtur consimiliter etiam, vt sit hoc quæsitũ, quod præcessit; † præterq̃ quod ipse reduxit ipsum ad perficiendas omnes probationes, quæ inueniũtur in ipso. & hoc, quoniam nos inuenimus ipsum perfecisse ea in eo q deuenit in hoc tractatu, & redire fecit omnia ea, aut maiorem partẽ ipsorũ. Deinde dixit: Sed hoc est impossibile: & hoc, quoniam non est demonstratio de eo, cuius est definitio, quoniam definitio est de eo, quod est quid & substantia. hoc est, quoniam definitiones sunt quæ sciũntur esse essentiæ subiectorum artium & partium subiectorum suorum, & hæ sunt, quæ declarant demonstrationem reliquarum dispositionum de quæsitis conclusionum suarũ. Deinde dixit: ex demonstrationum vero dispositionibus apparet in summa, q ipsæ pertractant, quid est res positione, & enuntiant in ipsa enuntiationem. sensus est, & hæ demonstrationes ponunt terminum subiectorum suorum, de quibus speculantur, hoc est subiectis quæsitorum, & ponunt ipsum positione, hoc est declarant ipsum declaratione, quemadmodum facit artifex scientiæ Numeri, ipse enim primo posuit definitionem vnius, & definitionem paris et imparis, & non potest in eo, q est artifex Numeri, monstrare, quid est vnũ, & qd est par et impar. qm̃ iam declaratum fuit, q ars non potest tradere causas subiecti sui, quoniam causæ subiecti artis attinent ad artem aliorem, & hoc totum iam declaratum fuit in præcedentibus, & potẽtia traditionis istius probationis, hoc est, quam tradiderunt, est, q definitio et demonstratio non

Log. cũ cõm. Auer. CC ij aggregant

15 † Ab. le. certorationis, & finis quæstionis.

† Ab l. destruxit Sic & in toto cõmento.

* Ab. l enuntiationis.

† Ab. l. repetit hanc tertiã partem.

† Ab l sed illud repetit

* Ab l necessarie.

aggregant in re vna, nisi ꝙ accidẽs, & per duos modos: & hic sermo est dialecticus, quoniã definitiones notificant quæsita, quemadmodum notificant principia.

Amplius omnis demonstratio aliquid de aliquo monstrat, vt quòd est, aut non est, in definitione vero nihil alterum de altero prędicatur. quemadmodum, neque animal de bipede, neque hoc de animali, neque vtiꝙ de plano figura, non enim est planum figura, neꝙ figura planum.

Dixit Arist. Amplius omnis vtiꝙ demõstratio monstrat aliquid de aliquo, puta ꝙ est, aut ꝙ non est, in definitione vero nihil de altero prædicatur, nõ animal de bipede, neꝙ hoc de animali, neꝙ planum de figura, neꝙ figura de plano.

16 Hæc est probatio alia per se consistens. & hoc, quoniam in demonstrationibus prędicãtur partes ad se inuicẽ aut ꝙ sunt, aut ꝙ nõ sunt, & monstrant ꝙ aliquid est alicui alteri, et nõ inest ipsi. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: Amplius omnis vtiꝙ demonstratio monstrat aliquid de aliquo. sensus est, & probatio altera est alia à præcedentibus, quæ est, ꝙ omnis vtiꝙ demonstratio ostendit aliquid inesse alicui, aut non inesse, cùm positũ fuerit aliquid inesse alicui, aut non inesse. hoc est, ꝙ partes demonstrationis ponuntur per modum subiecti, & quæsitum suum monstratur per hunc modum, Atqui dixit: in definitione vero nihil de altero prædicatur. sensus est, atqui definitionum partes non prædicant de se inuicem, neꝙ monstrant viam sm viã subiecti, ex parte qua sunt definitiones. vt in exemplo, cũ dicimus in definitione alicuius animalium, ꝙ est animal bipes, nõ prædicatur vtiꝙ substantia animalis, cùm adducimus definitionem, de bipede, neꝙ prædicatur bipes de animali, sed aliigatur animal bipedi, & adducimus ipsum per modum conditionis, & ligamentum non est ꝙ modum subiecti. & consimiliter, cùm dixerimus, exempli gratia, in definitione alicuius ꝙ est figura plana, planũ vtiꝙ non prædicatur de figura, neꝙ figura de plano: & hoc quod dixit est planum nimis ex dispositione differentiæ definitionis, & demonstrationis. hoc est, qm̃ definitio est aliud à demonstratione, cũꝙ sit aliud ab ipsa, planũ, qm̃ quod monstraꝛ per vnam ipsarum, non mõstratur per alteram, nisi per accidens.

Amplius alterum est quid est, & quòd est monstrare, definitio nanꝙ quid est significat, demonstratio autem, quòd aut est hoc de hoc, aut non est.

Dixit Arist. Amplius, quoniam intentio quid est res, & ostendere per demonstrationem si ineſt, sunt duo diuersa: & definitio docet quid est res, demonstratio vero ostendit, si illud ineſt huic, aut non ineſt.

17 Probatio ista accepta est à diuersitate operationum appropriatarum ipsis, probatio autem prædicta accepta fuit à formis ipsarum, & hoc, qm̃ diximus in probatione, quæ præcesit hanc, ꝙ compositio definitionis, quæ est forma ipsius, est alia à compositione demõstrationis. Et diximus hoc, ꝙ operatio definitionis nõ est operatio demonstrationis. quod, cùm ita sit, fieri igitur non potest, vt sint aliquid vnũ, qm̃ nõ possunt operari operationem vnam et eandẽ per se, cũꝙ fuerit operatio ipsarum monstratio, planum vtiꝙ, ꝙ fieri non põt, vt monstretur per vtraꝙ aliquid vnum ex parte vna. Cũ vero dixit: amplius, quoniã intentio quid est res, & ostẽdere per demonstrationem si ineſt, sunt duo diuersa. sensus est, amplius, quoniam intentio quid est res, & si est res, sunt duo diuersa, & quid est res est illud, quod tradit definitio per se, si autem est res, aut non est, est illud, qđ tradit demõstratio per se. Et hoc est, quod significauit, cùm dixit: & definitio docet quid est res, demonstratio vero ostendit, si illud ineſt huic, aut non ineſt. hoc est, si ineſt hoc huic, aut non ineſt. Cũꝙ fuerit hoc, quemadmodum diximus, planum vtiꝙ, ꝙ demonstratio, si tradit quid est res, est vtique per accidens, & consimiliter etiam, si definitio tradit ꝙ res est, est vtiꝙ per accidẽs.

Alterius vero altera demonstratio, nisi tanquam pars sit aliqua totius (hoc autẽ dico, quoniam mõstratum est equicrus duob? rectis æquales habere, si ois triangulus monstratus fuit) pars. n. hoc, illud vero totum est: hæc autem ad seinuicẽ nõ habent sic ipsum ꝙ est, & qđ est, nõ. n. est alterius alterũ pars.

Dixit Aristo. Et demonstratio de aliquo vno est demõstratio vna, nisi fuerit demonstratio in parte aliqua ex toto ipsius (dico autem hoc, quoniam ostenditur vtiꝙ per demonstrationem, ꝙ æquicrus habet angulos æquales duobus rectis, & si iam monstratũ fuerit de omni triangulo) & hoc, quoniam illud est pars, hoc vero totum, hęc autẽ duo, hoc est, si est, & quid est, non habent inter se hãc dispositionem: & hoc, quoniam vnum ipsorum non est pars alterius.

18 Hæc est probatio altera, ꝙ illud, quod ostẽditur per demonstrationem, non monstratur per definitionẽ, & econuerso. & probatio est talis, cùm fuerint duæ viæ diuersæ, & si monstrant aliquid vnum, manifestũ vtiꝙ, ꝙ hoc est posibile, cùm fuerit vnum ipsorum pars alterius. vt in exemplo, quoniam demonstrationes diuersę in tribus terminis non possunt monstrare quæstũ vnũ semper, sed quæ consentiunt in vno terminorum possunt vtiꝙ mõstrare aliquid vnum per aliquem modorum, quoniam vnum ipsorũ est sub altero, quemadmodum de æqualitate angulorum duobus rectis fieri vtiꝙ potest vt monstretur de triangulo simpliciter & equicruro: & quoniam æquicrus ponitur sub triangulo, & est pars ipsius, & totum & pars quasi sunt aliquid vnum, cũꝙ definitio & demonstratio sint duæ viæ diuersæ & non potest illud, quod monstrat vna ipsarum esse pars alterius, planum, ꝙ non possunt monstrare aliquid vnum per aliquẽ modorum. Cũ vero dixit: & demonstratio de aliquo vno est demõstratio vna, nisi fuerit demonstratio in aliquã partem ex toto ipsius. sensus est, & demonstrationes, quę mõstrant res diuersas, sunt diuersæ, nisi fuerit, quod monstrat vna ipsarum pars alterius, et sint aliquo pacto consentientes, & aliquid vnũ: quoniam vero quod monstrant demonstratio ac definitio non sunt cum hac dispositione, hoc est vnum ipsorum pars alterius, non erunt aliquid vnum. Et hoc est, quod significauit, cùm dixit: hæc autem duo, hoc est, si est, & quid est, non habent inter se hãc dispositionem, hoc est, ꝙ illud, quod monstrat definitio, quod est essentia rei, & illud, quod ostendit demonstratio, qđ est existentia, non ita se habent, ꝙ vna ipsarũ sit pars alterius: hoc est, essentia, & existentia. Atqui voluit, ꝙ diuidat ex ipsis per omnes modos celebratos, quibus possunt formare, ꝙ essentia ipsarum sit vna.

Manifestum

Manifestum igitur ꝙ neꝙ cuius definitio, huius omnis demonstratio: neꝙ cuius demonstratio, huius omnis definitio: quare omnino eiusdem nullius contingit ambo habere. Manifestum igitur est, ꝙ neꝙ definitio & demonstratio, neꝙ idem esse possunt, neque alterum in altero, subiecta etenim consimiliter vtique se haberent. Hæc itaque hucusque dubitata sint.

Dixit Arist. Planum igitur, ꝙ non omnis cuius est definitio est demõstratio, neꝙ consimiliter etiam omnis, cuius est demonstratio, est definitio: cumꝙ fieri nõ possit, quòd vtruꝙ ipsorum insit alicui vni & eidẽ per aliquem modorũ ex parte vna, planũ vtiꝙ, ꝙ definitio & demõstratio vtraꝙ non sunt aliquid vnum & idem, neꝙ cõsimiliter etiã vnum ipsorum, vtrũuis fuerit, est in altero: quòd si non, subiecta vtique ipsorum ordinata sub se inuicem haberent hanc dispositioñem, † & definitio reliqua erit illud, quod veniet ex dubitatione circa hoc.

† Al. Et erunt quæcunq; sunt quã-tum

19 Cõmemorat in eo, quod monstrat, de omnibus istis sermonibus dialecticis: & quod sequitur ex ipsis est, ꝙ non ois, cuius est definitio, est demonstratio, neqꝫ è conuerso. quodꝫ sequitur ex hoc, ꝙ non inuenitur definitio et demonstratio super aliquo vno ex parte vna: cũꝫ hoc ita fuerit, sequitur consimiliter etiam, ꝙ non sit definitio & demonstratio aliquid vnum, cũꝫ non fuerint aliquid vnum, non erit illud, quod ambo monstrant, aliquid vnum, neꝙ vnum ipsorum consimiliter etiã pars alterius. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: neꝙ consimiliter etiam vnum ipsorum, vtrũuis fuerit, est in altero ipsorum. Cũ vero dixit: ꝙ si non, subiecta vtiꝙ ipsorũ ordinata sub se inuicem haberent hanc dispositionem. sensus est, ꝙ si esset demonstratio pars definitionis, aut definitio pars demonstrationis, illud vtiꝙ, quod est materia demonstrationis, esset pars materiei definitionis. hoc est, ꝙ illud, quod monstrat vna ipsarum, esset pars eius, quod mõstrat altera, qualis est dispositio in demõstrationibus, quæ sunt cum hac dispositione.

Syllogismo duplicante, similiter & per diuisionem confecto, non demonstrari quid est, de eo cuius est. *Cap. III.*

IPsius vero quid est, est ne syllꝫ et demonstratio, aut nõ est, quemadmodum nunc ratio suppositꝫ? syllogismus enim aliquid de aliquo monstrat per medium, ipsum vero quid est, & proprium est, & in eo quòd quid est prædicatur, hæc autem necesse est conuerti. Si enim A ipsi C proprium est, planũ, ꝙ & ipsi B, & hoc ipsi C, quare omnia ad inuicem. verumenimuero & si A, i eo quòd quid est ineſt omni B, et vniuersaliter B de oi C in eo quòd quid est dicitur, necesse & A in eo quòd quid est de C dici. si vero non sic aliquis accipiet duplicans, nõ necesse erit A de C prædicari in eo ꝙ quid est: sed si A quidem de B in eo quod quid est, ipsum vero B non de quibuscunq; in eo quòd quid est, ipsum aũt quid est ambo eadem habebunt: erit igit & B de C ꝙ quid est. si itaq; ipsum quid est & ipsum quid erat esse ambo habent, in medio termino erit prius ipsum quid erat esse.

Dixit Arist. Ipsius vero quid est, vtrum sit syllogismus, & demonstratio, aut non sit, quemadmodum nunc posuit oratio: et hoc, qm̃ syllogismus mõstrat vtiꝙ aliquid de aliquo per medium, ipsum vero quid est appropriatũ est, & prędicatur p viam quid est, & hoc vtiꝙ sequitur ex necessitate, vt conuertãtur ista æqualiter: qm̃ si esset A propriũ ipsi C, notum vtiꝙ, quòd esset proprium ipsi B, & B ipsi C, omnia igitur essent propria inter se: & si A iesset omni B per viam quid est, & B consimiliter etiam in summa diceretur de omni C per viã quid est, sequeretur vtiꝙ ex necessitate, vt A consimiliter etiam diceretur de C per viam quid est: ꝙ si non accipere aliquis per reduplicationem in hunc modum, nõ prædicaretur vtiꝙ A de C per viam quid est, si A ineſſet B ex via quid est, & non esset de omni eo, de quo dicitur B per viam quid est: & intentio quid est iam ineſt vtiꝙ ipsorum: B igitur consimiliter etiam erit de omni C per viam quid est: & si intentio quid est, & intentio existentiæ ineſſent vtiꝙ ipsorum, intentio vtiꝙ quid est & existentiæ, ineſſet ipsi primo per medium.

Posteaq; monstrauit fieri non posse, vt illud, quod ostenditur per demõstrationem, sit idem cum eo, quod mõstratur per definitionem, quodꝫ non oẽ illud, quod monstratur per definitionem ostenditur per demõstrationem, & non oẽ illud, quod ostenditur per demõstrationem mõstratur per definitionem, cœpit quærere, an fit posibile per demonstrationem, vt tradat quæsitum demonstrationis & definitionis simul, sm ꝙ demõstratio tradit de aliquo existẽtiam & essentiam. & hoc, qm̃ quæstio, si vtrunꝙ ipsorum monstret illud, quod monstrat suum compar, sm ꝙ sunt vnum, est alia à quęstione, si vnum ipsorum monstret duas intentiones simul, hoc est, ꝙ ostendatur per demonstrationem illud, quod appropriatur ipsi, & illud, quod appropriatur definitioni, etsi monstret definitio illud, quod appropriatur ipsi, & quod appropriatur demonstrationi, præterꝫ quòd istius partis monstrata est impossibilitas ex eo quod præcesit: quoniam si ita esset, quemadmodũ diximus, ꝙ definitio monstraret illud, quod appropriatur ipsi, & quod appropriatur demonstrationi, illud, cuius ita est, vt ostendatur per demonstrationem, ostenderetur per aliud à demonstratione: si vero fieri possit, vt ostendaꝛ per demonstrationem illud, quod appropriatur demonstrationi in monstratione sua, & quod appropriatur definitioni in traditione sua, quod est essentia, ipso vtiꝙ est difficultas fortis: & hoc, quoniam, si non esset ex via demonstrationis, vt faceret hoc, non haberemus viam, qua sciremus definitiones ignotas: quoniam, si demonstratio est illud, per quod monstrantur ignota, & definitiones sunt notiores & ignotiores, sequitur vtiꝙ ex necessitate, si haberemus viam, qua sciremus definitiones ignotas, ꝙ esset hoc propter demonstrationẽ, præ-

terꝯ ꝙ, si super definitione esset demõstratio, quod tradit vtiꝙ definitio, traderet demonstratio: sed iam diximus, ꝙ definitiones sunt de substantialibus, & demonstrationes de accidentibus, & ipse quærit hanc rem: definitionum autem ignotarum aliquæ sunt, quarũ ignoratur existentia & definitio ipsarum, & ex ipsis aliquæ sunt, quæꝝ scitur existentia, & ignoratur definitio. ipse autem primo loquetur, si fieri põt de aliquo vno, quòd sciatur existentia, et ignoreẽ definitio ipsius, et ꝙ tradaẽ demonstratio definitionis ipsius in eò ꝙ est demonstratio, hoc est, ꝙ monstret definitionem inesse rei, & ꝙ est definitio ipsius. Et cũ dixit: Ipsius vero quid est vtrum sit syllogismus & demonstratio, aut nõ sit, quemadmodum nũc posuit oratio. sensus est, inuestigatio autem de quæsito quid est, vtrum ostendatur per demonstrationem, aut non, possibile est, vt monstretur, quemadmodum positum fuit antea ex eo ꝙ nõ est possibile, vt ostendatur per demonstrationem, quod mõstratur per definitionem. & differentia iter hoc & illud, quod præcesit, monstratur sic: quoniam res, quæ ostenditur per demonstrationem, non est quæsitum quid est, quod tradit à definitione, neq; definitio tradit illud, quod ostendit demonstratio. Atqui quæritur hic vtiꝙ, si demonstratio ostendit, cũ eo, ꝙ ex via ipsius est, vt ostẽdat ipsum quòd est, si hoc inest huic, ſm ꝙ est definitio ipsius, hoc est ex parte demonstrationis, quæ tradet duo quęsita simul. Dixit autem: quemadmodum nunc posuit oratio, quoniam si declaratum fuit, ꝙ demõstratio tradit quæsitum gd est simul cum quæsito si est per aliquẽ modum, ipsa ostenderet illud, quod monstrat definitio, sed ibi acceptum fuit nomen abstractum, hic vero compositum & propterea fuit quæsitum aliud à quęsito primo. Postea cœpit ostendere, ꝙ hoc non est possibile, & dixit: & hoc, quoniam syllogismus monstrat vtiꝙ aliquid de aliquo per mediũ. sensus est, & causa est, quæ prohibet hoc, ꝙ syllogismus vtiꝙ monstret aliqd inesse alicui, hoc est quæsitum inesse subiecto per terminum medium, qui ponitur inesse subiecto quæsiti, hoc est prædicatum de ipso, & extremitatẽ maiorem inesse ipsi, hoc est medio: & sequitur ex hoc ex necessitate, ꝙ extremitas maior insit minori, & per hoc idem monstratur negatio prædicati quæsiti à subiecto, hoc est, cũ complicatur terminus medius, q affirmatur de vno ipsorum, & negaẽ ab altero. Et posteaꝙ docuit modũ, ex quo est via demonstrationis, qua monstrat illud, quod consueuit monstrare, hoc est, existentiam, aut negationem, docet modos, quibus debet inuestigare is, qui quærit qd est aliquid, quodꝙ fieri non potest, vt tradat syllogismos illos, aut modum illum, cuius via est, vt tradat ipsum. hoc est, ꝙ fieri non potest, vt aggregentur ambo modi in syllogismo, vsquequo tradat prædicatum inesse quęsito, quod est definitio ipsius. Et dixit: ipsum vero quid est appropriatum est, & prædicatur per viã quid est. sensus est, ꝙ ille, qui intendit monstrare quæsitum quid est de aliquo, debet monstrare, ꝙ prędicatum quæsiti cum hoc ꝙ inest subiecto, est appropriatum ipsi, & prædicatũ de eo p viam qd est. Et posteaꝙ declarauit illud, quo indiget ille, qui scit ex intentione viæ definitionis, vt declaret, ꝙ illa est definitio, cuius hæc sunt tria, hoc est, quòd insit rei & prædicetur de ipsa per viam quid est, & conuertatur cum ipsa, cœpit docere, ꝙ non est in potentia termini mediꝰ, quòd tradat has tres intentiones, quodꝙ fi est possibile, vt tradat duas ipsarũ, non est vtiꝙ posse, vt tradat tres ipsarum. Et dixit: & hoc vtiꝙ sequitur ex necessitate, vt cõuertanẽ ista æqualiter. sensus est, & sequit ex necessitate, vt definitio & propriũ conuertanẽ. Cumꝙ fuerint conuertibilia, sequitur ex necessitate, vt in terminis, qui accipiuntur in syllogismo, inueniaẽ cõuersio & prædicatio per viam quid est, & non est possibile, ꝙ concludatur aliquid cum hac dispositione, hoc est proprium & prædicatũ ex via quid est. Deinde adduxit exemplum in hoc, & dixit: quoniam, si esset A proprium ipsius C, notum vtiꝙ, ꝙ esset proprium ipsius B, & B ipsius C: omnia igitur essent propria inter se. sensus est, exemplum huius, cùm voluerimus concludere A esse proprium ipsius C, per medium B, oportebit vtiꝙ, ꝙ sit notum apud nos, ꝙ A ineſt C, ſm ꝙ est, pprũ, quoniam, cũ posuerimus hoc, concluderetur nobis, ꝙ A ineſt C ſm ꝙ est propriũ ipsius. Deinde cepit docere, ꝙ, si velit concludere consimiliter etiam intentionem secundam, ꝙ est A, exempli gratia, prædicari de B per viam quid est, oportebit vtiꝙ, vt ponaẽ hęc dispositio consimiliter etiam in tribus terminis, & dixit: & si A ineſſet omni B per viam quid est, & B consimiliter etiam in summa diceretur de omni C, per viam quid est: sequetur vtiꝙ ex necessitate, vt A consimiliter etiam diceretur de C per viam quid est. sensus est, & eodem pacto si vellemus concludere, ꝙ A, exempli gratia, prædicaẽ de C per viam quid est, sequeretur vtiꝙ, vt acciperetur admissum in syllogismo, ꝙ A prædicatur de B per viam quid est, & B prædicatur de C per viã quid est, & A accipitur hic loco termini maioris, & B loco termini mediꝰ, & C loco termini minoris ſm consuetudinẽ ipsius. Deinde dixit: quòd, si aliquis non acciperet per reduplicationem in hunc modum, nõ prędicaretur vtiꝙ A de C p viã quid est. sensus est, & si non acciperet aliqs intentionem quid est bis duplicatam in prædicatione, hoc est, quòd tradaẽ in prædicatione maioris de medio, & mediꝰ de minore, non concluderetur vtiꝙ ꝙ maior extremitas prædicatur de minore per viam quid est, & consimiliter se habet res in eo ꝙ concludit prædicatum esse propriũ subiecti, nõ cũ est possibile in subiecto absq; eo ꝙ reduplicetur bis in prædicatione. Deinde dixit: si A ineſſet B ex via quid est, & non esset de omni eo, de quo dicitur B per viã quid est. sensus est, & priuatio reduplicationis erit, cũ A inerit B ex via quid est, & nõ inueniẽtur inesse omni illi, de quo prædicatur B per viam quid est: & hoc quoniam, cũ fuerit syllogismus, in quo inueniẽ intentio dicti de omni, quod est, vt extremitas maior prædiceẽ de medio tũ absq; eo ꝙ prædicetur de eo, quod dispońitur per medium. & hoc, qm̃ iam declaratum fuit in libro Syllogismi, cũ maior propositio non habuerit hanc potentiam, ꝙ syllogismus vtiꝙ non erit cõcludens nisi per accidens: cuiꝙ res ita fuerit, & sequetur in conclusionibus, hoc est, ꝙ vtiꝙ concluditur aliquid inesse alicui ſm hanc cõditionem, & hoc est, quod vocatur dictum de omni, sequitur ex necessitate, cũ voluerimus concludere aliquid inesse alicui ſm ꝙ est definitio ipsius, vt sit cõditio dicti de omni in ipso comprehendens de definitione illud, quod comprehẽdebat de existẽtia, hoc est, vt accipiatur, ꝙ est extremitas maior in ipso definitio omnis illius, de quo prædicatur mediũ ex parte, qua est definitio ipsius, & mediũ simul. Et hoc est quod voluit, cũ dixit: si A ineſſet B ex via quid est, & non esset de omni eo, de quo dicitur B. hoc est, ꝙ non cõcluditur nobis A esse definitionẽ C, nisi accipiatur A esse definitionẽ B, & pp quid dispońit in B, & prædicaẽ B de ipso, quẽadmodũ non concludiẽ, ꝙ A ineſt C, nisi accipiatur per syllm, ꝙ A ineſt B, & omni illi, cui ineſt B, & prędicatur de ipso, & non accipitur, ꝙ B prædicatur de C. Deinde dixit: & intentio quid est ineſt vtiꝙ ipsorum. sensus est, ꝙ oportet, vt sit prædicatio in vtriꝙ propositionibus prædicatio definitionum, hoc est, ꝙ accipiaẽ A prædicari de B, ſm ꝙ est definitio ipsius. Et posteaꝙ declaratum fuit ꝙ per istas cõditiones erit syllogismus concludens de definitione, quæ sunt eædẽ conditiones, per quas concludit de existẽtia, dixit: & si intentio qd est, & intentio existentiæ inessent vtiꝙ ipsorum, intẽtio vtiꝙ quid est, & existentiæ inessent ipsi primo per medium, sensus est, & si fuerint duæ istæ intentiones, quæ sunt, qd est res, & si est res acceptæ in propositionibus, maiori, ſm ꝙ scit intentio existentiæ in termino medio, et minori extremitate, i qua dispońitur mediũ, hoc est, ꝙ maior extremitas accipiatur, ꝙ ipsa insit medio, ſm ꝙ est definitio ipsius, & definitio insit illi, cuius medium est definitio consimiliter etiam, iam vtiꝙ acciperetur in propositionibus illud, quod intendebat mõstrare, quod est petitio: quoniam, si A, quod est extremitas maior, tantum acciperetur ſm ꝙ est definitio vtiꝰ ꝙ, B, quod est extremitas media, & eius, quod dispońitur per ipsum, qđ est extremitas minor, quod est C, iam accepit, ꝙ maior extremitas ineſt minori in propositione maiore per se, & hoc est petitio: hoc igit est vnũ ex ijs, quæ possunt monstrari ab hoc sermone. & quod videtur dicere in hoc ꝙ est petitio, est, quod dico, quoniam non apparent duo termini in aliquo vno, & erit terminus maior & medius idem, cuiꝙ posuerit mediũ, iam petet quæsitum. Et hoc videtur esse illud, quod significauit, cùm dixit: intentio vtiꝙ, quid est & existẽtiæ ineſſet ipsi primo per medium. hoc est, ꝙ sit illud, quod quæsiuit per syllogismũ iam positum in medio, & hoc est definitio rei quęsitæ, & hoc, ꝙ sit definitio vna duarum extremitatum: & qui fecit hoc, iam petiꝭ quæsitũ ex necessitate petitione vera. Expositores vero intellexerunt sermonem ipsius, & si fuerit intentio quid est, & existẽtia ipsius res inexistens vtiꝙ ipsorũ, erit vtiꝙ intentio quid est, & existentiæ ipsi primo inexistens per medium, hoc est, si oratio accipiatur, ꝙ ineſt rei, & significauerit definitionem ipsius iã accipi in ambabus propositionibus simul, sequitur, vt sit quod extrahitur per definitionẽ, hunc in modum iam cognitum de re, cuius quęritur definitio, definitio vna ipsius. & dicetur de hac definitione, aut scitur per se, aut p definitionem alteram, & si dicatur per definitionem alteram, redijt interrogans consimiliter etiam de hac definitione, si vero dicatur per se, & dicetur, igitur hęc via nõ est vniuersalis, qm̃ si esset hoc modo, nõ monstraretur extractio definitionis per demonstrationem, nisi de eo, quod habet binas definitiones, quarum vna est nota p se, & de altera ignoratur ꝙ insit definito, & scitur existentia per se definitioni, quę scitur ineſſe definito.

Digressio ꝓres vna duas posse habere definitiones.

† Abl. papi negnẽ, sed retrahamus illum.

Abunazar vero innuit in deebne istius loci hanc assertionem, quoniam ipse iam declarauit, ꝙ extractio definitionis per demonstrationem est † per modũ cooperimẽti in fusco, sed reuersus est ad ipsam, cũ dixit: quoniã non verificaẽ, si non asserat, ꝙ res duas habet definitiones, & si fuerit per modum particularis: & quasi apparet ex dispositione ipsius, ꝙ ipse asserat, ꝙ res duos habet terminos. Et quod rectificatum est ab expositoribus & Abunazare in summa in declaratione istius loci ſm hanc intentionem, apparet ex verbis ipsorum: qm̃ Arist. declarabit in sequentibus, ꝙ sunt demonstrationes tradentes definitionem per se, & hę sunt demonstrationes, quæ vocantur demonstrationes variatę positione, & existimauerunt, ꝙ demonstrationes illę sunt ex genere istarum, ꝙꝙ nõ est dria inter ipsas, & aggregarunt duo loca, cũ declarauerint locum istum ſm hãc expositionem. Abunazari autem videtur, ꝙ demõstrationes, quæ sunt definitiones variatæ positione, sunt illæ, quæ cõplicanẽ ex pluribus definitionibus de re: hoc igitur videtur declarasse in libro suo de demonstratione, & in libro suo de verbis, & hic in isto suo sermone ad introductionem huius loci ex verbis Aristot.

† Abl. est duæ formæ. vide Aristo. E. Metha. text. 15.

Tu vero scire debes, ꝙ opinio Arist. fuit, ꝙ non potest aliquid habere definitiones duas: quòd est verum, qm̃ si haberet duas definitiones † haberet propagationem. Et si diceret iã itaꝙ pgrediunt cõsuetudines præcedẽtes, ꝙ adducunt de re vna & eadẽ plures definitiones vna; quẽadmodũ dixerũt in definitione hois, ꝙ est animal rõnale, & ꝙ est animal ambulans bipes, & ꝙ est animal recte stans: manifestum igit ꝙ genus huiusmodi definitionũ est vnum, quoniã non inuenitur rei genus propinquum, nisi genus vnum: & cõsimiliter oportet, ꝙ sit dispositio in differentia, quoniã differentia est forma rei, & non inuenitur rei nisi forma vna: sed quoniã in quibusdam definitionum inueniuntur differẽtiæ differentes pense, & in quibusdam loco differentiæ sunt quædam appropriata in differentijs, quæ cõstituuntur constitutione ipsarum, quemadmodũ operationes appropriatæ in formis & accidentibus, & consequẽtibus ex ipsis: & hoc, cũ fuerint ista significantia super forma, & fuerit assecutio formæ ꝓpter notius assecutione ipsius, & substantia ipsius, & vtplurimum accidit hoc, cũ forma non habuerit nomen: cumꝙ hoc ita fuerit, cũ fuerit definitio per duas definitiones, differentia, quę accipitur in duabus definitionibus, est vna ex necessitate, nisi cũ fuerit in vna definitionum accepta per se, & in definitione altera constituatur consequens ipsius: constitutione sua, & dilucidetur loco ipsius, ſm ꝙ est notũ de ipso: ꝙ si in vtraꝙ definitionum accipiatur loco ipsius consequẽs suum, præterꝙ ꝙ consequens, quod accipitur in vna duarum definitionum, est aliud à consequente, quod accipitur in definitione altera, quoniam res iam habebit plura propria consequentia: & ſm hæc existimatur, ꝙ iam inueniuntur de re vna definitiones plures, & hę in veritate significant super re vna: et hoc, quoniam voces multæ, quæ significant super substantia vna, cũ accipiunt ex eò ꝙ significant super hac substantia, & sunt notæ, istæ sunt veluti dictiones assequẽtes, & non significant rem variatam à definitionibus, quoniam ipsę vtiꝙ significant in summa super differentia, ex qua constituitur substantia definita: existimatur autem de ipsis à principio speculationis, ꝙ sunt variatæ, & ipsæ sunt vnum, quemadmodum existimatur de ijs, quæ habent plus ꝙꝙ nomen vnum, ꝙ sunt res variatæ, & vniuersale inter ipsa est, ꝙ res, quam significant, est vna, hoc est, inter huiusmodi res, & inter nomina cõsequentia. Sed posset aliquis dicere, ꝙ iam sequitur ex hac positione aduersitas vna, & hoc est, ꝙ insit definitio vna duobus definitis, & hoc, cũ acceperit, ꝙ syllogismus non concludit esse definitionem C, nisi cũ inuentum fuerit A esse definitionẽ B, & inueniatur definitio illius, cuius B est definitio, & erit A definitio B & C simul, & erunt B & C res vna. cũ vero declaratum fuerit tam, ꝙ diuersitas huiusmodi rerum, quæ consistũt consistentia differentiæ in definitione speciei vnius & eiusdem, est veluti diuersitas dictionum, manifestũ est, ꝙ huiusmodi res in definitionibus habent potẽtiam notum cõsequentium: cumꝙ hoc ita fuerit, quicunꝙ sollicitus fuerit, vt monstret vnã ipsarum ineſſe definito vt definitionem, tam petiꝭ quæsitum primum: hoc igitur est, quemadmodum dispositio petitionis, quam voluit Aristo. non atũ illud, quod opinati sunt Expositores. Neq; potest aliquis dicere, ꝙ hæc propria inueniuntur in huiusmodi definitionibus per se, & non inueniuntur loco formæ, neq; ex parte, qua significant substantia rei propter quid est: & hoc est notum apud eum, q vel paucã consuetudinẽ habuerit in hac arte. Amplius, si vnum haberet binas definitiones, haberet duas differentias, & si haberet binas differentias, vna ipsarũ prædicaret de altera per viam accidentis, non ex parte qua vna ipsarum notificat substantiam alterius. Iam vero dixerunt, ꝙ definitio vtiꝙ concluditur per syllogismum, cùm acceptum fuerit extremitatem maiorem esse definitio

† Abl. comprehẽsio formæ ob illas notior, ꝙ illius comprehensio secundum eius substantiam: † Abl eius vice,

¥ Abl synonima.

* Abl synonima. An duorum definitorum sit vnica definitio, & quomodo.

* Abl. synonimorum:

* Abl dixi mus,

nitionem medij,& propter quid mediū esse definitionē
Dubium. ipsius. Et si diceret aliquis,quòd nō oportet *in* syllogis
mo, qui concludit definitionem per syllogismum ; ꝙ
extremitas maior sit definitio eius, cuius est medium,
sed sufficit in hoc,ꝙ maior sit definitio medij tm̄, & me
Solutio. dium definitio minoris. Dicitur,ꝙ nō sequitur ex hoc,
nisi ꝙ maior est definitio definitionis, hoc est definitio
termini minoris:& hoc est aliud ab eo, quod intende-
bat concludere,quoniam nos non intendebamus con-
cludere definitionem definitionis, sed intentio erat de
definitione per se. & eodem etiam pacto non erit con-
cludens per viam dicti de omni,& quod non concludit
per hunc modum,non concludit vtiq; per syllogismū.
Iam igitur declaratum est ex hoc tractatu, ꝙ definitio
non erit secundum hunc modum conclusio demonstra-
tionis,& non demonstratio variata positione. Redea-
mus autem ad perficiendam declarationem sermonis
ipsius in hac re.



Et omnino,si est monstrare, quid est ho-
mo,sit C homo,A vero quid est, siue animal
bipes,siue aliud quid:si itaq; syllogizabitur,
necesse est A de B omni prædicari, huius au-
tem erit alia ratio media, quare & hoc erit,
quid est homo : accipit igitur quod oportet
Secdo priorū cap. 21. mōstrare,nāq; & B est quid est homo. Opor
tet autem in duabus propositionibus, & pri
mis & imediatis considerare, maxime enim
manifestum,quod dicitur,fit:qui igitur mō-
strant per id,quod conuertitur,quid est ani-
ma,aut quid est homo,aut aliud quodcunq;
entium,quod ex principio est petunt. quē-
admodum, si aliquis existimat et animam es
se idem sibiipsi causam viuendi, hoc autem
numerum ipsum seipsum mouentē, necesse
est.n.petere aiam, quòd numerū esse ipsum
seipsum mouentem sic,vt idem existere.

Dixit Arist. Et omnino,si fuerit demon-
stratio de eo quod est,quid est homo, & sit C
homo, & A,quæ est intētio quid est, aial bi-
pes,aut definitio alia:& si ratiocinet hoc,se-
quitur vtiq; ex necessitate, ꝙ A prædicetur
de oi B,& erit hęc oratio alia media: erit igit̄
& hoc consist etiam quid est homo:acce-
pit igitur illud quod oportebat construere,
& hoc erat cōsimiliter etiam, quoniam B est
intentio quid est homo.Oportet autē specu
lari in duabus propositionibus simul termi
norum primorum immediatis,quoniam est
in hoc proprium,quo monstratur. & appa-
ret,quod dictum fuit,cùm deductum fuerit,
quid est anima, aut quid est aliquid aliud
† Ab.l. de re bus, quæ re ciproce con uertuntur. quodcunq; fuerit ex entibus, ex eo, ꝙ redit
æqualiter,iam vtiq; petēt quæsitum primū.
quemadmodum, si affirmaret aliquis,ꝙ ani
ma est id,quod est causa vitæ sibi ipsi,& hoc
est numerus seipsum mouens. & hoc, quo-
niam sequitur vtiq; ex necessitate, vt petat,
ꝙ anima est numerus seipsum mouēs,& erit
petitio ipsius secundum ꝙ est,vnū & idem.

Posteaq; exposuit per orationem,ꝙ qui studet con- 21
cludere definitionem inesse alicui in eo ꝙ definitio,ipse
petit eandem rem,vult declarare hoc per exemplum,
vt doctrina sit planior,& dixit:Et omnino,si fuerit de-
monstratio de eo,quod est,quid est homo, hoc est,si di
sputauerit aliquis,ꝙ inueniatur demonstratio de defi-
nitione,cū fuerit ignota,ut accipiatur definitio alia me-
dia,quę sit definitio istius rei,accipietur ad medium ali
quid aliud,quod sit definitio medij, & erit exempli grā
illud,cuius studet definitionem ostendere per demon-
strationem,homo,vsquequo sit C,quod accepimus lo-
co minoris extremitatis. Deinde dixit: & A,quæ est in-
tentio quid est,aial bipes.hoc est,& accipiatur A, quod
est maior extremitas in hoc exemplo,quod est, quid sit
homo loco essendi ipsum animal ambulās bipes,aut lo-
co definitionis alterius ex definitionibus suis quęcunq;
definitio fuerit. Et hoc est,quod significauit,cùm dixit:
aut definitio alia. Deinde dixit : et si ratiocinetur hoc,
sequitur vtiq; ex necessitate, ꝙ A prædicetur de oi B, &
erit hæc oratio vna vsq; ad id quod dixit, qd est homo.
sensus est,& si fieri potest,vt concludatur per syllogis-
mum huiusce modi conclusio,hoc est,ꝙ A, quod est ani
mal bipes,est homini,sm ꝙ est definitio ipsius, sequtur
ex necessitate, ꝙ sit prædicatum de termino medio in
hoc syllogismo,q est B,& erit B definitio C hominis, exi
stens medium inter hominem & inter definitionē con-
clusam:erit igitur terminus iste medius definitio homi-
nis.& qm̄ res non habet, nisi definitionem vnam, iam
vtiq; accepimus in mōstratione definitionis definitio-
nem eandem.Et hoc est quod significauit,cū dixit : ac-
cepit igitur illud, quod oportebat cōstruere. sensus est,
ꝙ ipse ponit illud, quod vult ostendere per demonstra-
tionem eandem non in specie, quemadmodum decla-
rauerunt Expositores,hoc enim non est petitio: & ma-
nifestus est sermo ipsius,ꝙ est petitio vera secūdum id,
quo exposuimus hanc orationem. Postea adduxit cau-
sam, ex cuius parte sequitur, ꝙ operatio ista, quæ fit, sit
petitio,& dixit:& hoc erat consimiliter etiam,qm̄ B est
intentio quid est homo. sensus est,atqui sequitur,ꝙ pe
tat,qm̄ terminus medius,qui accipitur prædicatum de
minore extremitate, est idem cū maiore,cumq; sit hæc
res in parte occulta,propter quid existimauit, ꝙ insint
vni definitiones plures, dixit:Oportet autem speculari
in duabus propositionibus simul terminorum primo-
rū,immediatis,qm̄ est in hoc proprium, quo monstrat,
sensus est,declarat aūt hoc,cū accipimus hęc ꝑdicata in
hac demōstratione cū cōditionibus,quas posuimus ꝑ prę-
dicatione vera partium demonstrationum de seinuicē:

& si

† Ab. le. ſ. ꝙ ſint prim̄ę & immediatæ. † & si fuerint prima & immediata,quoniam fieri nō po
test in definitione vera, vt sit inter ipsam & definitū me
dium,hoc est,ꝙ prædicetur de ipso propter prædicatio
nem suam de aliquo alio,hoc est per medium. cūius hoc
sit,fieri non potest, vt concludatur aliquid definitionis
per definitionem:quoniam quod concluditur, conclu-
ditur vtiq; per medium,sed definitio non prædicat de
re per medium,hoc est in definitione perfecta. si vero
fuerit definitio pars definitionis,illud vtiq; erit possibi
le:sed huiusce modi patres non prædicabuntur de sein
uicem, quia aliquæ ipsarum sint definitiones alicuius.
& propterea non erit vtilitas in demonstratione in hu-
iusce modi partibus istarum definitionum , quarū vna-
quæq; est definitio perfecta rei, quemadmodum exi-
stimauit Abunazar, ꝙ illud est,quod voluit Arist. per de
monstrationes,quæ sunt definitiones variatæ positio-
ne. Et posteaquam enuntiauit,quòd ex hoc modo euē-
nit veritas consideranti in hoc quæsito,adduxit in hoc
exemplum. Et dixit: & apparet illud, quod dictum
fuit, cùm deductum fuerit, quid est anima, aut quid
est homo,aut quid est aliquid aliud, quodcumq; fuerit
ex entibus,ex eo quod redit æqualiter,iam vtiq; petēt
quæsitum primum.sensus est, vt in exemplo,qui mon-
strat quid est homo,aut qd est anima,aut aliquid aliud
ex entibus in definitione proprium & conuertibile, ip
se vtiq; peteret ex necessitate,hoc est,quoniam terminus
medius est idem,quod extremitas maior. et intellegit ꝑ
primum quæsitum,quod primo concluditur ex syllo-
gismo.Deinde dixit:quemadmodum si affirmaret ali-
quis,ꝙ anima est illud, quod est causa vitæ sibiꝑpsi, &
hoc est numerus seipsum mouens, scilicet cū posuerit,
& concesserit,ꝙ anima est illud,quod mouet seipsum,
& monstraret, ꝙ anima sit numerus seipsum mouens.
Deinde dixit:et hoc,quoniam sequitur vtiq; ex neces-
sitate,vt petat,ꝙ anima est numerus seipsum mouens,
& erit petitio ipsius sm ꝙ est vnum & idem.sensus est,
& hoc,quoniam qui facit hanc operationem , oportet
ipsum ex necessitate petere definitionem,quā vult cō-
cludere,& hoc,quoniam, cùm ipse nonficauerit,ꝙ ani-
ma est causa vitæ sibiꝑpsi,notificauit, ꝙ ipsa est nume-
rus seipsum mouens,& hoc,quoniam cùm non intelle
xerit in definitione causam,per quam efficitur vita sibi
ipsi,quod est numerus,non mōstrabitur, ꝙ est aliquid
mouēs seipsum:& si intellexerit ex ipsa ꝙ est numerus,
tam vtiq; posuit quæsitum.Et hoc totum formatur sm
opinionem Platonis:& hoc , quoniam ipsi visum fuit,
ꝙ vita metitur super augumento & motu , & ꝙ illud,
quod augetur, est numerus,qui metitur essentiam ani-
mæ,qui est causa sibiꝑpsi,hoc est mouens seipsum,& ad
sequestrandam opinionem istā à tēporibus nostris,po-
suit exēplum de ipsa,non ꝙ hæc sit opinio sua de aia.Et
qm̄ est petitio,ex ipsa intelligūtur vtiq; intētiones duę,
quarum vna est petitio vera,& ea est,in qua inuenitur
quæsitum idē in syllogismo,& etiam fieri pōt,vt ex ip-
so itelligaē petitio in genere:hoc est,qui sollicitus est,vt
monstret definitionem per definitionē, monstrat vtiq;
aliquid per speciem suam , quemadmodum intellexe-
runt ipsum expositores. Ex hoc autē loco docuit, ꝙ pe-
titio erit vtiq; vera, et dixit:et erit petitio ipsius de hoc
sm quod est vnū & idem. sensus est,& non erit petitio
sua hic,sm quod facit definitionem per mōstrationem
definitionis,vsquequo sit hæc via reprobata,quoniam
est particularis,sed petitio ipsius erit petitio vera,& est
ea,quę dicta fuit in libro Sophistices.hoc est,qm̄ accipi
tur aliqd idē, quod voluerit cōcludere ꝑ syllm̄ eundē,
& hoc apparet nimis ex sermone ipsius, secundū ꝙ est
res vna & eadem.Et mirū,quomodo opinati sunt Ex-
positores hoc,in quo consentiunt,& quod opinatus est
Alexāder est tale,& non peruenit ad nos aliquid istius
viri in hoc libro,sed quā adduxerunt est expositio The-
mistij,& hic vir vt plurimum non dissentit ab Alexan-
dro.Et posteaq; declarauit hoc per exemplum sensibi-
le, cœpit declarare ipsum per exemplum magis vniuer
sale ꝙ hoc,ne existimetur, ꝙ illud, quod sequitur ex ser
mone,sequatur ex exemplo per se.

Non enim si A sequitur B, & hoc C,erit A
quod quid erat esse ipsius C, sed verum erat
dicere,erit† solum,neq; si est A qd quid est,et † Al.l.c solā
de B prædicat omni,hoc enim,quod est ani-
mali esse,prædicatur de eo,quod est homini
esse:verum enim est omne homini esse ani-
mali esse,quemadmodum & omnem homi-
nem animal esse,sed non sic vt vnum sit. Si
igitur non sic acceperit,non syllogizabitur,
ꝙ A est ipsi C quod qd erat esse,& subā: si ve-
ro ita acceperit,prius erit acceptum C quod
quid erat esse ipsius B,quare non demonstra
tum fuit,hoc enim in principio accepit.

Dixit Arist. Et hoc,quoniam non est,si A
sequitur B,& hoc C,erit A ipsi C intētio quod
quid est,& existentiæ,sed verum vtiq; est,vt
dicatur,ꝙ ipsum ineſt tantum,neq; si est A in
hac re,& prædicetur consimiliter etiam de
omni B. & hoc, quoniam quod est existens
animal prædicatur vtiq; de eo,quod est exi-
stens homo:quoniam verum est, vt dicatur,
ꝙ omne illud,quod est hō, est animal, quo-
niam omnis homo est animal,sed non est in
hunc modum,secundum ꝙ est aliquid vnū:
igitur si non acceptum fuerit etiam sic, non
ratiocinabimur, ꝙ A est ipsi C quid est,& exi
stentia, & substantia: Et si acceptum fuerit
hoc,iam vtiq; accepta erit intentio quid est
C,& existentia ipsius primo: iam igitur mon
stratum fuit monstratione nostra,quoniam
petet vtiq; quæsitum primum.

Dixit:Et hoc,qm̄ nō est,si A sequitur B,& hoc C,erit 22
A ipsi C intentio quod quid est,& existentię. sensus est,
neq; tradet syllogismus definitionem per se, qm̄ syllo-
gismus vtiq; tradet, ꝙ terminus maior ineſt minori per
medium,quo ineſt medio,& medium minori:et forma
syllogismi erit vtiq;,ꝙ A,quod est extremitas maior, ꝑ-
dicetur de omni eo,de quo prædicatur B, & B prædicat
de omni C:sequitur ex hoc,quòd A prædicetur de omni
C,hoc est insit ipsi,& non sequitur, cū A ineſt B, & B in-
est C,quòd A insit C,& sit definitio ipsius, sed sequitur,
ꝙ ipsi insit solum:iam vero sequitur, si tradet syllogis-
mus definitionem per se,vt cōcludat,quòd extremitas
maior ieſt minori,& sit definitio ipsius,hoc est A ipsius
C. Atqui tradit syllogismus,quod ipsum ineſt C tantū.
Et hoc est quod significauit cùm dixit : sed verum vti-
que est , vt dicatur quòd ipsum ineſt tantum . De-
inde dixit : neque si est A in hac re, & prædicetur con-
similiter etiam de omni B. sensus est, neq; si accepe-
rimus in propositione maiore,ꝙ A est essentia B, & de oi
eo quod est B,prædicatur affirmatiue per modum,quo
est prædicatio substantialis de substantia in proposito-
nibus maioribus in demonstrationibus conferentibus
in hoc ad concludēdam definitionem. Atqui dixit hoc,
qm̄ posteaq; monstrauit,quòd prędicatio syllogistica in

coꝙ

eo ꝙ syllogistica non tradit definitionē per se, uult monstrare cōsimiliter etiam, ꝙ prædicatio substantialis nō confert ad concludendum definitionem: hoc est in qua inuenitur, quòd prædicatum est in substantia subiecti: & hoc, quoniam hæc prædicatio non est illi, in qua disponatur subiectū per omnes modos, neq; illud, de quo prædicatur subiectum i propositione maiore, quod est idem, quòd essentia termini minoris, hoc est, cuius terminus medius est essentia, cumq; voluerimus concludere definitionem per demonstrationem, hoc est, ꝙ cōcludamus, quod A ineſt C, et est definitio ipsius, sequit, vt A et B sint aliquid vnum et idem, qm̄ vtraq; sunt definitio alicuius vnius. Et hæc est intentio eius, quod dixit: et hoc, quoniā quod est existens animal prædicatur vtique de eo quod est existens homo, qm̄ verum est, si dicatur, ꝙ omne illud, quod est existens homo, est existens animal, quemadmodum ꝙ omnis homo consimiliter etiam est animal. sensus est, et omne illud quod, disponitur per animalitatē, et ineſt ipsi animalitas, prædicatur de omni eo, quod disponitur per humanitatē, et ineſt ipsi humanitas prædicatione notificante prædicatum esse substantiam subiecti, sed quia cui ineſt animalitas et humanitas, est vtiq; aliquid vnum et idem: qm̄ si esset hoc ita, essent animalitas et humanitas duo nomina consequētia, et esset operatio huiuscemodi petitio. Deinde dixit: qm̄ verum est, vt dicatur, ꝙ omne illud, quod est homo, est aīal. hoc est, hæc est prædicatio vera, & intrat prædicationem, qua prædicatum petit subiectum, qm̄ verum est dictum illius, qui dicit quid est homo, est aīal. Deinde adduxit causam in hoc, & dixit: qm̄ oīs homo consimiliter est aīal. sensus est, atqui hoc dictum est verum, & est, quod vocat dictum de oi, qm̄ potentia ipsius est potētia affirmatiuę vniuersalis, & potentia eius, quod dicemus, ꝙ oē quod est existens hō est existens aīal, q̄ est conditio in conclusionibus, sm id, quod declaratum fuit i libro Syllogismi, est potentia eius, quod dicimus, oīs homo est aīal. Deinde dixit: sed non est in hunc modum sm ꝙ est aliqd unum. sensus est, & nō est in hoc modo prædicationis, ꝙ illud, quod disponitur per subiectum, sit idem cum eo, quod disponitur per prędicatum, sed sunt diuersi modi: qm̄ si esset hoc ita, non esset dictum terminatum, & esset subiectum in ipso & prædicatum idem. vt in exēplo, qm̄ si esset intentio eius quod dicimus, oīs hō est aīal, ꝙ oīs homo consubstantiaretur in aīali, hoc est, esset idem ex oībus modis, sequeretur, ꝙ esset aīalitas & humanitas aliqd vnum, sed diuersificarētur in nose solum, & esset, ac si aliqs diceret, oīs homo est hō: & cū hoc sit falsum, falsum est etiam, cū dicimus, oīs hō est aīal, hoc est, ꝙ illud, quod consubstantiatur per humanitatem, est illud, quod † disponitur per aīalitatem, sm quod oīa ipsa sunt duarum partium, quarum vna disponitur per alteram, † ex parte, qua inuenitur, ꝙ subiectum est vnum, nō ex parte, qua ipsa sunt aliquid vnum, & ipsa sunt duo i potētia, non in actu. ac si diceres, subiectū humanitatis est subiectū aīalitatis sm quod aīalitas & humanitas sunt res vna. Cumq; hoc totum ita sit, planū ꝙ qui dixerit, quod omne, quod est definitio sic, est definitio sic, qm̄ posuit, ꝙ illud, quod consubstātiatur per definitionem, quòd est subiectum huius enūtiationis, sit prædicatum idem subiecto, quod consubstantiatur per definitionē, quæ est prædicatum in hac enuntiatione sm quod duo prædicata sunt res vna, hoc est duæ definitiones. vt in exēplo, qui dixerit, oē aīal ambulans bipes, est res vna & eadē cū ea, quæ est substantia aīalis rationalis, & aīal rōnale & ambulans est res vna, hoc est bipes. Cūq; hoc ita sit, igitur illud, quod est idem cum vna definitionū, est illud, quod est idem cū definitiōe altera, et duę substantiæ res una & eadem, non ꝙ vna duarum rerum sit alia ab altera; quemadmodum erat, quādo dicebamus, ꝙ illud, quod per se est homo, est illud, quod per se est aīal. Cumq; hoc ita sit, ecce qui dixit, oē aīal ambulās bipes est aīal rationale, est quemadmodum qui diceret, ꝙ omne aīal rationale est aīal rationale: manifestū aūt, ꝙ si non accepta fuerit propositio maior in syllogismo sic, non cōcludetur definitio, hoc est, vt accipiat, ꝙ oē illud, cuius definitio est sic, ipsum est, cuius definitio est sic, hoc est, ꝙ oīs ille, qui est aīal rationale, ipse est aīal ambulans bipes. Et hoc est, quod significauit cum dixit: igitur, si non acceptum fuerit etiam sic, non ratiocinabimur quòd A est ipsi C quid est, & existentia. hoc est, qm̄ si non accepta fuerit propositio maior cum hac acceptione, fieri non poterit, vt sit syllogismus tradens, ꝙ A insit ipsi C, hoc est extremitas maior proportionata minori sm duas intentiones, quarū vna est, ꝙ insit ipsi, & altera, ꝙ notificet essentiam ipsius. Deinde dixit: & si acceptum fuerit hocerit vtiq; accepta intentio quid est C, & existentia ipsius primo. sensus est, cumq; acceptа fuerit propositio maior per hanc viam, acceptum vtiq; erit in ipsa illud, quod intendebatur cōcludere. Et hoc est quod significauit, cū dixit: Iam igitur monstratum fuit monstratione nostra, qm̄ petet vtiq; quęsitum primum, hoc est, nos vero iam mōstrauimus ex sermone ipsius, quō sequitur hoc. & exiſtimo, ꝙ non mōstrauit ille, q̄ præcesserit nos, locum istum, sm quod declarauimus ipsum nos primo, neq; † steterit vnus ex dispositione sermonis istius sui sm dispositionem, qua declarauimus ipsum. Et hoc est profundum, & declaratio, quam vides, fortasse est profunda anteq; consistas super ea, et- † fortasse ex declaratione est illud, super quo consistit, quod appropriatur huic viro de perfectione humana, & excellentia ad attingendum finem in hac specie, & appropriatur in bono suo illud, quod vult.

† Ab.l. vllet sibi constitu de significato huiꝰ dictiōis fecūdū figuram, quo † Ab.l. laudetur, q̄ hūcrum proprie decreuit fecundū humanam pfectionem, & ipse separauit in attingendo

Verumenimuero neq; per diuisiones via syllogizat, quemadmodum in resolutione circa figuras dictum est: nusq; enim necessarium fit rem illam eē, cū hæc sint, sed quemadmodum neq; inducens demonstrat, non enim oportet conclusionem interrogare, neq; in eo ꝙ datur esse, sed necesse est esse illis existētibus: & enim si dixerit respōdens, an ne homo animal, aut ianimatum? postea accipiat aīal, non syllogizatum fuit, rursus omne animal, aut pedestre, aut aquaticum, accipiat pedestre, & hominem esse totū animal pedestre, nō necesse est ex dictis, sed accipit & hoc: differt autem nihil in multis aut paucis ita facere, idem enim est. Non syllogisticus igitur vsus fit ita progredientibus & ad ea, quæ contingit syllogizari: quid enim prohibet hoc verum quidem esse omne de homine, non tamen quid est, neq; ꝙ qd erat esse significās? Amplius quid prohibet, aut addere aliqd aut auferre, aut suppredi substantias? hæc igit̄ præmittantur quidem.

Dixit Arist. Neq; consimiliter etiam via, quę est per diuisionem, quemadmodum dictum fuit in resolutione figurarum in contrarium ꝙ syllogismū: nullibi nāq; sequitur ex necessitate ꝙ hoc existat, hoc est existat ꝙ existētiam aliquorum, sed quemadmodum neq;

neq; qui inuestigat monstrare, monstrat, ita neq; qui ratiocinatur: qm̄ est conclusio, quā nō petit, neq; confitetur ipsam existere, sed sequit ex necessitate, cū fuerint illa existentia, & si non monstrabit per ipsum respondens, an ne homo est animal, an inanimatū? deinde accepit, ꝙ est animal, neq; ratiocinatus fuit istud syllogismo: & consimiliter etiā omne animal, aut est ambulans, aut natās, & accepit, ꝙ est ambulans: oratio autem, ꝙ homo lit hoc vniuersum, non sequitur ex necessitate, quod dixit, sed acceptum vtiq; fuit hac acceptione, neq; est differētia in hoc sive sit in multis, aut in paucis, idem enim est: & hoc non est syllogismus.

23 Posteaq; declarauit, ꝙ non est in potentia syllogismi demonstratiui, vt ostendat existentiā definitionis ignotæ per modum, quem commemorauimus, vult declarare, ꝙ via diuisionis, per quam antiqui exiſtimauerūt definitionem extrahi, non est, quemadmodum existimatur. & hoc, qm̄ ipse iam dixit in libro Syllogismi, ꝙ illa non est syllogismus, quod; non est vtilis ad monstrandum quæsitum ignotæ existentiæ sm naturā omnino, & vult monstrare hic, ꝙ nō est vtiliras in ipsa consimiliter etiam ad extrahēdas definitiones ignotas. Et, qm̄ opus est has definitiones primo ex dispositione sua esse res existentes, & hęc est operatio, quam non tradit diuisio, monstrauit, ꝙ diuisio ex hac summa non potest ostendere per demōstrationem definitionem. Et dixit: Neque consimiliter etiam via, quæ est per diuisionem, quemadmodum dictum fuit in resolutione figurarum in cōtrarium per syll̄m. sensus est, neq; diuisionis via, (quemadmodū diximus in libro Syllogismi) quę exhibet definitionem ineſse alicui notæ existentiæ, aut exhibet existentiam rei et definitionem ipsius simul, iam sequitur ꝙ sit syll̄s. Postea adduxit causam, ex cuius parte non erit diuisio, et dixit: nullibi nanq; sequitur ex necessitate, ꝙ hoc existat, hoc est existat per existentiam aliquorum. sensus est, qm̄ non sequitur ex diuisione, ꝙ sequatur ex necessitate, vt existat per existentiā rerum nō subiectarum: quemadmodum diximus in definitione syllogismi, ꝙ est res, in qua ponunt aliqua, ex quibꝰ sequitur ex necessitate aliquid aliud: cumq; remouerimus à diuisione definitionem syllogismi, sequit, ꝙ non sit syll̄s: cumq; non fuerit syllus, non operabitur operationem syllogismi. Et posteaq; posuit, ꝙ diuisio nō est ut ponantur aliqua, ex quibus sequitur aliquid aliud ex necessitate, cœpit declarare hoc ex dispositionibus suis, & dixit: sed quemadmodum neq; qui inuestigat monstrare monstrat, ita neq; qui ratiocinatur, dispositio. n. eius, quod tradit diuisio, est, quemadmodum dispositio eius quod tradit inuestigatio: & hoc, qm̄ est quemadmodum inuestigatio, quæ non ponit aliqua, ex quibus sequitur aliquid aliud ex necessitate. Sed scire debes, ꝙ differentia inter inuestigationē & syllogismum est, qm̄ in inuestigatione ponuntur res multæ, ex quibus sequitur aliud, sed non ex necessitate: & hoc, qm̄ in inuestigatione ponuntur particularia, ex quibus sequit enuntiatio vniuersalis, sed hoc non est ex necessitate. Et posteaquàm res quæsiti ponitur per diuisionem suppositione quadam existere, dixit: quoniam est conclusio, quam non petit, neque confitetur ipsam existere, sed sequitur ex necessitate, cū fuerint illa existentia, & si non monstrabit per ipsum respondens. sensus est, qm̄ illud, quod sequitur per diuisionem ex diuisione † petitur quod diuiditur, & ponitur positione in diuisione eadem: conclusionem vero non petit faciens syllogismū, & non ponit ꝙ ipsa sit in syllogismo, sed ipsa sequitur ex necessitate ex illo, quod positum fuit in syllogismo. Et hoc est quod voluit cùm dixit: sed sequitur ex necessitate, cū fuerint illa existentia. sensus est, sed sequitur vtiq; conclusio ex necessitate, cū fuerint propositiones existentes, hoc est ponuntur existentes. Cū vero dixit: & si non, monstrabit per ipsum respondens. sensus est, & si non fateatur ipsas respondens interrogāti. hoc est, quoniam, cùm ponuntur propositiones existentes, sequitur ex necessitate conclusio per naturam propositionum, siue confiteatur ipsas respondens interroganti, siue non confiteatur. Atqui dixit hoc, ne aliquis existimet, ꝙ consequentia cōclusionis ex propositionibus est ex parte confessionis respondentis, quoniam si esset hoc ita, non esset syllogismus secundum naturā. Et hęc est differentia inter syllogismum prædicatiuum & conditionalem, quoniam conditio non concludit, nisi posteaq; concesserit respondens consequentiam: & propterea visum fuit Arist. ꝙ syllogismi cōditionales sunt appropriati arti Dialecticæ. Et posteaq; enuntiauit ꝙ artifex diuisionis ponit in diuisione illud, qđ vult monstrare per diuisionem, adduxit exemplum huius, & dixit: an ne homo est animal, an inanimatum? deinde accepit, ꝙ sit animal acceptione, & non ratiocinatus fuit istud syllogismo. sensus est, & si interrogauerit aliquis, an ne homo est corpus animatum, an ne inanimatum? quoniā artifex diuisionis, qm̄ sollicitus erit in declarādo hoc per diuisionē, dicet, ꝙ omne corpus aut est animatum, aut inanimatum: deinde ponet positione, ꝙ homo ponitur sub animato, hoc est, quòd ipse est corpus animatum. & hoc quoniam, si hominem poni sub animato esset per se manifestum, non dubitaretur vtiq; diuisione in hoc, ꝙ si ignoraretur ipsum poni sub animato, monstraretur vtiq; existentia animati non per syllogismum, & consimiliter se habet res de positione animati sub corpore: diuisio igitur nō est sufficiens ad monstrandum istud, quod intendit monstrare. Deinde adduxit exemplum aliud, & dixit: & consimiliter etiam omne animal, aut est ambulans, aut natans, & accepit, ꝙ est ambulans. sensus est, & consimiliter, cùm voluerimus mōstrare per viam diuisionis, ꝙ animal est ambulans, dicimus, omne animal est ambulans, aut natans, deinde ponimus, ꝙ animal est ambulans. Postea dixit: oratio autem, ꝙ homo est hoc vniuersum, non sequitur ex necessitate quod dixit, sed acceptum vtiq; fuit hac acceptione, neq; est differentia in hoc siue sit in multis, siue sit in paucis, idem enim est: & hoc non est syllogismus. sensus est, & positio nostra in hoc exemplo, ꝙ homo est corpus animatum, quæ est vniuersum, non erit consequens ex necessitate è sermone, quē diximus, hoc est ex diuisione, sed acceptum fuit acceptione, ꝙ homo est hoc vniuersum. Et quoniam posset aliquis dicere, fortasse diuisio videtur sufficiens cùm quæritur definitio speciei alicuius vltimæ, & cœperimus in quęstione definitionis suæ à genere lōginquo ꝙ diuisionem ipsius ad species suas particulares, sic postea cōcludemus ambas istas species, sub quibus est hæc res, cuius intēditur definitio secundum species suas consimiliter etiā particulares, quousq; non deficiat faciens hoc, vsquequo deuenerit ad speciē, cuius intendit definitionem, in tali. n. definitio est ignota, & diuisio est illa, quæ exhibet existentiam definitionis ipsius. Ecce ipse dixit in respōsione ad hoc: neq; est differentia in hoc, siue appareat hoc in multis, siue in paucis, idem enim est: & hoc non est syllogismus. sensus est, neq; est differentia siue fiat diuisio de generibus multis rei, quam studemus definire per viam diuisionis aut in genere vno, aut in generib⁹

† Ab.l sup- ponitur.

paucis: & hoc, quoniam oportet, vt ponamus quod intendimus definire primo in genere altiori, cuius diuisionem facere studemus primo. hoc est, vt concedatur existentia ipsius, deinde post hanc monstrationē duarū specierum particularium istius generis, si fuerit existentia, cuius intēditur definitio in hoc genere primo, & spēs, per quā diuiditur genus istud, manifesta est per se, diuisio vtiq; nō erit dubia in hoc, si vero fuerit ignota, oportebit vtiq; monstrare hoc per syllogismum: & consimiliter accidet res in omnibus generibus istius rei, quorū intendimus definitionem, hoc est ea, quæ sunt sub ſeinuicem, quousq; deueniunt ad genus, quod hoc operat, indigēt syllogismis pluribus secundum numerum generum, si fuerint ignotæ existentiæ de definitis. & si fuerint nota per se, diuisio vtique per ipsa erit sufficiens. Et consimiliter si fuerit in ipsis, hoc est quid est, notum per se, & ignotum.

Contingit autem soluere, si quis accipiat ea, quę sunt in ipso quid est, omnia, & consequens diuisione faciat petens primum, & nihil derelinquat: hoc aūt necessarium est, si omne in diuisionem cadit, & nihil deficit, hoc autem necessarium, indiuiduum enim iam oportet esse.

Dixit Arist. Iam vero suscipiunt vtilitatē in ipso consimiliter etiam, qui faciunt hoc acceptum in rebus, quas possumus ratiocinari: & quid prohibet ꝙ verum sit, vt dicat hoc vniuersaliter de homine: præterꝯ ꝙ nō est intentio quid est, neq; significat de re aliqua existentiam, neq; per subiectum ipsius. Amplius, quid prohibet, ꝙ percurrat aliquid, aut derelinquat aliquid, aut diuidat substantiam: hoc igitur iam prętermittatur, & deficiat, præterꝯ ꝙ fieri vtiq; potest, vt soluamus, cùm accipiūtur res ignotæ in eo, quod est quid omnes, & faciūt quid est consequens per diuisionem cum hoc, ꝙ petat primum, & non prætermittat, & non deficiat aliquid, & hoc vtiq; sequitur ex necessitate, si ceciderit totum in diuisione, & non defecerit vnū: & hoc sequit̄ ex necessitate, qm̄ consequēs vtiq; est, vt sit nō diuisibile.

† Ab I. substantiam

24 Dixit: Iam vero suscipiunt vtilitatem in ipso consimiliter etiam, qui faciūt hoc acceptum in rebus, quas possumus ratiocinari. sensus est, iam vero suscipit vtilitatem per viam diuisionis qui procedit per ipsam in rebus, de quibus fit syllogismus. intellegit locum diuisionis, de quo dictum fuit in 1. Dialecticæ. & hoc, quoniā tam declarauit ibi, ꝙ est vnus locorum, ex quo fit syllogismus, an res sit, an non sit: & est principium loci, de quo mētionem fecit Abunazar in libro Resolutionis, & ipse fecit binas intentiones, quarum vna est, de diuisione prædicati quærit, aut subiecti ipsius: præterꝯ ꝙ, cū ipse fecerit per diuisionem subiecti, erit vtilis inductioni, cùm vero fecerit per diuisionem prædicati, erit vtilis syllogismo: operatio autem ipsius in prædicato est vt diuidat prædicatum in species suas, & si coniunxerimus vnam ipsarum omni subiecto, enūciamus, ꝙ prædicatum inest omni subiecto. Et dixit: quid autē prohibet, ꝙ verum sit, vt dicatur hoc vniuersaliter de homine: præterꝯ ꝙ non est intentio quid est, neq; significat de re aliqua existentiam, neq; per subiectum ipsius. sensus est, & si notum fuerit de vniuerso, quod aggregatum fuit ex diuisione, ꝙ ipsum inest rei, in qua definienda sollicitt sumus, si concedimus, ꝙ diuisio tradit hoc, non tamē dicimus, ꝙ diuisio tradit, ꝙ illud vniuersum est definitio rei istius, cuius intendimus definitionem, & ꝙ est prædicatum prædicatione essentiali. Et hoc est, quod significauit, cū dixit: neq; significat de re aliqua existentiā, neq; per subiectum ipsius. intelligit per id quod dixit, intētio quid est, definitionē: quoniam hoc totum, si fuerit ignotum, non tradet ipsum diuisio per se. Vt in exemplo, si tradiderit diuisio, ꝙ animal ambulans bipes prædicatur de hoie, aut fuerit notum per se, aut notum per syllm, nō tradet vtiq;, ꝙ hoc vniuersum est definitio hominis, & non tradet, ꝙ hæc prædicatio est prædicatio per se, nedum ꝙ sit definitio, qm̄ definitio habet cōditiōes superadditas prędicationi p se, quēadmodū ꝙ ipsa sit æqualis, et reliqua, quę ponuntur in ipsa pro conditionibus. Et dixit: Amplius qd prohibet, ꝙ percurrat aliquid, aut derelinquat aliquid, aut diuidat substantiam: sensus est, & quid prohibet, ꝙ accidat diuidenti apud diuisionem, vt percurrat in differentiis differentiā, quæ non inuenitur in hoc quēadmodum si diuidatur animal in volatile, & ambulās, & natans, & motum circulo, aut diuidatur in rationale mortale, aut non mortale. & hoc, de quo fecit mentionem, accidet propter communitatem nominis, & consimiliter accidet ipsi, vt dimittat aliquam differentiarū, per quas diuiditur genus, & species, & sit, cuius intenditur definitio, positum sub hoc genere, quod defecit p defectum differentiæ ipsius. quemadmodum, si intendamus definitionem hominis, & diuidamus animal in volatile, & natabile, & derelinquamus motiuum, & dixit: aut diuidat substantiam. innuit, vt velit, ꝙ diuidatur substantia ret, cuius intenditur definitio, cū deuenerit ad quid est appropriatum ipsi, & diuiserit ipsum per diuisionem, & hoc accidet cū fuerit illud, cuius intendi tur definitio, aliqua specierum intermediarum. & innuit, vt velit, ꝙ deprimatur substantia, & diuidātur genera per differentias non substantiales, quemadmodū si diuidatur animal, ꝙ ipsius aliquid est coloratum sic, & aliquid coloratum sic, & ipsius aliquid, quod operat sic. Atqui vult per hoc, ꝙ diuisio non tradit per substantiam ipsius, nisi illa omnia, hoc est, ꝙ ipsa non habet in natura, vt obseruet ab istis erroribus, qui cadunt in diuisione. Et dixit: præterꝯ ꝙ fieri vtiq; potest, vt soluamus, cùm accipiuntur res ignotæ in eō quòd quid est omnes, & faciunt quid est consequens per diuisionem cum hoc, ꝙ petat primum. sensus est, ꝙ fieri vtiq; potest, vt non accidant errores isti in diuisione, cùm discindet diuidens, & diuidet per differentias substantiales primas, sed per omnes differentias, quæ æquantur toti generi, hoc est, quæ conuertuntur cū ipso. Deinde cœpit declarare, quando accidet ꝙ adducat consequēs, hoc est, conuertibile cum ipso, & dixit: & hoc vtiq; sequitur ex necessitate, si ceciderit totum in diuisione, & non defecerit vnum. sensus est, atqui accidet, ꝙ sint species consequentes genus, hoc est æquales ipsi, cùm non dereliquerit diuidens speciem vnam ex speciebus particularibus, in quas diuiditur hoc genus. Et hoc est, ꝙ significauit cū dixit: si ceciderit totum in diuisione, et non defecerit vnum. hoc est, si fuerit genus in toto suo positum in speciebus particularibus, & contentum in ipsis: hoc est, qđ non sit vniuersalius speciebus, in quas diuiditur, & hoc erit, cū non defecerit ex ipsis vna. vt in exemplo, cū diuidimus animal in rationale, & nō rationale, & definitio animalis per totum suum ponitur in duabus istis speciebus, hoc est, rationali, & non rationali, & comprehenditur in vtrisq; ipsis, quoniā non exit

exit ab animali aliquid præter has duas diuisiones. Cū vero dixit: & hoc sequitur ex necessitate, quoniā consequens vtiq; est vt sit non diuisibile. sensus est, & per hunc modum diuisionis sequitur ex necessitate, vt deueniat ad rem, cuius intenditur diffinitio, quia in hac spē. diuisionis deueniet ad differentiam, quę non diuiditur, quæ est species vltima, cuius intenditur definitio.

Sed syllogismus tamen non est, sed siquidem alio modo cognoscere facit, hoc quidē nihil absurdum fuit: neq; enim inducēs forte demonstrat, sed tamen ostendit aliquid. Syllogismum vero non dicit ex diuisione dicēs definitionem, quemadmodum enim in conclusionibus, quæ sunt sine mediis, si quis dicat, ꝙ his existentibus necesse est hoc esse, contingit interrogare propter quid, ita & in diuisiuis definitionibus, quid est homo? animal mortale, habens pedes, bipes, sine pennis, propter quid iuxta vnamquāq; appositionem? dicet enim, & monstrabit diuisione, sicut opinatur, quòd omne, aut mortale, aut immortale est: talis autem oratio tota non est definitio: quare & si demonstraretur diuisione, non tamen hæc definitio syllogismus efficitur.

Al. I. syllogismo.

Dixit Arist. Præterꝯ ꝙ non est syllogismus aliquis, sed fortasse acquirere facit cognitionem per modum alium, & hoc nō est extraneum per aliquē modum: & hoc, quoniam neq; inducens fortasse monstrat monstratione, præterꝯ ꝙ ipse vtiq; docet rem, quæ cognoscetur. Syllogismum vero non adducit, qui dicit definitionem ex diuisione. quemadmodum enim in conclusionibus, quæ sunt sine medio, si dicat aliquis, ꝙ sequetur ex necessitate, cū fuerint hæc existentia, ꝙ sit hoc, fieri vtiq; potest, vt interrogetur propter quid hoc: ita etiam in definitionibus, quę sunt per viam diuisionis, quid est homo? animal mortale, ambulans, bipes, sine pennis, non est hoc in vnaquaq; appositionum. & hoc, quoniam ipse enuntiabit, & monstrabit per diuisionem, secundum id, quod existimat, & dicet, quoniam omne animal aut est mortale, aut non mortale, & omnis oratio, cuius hæc est dispositio, est definitio: præterꝯ quòd ita est, quòd & si monstratur per diuisionem, tamen hoc fit, absq; eo, ꝙ definitio sit syllogismus.

25 Dixit: Præterꝯ ꝙ non est syllogismus aliquis: hoc est, præterꝯ ꝙ diuisio non tradit aliquid, in quo sit aliqua conditio syllogismorum. hoc est, non tradit ex parte cognitionis, quam patitur conditio in syllogismo. Deinde dixit: sed fortasse acquirere facit cognitionem per modum alium. sensus est, sed dicitur, ꝙ diuisio tradit speciem cognitionis aliam à specie, quā tradit syllogismus, hoc est, ꝙ ipsa tradit cognitionem, quæ est minus vera, ꝙ cognitio, quam tradit syllogismus. & hoc, quoniam cognitio, quam tradit syllogismus, est ignota secundum naturam, sed cognitio, quam tradit diuisio, non est ignota secundum naturam, sed est leuior ex propositionibus affirmatiuis admissis, & est ac si dixisset, ad similitudinem cognitionis, quam acquirere facit inductio. Et propterea dixit: & hoc quoniam neq; inducens fortasse monstrat monstratione, præterꝯ ꝙ ipse vtiq; docet rem, quæ cognoscetur. sensus est, & nō est, quòd dicimus extraneum, ꝙ hic est cognitio per occultationem absq; cognitione, quæ acquiritur ex syllogismo, & occultior, ꝙ sermones naturales, quoniam ipso non monstratur aliquid per inductionem, sicut per modum, quo monstratur per syllogismum, sed mōstratur vtiq; ipsum mōstratione aliqua. Et dixit: syllogismum vero non adducit, qui dicit definitionem ex diuisione. sensus est, de syllogismo autem non nouimus, ꝙ extrahat definitionem ex diuisione, & non monstrabit definitionem ex diuisione per modum syllogismi. Et dixit: quemadmodum enim in conclusionibus, quæ sunt sine medio, si diceret aliquis, ꝙ sequitur ex necessitate, cū fuerint hæc existentia, ꝙ sit hoc, vsq; ad id, quod dixit, vnaquaq; appositionum. sensus est, & quemadmodum si sequeretur aliquid ex aliquo absq; medio, sequeretur ex necessitate absq; eo ꝙ esset consequentia syllogistica, & derelinquit propter hoc interrogans de causa, propter quam accidit, vt sequatur alterum, consimiliter accidit in definitionibus: hoc est, ꝙ ipse sequantur ex diuisione ipsa, & ex necessitate absq; eo, ꝙ sit consequentia syllogistica: & propter hoc derelinquitur in pluribus definitionum, quæ extrahuntur ex diuisione, & magis propinquū ipsis est, ꝙ interrogetur post extractionem suam ex causa affirmatiua ad prædicationē suam de definito. Vt in exēplo, cū extrahit aliquis per viam diuisionis quid est homo, ac si diceres, ꝙ est animal mortale ambulans, bipes, sine pēnis, derelinquitur vtiq;, vt interroget in vnaquaq; istarū diuisionū ignotarum de homine, propter quid est cum hac dispositione, hoc est, propter quid est ambulans, & propter quid est bipes, & propter quid est mortale. Atqui vult docere in hoc, ꝙ sequitur definitio ex diuisione, & si fuerit consequentia necessaria, non sequitur vtiq; consequentia syllogistica, & si fuerit consequentia syllogistica sequens ex necessitate. Et propterea dixit in libro Syllogismi, ꝙ non omne, quod sequitur consequentia necessaria, sequitur ex syllogismo. Deinde dixit: & hoc, quoniam ipse enuntiabit, & demonstrabit per diuisionem, secundum id, quod existimat, & dicet: quoniam omne animal aut est mortale, aut non mortale, & omnis oratio, cuius est hęc dispositio, est definitio. sensus est, & hoc, quoniam artifex diuisionis existimat vtiq;, ꝙ extrahatur per viam diuisionis, ꝙ homo est animal rationale mortale, quoniam ipse posuit, ꝙ omne animal aut est mortale, aut non mortale, quæ est positio necessaria, deinde posuit, ꝙ homo est mortalis, & ipsa consimiliter etiam est positio necessaria, deinde diuisit mortale in rationale, & in non rationale, deinde posuit, ꝙ homo est rationalis, postea collegit ex hoc, ꝙ homo est animal rōnale mortale, quæ est res cōsequens ex necessitate ex eo qđ præcessit: & existimat ad hoc, ꝙ definitio vtiq; monstrat p viā diuisionis, & eo maxime qm̄ refert ad hoc, ꝙ hic est oīo appropriata de eo, ꝙ est hō, quod est æquale ipsi, & quod est cū hac dispositione est definitio, igitur hęc oratio est definitio. Et hoc est quod voluit cū dixit: & omnis oratio, cuius hęc est dispō, est definitio. Deinde dixit: præterꝯ ꝙ ita est, ꝙ & si monstratur per diuisionem, tamen hoc fit absq; eo ꝙ definitio sit syllogismus. sensus est, præterquā ꝙ ita est, & si esset definitio consequens ex diuisione consequenti necessaria, tamen non sequeretur vtique ex ipsa secundum

viam,

viam, quia sequitur cõclusio ex syllogismo, hoc est, consequentia ignoti ex noto.

Disceptatio, quòd ipsum quid est non monstretur definitione, neq; definitione contrarij, neq; alio quouis modo. Cap. IIII.

SEd an ne est demõstrare ipsum quid est ſm substãtiam: ex suppositione aũt accipientem ipsum quidem ꝙ quid erat esse, hoc, quod est ex proprijs in eo quòd quid est, hæc autem in eo ꝙ quid est sola, & proprium omne: hoc enim est esse illi.

Dixit Aris. Anne inuenitur vtiq; demonstratio de quid est substantiæ, apud id, quod accipitur ex radicibus positis, ꝙ intentio qd est res, quod ꝙ ieſt ipsi per se, est id, quod est ex proprijs, quæ prædicantur per viam quid est: & hæc exempli gratia sola insunt rei ex via quid est, & totum est proprium: hæc igitur sunt dispositio inexistentiæ huic.

26 Hic est modus vnus syllogismi, per quem existimat, ꝙ ipse concludat definitionem inesse definito. Et dixit: an ne inuenit vtiq; demonstratio de quid est substãtię apud id, quod accipitur ex radicibus positis, &c. sensus est, an ne quis tradet, & existimabit iam vtiq; præcessisse nobis demonstrationem de quid est substantiæ rei, hoc est definitionis ipsius, apud id, quod ponimus ex propositionibus notis per syllm, quo studemus concludere definitionem, ꝙ definitio rei, per quam acquiritur substantia rei, est, quæ componitur ex prædicatis de re substantialibus, & est summa ipsorum appropriata definito. hoc est, vt collectio illorum prædicatorum non sit vniuersalior definito, neq; particularior ipso. Et hoc est qd̃ significauit, cũ dixit: qd̃ est ex pprijs, q̃ prędicantur per viam quid est. hoc est, qm̃ ponimus vnam propositionẽ syllogismi, ꝙ definitiones sunt orationes substantiales super substantia rei, quæ sunt proprię. Et qm̃ non omnia, quę prędicantur in definitionibus, sunt propria, sed collectio ipsorum est propria, hoc est æqualis definito, dixit: & hæc exempli gratia sola insunt rei ex via quid est, & totum est proprium. sensus est, & in his, quæ sunt partes istius orationis, sequitur semper, vt sint prædicata de re ex via quid est tantum, absq; eo ꝙ sequatur in ipsis illud, quod prædicat prædicatione appropriata, in toto autem sequitur, ꝙ sit appropriatum. hoc autem sequitur, qm̃ genus, quod est vna partium definitionis, non est appropriatum definito, ex differentijs vero, quę adducuntur post genus, fieri vtiq; potest, vt vluma sit appropriata, & sit aggregatum ex ipsis appropriatum. exemplum huius, si dicamus i definitione hominis, ꝙ est animal rõnale: ecce ratio est appropriata hõi, & aggregatũ huius definitionis consimiliter etiam est appropriatum. & intelligo per appropriatum, illud, quod est æquale in prædicatione tantum: cũ vero dicimus in definitione hois, ꝙ est aſal hipes, ambulans, nullum ipsorum est appropriatum homini, aggregatũ vero ex ipsis est appropriatum illi: dispositio igitur sempiterna habens partes, ex quibus componitur definito, est, ꝙ illarum prædicatio de definito sit appropriata, & dispositio appropriata singulis partibus est, vt sit docens subſtantiam rei, hoc est prædicatum de re ꝙ viam quid est. Cũ vero dixit: hæc igitur sunt dispositio inexistentiæ huic. sensus est, ꝙ prędicata, in quibus aggregantur duæ istæ conditiones, hoc est, ꝙ sit vnũquodq; ipsorum prædicatum de re ex via quid est, & aggregatio ipsorum appropriatę rei, ex quibus consistit substantia rei istius habens dispositionem, cur insistit ipsi. Voluit autẽ per hoc totum, ꝙ, cũ posuerit aliquis exẽplo gratia duas propositiones, quarum vna sit oratio composita ex rebus, quæ notificant hominis substantiam, & quarum collectio est appropriata ipsi, & altera sit, quęcunq; fuerit ista, definitiua, hinc cõcludatur, ꝙ hæc oratio sit definitio, vt exemplo, cũ posuerit aliquis, ꝙ animal, ambulãs, bipes, est oratio de homine cõposita ex rebus notificantibus substantiam hois, quæ collectio est appropriata ipsi, & posuerit, ꝙ oẽ illud, quod est cũ hac dispõne, est definitio concludens de ipso ex hoc, ꝙ animal ambulans, bipes, est definitio hominis.

An rursus accepit ꝙ quid erat esse, & in hoc? necesse enim est per medium monstrare. Amplius quemadmodum neq; in syllogismo accipitur qd est ipsum syllogizare, semper enim tota aut pars est appositio, ex quibus syllogismus, ita neq; ipsum ꝙ quid erat esse oportet inesse in syllo, sed seorsum hoc à positis esse, & ad dubitantem, si syllogizatum est, aut non hoc, occurrẽdum est quòd, hoc enim erat syllã, & ad illum, ꝙ, nõ ipsum quid erat esse syllogizatum est, ꝙ certe: hoc enim positum fuit nobis ipsum quòd quid erat esse: quare necesse est & sine quid est syllogismus, aut ipsius quòd quid erat esse syllogizatum fuisse aliquid.

Dixit Arist. Et dicamus, ꝙ in hac oratione consimiliter etiam iam accepit intentionem quid est, & existentiam substantiæ ipsius, qm̃ sequitur ex necessitate, vt monstret per medium. Et cõsimiliter etiam, quemadmodũ in syllogismo non inuenitur intentio quid est syllã: qm̃ propositiones, ex quibus est syllogismus, semper sunt totũ & pars, ita neq; intentio quid est & existentia substantię ipsius sequitur ꝙ sit in syllogismo, sed erit existens, cũ fuerit hęc posita† lateralis, & occurret in hoc illi, qui dubitat, & existimat, ꝙ illud, quod adduxit, est syllus primò, & dicet, ꝙ ipse vtique est syllogismus: & occurret in hoc sermone in eo ꝙ non ratiocinatum fuit de eo, quòd est quid est res, & existẽtia substantiæ ipsius, & dicet ipsum est ad respondendum: & hoc, quoniam istud vtiq; est, quod posuimus, quòd intentio quid est res, et existentia substantię ipsius: sequitur itaq;, vt ratiocinemur aliquid absque eo quòd faciamus in ipso essentiam syllogismi, & quid est existentia ipsius per se.

† Ab. l mo dalis,

27 Posteaq; adduxit rationem secũdam, propter quam existimatur consimiliter etiam ostendi per demonstrationem definitionẽ inesse definito notæ existentiæ, cœpit monstrare, quid in ipso consimiliter etiam sit prohibiti, quemadmodum monstrauit hoc per rationem primam. Et dixit: Et dicamus, ꝙ in hac oratione consimiliter etiam iam accepit intentionem quid est, & existentiam substantię ipsius, qm̃ sequit ex necessitate, vt monstretur per medium. sensus est, ꝙ qui posuit, ꝙ hęc oratio prædicatur de tali cum dispositione tali, & quod est cum dispositione tali, est definitio, hæc vtiq; oratio est definitio: igitur, si definitio istius rei sit ignota, ergo petet super definitionem, & si fuerit per se notum, nõ erit opus, vt monstret per syllm. & hoc qm̃, cum fuerit notum cognitione prima apud nos, ꝙ, cũ prædicamus de hoīe ꝙ est aſal ambulans, bipes, est prædicatio orationis, in qua aggreganť conditiones definitionis, ꝙ vtiq; sit definitio hoīs, est notum per se. hoc est, cũ habuerimus de aliqua oratione, ꝙ ipsa cõsentit cum descriptione definitionis, habebimus vtique ex necessitate ꝙ est definitio: & hoc, qm̃ fieri non potest, vt aggregetur in opinione vna, ꝙ hæc oratio conueniat cum descriptione definitionis, & quæratur an sit definitio, aut non. Et hoc est, quod volut, cùm dixit: consimiliter etiam iam accepit intentionem quid est, & existentiam substantię ipsius, qm̃ sequitur ex necessitate, vt ostendatur per medium. sensus est, ꝙ qui fecit hanc operationem, is vtiq; posuit positionem, ꝙ hæc oratio est definitio: & petit super ea: qm̃, si fuerit ignotum ꝙ est definitio, sequitur vtiq;, vt monstretur per medium, quod est definitio, aut conueniat cum definitione definitionis, non vt ponat, ꝙ ipsa cõueniat cum definitione definitionis per syllogismum, per quem volebat monstrare, ꝙ est definitio, igitur est petitio quæsiti. Et posteaq; cõmemorauit, ꝙ aliquis, qui existimat ꝙ definitio ostẽditur per demonstrationem ſm hunc modũ primum, de quo mentionem fecit, adduxit probationem alteram appropriatam loco isto absq; primo, & dixit: Et consimiliter etiam, quemadmodum in syllo non inuenitur intentio quid est syllogismus, vsq; ad id, quod dixit, sequitur ꝙ sit in syllo. sensus est, et quemadmodum, qui facit syllogismum de re, non ponet in propositionibus syllogismi, ꝙ iste sit syllogismus, qm̃ conuenit cum definitione syllogismi: qm̃ sciunt vtiq;, ꝙ syllogism⁹ erit semper ex binis propositionibus, quarum vnius proportio ad alteram est proportio totius ad partem, consimiliter non oportet, vt ponat definitionem definitionis propositionem in syllo, per quem studet monstrare, ꝙ hæc oratio est definitio istius. et hoc est, quod significauit, cùm dixit: ita neq; intentio quid est, & existentia substantiæ ipsius sequitur ꝙ sit in syllogismo: hoc est, ꝙ nõ oportet, vt ponat definitionem definitionis in syllo, per quem ostendit definitionẽ, & intentionẽ quid est. intelligit ꝑ ipsum qd est definitionem definitionis: qm̃ quid est est ipsa definitio, & intentio ipsius quòd quid est, est ipsius definitio. Sed in hoc sermone est dubitatio non ab re, & hoc, qm̃ posset aliquis dicere, quemadmodum, si cũ volumus monstrare, ꝙ hęc oratio est syllogismus, dicemus, hęc oratio† conuenit cum definitione definitionis: & ꝙ conuenit cum definitione definitionis est definitio, sic concluditur nobis ꝙ hęc oratio est syllus, & ꝙ sic res se habeat in definitione, qm̃ intendimus per demonstrationem monstrare, quòd de hac oone sit definitio, diceremus, hæc oratio conuenit cum definitione definitionis, et quod conuenit est definitio: concluditur itaq; nobis, ꝙ hæc oratio est definitio: & si est hoc, igit iam monstrata fuit per demonstrationem definitio per hunc modum viæ, quemadmodum mõstratus fuit per demõstrationem syllogismus, & quemadmodum, qui monstrat, ꝙ hæc oratio est syllogismus, qm̃ conuenit cum definitione syllogismi, & non petit, ſm ꝙ est definitio, sic qui monstrarer ꝙ hæc oratio sit definitio quia conueniat cum definitione definitionis, non petit ꝙ sit definitio. Ecce, quæ igitur est dispositio sermonis Aris. ꝙ qui ostendet demonstratione definitionem per hunc modũ, ipse vtiq; petet eã? Dicimus, ꝙ orationes compositæ compositione syllogistica ita se habent, ꝙ doceẽ vtiq; in hac arte, quæ ipsarum est syllogismus verus, & quæ ipsarum est aliud à syllogismo vero per demõstrationem, & ex reliquis orationibus compositus compositione conditionis & ligamenti, iam docetur consimiliter etiam, quæ ipsorum sit definitio, & quæ ipsorum non sit definitio, qua comprehenduntur syllogismi veri & definitiones veræ, præterq; ꝙ accidit sermoni ipsius de syllogismis vltra id, qd̃ cõsiderat, ꝙ cognoscunt ex cognitione prima, aut propinqua primæ, quis ipsorũ consentit in hanc definitionẽ, & quis ipsorũ non consentit. hoc est, cũ posita fuerit nobis oõ aliqua, & interrogauerimus, an ipsa sit syllã, aut nõ sit syllã, fieri põt nobis, vt cõsiliamus sup hoc in eo, ꝙ cognoscimus ipsam ex definitione syllã in arte Logicę: qm̃, cùm considerat an ipse consentiat in definitione syllogismi, aut nõ consentiat absq; eo, ꝙ opus sit in hac monstratione syllogismi, hoc est, ꝙ ipse consentiat in definitionem syllogismi, aut non consentiat in ipsum. qm̃ quæcunque oratio terminata, posita nobis, non existimabitur apud nos, si est composita compositione syllogismi, aut non, & nõ indigeat syllogismo in hoc, ũiæ aũt, quę traditę fuerunt in libro Syllogismi, & electione orationum terminatarum, quæ ipsarum non est syllã, sunt viæ, & ordines, & non sunt positiones, in definitionibus vero dispositio se habet in diuersum huius: & hoc, qm̃ descriptiones, per quas describimus i arte Logicæ, & definitio, per quam definimus, non sunt sufficientes, vt cõsistamus sup eo, quod est, quid est definitio, ex eo ꝙ non est definitio ex orationibus positis ſm ꝙ sunt definitiões. hoc est, ꝙ in pluribus orationibus, de quibus quærimus ex dispositione ipsarum an sint definitiones, aut non sint definitiones, ignoratur, an consentiant in definitionem definitionis positæ in arte Logicæ, aut nõ: & ꝓterea opus fuit Arist. vt traderet positiones definitionum suarum, et hę sunt, ex quibus extrahitur, an illud, quod positum fuit, definitio sit definitionis, aut nõ sit definitio: cum res ita sit, definitiones vtiq; ignotæ ſm naturam, ꝙ sint definitiones, indigent vt ostendatur, ꝙ sunt definitiones cum eo, ꝙ sunt partes definitionis notæ apud nos: & non est res ita in cognitione quid est, ex eo ꝙ non est syllã, sed sufficit ipsi in hoc definitio syllogismi. Et propter hoc dixit Arist. qm̃ qui quærit, si hoc est definitio huius, postea posuit, ꝙ ipsum consentit in definitionẽ definitionis, ipse vtiq; petet quæsitum, in diuersum rei in hoc à monstratione, ꝙ hic est syllã, qm̃ ipse consentit in definitionem syllogismi: & ipse hac probatione declarat, ꝙ hic nõ est locus, in quo sit vtilitas ad extrahendum definitionem ignotam, qm̃ ipsa erit petitio, neque ad extrahendas definitiones notas ex dispositione ipsarum, qua inest definitio definitionis ipsis, quemadmodũ se habet res in definitione syllogismi, hoc est in monstratione orationum particularium, ꝙ ipsę sunt syllogisticæ: & hoc, qm̃ in definitionibus inueniuntur ambæ istæ species simul, hoc est, quod extrahitur per syllm, & sunt definitiones, quæ sunt quæsita ſm naturam & conclusiones, & ex ipsis, quod cognoscitur per viam diuisionis & compositionis, & hæc sunt absq; illis, quę sunt quæsita per occultationẽ, & magis occulta, q̃ quæ sunt nota per se, ſm igitur hoc oportet, vt intelligatur res in hoc loco: reuertamur autem ad id, in quo eramus. Cùm vero dixit: sed erit existens, cũ fuerit hæc posita laterális. sensus est, sed erit conclusio, quam intendimus concludere per syllm, consequens è sermone, & hæc ꝓpositio est à latere syllogismi, hoc est, dicens, ꝙ hæc oratio consentit in syllm, aut definitionem. Et posteaq; cõmemorauit, ꝙ in hac via non est vtilitas illi, qui velut monstrare, ꝙ hæc oratio est definitio, hoc est, vt ponat vnã propositionum cum hac dispositione, definitionem definitionis, quemadmodum non assequitur vtilitatẽ ille,

qui

Dubium.

Solutio.

* Ab. l. enuntiatiua Sic & multo tiens legit.
* Ab. l. regulę Hoc alibi ꝙ pluries repetes.

qui vult monſtrare exiſtentiam rei alicuius per ſyllſm; mentionē fecit de loco, per quem cogitur ſyllīs ad monſtrandum per hanc propoſitionem, et hoc vltra illud, q inſtat litigator, q oratio, quam adduxit, non eſt ſyllogiſmus. Cū vero dixit: & occurret in hoc illi, qui dubitat, & exiſtimat, q illud, quod adduxit, eſt ſyllogiſmus primo, & dicet, q ipſe vtiq; erit ſyllīs. ſenſus eſt, & inſtabit in hoc illi, q dubitat, & exiſtimat de eo, quod adduxit ex ſermone, & dicet de eo, ſi ipſe concludet quæſitum, hoc eſt, dicet, ſi ipſe eſt ſyllīs concludēs primo & per ſe, qm̄ ipſe cōſentit in definitionē ſyllogiſmi. Deinde dixit. & occurret ex hoc ſermone in eo, q non ratio-
10 natum fuit de eo q eſt, quid eſt, & exiſtentia ſubſtantiæ ipſius, & dicetur ipſum eſt ad reſpondendum. ſenſus eſt, q qui ponit, q hæc eſt definitio huius, occurret ex conſenſu ſuo in definitione, q definitio definitionis conſentit ipſi. hoc eſt, cū dixerit ipſi aliquis, q ipſa non eſt definitio contradictoria illius per definitionem defi nitiōis, hoc eſt p cōſenſum definitionis definitionis definitioni illius, et dicet ipſi, ipſum eſt ad reſpondendū de-
20 finitioni. Et poſteaq̄ cōmemorauit, q ipſe contradicet ei per definitionem definitionis, mentionē fecit de modo conſequentiæ contradictionis ſuę in hoc, & dixit: & hoc, qm̄ iſtud eſt, qđ poſuimus, q intētio quid eſt res, et exiſtentia ipſius eſt idem. ſenſus eſt, atq; ſequitur ipſum contradictio, qm̄ poſita fuit de vtrisq; definitio definitionis, hoc eſt conſentiunt inter ſe interrogans et reſpondens, cū dicet, forte faciēs definitionem, q hęc definitio conſentit in eo, q numerauimus ſuper eo definitū: & ſi eſt res ita, ſequit ex ipſa cōtradictio ad litigatorē, qm̄ hæc contradictio cōſtruit ex duabus ppōnibus, quarū vna eſt, q definitio definitionis eſt vra, ſcđa vero, hęc definitio ineſt huic cum hac diſpōne: cum q̄ cōceſſerit reſpondens ambas iſtas, ppōnes, ſequitur, q hæc eſt definitio ex neceſsitate, & facere hanc propoſitionem eſt neceſſarium in contradictione ipſius & non eſt in mōſtratione neceſſarium, ſed eſt petitio in eo q fuit ex definitionibus ignotis fm naturam, & ſufficit ex monſtratione per ipſam, quemadmodum, q erit ex definitionibus, ex quarum diſpoſitione conſentit in definitionem definitionis. Cū vero dixit: ſequitur ita q̄, ut ratio-
40 tinemur aliquid abſq; eo, q faciamus in ipſo eſſentiam ſyllogiſmi, aut quid eſt exiſtentia ipſius p ſe. ſenſus eſt, ecce iā mōſtratum fuit q cōcluſum eſt p ſyllm aliquid, abſq; eo, q ſit in ppōnibus ſyllogiſmi definitio ſyllogiſmi, qm̄ hoc differt: & conſimiliter, ſi monſtratum fuit p ſyllogiſmum, q aliquid eſt definitio alicuius, non accipitur in propoſitionibus iſtius ſyllogiſmi definitio definitionis, ſed accidet, cū fuerit definitio rei ignota, & accepierimus in mōſtratione definitionis definitionē tm̄,
50 q petem⁹ definitionē, & ſi fuerit definitio nota p ſe, erit mōſtratio de ipſa ſuperflua, & fm hanc expōnem erit ſermo Ari. hic demūtiuus. Nos aūt hic inuenimus Matheum, qui fm aliam expōnem declarat hoc capitulum & hoc, q, quemadmodum, qui ratiocinatur de aliquo, non eſt opus, q in ſyllogiſmo ſuo de hoc acciṗat definitionem ſyllogiſmi, conſimiliter, qui ratiocinabitur de definitione, non oportebit accipere in monſtratione ſua quid eſt definitio. Videtur autem ipſe, q imaginetur extractionem definitionis rei per ſyllogiſmum p
60 extractionem q res inſit rei per ſyllogiſmum. hoc eſt, q quemadmodum qui facit ſyllogiſmum ſecundū extractionem, q res inſit rei, indiget, vt ponat ex propoſitionibus iſtius ſyllogiſmi definitionem ſyllogiſmi, conſimiliter ſe habet res, cū extrahitur definitio rei per ſyllogiſmum, & hic eſt ſermo ſufficiens. Forteſſe autem ipſe ſuſcipiet hoc, quoniam ſermones, qui præceſſerunt per inueſtigationem de hoc quæſito, ſunt ſermones dialecticī, & modus ſimilitudinis inter ipſas eſt: quēmadmodū mōſtratio, q aliquid inſit alicui, per ſyllogiſmum, non eſt ſyllogiſmus, neq; iſte ſyllogiſmus eſt monſtratio de re particulari per ſyllogiſmum, conſimiliter monſtratio, q hęc eſt definitio huius, non eſt monſtratio de re, ſed eſt monſtratio ſecundum q hæc eſt definitio. & veritas eſt, q qui mōſtrat, q hęc eſt definitio, ſimilitudinem habet cum eo, qui monſtrat, q hic eſt ſyllogiſmus, quemadmodum dixtmus, non cū eo, qui monſtrat, q hoc exiſtit per ſyllogiſmum: & pro
10 pterea videtur, q expoſitio † prima ſit detenior.

† Ab.1. eſt cōuenit, nec non, & prima.

Et ſi ex ſuppoſitione monſtret, veluti ſi malo ineſt diuiſibile eſſe, contrario autem hoc, quod eſt contrarium ineſſe quibuſcunque eſt aliquid contrarium: bonum autem malo eſt contrarium, & indiuiſibile diuiſibili: eſt igitur bono ineſſe indiuiſibile eſſe.

Dixit Ariſt. Sed fortaſſe illud, quod monſtratur per conditiones, hoc eſt per radicem poſitam. vt in exemplo, ſi eſſet intentio exiſtentiæ rei, q ſit diuiſibile, & diuiſibili intentio, q ſit contrarium, ſecundum q eſt cōtrarium, & hoc in omnibus, quibus ineſt contrarium, & bonum contrarium malo, & diuiſibile indiuiſibili: exiſtentia igitur boni eſt, quòd ſit indiuiſibile.

Poſteaq̄ declarauit fieri non poſſe, vt oſtendatur definitio per ſyllogiſmum prędicatiuum, et poſſet aliquis dicere, fortaſſe monſtraretur hoc per ſyllogiſmos conditionales, & hoc per ſyllogiſmos conuertibiles. Vocauit autem hunc ſyllogiſmum conditionalem radicē poſitam, quoniam conſequentia in ipſo eſt poſita in ſyllogiſmo in diuerſum conſequentiæ in ſyllogiſmo prædicatio. hoc eſt, q eſt aliquid conſequens ex eo, q poſitum fuit in ſyllogiſmo, hoc eſt ex propoſitionibus: & propterea eſt prædicatiuus ſyllogiſmus verus ſufficiēs per ſubſtantiam ſuam. Et cū dixit: ſed fortaſſe eſt illud, quod monſtratur per conditiones, hoc eſt per radicem poſitam. ſenſus eſt, ſed poſſet aliquis dicere, fortaſſe definitio monſtrari poſſet per ſyllogiſmum conditionalem, hoc eſt, quod ſcitur per ſyllogiſmum poſitiuū, hoc eſt per contraria. Deinde adduxit exemplum huius, et dixit: ſi eſſet intentio exiſtentiæ rei, q ſit diuiſibile, & diuiſibili intentio, q ſit contrarium, ſecundum q eſt contrarium. ſenſus eſt, exemplum huius, ſi eſſet definitio illius, quod eſt malum, eſſe diuiſibile, & diuerſum in ſubſtantia ſua, hoc eſt, quod non firmatur in ſubſtantia ſua, igitur definitio contrarii ſui eſt contraria iſtius definitionis. Cū vero dixit: & hoc in omnibus, quibus ineſt contrarium. ſenſus eſt, & per hanc viam poſsibilis eſt extractio definitionis rerum, quæ habent cōtrarium. Deinde dixit: & bonum eſt contrarium malo, & diuiſibile indiuiſibili: exiſtētia igitur boni eſt, q ſit indiuiſibile. ſenſus eſt, & veritas iſtius conſequentiæ in hoc ſyllogiſmo, de quo poſuimus exemplum, erit vtiq; per poſitionem propoſitionum, quarum vna eſt, quæ dixit, q bonum eſt contrarium malo, & ſecunda, q diuiſibile per ſubſtantiam ſuam eſt contrarium indiuiſibili, & tertia, q definitiones contrariorum ſunt contrariæ: cumq; poſuerimus hoc, verificatur, ſi malum eſt id, quod eſt diuiſibile per ſubſtātiam ſuam, ſequitur vtiq;, q bonum ſit quod diximus diuiſibile per ſubſtantiam ſuam: hoc eſt, q continuitas inter hoc antecedēs & conſequens monſtrata fuit per poſitionem noſtram iſtarū propoſitionum. & hoc, quoniam orationis dicentis, ſi eſt malum illud, quod diuiditur ex ſubſtantia ſui, igitur bonum

28

30

† Ab 1 o fo enuntiatiua.

bonum eſt, quod non diuiditur. monſtrata fuit hęc continuitas, cū poſuerit q bonum eſt contrarium malo: ea vero, quæ ſunt contraria habent definitiones cōtrarias, & concluditur nobis q definitio boni eſt contraria definitioni mali: cūq; declaratum fuerit nobis hoc, & poſuerimus, q definitio mali eſt illud, quod diuiditur ex ſubſtantia ſui, & poſuerimus, quòd contrarium huius eſt illud, quod non diuiditur ex ſubſtantia ſui, monſtratum nobis eſt, ſi definitio mali eſt illud, quod diuiditur ex ſubſtantia ſui, & diuerſificatur, q ſequitur ex neceſſitate, ut definitio boni ſit, quod nō diuiditur. Et hoc Itelligit, cū dixit: per illud q ſit diuiſibile, & diuiſibili intentio. hoc eſt, q malum diuiditur per ſe, & non ſtabilitur, & non inuenitur niſi in eo, quod in ipſo eſt ex bono. vt in exemplo, qui eſt ſanus, non derelinquit ſanitatem, niſi in æqualitate, quæ eſt poſita inter ipſa, & hoc eſt bonum quoddam: & conſimiliter ægritudo nō inuenitur vnq; in aliquo corpore, niſi per deſtitutionē iſtius corporis, et hoc corpus nō derelinquitur ad illud, quod in ipſo eſt ex ſanitate.

Hinc etenim accipiēs ipſum quid erat eſſe monſtrat, accipit autem ad monſtrādum ipſum quòd quid erat eſſe, alterum tamē ſit: in demonſtrationibus nanq; quòd eſt hoc de hoc, ſed non ipſum, neque eadem eſt ratio, & conuertitur.

Dixit Ariſt. Amplius mōſtratur vtiq; res vltra hoc, q accipitur intētio quid eſt, & exiſtentia ſubſtantiæ ipſius, & ſi ponat aliquid vnū per demonſtrationem per quid eſt res, & exiſtentiam ſubſtantiæ ipſius: & eſt cùm fuerit in demonſtrationibus conſimiliter etiam iam inuentum, quòd eſt hoc de hoc, præterquàm quòd nō eſt ipſum idem, neq; conſimiliter etiam hęc intentio eadem cum eo, cum qua ratio conuertitur æqualiter.

29 Poſteaq̄ enuntiauit, q poſſet aliquis dicere, q forteſſe definitio poſſet vtiq; extrahi per ſyllogiſmum conditionalem ſecundum modum, quem formauerunt, cœpit narrare q faciens hoc conſimiliter etiam petit modo aliquo, & dixit: Amplius monſtratur vtiq; res vltra hoc, q accipitur intentio quid eſt, & exiſtentia ſubſtantiæ ipſius. ſenſus eſt, & faciens hoc non monſtrabit p hanc viam per quid eſt res, hoc eſt per definitionē ſimpliciter, quoniam ipſe vtiq; monſtrabit quid eſt res, vltra hoc, q ponet quid eſt res per ſe: hoc eſt, faciens hoc, monſtrabit vtiq;, q hoc eſt definitio huius vltra hoc, q acceperit, q hoc eſt definitio huius: & ex hoc intelligit vna duarum rerum, aut q hæc via non eſt vniuerſalis: & hoc, quoniam ipſe monſtrabit definitionem per definitionē, & qui inceſſerit hac via, indiget, vt habeat definitionem contrarij notam apud ſe, & tunc ratiocinabit ex ipſa ſuper definitione altera, cūq; fuerit vterq; duorum modorum ignotus, non aſſequitur vtilitatem per hanc viam, quemadmodum non aſſequitur vtilitatem per extractionem definitionum rerū, quę non habent contraria. innuit autem, vt velit, q procedens hac via, erit petens ſecundum veritatem. & hoc, quoniam fieri non poteſt, vt ignoret definitionem alterius contrariorum, & ſciat alteram: ſed, cū ſcit vnam ipſarum, ſcit alteram, & cū ignorat vnam ipſarum, ignorat alteram. Quòd ſi eſt hoc ita, fieri vtiq; non poteſt, vt oſtendatur per hāc viam ignotum per notum, & in ſumma, ſi vnum duorum contrariorum fuerit notius altero, non proueniet excęſſus, qui erit inter notum ſecundum naturam, & ignotum ſecundum naturam: hoc eſt, quod cognoſcitur per ſe, & quod cognoſcitur per aliud: & per quancunq; viam extrahuntur definitiones idem eſt in potētia cum diuiſione, & inductione, aut alio, ex eo, quod vocatur cognitio per occultationem minorem occultatione ſecūdum naturam. & hoc eſt, quod nō monſtrat, niſi per aliud, & hoc, quod mōſtratur per aliud, eſt duarum partium, quarum vna nō poteſt monſtrari per ſe, & hoc eſt, quod monſtratur per ſyllogiſmum, pars autem ſecunda monſtrari poteſt per ſe, & erit monſtratio ipſius per aliud ab eo facilius & melius. & hæc ſpecies monſtrationis eſt, quæ erit in definitionibus, & deſcriptionibus, & diuiſionibus, & inductionibus, & exemplis, & reliquis † vſus doctrinæ, quod eſt & ipſum vnū in ſpecie. Et poſteaq̄ enuntiauit, q qui hac via procedit, petit rem, quam monſtrare intendit, aut ſecundum ſpeciem: hoc eſt, per monſtrationem, quæ cum illa eſt vna ſecundum ſpeciem, aut ſecundum petitionem veram, quæ eſt ex capitulo, quo monſtratur res per idem, aut per id, quod eſt in gradu ſuo cognitionis, quoniam hoc cōſimiliter etiam eſt vna ex ſpeciebus petitionis ſecundum illud, quod monſtratum fuit in libro Syllogiſmi. Et dixit: & ſi ponat aliquid vnum p demōnem per quid eſt res, & exiſtentiā ſubſtantiæ ipſius. ſenſus eſt, & non dicitur, q eſt hoc quod ponit artifex demōſtrationis exiſtentiam definitionis in eò q cōcludit aliquid ineſſe alicui. hoc eſt, non eſt hoc, cū voluerit aliquis concludere aliquid, quod oſtendat per definitionem, ſed oportet, vt concedat hoc, qm̄ hoc eſt exiſtens p demonſtrationē. Et hoc eſt, quod ſignificauit, qm̄ dixit: & eſt, cū fuerit in demonſtrationibus conſimiliter etiam iam inuentum, q eſt hoc de hoc. ſenſus eſt, qm̄ erit in demōſtrationibus, quod cōcludit, qm̄ hoc ineſt huic, qm̄ admittit definitionem. Atqui mirum eſt, q monſtret aliquis definitionem rei ineſſe rei, propterea quia definitio contrarij ipſius ineſt cōtrario ſuo, aut propter definitionem eandem, hoc eſt, q monſtret definitiōnē propter definitionem. Et dixit: præterēq; q non eſt ipſum idem. ſenſus eſt, q qui ponit definitionem ſyllogiſmi, vt concludat aliquid ineſſe alicui, nō eſt, quod ponitur idem cum eo, quod concluditur: qm̄ poſitum, quod accipitur, eſt definitio, & id, quod concluditur, eſt aliquid ineſſe alicui, & definitio eſt aliud ab exiſtētia. Cū vero dixit: neq; conſimiliter etiam hæc intentio eadem cum eo, cū quo ratio conuertitur æqualiter. ſenſus eſt, neq; in concluſione demōſtrationum, in quibus definitio eſt propoſitio, inuenitur proprium definitionis, quod conuertitur æqualiter: atqui quod concludit definitionem definitionis debet eſſe proprium propoſitionis, quę inuenitur in concluſione: & per rem, de qua eſt ratio, intelligitur cōcluſio. Et dixit: conuertitur. intelligit, quēadmodum diximus, q non oportet in demonſtrationibus, in quibus petimus definitiones, vt ſint concluſiones ipſarum conuertibiles, ſed ſi eſt, eſt vtiq; per accīs. Atqui voluit in hoc, vt inſtet cōtradictor dicens, q, cū non fecerit definitionem in monſtratione, definitio vtique nō pertractabitur in definitione alicuius omnino. & dixit in reſponſione huius, quòd oportet ipſum concedere, q ipſe pertractet in monſtratione alicuius, & non pertractet in monſtratione eiuſdem.

† Ab 1 modis diſciplinarum, q trā ſcendunt demōſtrationē

Ad vtroſq; vero, & ad monſtrantem fm diuiſionem, & ad ſic ſyllogizantem, eadem eſt dubitatio, propter quid homo eſt aial, bi pes, pedeſtre, ſed non animal & pedeſtre: ex iis enim, quæ accipiūtur, nulla neceſſitas eſt vnum fieri quod prędicat, ſed quēadmodū

homo ídem eſſet & muſicus & grãmaticus.

Dixit Ariſto. Modus vtrorũq;,hoc eſt íl-
lius,qui monſtrat per viam diuiſionis,& íl-
lius,qui monſtrat per hunc modum, eſt du-
bitationis vnius & eiuſdem:quę eſt,vt dica-
tur, nõ erit homo animal, ambulans, bipes,
non animal & ambulans:& hoc, quoniã ni-
hil eſt eorum,quæ accípiuntur, ín quo opor
teat ex neceſſitate,vt ſit hoc prędicatum,ſed
quemadmodum ꝙ homo vnus,& ídem ſit
muſicus & geometra & grammaticus.

Hoc dubium,quod aduenit illi,qui exiſtimat,ꝙ defi
nitio monſtratur per viam diuiſionis,& illi, qui exiſti-
mat,ꝙ definitio monſtratur per ſyllſm,eſt dubiũ vnum
& idem:hoc eſt,quemadmodum opinor, in vtriſq; ſe-
quitur,ꝙ petat illud,quod monſtrabat prius. Deinde
adduxit dubium appropriatum viæ diuiſionis, de quo
non fecimus mentionem in præcedentibus,& non exi-
ſtimo,ꝙ ipſe intelligat monſtrationem dubĩ cõcantis:
qm̃ hoc dubiũ,de quo fecimus mẽtionem, eſt ex capi-
tibus eius,quod dictum fuit in lib.de Interpretatione de prę-
dicatis,quæ verificant ſeparata,& non ſunt vera com-
poſita,& ſi verificantur compoſita,ſequitur, ꝙ non ſit
compoſitio ipſarum per ſe. Et cũ dixit:quæ eſt, vt dica-
tur,non erit hõ aíal,ambulans,bipes,non aíal & ambu
lans. ſenſus eſt,& dubium eſt,vt dicatur,non eſt ver-
vt dicatur,ꝙ hõ eſt aíal ambulans,ſed eſt vtiq; verum
per ſe,ꝙ eſt aíal,ſm ꝙ eſt ſeparatum, & ambulans, ſm
ꝙ eſt ſeparatum,qm̃ hoc tam poſuit, ꝙ eſt verum: hoc
eſt,cũ voluerimus,ꝙ ſit aíal tantum & ambulans tan-
tum,qũo ſequitur ex hoc, ꝙ ſit aíal ambulans, hoc eſt,
ꝙ non ſequitur,cũ verificatum fuerit de ipſo, ꝙ eſt aíal
ſeorſum,aut verũ fuerit de ipſo,ꝙ eſt ambulans, vt ve-
rificetur de eo compoſitum ex vtriſque,quod eſt,vt ſit
aíal ambulans.Iam vero dictum fuit in libro Interpre-
tationis,qm̃ verificantur,& qm̃ non verificantur, & qm̃
erit aggregatum,cũ verificatur per ſe,& qm̃ erit per ac-
cidens. Et cũ dixit:& hoc,qm̃ nihil eſt eorum,quæ acci
piuntur in quo oporteat ex neceſsitate, vt ſit hoc prædi
catũ. ſenſus eſt, neq; ſequitur ex neceſsitate in aliquo
ſeparatorum,quæ prædicantur de aliquo vno,vt prędi
centur de ſe inuicem,ſed iam erit, & iam non erit, cũq;
fuerint,iam erit per accidẽs,& iam erit per ſe. & exem-
plum eius,quod eſt per accidens,eſt homo vnus & idẽ
grammaticus & medicus & muſicus. Et hoc eſt, quod
ſignificauit,cũ dixit:ſed quẽadmodum ꝙ homo vnus
& idem ſit muſicus & geometra, et grammaticus. ſen
ſus eſt,atqui non ſequitur,ꝙ ſit conſequẽtia neceſſaria,
qm̃ aggregantur vtiq; in re vna per accidens prędicata
multa,quoꝝ vnumquodq; eſt per ſe,cumq; prædicanꝫ
de ſe inuicem,hoc eſt per accidens,quẽadmodum acci-
dit de hoíe vno & eodẽ,ꝙ ſit muſicus, medicus & grã-
maticus,& dicatur de ipſo medicus grammaticus.

Quomodo ígitur definiens monſtrabit
ſubſtantiam,aut ipſum quid eſt? neq; enim
ſicut demonſtrans ex confeſſis eſſe manife-
ſtum faciet,ꝙ neceſſe eſt illis exiſtẽtibus al-
terum quid eſſe,demonſtratio enim hoc eſt,
neq; ſicut inducens per ſingularia cùm ma-
nifeſta ſint, ꝙ omne ſic eſt, eo ꝙ nihil aliter
eſt:non enim quid eſt mõſtrat,ſed ꝙ aut eſt,
aut non eſt.quis ígit alius modus reliquus?
non.n.monſtrabit vtiq; ſenſu aut digito.

Dixit Ariſt. Per quam ígitur viam mon-
ſtrabitur ſubſtantia,quę ſeparat ab eo,quod
definitur,aut intentio quid eſt exiſtens: &
hoc,quoniã operatio ipſius non eſt, quem-
admodum operatio eius,qui monſtrat ex re
bus propínquis quæ ſunt manifeſtæ, quo-
niam ſequitur vtiq; ex neceſſitate, cùm fue-
rint ea exiſtentia,ꝙ ſit aliquid aliud exiſtẽs:
hoc.n.eſt eſſentia demõſtrationis,neq; con-
ſimíliter etiam operatio ipſius eſt, quemad-
modum operatio eius,qui inducit in rebus
particularibus,eò ꝙ ipſa ſunt manifeſta ſm
ꝙ ſumma eorum eſt ſm hãc diſ-
poſitionem: qm̃ non ínuenítur aliquid índiuerſum ab
hoc & hoc,qm̃ non monſtratur quid eſt,ſed
ſi eſt,& ſi nõ eſt.& quis modus alius ſuper-
eſt:& hoc,quoniam non eſt via, qua mon-
ſtretur per ſenſum,aut per dígitum.

Poſteaq; adduxit ſermones dubios,ex quibus ſequi- 31
tur,ꝙ definitio nõ extrahitur, vult hic recapitulare du-
bia,quęcunq; ſint,& cœpit de diſpoſitione ſua.diſpoſi-
tio eius,quod diximus hic, eſt, qm̃ dubitaret vtiq; ali-
quis,& diceret,vellem ſcire per quã viam traderet ali-
quis & metiretur,ꝙ monſtretur definitio. & hoc, qm̃
definitio non ſequitur ex poſitione rerum exiſtentium
notarum,quemadmodum ſequitur concluſio in ſyllo-
giſmo ex poſitione propoſitionum. Et hoc eſt quod ſi-
gnificauit,cùm dixit:& hoc,qm̃ operatio ipſius nõ eſt,
quemadmodum operatio eius, qui monſtrat ex rebus
propinquis,quæ ſunt manifeſtæ. ſenſus eſt,& hoc,qm̃
q ſollícitus eſt in extrahenda definitione non habet ope
rationem ſuam,qualis eſt operatio eius,qui mõſtrat ali
quid ex propoſitionibus notis:qm̃ ſequitur ex neceſsi-
tate,cũ poſuerimus illas propoſitiones exiſtentes,ꝙ ſit
aliquid aliud exiſtens,& hoc eſt,quod vocatur demon
ſtratio:& qui ſtudet extrahere definitionem, nõ ponet
aliqua,ex quorum poſitione ſequitur exiſtentia extra-
ctionis definitionis. Et poſtea q; dixit,ꝙ q ſollícitus eſt
in extrahenda definitione, nõ operatur quemadmodũ
operatur ille, qui facit ſyllogiſmum, quemadmodum
declaratũ fuit antea,et dixit:neq; conſimíliter etiã opera-
tio ipſius eſt ſicut operatio eius,qui inducit in rebus
particularibus. Cuius adduxit cauſam in hoc, & dixit:
eò ꝙ ſunt manifeſta ſm ꝙ ſumma eorum eſt ſm hãc di-
ſpoſitionem,qm̃ non ínuenítur aliquid índiuerſum ab
hoc. ſenſus eſt,qm̃ qui inducit, monſtrat vtiq; per in-
ductionem rem manifeſtam,& planam,& eſt,qm̃ hoc
prædicatum prædicatur de oíbus illis particularibus,q;
ponũtur ſub vníuerſali,ex quo omni ſollícitus eſt vt ſe-
quatur hoc prędicatũ. Atqui eſt hoc manifeſtũ,qm̃ nõ
ínuenítur vnũ ex illis particularibus índiuerſum eius,
quod ex ipſis relínquitur ſuper eo. Deíde dixit:et hoc,
quoníam non monſtratur quid eſt,ſed ſi eſt, aut ſi non
eſt. ſenſus eſt,atqui non eſt poſsíbilis monſtratio defi-
nitionis per inductionem, quoníam per inductionem
monſtratur vtiq; ꝙ aliquid ineſt alicui omni,aut nõ in-
eſt ipſi ſecundum ꝙ eſt definitio, aut ſecundum ꝙ non
eſt definitio. Atqui dixit hoc, quemadmodum ego exi
ſtimo, propterea, quoníam ípſe cõmemorauit modũ,
per quem inductio facit acquirere monſtrationem, &
tam adduxit,ꝙ inductio non ſit faciens poſsídere defi-
nitionem, poſſet aliquis dicere, ímmo inductio facit ac-
quirere veritatem definitionis,& hoc,cũ inueſtigaueri
mus definitionẽ aliquam per omnia particularia, quæ
ponuntur

ponuntur ſub hac ſpecie, in qua definienda ſollíciti ſu-
mus,& dixerimus ipſam promptam eſſe illis ad verifi
cãdum nobis,ꝙ eſt definitio. Et dixit in reſpõſione hu-
ius,ꝙ inductio facit vtiq; acquirere per ſe,ꝙ res ſit,aut
non ſit:q; autem ſic exiſtat definitio,aut non exiſtat de
finitio,hoc vtiq; ineſt inductioni per accidens:quemad
modum diſpoſitio vna ſyllogiſmi,ꝙ aliquid inſit alicui
in eo ꝙ definitio. Et poſteaq; poſuit,ꝙ omnia,quæ mõ
ſtrantur,oſtenduntur vtiq; aut per ſyllogiſmum, aut
per inductionem,& poſuit,quòd definitio non mõſtra
tur per vnum ipſorum,& dixit: & quis modus alius ſu
pereſt:& hoc,quoniam non eſt via, qua monſtreꝫ per
ſenſum,aut per dígitum. ſenſus eſt, cumq; non mon-
ſtretur definitio per ſyllogiſmum, neque per inductio-
nem,non derelinquitur vtiq; hic modus alius, per quẽ
monſtretur:& hoc,quoniam non eſt via, vt mõſtretur
per ſenſum,quemadmodum non ſunt aliqua determi-
nata, quæ ſint manifeſta per dígitum.

Amplíus quomodo monſtrabit ꝙ quid
eſt homo? neceſſe eſt enim ſcientem quòd
quid eſt homo,aut aliud quodcunq; ſcire,
& quòd eſt.nõ ens enim nullus nouit quòd
eſt,ſed quid quidẽ ſignificat oratio, aut no-
men,cùm dixero hircoceruus,quid autẽ eſt
hircoceruus ímpoſsíbile eſt ſcire. Verum-
enímuero,ſi mõſtrabit quid eſt, & quòd eſt,
& quomodo eadem ratione monſtrabit:de
finitio enim vnum quid ſignificat, & de-
monſtratio, quid autem eſt homo, & eſſe
homínem, aliud eſt.

Dixit Ariſto. Amplíus quomodo mon-
ſtratur intentio quid eſt? quoniam oportet
vtiq; qui nouit quid eſt homo, aut aliquid
aliud quodcunq; ſit, vt ſciat conſimíliter etiã,
ꝙ ipſum eſt. quoniam de eo quod non eſt,
nemo vtiq; nouit quid eſt: ſed, cùm dixerit
hircoceruus, ſam nouit quid ſignificat ora-
tio, & nomen, quid autem ſit hircoceruus
non poteſt ſcire.quoníam, cùm monſtratur
quid eſt,planum vtiq; conſimíliter etiã per
orationem vnam & eandem, quòd ipſum
eſt,& quomodo eſt: & hoc,quoniam defini
tio & demonſtratio ſignificãt ſuper re vna,
& intentio quid eſt homo,& intentio ꝙ eſt
exiſtens, ſunt diuerſæ.

32 Hoc conſimíliter etiam eſt dubium, ꝙ fieri non po-
teſt,vt monſtretur definitio per demonſtrationem, &
dixit:Amplíus,quomodo monſtrat intentio quid eſt?
vſq; ad id quod dixit, conſimíliter etiam,ꝙ ipſum eſt.
ſenſus eſt,deinde,quomodo fieri poteſt, vt monſtretur
definitio de re aliqua? quoniam oportet, qui monſtrat
ꝙ hæc eſt definitio hominis,aut rei alterius,quæcunq;
fuerit,vt oſtendat cum eo,ꝙ ipſa eſt definitio iſtius, ꝙ
hoc definitum exiſtit. Deinde adduxit cauſam in hoc,
& dixit:quoniam de eo quod non eſt, nemo vtiq; nouit
quid eſt. ſenſus eſt,& hoc, quoniam, quod eſt ignotæ
exiſtentiæ,aut non exiſtens penitus, quomodo vtique
aliquis poſſet ſcire definitionem ipſius? vt in exemplo,
quoniam hircoceruus non eſt exiſtens, fieri nõ poteſt,
vt aliquis adducat definitionem ipſius, quoniam defi-
nitio vtiq; eſt de re exiſtente:& ita ſi eſſet exiſtens,dũ-
modo ſit ignotæ exiſtentiæ apud nos, fieri non poteſt,
vt ſciatur definitio ipſius anteq; ſciatur exiſtẽtia illius,
ſed declaratur,quid ſignificat nomen ipſius: fieri enim
poteſt, vt intelligatur, quemadmodum dicitur de hir-
coceruo, ꝙ eſt animal compoſitum ex hirco & ceruo:
non poſſet autem aliquis dicere,ꝙ fieri poſsit, vt ſit ali-
quid notæ exiſtentiq; per ſe, aut per demonſtrationem,
& ſit ignotæ definitionis, & ſit manifeſtũ de definitio-
ne per ſyllogiſmum,ſed monſtretur quod eſt definitio
tantum:quoniam iam monſtratũ fuit antea hoc,ꝙ non
eſt poſsibile per ſyllogiſmum, neq; per potentiam ſyl-
logiſmi, vt tradatur aliquid ineſſe alicui, & definitio
ipſius ſimul,& hoc eſt perfectio ſermonis pręcedentis,
& quaſi venit in ſermonem dubium,ꝙ qui oſtendit ꝙ
ſyllogiſticam demonſtrationem definitionem, nõ effu
git, quin ſit definitum apud nos notæ exiſtentiæ, aut
ignotæ:& ſi fuerit notę exiſtentiæ,ſequitur,ꝙ ſit ſecun
dum naturam ſyllogiſmi, qui monſtrat definitionem,
quæ tradit de re aliqua,ꝙ ipſa eſt, quodq; eſt definitio
ſimul,ſed iam monſtratum fuit falſum eſſe hoc: ſi vero
fuerit definitum ignotæ exiſtentiæ,fieri non poteſt, vt
oſtendatur exiſtentia definitionis ipſius,quouſq; mon-
ſtretur exiſtentia ipſius,& ſequitur, ꝙ ſyllogiſmus tra-
det exiſtẽtiam rei,& definitionem ipſius ſimul. Et hoc
eſt quod ſignificauit,cũ dixit:quoniam cũ monſtraꝫ qd
eſt,planum vtiq; cõſimíliter etiam per orationem vnã,
& eãdem ꝙ ipſum eſt,& quomodo eſt. ſenſus eſt,cũq;
oporteat,ꝙ monſtrans definitionem oſtendat cũ mon-
ſtratione ſua definitionis,ꝙ definitũ eſt, ipſe vtiq; mon
ſtrabit per ſyllogiſmum vnum,ꝙ eſt, & quid eſt ſimul.
Deinde dixit: Et hoc,quoniam definitio & demonſtra
tio ſignificant ſuper re vna. ſenſus eſt,& ſequitur hoc,
ꝙ res,quæ oſtenditur per definitionẽ,& res,quæ oſten
ditur per demonſtrationem,ſit res vna & eadem, quo-
niam per viam vnam oſtenditur vtiq; res vna. Deinde
dixit: Et intentio quid eſt homo, & intentio quòd eſt
exiſtens ſunt diuerſæ. ſenſus eſt,& manifeſtum, ꝙ in-
tentio,quæ oſtenditur per definitionem,quæ eſt inten-
tio quid eſt, & quæ oſtenditur per ſyllogiſmum, quæ
eſt exiſtentia, ſunt diuerſæ.

Poſtea & per demonſtrationem dícimus
neceſſarium eſſe monſtrari omne, quòd eſt,
niſi ſubſtantia ſit, ipſum vero eſſe nulli eſt
ſubſtantia, non enim genus eſt ipſum ens:
demonſtratio ígitur erit quòd eſt,quod &
nunc faciunt ſcientiæ.Quid enim ſignificat
triangulũ,accepit Geometra,ꝙ aũt eſt mon
ſtrat:quid ígit mõſtrabit definiens quid eſt,
aut triangulũ? ſciens ígit aliquis definitione
quid eſt,ſi eſt non ſciet,ſed impoſsíbile eſt.

Dixit Ariſt. Amplíus dicitur vtiq;,quòd
oportet, vt oſtendatur, quoníam eſt omne
illud, quod eſt per demonſtrationem, cùm
non fuerit ípſum exíſtens ſubſtantia, & dici
mus exiſtens non ens non eſt ſubſtantia ali
cuius,quoníam ens non eſt genus: demon-
ſtratio ígitur erit ſecundum ꝙ exíſtit,& hoc
eſt,ſuper quo progrediuntur ſcientię nunc,
et hoc,quoniã Geometra ponit vtiq;, quid
ſignificet triãgulus,an autem ſit oſtendit ꝙ
demõnem. Quid ígitur monſtrat qui defi-
nít,quid eſt triangulus,cũq; nouerit aliquis
per definitionem,quid eſt,non nouit quòd
ipſum eſt:ſed hoc non eſt poſsíbile.

33 Posteaq̃ docuit, ꝙ qui existimat, ꝙ definitio ostendi tur per syllogismũ, oportet apud ipsum quæsitum existentię, & quæsitum quid est, esse rem unam & eãdem, intendit instare per similitudinem, qua possibile est, ut errent errore, secundum ꝙ ipsa sunt unum & idem. & hoc, quoniam poslet aliquis dicere, ꝙ ipsa sunt vnum: & hoc, quoniam ens est genus rerum, & qui monstrat, ꝙ aliquid est, ipse vtique monstrat genus ex generibus suis, & genus est, quod reddit in responsione quid est: igitur quæsitum existentiæ, & quæsitum quid est, sunt vnum & idem. Et dixit ipse in responsione huius: Amplius dicitur vtiq;, ꝙ oportet, vt ostendatur, quoniam est omne illud, quod est per demonstrationem, cũ non fuerit ipsum existẽs substãtia. sensus est, atqut cõsistet demonstratio super eo, ꝙ res existit in omni eo; cuius scit existentia per demonstrationẽ: & oportet, vt monstremus, ꝙ ipsum est, cùm fuerit nomen entis nõ significantis super eo quod est substantia rei, cuius quæritur existẽtia. Atqui dixit hoc, quoniam, si quæramus, exẽpli gratia, an binarius sit, non est quæstio, an inueniatur genus ipsi, sed illic est quæstio, an illud, cuius formatur descriptio in anima, sit existens extra animam, & hoc est accidens rei: hoc est, ꝙ sit in anima consentiens illi, quod super eo est extra animam. Et propterea posuit Arist. in libro Dialecticæ quæsitum entis compositi in quæsito accidentis, exempli gratia, si tale inest tali. & hoc, quoniam res in quæsito composito est manifesta: & hoc, quoniam dictiones formales, quæ cadunt in ipsis, sunt colligatæ, & ꝙ ipsæ non significant super substãtia subiecti, quemadmodũ dicimus, homo inest tali. De ꝙsito autẽ simplici, ꝙ quod quęrit an tale sit absolute, Expositores vtiq; cõtenderũt i quo capso reponat. nonnulli enim posuerunt ipsum in quęsito generis, qdã vero posuerũt ipsum in quæsito accidẽtis, et hoc est manifestum: & ad ipsum declinauit, vt opinor Alexander in hoc tempore. Sed sermo Arist. hic de quæsito compositio, non distinguitur, qm̃ hæc dictio existentia non significat substantiã positionis, de qua prædicat. Deinde dixit: & hoc est, super quo progrediuntur scię nunc. sensus est, & ita inuenitur res in scientijs, ꝙ sunt duo quæsita diuersa, & posuimus in ipsis duos modos diuersos: & hoc, qm̃ definitiones petũtur in artibus, ꝙ autem res sit ita, ostendit vtiq; demonstratio. Et hoc est quod significauit cũ dixit: & hoc, qm̃ Geometra ponit vtiq;, quid significet triãgulus, an aũt sit, ostenditur ꝑ demonstrationem. sensus est, exemplum huius, qm̃ Geometra petit super existentia trianguli secũdum ꝙ describit ipsum, qm̃ autem est, ostendit vtiq; demonstratio: & hoc oẽs sunt sermones probabiles, quos adduxit per modũ dubitationis. & hoc, qm̃ Geometra non ostendit ꝑ demonstrationem existentiam trianguli, qm̃ est pars subiecti artis suæ, sed ponit, ꝙ ipse est, quemadmodũ ponit reliquas partes subiecti artis suæ: & si fuerit existentia subiecti artis manifesta per se, non accipiet existentiam ipsius ab arte alia, & si fuerit non manifesta per se, suscipit existentiam ipsius admissam ab arte alia, & hęc res manifesta est nimis de subiecto simpliciter, hoc est de subiecto artis simpliciter & magna parte specierum suarum. Si vero accidat arti alicui, ꝙ ostẽdatur per demonstrationem existentia alicuius specierum subiecti sui, hoc vtiq; est rãro, aut non contingit, sed tradit magnam partem causarum alicuius specierum. quemadmodum illud, quod dixit Geometra, videtur ꝙ indicet figurã cũ dispositione tali, qm̃ ipse nõ quęrit in huiusce modi quæstione, vt monstret existentiam istius speciei ſm ꝙ est ignotæ existentiæ, sed quærit vtiq; illa, q̃ sunt causæ in existentia istius speciei, & hę, cũ ponuntur existentes, sunt definitio istius speciei, & non est hoc, nisi in†sententijs instantuis, quæ cõsiderant de forma: cũ ꝙ hoc ita fuerit, & posuerimus triangulum notæ existentiæ, demonstratio vtiq; Geometræ de ipso erit vtiq;, vt tradat causas existentiæ ipsius. quemadmodum, cùm monstratur, ꝙ, qñ protrahuntur duæ lineæ, & duo anguli lineæ sunt minores duobus rectis, ꝙ inquam ipsæ coincident, & fiet triãgulus. Deinde dixit: Quid igitur monstrat qui definit, quid est triangulus. sensus est, propter quod monstrat, qui definit triangulum: qm̃ ponit ipsum positione, hoc est petit ipsum, & non qui ponit monstrabit aliquid, qm̃ positio est contrariũ monstrationis. Deinde dixit: cum ꝙ nouerit aliquis per definitionem quid est, non nouit ꝙ ipsum est: sed hoc nõ est possibile. sensus est, cum ꝙ qui nouit quid est, posuerit existentiã rei, cuius nouit quid est, hoc est admiserit ipsam, sequitur ꝙ hõ, cùm nouerit per definitionem essentiam rei alicuius, ꝙ non sciat, ꝙ ipsa est propter cognitionem suã per definitionem: qm̃ hoc non est posse. hoc est, ꝙ modus, ꝑ quem admittit existentia rei, non potest esse ille, per quem prouenit existentia rei istius.

Sub quibus quæsitis tradatis in libro Topicorum deducantur quęsita composita, & simplicia lib. 1. Posteriorũ cõ. 3. 5. met. com. 14. & 1. Topicorũ cap. de accidẽte, & in destructionib⁹ contra Algazel disputatione octaua in solutiõe primi dubii, Alexãder quoque 1. Top. cap. de accñte.

† Ab. l. scientijs abstrahẽtibus.

Manifestum autem & secundum modos definitionum, qui nunc sunt, ꝙ non monstrãt definientes, ꝙ est: nam etsi est ex medio æquale, sed propter quid est ipsum definitũ, & propter quid hoc est circulus quęrit. esset enim & definitionẽ orichalci dicere esse ipsum. neq; enim, ꝙ possibile est esse quod dicitur, assignãt definitiones, neq; ꝙ illud est, cuius dicunt esse definitionem, sed semper licet dicere propter quid.

Dixit Aristo. Amplius manifestum ꝑ species definitionum, in quibus non monstrat ille qui definit, ꝙ ipsum est: & hoc, qm̃, si fuerit circulus aliqd æquale ex medio suo, præterq̃ ꝙ nõ est definitio, propter quid est ita hoc definitum, & propter quid est circulus cum hac dispositione: & hoc, qm̃ posset aliquis dicere, ꝙ hæc dispositio inest figuræ ex ære consimiliter etiam, qm̃ ipse non nouit definitiones, quodq; fieri potest, vt sit illud, cuius est definitio, neq; consilt etiam, ꝙ definitiões sunt istius rei, quã elegit & voluit, sed absolute semp põt dicere propter quid,

34 Dixit: Amplius manifestum, ꝙ intẽtio, quam tradit definitio, est alia ab intẽtione, quam tradit syll̃s. & hoc, qm̃ illud inuenitur in speciebus definitionum, vt non monstret in ipsis ille, qui nouit eas, & definit eas, ꝙ definitum existit, & ꝙ hæc definitio inest huic definito, et non est possibile vt insit alij. Dixit autem hoc, qm̃ accidit aliquibus definitionibus, vt notum sit ex dispositione definiti, ꝙ ipsum sit, quodq; sit manifestum ex dispositione definitionis fieri non posse, vt ipsa insit alij definito ab hoc. † similitudo autem istarũ definitionum est, ꝙ sciantur, ita vt existimetur, ꝙ in eo quod definitur ostenditur ꝙ definitum est, quodq; definitio inest definito, & fieri non potest, vt insit alij: & qm̃ sunt istæ definitiones erroneæ, fallunt in hac re. ac si dixisset, ꝙ error iste manifestus est, & apparet ex definitionibus, in quibus monstratur, & definitum ignotæ existentiæ, & definitio, in qua possumus imaginari, ꝙ insit alij, cui vni definiti. Adduxit deinde exemplum ex istis definitionibus, & dixit: & hoc, qm̃ si fuerit circulus aliquid æquale ex medio suo, præterq̃ ꝙ non est definitio propter qd ita est hoc definitum, & propter quid est circulus cum hac

† Ab. l. & nales definitiones sunt, qs decipiunt.

hac dispositione. sensus est, exemplo est illud quod dicitur in definitione circuli, ꝙ est figura, cuius circunferentia elongatur à medio suo ab oibus lateribus æqualiter, quod igitur definitur per hãc definitionem est circulus, & manifestum ex dispositione ipsius, ꝙ nõ comprehendit hæc definitio, ꝙ circulus sit, qm̃ non comprehendit causam illarum orationum, quæ vero comprehendunt existentiam rei existentia vera, sunt, quę comprehendunt causam per existẽtiam ipsius, quemadmodũ diximus in hoc tractatu Secundo istius libri. Et hoc est quod significauit, cũ dixit: præterq̃ ꝙ non est definitio, propter quid est ita hoc definitum. hoc est non definiet per causam, propter quam est hoc definitũ. Deinde dixit: & propter quid est circulus cum hac dispositione. sensus est, & non adduxit consimiliter etiam causam consequentem essentiam istius definitionis, vt sit circulo abq̃ eo ꝙ possit inesse alij. atqui dixit hoc totum, quoniam scientia necessaria possidetur vtiq; propter causas, quæ sunt in re ſm illud, quod declaratũ fuit in tractatu Primo. Deide dixit: & hoc, quoniam posset aliquis dicere, ꝙ hæc dispositio inest figuræ ex ere consimiliter etiam. sensus est, atqui non erit huiusce modi definitio nota ex dispositione sua, quoniam fieri nõ potest, vt sit alij à circulo, quoniam posset aliquis dicere, ꝙ hæc definitio consentit figuræ artis circulari, hoc est, ꝙ artifex istius definitionis indiget, cũ voluerit scire, ꝙ ipsa est necessaria circulo, vt prætermittat & sciat definitionem lineæ, & hoc, ꝙ est longitudo non lata, & definitionem puncti & existentiam circuli propter causam suã, & hoc, qm̃ qui scit res istas, scit ex definitione circuli hoc, ꝙ est figura comprehẽsa linea vna propter punctum, à quo oẽs lineę exeuntes ad circunferentiam sunt æquales, quodq; hoc siue insit hæc figura æri, siue ligno, inest ipsi per accidens, & existentia circuli in hac dispositione monstratur, qm̃, cùm stabiliuerimus extremitatem lineæ rectæ & complicuerimus extremitatem secundæ nouæ, erit talis figura. Et dixit: quoniam ipse non nouit definitiones, quodq; fieri potest, vt sit illud, cuius est definitio. sensus est, qm̃ adducẽs huiusce modi res, non nouit definitionem ſm ꝙ est consequens, quodq; illud, quod accipitur in definitione ipsius, aut illa, sunt res existentes. Deinde dixit: neq; consimiliter etiã, ꝙ definitiones sunt istius rei, quã elegit, & voluit. sensus est, neq; huiusce modi definitiones tradũt, quòd sunt definitiones rerũ, quas posuerunt definitiones, ſm ꝙ nosa ipsarum consentiunt noibus illarum, hoc est, nõ per naturam: quemadmodũ hæc definitio, quæ tradit, ꝙ ipsa conuenit noi rei, quam existimauit definiens, ꝙ sit definitio ipsius, qm̃ non erit hoc ex dispositione definitionis notum per se. Atqui voluit per hoc totum, ꝙ in definitione, quæ est definitio in veritate, opus est, vt sciamus ex dispositione ipsius, ꝙ definitum est, quodq; illa, quæ accipiuntur in definitione, sunt res existentes, quodq; cõsentit noi rei, cuius accepta est esse definitio, & non est possibile ipsi, vt consentiat alij: cumq; ignorũ fuerit hęc inesse definitioni, non est in natura definitionis, vt tradat ista, neq; vt monstret ipsa, neq; vt sciat ipsa. Cũ vero dixit: sed absolute semp potest dicere propter quid est. sensus est, sed absolute semper in huiusce modi definitionibus, potest interrogans interrogare oẽ illud, & inquirere de causa, propter quã definitum existit, & definitio consentit ipsi, non alij.

Si igitur definiens monstrat aut quid est, aut quid significat nomen (si non est nullo modo ipsius quid est) esset vtique definitio oratio idem quod nomen significans: sed absurdum. Primum quidem enim & nõ sub stantiarum esset vtiq; & non entium: significare enim licet & nõ entia. Amplius omnes orationes definitiones vtiq; essent: esset. n. nomen ponere cuicunq; orationi: quare definitiões vtiq; disputaremus omnes, & Illas definitio vtiq; esset. Amplius nulla scientia demonstraret vtiq;, quòd hoc nomen quid significat, neq; definitiones igitur hoc assignant. Ex his igitur neq; definitio & syllogismus videtur idem ens, neq; eiusdem syllogismus & definitio. Ad hæc autem, quòd definitio nihil demonstrat, neq; monstrat neq; ipsum quid est, neq; definitione, neque demonstratione est cognoscere.

Dixit Aristo. Et si ita fuerit, ꝙ definiens monstrat aut quid est, aut quid significat nomen ipsius, si non erit penitus propter quid est, erit vtiq; definitio oratio, cuius significatio est eadem cum significatione nominis: sed hoc est absurdum. Primo quidem, quoniam esset vtiq; rerum, quæ non sunt substantiales, & rerum, quæ non sunt existentes consimiliter etiam: & hoc, quoniam esset vtiq; nobis, vt significarent res non existẽtes. Amplius essent omnes orationes definitiones, quoniam esset vtiq; ponere nomen cuicũq; orationi: acciperẽtur igitur in summa earum, sed per orationem, & orationes Poetarũ essent definitiones. Amplius neq; demonstratio aliqua ostendet, ꝙ hoc nomen significat rem istam, neq; igitur definitiones consimiliter etiam docent hoc. Ex ijs itaque manifestum, ꝙ definitio, & syllogismus nõ sunt aliquid vnum & idem, neq; syllogismus, & definitio iterũ sunt aliquid vnũ & idẽ: & cũ hoc, ꝙ definitio non ostendit aliqd mõstratione, neq; est via consimiliter etiã, vt sciamus itentionẽ qd est, neq; ꝑ definitionem, neq; item per demonstrationem.

35 Posteaq̃ adduxit sermonẽ, ex quo sequitur, ꝙ via syllogismi est alia à via definitionis, quodq; res, quæ ostenditur per syllogismum, non monstratur per definitionem, & ꝙ definitio propter hoc non ostenditur per definitionem, & ꝙ definitio propter hoc non ostenditur per syllogismum, neq; est in ipsa sufficientia, vt ostẽdat seipsam: hoc est, vt ostendatur ex definitione rerum omnium, quarum indiget per gradum cõsimilẽ etiam, vult adducere rationes oppositas huic, & cœpit, & dixit: Et si ita fuerit, ꝙ definiens monstrat aut quid est, aut quid significat nomẽ ipsius. sensus est, sed si posuerimus, ꝙ definitio non ostendit essentiam definiti esse, nec essentiam definitionis inesse definito, & fieri nõ potest consimiliter etiam, vt ostẽdatur per syllogismum, ꝙ definitio insit definito, sequitur tuncq; hęc absurditas. Primo, ꝙ oportet eum, qui definit, ex necessitate monstrare vnam duarum rerum, aut essentiam definiti, & substantiã ipsius, aut quid significat nomen ipsius. Deinde dixit: si nõ erit penitus propter quid est, erit vtiq; definitio oratio, cuius significatio est eadem cum signi-

ficatione,nominis sed hoc est absurdum. sensus est, sed si non ponet, ꝙ definitio monstret substantiam rerum, & substantiam ipsarum secundum id, quod sequitur ex sermonibus præcedentibus, sequitur vtiq;, ꝙ definitiones sint manifestæ de rebus tantum. Posteà mentionē fecit de absurdis, quæ sequuntur hanc positionem, & dixit: Primo quidem, quoniam esset vtiq; rerum, quæ non sunt substantiales, & rerum, quæ non sunt existentes consimiliter etiam. sensus est, primo quidem absurdum, quod sequitur positionem istam, hoc est, si ponamus definitiones monstrantes nomina tantum, hoc vtiq; est, vt definitiones non sint docentes substantiam rerum, neq; res existentes, quoniam hæc est dispositio orationum declarantium nomina, & hoc est, ꝙ eius dictum est manifestum: & hoc, quoniam orationes declarantes sunt enuntiationes rhetoricæ: hoc est, quoniam ipsę vtiq; comprehendunt doctrinam signationis dictionis, nō illud, quod cōprehendit oratio determinata ex prædicatione rei de re: ipsę igitur comprehendunt monstrationem significationis dictionum, & non est differentia inter ipsas & enuntiationes rhetoricas, quæ exponunt nomen per nomen celebratius. hoc est, ꝙ nō est differentia inter orationem dicētem, ꝙ bestia est cā melus, aut quoniam bestia significat animal cum dispositione tali: & propterea fieri potest, vt sint orationes declarantes nomina, quorum intentiones non sunt existentes, quemadmodum diximus de hircoceruo, ꝙ est animal compositum ex hirco & ceruo, & diximus de vacuo, ꝙ est locus, in quo non est corpus. Et posteaq; mentionem fecit de absurdo, commemorauit absurdū alterum, & dixit: Amplius essent omnes orationes definitiones, quoniā est ponere nomen cuicūq; orationi. sensus est, & si fuerint definitiones, quæ declarant significationem nominum, sequitur, ꝙ sint omnes species orationum definitiones: hoc est, & † repetitio & amplificatio, & alię, quoniam posita vtiq; sunt nomina oībus speciebus orationum, & omnibus intentionibus, quæ sunt in anima. Et posteaq; oratio est vtiq; cōposita ex huiuscemodi dictionibus, sequitur, si fuerint definitiones compositæ ex huiuscemodi dictionibus, ꝙ sint orationes omnes definitiones, quoniam inuenietur in summa ipsarum, quemadmodum diximus, locutio vtiq; & dictio de rebus, & erunt omnes sermones & orationes definitiones, quod est absurdum. Deinde dixit: Amplius, neq; aliqua demonstratio ostendet, ꝙ hoc nomē significat rem istam. hoc est, quoniam demonstrationes non significant per linguam, quoniā lingua est consensus, neq; potest aliquis ostendere per demonstrationem, ꝙ talis dictio significat: sic, quoniam significatio dictionum non est secundum naturam, sed positione. et propterea dixerunt multi loquētes nostri temporis, ꝙ syllogismus non est decens in lingua. Cùm vero dixit: neq; igitur definitiones consimiliter etiam docent hoc. sensus est, ꝙ, cū non fuerit aditus demōstrationibus ad docendum significationem dictionum, sequitur vtiq;, ꝙ non sit aditus definitionibus ad ipsum: quoniam notum est, ꝙ definitiones erunt vtiq; in artibus speculatiuis, quemadmodum sunt demonstrationes. & innuit, vt velit, neq; si ponamus definitionem docere significationem nominum, potest consistere super ipsa per demonstrationem, quoniam demonstratio non consistit super significatione nominum. & erit probatio ista ex genere probationum primarum, non ex genere oppositarum ipsis. Et illud est quod cœpit per ipsum in hoc sermone, & dixit: Ex his itaq; manifestum, ꝙ non sunt definitio & syllogismus vnum & idem. sensus est, ꝙ qui intendet istis sermonibus, videbit, ꝙ sermo, qui est definitio, non est oratio, quæ est syllogismus. & hoc qđ dixit, est manifestum: quoniam compositio definitionis est compositio conditionis & ligamenti, & compositio syllogismi est compositio determinationis. Deinde dixit: Amplius, neq; syllogismus et definitio iterum sunt aliquid vnum & idem. sensus est, neq; quod monstratur per syllogismum & per definitionem est vnum & idem. Deinde dixit: & cū hoc, ꝙ definitio nō ostendit aliquid monstratione. sensus est, sed sequit ex falso, ꝙ per definitionem non monstratur aliquid, cū ipsa posita fuerint in monstratione dictionum: hoc est, ꝙ nō faciat acquirere doctrinam linguæ. Deinde dixit: neq; est via consimiliter etiam, vt sciamus intētionem quid est, neq; per definitionem, neq; item per demonstrationem. sensus est, cum q; definitio possidere faciat monstrationem nominis, non habebimus viam, vt sciamus quid est res, neq; per definitionem, neq; per demonstrationem. per demonstrationē quidē, qm quid est non scitur per demonstrationē, quemadmodum apparet ex sermonibus precedentibus: per definitionem verò, qm definitio acquirere facit significationem nominis.

† Ab. l. impaiuæ & inhibetes, & vocantes.

Dissolutio disceptationis propositæ, quòd ipsum quid est monstretur per aliud quid est, & quo pacto ipsius quid est sit demonstratio, & definitio. Cap. V.

ITerum autem consyderandum quid horum dicitur bene, & quid non bene, & quid est definitio, & ipsius quid est nūquid quodam modo est demonstratio & definitio, aut nullo modo.

Dixit Arist. Iam vero oportet, vt inquiramus à principio, quid diximus ex istis sermonibus bene, & quid non est bonum in ipso sermone, & quid est definitio. & inquiramus an ne intentio quid est, sit res, cuius est demonstratio, aut definitio, aut non est ipsius omnino.

36

Posteaq; adduxit rationes, ex quibus sequitur, si nō extrahatur intētio quid est p definitionem, ꝙ sequit, vt ponat intentio definitionū in doctrina linguæ, vult resoluere hoc dubium, et docere, quis illorum sermonum præcedentium dictus est rectè, & quis nō est dictus, & adducet rōnem demonstratiuam, quæ resoluet sermones illos contradictorios ſm cōsuetudinem suam, in eò ꝙ adducit post inquisitionem dialecticam rationes demonstratiuas, p quas resoluuntur sermones illi, & monstrabit rem per se ſm veritatem. Cū vero dixit: Iam vero oportet, vt inquiramus à principio quid diximus ex istis sermonibus bene, & quid non fuit bonum in ipso sermone. designat per hoc sermones oppositos, qui adducti fuerunt ad existimādum, ꝙ intentio quid est non ostenditur per aliquam rerum: quod. n. non mōstratur neq; per definitionem, neq; per demonstrationem, hoc vtiq; non ostenditur per aliquid oīno, † & hoc est finis. Cū vero dixit: & quid est definitio. sensus est, & oportet, vt inquiramus cum hoc, quid est definitio: & hoc, quoniam quæstium est duarum rerū, quarum vna est, per quid prodeat definitio, & altera quid est definitio, hoc est definitio definitionis, hoc est, ſm ꝙ ipse mōstrabit naturam definitionis ex natura demonstrationis. Cū vero dixit: & inquiramus, an ne intētio quid est sit res, cuius est demonstratio, aut definitio, aut non est ipsius oīno. sensus est, & inquiramus intentionem quid est, an consistat super ipsum, & tradat eum definitio, an non consistat super ipsum demonstratio penitus, & nō tradat eum definitio de aliquibus. hoc est, an definitiones

Idē. 4. Phys. cō. 3. & in tio Met. cō. 5. vide tamē oppositū. in Coll. 2. & 8. & 1 de Aia. 41.

† Ab. l. quod est maximè nefandum.

nes trādant monstrationem nominum tantum, ſm id quod sequitur ex sermone præcedente. & ipse quæret in hoc capitulo tria, quorum vnum est ordo sermonum præcedentium, & scientia recti & non recti, secundum aūt est, scire quid est definitio, & tertium via, per quam extrahitur quid est res, si existat, aut non.

Quoniam autem est (vt diximus) idem scire quid est, & scire causam ipsius si est. Ratio autē huius, quòd est aliqua causa, & hæc aut eadem, aut alia, & si sit alia, aut demōstrabilis, aut indemōstrabilis: si igitur est alia & contingit demonstrare, necesse est medium esse cām, & in prima figura monstrari: vniuersale nanq; est & prędicatiuū quod monstratur. Vnus igitur modus esset vtique, qui nūc exquisitus est, per aliud ipsum quid est monstrari, ipsorum nāq; quid est necesse est mediū esse quid est, & proprioꝝ proprium: quare hoc quidē monstrabit, illud vero non mōstrabit ipsorum quid erat esse eidem rei.

Dixit Arist. Dicamus igitur, quoniā scientia de quid est, & scientia per causam qđ est (quēadmodum diximꝰ) est vnum & idem. Probatio autem de hoc, quoniam est causa aliqua, & hęc siue sit eadem, aut diuersa, aut demonstrabilis, aut indemōstrabilis: si igitur est altera & diuersa, & possibilis vt monstretur, sequitur vtique vt sit causa media, & monstretur in prima figura: quoniā res, quæ monstraꝫ, est vniuersalis & affirmatiua: species igit vna est hæc, quæ monstrata est nūc quod est, vt ostēdatur intentio quid est per medium alterum: & hoc, quoniam inter res, quæ sunt quid est, oportet media inter ipsa esse quid est, & quod monstrat propria, proprium: igitur vnum quidem ipsorum monstrabit, alterum vero ex ijs, quæ sunt intētio quid est res et existētia ipsius per se, nō monstrabit vtiq; de re vna & eadem.

37

Posteaq; adduxit duos sermones dubios, ex quorum vno sequitur ꝙ definitio ostendat per demonstrationē, ex altero autem, ꝙ non ostendatur, vult separare rem hic, & docere modum, propter quem verificatur, vt ostendatur per demōstrationem, & propter quem non verificatur, vt ostendatur per demonstrationem, & dixit: Dicamus igitur, quoniā sciētia de quid est, & scientia per causam quid est (quēadmodum diximus) est vnum & idem. sensus est, ꝙ iam monstratum fuit, ꝙ scientia de quid est res, & scientia de propter quid est, est scientia de re vna & eadem. & hoc, quoniam q quærit quid est res, ipse vtiq; quærit causam consequentem existentiam: & hæc est vna duarum propositionum, quas posuit artifex inductionis, & est propositio per se nota. Deinde dixit: probatio autem de hoc, quoniā est causa aliqua. sensus est, & probatio, propter quam apparet modus, propter quem fieri potest, vt ostendatur per demonstrationem definitio, et modus, propter quē apparet, ꝙ fieri non potest, vt ostendatur per demonstrationem, est, quoniam, cū dimiserimus demonstrationem super ipsum, absq; dubio accipitur in demonstratione terminus, qui est causa definitionis, quam intendimus cōcludere. Deinde dixit: & hoc, siue sit eadē, aut diuersa, aut demōrabilis, aut indemōstrabilis. sensus est, & terminus medius, q accipitur in hac demōstratione, qui est causa & causa essentiæ, nihil prohibet, quin sit essentia per se, aut sit aliud ab essentia, quæ est extremitas maior, neq; effugit consimiliter etiam iste terminus medius, quin sit notus per se, aut indigens demonstratione. Deinde dixit: si igitur est altera & diuersa, & possibilis vt monstretur, sequitur vtiq;, vt sit causa media. sensus est, & si fuerit medium causa diuersa ab essentia, & consequens ipsam, fieri vtiq; potest, ut sit causa terminus medius, & monstretur per ipsam essentia rei in prima figura, quoniam cōclusio vniuersalis est in prima figura. Deinde dixit: species igitur vna est hæc, quæ monstrata fuit nunc, quod est, vt ostendatur intentio quid est per medium alterum. sensus est, hæc igitur est species vna, quam tradidimus nunc, vt sit terminus medius aliquid progrediens ab essentia rei, & essentia ipsa, quæ ostenditur per demonstrationem, ipsa sit species, quæ tradit existētiam rei & definitionem ipsius simul. Deinde dixit: & hoc, quoniam inter res, quæ sunt quid est, oportet, media inter ipsa esse quid est. sensus est, & hoc, quoniam de conclusionibus, quę sunt rerum essentia & definitiones, existimatur, vt concludantur p se, sequitur itaq;, vt sit terminus medius essentia consimiliter etiam istius rei, quæ existimatur esse conclusio essentiæ, & sequitur petitio, quemadmodum prædiximus. Cùm vero dixit: & hoc, qm inter res, quę sunt qd est, oportet esse media inter ipsa quid est, & quod monstrat propria, proprium. sensus est, & hoc, qm demonstrationes, quę monstrant per essentialia, oportet vtiq;, ꝙ in ipsis media sint essentialia ſm naturā, quemadmodum in ijs, quæ mōstrant propria, oportet, ꝙ media ſm naturam sint propria. Dixit autem hoc, tanq; ꝙ sit res nota & positæ essentiæ. hoc est, definitio ipsius ignotæ existentiæ non erit tibi medium ſm naturam, per quem † monstratur existentia illorum essentialium ad artificē essentialiū, nisi ostēdatur res per se. Et propterea ostenduntur essentialia per demonstrationem, cū fuerit inter ipsa, & inter demonstrationem, in qua inuenitur hæc essentia medium, quod sit causa essentiæ, & hæc essentia aut ignorabitur inesse rei, in qua inuenitur notificare monstrationem illius, quod significat nomen, & terminus medius exhibebit existentiam illius essentiæ, & causam ipsius simul, quæ est definitio perfecta, aut erit essentia notæ existentiæ non per causam ipsius, & tradet demōstratio causam illius essentiæ: & prima est intentio demonstrationum absolutarum, & secunda intentio causarum, ꝙ hoc est in hoc, præterq; ꝙ ipsa est spēs concludēs essentialia per causas suas. Cū vero dixit: igit vnum quidem ipsorum mōstrabit, alterum vero ex ijs, quæ sunt intentio quid est res, & existentia ipsi per se, non monstrabit vtiq; de re vna & eadē. sensus est, demonstrationes vero, in qbus terminus medius est quid est, & quæsitum quid est, nō monstrabunt vtiq; quid est, quoniam terminus medius in ipsis est quid est, & terminus maior in ipsis est res vna & eadem.

† Ab. l. communiter monstrentur illæ quidditates habitæ illas quidditates.

Hic igitur modus, quòd non sit vtiq; demonstratio, dictum est prius, sed est logicus syllꝰ ipsius quid est. Quo aūt modo contingit, dicamus aggrediētes rursus à principio.

Dixit Arist. Sed hanc speciem ꝙ non est demonstratiua, enuntiauimus vtiq; in præcedentibus, præterq; ꝙ est syllus logicus: ſm vero quē modū polē sit, enūtiemus vtiq; de hoc, & reuertamur à capite ad principiū rei.

38 Dixit: Quòd hæc ſpecies non eſt demonſtratiua, intelligit ſyllm primum, de quo exiſtimatur, ꝙ cõcludat definitionem, hoc eſt, in quo accipitur, ꝙ A eſt definitio ipſius B, & B definitio ipſius C. Sed cũ dixit de ipſo: præterꝯ ꝙ eſt ſyllis logicus. ſenſus eſt, qm̃, cùm admittit̃, ꝙ inſunt rebus duę definitiones, & admittitur, ꝙ intentio eius, quod dicim⁹, A eſt definitio ipſius B, hoc eſt definitio illius, cuius B eſt definitio, & poſitum eſt, ꝙ B eſt definitio ipſius C, ſequitur vtiq; ex ipſo ex neceſſitate, ꝙ A eſt definitio ipſius C: præterꝯ ꝙ concluſio definitionis & definitio ſint res accidentales: qm̃ prædicatio definitionis de definitione non eſt ſubſtantialis, quemadmodum inexiſtentia proprior ſibi inuicem non eſt prædicatio ſubſtantialis. Atqui quæret hic demonſtrationes ſubſtãtiales, & ſunt hæ, quas intellexit primo in hoc: dixit autem de ipſo, ꝙ eſt ſyllis logicus, qm̃ ars Dialecticæ ſignificat, ꝙ rei ſunt binæ definitiones, & non ponit hoc petitionem. Et exiſtimo quòd cũ non ſtatuat Abunazar, neq; alĩ ſuper hac re intentionem Ariſt. & dixit, ꝙ eſt ſententia ipſius, ꝙ orationes, quę concludũt definitiones per definitiones, ſunt demonſtrationes, ratiocinatus eſt ſuper ipſis differẽ etiam inter has duas ſpecies, de quibus dixit Ariſt. & dixit de vna ipſarum, ꝙ ipſa tradit definitionẽ, & de altera ꝙ nõ tradit definitionem, & ſi tradit ipſam, tradit vtiq; eam per mõſtrationem logicam. Quòd aũt Abunazar nõ attigerit locum iſtum, manifeſtum vtiq; per verba ſua i libro ipſius de demonſtrationibus, & ex verbis ſuis in libro Elementorum: & hoc, qm̃ in libro Elemẽtorum vſus eſt exemplis eiſdẽ, quibus vſus eſt Ari. hoc in loco, ſm ꝙ hoc eſt vnum ex ijs, quę accidunt demonſtrationibus cum definitionibus, & dixit, ꝙ hęc eſt via vniuerſalis ad extrahendas definitiones ignotas in oĩ loco, quæ ſunt ſpecies demonſtrationum, quodq; hæc via eſt, quę procedit ad monſtrationem oĩs definitionis ignotę, & non mõſtrabit illud, quod tradit hoc de ſpẽbus demonſtrationum per ſe, & illud, quod tradit ipſum per accidens, ac ſi oĩs ſpẽs demonſtrationum traderet definitiones per ſe, & hoc, quod exiſtimauimus ex libris ſuis, manifeſtum eſt in libro ipſius de Elementis. & hoc eſt, in quo diſcuſſit ſermonem ſuum: igitur propter quid eſt, & quid eſt aggregantur vtiq; aliqñ, & erit quæſitum de vtroque ipſorum res vna & eadem: cumq; fuerit quæſitum per ſignum ſi, annectitur ipſi aliqñ quæſitum per ſignum propter quid eſt, cumq; fuerit quæſitum quid eſt, annectitur qñq; propter quid eſt & quid eſt ſimul. & in hoc eſt inquiſitio multa & profunda, difficilis nimis, præterꝯ ꝙ ipſe monſtrabit in fine rei, ꝙ hoc vtique erit in eo ꝙ erit, quemadmodum diximus, ſi defectus lunę eſt obſtructio luminis Lunæ, aut non: † qm̃ nonnulli dixerunt abſq; hoc, qm̃, cùm monſtrauerunt, ꝙ ipſa remouetur per terram à lumine Solis in tempore, quo accipitur oppoſitio, erit vtiq; manifeſtum per demonſtrationem ſm hunc modum, ſi eſt, & quid eſt, & propter qd eſt: qm̃ obſtructio luminis Lunæ & defectus ipſius eſt idem, & hic eſt idem cum remotione à Sole. Et ex hoc ſermone apparet, ꝙ non videtur, ꝙ oĩs demõſtratio tradens propter quid eſt res, tradat quid eſt res, & hoc eſt diuerſum ab eo, quod dixit Ariſt. in hoc tractatu, & in alĩs locis, & præceſsit ſuper hoc, ꝙ non tradat dr̃iam inter demonſtrationem propter quid, quę tradit propter quid eſt res, & quid eſt res ſimul, et inter illud, quod tradit propter quid eſt res, & exiſtentiam ipſius tantum, ſi fuerit inter ipſa differẽtia, niſi per † ſimilitudinẽ, quam adduxerunt, & hoc non eſt intellectum ad diſtinguendum inter vtrumq; ipſorum. Iam vero tibi declaratum ſunt ex vĳs Ariſ. & ex eo, quo declarauimus ſermonem ipſius, qm̃, cùm fuerit cauſa, quæ tradit quid eſt res per demõſtrationem extra eſſentiam, illa trader eſſentiam & exiſtentiam ſimul, ſi fuerit exiſtẽtia aut eſſentia tantum, ſi fuerit exiſtentia nota per accidẽs, cũ fuerit eſſentia, aut pars eſſentiæ tantum, non trader eſſentiam, niſi per accidẽs. Et ita oportet, vt ſciatur, ꝙ demonſtratio quę tradit propter qd eſt res, aut ſi eſt, aut ꝓpter quid, & ſi eſt res ſimul per ſe & primo, ipſa vtique eſt, in qua terminus medius eſt extra eſſentiam rei, & ſi non fuerit, demonſtratio propter quid erit per accidens, qm̃ terminus medius non erit cauſa termino maiori ſubſtãtiæ ipſius & exiſtentiæ ipſius in minori, quemadmodum prædictum fuit, & manifeſtum eſt ex ſermone noſtro per opinionem Ariſt. de demonſtrationibus abſolutis. Secundum vero opinionem Abunazaris, qui nõ diſtinxit, ſiue cauſæ, quæ accipiuntur ſint termini mediĩ pars eſſentiæ, aut extra eſſentiam, ſequitur vtiq;, ꝙ ſint demonſtrationes cauſarum ſm ſermonem ipſius diuiſæ duas in partes: qm̃ quod ex ipſis fuerit termin⁹ medius extra eſſentiam, tradit definitionem, & ꝓpter qd eſt, quod autem poſitum fuerit in quid eſt res, non tradet. Sed Abunazar nõ animaduertit in hac diuiſione, neq; illud, quod opinatus fuit conſimiliter etiam, ꝙ demonſtrationes, in quibus temini mediĩ ſunt cauſæ, ita ſe habent, ꝙ per ipſas conſtituuntur res, quę ſunt demõſtrationes ſubſtantiales, & eſt res vera. † Abubacher vero Zatgi exiſtimauit, ꝙ ipſe animaduerterit hoc, & hoc, qm̃ ipſe dixit in parte expoſitionis ſuæ ſuper libro Ariſ. ꝙ Ariſt. poſuit conditiones demonſtrationibus, quas non poſuit Abunazar, qm̃ Ariſtot. conſiderat vtiq; de demonſtrationibus ex parte, qua ſunt definitiones, hoc eſt definitiones in potentia, & Abunazar cõſiderat de demonſtrationibus abſolute: ſed narrauit ſuper ipſo, ꝙ demonſtrationes, quæ non ſunt definitiones, ſunt vtiq; orationes logicæ, non demonſtrationes ſubſtantiales. Tu vero ſcire debes, ꝙ intelligens de ſcientia demonſtrationis, ipſe vtique intelligit de ſcientia definitionis, quodq; illud, quod declaratum fuit, eſt vtique ex eo, ꝙ demonſtrationes ſunt definitiones in potentia, et eſt cũ hoc libro, et oĩ illud, quod eſt i tractatu Primo, eſt vtiq; propter illud, quod declaratũ fuit in hoc tractatu. Opinio aut † filij Senæ eſt opinio mea, & hoc, qm̃ ipſi videt̃, ꝙ definitio non oſtenditur per demonſtrationem oĩno, quodq; hęc ſpecies demonſtrationis, de qua dixit Ariſ. eſt illa, quæ oſtendit demõſtrationem definitionis, non quæ eſt † ſm ꝙ videt̃, ſed eſt proxima ſpecierũ, vt oſtendat per demonſtrationem definitionem, hoc eſt magis q̃ aliæ, hoc eſt, ꝙ in ipſa ponatur conditio in potentia propinqua, non ꝙ ponatur in actu: & quaſi videtur, ꝙ ſit potentia alicuius ſpecierum propoſitionum & ſyllogiſmorum, vt tradat concluſionem aliquam, & tradat cum hoc ipſam eſſe definitionem: quodq; hoc apud ipſum eſt, ſiue fuerit termin⁹ medius definitio, aut vnum ex qnque prædicatis, hoc eſt genere, & differentia, & definitione, & duabus ſpeciebus accidentis ſubſtantialis. Et hoc totum longinquum eſt ab opinione Ariſtot. & parum de intentione ipſius. Sed reuertamur ad id, in quo eramus de expoſitione.

Digreſsio contra Abunazarẽ circa intentionem Ariſtotelis hoc in loco.

† Ab. l. Auicennæ eſt cõtra hanc opinionem,

† Ab. leg. manifeſte ẽ uerba ſonãt,

† Ab. le niſi eſt, qa aliqui dixerunt, qa qñ ſumitur huiꝰ cõmonſtratione,

† Ab. l. exẽplum, quod detulit,

Quẽadmodum enim propter quid quærimus habentes ꝙ, nonnunq̃ vero & ſimul manifeſta fiunt, ſed non prius vtiq; propter quid poſſibile eſt cognoſcere, q̃ ꝙ, manifeſtum eſt, ꝙ conſimiliter & ipſum quid erat eſſe nõ ſine ipſo ꝙ eſt. impoſſibile eſt enim ſcire quid eſt ignorantes ſi eſt: ipſum vero ſi eſt, aliqñ quidem ſm accidens habemus, aliquando aũt habẽtes aliquid ipſius rei, vt tonitrum, ꝙ ſonus eſt quidam nubium, & defectum,

ctum, ꝙ eſt priuatio quædam luminis, & homĩnem, ꝙ animal quoddã eſt, & aĩam, ꝙ eſt ipſum ſeipſum mouens. quæcunq; igitur ſecundum accidens nouimus quòd ſunt, neceſſariũ eſt, nullo modo ſe habere ad ipſum quid eſt, neq; enim ꝙ eſt ſcimus: quęrere autem quid eſt, non habentes ꝙ eſt, nihil quærere eſt. De quibuſcunq; autem habemus aliquid facilius: quare vt habemus, quòd eſt, ita nos habemus & ad ipſum quid eſt.

Dixit Ariſto. Quemadmodum. n. quærimus propter quid, habentes quia eſt, & amplius illo, quia omnia manifeſta ſunt ſimul: præterꝯ ꝙ fieri non poteſt, vt ſciatur prius propter quid eſt, anteꝯ ſciatur ſi eſt, & conſimiliter non eſt via, vt ſciatur quid eſt res, & exiſtentia ipſius per ſe, abſq; eo ꝙ ſciaẽ ſi eſt: & hoc, quoniam fieri non poteſt, vt ſciatur quid eſt res, cùm non ſciuerimus quia eſt: & intentio quia eſt prouenit vtiq; nobis aliqñ per viam accidentis, & aliqñ ex eo ꝙ habemus aliquid de re. vt in exemplo, qm̃ tonitrus eſt ſonitus quidam in nubibus, & defectus priuatio quædam luminis, & homo animal quoddam, & ꝙ anima quiddã ſeipſum mouens: igitur omnia, quæ ſciuntur ꝙ ſunt per viam accidentis, oportet nõ eſſe exiſtentia apud nos in capitulo quid eſt, qm̃ nõ nouimus ipſa per demonſtrationẽ, neq; ꝙ ipſa ſunt per exiſtentiam, et ſi quęrimus quid eſt de eo, de quo non habemus ꝙ eſt, non eſt quæſtio. De quibus vero habemus aliquid, ipſum vtiq; eſt facilius: quẽadmodũ igitur habemus ꝙ res eſt, ita ad ipſum quid eſt.

39 Vult docere ſimilitudinem, quę eſt inter demonſtrationes abſolutas, & demonſtrationes propter quid, & inter demonſtrationes, quæ tradunt eſſentiã, quaſi appareat ex hoc, ꝙ ipſæ ſint vnæ & eædem. Et cùm dixit: Quemadmodum enim quærimus propter quid eſt, habentes ꝙ, ſeu quia eſt, & amplius illo, quia omnia manifeſta ſunt ſimul. videt̃ ꝙ deficiat ſimiliter in ipſo ex hoc ſermone, & † animaduertit ipſum, quemadmodum nos quærimus vtiq; propter quid eſt, cùm habuerimus ex diſpoſitione ipſius, quia eſt, ſiamq; accidit nobis aliqñ, vt aſſequamur exiſtentiam, & propter quid eſt ſimul, ita accidet nobis in quæſtione quid eſt, hoc eſt aliqñ vt ſit apud nos res ignota et eſſentia ipſius, cumq; adducit̃ cauſa exitus ab eſſentia conſequente exiſtentiam, traduntur duæ res ſimul, & in aliqua ipſarum erit exiſtentia nota, & eẽtia ignota, & cũ adducitur cauſa exitus, traditur quòd eſt res notæ exiſtentiæ. Et cũ dixit: præterꝯ ꝙ fieri non poteſt, vt ſciaẽ prius propter quid eſt, anteꝯ ſciaẽ ſi eſt, vſq; ad id, quod dixit, ſciuerimus qa eſt. ſenſus eſt, quemadmodum nõ quærimus propter quid eſt, niſi poſteaq̃ ſciuerimus exiſtẽtiam rei, ita non quæremus cauſam quid eſt, anteq̃ ſciamus exiſtẽtiam ipſius. Atqui voluit docere per hoc, ꝙ demõſtrationes ſunt duo in modo, vnum in ſubiecto. Cũ vero dixit: & intentio ſi eſt, prouenit vtiq; nobis aliqñ per viam accidentis, & aliqñ ex eò ꝙ habemus aliquid de re. ſenſus eſt, cumq; habuerimus aliquid ignotæ exiſtentiæ, prouenit vtiq; nobis cognitio exiſtentiæ ipſius propter accidentia poſteriora ipſo. Atqui dixit hoc, ut doceat, qm̃ quemadmodum prouenit nobis exiſtentia per aliquid poſterius re, non prouenit nobis ſimul cum exiſtentia ipſius eſſentia ipſius, ſed prouenit vtiq; nobis exiſtentia rei propter aliquam cauſarum ſuarum exeuntium à ſubſtantia ipſius, ꝙ hoc eſt, cùm prouenit nobis ex hoc modo, tunc aſſequimur exiſtẽtiam & eſſentiam ſimul & ſi fuerit exiſtentia cognita, & definitio ipſius incognita, proueniet ipſi definitio propter cauſam exitus ab eſſentia ſua. intelligit autem per cauſas, quæ ſunt eſſentia rei, materiã ipſius, et formã ipſius, per cauſas exitus ab eſſentia, intelligit reliquas cauſas, ex quibus ſequitur eſſentia. Deinde cœpit exempli gratia loqui de rebus notæ exiſtentiæ apud nos ex rebus poſterioribus, & dixit, vt in exemplo, qm̃ tonitrus eſt ſonitus quidam in nubibus, vſq; ad id, quod dixit, ſeipſum mouens. ſenſus eſt, exemplum eius, quod habemus in tempore exiſtentiæ ipſius, non in cauſa ſubſtantiali ipſius, eſt cognitio noſtra de exiſtentia: tonitrus, propter ſonitum, q audiitur in nubibus, & defectus, propter ablationem luminis ipſius, & animæ propterea ꝙ eſt mouens ſeipſum, & hoĩs, qm̃ eſt aĩal. Deinde dixit: igit̃ omnia, quæ ſciuntur, ꝙ ſunt per viam accidentis, oportet nõ eſſe exiſtentia apud nos in capitulo quid eſt, qm̃ non nouimus ipſa per demonſtrationem, neq; ꝙ ipſa ſunt per exiſtẽtiam, ſenſus eſt, igitur de oĩbus rebus iſtis, quarum cõmemorauimus exempla, cũ nouerimus ex diſpoſitione ipſarũ, ꝙ ipſæ ſunt propter res poſteriores, ſequit̃ vtiq;, ꝙ non ſciamus propter res iſtas poſteriores, & quid ſint. Poſtea adduxit cauſam in hoc, & dixit: qm̃ non nouimus per demonſtrationem. hoc eſt per cauſam ipſius nõ nouimus exiſtentiam ipſius in veritate: cumq; non nouerit per res poſteriores exiſtentiam rei, qũo ſciet eſſentiã ipſius? Deinde dixit: etſi quærimus qd eſt de eo, de quo nõ habemus ꝙ ſit, nõ eſt quæſtio. ſenſus eſt, & ſi quæremus ſcientiam quid eſt de eo, quod non eſt apud nos in veritate exiſtens, qm̃ non nouimus exiſtentiã ipſius per cauſam ipſius, videtur ꝙ non ſit quæſtio. Deinde dixit: de quibus vero habemus aliquid, ipſum vtiq; eſt facilius. ſenſus eſt, ꝙ in ĩs, quorum ignoratur eſſentia, cũ habuerimus aliquam cauſarum notæ exiſtẽtiæ, erit progreſſus ab hac cauſa ad cognitionẽ quid eſt facilior, q̃ progreſſus ad cognitionem notificantem eſſentiã ipſius, cũ nõ habuerimus cognitionem ipſorum ex rebus poſterioribus. Atqui dixit: facilius, qm̃ ipſe vtiq; procedet ad cognitionem priorem ex poſterioribus per accidens, ſed propinquum nimis. Et cũ dixit: quemadmodum vtitur habemus ꝙ res eſt, ita in capitulo quid eſt. ſenſus eſt, proceſſus noſter ad cognoſcẽdum eſſentiam ipſius in facilitate & difficultate eſt, quemadmodum illud, quod habemus de ſcięntia rei, & ſi habuerim⁹ ſciam exiſtentiæ ex intentione accidentium, erit proceſſus noſter durus & difficilis, & ſi habuerimus ex cognitione rei notificãte aliquam cauſarũ, erit proceſſus noſter ad cognitionem eſſentiæ facilis. & ſtelligit per facile illud, quod prouenit per ſubſtantiam, & per contrarium eius illud, quod prouenit per accidens.

* Ab. l. veriſimile
† Ab. le ſnia a⁹ hæc eſt,

60 Quorum habemus aliquid ipſius qd eſt, ſit primũ quidẽ ſic. defectus in quo A, Luna in quo C, obſtructio terre in quo B: vtrũ igit̃ deficit, aut non? quęrere eſt, an B ſit, aut nõ: hoc autẽ nihil differt quærere, q̃ ſi eſt ratio ipſius, & ſi ſit hoc, & illud dicimus eſſe.

Dixit Ari. De ĩs vero, quorum habemus aliquid ipſius quid eſt, erit primo ſic, ſit aũt

defectus in quo A, Luna i quo C, obstructio terræ in quo B, & quæstio an suscipiat defectum, aut non, est quæstio de intentione B si est, aut non est: & inter quæstionem de hoc & inter quæstionem si habet causam, non est differentia, & si fuerit hoc existens, dicemus vtiq; ꝙ consimiliter etiam hoc erit.

Hoc est exemplum demonstrationis, quæ tradit essentiam, & existẽtiam simul, aut tradit essentiam absq; existentia, cũ fuerit existentia nota per rẽ posteriorem, qm̃ terminus medius est causa essentiæ. Et dixit: de ijs vero, quorum habemus aliquid ipsius quid est. sensus est, res, quarum existentiam assequimur propter aliqd, † Ab. le sed sũt not ores ipsarũ quidditate, sunt de substantia illarum rerũ, † nisi ꝙ exeunt de essentia ipsarum, hoc est propter terminum medium, qui est ex causa illarum rerum, vt in exemplo, si quæramus an defectus insit Lunæ, & mõstretur, ꝙ defectus ineſt Lunæ propter constitutionem terræ inter Solem, & inter ipsam, defectus in hoc exẽplo est extremitas maior ex syllogismo: & est, cuius loco accepit A, & Luna est terminus minor, & est, cuius loco accepit C, & obstructio terræ, cuius loco accepit literam B, hoc est terminus medius, qui est causa. Deinde dixit: & quæstio, an suscipiat defectum, aut non, est quæstio de intentione B si est, aut non est. sensus est, & quæstio, an Lunæ insit defectus, aut non insit, est quæstio de B, qui est terminus medius, & est, an eam obstruat terra à Sole, aut non, qm̃ cum monstratum fuerit, ꝙ terra obstruit, monstratũ erit, ꝙ defectus ineſt ipsi, cumq; monstratum fuerit, ꝙ ipsa nõ obstruit, monstratum erit, ꝙ ipsi nõ ineſt defectus, & hoc, cũ monstratum fuerit, ꝙ lumen ipsius est à Sole. Et cũ dixit: & inter quæstionem de hoc, et inter quæstionem si habet causam, non est differentia, & si est hoc, dicemus consimiliter etiam, ꝙ hoc est. sensus est, & inter quæstionem nr̃am de hoc & consimilem & inter quæstionem an hoc sit causa huius, aut non, nõ est differẽtia, & si fuerit causa existens, erit ipsum existẽs, & si non erit causa existens, non erit ipsum existens. vt in exemplo, si quæramus, an Luna deficit, non est differentia inter ipsum & inter quæstionem nostram, an insit Lunæ causa, ex qua sequatur defectus. Et cũ dixit: & si fuerit hoc existens, dicemus vtiq;, ꝙ hoc consimiliter etiam erit. sensus est, atqui potentia duarum quæstionum erit potentia una, qm̃, cum fuerit causa rei existẽs, sequitur vtiq;, ꝙ sit res existens. & hoc planum, ꝙ qui non sentit defectum oĩno, proueniet illi ex hac demonstratione definitio defectus per causam ipsius: & hoc, qm̃ essentia defectus ignota est ſm naturam. nonnulli enim dixerunt, ꝙ Luna obscuratur, ꝙ ipsa conuertit faciem suam illuminatam sursum: vsq; ad aliud ab hoc ex eo quod dixit: & hæc demonstratio est, quæ exhibet essentiam ſm ueritatem, hoc est ꝙ est separatio luminis Solis ab ipsa. & hæc spes definitionũ est perfectissima ipsarũ, hoc est, p quam monstrat causa, & hęc est, quam vocauit Arist. demonstrationem variatã positione.

Aut vtrius contradictionis est ratio, vtrũ habendi duos rectos, aut nõ habendi? quando autem inuenerimus simul ipsum ꝙ, & ipsum propter quid nouimus, si per media sit: si aũt non, ipsum ꝙ nouimus, propter quid vero non. sit igitur Luna C, defectus A in plenilunio vmbram non posse facere, nullo inter nos existẽte manifesto, in quo B. si igitur ipsi C ineſt B: quod est, non posse vmbram facere cũ nullus nostrum in medio sit, huic autem ipsum A quod est deficere, ꝙ quidẽ defi cit, planum, propter quid autem, nõdum, & ꝙ quidem defectus est, nouimus, quid vero est, nõ nouimus: cùm autem planum fuerit, ꝙ A ipsi C ineſt, sed propter quid ineſt, quærere ipsum B quidem est, vtrum obstructio, aut conuersio Lunæ, aut extinctio luminis: hoc autem est ratio alterius extremi, vt i his ipsius A, est enim defectus † obiectio terræ, † Al. l. obstructio luminis. quid est tonitrus? ignis extinctio in nube, propter quid tonat? eò ꝙ extinguitur ignis in nube. sit nubes C, tonitrus A, extinctio ignis B: ipsi vtiq; C nubi ineſt B, extinguitur enim in ipsa ignis, huic autem A sonus, & est B vtique ratio ipsius A primi extremi, si vero rursus huius aliud medium sit, ex reliquis erit rationibus.

Dixit Arist. Aut vtrius contradictoriorũ est causa, an neq; habeat duos angulos rectos, aut ꝙ non habeat? cumq; constituerimus, ꝙ est, simul vtique notum erit propter quid est, si fuerit existentia ipsius p terminũ mediũ, si aũt non fuerit, nos vtiq; sciemus ꝙ est, propter quid autem non. sit Luna C, defectus A, & sit nobis, cũ fuerit in oppositione, non est possibile, vt fiat vmbra, qm̃ non est inter nos & iter ipsam aliquid, in quo littera B, & si B ineſt ipsi C, hoc est, ꝙ fieri non potest, vt fiat vmbra ex eò, ꝙ non est inter nos & inter ipsam aliquid mediũ. & A huic, hoc est, ꝙ ipsa deficit: si igit defecit, est vtiq; notum, si vero non defecit, non est notum adhuc, & si defectus est, nouit, quid vero defectus sit, nõ nouit, & ꝙ A insit C notum, sed quæsitum propter quid existit, quærere est ipsum B quid est, an ne sit obstipatio, an conuersio Lunæ, aut extinctio: hoc autem est locus vnius duarum extremitatũ. Exemplum in his ipsius A: & hoc, qm̃ si est defectus obstructio à terra, quid est tonitrus? extinctio ignis, qui est in nubib⁹, propter quid tonat? qm̃ ignis extinguitur in nubibus. sit nubes C, tonitrus A, extinctio ignis B: & B ineſt C, hoc est nubibus. & hoc, qm̃ iam extinguitur ignis in ipsis, & A quod est strepitus, ineſt istis, & B est ratio ipsius A, quod est extremitas prima: & si inerit huic consist etiã medium alterę, hoc vtiq; erit ex reliquis rõnibus.

Dixit: Aut vtrius contradictoriorum est causa, vsq; ad id quod dixit, aut ꝙ non habeat? sensus est, si quæremus existentiam, quæremus per ipsam vnã partium contradictionis, & erit quæstio nostra de vna partium contradictionis, quæstio de causa ipsius, cũ quæremus inexistentiam vnius partium cõtradictionis rei alicui, quęremus vtiq;, si in hoc est causa, ex qua sequatur vna partium istius contradictionis, aut non sequatur. vt in exemplo, cùm quærimus in arte Geometriæ, an anguli trianguli 41

trianguli sint æquales duobus rectis, an non sint æquales, quærimus vtiq; an in triangulo sit causa, aut non sit in ipso causa. Et cũ dixit: cumq; constituerimus, ꝙ est, simul vtiq; notum erit propter quid est, si fuerit existentia ipsius per terminũ medium. sensus est, cumq; constituerimus, ꝙ duo anguli æquales duobus rectis insunt triangulo, propterea ꝙ causa huius ineſt ipsi, nos vtiq; sciemus cum eo ꝙ ineſt, propter quid ineſt, cũ cognitio nostra fuerit de existentia termini medĩ, qui est causa, non de termino medio, qui est aliquod accidentiũ. Atqui voluit per hoc totum docere, ꝙ demonstrationes, quę exhibent existentiam & causam simul, sunt definitiones in potentia propinqua, aut in actu: & hoc, qm̃, cũ quis steterit super existentia rei propter causam substantiæ appropriatam, iam utiq; assequetur definitionẽ ipsius in potẽtia, non cũ cognouerit causam consequentem ex substantia rei, erit substãtia nota in potẽtia propinqua. Et propter hoc posuit conditionem Arist. in demõstrationibus absolutis de eo, de quo existimatur, ꝙ conditio ipsius non sit necessaria, in eo ꝙ demõstratio est demonstratio, sed in eo ꝙ ipsa est demonstratio perfecta ſm modum excellentẽ. Sed iam declarauimus hoc totum in expositione prioris tractatus istius libri, qm̃ causa demonstrationis est vtiq; causa definitionis de re, quæ ostenditur per demõstrationem. Et posteaq̃ adduxit exemplum demonstrationum, quę tradunt essentialia & definitionem, vult adducere exemplum de signis, quæ tradunt existentiam tantum, & dixit: sit Luna C, defectus A. sensus est, & accipiamus loco Lunę, quæ est subiectum quęsiti in hoc exemplo, literam C, et accipiatur loco defectus, qui est prædicatum quæsiti in hoc exemplo, literam A, & ponamus hoc ꝙ ignoretur defectum ineſſe Lunæ, & si fuerit nota existentia p sensum, qm̃ hoc non est mirum per exemplum. Postea dixit: & sit nobis, cũ fuerit in oppositione, non est possibile, vt fiat vmbra, ex eo ꝙ non est iter nos & inter ipsam aliquid, in quo littera B. sensus est, & erit terminus medius posterior defectu, per quem monstratur defectum ineſſe Lunæ, qm̃ cùm fuerit in oppositione, † non innouabitur colligenti vmbra, & non est inter nos & inter ipsam † obturamentum, & erit terminus iste medius, in quo B. Deinde dixit: & si B ineſt C, hoc est, ꝙ fieri nõ potest, vt fiat vmbra ex eo, ꝙ nõ est inter nos, & inter ipsam aliquid mediũ: & A huic, hoc est, ꝙ ipsa deficit. | sensus est, & si fuerit illud, quod significat B, quod est, vmbram non ineſſe Lunæ, & est, qm̃ non est inter nos & inter ipsam aliquid, & quod est defectus, prędicabit de hac re, hoc est, ꝙ sit Luna cum dispositione, qua in oppositione non ineſt cõparãti vmbra, & hoc, ꝙ nõ est inter nos & inter ipsam offendiculum. ita vt complicet syllb̃ sic, Luna est in parte oppositionis, & non est comparanti stanti supra terram: & hoc, qm̃ non est inter ipsam et inter comparãtem in offendiculum, hoc est nubes, aut aliud, cũ autem fuerit cũ hac dispositione obturaĩ, concludetur ex hoc, ꝙ Luna deficit. Et hoc est, quod significauit, cũ dixit: & A huic, hoc est, ꝙ ipsa deficit. sensus est, & sequit̃ ex hoc, hoc est ex hoc termino medio, quod est priuatio vmbræ comparanti in oppositione, eo ꝙ non est impedimentũ inter ipsum & inter Solem, ꝙ A ineſt ipsi C, hoc est, ꝙ defectus ineſt Lunæ. Deinde dixit: & si defecit, est vtiq; notum, & si non defecit, non est notum adhuc. sensus est, si Luna deficit, est vtique notum ex hoc termino medio, propter quid autẽ deficit, non nouit ex hoc termino medio. Deinde dixit: & si defectus est, nouit, quid est autem nõ nouit. sensus est, & propterea erit cognoscens ex hoc termino medio, ꝙ defectus est, & nõ nouit, quid est defectus: qm̃ demonstratio, quę non tradit propter quid est, tradit quid est. Deinde dixit: & ꝙ A insit C notum, sed quæsitum propter quid existit, quærere est ipsum B quid est, an ne sit obstipatio, an cõuersio Lunæ, an extinctio. sensus est, & A ineſſe C, propter istũ terminum mediũ: hoc est, defectum ineſſe Lunæ, sed in eo, quo prouenit existentia per huiusmodi terminum medium: hoc est, quæsuo ꝓpter quid deficit, & quæstio si deficit ipsa, est, vt quærat, quid est terminus medius, qui est causa defectus. & hoc est, quod accepimus loco literæ B, & hoc, cũ quęrimus, si causa defectus, quæ est separatio luminis Lunæ in tempore oppositionis, est constitutio terræ inter Solem & Lunam, aut conuersio facierum Lunę illuminatarum sursum, & faciei suæ obscuræ ad latus nostrum, & si possibile est, vt extinguatur lumen ipsius in nube. & hoc, quod dixerũt de dispositione defectus, est quæsitum ſm naturam, sed defectus est notæ existentiæ per se. Dixit autem hoc, vt doceat, ꝙ non consistit ex re posteriore super substantia & essentia, quodq; in huiusmodi demonstrationibus, hoc est, in quibus terminus medĩ sunt res posteriores maiore extremitate, nõ sunt termini medĩ in potentia, neq; in actu. et hoc manifestum ex eo, ꝙ quæstio causæ superest eousq;, quemadmodũ derelinquitur in rebus notis existentia per se in re ſm veritatem de defectu, qm̃ ipse scitur esse per sensum, & ignoratur causa ipsius. Cũ vero dixit: hoc autẽ est locus vnius duarum extremitatũ. sensus est, & huiusmodi termini medĩ sunt definitio maioris extremitatis in potentia. Cũ vero dixit: exemplum in his ipsius A. intelligit per ipsum A, defectũ, qui est extremitas maior: & hoc, qm̃ definitio defectus in potẽtia, quemadmodum dixit, est, ꝙ posuit in hac demonstratione terminũ medium, hoc est obstipationem Lunæ à Sole per terram, aut extinctionis luminis ipsius, aut conuersionẽ ipsius, aut illud, quod contingit vt monstretur ex hoc, & ad appropinquationem naturæ causæ ex natura essentiæ rei iam existimatur, ꝙ causa est maior per se. Atqui accidet hoc, cũ fuerit terminus medius oratio, cũ vero nõ fuerit oratio, non accidet hoc, sed erit definitio perfecta qd est essentia istius rei cum causa, quæ tradit essentiã. Et propterea inuenitur Abunazar existimasse, ꝙ demonstrationes, quæ tradunt definitiones, sunt quę tradunt de rebus, quæ habent binas definitiones, quarum vna est prior altera. & ſm hoc inuenimus ipsum vsum vtiq; fuisse talibus istis eisdem exemplis Arist. in libro suo de Demonstratione: & hoc totum est causa, vt priuet assecutione opinionis Arist. & propterea, quod inuenimus ipsum dixisse ex definitionibus, est, ꝙ ostenditur per demonstrationem vna partium suarum p alteram, hoc est, quemadmodum genus per differẽtiam: & talia non sunt demõstrationes, nedum ꝙ tradant essentiam, iam vero præcessit hoc ex sermone nostro. Et, cũ dixit: quid est tonitrus? extinctio ignis, qui est in nubibus: propter quid tonat? qm̃ ignis extinguit̃ in nubibus, hoc est exemplum vnum, p quod monstrat, ꝙ spes demonstrationum, quæ exhibet causam, est, quæ exhibet definitiones. & hoc, qm̃ cùm dicimus, propter quid tonitrus est in nubibus? qm̃ ignis extinguitur in ipsis, dicimus, qd est tonitrus? sonitus extinctionis ignis in nubibus. Et cũ dixit: sit nubes C, & tonitrus A, & extinctio ignis B. sensus est, & accipiamus loco nubium, quę est extremitas minor in hoc exemplo, literam C, & accipiamus loco termini medĩ, qui est extinctio ignis, literam B, & accipiamus loco maioris extremitatis, quæ est tonitrus, aut oratio exponens nomen tonitrus, literam A. Deinde dixit: & B ineſt C. sensus est, & erit extinctio ignis in existens nubibus. hoc est, complicabitur syllogismus ita, & dicemus, ꝙ in nubibus est quod extinguitur, & illud, in quo extinguitur ignis, est sonitus, concluditur itaq; ex hoc, ꝙ in nubibus est sonitus propter illud, quod extinguit̃ in ipsis, & hoc est definitio perfecta tonitrus.

† Ab. l. non ut vmbrario vmbra, † Ab. l. obiiciens aliqd.

* Ab. l. vmbraculo

Et hoc

Et hoc est, quod significauit, cū dixit & a, quod est stre
pitus, ineſt iſtis, hoc est, ꝙ cōcluditur ex hoc, ꝙ ſonitus
ineſt nubibus per medium extinctionis ignis in ipſis.
Scire autē debes, ꝙ demonſtrationes tradentes cām &
exiſtentiam, hoc eſt in quæſitis compoſitis, erunt vtiq;
in accidentibus ſubſtātialibus: et ſunt magna pars quę-
ſitorū, de quibus conſiderant artes ſpeculatiuæ, & pro-
pterea, cùm quęſuit exiſtentiam accidentis alicuius in
ſubiecto aliquo, accepit loco nominis ſui, declarationē,
ꝙ hoc nomen apparet in hac declaratione ex neceſsita-
te ſubiectum accidentis, qm̄ ipſe procederet ab hoc ſubie
cto proceſſu differentiæ: cumq; acceperit hoc ſubiectū
extremitatem minorem, & illud, quod procedit ab ip-
ſo proceſſu generis, hoc eſt ab hoc accidente, extremi-
tatem maiorem, acciperēt terminus medius cauſa con-
ſequens exiſtentiam maioris extremitatis in minore,
& ꝓueniet ex neceſsitate definitio iſtius accidentis ſm
perfectionem. vt in exemplo, cū acceperimus loco mi-
noris tonitrum, ꝙ eſt ſonitus in nubibus: deinde com-
plicamus ſyllm̄, & dicimus, in nubibus eſt ignis & ven
tus cōuerſiuus, cumq; fuerit in ipſis hoc, erit in ipſis ſo
nitus: concluditur ex hoc, ꝙ in nubibus eſt ſonitus pro-
pter extinctionem ignis, quæ eſt in ipſis: & ita accidet,
ꝙ erit manifeſta exiſtentia, & ignota cauſa de intentio-
ne tonitrus ſm veritatem, qm̄ nota erit exiſtentia, igno
ta eſſentia: hoſes. n. dixerunt de ipſo res multas. hoc eſt,
quia notum eſt ex intentione tonitrus, ꝙ eſt ſonitus in
nubibus, ſed ignotum, quid eſt hoc totum † demonſtra-
tionibus ſcientiæ Naturalis, quarum multę ſunt ex hac
ſecta. hoc eſt, ꝙ magna pars accidentium, quæ ſunt in
corporibus naturalibus, eſt notæ exiſtentiæ, ſed quęri-
tur cauſa exiſtentiæ ipſorum, & ex hoc ſtatur ſuper de-
finitionibus ipſorum. Et cū dixit: & ſi inerit huic conſi-
militer etiam medium alterum, hoc vtiq; erit ex reliqs
rationibus. ſenſus eſt, & ſi habuerit terminus medius,
qui eſt perfectio definitionis extremitatis maioris, cau
ſam priorem ipſo, erit cauſa illa ex perfectione defini-
tionis ipſius, hoc eſt extremitatis maioris. Et cū dixit:
hoc vtiq; erit ex reliquis rationibus. hoc eſt, ex ration-
bus, quæ derelinquūtur ex definitione ipſius perfecta,
& non ſunt perfectę: cumq; non ſuperfuerit nomen cau
ſæ, iam perfecta erit definitio, & non nomē rei erit pars
ex hac definitione.

* Ab. le. ſuſ-
tans.

† Ab. leg & maior pars demſtrationū philoſophiæ naturalis eſt huiꝰ portio-nis.

Qualiter igitur accipitur ipſum quid eſt,
& ſit notum, dictum eſt. Quare ſyllogiſmus
quidem ipſius quid eſt non fit, neq; demon
ſtratio, planum eſt tamen per ſyllogiſmum
& per demonſtrationem: quare neque ſine
demonſtratione eſt cognoſcere ipſum quid
eſt, cuius eſt cauſa alia, neq; eſt demōſtratio
ipſius, quemadmodum & i dubitationibus
diximus. Eſt autem horum quidem altera
quædam cauſa, illorum vero non eſt: quare
planum, ꝙ & ipſorum quid eſt alia quidem
immediata & principia ſunt, quæ & eſſe &
qd eſt ſupponi oportet, aut alio modo mani
feſta facere, quod Arithmeticus facit, eteni
quid eſt vnitatem ſupponit, & quòd eſt.

Dixit Ariſt. Qualiter igitur inuenitur in-
tentio quiſt eſt, & ſit nota, iam vtiq; defini-
uimus: igitur ſyllogiſmus quidem de qd eſt
non erit, neq; demonſtratio conſimiliter ēt,
præterq; ꝙ manifeſta vtiq; fit illa per ſyllm̄
& demonſtrationem: & propterea non eſt
via vt ſciamus intentionem quid eſt res de
ijs, quorum eſt altera cauſa ſine demonſtra-
tione, neq; conſimiliter etiam inuenitur per
demonſtrationem per ſe, quemadmodum
præmiſimus in dubitationibus noſtris. Iam
vero inuenitur quorundā cauſa, quæ eſt ali-
quid aliud, quorundam vero nō inuenitur:
manifeſtum igitur, ꝙ rerū conſimiliter erūt,
quæ habent quid eſt, nonnullæ non habent
medium, & hæ ſunt principia, & has vtique
oportet ponere poſitione ꝙ ſunt, & quid
ſunt, aut apparet manifeſtum hoc per mo-
dum alium: & hoc eſt illud, qd̄ nouit Arith-
meticus, et hoc, quoniam ponit poſitionem
quòd vnitas eſt & quid eſt.

42 Dixit: Qualiter igitur inuenitur intentio quid eſt, &
fit nota, iam vtiq; definiuimus. ſenſus eſt, ſed qūo ſtat
ſuper definitione rei, & fit non per demonſtrationem
apud nos, poſtea ꝙ fuerit ignota, tā vtiq; definiuimus.
per hoc innuit has cauſas demonſtrationum, quæ ſunt
definitiones in potentia propinqua, & hę ſunt rerū quę
ſunt eſſentiales, cauſæ conſequentes ipſas. Cū vero di-
xit: igitur ſyllš quidem de quid eſt nō erit, neq; demon-
ſtratio conſimiliter etiam. ſenſus eſt, qm̄ cùm definiue
rimus, ꝙ non erit ſyllš ſuper definitione, hoc eſt, ꝙ non
inuenietur demonſtratio tradens definitionem in eo ꝙ
eſt definitio, abſq; eo, ꝙ varietur ordo poſitionis ſuę: &
hoc, qm̄ iam declaratum fuit, ꝙ, cùm poſuerimus, ꝙ in
propoſitionibus ſunt definitiones, non concluditur ex
ipſis definitio, ſed erit hoc petitio, planum vtiq; ꝙ de-
monſtrationes in eo ꝙ ſunt ſyllogiſmi, non concludunt
definitionem, qm̄ non eſt inter definitionem & defini-
tum medium ſm naturā, quod ſit definitio, ex qua con-
cludatur definitionem ineſſe definito, ſed accidet qui-
buſdam ſyllogiſmis demonſtratiuis, vt intelligatur ex
ipſis definitio, & hæ ſunt demonſtrationes, quæ perfi-
ciuntur ex conditionibus ipſorū & diſpoſitionibus ip-
ſarum: & hoc, qm̄ demonſtratio, quæ tradit, ꝙ partes
eius, quod ſignificat nomen rei, inſunt ſibīnuicem pro-
pter cauſam extra ipſum, iam utique tradit exiſtentiam
iſtius rei & definitionem ipſius: ſed hoc eſt in potentia
propiqua. hoc eſt, qm̄ tradit ſyllš, ꝙ vna partium eius,
quod ſignificat nomen, ineſt alteri per cauſam ſuam, ſe-
quitur ex hoc, vt ſit definitio rei cognita per cām ſuam.
& propterea erit aggregatum ex hoc perfectiſsima de-
finitionum, & ſm hoc oportet, vt intelligat oratio Ari.
in hoc loco. Et propterea dixit in hoc loco: prēterquā ꝙ
manifeſta vtiq; fit illa per ſyllm̄. ſenſus eſt, ꝙ ſyllš de-
monſtratiuus non tradet definitionem in eo ꝙ ſyllš, igi
tur definitio prouenit nobis manifeſta ex ipſo, poſteaq;
fuerit ignota, quemadmodum demonſtrationes cauſæ
tradunt cauſam. Et cùm dixit & propterea non eſt via,
qua ſciamus intentionem quid eſt res de ijs, quorum eſt
altera cauſa, ſine demonſtratione. ſenſus eſt, ſed defini-
tio ignota apparet ex demonſtratione, quę exhibet cau
ſam eſſentiæ in eo ꝙ habet cām. hoc eſt, non fiunt ma-
nifeſtæ definitiones talium, niſi per modum aliquē, hoc
eſt, niſi per demonſtrationem. quemadmodum demon
ſtratio de definito defectus non ſcitur in æternum, niſi
per demonſtrationem, in qua medius terminus ſit cau-
ſa conferens ipſi. Atqui non eſt hæc cauſa ipſius, niſi ef-
ficiēs de aliquibus, & finalis de oībus, forma aūt & ma
teria ſunt illæ, quæ conſtituunt eſſentiam: & ſunt illæ,
quę oſtenduntur per demonſtrationem per cauſam. Et
cū dixit: neq; conſiſt etiam inueniē per demonſtrationē
per ſe,

per ſe, quemadmodum præmiſimus in dubitationibus
noſtris. ſenſus eſt, neq; fieri poteſt, vt inueniat demon
ſtratio ſuper definitione per ſe, quemadmodum decla-
ratum fuit hoc ex ſermonibus, qui præceſſerunt ſup du
bitationibus in hac re: & hoc, qm̄ ſermones præcedētes
iudicauerunt ꝙ definitio ſi ſcitur, aut ſcitur per demon
ſtrationem, aut non ſcitur: cumq; declaratum fuerit, ꝙ
non ſcitur per demonſtrationē, ſequitur falſum vnum,
ꝙ nō ſciat definitio. & fuit hoc dubium 1 eo, ꝙ docet, ꝙ
definitio ſcitur per demonſtrationem ex parte, & non
ſcitur ex parte, & conſtituit demonſtrationem ſuper du
bio duorum laterum, & reſoluit dubium prius, & addu
xit quæſtionem 1 hoc quæſto ſm perfectionem. Et de-
bes ſcire, ꝙ, cū fuerint hic definitiones, quæ nō poſſunt
fieri manifeſtæ ex demonſtrationibus, niſi per accidēs
& per intentionem longinquam, qm̄ non habēt cauſas
ex quibus ſequantur eſſentiæ ipſarum, ſi fuerint, præ-
terq; ꝙ nō ſunt notæ apud nos, viſum eſt Ariſtoteli, ꝙ
ex pfectione artis definitiuę eſt, vt tradat locos, ex qui-
bus progrediuntur propoſitiones, quę tradunt, ꝙ defi-
nitio eſt prædicatum de ſubiecto, & enumerauit locos
illos in libro Dialecticę vſt, hoc eſt locos vſes in hac in-
tentione ad extrahendas definitiones dialecticas & de-
monſtratiuas, ad colligendum ex hoc locos demōſtra-
tiuos, et appropriauit ipſis librum Dialectices, qm̄ ſunt
† demonſtratiui ſermocinātes: hoc eſt ex arte ſermonis.
Et poſteaq; declarauit, ꝙ definitiones ſciuntur vtiq; ex
demonſtratione, qm̄ definitiones rerum ſunt ipſis cau-
ſa extra ſubſtantiā ipſorū, vult, ꝙ nonnullorū inueniunt
cauſæ cū hac diſpoſitione, & nonnullorū non inueniunt
cauſæ cum hac diſpōne, & dixit: Iam vero inueniē quo-
rundam cauſa, quæ eſt aliquid aliud. Et poſteaq; enun-
tiauit, ꝙ rerum ſunt duę ſpecies, quædam eſt ſpecies re-
rum; quarum eſt cauſa, & eſt ea, quę mōſtrat definitio-
nes ipſarū per demōſtrationes conſtitutas ſuper ipſis: alte-
ra vero eſt rerum, quarum non eſt cauſa, enuntiauit, ꝙ
ſequitur ex hoc, ꝙ quarumdam rerū, quarum ſunt defi
nitiones, non conſtituitur demōſtratio, & intelligit de-
finitiones, quæ non fiunt euidentes ex ipſa, qm̄ non ha-
bent terminum mediū, qui eſt cauſa extrinſeca, quodq;
definitiones iſtæ ſunt per ſe notæ. Et dixit: manifeſtum
igitur ꝙ rerum conſimiliter etiam, quæ habēt quid eſt,
nonnullæ non habent mediū, & hæ ſunt principia. ſen
ſus eſt, planum itaq;, ꝙ aliquorum, quæ habent defini-
tiones, non habēt medium, ſed definitiones ipſorū ſunt
notæ per ſe, aut ponuntur in notis, ſi fuerint cauſę ipſo-
rum notæ in arte alia, & propterea poſuit ipſam artifex
poſitionem, hoc eſt poſuit exiſtētiam ipſius. Et hoc eſt,
quod ſignificauit, cùm dixit: & has vtique oportet po-
nere poſitione, quòd ſunt, & quid ſunt. hoc eſt, & hæc
ſunt, quemadmodum definitio pūcti in Geometria, &
vnitatis in numero. Cumq; ita ſe habuerint iſtę duę ſpe
cies, ꝙ ex ipſis aliquæ ſunt notæ exiſtentiæ, & ex ipſis
aliquæ indigent monſtratione, dixit: aut apparet mani
feſtum hoc per modum alium, & hoc eſt illud, quod no
uit Arithmeticus. ſenſus eſt, & ſi fuerit exiſtētia ipſo-
rum ignota, oportet vt monſtretur exiſtentia ipſorum
per ſcientiam alteram ſm modum, quo facit artifex nu
meri de exiſtentia vnitatis & definitione ipſius. Dein-
de dixit: & hoc, qm̄ ponit poſitionē, ꝙ vnitas eſt, & qd
eſt, hoc eſt, ꝙ artifex ſcīæ Numeri ſuſcipit exiſtentiam
vnitatis & definitionem ipſius ſimul, & ponit hoc.

† Ab. le. demōſtratiōes logicæ, dico ex arte logices.

Habentium autem medium, & quorum
eſt aliqua altera cauſa ſubſtantiæ, eſt per de-
monſtrationē, quēadmodū diximus, oſten-
dere non ipſum quid eſt demonſtrantes.

Dixit Ariſto. Eorū vero, quę habent me-
dia: & in quibus eſt de ſubſtātia quid eſt res
alia, iam vtiq; ſcītur & apparet per demon-
ſtrationem, quēadmodū diximus, qm̄ nos
vtiq; non oſtendimus intētionem quid eſt.

43 Hoc quod dixit, intelligitur ex precedentibus. quod
eſt, qm̄ eorum, quæ nabēt cauſas exeuntes ab ipſis, hoc
eſt, quoꝝ eſſentiæ inueniē cauſa, iam vtiq; ſciuntur defi
nitiones ipſorum, & manifeſtæ fiunt ex demonſtratio-
nibus, quæ efficiuntur ſuper ipſis ex illis cauſis: qm̄ de-
monſtratio tradit definitionem in eo ꝙ eſt ſyllš demon
ſtratiuus, & hoc eſt, quod voluit, cū dixit: quoniam nos
vtiq; non oſtendimus intentionem quid eſt.

Definitio autem, qm̄ eſt oratio ipſius quid
eſt, manifeſtum eſt, ꝙ aliqua quidē erit ora-
tio quid ſignificat nomen, aut oratio altera
nominalis. vt quid ſignificat quid eſt ſm ꝙ
triangulus, cuius habentes ꝙ eſt, quærimus
propter quid eſt, difficile eſt autem ita acci-
pere, quæ non nouimus ꝙ ſunt, cauſa vero
dicta eſt prius difficultatis, qm̄ neq; ſi ſunt,
aut non, nouimus, niſi ſecundum accidens.

Dixit Ariſ. De definitione vero diximus,
qm̄ eſt oratio quid eſt, planum vtiq;, ꝙ vna
eſt hæc, quæ dicit, quid ſignificat nomē, aut
oratio intrans in capitulum ſignificationis
noīs. vt in exemplo huius, quid ſignificat,
quid eſt triangulus iſte, qm̄ in eo ꝙ habueri-
mus, ꝙ ipſe eſt, quæremus propter quid eſt.
& hoc, quoniam difficile eſt, vt accipiamus
ea, de quibus non nouimus, ſi ſunt. cauſam
vero difficultatis iam narrauimus in præce-
dentibus, quoniam non nouimus ſi eſt, aut
non per Deum, niſi ſecundum accidens.

43 Dixit: De definitione vero diximus, qm̄ eſt oratio
quid eſt. ſenſus eſt, & definitio definitionis eſt oratio
ſignificans ſuper eſſentia rei. Et poſteaq; poſuit defini-
tionē, cœpit diſtinguere ſpecies, in quas diuidit nomen
definitionis, & dixit: planum vtiq;, ꝙ non eſt hæc, quę
dicit, quid ſignificat nomen. ſenſus eſt, & vnā oratio-
num, ſuper quibus dimittit nomē definitionis, eſt ora-
tio declarans ſignificationem noīs, & erit de rebꝰ igno-
tæ exiſtētiæ. quemadmodum ſi dicatur, quid ſignificat
nomen vacui, & nomen naturæ, & dicatur, ꝙ vacuum
ſignificat locum, in quo non eſt corpus, & ꝙ nomē na-
turæ ſignificat principium corporum, quę mouētur, &
quieſcunt per ſe, abſq; eo ꝙ habeamus de vacuo ſi eſt,
aut non eſt. & manifeſtum ꝙ potentia ſignificationis
iſtorum, eſt potēria noīs, ſed definitiones iſtę ſunt, quæ
ponunt principium inquiſitionis de exiſtentia in eo ꝙ
ſunt eſſentiales res iſtæ cauſæ, quemadmodū diximus
in præcedentibus. Et cū dixit: aut oratio intrans capm̄
ſignificationis noīs. Itelligit per ipſum orationes decla-
rantes noīa rerum, quę ſunt apud nos abſq; nominibus
ſuis: & propterea poſuit ipſas ſm ꝙ exiſtimo intrantes
in capitulum ſignificationis noīs, hoc eſt in capitulū re-
rum, quarum ignoratur exiſtentia. Atqui fuit hoc ita,
qm̄ eorum, de quibus non ſcitur exiſtentia ipſorū pro-
pter cauſas ſuas, non ſcitur vtiq; exiſtentia ipſorum ſm
veritatem: quemadmodum definitiones, quæ ſunt de
huiuſcemodi rebus, quæ aſsimilantur definitionibus,
quæ ſunt orationes declarantes nomina. Deinde addu-
xit exemplum iſtius ſpeciei definitionum, & dixit: vt
in exemplo huius quid ſignificat, qd eſt triangulus iſtę.

ſenſus

sensus est, exemplum huius, per quod monstrat Geometra nomen trianguli ex eo ꝙ est figura trium laterꝝ, qm̄ hæc est definitio trianguli ex parte, qua est triangulus notæ existentiæ apud nos, & ipsa planè declarat ex parte, qua triangulus non est notæ existentiæ apud nos per causam suam, & ipsa ex hoc modo assimilatur orationibus declarantibus nomina, hoc est, quorum ignoratur existentia absolute. Et qm̄ hæc est intentio trianguli, hoc est, qm̄ habemus notam existentiam non per causam suam, dixit hoc: qm̄ in eo ꝙ habuerimus, ꝙ ipse est, quæremus propter quid est. sensus est, exemplum vero horum, de quibus consideramus quæsitum propter quid est, & hoc, qm̄ definitiones istæ erunt vtique de rebus notæ existentiæ per hūc modum cognitionis, hoc est rerum notæ existentiæ non propter causas suas. Et cū dixit: & hoc, qm̄ difficile est, vt accipiamus ea, de quibus non nouimus si sunt. sensus est, & consistentia super huiuscemodi definitionibus rerū est difficilis nimis, hoc est rerum, de quibus nō nouimus, ꝙ sunt propter causas suas, sed propter aliquod accidentiū. Atqui hoc ita est, qm̄ difficile est, aut impossibile, vt sciantur causæ rerum notæ existentię, vt dispositio accidētium: & hoc, qm̄ cognitio nostra de existentia huiuscemodi rerum est leuis, qm̄ non nouimus existentiam ipsarum ꝓpter causas suas, ideo difficilis est nobis cognitio causarum suarum, & cognitio definitionum suarum propter causas suas: qm̄ cognitio existētiæ rerum est prior conditio cognitione essentię ipsius: cumq; habuerimus cognitiones istas leues, hoc est, in quibus ponitur prius conditio de cognitione definitionis, durum est nobis consistere super definitione propter cām ipsius. Et hoc est quod designauit cū dixit: cām vero difficultatis iam narrauimus in pręcedentibus. hoc est, qm̄ eorum, quorum scitur existentia non propter causam suam, non est vtiq; via ad cognitionem definitionū, neq; per accn̄s, quemadmodum quod dixit de consistentia super defectu, ex eo ꝙ est cōparanti vmbra in tempore oppositionis. causa vero ipsius hęc est, quam dixit de existentia trianguli, q̄ꝫ de cognitione existentiæ defectus propter rem posteriorem ipsa, qm̄ vtrunq; ipsorum comprehendit cognitionem existentiæ nō propter causam. & hoc, qm̄ eorꝝ, quorum non scitur existētia per causas suas, scit existentia ipsorꝝ ex rebus posterioribus, ꝙ hoc est ipsis causa, aut non, & hoc, qm̄ vtrunq; ipsorꝝ comprehendit, ꝙ cognitio de existentia ipsorum deficit.

*Ab. l. vmbratio

Oratio autem vna dupliciter est, hęc quidem coniunctione, vt Ilias, illa vero vnum de vno significans non ſm accidens. Vna quidem definitio est definitionis, quæ dicta fuit. Alia autem est definitio oratio significans propter quid est: quare prior quidem significat quidem, monstrat autem non, posterior vero, manifestum est ꝙ erit tanq̄ demonstratio ipsius quid est positione differens à demonstratione. differt enim dicere, propter quid tonat? & quid est tonitrus? dicet enim hic quidem, qm̄ extinguitur ignis in nubibus, qd aūt est tonitrus? sonus ignis, qui extinguitur in nubibus: quare eadē oratio alio modo dicitur, & sic quidem demonstratio continua, sic autem definitio.

Dixit Arist. Oratio autem dicitur vna ſm duos modos, quorum vnus est,† vt ligamentum graduum, alter vero in eo ꝙ significat vnum de vno non per viam accidentis: vna autem definitionum hæc est, quæ dicta est nūc. Iam vero inuenitur definitio alia, & est oratio docens propter quid est hoc: sed hæc prior significat vtiq; significatione, sed non monstrat mōstratione, hæc autem altera est tanq̄ demonstratio de quid est, sed diuersificatur à demonstratione situ. & hoc, qm̄ inter hoc, quod dicitur, propter quid tonat, & inter hoc, quod dicitur, quid est tonitrus, est differentia: & hoc, qm̄ ipse vtiq; respondebit in hoc quidem, qm̄ ignis, qui est in nubibus, extinguitur: quid est autem, respondebit vtiq; de ipso, ꝙ est sonitus extinctionis ignis ĩ nubibus. Oratio igitur vna & eadem dicitur secundum duos modos: & illo quidem modo est demonstratio continua, hoc autem definitio.

†Ab l. p cōiunctionem, sicut est ꝑ.

Posteaq̄ voluit enuntiare ſm quot modos dicit̄ definitio, & definitio est oratio vna, & oratio vna dicitur ſm modos, vult docere ſm quot modos dicitur ad itroducendum ex hoc intentionem, per quam dicitur definitio vna. Et dixit: oratio autem dicitur esse vna ſm duas species: quarum vna est, vt ligamentum graduū. sensus est, oratio autem dicitur esse vna propter literas ligamenti, per quas ligatur, quemadmodū quę vocant̄ ita. atqui dicitur de ipsis, ꝙ sunt vnum, qm̄ partes suæ coniunguntur inter se per dictiones coniunctionis, sed tamen verificantur verificatione orationum plurium. Deinde dixit: alter vero in eo ꝙ significat vnū de vno non per viam accidentis. sensus est, ꝙ significat ꝑ orationē vnam intentionē vnam nō per accidens. & hoc, qm̄ iam declaratū fuit in lib. de Interpretatione, ꝙ orationum, quæ componuntur compositione conditionis per ligamentum, aliqua est vna per se, & aliqua vna ꝑ accidens. & propter istud, voluit docere ex hoc, ꝙ definitio est oratio vna per se, non per accidens. Nonnulli vero eorum, qui exposuerunt librum hūc, dixerunt, ꝙ voluit per sermonem istum suū significare orationem determinatam, quæ est vna, & est, ꝙ prædicatū ipsius sit dictio vna significans super intentione vna, & ita subiectum, & hanc rem vnam cōsimiliter etiam iam declarauit in libro de Interpretatione. Sed expositio prima est decentior hoc in loco, eo maxime cum eo quod dixit, non per viam accidentis. Deinde dixit: vna autē definitionum ea est, quæ dicta est nunc. hoc est definitio, per quam non adduxit causam consequentem definitum, quemadmodum definitio trianguli & definitio circuli. Deinde dixit: Iam vero inuenit̄ definitio alia, & est oratio docens propter quid est hoc. sensus est, iam vero inuenitur species vna definitionis, & est ea, cuius potentia est potentia demonstrationum, quæ tradunt definitionē & causam ipsius: & istæ sunt definitiones, quæ habent causam, quę est causa essentiæ, ſm id, quod dixit in præcedentibus, quemadmodum definitio defectus, & definitio tonitrus. hoc est definitiōes, de quibus dicit̄, ꝙ manifestæ fiunt ex demōstratione, quodq; non tradit ipsas demonstratio per se. Et cū dixit: sed hęc prior sign̄at vtiq; significatione, non mōstrat aūt monstratione. sensus est, et species prima definitionū, quas diximus, significat vtiq; existentiā rei definitæ, sed non monstrat ipsam, hoc est, non est in istis definitionibus demonstratio: & hoc, qm̄ ea, quæ sunt notæ ex istentiæ, si fuerit scientia existentiæ suæ propter causas suas, erit vtiq; via ex causis suis ad definitiones suas; & ex demonstrationes sunt, quæ sunt definitiones in potentia. & si fuerit existētia in huiuscemodi rebus ignota, causa autē cognita, processus fit à causa ad cognitionem existentiæ & essentiæ, ꝙ si fuerit existentia ipsarum non propter causas ipsarum, difficilis vtiq; erit cognitio definitionum suarum propter causas suas, aut non erit possibile, si non erunt ipsis causæ. Et cū dixit: hæc aūt altera est tanq̄ demōstratio de quid est, sed diuersificatur à demonstratione situ. sensus est, species autem definitionum, quæ est definitio, per quā adducitur causa extrinseca, est in potentia demonstratio absoluta de definitione, hoc est tradens existentiam definitionis et causam ipsius simul, sed diuersificantur in talibus definitiones & demonstrationes in ordine & positione. hoc est, qm̄ processus demōstrationum est processus orationis determinatæ, sed ꝓcessus definitionis est processus conditionis & ligamēti, amplius quod præcedit in vno ipsorum, sequitur in secundo. Et propterea quia dixit, ꝙ non est differentia inter hanc demonstrationem & definitionem, nisi in situ, posset aliquis dicere, igitur quod tradit demonstratio est idem cum eo, quod tradit definitio. sed iam mouisti hoc & dixisti, ꝙ quęsitum qd est, non est quæsitum propter quid est. vult docere, ꝙ inter demonstrationem, quæ aggregatur ex ipsa, & inter definitionem, quæ aggregat, est differentia in re, & dixit: qm̄ inter hoc quod dicitur propter quid tonat, & inter hoc, quod dicitur, quid est tonitrus, est differentia. hoc est, dicimus, ꝙ definitio differt à demōstratione in mōstrando, & ꝙ inter ipsas est differentia: qm̄ oratio, quæ ponitur in responsione quid est tonitrus diuersificatur ab ipsa in ordine tantum. Deinde dixit: & hoc, qm̄ ipse vtiq; respōdebit in hoc quidem, qm̄ ignis, qui est in nubibus, extinguitur: quid est vero respōdebit de ipso, ꝙ est sonitus extinctionis ignis in nubibus. sensus est, & hoc, qm̄ respondebit vtiq; apud interrogantē per quid est tonitrus in nubibus, i eo ꝙ dicitur, qm̄ ignis, qui est in nubibus extinguitur, & respōdebitur in ipso responsioni quid est tonitrus, qm̄ est sonus extinctionis ignis in nubibus, & sequitur hic illud, quod præcedit ibi, & ꝓcedit orō absq; ꝓcessu isto. Et posteaq̄ stabiliuit hoc, dixit: oratio igitur vna & eadem dicitur ſm duos modos, & illo quidē modo est demonstratio continua, hoc aūt definitio. sensus est, iam igitur declaratum est, ꝙ vnum & idem dicitur ſm duos modos, si in eo, quod dicitur ſm modum vnum, est definitio perfecta.

*Ab. l. enunciatiuæ,

Amplius definitio tonitrus est, sonus in nubibus, hoc autē est ipsius quid est demonstrationis conclusio, immediatorum autem definitio positio est ipsius quid est īdemonstrabilis. Est igitur definitio, vna quidē oratio ipsius quid est indemonstrabilis, vna vero syllogismus ipsius quid est casu differens à demonstratione, tertia autem demonstrationis ipsius quid est conclusio.

Dixit Arist. Amplius definitio tonitrus, ꝙ est sonitus in nubibus, est conclusio demonstrationis ſm intentionem quid est: definitio autem eorum, quæ non habent medium, est positio intentionis quid est indemonstrabilis: vna igitur partium definitionis est oratio de intentione quid est res indemonstrabilis, & vna syllogismus de intētione quid est, differens à demonstratione in ordine, et tertia conclusio demonstrationis super quid est.

Posteaq̄ docuit, qūo se habet intētio demonstrationum cum definitionibus, hoc est separauit demonstrationes, ex qbus manifesta fit definitio à demonstrationibus, ex quibus non fit manifesta definitio, vult docere hic contrarium huius, quæ est intentio definitionum cū demonstrationibus, & dixit: Amplius definitio tonitrus, ꝙ est sonitus in nubibus, est conclusio demonstrationis ſm intentionem quid est. sensus est, & propter illud, quod diximus de intentione demonstrationum cum definitionibus, manifestum est, ꝙ definitiones ex parte, qua proportionantur, sunt trium specierum: definitio, quæ est conclusio demonstrationis, quemadmodum diximus de definitione tonitrus, ꝙ est sonus in nubibus, & hæc est definitio quæ, cū experitur, inuenitur spēs demōstrationis, in qua terminus medius est causa, vt fit sonus in nubibus, & cumq; experit̄ simul cū causa sua, & accipitur simul cum ipsa, erit demonstratio variata positione: & hæc est spēs altera definitionis perfectæ. Et posteaq̄ mentionem fecit de hac specie definitionum, & est ea, de qua dixit, conclusio demonstrationis, mentionem fecit de secunda specie definitionum, quæ est principium demonstrationis, quæ sunt definitiones, quæ procedunt via propositionum primarum, & dixit: definitio autem eorum, quæ non habent medium, est positio intentionis quid est indemonstrabilis. sensus est, & species definitionū, quæ sunt definitiones inexistentes rebus, quę non monstrantur per syllm̄, sed sunt notæ per se, hoc est definitiones, quæ monstrantur ex dispositionibus proprijs, ꝙ sunt definitiones, quę insunt rebus existentibus, sunt, quæ procedunt via propositionum demonstrationis, hoc est, erunt in demonstrationibus propositiones. Cū vero dixit: non habent medium. innuit, vt intelligantur ex ipso duæ intentiones, quarum vna est, non habent medium simpliciter, & istæ sunt definitiones, quæ per se sciuntur esse definitiones. aut innuit, vt velit, ꝙ non habent medium in arte, in qua ponuntur, sed habent medium in arte altiore: qm̄ vero illa est ex duabus spēbus, ipsas comprehēdit, hoc est, ꝙ artifex artis ponit ambas istas pōne. Et dixit: est positio intētionis quid est indemōstrabilis. hoc est, aut per se in illa arte, aut manifestum factum erit per demonstrationem in alia. Et posteaq̄ manifestæ factæ fuere istæ tres spēs definitionum de potentia sermonis, cœpit ipsas reducere, & dixit: vna igitur partium definitionis est oratio de intētione quid est indemonstrabilis. sensus est, iā mōstratum fuit ex hoc, ꝙ una partium definitionis est orō non demr̄abilis significans super intētione qd est res: & hoc est, quod vocauit principium demonstrationis. Deinde dixit: & vna syllm̄ de intētione quid est differens à demōstratione in ordine. sensus est, & spēs secunda definitionum est demonstratio de essentia rei, præterq̄ ꝙ differt ipsa à demonstratione in ordine, hoc est per positionē. & hoc est, per quod prouenit intentio definitionis per cām suam: & hoc est, quod vocauit demōstrationem variatam positione. Deinde dixit: & tertia conclusio demonstrationis super qd est. sensus est, & tertia definitio, quæ est conclusio demonstrationis. Definitiones igitur apud ipsum sunt triū specierum. definitio, quę est principium demonstrationis: & definitio, quæ est demonstratio variata positione: & definitio, quæ est conclusio demōstrationis, hoc est conclusio demr̄ationis, q̄ est in summa definitio perfecta.

*Ab. l. connectitur,

Manifestum igitur ex dictis, et quomodo est ipsius quid est demonstratio, & quomodo non est, & quorum est, & quorū non est.

Amplius autem definitio quot modis dicit, & quo ipsum quid est monstrat, & quo non, & quorū est, & quorum nō. Amplius aūt ad demonstrationem quo se habet, & quo contingit eiusdem esse, & quo non contingit.

Dixit Arist. Iam igitur manifestum est ex eo quod diximus, quo inuenit demōstratio de quid est, & quo non erit, & de quibus rebus est demonstratio, & de quibus non est. Amplius ſm quot ſpēs dr̄ definitio, & quo monstratur qd est, & quo non mōstratur, & quorum est, & quoꝝ non est. Amplius quo est intentio definitionis apud demonstrationem, & quo est possibile, vt inueniat vnius & eiusdem, & quomodo non est possibile.

Dixit Arist. Syllogismus autem est à posteriori cũ fuerit, & principium horum consimiliter etiam sunt ea, quæ iam fuerunt: & propter hanc causam sunt in ijs, quæ generantur fm hanc similitudinem, sed ex eo, q est prius, non vtiq; erit. vt in exemplo, quoniam hoc posterius generatur, qm̃ hoc iam fuit: & consimiliter de eo, quod appetit esse: et hoc, qm̃ non appetit esse, neq; cũ fuerit tẽpus determinatum, neq; cũ fuerit indeterminatũ in eo q erit, qm̃ oratio, q iam fuit hoc, est vera, oratio in eo q iam fuit posterius, vera: & hoc, quoniam in tempore, quod est est in medio, erit de oratione, quòd hoc iam fuit, & perfectum est, cùm eo, quòd iam fuit hoc posterius, falsum.

59 Postq; quę fuit, quo se habet dispositio in rebus, quę non inueniuntur simul, hoc est causas, quę sunt p viam efficientis & materiæ simul cum causatis suis per consequentiam, & si est, quemadmodum cõtinuatio, quę est inter causas, quæ sunt per viam formæ, & inter causata sua, cœpit narrare, q colligantia inter vtraque est vna ex parte posterioris, hoc est causati, & non est causa ex parte altera. hoc est, cùm positũ fuerit causatum, sequit ex necessitate, vt sit causa, & cũ posita fuerit causa, non sequit ex necessitate, vt sit cãtum. exemplũ huius est, ædificator, & domus, & lapides. cùm enim est domus, sunt lapides, & ædificator ex necessitate, sed cũ est ædificator & lapides, non sequitur, vt sit domus. Et cũ dixit: Syllogismus aũt est à posteriori, cùm fuerit. sensus est, atqui possibile est, vt fiat syllis in hac specie in eo q est ibi posterius, quod est notum per terminum medium: qm̃ syllis vtiq; fieri potest inter consequentia, & consequentia vtiq; est inter posterius & prius, fm q prius & posterius sic se habent. hoc est, cũ positũ fuit posterius, quod est causatum, sequitur ut sit prius, quod est causa, & non conuertitur hoc. hoc est, cũ posita fuerit causa, nõ sequitur, vt sit causatum. Et cũ dixit: & principium horũ consimiliter etiam sunt ea, quæ iam fuerunt, hoc est, & principium horum causatorum sunt ea, quorum præcessit existẽtia. Atqui designauit p hoc, vt doceat, q principium syllogismi in his est aliud à principio existentiæ, & in contrarium dispõnis in specie secũda causarum, q principium syllogismi in ipsis est principium existẽtiæ. Et propterea species, quæ potest inueniri, est ex demonstrationibus, quæ sunt demonstrationes, quę

sciuntur per signa, et ſpēs altera eſt ex cauſis, quę ſciunt per demonſtrationem abſolutam. Et poſteaq̄ enuntiauit, ꝙ principium iſtorū eſt per res negatas negatione, hoc eſt, in eo, ꝙ conſequentia inuenitur inter vltimum ipſorꝫ & inter primum per conſequentiā prioris, enuntiauit, ꝙ diſpoſitio talis eſt ita in rebus quæ generātur, & dixit: & propter hanc cām ſunt in ijs, quæ generatur ſm hanc ſimilitudinem. Deinde dixit: ſed ex eo ꝙ eſt prius, non vtiq; erit. ſenſus eſt, ſyllſ vero non eſt poſſibilis in his, in eo, ꝙ ponūtur res priores termini medij, qm̄ non ſequitur cū poſitum fuerit prius exiſtens in ipſis, vt ſit poſterius. Et hoc eſt quod voluit, cū dixit: vt in exemplo, qm̄ hoc poſterius generatur, qm̄ hoc iam fuit. ſenſus eſt, quemadmodum ſi ponatur, ꝙ ſequitur, vt hoc poſterius generetur, qm̄ prius ſuper ipſo iam exiſtit. Deinde dixit: & conſimiliter de eo, quod apperit eſſe, hoc eſt, ꝙ non ſequitur in futuro poſtremū ex primo, quemadmodum, ꝙ nō ſequitur † de priori, neq; de exiſtēti. Deinde dixit: & hoc, qm̄ non appetit eſſe, neq; cū fuerit tempus determinatum, neq; cū fuerit indeterminatum. ſenſus eſt, & hoc, qm̄ non ſequitur, cum eſt prius, vt ſit poſterius poſt ipſum, ſiue ponamus tēpus, quod eſt inter vtrūq; ipſorum, determinatum, aut non determinatum. Vt in exemplo, cū eſt ædificator, non ſequetur vt ſit paries poſt hoc in tempore alio, ſiue poſuerimus tempus, quod eſt inter exiſtentiam ędificatoris & exiſtentiam parietis definitum, ac ſi dixeris menſem, aut non definitum. Deinde adduxit probationem ſuper hoc, & dixit: qm̄, cùm oratio ꝙ iam fuit hoc, eſt vera, erit oratio ſ eo ꝙ iam fuit poſterius, vera. ſenſus eſt, atqui hoc eſt cōſequens, hoc eſt, cū poſitum fuerit primum, non erit poſterius † conſequens exiſtētiam ipſius in eo ꝙ poſterius: qm̄ cū poſuerimus oſonem, ꝙ tā fuit prius in præterito eſſe, oſonem veram, nō erit oſo, ꝙ iam fuit poſterius, oratio vera. hoc eſt, ꝙ ſi fuerit conſequentia inter vtraq; conſequens in futuro erit in præterito conſequens. dixit autem hoc, qm̄ res in præterito eſt notior. Deinde dixit: & hoc, qm̄ de tempore, quod eſt in medio, erit oratio ꝙ iam fuit & perfectum eſt cū eo, ꝙ iā fuit hoc poſterius, falſa. ſenſus eſt, & hoc, manifeſtum, ꝙ non ſequitur, cū fuerit oratio, ꝙ prius iam fuit, vera, oratio, ꝙ poſterius iam fuit, conſimiliter etiā ſit vera poſt hoc in tempore alio, propterea quia, ſi non eſſet res ita, erit oratio, ꝙ poſterius ſit in tēpore medio, quod poſuimus inter prius & poſterius, cū fuerit prius, oratio vera. Atqui voluit docere, ꝙ tempus in hac re eſt ſibi ſimile: & hoc, qm̄ ſi verum diceremus, ꝙ prius cū fuerit in tempore, ſequitur, ꝙ ſit poſterius in tēpore alio, ſequeretur, ꝙ oratio, ꝙ ſit poſterius in tēpore medio inter vtraq;, ſit oratio vera: & hoc, qm̄ non eſt hoc conuententioris conſequentiæ, q̄ hoc, & ſi eſſet hoc, ſequeretur ꝙ eſſet ſimul in tempore, cumq; non fuerint ſimul in tempore, non eſt poſsibile, vt inueniatur conſequentia inter vtrūq; ipſorꝫ conuertibilis. Atqui voluit per hoc, ꝙ inter duo conſequentia non poteſt eſſe tempus omnino. & hoc eſt, quod intelleximus primo per inquiſitionem de ipſo. hoc eſt, quòd eorum, quæ non inueniuntur ſimul, an ſit poſsibile, vt inueniatur inter vtrunq; conſequentia, aut non.

Eadem autē ratio & in futuro: neq; quoniam hoc factum fuit, hoc erit: mediū enim congenitum oportet eſſe, factorum factum, & futurorū futurum, eorum quæ fiūt quod fit, entiū ens: id vero, quod fuit, & id quod erit non contingit eſſe congenitum.

Dixit Ariſt. Hæc autem eadem oratio de eo, quod appetit eſſe, quoniam non propterea, ꝙ hoc fuit, erit hoc appetens eſſe, & hoc quoniam mediū ſequitur vtiq;, ꝙ ſit æquale in generatione, eorum quidem quæ iam fuerunt, ꝙ ipſum iam fuit, eorum vero, quæ appetūt eſſe, ꝙ ipſum appetit eſſe, & quod erit, quoniam erit, & eorū, quæ ſunt, qm̄ eſt, eius vero, quod erit, & eius, quod appetit eſſe, fieri non poteſt, vt ſint ſimul in generatione.

Poſteaq̄ narrauit fieri nō poſſe, vt ſit terminus medius in his prior per id, quod eſt ex ipſis in tēpore priori, qm̄ non ſequitur exiſtentia poſterioris ab exiſtentia prioris, enuntiauit, ꝙ res ſe habet ita in ijs, quæ appetūt eſſe, hoc eſt, quæ poſſunt eſſe, quæ ſunt appropriata in tempore futuro, & dixit: Hæc autem eadem oratio de eo, quod appetit eſſe. ſenſus eſt, hæc autem eadē oratio, quam diximus de rebus præcedentibus, dicetur de rębus futuris, hoc eſt, ꝙ non conſequuntur vltima prima, neq; ſequuntur ex ipſis, & propterea nō accidet in ipſis ſyllſ, in quo prima ſint terminus medius. Poſtea adduxit cauſam eius, quo cōicant in hac diſpōne, hoc eſt res præteritę & futuræ, & dixit: qm̄ non propterea ꝙ hoc fuit, erit hoc appetēs eſſe. ſenſus eſt, qm̄ non ſequitur ex eo ꝙ prius ſit, poſterius eſſe, æqua eſt diſpoſitio in hoc oibus ſpēbus generationis, & ſpēs exiſtentiæ ſunt tres, hoc eſt de rebus exiſtentibus in præterito, & præſenti, in futuro, & tempus generationis & appetitus eſt ſpērum trium. Et poſteaq̄ narrauit, ꝙ non prouenit in ipſis ſyllſ concludens vltimū per primum, adduxit cauſam in hoc, & dixit: & hoc, qm̄ mediū ſequit vtiq; ꝙ ſit ęquale in generatione. ſenſus eſt, & cauſa, ꝙ non eſt poſsibile, vt ſint prima in hoc terminus medius, qm̄ ſequitur, ꝙ generatio termini mediſ ſit æqualis generationi maioris extremitatis. hoc eſt, cū mediū fuerit exiſtens, erit terminus maior exiſtens ſimul cum ipſo in generatione & exiſtentia. Et poſteaq̄ narrauit, ꝙ ſequitur, vt ſit terminus medius ęqualis extremitati maiori, enūtiauit, qūo inuenitur æqualitas vtrorūq; in ſpēbus rerum exiſtentium, aut futurarum, & dixit: eorum quidem, quæ iam fuerunt, ꝙ ipſum iam fuit. ſenſus eſt, ꝙ eſt appetens cū ijs, quæ ſunt appetētia, & poſſibilis eſt generatio cū ijs, quorum poſsibilis eſt generatio ſm definitionem vnā, hoc eſt generatio ipſorum per momēta in tempore vno, hoc eſt terminus medius et maior, & conſiſt erit diſpoſitio ipſius etiam rerū, quę ſunt in actu. Et poſteaq̄ cōmemorauit, qūo ſequitur, vt ſit proportio ipſius in generatione ſimul cū maiore extremitate, enuntiauit, qūo oportet, vt ſit in rebus exiſtentibus, quorum iam perfecta eſt generatio, & dixit: eorum vero, quæ appetunt eſſe, ꝙ ipſum appetit eſſe. hoc eſt, erit exiſtens cū rebus exiſtentibus: & ſunt ea, in quibus erit terminus medius, qui eſt prius, inter quod & poſterius non eſt tempus, ſed ſunt exiſtentia ſimul. Deide dixit: eius vero, quod erit, qm̄ erit, & eius quod appetit eſſe, fieri non poteſt, vt ſint ſimul in generatione. ſenſus eſt, in ijs vero, quæ ſunt ſimpliciter; & quæ ſunt poſsibilia eſſe, ſprius vtiq; ſi accipiē terminus medius, non erit æqualis in conſequentia extremitati maiori, neq; in ijs, quæ ſunt in gñatione, neq; in ijs, q̄ ſunt appetentia eſſe: & cōcluditur ex hac cauſa, ꝙ terminus prior in hoc non poteſt inueniri terminus medius.

Amplius neq; indefinitum cōtingit eſſe tempus itermedium, neq; definitum, falſum enim erit dicere in intermedio.

Dixit Ariſto. Amplius, tempus, quod eſt in medio, non poteſt eſſe, neq; definitum, neq;

* Ab. l. in prędicto, neq; in præſenti.

† Ab. l. ſecūdum ſillationem eſſendi poſterius.

* Ab. l. præ dicato, hic & infra.

† Ab. l. quid neceſſarium in reb⁹ gñalibꝫ ſecundum ſubſtantiā, in mobilibus vero ſecūdum locū nō inuenitur illatio inter

† Ab. ſe orbes cęleſtes.

* Ab. l. ortus

* Ab. l. occaſus.

neq; indefinitum: & hoc, quoniam oratio, quod medium ſit, eſt falſa.

61 Dixit: id, quod ſignificat, ꝙ non eſt continuum vltimum cū præcedenti, eſt, qm̄ tēpus, quod eſt inter vtraq;, non eſt determinatum ſm naturam, neq; indeterminatum, ſed erit vtiq; aliqñ inter ipſa tempus medium, & aliqñ non erit. Et hoc eſt, quod ſignificauit, cū dixit: & hoc, qm̄ oratio, ꝙ medium ſit, eſt falſa. hoc eſt, qm̄ oratio, qua ſequitur vt tempus medium ſit inter vtrunque ipſorum, abſq; dubio eſt falſa, qm̄ non eſt poſterius, nō erit vtiq; inter ipſa tempus, iamq; accidet, vt ſit cū antecedente. Et hoc, quod dixit, eſt † res conſequens in ijs, quæ appetunt ſm ſubſtantiam, ſed variatio ipſorum eſt in loco tm̄: inuenitur itaq; in ipſo cōſequentia inter pus & poſterius, hoc eſt in rebus ętternis ſm ſubſtantiā, quę ſunt † ſimiles cœleſtibus, & hoc, cùm fuerit ſplēdor ſolis exempli gratia, ſequitur vtiq;, vt ſit diēs.

Conſiderandum autē quid eſt ipſum continuū, vt poſt ipſum factum eſſe, ipſum fieri ſit in rebus, an manifeſtum eſt, ꝙ nō eſt coniguum facto quod fit, neq;. n. factum facto: termini nanq; ſunt & indiuiduī. quēadmodum igitur neq; puncta ſunt ſibijnuicē continua, neq; facta, ambo enim idiuidua ſunt, neq; vtiq; quod fit facto propter idem, nam quod fit, diuiſibile eſt, factum autem indiuiſibile: quemadmodum igitur linea ad punctū ſe habet, ita quod fit ad factum: inſunt. n. infinita facta in eo quod fit: magis aūt manifeſte in vlibus de Motu oportet dici de his.

* Phyſicorū cap. de continuo & contiguo, & alibi.

Dixit Ariſt. Oportet igitur iam, vt inquiramus quid eſt, quod colligat, & continuat, quouſq; erit res, ꝙ ipſum eſt exiſtēs in rebus poſt rem, quæ fuit. Dicamus igitur, manifeſtum eſſe, ꝙ res, quæ eſt, non eſt contigua ei, qđ iam fuit: & hoc, qm̄ id qđ iam fuit, nō eſt cōtiguū illi qđ iam fuit, qm̄ ſunt ambę extremitates indiuiſibiles. & quemadmodū puncta conſimiliter etiam non ſunt contigua ſibijnuicem, ſic oratio eorum, quæ iam fuere conſimiliter etiam: qm̄ omnes duæ res ſunt indiuiſibiles, neq; quod eſt contiguum eſt ei, quod iam fuit propter hanc eandem cauſam: & hoc, qm̄ quod eſt, eſt diuiſibile, ſed res, quæ iam fuit, eſt indiuiſibilis. & quemadmodum ſe habent lineæ ad puncta, ita quod eſt ad illud, quod iam fuit: ſunt enim in eo, quod eſt, res, quæ fuerunt infinitæ. Sed iam oportet, vt dicatur de hoc ſermone manifeſto in tractatu noſtro, quem adducemus in vniuerſalibus de Motu.

62 Poſteaq̄ declarauit, ꝙ non ſequitur ex priori in generatione poſterius, & eſt manifeſtū, ꝙ generatio eſt continua, quodq; hoc ſemper eſt, & non prohibetur ſm illud, quod declaratum fuit in ſcięntia Naturali, cœpit explicare quæſitum, qūo accidit ipſi cōtinuitas. Fecit aūt hoc, vt ſatisfaceret huic quæſtioni: & qm̄ illud, quod dictum fuit de hoc in ſcięntia Naturali eſt dubium ſuper eo, quod dicitur hic, & qm̄ non eſt reſponſio in hoc ex hac ſcientia, adduxit in hoc ſermonem rationalem, quo diuidit hoc dubium, quod accidit ex hoc in hac ſciētia, & dixit: Oportet igitur iam, vt inquiramus quid eſt, quod colligat & cōtinuat, quouſq; erit res, quod ipſum eſt exiſtens in rebus poſt rem, quæ fuit. ſenſus eſt, iam declaratum fuit, ꝙ non ſequitur ex eo, ꝙ prius ſit exiſtentia poſterioris: nos autem videmus, ꝙ poſterius in generatione eſt cōtiguum priori: iam igitur oportet, vt inquiramus quid eſt quod colligat & cōtinuat vtraq;, quouſq; fit, quod dicimus de eo, quod generatur conſequēs id, quod dicimus de illo, quod iam fuit. vt in exēplo, cū generatur homo, eſt quod dicim⁹, homo vnus. Et poſteaq̄ adduxit interrogationem iſtam, dixit in reſponſione huius: Dicamus igitur manifeſtū eſſe, ꝙ res, quæ eſt, non eſt contigua ei, quod iam fuit. ſenſus eſt, & dicamus in reſponſione huius, ꝙ non eſt quod generatur contiguum illi, quod iam fuit, ſm ꝙ eſt continuū ipſi. Et hoc eſt quod voluit cū dixit contiguum. Deinde adduxit cauſam, propter quam non continuatur poſterius cū priori, & dixit: & hoc, qm̄ id, quod iā fuit non eſt contiguum cōſimiliter etiam illi, quod iam fuit, qm̄ ambæ extremitates ſunt indiuiſibiles. ſenſus eſt, & cauſa eſt, ꝙ nō continuaſ poſterius cum priori, qm̄, nō continuaſ inſtans, quod verificaſ de re priore, quæ iam fuit, inſtāri, quod verificaſ de poſteriori, quod iam fuit, qm̄ hæc duo inſtantia ſunt duæ extremitates indiuiſibiles, iamq; declaratum fuit, ꝙ illud, quod non diuiditur, non continuatur. Deinde dixit: & quemadmodū puncta conſimiliter etiam non ſunt contigua ſibijnuicē, ſic oratio eorum, quæ iam fuere cōſimiliter etiam. ſenſus eſt, & hoc, quemadmodum puncta non continuantur ſibijnuicem, neq; ſunt contigua inter ſe, conſimiliter ſe habet res in inſtantibus, quæ non poſſunt apprehēdere ſeinuicem, neq; contiguari ſibijnuicem. & hoc vtique declaratur in ſcientia Naturali ſm veritatem: ſed celebratum eſt dictum, ꝙ inter quæ cunq; duo puncta eſt linea, quod cū ita ſit, non itaq; cōtinuatur punctus punctо, neq; contiguus eſt punctus puncto, quemadmodū contiguæ ſunt vnitates ſibijnuicem in numero. & propterea dicit in definitione contiguorum, ꝙ ſunt illa, inter quæ non eſt aliud eiuſdem generis. Et hoc eſt quod voluit, cùm dixit: qm̄ omnes duæ res ſunt indiuiſibiles, neq; conſimiliter etiam quod eſt, contiguū eſt ei, quod iam fuit ob hanc eandem cauſam. intelligit per duas res indiuiſibiles, inſtans & punctum, & intelligit per id quod dixit, neq; eſt contiguum ei quod iam fuit, duas res, quas poſuit, exiſtētiam prioris in inſtanti priori, & exiſtētiam poſterioris in inſtanti poſteriori: & quaſi dixit cauſam, cur non continuatur poſterius priori: quoniam inſtās, quod eſt finis generationis prioris. hoc eſt, qm̄ inſtās, quod verificatur de priori in eo ꝙ tam fuit, non continuatur cū inſtanti, quod cōtinuatur cū poſteriori quod iam fuit. & cauſa, ꝙ inſtantia ſunt cū hac diſpoſitione, eſt, qm̄ puncta ſunt cū hac diſpoſitione. Cū vero poſsit aliqs dicere, ꝙ prius & poſterius ſunt duo corpora, & corpa ſunt diuiſibilia, & diuiſibilia poſſunt continuari inter ſe, dixit in reſponſione huius: & hoc, quoniam quod eſt, eſt diuiſibile, ſed res, quæ iam fuit, eſt indiuiſibilis. ſenſus eſt, ꝙ illud, quod generatur, eſt diuiſibile, ſed inſtans, de quo verificatur ꝙ iam fuit, eſt indiuiſibile. Deinde dixit: & quemadmodum ſe habēt lineę ad puncta, ita quòd eſt ad illud, quòd iā fuit. ſenſus eſt, ꝙ proportio eius, de quo dicimus, ꝙ eſt, ad id, de quo dicimus, ꝙ tam fuit, eſt proporti o puncti ad lineam, hoc eſt proportio eius, quod non diuiditur ad id, quòd diuidiē. Deinde dixit: ſunt. n. in eo, ꝙ eſt, res, quæ tam fuerunt, infinitæ. ſenſus eſt, ꝙ inueniuntur in eo, quod eſt ex parte, qua eſt in tempore, inſtātia infinita, in quorū vnoquoq; verificatur de re, ꝙ iam eſt, & hoc, quemadmodū linea diuiditur per infinita, conſimiliter

* Ab. l. aſſert.

tempus

tempus diuiditur per instantia infinita. Qm̃ vero hæc est res naturalis, dixit: Sed tam oportet, vt dicaᷠ de hoc, sermone manifestiore in tractatu nostro, quem adducemus in vniuersalibus de Motu, intelligit per hoc, Audituᷠ Naturalem.

De eo igitur quod est, quomodo, cùm generatio consequenter sit, se habeat medium, quod est causa, in tantum acceptum sit: necesse est enim & in his medium & primum immediata esse. vt A factum fuit, quoniam C factum fuit, posterius autem C factum fuit: prius autem A, principium autẽ C, eo ꝙ proximius ipsius nunc est, quod est principium temporis, C vero factum est, si D factum est: cũ igitur D fit, necesse est A factum esse: causa autem est C, cũ enim D factum est, necesse est C factum esse: C autem facto necesse est prius A factum fuisse. Ita vero accipiẽti medium, stabitur alicubi in immediatum, an semper extra cadet propter infinitum? nõ enim est contiguum factum facto, quemadmodum dictum fuit, sed incipere tamen necesse est à medio & ab ipso nunc primo.

Dixit Arist. Quomodo autem est intentio medij, quod est causa, qm̃ est generatio ſm̃ consequens, hoc vtiq; assecutum fuit illud, quod positum fuit de ipso: & hoc, quoniam iam sequitur in hoc cõsimiliter etiam, vt sint medium & primum immediata. vt in exemplo, A iam fuit, qm̃ C fuit, vltimum aũt fuit C, sed primum A, & C principium, qm̃ est proximius instãti, quod est principium temporis, & C est, si D est. cũ igitur sit C, sequitur ex necessitate, vt iam sit A, & causa est C: & hoc, qm̃ cùm sit D, sequitur, ꝙ iam sit C, & cũ sit C, sequiᷠ, ꝙ sit A, quod iã fuit prius. Cùm vero aliquid accipitur mediũ sic, perficitur & statur ad locũ, in quo nõ est medium: nisi iam cadit semper per medium propter infinitum: & hoc, qm̃, quod iam fuit nõ est continuum cum eo, quod iam fuit, quemadmodum diximus, præterquam quòd oportet, vt incipiatur à medio, & ab eo, quod est principium instantis.

63 Posteaq; respondit dubio dicto, ꝙ non sequiᷠ ex primo vltimum, & quòd erit generatio continua, qm̃ generatio non est cõtinua, hoc est per se, sed vltimum in ipso sequitur primum, cœpit adducere, quomodo se habet dispositio termini medij cũ prima extremitate in syllogismo, qui est per has res, hoc est, ꝙ oportet, vt sint termini medij finiti, & dixit: Quomodo autem est intentio medij, quod est causa, qm̃ generatio est ſm̃ consequẽs, hoc vtiq; assequutũ fuit illud, quod positũ fuit de ipso. hoc est, qm̃ erunt termini medij in syllo, qui erit in his rebus, quæ sunt res vltimæ cũ rebus prioribus: & hoc, qm̃ res vltimæ sunt termini medij in his rebus, & priores sunt in conclusionibus, † assecutus vtique fuit illud quod dixit in hoc, & illud quod dixit cognouit. Deinde dixit: & hoc, qm̃ tam sequitur consimiliter etiam, vt sint primum & medium immediata. sensus est, & hoc, qm̃ sequitur in his, vt non sit inter terminum medium, qui est extremum, & iter maiorem extremitatem, quæ est prior, terminus medius alius, & inter hunc terminũ & extremitatem maiorem terminus alius consimiliter etiam, & hoc in infinitũ, sed perficitur res in istis ad terminum medium, inter quem & primam extremitatem non est medium penitus. Deinde dixit: vt in exemplo A iam fuit, qm̃ C fuit, vltimum autem fuit C. sensus est, exemplum huius, vt sit A prius, et C posterius, sequitur, ꝙ sit A existens cũ fuerit C, qm̃ prius sequitur ꝑ hoc posterius. Deinde dixit: sed primum A, & C principiũ, qm̃ est proximius instanti, quod est principium temporis. sensus est, A vero est existens primo, hoc est propter C: sed C est principium cognitionis per existentiam A, hoc est notum ꝑ ipsum in eo ꝙ est posterius q̃ A, hoc est notum per ipsum. Et hoc est quod voluit, cũ dixit: qm̃ est proximius instãti, hoc est, & qm̃ quod est proximius, vt sit exis in actu ex partibus tpis, ipsum est instans existẽs, dixit de ipso, ꝙ est principium tẽporis. Et cũ dixit de C, ꝙ est principium A, oportet vt intelligaᷠ de ipso principium in cognitione, non in existentia, qm̃ C est ordinatum in existẽtia ab A. Deinde dixit: & C est, si D est. sensus est, & si fuerit C principium existentiæ alicuius alterius, ac si dixeris D, & sit D posterius C, & sit C prius ipso posterius A, sequitur vtiq; ꝙ sit C, cũ sit D. Deinde dixit: cùm igitur sit C, sequitur ex necessitate vt iam sit A. sensus est, cũ posuerimus, ꝙ D est posterius C, & C prius ipso, sequitur, cũ sit posterius, vt sit C prius, iamq; habemus, ꝙ cũ est C posterius q̃ A, est A prius: sequiᷠ itaq; ex necessitate, cũ fuerit D, quod est causatum, nõ causa, vt sit A, quod est causa, non causatum per medium C, quod est causa & causatum: causa quidem ipsius B, causatum vero ab A. Et hoc est quod significauit, cũ dixit, & causa est C: & hoc, quoniam cũ tam sit D, sequitur, ꝙ iam sit C, & cũ sit C, sequitur vt sit A, quod iã fuit prius. Deinde dixit: Cũ vero aliquid accipitur medium sic, et perficitur, & statur ad locum, in quo non est medium. sensus est, cumq; accipitur consequentia sic inter causatũ & causam, sequitur vt deueniat res ad causam primam, quæ non est per causatũ: & hoc est terminus medius, inter quem & cãm primam nõ est terminus medius, quoniã, si poneretur inter eam causam & causatum terminus medius, qui sit causatum ex vna parte, & causa ex altera, deueniet res in infinitum, & nõ perficietur per processum in causam primam, nec ad causatum vltimum. Atqui hoc est ita, quoniam, cũ posuerit aliquis causam primam & causatum vltimum, inter quæ sunt media infinita, cadet vtique existentia causæ primæ per causatũ vltimum, ſm̃ ꝙ sequitur, vt sint media infinita, quæ sunt extremitates primę: quemadmodum, cũ nõ ponuntur extremitates primę, sequitur, vt inueniant media infinita: & si fuerit falsum, ꝙ causæ & causata sint ſfinita, falsum erit vtiq;, ꝙ inuentũ sit terminorum medij infiniti: & hoc iã declaratũ fuit in tractatu primo de demonstrationibus simpliciter, vult autem declarare ipsum hic in hac specie demõstrationũ, hoc est, in quibus mõstratur prius per posterius. Et posteaquã commemorauit, ꝙ non oportet vt media procedant in infinitum, cũ fuerint extremitates finitæ, quoniã posset contradicens dicere ipsi, ꝙ nihil prohibet, vt inueniant inter duas extremitates finitas aliqua infinita, quemadmodũ se habet linea finita ſm̃ duas extremitates, quoniã fieri potest, vt cadant inter duas extremitates puncta infinita. Et dixit in responsione huius: & hoc, quoniam illud quod fuit, non est continuum cum eo, quod iam fuit, quemadmodum diximus. sensus est, sed non sequitur in istis illud, quod sequitur in linea, hoc est, ꝙ sint inter primum ipsorum & vltimum media infinita,

† Ab. l. id qđ de hoc dicit impedit nil, quod dicit.

qm̃

qm̃ nec ea, quæ sunt priora, sunt continua inter se, hoc est, illud, qđ iam fuit prius, non cõtinuatur cũ eo, quod iam fuit posterius, hoc est, quod iam fuit post ipsum. Et cũ dixit: præterq; ꝙ oportet, vt incipiaᷠ à medio, & ab eo, quod est principium instantis. sensus est, præterq; ꝙ inuenitur cõtinuitas in istis, cũ incipim⁹ ab extremo, quod est terminus medius ſsyllb, & sequitur medium, cũ accipitur posterius, quod est instans existens. Atqui intendit, ꝙ hoc est principium posterioꝝ in consequentia, hoc est principium terminorum mediorum.

Similiter autem & in ipso erit. si enim verum est dicere, quòd erit D necesse prius verum dicere, quod A erit: huius autem causa ipsum C. si enim D erit, prius ipsum C erit, si vero C erit, prius ipsum A erit: similiter autẽ infinita est sectio & in his: non enim sunt futura contigua inter se, principium vero & in his immediatum accipiendum est.

Dixit Arist. Et similiter in eo, quod appetit esse: & hoc, cũ erit oratio, ꝙ D appetit esse, vera, sequitur vtiq; vt sit oratio, ꝙ A appetit esse, prima vera, & ſm̃ hoc ipsum C: qm̃ si D appetit esse, & C appetit esse prius, & si C appetit esse, A vtique appetet esse prius: & hoc exemplo sectio in hoc cõsimiliter etiam est infinita: & hoc, quoniam ea, quæ appetunt esse, non consequitur nec aggregantur inter se: & principium in his cõsimiliter etiã oportet vt sit immediatum.

64 Posteaq; narrauit, ꝙ dispositio rerum, quæ sunt in tempore præterito simul cum causis suis, est, cũ existit posterius ex ipsis, hoc est causatũ, vt existat prius, hoc est causa, et hoc non cõuertitur. hoc est, cũ existit prius, non existit posterius, quodq; hæc si fuerint plura vno, media vtiq; inter ipsa sunt finita, quodq; non est possibile in ipsis absq; primo, quod est causa non causatũ, & causato vltimo, quod est causatum non causa, vult enumerare, ꝙ simile huic accidit in rebus futuris, hoc est, quorum existentiam, & existentiam causarum suarum dimetitur tẽpus futurum, hoc est, ꝙ primum in ipsis sequitur ex vltimo, quodq; non conuertitur, & media ex primo & vltimo sunt finita. Et hoc est quod voluit, cũ dixit: & similiter in illo, quod appetit eẽ. hoc est, dispositio rerum possibilium existẽtium in hac re, est, quemadmodum dispositio rerum præteritarum. Deinde cœpit in his consimiliter ẽt quatuor res, quemadmodum fecit in rebus præteritis, hoc est, causatum vltimum, & causam primam, & causam causatam per medium ſter primũ & vltimum, & accepit loco primi, literã, quam acceperat in ipsis, et est A: & loco vltimi, literam, quam acceperat in ipsis, & est B: & loco medij, literam, quam acceperat in ipsis, & est C. Et dixit: & hoc cũ erit oratio, ꝙ D appetit esse, vera, sequitur vtiq;, vt sit oratio, ꝙ A appetit esse, vera. sensus est, & exemplum huius, qm̃, si fuerit illud, in quo est literа D, quod posuimus vltimũ in rebus, quæ appetunt esse, & posuerimus C, quod est oratio, ꝙ D erit, orationem veram, sequitur vtiq;, vt sit, ꝙ A primum erit oratio vera. Et cũ dixit: & ſm̃ hoc, ipsum C. sensus est, & causa, cũ positum fuerit D esse verum, ut sit oratio, ꝙ A existet, vera: qm̃, cùm posuerimus orationẽ, ꝙ D erit, vera, erit vtiq; oratio, ꝙ C erit, vera, cumq; fuerit oratio, ꝙ C erit, vera, oratio vtiq;, ꝙ A existet, erit ꝙ A. Et hoc est quod significauit, cũ dixit: qm̃, si D appetit esse, & C vtiq; appetet esse prius: & si C appetit esse, A vtiq; appetet eẽ prius. Deinde dixit: & hoc exemplo sectio in hoc consimiliter etiã est infinita. sensus est, & causa istius similitudinis sequitur ex positione orationis, quòd posteriora sunt uera, vt sit oratio, quòd priora sunt, oratio vera consimiliter etiam: ita quòd, si dispositus in ipsis processum in infinitum, erit hæc consequentia procedens in infinitum. hoc est, cùm positum fuerit, vt sit posterius ex ipsis, sequitur, vt sit prius ipso: & consimiliter, cũ positum fuerit hoc prius, sequitur, vt sit prius alterũ, & si fuerit huic priori prius alterum, sequitur in hoc, ꝙ sit prius tertium, & consimiliter si acceperit quartum, aut quintum in infinitum, fortasse verificabitur, vt inueniantur in his priora in infinitum. Et posteaq; enuntiauit, ꝙ priora sequuntur ex posterioribus, & nõ sequitur posteriora ex prioribus, adduxit causam in hoc, & dixit: & hoc, qm̃ ea, quæ appetunt esse, nõ consequuntur nec aggregantur ſter se. sensus est, ꝙ causa, ꝙ non sequitur ex priori posterius in hoc, est, qm̃ nõ cõtinuatur prius cũ posteriori. Deinde dixit: & principium in his consimiliter etiam oportet, vt sit immediatum. sensus est, & principiũ demonstrationis in his debet esse immediatum, quoniam, si esset omne principium suum mediatum, non esset ibi propositio nota per se, nec aliquid causatum.

† Ab l. asc. sus hunc exẽpli

Se habet autem sic in operibus, si facta est domus, necesse est incisos fuisse lapides, & factum fuisse hoc * propter quid: qm̃ necesse est fundamentum factum fuisse, si quidem & domus facta fuit: si vero fundamentũ est, prius lapides factos fuisse necesse est. Rursus, si erit domus, consimiliter prius erunt lapides (monstratur autem per medium similiter) erit enim fundamentum prius.

* nonnulli codices non habent illud propter quid.

Dixit Aristot. Dispositio autem huius in operibus & facturis per se est ita, si fuerit domus, sequitur vtiq; ex necessitate, vt iam incisi fuerint lapides, iamq; fuit hoc, propter quid est hoc? dicemus, quoniam oportet, vt sit fundamẽtum, quod iam fuit prius, si fuit domus, & si fuit fundamentum, sequiᷠ vtiq; ex necessitate, ꝙ lapides iã fuerint priores, & à capite, si domus appetit esse, cõsimiliter iam appetunt lapides esse prius, iamq; apparet & monstratur exemplo vno: & hoc, qm̃ fundamentum iam appetet esse prius.

Posteaq; enuntiauit de consequentia causarum in rebus, quæ generantur ex causatis, quodq; causæ non sequuntur ex ipsis causatis, & hoc inuenitur in causis & causatis, quę sunt in tempore præterito, & consimiliter etiam in tempore futuro, vult notare ad hoc de existentia dispositionis talis in ijs, quæ generantur, artificialibus, qm̃ ars assimulatur rei ſm̃ naturam, & dixit: Dispositio autem huius in operibus & facturis. sensus est, dispositio, in qua est hæc consequentia inter cãm & causatum, erit in rebus, quæ fiunt ex operatione nostra & factura nostra, quẽadmodum si est hic domus existens, sequitur vtiq; ex necessitate, vt sint lapides incisi. Deinde dixit: iamq; fuit hoc, propter qđ est hoc? sensus est, iamq; sunt existentia lapidum propter domum per medium inter ipsos, & inter domum, & est fundamẽtum: & hoc, qm̃, si domus est existẽs, sequitur, vt existat fundamentum, & si est fundamentum existens, sequitur, vt existant lapides: si igitur est domus existens, sequiᷠ, vt existant lapides. Et hoc est quod voluit, cùm dixit:

dicemus,

* Ab. le. tres

dicemus,qm̃ oportet, vt sit fundamentum vsq; ad extremũ eius,quod scripsimus. sensus est,iamq; sunt existẽtia lapidum propter domum per medium alterum, quod dico esse fundamentũ.& hoc,qm̃ sequitur, si domus iam fuit,ꝙ fundamentum iam fuerit,& si fuit fundamẽtum,ĩ fuere lapides. Atqui uoluit per hoc exemplum ponere de tribus rebus, vltimo,& medio, & primo,quemadmodum fecit hoc in elementis, & domus est primum in hoc exemplo,& vltimum sunt lapides, & medium est fundamentum. Et posteaq; dixit, ꝙ domus cũ est existens,sequitur,ꝙ sint lapides existentes, adduxit exemplum medij inter ipsos, et dixit:qm̃ oportet, vt sit fundamentum,quod iam fuit prius,si fuit domus,& si fuit fundamentum,sequitur vtiq; ex necessitate, ꝙ lapides iam fuerint priores. sensus est,ꝙ est fundamentum,qm̃ cùm est existens domus, exuistit fundamẽtum prius absq; medio,cumq; existit fundamentũ, exuistunt lapides absq; medio. Et posteaq; exemplificauit in rebus artificialibus per hæc exempla artificialia, cœpit enuntiare, ꝙ res inuenitur consimiliter etiam in tempore futuro,& dixit: & à capite, si domus appetit esse,consimiliter iam lapides appetũt esse prius. sensus est,cũ repetierit hoc exemplum à capite, hoc est primo & secundo in rebus futuris, apparet, ꝙ res in ipsis est vna:& hoc,qm̃,si posuerimus ꝙ domus erit,oratio vera, sequitur vtique,vt sit oratio nostra,ꝙ lapides erunt prius,oratio vera,& post hoc monstrabit per exempla ſm exẽplum vnum.& hoc est,& mõstrabit,ꝙ domus, cũ ponitur esse,ꝙ lapides erunt per meditũ idem, quod declarauimus in rebus pretertis,& est fundamentum: & hoc,qm̃,cũ positum fuerit,ꝙ fundamentum erit, sequitur,ꝙ lapides erunt,& cũ positum fuerit,ꝙ fundamentum erit,sequitur,ꝙ domus erit:igitur, cũ positum fuerit,ꝙ domus erit,sequitur,ꝙ lapides erunt. Et hoc est,quod voluit,cũ dixit: & hoc, quoniam fundamentum iam appetet esse prius. sensus est, & hoc, quoniã cũ positum fuerit,ꝙ domus erit,sequitur,ex ipso prius, & sine medio,ꝙ fundamentum erit:deinde sequitur ex positione fundamenti,ꝙ ipsum erit, quòd lapides erunt absq; medio consimiliter etiam, et sequitur, cũ positum fuerit,ꝙ domus erit, ꝙ lapides erunt nõ primo, sed per medium,& est, ꝙ fundamentum erit.

Primo posteriorũ cap 1.

Quoniam autem videmus in ijs,quę fiũt, circulo generationem quandam esse, contingit hoc esse, si quidem sequantur seinuicem medium & extrema: in his enim ipsum conuertere est; monstratum vero est hoc in primis, ꝙ conuertuntur cõclusiones,quod aũt circulo hoc est, in operibus aũt apparet sic,madefacta terra,necesse est vaporẽ fieri, hoc aũt facto nubẽ,hoc autẽ facto,aquã,hoc aũt facto,necesse est madefactã eẽ terrã.hoc aũt erat,quod à principio,quare circulo circuiuit, vno.n.ipsorum quocunq; existente, alterum est,& illo, aliud,& hoc primum.

Dixit Arist.Iam vero videmus in ijs,quæ erunt,ꝙ iam inueniuntur circulo esse:igitur hoc vtiq; conuenit,vt sit, si medium & ambæ extremitates consequuntur se inuicem: & hoc,qm̃ in his erit conuersio æqualis:iãq; declaratum fuit hoc in ipsis primis, hoc est, qm̃ conclusiones reuertũtur æqualiter, qm̃ dispositio circuli hæc est.Sed in operatione & factura iam vtiq; apparet consimile,quod dicitur: qm̃, cùm fuerit terra humida,sequitur vtiq; vt generentur vapores, & hi sunt nubes, cumq; generatur hoc, generantur aquæ,cumq; generantur aquæ, madefit terra,& hoc est,quod fuit primum: circulo igitur circuiuit,& hoc,qm̃ cùm vnũ istorũ fuerit,quodcũq; sit,erit alterũ,et cũ hoc erit,erit alterum,& cùm hoc fuerit, est primum.

Posteaq; commemorauit,ꝙ in ijs, quæ generãtur ex se inuicem,sequuntur prima ex vltimis,& non conuertitur res,& hæc est dispositio rerum,quæ generatur ſm rectum, cœpit cõmemorare dispõnem eorum, quę generantur circulo ſm consequentiam,& dixit: Iam vero videmus in ijs, quæ erunt, ꝙ iam inueniuntur circulo esse:igitur hoc vtiq; conuenit, vt sit, si medium & ambæ extremitates consequuntur seinuicem. sensus est, cũ vero inueniuntur aliqua,quæ generant circulo,non ſm rectum,oportet vtique ex hoc, vt sequatur,vnumquodq; ipsorum ex suo compari,& sequatur ex altera extremitatum medium,& ex medio extremitas secunda,& ex hoc extremitas, à qua incepimus,quouscq; sit res in istis circulo à duobus lateribus simul. Et hoc est, quod significauit,cùm dixit:& hoc,quoniam in his erit conuersio æqualis. Atqui hoc ita fiunt, quoniam, cùm ea,quæ accipiuntur circulo,sequuntur seinuicem, accipitur circulus à latere dextro in sinistrum,& à latere sinistro in dextrum. Et posteaq; declarauit, ꝙ ista procedunt processu consequentiæ in circulum, quodq; causa in hoc est,quoniam vnumquodq; ipsorum est causa sui comparis,& causatum ab ipso, cœpit enuntiare, ꝙ ita sequitur, vt sit dispositio ipsorum in syllogismis, q; prædicantur de ipsis.hoc est,ꝙ ex terminis medijs ipsorum sequuntur cõclusiones,& termini, & medij sequuntur ex conclusionibus,quouscq; sit monstratio in istis circulo,hoc est mõstrentur termini tres per se inuicem,hoc est termini syllogismi. Et hoc est quod significauit, cùm dixit:iamq; declaratum fuit hoc in ipsis primis: hoc est, quoniã conclusiones vtiq; reuertuntur æqualiter,quoniam dispositio circuli est hæc. sensus est, iamq; declaratum fuit in tractatu Primo, mõtratto circuli quæ sit, & hoc est, vt redeant conclusiones super propositionibus æqualiter,& manifestum cum hoc in qua materia erit,& hoc in propositione cõuertibili. Et posteaq; declarauit hoc per sermonem, vult monstrare ipsum per exemplum,quod inuenitur in operatione naturæ & factura ipsius,& dixit:Sed in operatione & factura iam vtiq; apparet hoc consimiliter,quod dicitur,quoniam, cũ fuerit terra humida,sequitur vt generẽtur vapores, & hi sunt nubes,cumq; generatur hoc,generant aquę, cumq; generantur aquę,madefit terra,vult ꝙ apparet, ꝙ causata sequuntur in his ex causis: & hoc, quoniam humiditas in terra est causa,vt generentur vapores, cũ sequutus fuerit Sol,& vapores sunt causa, vt generent nubes,cũ infrigidatæ fuerint in loco frigido ſm naturã. Deinde dixit:et hoc est,quod fuit primum,hoc est madefactio terræ.hoc est, cùm madefacta fuerit terra vice vna,sequitur,vt madefiat secundo,& sic in infinitum. Deinde dixit: circulo igitur circuiuit. hoc est, humiditas,& ita sequitur in vnoquoque. Et dixit: & hoc, quoniam,cùm vnum istorum fuerit,quodcunq; sit, erit alterum,& cũ hoc erit,erit alterum,et cùm hoc fuerit,est primum. sensus est,& causa, ꝙ ex quocunq; accepto sit reditus circulo,est,quoniam,cũ positum fuerit vnũ ipsorum existens, sequitur existentia alterius, & cùm sequitur existentia alterius,sequitur cõsequens ipsum, quouscq; sequatur primum positum.

Sunt

Sunt autem nonnulla quidem,quæ fiunt vniuersaliter,nãq; & semper & in omni, aut sic se habent,aut fiunt,alia vero semp quidẽ, non vtplurimum aũt,vt non ois homo masculus barbam emittit,sed vtplurimum.

Dixit Arist. Iam vero inueniuntur nonnulla,quæ sunt ſm viam vniuersalis:& hoc, quoniam sunt semper & de omni,hæc autẽ, vt sint existentia sic, aut fiant: iamq; inueniuntur quædam,quæ non sunt semp, præterquam quòd sunt vt multum. vt in exemplo,non omnis hõ masculus barbam emittit,sed vt plurimum.

67 Posteaq; cõmemorauit,ꝙ ex ijs,quæ generantur,aliqua sunt,in quibus vltima sequuntur ex primis, hoc est causæ ex vltimis, hoc est circueuntia,quæ est res necessaria in oĩ materia, dixit: Iam vero inueniuntur nonnulla,quæ sunt,innuit vt velit per essentiam ipsorum, existentiam ipsorum ex causatis suis,siue erit in rebus id,quod generatur,aut iam perfectũ fuerit. Et posteaq; dixit:ſm viam vniuersalis.coniunxit illud,quod voluit per hoc nomen, scilicet expositionem eius, quod cõme morauit in tractatu Primo istius libri:& hoc est, vt prædicatum insit subiecto semper,& sit de omni subiecto, deinde diuisit intentiones istas,quæ prædicantur secundum viam vniuersalis. Et dixit:hæc autem, vt sint existentia sic,aut fiant. hoc est,& hæ sunt res, quæ inueniuntur ſm viam vniuersalis,si fuerint sic,qm̃ sunt eterne,aut vt sit dispositio ipsius vniuersalis existens in ipsis per generationem. Scire autem debes, ꝙ ex ijs, quæ generantur ſm substantiam,& quæ generãtur ex causis,quæ sunt causæ efficiẽtes,sequitur ex necessitate ex circulatione ipsorum,ꝙ non sit in istis intentio vniuersalis,quę tradita fuit in libro Demonstrationis, vniuersalis inquam,quod præterijt ex eo, quod generatur circulo ex sitibus,quę accidũt corporibus cœlestibus,qm̃ hæc generantur ex necessitate.vt in exemplo,qm̃ si est splendor,erit vtiq; obscuritas: & propterea sequitur, si fuit hyems,ꝙ erit æstas,sed hæ non sunt causæ efficientes inter se,sed sunt res, quæ accidunt semper vna post alteram ad existentiam corporis efficientis motũ suum semper & vnum:& hæc est species rerũ, quæ generant ſm viam vniuersalis tantum:quæ vero existunt secundum viam vniuersalis,erunt vtiq; in rebus necessarijs ſm individuum,tamq; erunt in rebus vniuersalibus corruptibilibus non ſm individuum,sed ex necessitate inuenieẽ vtiq; in ipsis propter naturã vlem. Scire autem debes,ꝙ magna pars consequentium necessariorum simul cum causis efficientibus est in accidentibus cũ subiectis suis,& hæc sunt,quæ sciuntur per accidẽtia substantialia:& propterea sunt demonstrationes absolutæ vtplurimum in hoc genere. Et posteaq; cõmemorauit, quæ sunt res existentes, quæ consequuntur seinuicem consequentia necessaria,cœpit cõmemorare consimile etiam,quæ ex ipsis consequuntur seinuicem ſm viam vtplurimum,& dixit:iamq; inueniunt aliqua, quę non sunt semper,præterq; ꝙ sunt vtplurimum. vt in exemplo,non ois homo masculus barbam emittit,sed vtplurimum. sensus est,exemplum huius,productio barbę post iuuẽtutem in masculis,qm̃ non est hoc necessarũ, sed vtplurimum:qm̃ inuenitur vtiq; vt in paucioribus aliquis,qui non emittit barbam. Et cũ dixit: non omnis homo masculus barbam emittit. sensus est,qm̃ non ois homo masculus emittit barbam ista productio barbæ nõ erit necessaria. Scire autem debes,ꝙ in ijs,in quibus sequitur posterius ex priori,inuenitur res ſm tres species,quod sequitur vt plurimum, & quod sequitur & non sequitur æqualiter,& quod sequitur vt in paucioribus:demonstratio autem vtiq; erit in ipsis secundum speciem consequentis vtplurimum.

Talium itaq; necesse est & medium vtplurimum esse, si enim A de B vniuersaliter prędicat,& hoc de C vniuersaliter,necesse est A de C semper & in omni prædicari, hoc enim est vniuersale & in omni & semper,sed supponebatur vtplurimũ: necesse est igitur & medium vtplurimum esse, quod est, in quo B:erunt igitur & eorum, quæ vtplurimum, principia immediata, quæcunque vtplurimum ita sunt,aut fiunt.

Dixit Aristo.Oportet autem,vt medium in talibus sit vtplurimum: & hoc, quoniam si fuerit A prædicatum de B per viam vniuersalis,& hoc de C ſm viam vniuersalis,sequitur vtiq;,vt sit A prædicatum de C semper & de omni, quoniam hoc est manifestum ſm viam vniuersalis,& hoc, vt sit de oi & semper,sed iam positũ fuit, ꝙ est vtplurimum: sequitur itaq; ꝙ medium,quod est B, erit vtplurimum,ertt igit & principia immediata eorũ,quę vtplurimum sunt ita,aut gñantur.

Posteaq; declarauit,ꝙ causata consequuntur causas suas,& vtplurimum ex ijs,quę generant vtplurimum, vult docere consimiliter etiam, ꝙ demonstrationum, quæ erũt in hoc genere, propositiones consimiles etiam erunt secnndum viam vtplurimum necessariæ. Et cùm dixit:oportet autem, vt medium in talibus sit vtplurimum. sensus est,ꝙ terminus medius in demonstratione,quæ erit in hac materia, sequitur ex necessitate, vt sit ſm viam non necessariam, hoc est in prædicatione sua de minori,& prædicatione maioris de ipso. Deinde adduxit exemplum ex literis, quod procedit consuetudine sua,vt literæ illæ accipiãtur loco trium terminorũ, & vult per hoc monstrare,quòd cùm fuerint conclusiones possibiles secũdum viam vtplurimum, sequitur,ꝙ sint propositiones possibiles ſm viam vtplurimum, & dixit:& hoc, qm̃ si fuerit A prædicatum de B per viam vniuersalis, & hoc de C ſm viam vniuersalis, sequitur vtiq;,vt sit A prædicatum de C semper & de omni:quoniam hoc est manifestum ſm viam vniuersalis. sensus est,atqui sequitur,ꝙ sint propositiones conclusionum possibilium possibiles,quoniam,si ponamus cõclusionum possibilium propositiones necessarias,sequitur ex hoc contradictorium eius,quod posuimus. exemplum huius.quoniã, si accipiamus, ꝙ A, quod est extremitas maior,prædicatur de B, quod est terminus medius ſm viam vniuersalis,hoc est,de omni eo, quod est sub B,& semper:& sit B prędicatũ consimiliter etiam de C,quod est extremitas minor ſm viam vniuersalis:sequit vtiq;, vt sit conclusio vniuersaliter prædicato A de C,hoc est, vt prædicetur de omni eo, quod est sub C,& ꝙ prædicetur de ipso per se:& hoc,quoniam intentio prædicationis secundum viam vniuersalis aggregat duas istas dispositiones,hoc est,vt sit prædicatum de omni subiecto, & quòd sit semper, quemadmodum diximus in præcedentibus. Deinde dixit:sed tam positũ fuit, ꝙ est vtplurimum,sequitur itaq;,ꝙ medium,quod est B, erit vt plurimum.hoc est,sed tam posuimus, ꝙ cõclusio est cõtingens vtplurimum,& hæc est dissona repugnãtia: sequit itaq; vt sint propositiones possibiles vtplurimũ.

Et dixit: erunt igitur principia immediata eorum, quæ vtplurimũ sunt ita, aut generantur. sensus est, & sunt propositiones notæ per se ad conclusiones, quæ sunt vt plurimum, consimiliter etiam vtplurimum, & hoc aut in essentia, aut in generatione. hoc est, qm̃ eorum, quæ sunt vtplurimum, causæ sunt illæ, quæ faciunt propositiones vtplurimum, & consimiliter, quorum generatio est vtplurimum, erunt ibi existentia vtplurimum, aut quæ generantur vtplurimum. Et hoc est, quod significauit, cũ dixit: sunt ita, aut generantur.

De compositione definitionis ex suis partibus, & quando sunt ignotæ quo pacto uenentur. Cap. VIII.

QVomodo igitur ipsum qd est in definitiones assignatur, & quo modo demonstratio aut definitio est ipsius, aut non est, dictum est prius. Quomodo autem oportet venari, quæ in eo quòd quid est prędicantur, nunc dicamus. Eorum igitur, quę insunt semper vnicuiq;, nonnulla extenduntur in plus, non tamen extra genus. dico autem in plus inesse, quæcunq; insunt quidem vnicuiq; vniuersaliter, at vero & alijs. veluti est quiddam, quod omni inest trinitati, sed & nõ trinitati, quemadmodum ens inest trinitati, sed & non nũmero: sed & impar inest omni trinitati, & in plus inest, nam & quinario inest, sed non extra genus: quinarius enim est numerus, nihil autẽ extra numerum, & impar.

* 2 l trinitati

Dixit Aristo. Sed quomodo perficientur definitiones intentionis qd est, & fm quem modum inest ipsi demonstratio, aut definitio, aut non inest, iam vtiq; diximus in præcedentibus. Dicamus autẽ nunc, quomodo oportet venari res definitionũ ignotarum ex parte quid est. Dicamus igitur, q eorum, quę insunt semper unicuiq;, aliqua superexcedunt, & ea sunt ampliora ipso, præterq; q non exeũt à genere suo. volo autem per id, quod dixi, quæ superexcedunt ipsum & sunt ampliora ipso, omnia illa, quæ insunt vnicuiq; de omni, & insunt consimiliter etiam alteri ab ipso. vt in exemplo, iam est aliquid, quod inest omni ternario, prętereq; q ipsum inest alicui quod non est ternarius, quemadmodum dispositio entis: quoniã ipsum inest vtiq; ternario, prætereq; q & ipsum vtiq; inest ei, quod nõ est numerus: & ipar quoq; inest omni ternario, & existentia ipsius est amplior: & hoc, quoniam ipse inest etiam quinario, quod non exit à genere ipsius: quoniam quinarius est numerus, neque intentio imparis exit à numero.

Qm̃ fuerat intẽtio ipsius in hoc tractatu loqui de definitionibus primo, & prius q; inuestigaret de dispõne ipsarum distinctionẽ posuit inter ipsas & inter demonstrationes, & fm quem modũ possibile est, q; ostendat per demonstrationẽ definitio, & fm quem modum nõ est possibile de re vna per definitionem qd est, & p̃ species suas, & profectus est ex hoc ad numerũ causarum quatuor, & si † comprehenditur definitio & demõstratio. sed vidit, q; locus decentior ad causas cõmemorandas est locus iste: qm̃ ea, quæ non habent causas, non ostenduntur per demonstrationem, neq; ipsa, neq; definitiones ipsorum: posteaq; perfecit hoc, expediens est, vt reuertatur ad id, quod erat in via ipsius, & est speculatio de eo, quod supererat de ipso ex intentione definitionum. Et posteaq; absumpsit sermonem suum de causis, qui non est appropriatus definitionibus, oportet, vt redeat ad sermonem de definitionibus, & cœpit cõmemorare illud, quod monstrauit ex dispõne ipsarum, & dixit: Sed qũo perficientur definitiones intentionis qd est, et fm quem modum inest ipsi demonstratio aut definitio, aut non inest, iam vtiq; diximus in præcedentibus. sensus est, per quam vero intentionem tradit definitio intentionem quid est, & per quem modum constituitur super hac re demonstratio, & inest ipsi definitio cum eo, q; consistit super ipsa demonstratio, & fm quem modum nõ est possibile, hoc iam vtiq; diximus in præcedentibus: qm̃ autem est via diuisionis, quã iam protulerunt antiqui, & existimauerunt, q; ipsa facit acquirere definitionem, iam declarauit, q; ipsa non facit acquirere definitiones ignotas fm naturam, & cũ eo, q; facit facilem productionem definitionũ & cõfert ipsis fm modum, quo confert inuestigatio, hoc est facultas acquirẽdi veritatem per propositiones notas per se: & hoc, qm̃ quemadmodũ ex propositionibus aliquid est, quod scitur per se, & hoc, ut sciatur per manifestationẽ, hoc est per speciem inquisitionis, aut exemplum, consimilis est dispositio in definitionibus: ex ipsis enim aliqd est, quod scitur per se, & ex ipsis aliquid est, quod scitur per spẽm speculationis: & hæc est via diuisionis & via compositionis, de qua intendit mentionem facere hic. Et qm̃ fuerũt antiqui, quemadmodũ diximus, qui produxerũt viam diuisionis tantum, addidit ipse antiquis productionem viæ compositionis, qm̃ ipsa non est inferior via diuisionis ad vtilitatem definitionum, quinimmo fortasse est manifestior ipsa, & non inuenit ipse, q; non conferat ad productionem definitionum simpliciter, hoc est definitionum ignotarum fm naturã. & hoc, qm̃ ea, de quibus dixit, q; diuisio nõ producit definitiones, decet vt transferant ad viam compositionis, & declarauit in ipsis, q; via compositionis non est sufficiens ad extrahendas definitiones ignotas fm naturã, quemadmodum fecit hoc Abunazar in libro suo: sed Arist. non fecit mentionem de hac via in libro suo, fm q; est sufficiens ad extrahendas definitiones simpliciter, sed fm q; est via facilitationis in hoc: & fm hoc operepretium est, ut intelligatur intentio Aristo. de cõmemoratione istius viæ. Cũ vero dixit: Dicamus aũt nunc, qũo oportet venari res definitionũ ignotarũ ex parte quid est. sensus est, cũ declaratum fuerit, qũo fit cõsistentia super definitionibus ignotis à demonstrationibus, iam vtiq; conuenit, vt dicamus, qũo conuenit, vt producantur definitiones non manifestæ à definitionibus notis p̃ se, & per quam viam cõuenit procedere absq; via diuisionis. Deinde dixit: Dicamus igitur, q; eorum, quæ insunt semper vnicuiq;, aliqua superexcedũt, & sunt ampliora ipso, prætereq; q; nõ exeunt à genere suo. sensus est, & hæc via est, vt consistamus super re, cuius intendimus definitionem, et recolligemus prędicata substãtialia, non quæ sunt vniuersaliora ipso, prætereq; q; non cõuenit, vt pertranseamus genus istius rei per ipsa: qm̃ sunt multa inexistẽtia semper, quorum vnicuiq; insunt prædicata substantialia, q̃bus multa seperantur ab ipso non

† Ab I. communis sit definitioni & demonstrationi

non egredientia genus ipsius. Et posteaq; dixit, q; nullum vnicuiq; rerum prędicatarum substantialium, quę sunt ampliora ipso, enuntiauit, quæ sint illa prædicata, & dixit volo autem per id, quod dixi, quæ superexcedũt ipsum, & sunt ampliora eo, omnia ea, quæ insunt vnicuiq; rei de omni, & insunt consimiliter etiam alteri ab ipso. sensus est, & intelligo per id quod dixi, prædicata, quę excedũt prædicata ampliora ipso, hoc est, vniuersaliora ipso, omnia prædicata, quæ prædicantur de aliquo p̃ viã vniuersalis, hoc est, de omni subiecto & semp, quæ cũ hoc insunt alteri à subiecto. Et posteaq; cõmemorauit, quæ sunt intẽtiones prędicatorum substantialium, quę sunt vniuersaliora subiecto, & magis appropriata, q̃ genus suum; ad duxit exẽplum; per quod docuit res, quæ sunt vniuersaliores; & non sunt magis appropriatę, q̃ genus, & dixit, vt in exemplo, iam est aliqd, quod inest oi ternario; p̃terq; q; ipsum est alicui, quod nõ est ternarius, vsq; ad id, quod dixit, et, quod non est numerus. sensus est; exemplum huius, qm̃ inest aliquid omni ternario, hoc est prædicatur de ipso, & eũ hoc ipsum prædicatur de aliquo, quod non est in numero, qui est genus ternarij, quemadmodũ ens, qm̃ ipsum iam inest ternario, hoc est prædicat de ipso, & ipsum eũ hoc prædicatur de aliquo, quod non est numerus. Et posteaq; mentionem fecit de prædicato vniuersali, quod trãsitendit genus rei, & est illud, per quod non confert via, cõmemorauit prædicatum vniuersale; quod est magis appropriatum generi, & dixit: & impar quoq; inest omni ternario, & existentia ipsius est amplior: et hoc, qm̃ ipse inest etiam quinario. sensus est, & exẽplum prædicati vniuersalis, quod est magis appropriatum q̃ genus, est impar, qm̃ ipsum prædicatur de omni ternario, & prædicatur de alio ab ipso ex speciebus numeri imparis, & non est vniuersalius genere ternarij.

Talia itaq; accipienda sunt vsque ad hoc, quousq; tot accepta fuerint primum, quorũ vnumquodq; quidem in plus inerit, omnia vero non in plus sunt: hanc enim necesse est esse substantiã rei. vt trinitati ineſt omni numerus, impar, primus vtroq; modo, & vt nõ mensuretur numero, & vt nõ componatur ex numeris: hoc igitur iã est trinitas, numerus impar, primus, & ita primus: horum. n. vnumquodq;, alia quidem imparibus omnibus insunt, vltimum vero & dualitati, omnia autem † nulli.

† 2 l. nulli nisi tria

Dixit Aristot. Oportet vt eligantur talia, quousq; deueniamus in electione ipsorum ad mensuram eius, quo sit vniuscuiusq; inexistentia amplior, & aggregatum non sit amplius: & hoc, quoniam sequitur vtiq; ex necessitate, vt hoc sit substãtia rei. vt in exẽplo, intentio numeri, & intentio imparis, & intẽtio primi fm species primi insunt omni ternario. & intelligo per species primi illud, quod nõ mensurat à numero, & quod non est cõpositum ex numeris: ternarius igit est hoc, id est numerus impar, primus, & p̃ hanc intentionẽ primus: & hoc, qm̃ vtraq; istarum duarũ intentionũ est, quę aggregãtur in impari, sed hoc vltimum ineſt ternario consistit etiam: omnia vero ipsorũ non insunt alicui.

Posteaq; declarauit, q; rerũ prædicatarum inuenitur nonnulla magis vniuersalia ipsis substantialia, quæ cum hoc sunt magis appropriata, q̃ genus ipsorum, cœpit narrare, q; oportet eum, qui vult definire aliqd, colligere huiuscemodi prędicata, cum; aggregatum fuerit ex pluribus ipsorum, quod est æquale rei, cuius intendit definitionem, & comprehensum fuerit ipsum aggregatum genus illius rei, sequitur ex necessitate, vt sit aggregatum ex ol hoc definitio rei. Et cũ dixit: Oportet, vt eligãtur talia, intelligit per ipsum prædicata substãtialia. Et cũ dixit: quousq; deueniamus in electione ipsorum ad mensuram eius, quo sit vniuscuiusq; inexistentia amplior, & aggregatum nõ sit amplius, sensus est, & oportet, vt eligamus ex istis prædicatis illud, cuius vnumquodque sit vniuersalius subiecto, hoc est re, cuius intendimus definitionem, et aggregatum ex ipsis non sit vniuersalius eo, sed æquale ipsi. Et hoc est quod volut, cũ dixit: amplius, hoc est, prædicat de ampliori, q̃ subiectum. Deinde dixit: & hoc, qm̃ sequitur vtique ex necessitate, vt hoc sit substantia rei. sensus est, & hoc, qm̃ hoc aggregatum, quod est cum hac dispositione ex prędicatis, oportet ex necessitate, ut sit forma rei, & differentia constituta ipsi: hoc est, cum relatum fuerit hoc ad genus suum, perfecta erit definitio istius rei. Deinde adduxit exemplum huius, & dixit: vt in exemplo, intentio numeri, & intentio imparis, & intẽtio primi fm species primi insunt omni ternario. sensus est, & exemplum huius, qm̃ inest omni ternario, q; est impar, & q; est numerus primus fm intentiones specierum primi. Postea declarauit intẽtionem primi, & dixit: & intelligo per species primi illud, quod non mensuratur à numero, & quod non est compositum ex numeris. sensus est, q; primum in numeris est fm duas intentiones, quarum vna est, q; non mensuretur à numero, altera vero, q; non sit compositus ex numeris, quemadmodum ternarius & binarius: qm̃ ternarius & binarius nõ sunt compositi ex numeris, binarius quidem non est ex numero penitus, ternarius vero est compositus ex numero & vnitate. Deide dixit: ternarius igitur est hoc. hoc est, ternarius igitur est hæc res. hoc est, cũ voluerimus exempli gratia definire ternarium per hanc viam, intendemus ad prædicata substantialia, quæ sunt vniuersaliora ipsis, & magis appropriata q̃ genus ipsorũ, quod est numerus: cũq; inuenerimus ex ipsis, quod est æquale ipsis, erit hoc definitio ipsius. vt in exemplo, qm̃ nos inuenimus, q; prędicatur de ipso imparitas, & primitas fm duas intentiones simul, & inuenimus aggregatum hoc æquale ternario, hoc est appropriatum ipsi, sequit, vt sit definitio ternarij hæc, hoc est de numero p̃mo fm duas intentiones simul. & hoc, qm̃ primitas, quæ dicit de numeris, per quam intelligimus, q; ipsi non mensurantur ab alio numero, est cõis quinario & reliquis, primitas vero fm intentionem secundã est, in qua cõicant binarius, & postea ternarius absq; alijs numeris in duabus speciebus primitatis simul. Et cũ dixit: & hoc, qm̃ vtraq; istarum duarum intẽtionum est, quæ aggregant in impari, intelligit per ipsum, imparitatem, et primitatem, quæ describuntur in eo, q; non mensurantur p̃ numerum. Cũ vero dixit: & hoc vltimum ineſt ternario, intelligit per ipsum, primum fm intentionẽ secundam. Et hoc est quod descripsit, q; non est cõpositum ex numero. Deinde dixit: oia vero ipsorum nõ insunt alicui. sensus est, aggregatum vero ex his tribus dispõnibus non ineſt vtiq; alicui numerorum alij à ternario.

Quoniam vero declaratum est nobis in superioribus, q; necessaria quidem sunt, quę in eo q; quid est prædicãtur, vniuersalia vero necessaria sunt, trinitati autem, & cuilibet

alij

alij sic accipiuntur in eo q̄ quid est, quę accipiuntur sic, ex necessitate quidē essent vtiq; trinitas hæc. q̄ autē substantia sit, ex his planum est: necesse enim est, si non hoc esset trinitatis esse, vt genus aliquid esse, hoc aut nominatum, aut innominatum: erit igitur in plus q̄ trinitati inexistens, supponatur enim tale esse genus, vt insit fm potētiam in plus. si igitur nulli ineſt alij q̄ indiuiduis trinitatibus, hoc vtiq; esset trinitati esse, supponat enim & hoc substātia vniuscuiusq; esse, q̄ est in indiuiduis vltima talis prædicatio: quare consimiliter & alij cuicunque ita monstratorum eidem esse erit.

Dixit Aristo. Qm̄ iam vtiq; notum est in eo, quòd adduximꝰ superius, q̄ ea, quę prædicantur per viam quid est, sunt necessaria, & sunt necessaria vniuersalia, & ea, quæ ponuntur in hac re, insunt ternario, & rei alteri per viā quid est: ex necesſitate igit̄ est, vt ternarius sit hęc. q̄ aūt sit substātia ternarij, notum vtiq; est ex hac re: & hoc, qm̄ sequitur ex necesſitate, q̄ nō sit, nisi intentio existentiæ ternario, & sit tanq̄ genus aliquod aut nominatum, aut innominatum: inerit igitur ampliori q̄ ternario, & ponatur q̄ genus est hoc, hoc est, q̄ ineſt in potentia ampliori, & si est hoc, non ineſt alicui alij, nisi ternario indiuisibili: hoc igitur erit intentio existentiæ ternarij: & hoc, qm̄ nos posuimus consimiliter etiam, q̄ substantia vniuscuiusq; est oratio vltima, quæ cōnumerat indiuisibile, quod est cum hac dispositione consimiliter etiam, cū fuerint ea, ex quorū dispositione monstratur, q̄ ipsa insunt ita rei alicui, quæcunq; res fuerit inexistens, & quid est.

71 Posteaq̄ posuit, q̄ prędicata, in quibus ponitur conditio, q̄ sint substātialia, & magis vniuersalia, quàm id, quod dicitur de ipso appropriatum ex genere, cū aggregatū fuerit ex ipsis vniuersale equale rei, qm̄ ipsa erunt definitio, & posuit exemplum de ternario in ipsis prædicatis, quæ insunt ipsi, hoc est imparitate & primitate fm duas intentiones, vult monstrare de ternario, & de alijs rebus, quas definire hoc modo intendit, qūo apparet, q̄ aggregatum istorum trium prædicatorum est definitio ternarij. Et dixit: Qm̄ iam vtiq; notum est in eo, quòd adduximus superius, q̄ ea, quæ prædicant̄ per viam quid est, sunt necessaria. sensus est, atqui sequit̄, q̄ aggregatum ex prædicatis, quæ sunt cū hac dispositione, sit definitio rei: qm̄ iam declarauimus in præcedentibus, q̄ prædicata, quæ accipiuntur in responsione quid est, sunt necessaria, & declaratum fuit cōsimiliter etiam, q̄ necesſarium est vniuersale. Et si res ita est, planum vtiq;, cū verificatum fuerit apud nos de prædicatis ex ea quid est, quæ traduntur in responsione qd est, q̄ oportet ea prędicata esse necesſaria & vniuersalia. vt in exemplo, cū verificatum fuerit apud nos de istis prędicatis trinarij, q̄ ipsa sunt prædicata ex via quid est, hoc est imparitate & primitate fm̄ duas intētiones, iam vtiq; declaratum fuit, q̄ ipsa sunt necesſaria & vniuersalia. Et hoc est, quòd significauit, cū dixit: Oō ea, quę ponuntur cum hac dispositione sunt ternario, & rei alteri per viā quid est. hoc est fm quid est, & relatiuis: manifestum igitur, q̄ ipsa sunt vniuersalia & necesſaria ternario. Et posteaq̄ docuit, q̄ prædicata, quę accipiuntur in respōsione quid est, oportet esse cum his duabus dispositionibus, dixit: ex necesſitate igitur est, vt ternarius sit hęc. sensus est, sequitur itaq;, vt sit aggregatio istorum prædicatorum ex parte, qua sunt æqualia ipsi. Deinde assumpsit declarandum, vnde sequitur hoc, & dixit: q̄ autem sit substantia ternarij, notum vtiq; est ex hac re. hoc est, q̄ aggregatio istorum prędicatorum sit substantia trinarij, est notum ex eo quod dicam. Deinde dixit: & hoc, qm̄ iam sequitur ex necesſitate, vt non sit, nisi intentio existentiæ ternario, & sit tanq̄ genus aliquod aut dictum, aut innominatum, sensus est, atqui sequitur, q̄ sit aggregatio horū definitio ternarij, qm̄ si non esset definitio ternario, esset vtiq; definitio generis ex generibus ternarij, qm̄ sunt substantiæ, siue hoc genus habeat nomen, vt figura, quæ est genus trianguli, aut non habeat nomen, sed significetur super ipsū q̄ oratione, quemadmodum quod dixerunt, q̄ genus duplicis est multiplex. Deinde dixit ineriet igitur ampliori q̄ triangulo, & ponatur, q̄ genus est hoc, hoc est, q̄ ineſt in potentia ampliori. sensus est, & si ponamus, q̄ ista prædicata sunt definitio generis ternarij, sequitur vtiq; q̄ insint ampliori, q̄ ternario, qm̄ iam posita fuit in definitione generis, q̄ ipsum ineſt in potentia ampliori, q̄ sit res, quę est genus ipsius, iamq; posuimus, q̄ ipsa sunt æqualia ternario, igitur sequitur, q̄ sint definitio ipsius: qm̄ ois oratio notificans substantiam rei alicuius, aut est genꝰ ipsius, aut definitio. Et hoc est, quod voluit, cū dixit: & si est hoc, non ineſt alicui alij, nisi ternario indiuisibili: hoc igitur erit intentio existentiæ ternarij. Intelligit per ipsum, & si fuerit aggregatio istorum prædicatorū non magis uniuersalis q̄ ternarius, de quo prædicatur non diuisibile in aliud, sequitur vtiq;, vt sit hæc oratio definitio ternarij. Atqui dixit, q̄ est i potentia, qm̄ non est extra intellectum vniuersale in actu. Deinde dixit: et hoc, qm̄ nos posuimus cōsimiliter etiā, q̄ substantia vniuscuiusq; est oratio vltima, quæ cōnumeratur indiuisibilis. sensus est, atqui declaratum est hoc, cū fuerimus confessi, q̄ substantia vniuscuiusq; entium materialium est terminus vltimus, qui dicitur de oībus indiuiduis, quę sunt indiuisibilia, hoc est indiuisibilia ex parte, qua est ratio primi. Et hoc est, quod voluit, cū dixit: quę connumerat indiuisibile. hoc est, quæ prædicatur de indiuiduis prædicatione prima. & quasi vult, q̄ cū admiserit, q̄ definitio docetis substantiā rei est posterior illa, quæ tradit essentiam cuiuscunq; indiuidui ex indiuiduis ternarij traditione prima, sequitur vtiq;, q̄ aggregatum istorum prædicatorum sit definitio ternarij. & existimo, q̄ ipse vtiq; designauit p̄ hoc illud, quod declaratum fuit in ijs, quæ sunt posit naturalia, q̄ definitio in veritate est indiuiduorum, quæ sunt in actu. Et posteaq̄ voluit docere, q̄ hæc est intentio, p̄ quam posuit exemplum de ternario, q̄ est vſe in oībus indiuiduis, quorum definitionem intendimus, dixit: cū fuerint ea, ex quorum dispōnibus mōſtratur, q̄ ipsa insunt ita rei alicui, quæcunq; res fuerit inexistens ipsi, & quid est. sensus est, & quemadmodum declaratū fuit in hoc genere prædicatorum, quę tradunt substantiam ternarij, consimiliter se habet res in omnibus prædicatis, ex quorum dispositione declaratum fuit, q̄ de re interrogatur, quid sit, quemadmodum se habet interrogatio prædicatorum, quæ insunt ternario, quæ attestantur substantiam de re, & tradunt definitionem ipsius. Atqui ponit conditionem de prædicatis, quæ sunt magis vniuersalia, q̄ id, quod prędicatur de ipso, & aggregatio

Vide. 5. metap. tex. cō 40. & 8. metā. text. cō. 9. & alibi.

gatio ipsorū est æqualis illi, quod non prædicatur, quoniam non ineſt vnicuiq; prędicatum vnum substantiale æquale ipsi: & intendit ipse in hoc tractatu intentionem vniuersalem.

Oportet autem, quando totū aliquid negotietur quilibet, diuidere genus in indiuidua specie prima, vt numerum in trinitatem et dualitatem: postea sic illorum definitiones tentare accipere, vt rectæ lineę & circuli, & recti anguli. post hæc autem accipientem quid est genus, veluti vtrum quantorū, aut qualiū proprias passiones speculari per communia prima: accidentia nanq; ijs, quæ componuntur ex indiuiduis ex definitio-
2. 2. l. definitio & ipsum simplex. nibus erunt plana, eo quòd principium est omnium *definitionum ipsum simplex, & simplicibus solis per se insunt accidētia, alijs vero secundum illa.

Dixit Aristo. Oportet autem, cū intendit aliquis definitionem alicuius totius, vt sit sollicitus diuidere genus in indiuisibile primum in specie. ut in exemplo, q̄ diuidat numerum i ternarium & binarium, deinde inquirat, vt accipiat definitionē istorum duorum & similium ipsis, vt definitionem lineę rectę, & definitionem circuli, & definitionē angulorum rectorum: deinde post hoc, cùm accepit quid est genus ipsius, puta an sit ex quantis an ex qualibus, cōsiderabimus consequētia appropriata per illa cōia primum: & hoc, quoniā quæ consequuntur res compositas ex indiuisibilibus, erunt nota ex definitionibus, quoniam definitio simplicis est principium totius: & consequentiæ insunt vtiq; per se simplicibus, & definitionibus eorum tantum: quòd autem insint illis alijs, hoc vtiq; est propter illa.

72 Posteaq̄ tradidit viam, per quam producuntur definitiones specierum vltimarū per viam diuisionis, vult tradere consimiliter etiam, qūo producuntur per hanc viā definitiones spērum, hoc est, quod est genus illius, quod est sub ipsis, & species illius, quod est supra. Et dixit: Oportet autem cū intendit aliquis definitionem alicuius totius, vt sit sollicitus diuidere genus in indiuisibile primum in specie. sensus est, iam vero oportet, cùm intendit aliquis definitionem generis alicuius, vt diuidat genus istud in species vltimas indiuisibiles per speciem: vocauit aūt genus vniuersale aliquod & totum, qm̄ est ex speciebus, & species ipsius sunt vt partes, & ipsum respectu ipsorū est vt totum & †vniuersale. Dein-
† Ab 1. consusum. de dixit: vt in exemplo, quòd diuidat numerum in ternarium & binarium, deinde inquirat, vt accipiat definitionem duorum istorū & similium ipsis. sensus est, exemplum huius, cū voluerimus, vt definatur natura cōprehensa in ternario & binario, ac si diceres numerū, diuidemus ipsum in ternarium & binarium, deinde accipiemus definitionē vtriusq; ipsorū per viam prioris, qm̄ ternarius & binarius sunt ex speciebus vltimis. Et dixit: vt definitionem lineæ rectæ, & definitionem circuli, & definitionem angulorum rectorum. sensus est, & ita monstratur sermo iste ex alijs exemplis similibus illis, quę adduxit. quemadmodum, cū volumus accipere definitionem lineę, diuidemus ipsam in duas species, quæ sunt arcualis & recta: & ita, cū voluerimus accipere definitionem angulorum, diuidemus ipsos in rectos & non rectos, & accipiemus definitionem vtriusq; fm viam præcedentem. Et cū dixit: Deinde post hoc, cùm accepit, quid est genus ipsius, puta an sit ex quantis, an ex qualibus. sensus est, & cū accepemus definitionē vniuscuiusq; spērum generis, cuius intendimus definitionem, accipiemus genus istius generis. Deinde dixit: considerabimus consequentia appropriata per illa cōia primum. sensus est, cumq; acceperimus genus istius generis, cuius intendimus definitionē, & definitionem spērum suarum particularium, accipiemus de illis definitionibus prædicata substantialia appropriata in hoc, cuius intendimus definitionem, quæ sunt illa, quorum vnumquodq; est vniuersalius hoc genere & appropriato generi ipsius, & aggregatum vtrorumq; erit æquale huic generi, cuius intenditur definitio, & erit oratio aggregata ex genere istius generis, et ex illis prędicatis appropriatis aggregata eēlis huic generi, & ex via qd est, illa est definitio huius generis. Et qm̄ posset aliquis dicere, cū fuerit definitio istius generis, perficietur vtiq; ex relatione prædicatorum substātialium ad genus suum: quid igitur est opus, vt accipiātur definitiones spērum, in quas diuidit primo? Quare vtiq; dixit ipse in responsione huius, q̄ post illa prædicata appropriata, aggregatio ipsorum ad hoc genus est notior per species ipsius q̄ per ipsum per se. Deinde adduxit causam in hoc, & dixit: & hoc, qm̄ quę consequuntur res compositas ex indiuisibilibus, erunt nota ex definitionibus. sensus est, atqui sequitur hoc, qm̄ prædicata substantialia appropriata in ipsis in genere composito ex speciebus, quæ non diuiduntur, hoc est, cuius intendimus definitionē, ipsa sunt apud nos per definitionem specierum suarum notiora, hoc est, q̄ existentia ipsorum in speciebus sunt notiora, q̄ existentia ipsorum in hoc genere. Postea adduxit causam consimiliter etiam & dixit: qm̄ definitio simplicis est principium totius. sensus est, atqui consistentia super definitionē generis ex definitione speciei, est manifestior, q̄ consistentia super definitionē ex ipso per se: qm̄ genus componitur ex speciebus, & spēs sunt simpliciores ipso, & definitio simplicis est principiū definitionis compositi, qm̄ principium compositi est ipsum simplex. Deinde dixit: & consequentiæ vtiq; insunt per se simplicibus & definitionibus eorum tantum: q̄ autem insint illis alijs, hoc vtiq; est propter illa. sensus est, prædicatorum aurem substantialium appropriatorum generi, cuius intendimus definitionem, aut appropriatorum aggregationi ipsorum, erit vtique existentia ipsorum notior per simplicia, hoc est species, quæ sunt sub genere, qm̄ ipsa insunt primo speciebus, qm̄ ipsę sunt simplices, sed q̄ ipsa insint illi, quod est ex compositione, hoc utiq; erit, quia ipsa insunt spēbus, hoc est ipsa insunt spēbus primo, & generi secundo. vt in exemplo, qm̄ genus vtique ineſt alali, qm̄ ineſt speciebus suis, quæ sunt homo & equus, & causa in hoc est, qm̄ alalitas absoluta inuenitur vtiq;, qm̄ ipsa ineſt spēbus suis, & illa in speciebus inuenitur propter exēistētiā ipsius in indiuiduis, & propterea fuit indiuiduum notius apud nos q̄ spēs, & spēs notior q̄ genus, & consimiliter se habet res in prædicatis ipsorum, hoc est, q̄ prædicata generis appropriata ipsi insint speciebus, quæ sunt sub ipso, qđ est notius, q̄ q̄ insint generi per se. & propterea videtur Aristot. q̄ protractio definitionis per viam compositionis est notior, q̄ protractio ipsius per viā diuisionis, quoniam principium cōpositionis est notius apud sensum, & sunt indiuidua, principium vero diuisionis est ex generibus, quæ sunt minus nota apud sensum, licet sint

notiora apud intellectum. & est verisimile, ꝙ diuisio sit notior apud intellectum.

Diuisiones autem, quæ sunt ſm differentias, vtiles sunt ad ita pertranseundum, vt tamen monstrant, dictū est in præcedentibus: vtiles vero essent ita solum ad syllogizandum ipsum quid est. Atqui videretur vtiq; nihil, sed statim accipere omnia, ac si ꝙspiam à principio acciperet absq; diuisione.

Dixit Aristot. Diuisiones vero per differentias vtiles sunt ad diffiniendum hunc in modum: quomodo autem monstrant iam vtique diximus in præcedentibus. Iam vero vtiles sunt in hūc modum, hoc est, vt ratiocinentur super ipso quid est, secūdum quòd existimatur, ꝙ non est hoc aliqd aliud à positione: quemadmodum si poneret aliquis à principio absq; diuisione.

73 Posteaq; docuit modum extrahendi definitionē per viam diuisionis rediit ad narrādum vtilitatem diuisionis, & conditiones, quæ traduntur in hac, & dixit: Diuisiones vero per differētias vtiles sunt ad definiēdum hunc in modum: hoc est, quem commemorauimus ex parte diuisionis. Deinde dixit: qūo autem monstrant, tam vtiq; diximus in præcedentibus, hoc est, ꝙ iam dictum fuit, qūo progreditur definitio per viam diuisionis. Deinde dixit: Iam vero vtiles sunt in hūc modum, hoc est, vt ratiocinentur super ipso quid est. sensus est, vtilitas uero ipsarum est vtiq; in extractione definitionis tātum. designauit autem per hoc, quod prius dixit, ꝙ non est vtilis ad concludendum aliquid ignotum, & hoc, qm̄ Antiqui viderunt, ꝙ est utilis in duabus rebus simul. Et posteaq; enuntauit, ꝙ est vtilis in extrahēda definitione tantum, dixit: ſm quòd existimatur, ꝙ non est hōc aliquid aliud à positione. sensus est, ſm quòd iã existimaꝫ, ꝙ extractio definitionis per ipsum nō est aliqd aliud à definitione, & positione ipsius admisa, quēadmodum si positum fuisset, ꝙ est definitio istius absq; eo, ꝙ progrediatur per viam diuisionis. Et hoc, quod dixerunt de intentione diuisionis, est illud, quod iã declaratum fuit prius, scilicet ꝙ faciēs ipsam, admittet, ꝙ genus ineſt definito, ſm ꝙ est genus ipsius, & admittet differētias diuisas ineſſe ipsi ex parte, qua sunt differentiæ, & admittet positionem ſpeciei, cuius intendit definitionem sub vna duarum differentiarum oppositarū, vniuersale autem aggregatum ex genere & differentia est æquale ipsi, quemadmodum positū fuit à principio rei, ꝙ †ipsum vniuersale sortitum est illud absq; diuisione: & ſm hoc erit vtiq; facilitatio tantum, & traditio ordinis partium definitionis in natura sua. Iã vero dicere posset aliquis, ꝙ via compositionis est cū hac dispositione: hoc est, ꝙ non est bonum ad faciendam uiã hanc, nisi cū manifestum fuerit genus istius rei definitę ineſſe ipsi ex parte, qua est genus, & erit notum ex dispositione prædicatorum substantialium, quæ prædicantur de ipso, ꝙ sunt substantialia, quodq; sunt vniuersaliora definito, & magis appropriata q̄ genus, quodq; aggregatum ex ipsis est æquale illi, cuius intēditur definitio, & quod protrahit definitionem per hanc viam, est, quod positum fuit ipsi à principio rei absq; compositione in eo, quòd extrahitur per viam diuisionis. Dicamus autē nos, ꝙ positio eius est, quo indigemus ad pōnem ipsius per viam diuisionis, hoc est admissionem eius, qua indiget ad susceptionem ipsius per eam, si nō fuerit notum per se: ipsum igitur quod indiget, vt mōstretur per syllogiſmum, necessarium est, & nō conuenit, vt monstretur per aliud ab hoc: quod positum uero fuit ꝙ viam compositionis positione, fieri poterit, vt sit non manifestū per se, & hoc ſm duas species, aut ꝙ sit ex eo, quod potest monstrari per ſenſum: aut vt sit ex eo, quod pōt mōstrari per syllm. quòd si fuerit ex eo quod pōt monstrari per syllm, perficiet vtiq; per illas duas vias, hoc est viam diuisionis & cōpositionis: si vero fuerit ex eo quod pōt monstrari per ſenſum, hoc est per inuestigationem, quod vtiq; confert in hoc, est via cōpositionis, qm̄ principium in ipsa est ex rebus ſenſatis: ſed ex via diuisionis non erit vtiq; ipsi vtilitas in hoc, hoc est ſenſu, qm̄ principiū est ab intelligibili. perficiuntur autem duæ viæ per res, quæ sunt notæ per ſe, absq; eo, ꝙ mentur per ſenſationem earum, & res, quę non sciunt, nisi per syllm: appropriatur autem via cōpositionis in cognitione rerum vniuersalium, quarum via est, vt cadat in ipſis veritas propter ſenſum, & ꝓpterea sunt hæc via magis vniuersalis, & magis vtilis, & ꝓprie in scientia Naturali, in qua notiores sunt res ſenſibiles posteriores: & videtur, ꝙ sit via diuisionis notior in Mathematicis, qm̄ intelligibilia ibi sunt notiora ſenſibilibus: et hoc ꝓ eo, quòd facit Mathematicus. et in ſumma illud, quod acquirere facit diuisio & appropriatur ipſi, sunt duo, quorum vnum est ordo partium definitionis, secūdum vero est cōfidentia veritatis: & hoc, qm̄ tam est aliquid per se notum apud nos, & est definitio rei alicuius, cūq; fecerimus in ipso viam diuisionis, erit cōfidens veritas nīa in hoc ad vniuersalitatē definitionū per partes illarum dr̄iarum oppositarum, & hoc est res per ſe nota.

Differt autem aliquid primum & posterius eorū quæ prædicantur prædicari, vt dicere, animal mansuetum bipes, aut bipes animal mansuetum: si enim omne ex duobus est, & vnum quiddam est animal mansuetum, & rursus ex hoc & differentia, homo, aut quodcunque est, quod vnum sit, necessarium est diuidentem petere.

Dixit Arist. Est autem diuersitas & differentia, vtrum ipsorum debeat prędicari primo, & vtrum vltimo ex ijs, quæ prædicātur. vt in exemplo, siue dicatur, animal homo bipes, siue dicatur, bipes, animal homo, an differt? & hoc, qm̄ si omne est ex duob⁹, & hoc intentio vna, animal homo: amplius ex hoc & differentia homo, aut quodcunq; sit, cùm fuerit vnum: sequitur vtiq;, vt sit apud eum, qui diuidit, petitio.

Intentio ipsius in hoc tractatu est docere, quæ differentiarum debet præmitti in definitione, & quæ ipsarū debeat postponi. Et dixit. Est autem diuersitas et differentia, vtrum ipsorū debeat prædicari primo, & vtrum vltimo ex ijs, quæ prædicantur. sensus est, & ex differentijs, quæ ponuntur in definitionibus differt, quę ipsarū debeat præcedere, & quæ debeat postponi, & hoc est magis appropriatum æquali. vt in exemplo, qm̄ differēia magna est, siue dicatur in definitione hoīs, ꝙ est aīal, homo, bipes, siue dicat, bipes aīal homo, hoc est, qui ordinauit & dixit, aīal, homo, bipes, adduxit vtiq; definitionē ſm modos suos, & ordinauit dr̄ias suas ſm id, quod tradit iudicium. Et posteaq; narrauit ꝙ cōpositio definitionis per viam diuisionis debet progredi in compositione sua per magis vniuersale, q̄ sint differentiæ, adduxit causam in hoc, & dixit: & hoc, qm̄ si omne est ex

74

†Ab. le. illa summa esset illius definitio Dubium.

Solutio.

†Ab. le. iuris erat.

est ex duobus, & hoc intentio vna, aīal homo, vsq; ad extremū eius, quod scripsimus, sensus est, & causa in hoc est, qm̄ propterea ꝙ omne definitum est compositum in veritate ex genere & differentia, & est aīal domesticum genus hois ex parte, qua est vnum in cōpositione, & est hoc vnum, cū componitur cum differentia hois, erit ex ipso genus hois: sequitur itaq;, vt adducat tanq; genus totius, ex parte qua est pars generis ꝓpinqui, & ordo generis in definitione est prius differentia, hoc est æquale definito, & hoc sequitur in oībus definitionibus: apparet ex hoc, ꝙ oportet, vt definitio ꝙ uiã diuisionis petat super vna differentiarū. Qm̄ vero Aristo. aperuit sermonem in disputatione, in qua adducenda sollicitus fuit, destruit in ordine differentiarū, ꝙ oportet vt sit ſm illud, quod dixit, & sequitur hæc probatio rem, quam cōmemorauit de ordine differentiarum, & sequitur eo ſimiliter et iam res alia: & est, ꝙ diuidens petat sup differentijs, suffecit in cōmemoratione vnius duorum, alteram autem subticuit, qm̄ consequentiam alterius significat oratio præcedens, & hoc ſm consuetudinem Arist. in transitu: & est ac si dixisset, & hoc, qm̄ si totū, quod est definitio, fuerit ex duobus, genere & differentia, quæ est intentio animalis domestici, ex parte qua accipitur genus hominis, esset intentio vna, & ex hoc genere & differentia, quam adduximus post ipsum, staret homo, aut quodcunq; accepimus ex desinitis, cùm declarauerimus ipsum ex parte, qua est vnum: iam itaq; sequitur ex necessitate, vt ſic apud id, quod ratiocinatur super definitiōe per viam diuisionis, vt petat super differentijs, quod ordo ipsarū sit ordo, de quo mentionem fecimus.

†Ab. l. despiciendo:

Amplius vt nihil derelinquatur in eo ꝙ quid est, ita solum contingit, quando enim primum acceptum sit genus, si inferiorum quidem aliquam diuisionum accipiat, non incidet omne in hoc: vt non omne animal aut integris aut scissis pennis est, sed pennatū animal omne, huius enim differētia hęc, prima vero differentia est animalis, in quam oē aīal incidit: sisr aūt & aliorꝫ vniuscuiusq; & extrinsecorꝫ generum, et eorꝫ, quę sub ipso, vt auis, in quā oīs auis, & piscis, in quam omnis piscis: ita igitur procedenti est scire, quoniam nihil derelictum fuit, aliter autem & derelinquere necessarium est, & nō scire.

Dixit Arist. Amplius in eo, quod non derelinquitur, & non deficit aliqd ex via quid est, sic vtiq; solum possibile. & hoc qm̄, cùm acceperit genus primum, †posuit vtiq; aliqd eorum, quæ sunt ex diuisione inferiori, qm̄ totum non cadet in his. vt in exemplo, non omne animal aut est continuis pennis, aut scissis, sed omne animal volatile, hæc enim est differentia huius: differentia vero primi generis est, quæ cadit in genus totum, & similiter differentiæ vniuscuiusq; aliorum, & differentiæ generum, quæ sunt extra, & quę sunt sub ipsis. vt in exemplo, differentię volatilis ex toto volatili, & differētiæ piscis ex toto pisce. cùm. n. progressus fueris hac via, scire poteris, ꝙ non dereliquisti, neq; deficit aliquid, ſm modum vero alium oportet vt derelinquatur & deficiat, & non sciatur.

†Ab. l. oportet esse ordo aliquarum rerum.

Posteaq; declarauit, qualiter debeat esse ordo differentiarū in definitione, vult docere consimiliter etiam, qūo debeat procedere aliquis in diuisione sua, quousq; posideat per ipsam diuisionem naturam definiti in toto ipsius, non autem in parte ipsius. Et dixit: Amplius in eo, quod non derelinquitur, & non deficit aliquid ex via quid est. sensus est, & oportet diuidenti, q̄ diuidat genus definitum altum, & genera alia, quæ connumerauit, ita vt non derelinquat in diuisione differentiam aliquam ex differentijs, per quas diuidit prima diuisione genus comprehendens, quodcunq; genus fuerit ex generibus, quæ studet diuidere, quousq; perfecerit ad differentiam definiti. Et cū dixit: sic vtiq; solum possibile. sensus est, sic igitur possibile, vt deueniamus per diuisionem ad definitionem perfectam, hoc est, cū non defecerit ad diuisionem differentia aliqua. Et cū dixit: & hoc qm̄, cū acceperit genus primū, posuit vtiq; aliqd eorum, quæ sunt ex diuisione inferiori, qm̄ eorum non cadet in his. sensus est, atqui hoc est consequens: quoniam, cū diuidens diuiserit genus primum, & posuerit differentias, ꝙ quas diuisit ipsum, si posuerit de differentijs, ꝙ quas diuiditur genus, quod est sub ipso, & per ipsas diuideret genus primum, non cadet vtiq; definitum sub hac diuisione penitus. Posteà adduxit exemplū de hoc, & dixit: vt in exemplo, qm̄ non omne aīal est aut continuis pennis, aut scissis, sed oē aīal volatile. sensus est, si diuiserit aliquis aīal in id, quod habet pennas continuas, aut in id, quod habet pennas scissas, diuisit vtiq; genus primum per differentias gn̄is, quod est sub ipso: & hoc, qm̄ non omne aīal est aut continuis pennis, aut diuisis pennis: & differentiæ primæ ex sunt, ꝙ quas diuiduntur oīa duo gn̄a, sed hæc diuisio prima est oīs aīalis volatilis. & hoc, qm̄ verum esset, si diceretur, ꝙ omne aīal volatile est aut scissis pennis, aut continuis pennis. Et hoc est, quod significauit, cū dixit: hæc enim est differentia huius. sensus est, ꝙ cōtinuum pennis & distinctum pennis, sunt differentię aīalis volatilis, nō aīalis simpliciter. & hoc, qm̄ differētiæ primæ generis, pēr quas diuiditur totum ipsum genus diuisione, nō erit aliquid ex ipso, quod nō sit in ipsis: quemadmodum, si dicamus, oē aīal aut est sanguineum, aut nō sanguineum. Et hoc est quod significauit, cū dixit: differētia vero generis primi est, quæ cadit in genus totum. sensus est, differentiæ vero generis primi, per quas diuiditur, eæ sunt differentiæ, per quas diuiditur totum ipsum genus, hoc est, quòd non derelinquitur ex ipso aliquid. Et cū dixit: & sisr differentiæ vniuscuiusq; aliorum. sensus est, & hoc, quod diximus de genere, oportet vt intelligatur de reliquis generibus, quæ sunt sub genere vltimo, cuius intendimus diuisionem, & consisr, quod est supra ipsum, si intendamus diuisionem ipsius ad hāc similitudinem, & ad reliqua. Et hoc est, quod voluit, cū dixit: & differentiæ generum, quę sunt extra, & quę sunt sub ipsis. intelligit illas, quę fuerint vtiq; supra hoc genus, per quod posuimus exemplum, hoc est aīal. veluti, si posuerimus diuisionem nutritiui I sensitiuum, & non sensitiuum, & quæ sub ipso sunt: quemadmodum eū diuidimus aīal in recte stans, & non recte stans. Deinde dixit: vt in exemplo, differentiæ volatilis ex toto volatili, & differentiæ piscis ex toto pisce. sensus est, exemplum huius, qm̄ differentiæ subſtantiales volatilis sunt, quæ inueniuntur oppositæ in toto volatili, & differentiæ piscis, quæ inueniuntur consisr etiam oppositæ in toto pisce, siue fuerint oppositæ in ipsis duæ, aut plures duabus. Deinde dixit: cū enim progressus fueris hac via, scire poteris, ꝙ non dereliquisti, neq; deficit ali

qyid. sensus est, cumq; progressus fueris hac specie, ꝙ vtiq; verificatur, ꝙ non dereliquisti aliquam differentiarum, quæ sunt partes ex hoc definito, quas non adduxisti, quodq; hæc est definitio pfecta, in qua non deficit aliquid de substãtia definiti. Deinde dixit secundũ vero modum aliũ, oportet, vt derelinquatur, & deficiat, & non sciatur. sensus est, qui vero diuiserit genus rei per alium modum diuisionis ab hoc, hoc est per differentias non primas, sequitur vtiq;, ꝙ derelinquatur ex differentijs, per quas constituitur genus hoc definitum, vna, aut plures vna, tamq; sequitur, vt non sciat definitum ſm ipsius coaptationẽ ex definitione progredientẽ per hunc modum diuisionis.

Nihil autem oportet definientem & diuidẽtem omnia scire entia, quãuis impossibile dicunt esse aliqui, differentias scire, quę sunt ad vnumquodq; non scientem vnũquodq;, sine autem differentijs non esse vnũquodq; scire: à quo enim non differt, idem esse huic, à quo autem differt, alterum ab hoc.

Dixit Aristo. Non oportet autem modo aliquo diuidentem & definientem scire oĩa entia, & hoc, ſm quod dicere posset aliquis, ꝙ fieri non potest, vt sciat differentiam, quæ est vniuscuiusq;, si non sciet vnumquodq;, quodq; non est via, qua sciat absq; scientia, quæ est per differentias: & hoc, quoniam illud, quod nõ est diuersum ab ipso, est vnum & idem cum hoc, & hoc iter quod & ipsum est diuersitas, est aliud ab hoc.

Posteaq; declarauit conditiones, quas cũm executus fuerit diuidens per diuisionem, deducit ipsum ad definitionem rei, cuius intendit definitionem, & docuit mensuram rei, quam tradit diuisio, & quid, quod non tradit ipsi, vult docere, quid est, quod prohibet in summa hãc viã: & dixit, ꝙ est via falsa, qua errauerunt, qui magnificauerunt diuisionem, & dixerunt, ꝙ apparet superior dimensione. & errauerunt vtiq;, qui destruxerant diuisionem, cũ dicunt impossibilem eẽ diuisionem, & prohibent vtiq; ipsum, cũ dicunt, oportere diuidentem, vt non deueniat ad ſpẽm, cuius intenditur definitio, quousq; diuiserit oẽs species, quæ ponuntur sub genere altiori: & hoc est impossibile, qm̃ oportet diuidentẽ scire oẽs species entium, hoc est, vt sciat oẽs differentias, per quas differunt entia inter se. Et dixit: Non oportet autẽ modo aliquo diuidentem & definiẽtem scire oĩa entia. sensus est, ꝙ non oportet, vt sciat differentias oĩum entium. Et posteaq; cõmemorauit hoc, enuntiauit, ꝙ aliquis iam destruxit diuisionem, qm̃ credit, ꝙ diuisio sequitur hanc rem, & dixit: & hoc, ſm quod dicere posset aliquis, ꝙ fieri non potest, vt sciat differentiam, quę est vniuscuiusq;, si non sciuerit vnumquodq;, quodq; non est via, qua sciat absq; scientia, quæ est per differentias. sensus est, & hęc oratio est impossibilis, & si aliquis existimaret, ꝙ fieri non potest, vt sciat differentiã alicuius, cuius intendit scire differentias per viã diuisionis absq; eo, ꝙ sciat differentias omnium eorum, quæ diuersificantur ab illo, cuius intendimus definitionem per diuisionẽ. Et posteaq; cõmemorauit hoc de sermone ipsorum, adduxit exẽplũ, qđ adduxerũt ad hanc opinionẽ, & dixit: & hoc, qm̃ illud, qđ non est diuersum ab ipso, est vnũ & idem cũ hoc, & hoc inter quod & ipsum est diuersitas, est aliud ab hoc. sensus est, & qui dicit hunc sermonẽm, oportet, vt dicat, ꝙ manifestum est per se, ꝙ illud, quod non est diuersum â re, ipsum & res sunt vnum & idẽ, & quod est diuersum á re, ipsum est aliud à re. Atqui voluit, cũ admiserit hanc propositionem, & contrariũ ipsius, ꝙ sequitur, vt qui nouit aliquid in eo, ꝙ proprie illam concernit, sequitur quòd cognoscat ipsum diuersum aliud ab ipso, ꝙ si nõnouit diuersum, eẽt ipsum, & hoc vnum & idem, & non nouit hoc.

Primum quidẽ igitur hoc falsum est: non enim secundum omnem differentiam alterum est; multæ enim differentiæ insunt eisdem specie, sed non ſm substantiã, neq; p se. Postea, qñ acceperit oppositа & differentiã, & ꝙ omne incidit hinc aut inde, & acceperit in altero quod quæritur esse, & hoc cognoscat, nihil differt scire, aut non scire, in quibuscunq; prædicantur alijs differentiæ: manifestum enim est, qm̃ si ita procedẽs venerit in hæc, quorum non amplius est differentia, habebit rationem substantiæ, omne autem incidere in diuisionem, si sint oppositа, quorum non est medium, non est petitio: necesse est enim omne i altero ipsorum esse, siquidem illius differentia erit.

Dixit Aristo. Primum quidem hoc vtiq; est falsum. & hoc, qm̃ non est ſm omnem differẽtiam alterum diuersum, qm̃ insunt multæ differentiæ eisdem specie, sed nõ sunt per se, neq; ſm substantiam. Postea vero cũ hoc vtiq; ꝙ acceperit oppositа per differentias, ꝙ omne incidit aut hic, aut hic, & acceperit, ꝙ quæsitũ est ad alterum ex vtriſq;, erit vtiq; sciens p hoc, & non est differentia siue sciat, aut non sciat ea, de quibus prædicantur differentiæ rerũ aliarum: & hoc, qm̃ plane manifestum, si cum hoc, ꝙ acceperit hanc acceptionem, redierit ad ea, in quibus non inuenitur consimiliter etiam differentia, manifestum vtiq; erit ad rationem substantiæ: sermo autem, in eo ꝙ omne cadit in diuisionem, si fuerint differentiæ oppositæ ex eo, ꝙ non est inter ipsas medium, non est vtiq; petitio: & hoc, quoniam, sequitur vtique ex necessitate, vt sit in altero ipsorum, si fuerit differentia huius.

Qm̃ sequitur ex sermone præcedente, oportere, qui vult cognoscere aliquid p se, vt cognoscat omne illud, quod diuersificatur ab ipso, cumq; nouerit omne illud, quod diuersificatur ab ipso, quod nouimus p differentias suas, & diuersitatem à reliquis rebus ipsius, sequit vtiq;, vt sciat reliqua per differentias suas: qm̃ vero est hoc, sequitur vtiq;, cũ admiserit, ꝙ illud, quod diuersificatur, oportet, ꝙ sit diuersum per differẽtias, cœpit docere falsum, quod est in hac propositione, hoc est, quæ dicit, ꝙ omne illud, quod diuersificatur ab aliquo, est vtiq; aliud ab ipso. Et dixit: Primum quidem hoc vtiq; est falsum: & hoc, qm̃ non est ſm oẽm differentiam alterum diuersum, qm̃ insunt differentiæ multæ eisdem specie. sensus est, ꝙ in hoc sermone sunt plura falsa: primo quidem illud, in quo accipitur, ꝙ illud, quod diuersificatur, est aliud ſm speciẽ: & hoc, qm̃ non diuersificant differẽtiæ

differẽtiæ diuersæ per quãuis libeat dĩarum variatas, quoniam inueniuntur vtiq; differentiæ multæ variatæ in specie una & eadem, sed differentiæ istę non sunt differentię subſtantiales, neq; ſm substantiam. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: sed non sunt p se, neq; ſm substantiã. Et postea voluit, ꝙ hæc propositio verificat vtiq;, cũ accipitur particularis, hoc est, ꝙ illa, quę variant per differentias substãtiales, sunt vtiq; variata ſm spẽm, & non variantur simpliciter: & differentiæ non substantiales sunt illæ, quę accipiuntur in specie vna & eadem, quemadmodum album & nigrum, & aliæ differentiæ, quę sunt in vna & eadem specie. Et posteaq; enuntiauit falsum, quod est in istis propositionibus, & est possibile, cũ remouerit ab ipsis partem falsam, vt conferat litigatori, cũ tollit verum ad instantiam veram, qm̃ instantia ista est vtiq; ſm modum Dialecticę, dixit: Postea vero cum hoc vtiq;, ꝙ acceperit oppositа per differentias ꝙ omne incidit aut hic, aut hic. sensus est, veritas aũ erit vtiq; cũ hoc, ꝙ acceperit differentias oppositas, per quas diuidit genus, & acceperit ꝙ absq; dubio definitiones cadunt in vna ipsarũ. hoc est, qñ ponimus, ꝙ diuidatur totũ hoc genus in oppositas differẽtias, quodq; nihil phibet, vt illud, quod est sub ipso, ponat sub vna illarum differentiarum. Et posteaq; commemorauit, ꝙ posteaq; diuidens posuerit duas istas cognitiones, quarum vna est, ꝙ genus diuiditur vtiq; in differentias oppositas vtes ipsi, secũda vero, ꝙ quæsitum definitionis suæ ponitur sub vna istarũ, absq; dubio cõmemorauit intentionem tertiã ex eo, quo diuidens indiget ad monstrandum ipsum cõsimiliter etiam. Et dixit: & accepit, ꝙ quæsitum est ad alterũ ex vtriſq;. sensus est, cumq; posuerimus cum hoc cognitionem tertiam, quæ est, ꝙ varietur apud nos differẽtia, sub qua ponitur quęsitum definitionis suæ, tam vtiq; perfecta erit nobis cognitio definitionis per viã diuisionis absq; eo, ꝙ oporteat, vt sciat oẽs differentias rerum, quæ ponuntur sub oppositis, quæ sunt extra illud, cuius intenditur definitio, aut quæ cõcurr in differentijs vniuersalibus. Et hoc est, quod significauit, cũ dixit: erit vtiq; sciens p hoc, et non est differentia siue sciat, aut non sciat ea, de quibus prædicantur differentiæ rerum aliarum. sensus est, cumq; sciuerimus ex dispositione diuisionis istas cognitiones, de quibus mentionem fecimus, non est vtiq; differentia siue sciat differentias omnium rerum, quę variant à definito, aut nõ sciat ipsas, aut nõ est opus nobis ad cognitionem ipsarum per intẽtionem diuisionis. Et, cùm dixit: non est differẽtia siue sciat, aut nõ sciat ea, de quibus prædicantur differẽtiæ rerum aliarum. sensus est, ꝙ non est opus diuidenti, vt sciat res, de quibus prædicantur differentiæ, quæ sunt differentię rerum aliarum absq; eo, cuius intenditur definitio. Atqui voluit, ꝙ nõ est opus diuidenti, vt sciat oĩa ea, quæ cadũt in differentia oppositа, sub qua cadit res, cuius intenditur definitio. Et hũc sermonẽ inuenimus i traductione altera sic: equũ est siue sciant res, de qbus dicitur dĩa opposita, & distinctio ipsarum, aut non sciantur. Deinde dixit: et hoc quoniam plane manifestum, si cũ hoc, ꝙ acceperit hanc acceptionem, redierit ad ea, in quibus non inuenit consimiliter etiam differentia, manifestum vtiq; erit ad rationem substantiæ. sensus est, atqui hoc vtiq; est ex dispõne diuisionis manifestum, qm̃, cùm progressi fuerimus hac via ex diuisione, deducemus rem ad differentiam, quæ non monstratur à differentia rei, cuius intendimus definitionem differentia altera, hoc est differentia æquali rei definitę, † & hoc est, quod deuenit ad definitionem rei. Et dixit: sermo autem i eo, ꝙ oẽ cadit in diuisionem, si fuerint differentiæ oppositę ex eo, ꝙ non est inter ipsas medium, nõ est vtiq; petitio. sensus est, cũ vero posuerimus ad diuisionem generis definiti in differẽtias oppositas, ꝙ definitum, cũ ponitur in altera ipsarũ, non est vtiq; ex cognitionibus, quibus indiget ad monstrationem ipsarum, qm̃ notum est, ꝙ differentiæ illæ sunt oppositæ oppositione, quæ est in summa veritatis in altera ipsarũ. atqui dixit hoc, qm̃ reliquas cognitiones, quę sunt per diuisionem, posuit vtiq; ipsas diuidens per modum petitionis, cũ non fuerint cognitiones per se, quemadmodum genus rei definitæ inest definito, & quẽadmodum speculatio de tẽratione definiti p vnum duoꝝ oppositoꝝ, cũ non fuerit ita notum.

† Ab. leg & hoc eẽt impedimentum.

Ad construẽdam vero definitionem per diuisiones, tria oportet coniectare, vt accidentia, quæ prædicantur in eo ꝙ quid est, & hęc ordinare quid primũ, aut quid secundum est, & ꝙ hęc omnia sint. Est autem horum vnum primum per id, quod possumus, quemadmodum ad accidens, syllogyzare, ꝙ ineſt, & p genus construere: ordinare autem, vt oportet, erit, si primũ acceperit, hoc autem erit, cùm acceptum fuerit, quod omnibus sequitur, illi autem nõ omnia, necesse est enim eẽ aliquid tale: hoc autem accepto, iam in inferioribus idem modus est, secundum nanq; aliorum primum erit, & tertium cõsequentium, ablato enim superiori, quod consequitur aliorum primum erit: consimiliter vero & in alijs.

Dixit Arist. Ad construendum autẽ definitionem per diuisionem, tria vtiq; oportet coniectare. quod est, vt sint ea, quę prędicantur ex via quid est: & ꝙ ordinet in his, quod ipsorum est primum, & secundum: quodq; aggregatio istorum sint hæc. primũ igitur ex his est, qm̃ fieri vtiq; potest, quemadmodum qui ratiocinatur ad accidens, qm̃ ineſt, & ꝙ construit genus: ordo autẽ ſm id, quod decet, erit vtiq; si acceperit primum, hoc aũt erit, si posuerit, quod sequit omnia, ad hoc autem nõ omnia, & hoc, qm̃ est vtiq; ex necessitate aliquid tale: cumq; acceperit hoc, erit vtiq; in ijs, quæ sunt infra, iste idem modus, & hoc, qm̃ erit secundum, quod est ad res alias derelictas, primũ, & tertium ad ea, quæ sunt contigua, & hoc, cùm ablatum fuerit hoc, quod est supra, res vtiq;, quæ sequit ipsum, erit prima ad reliqua, & consimiliter in ipsis postremis, quæ sequuntur.

Dixit: Quòd ea, quæ oportet ponere artificem diuisionis i diuisione, cũ voluerit, ꝙ operatio ipsius sit procedens ſm rectum, primum erunt vtiq; differẽtię prædicatæ de eo, quod est sub genere ex via quid est, quæ sunt prędicata substantialia: secundo vero erit ordo differentiarum in definitione, cũ ponitur per magis vtę, et magis vtę ex ipsis est primum, deinde secundum, quod sequitur ipsum per ordinem, deide tertiũ, quousq; deuenerit per diuisionem ad differentiam appropriatam definito. Et hoc est, quod significauit, cũ dixit: & ꝙ ordinetur in his, quod ipsorum est primum, & secũdum. sensus est, vt doceatur ꝙ primum ex ĥs, & secundum, erit ordo ipsoꝝ talis, cũ præmiserimus primũ, quod est

magis vniuersale, postea adducemus secundum, quod est magis appropriatum ex ambobus illis: & ordo iste erit vtiq;, cū fuerint differentiæ, per quas diuidunt genera, aliquæ magis appropriatę aliquibus, cū vero fuerit vtraq; ipsarum magis vniuersalis suo cōpari, & magis appropriata ꝯ altera, & vtrę̄q; æquales speciei, cuius intenditur definitio, hoc est, cū aggregatæ fuerint, dicitur vtiq;, ꝙ magis significans sup̄ substantia rei est, quod debet prę̄mitti primum. Et posteaq̄ cōmemorauit duas istas intentiones, quæ debēt obseruari in ipsis, mentionem fecit de tertia, & est, per quod scitur, ꝙ cōpositum ex genere & differentijs est definitio speciei, cuius intenditur definitio. Et dixit: quodq; aggregatio ipsorum sunt hæc. sensus est, & tertiū, quod verificat de definito in prædicatione istius vniuersalis, hoc est, ꝙ sint æqualia ipsi, & conuertibilia cum ipso in prædicatione. & quasi dixit, ꝙ oēs illæ differentiæ sunt oēs differentiæ, ex quibus constituitur hoc definitum: & hoc, qm̄, cùm non dimiserit diuidens differentiam aliquam, oportet vtiq;, ꝙ inuentatur differentia conuertibilis, & non dimittatur aliquid de substātia definiti. Atqui dixit hoc, quoniam inuenitur vtiq; differētia æqualis, etsi dimittitur aliquid de substātia definiti, & existimatur, ꝙ rei est definitio perfecta, & non est definitio, vt sit in ipsa conuertibilitas & cognitio essentiæ. Et posteaquā cōmemorauit hæc tria, cōmemorauit causam, ꝙ sit necessarium ad cōstruendum super ipsis per diuisionem, & dixit: primum igitur ex his est, quoniam fieri vtiq; potest, quemadmodum, qui ratiocinatur ad accidens, quoniam ineſt, & ꝙ constituit genus. sensus est, atqui sequitur, ꝙ constituat diuidēs per diuisionem sup̄ differentijs substantialibus: quoniam ea, quæ prædicantur de ijs, quę sunt manifesta per syllim, aut nota per se, erūt qñq; accidentia, & qñq; erūt genera, & in summa prædicata substantialia, accidentia vero nō docent substantiam rei. Ad hanc igitur intentionem oportet diuidentem, qui vult extrahere definitionē per viam diuisiōis, vt diuidat genus per dr̄ias substantiales, & non p dr̄ias accītales. Et posteaq̄ cōmemorauit cām in hoc cōmemorauit qūo ꝓuenit intentio secūda, & est ordo, & dixit: ordo aūt ſm id, quod decet, erit vtiq;, si acceperit primum. sensus est, ordo autem prouenient vtiq; diuidēti ex substantia diuisionis, cū obseruauerit & diuiserit genus superius, & genera, quæ sunt inter superius & definitum primum, & primum ex differentijs per vniuersalius ipsis: & postea transtulit ad illud, quod est sub ipso per vniuersalitatem, & non dereliquit in descēsu suo differentiam aliquam vsq; ad illud, quod est sub ipso. Postea docuit, qm̄ prouenient iste operans ad partem, & dixit: hoc autem erit, si posuerit, quod sequitur omnia, ad hoc aūt non ota. sensus est, & hic operās erit ad diuidentem, cū fecerit differentias oppositas, quæ insunt oibus speciebus, quę sunt sub hoc genere, & non insunt rei definitę, sed insunt ipsi loco alio duo opposita tantū, & consimiliter se habet res in speciebus, quæ diuidunt in definitum. Deinde dixit: Et hoc, qm̄ erit vtiq; ex necessitate aliquid tale. sensus est, atqui hoc est possibile, qm̄ sequitur, vt inueniatur ex necessitate simile istis differentijs in omni genere. Deinde dixit: cum q; acceperit hoc, erit vtiq; in ijs, quę sunt infra, iste idem modus. sensus est, cum q; acceperit diuidere huiuscemodi differentias, & diuiserit per ipsas genus, quod nouit, ꝙ definitū ponitur sub vna ipsarum, & inuenitur aggregatum ex hoc genere vniuersalius definito, cōuenit vtiq;, vt procedat per diuisionem differentiæ, quæ est sub hac specie, cuius intendit definitionem hic idem diuidens, hoc est, ꝙ diuisio ipsius per oppositā comprehendit genus, quod est sub genere primo. Cùm vero dixit: & hoc, qm̄ erit secundum ad res alias derelictum primum. sensus est, & hoc, qm̄ differentia est secunda, † ꝙ opponit ipsi, cū posita fuerit conditio in ipsa, quæ posita fuit in differentia prima, & oppositum ipsius inuentur vlr oibus speciebus, quæ ponunt sub potestate differētiæ, quemadmodum ineſt differentia & oppositum ipsius oībus spēbus, quę sunt sub genere primo. Deinde dixit: & tertium ad ea, quæ sunt contigua. sensus est, & differētia tertia, cū accepta fuerit per hunc modum ineſt spēbus, quas consequuntur species, quibus est differentia secunda. Atqui voluit ꝙ hoc, † ꝙ inter huiuscemodi differentias non est medium, sed consequuntur se inuicem contiguę ex dispōne, quę est in speciebus, quarum istę sunt differentiæ. Et posteaq̄ enuntiauit hoc, adduxit probationem in hoc, & dixit: & hoc, qm̄, cùm ablatum fuerit hoc, quod est supra, res vtiq;, quæ sequitur ipsum, erit prima ad reliqua, et consimiliter in ipsis postremis, quę sequuntur. sensus est, atqui hoc vtiq; est consequens, qm̄, cùm ablata fuerit differentia prima, auferuntur per ablationem ipsius spēs, quibus hęc differentia est differentia vniuersalis, & derelinquitur differentia, quę consequitur species, quæ constituuntur per differentiā primam, & consimiliter, cùm ablata fuerit hæc differentia secunda, auferuntur per ablationem ipsius species, quæ constituuntur per ipsum, & derelinquītur species, quæ constituuntur per differētiam tertiā, & propterea dicit̄ de differentia, ꝙ est illa, per quam innouatur species.

† Ab. l. quam recipit.

† Ab. l. ꝙ sicut nō ē medium iter tales differentias, sed quę dā quibusdā inuicem succedunt, sic res se habent in spēbus,

Quòd autē omnia hæc sint, manifestum est ex eo ꝙ accepit, & primum secūdum diuisionem, qm̄ omne aut hoc, aut hoc animal est: ineſt autē hoc, & rursus huius totius differentiam, vltimi vero non amplius esse differentiam, aut & statim cū vltima differētia à toto non differre specie hoc: manifestum enim ꝙ nec̄ plus adiacet, omnia enim in eo ꝙ quid est accepta sunt horum, nec̄ deficit vllum: aut enim genus, aut differentia vtiq; esset. genus quidem igitur & primū, & hoc quod cū differentijs assumitur: differētię vero oēs habentur, non enim amplius sunt posteriora specie: nāq; differret vtiq; ipsum vltimum, hoc autem dictum est non differre.

Dixit Arist. Quòd autem aggregatio ipsorum sunt hæc, declaratum vtiq; fuit ex acceptione vniuscuiusque primi per diuisionem à toto, siue quoniam erit animal hoc, aut animal hoc, & animal hoc ineſt, quodq; differentia consimiliter etiam ineſt huic toti, quodq; non ineſt huic alia dr̄ia, quodq; ipsum est cum differētia vltima, inter quam & prędicationem suam totius non est differentia in specie: & hoc, qm̄ manifestum, ꝙ ipse non vult, sed ponit aliquam differentiā, qm̄ omnes eæ sunt acceptæ ex via quid est, nec̄ supereſt, nec̄ deficit aliqd ex his, nec̄ vnum: et hoc, qm̄ aut erit genus, aut differentia ipsius definiti, & genus ipsum est primū, quod accipitur cū differentijs simul, † & differentię sunt oēs cōsequētes. nec̄ erit tūc aliqd posterius, ꝙ si esset vtiq; aliqd aliud differēs spē, hoc aūt dictū vtiq; fuit ꝙ nō differt.

† Ab. l. differētiæ autem oēs affirmantur, & tunc nō inuenitur aliqua res, ꝙ sit vehementioris posteritatis.

Posteaq̄

79 Posteaq̄ declarauit, quomodo consistit diuidens super duabus intentionibus, quibus indiget, cœpit declarare, qūo consistat super intentione tertia, aut qūo monstretur, ꝙ iam deuenerūt ad ipsam. Et dixit: Quòd aūt aggregatio ipsarum sunt hæc, declaratum vtiq; fuit ex acceptione vniuscuiusq; primi per diuisionem à toto. sensus est, ꝙ aūt aggregatum ex genere & differentijs sit idem cū re definita, cui nō deficit, nec̄ supereſt, hoc vtiq; declaratum fuit ex diuisione generis per differentias primas oppositas, quæ appropriantur generi definit, ſm quod nō erit pars ipsius aliquid ex eo, quod est sub ipso. vt in exemplo, si intentio nostra fuerit definire speciem aliquam ex speciebus aīalis, † cōprehendemus vtiq; aīal ad differētias suas oppositas, quæ appropriantur aīali, deinde cognoscemus sub qua differentiarum oppositarum ex differētijs generis ponitur hęc species, cuius intēditur definitio, cumq; cognouerimus hoc, cognoscemus, ꝙ hæc differentia simul cū genere est vniuersalis huic speciei, cuius intendit̄ definitio. Et hoc est, quod significauit, cū dixit: siue qm̄ erit aīal hoc, aut aīal hoc. sensus est, atqui cùm nouimus intendentes definitionem hois, ꝙ aīal est genus ipsius, quodq; animal erit exempli gratia aut rationalis, aut non rationalis, cognoscemus, ꝙ aīal rationale ineſt hoi, quodq; hæc differentia est of hominī. Et hoc est quod significauit, cū dixit: & aīal hoc ineſt, quodq; differentia consimiliter etiam ineſt huic toti. Deinde cōmemorauit spēm tertiā scientiæ, & dixit: quodq; non ineſt huic alia differentia. sensus est, cùm nouerimus simul cū duabus intentionibus p̄cedentibus, ꝙ non ineſt hoi differentia alia superaddita differentiæ, quæ componitur cum genere suo, quę est rationale, iam vtiq; cōsistimus super eo, ꝙ genus est simul cū differentia vltima, quā adduximus in ipso, aut in differentijs, q̄ sunt inter ipsum & inter genus, quodq; non est differentia inter ipsum & inter spēm, cuius intēditur definitio. Et hoc est, q̄d voluit; cū dixit: quodq; ipsum est cū differentia vltima, inter quam & prædicationem suam totius non est differētia in specie. sensus est, ꝙ summa cognitionum est æqualis, & vna ipsarum sequitur alteram. hoc est, cognitio nostra, quam intelligimus in genere, non superaddit ei, cuius intēditur definitio per differentiam: aut cognitio nostra, ꝙ genus est simul cū differentia, quam intelleximus, non habet differentiam inter se & prædicationem suam de ea, cuius intenditur definitio. Postea adduxit probationem, ex qua cadunt nobis signa in huiuscemodi sermonibus, quos diuisimus æquales, definito, & dixit: & hoc, qm̄ manifestum, ꝙ ipse non vult, sed ponit aliquā differentiam, qm̄ oēs eæ sunt acceptæ ex via q̄d est. sensus est, & hoc, qm̄ manifestum est ex hoc facto, de quo mētionem fecimus, ꝙ non accepta fuit differentia, quę sit differentia in definitione rei, qm̄ nos non accipimus in his definitionibus differētiam superadditam: qm̄ differentiæ, quas volumus de genere, semper prędicant̄ de specie, cuius intenditur definitio ex via quid est, & superaddita non prædicantur de re ex via quid est. Et cū dixit: nec̄ supereſt, nec̄ deficit aliquid ex his. sensus est, & consimiliter etiam apparet ex eo, ꝙ ordinauimus differentias primas, his primis non deficit vtique aliquid, quod sit aliqua partium, ex quibus constituuntur definitiones. Deinde declarauit hoc, & dixit: siue fuerit genus, siue differentia ipsius definiti. Deinde dixit: & genus ipsum est primum, & quod accipitur simul cū differentijs, & differentiæ sunt oēs consequētes. sensus est, ꝙ cadat genus ex eo, ꝙ facit hoc genus, quod diximus: qm̄ tam posuimus ipsum i hoc sermone genus primum simul cū differentijs ineſſe definito, & non prætermissa fuit ex differentijs consequentibus definitum dr̄ia, quā intelligimus cū genere. Et hoc est, quod voluit cū dixit: & differentiæ sunt omnes consequentes. Deinde dixit: nec̄ erit tunc aliquid posterius. sensus est, & sequitur, ꝙ non inuentatur dr̄ia posterior istis differētijs, hoc est superaddita ipsis: & si fuerit hic differentia addita, oportet vtiq;, ꝙ sit natura ipsius simul cum eo, quod prædicit ex differentijs & genere, diuersa à natura rei, cuius intenditur definitio, iam q; positum fuit, ꝙ natura definitionis aggregatæ ex genere & differentijs præcedentibus consentit naturæ definiti, quod est diuersum & non cohęret. Et hoc est, quod significauit, cū dixit: ꝙ si esset vtiq; aliquid aliud differens specie, hoc autem dictum vtique fuit, quòd non differt.

† Ab. l. diuidem ꝙ aīal in

Quærere vero oportet inspicientem ad similia & indifferentia: primum quid omne idem habent, postea rursus in alteris, quæ in eodem quidem genere sunt cùm illis: sunt autem ipsis quidem eadem specie, ab illis autem altera: quādo autem in his acceptum fuerit aliquid omnino idem, & in alijs consimiliter in acceptis omnino considerare, si idem, quouscq; ad vnā deuenerit rationem, hæc enim erit rei definitio: si vero non processerit in vnam, sed in duas, aut plures, planum quòd non esset vtique vnum aliquid quod quæritur, sed plura.

Dixit Arist. Oportet autem, vt sit quæstio tua cū eo, ꝙ specularis similia, & diuersa: primo quidem, quid est illud, quod ineſt omnibus ijs vnū & idem: deinde quæres à principio de alijs, quæ sunt in eodem genere, & hæc inter se sunt vnum, & idem in specie, et ipsa sunt ab his diuersa, cumq; acceptum fuerit in his, quod ineſt omnibus vnum & idem, & in alijs consimiliter hoc exemplo, oportet, vt inuestigemus à principio de his, quæ insunt si sunt vnum & idem, & erit inuestigatio, quousq; deuenerit ad rationem vnam, & hoc, quoniam hęc est definitio rei: erit enim, cùm processeris hac via, quòd nō deuenies ad vnum, sed ad duo, aut ad tria. Planum igitur, quòd fieri non potest, vt sit quæsitum vnum, sed plura.

§ 80 Hoc præcepto docetur modus, quo cū feceris definitionem, constructa erit natura rei, cuius intenditur definitio, hoc est, super quo significat nomen rei, cuius intenditur definitio, hoc est natura vna, de qua dicitur nomen istud per consensum, si sint naturæ diuersę: & hoc nomen dicitur de ipsis per cōitatem. Et cū dixit: Oportet autem, vt sit quæstio tua cū eo, ꝙ specularis similia, & diuersa: primo quidem, quid est illud, quod ineſt omnibus ijs vnum & idem. sensus est, cùm intendis definire aliquid, super quo significat nomen aliquod, cū accipis per individua intentionem, in qua assimilantur, & non diuersificantur, oportet vtiq;, vt speculeris in hoc aliqua: primo quidem, cū quæris de similitudine, quid est quod ineſt, & illa cōprehenditur in oibus individuis ex individuis, de quibus absoluitur nomen rei istius, cuius intenditur definitio. Postea dixit: deinde quæres à principio de alijs, quæ sunt in genere eodem. sensus est, deinde intendemus consimiliter etiam ad comprehendum individua alia, & ad comprehendendum

† Ab. le erit. uocc.
† Ab. l. quæ. uocc.

primo ea, quæ ponuntur in re, cuius intenditur definitio, hoc est quæsitum: Et hoc est, quod significauit, cùm dixit: quæ sunt in genere eodem. Deinde dixit: & hæc ipsa inter se sunt vnum & idem in specie, & ipsa sunt ab his diuersa. sensus est, & hæc induuntur, cũ constituxeris speculationem de ipsis, oportet consimiliter etiam, vt sint vnum in specie, & si fuerit vniuersale vnũ aliud ab ipso vniuersali primo. Deinde dixit: cumq; acceptũ fuerit in his quod omnibus inest, vnum, & idem. sensus est, cumq; elegerimus hoc vt secũdum, quæremus consimiliter etiam in ipso intentionem vtem, quę inest omni ipsi, & est vna ex ipso & eadem, cumq; inuenerimus ipsum vnum inesse in summa ipsis, fecimus vniuersale tertium ex indiuiduis rei, cuius intendimus definitionem, & hoc est operans idem, hoc est, vt quæramus consimiliter etiam intentionem, † quæ assimilatur ipsi: cumq; inuenerimus ipsum, cõsiderabimus res illas, per quas assimilatur ipsum vniuersale, & si erunt res vna, illud vtiq;, cuius quærimus definitionem, erit res vna. Et hoc est, quod significauit, cũ dixit: & oportet vt inuestigemus à principio de ijs, quæ insunt, si sunt vnum & idem. sensus est, & ea, quę insunt ijs, quibus assimilatur ipsum vniuersale, sunt species. Et cũ dixit: & erit inuestigatio, quousq; deueneris ad rationem vnã. hoc est ad intentionem unam vtem ad comprehendendum ipsum vt̃e. Deinde dixit: & hoc, qm̃ hæc est definitio rei. sensus est, cũ deuenerimus ad vnum, quod sit tale, erit definitio rei, qm̃ hæc est differentia, quam cũ conioinxerimus generi istius speciei, erit ex ipsa definitio eius. Deinde dixit: erit enim, cũ processeris hac via, q̃ non deuenies ad vnum, sed ad duo, aut ad tria. Planũ igitur q̃ fieri non potest, vt sit quæsitum vnum, sed plura. sensus est, cumq; processeris & speculatus fueris ea, q̃bus assimilatur ipsum vniuersale, qm̃ species, p quas diuiditur hęc spẽs, non inuenientur res illę, per quas assimilantur intentioni vni, sed duabus aut tribus. Planũ igitur fieri non posse, vt illud, quod significat nomẽ rei, cuius quærimus definitionem, sit intentio vna, sed erit hoc plus intẽtione vna, & erit hoc nomen dictum † per determinationem, & declarationẽ eius, quod dictum fuit, qm̃, cùm quæsieremus definitionem alicuius speciei, de quibus existimatur, q̃ nomen ipsorum dicit per consensum, ipsum est, vt diuidatur spẽs ista in duo vniuersalia, aut tria, aut plura, ex eo q̃ existimatur, q̃ ipsa sunt diuersa in hac specie: deinde cõsiderabimus in summa vt̃e rei, per quam assimilantur indiuidua ipsius vniuersalis: deinde accipiemus res illas, per quas assimilantur indiuidua vniuersalis ex illo vniuersali, & si conunxerimus oibus ijs intentionibus, per quas assimilat vniuersale, intentionem aliam, iudicabimus, quòd hoc quæsitum est vna intentio, & si coniunxerimus ei plus q̃ vna intentio, iudicabimus, q̃ hoc quæsitum est plus q̃ intentio vna, & hoc præceptum vtile est in via cõpositionis, non autẽ per viã diuisionis. & propterea via cõpositionis apud nos est longinquior via diuisionis.

† Ab. 1. quæ scimus.

† Ab. le anagogice.

* Ab. le. posterior

Vt dico, si quid est magnanimitas quęremus, considerandum in quibusdam magnanimis, quos scimus, quid habent vnum omnes inquantũ tales, vt si Alcibiades magnanimus, aut Achilles, & Aiax, quid vnũ omnes habent: non tolerare iniuria affecti, ille enim bellauit, iste autẽ iratus est, hic vero iteremit seipsum. Rursus in alteris, vt Lysandro, aut Socrate, si vtiq; indifferẽtes sunt & bona & mala fortuna affecti: hæc duo capiens considero, quid idem habent, & non impassibilitas circa fortunas, & non tolerantia cũ iniuriantur, si vero nihil, duę vtiq; speciẽs essẽt magnanimitatis.

Dixit Arist. Dico autẽ per hoc illud, quod nos disposuimus: et hoc, qm̃, si quęreremus, quid est magnanimitas, oporteret, vt videremus & consideraremus in speciebus, quæ sunt magnanimę, quibus scimus, quę est dispositio vna inexistens omnibus ipsis per viam quid est in hac dispositione. vt in exẽplo, qm̃ Alcibiades magnanimus, & Achilles, & Aiax: si oportet, vt quæramus, quę est intentio inexistẽs, quæ est vna omnibus ijs: et hoc, quoniam ipsi non tollerauerunt colligãtiam: & hoc, qm̃ vnus ipsorum bellauit, & alter iratus fuit, & alter iteremit seipsum: deinde monstratur hoc à principio in hominibus alijs ab exemplo hoc, vt Lysandro, aut Socrate, & definitio dispositiõis suę est, quoniam ipsi non variari fuerunt cũ hoc, q̃ profecerunt in bono accidentium suorum, neq; dolent: cumq; accipiuntur hæ duæ dispositiones, quæremus vtiq;, quid est, quod inest vnum & idẽ, non admissio descriptionum ab accidentibus, & defectus tolerantiæ iniuriæ, & si non erũt vnum, erunt vtiq; magnanimo duæ species constitutæ.

† Ab. le. non ferant rẽ publicam:

† Ab. le. vniuersitatẽ reipublicæ,

§ 1

Posteaq; enuntiauit modum, quo conuenit vt consistat quærens definitionẽ eius, quod significat nomen, si hæc res, quam significat nomen, est res vna, aut plures, cœpit declarare in talibus rationem vtem, quã disposuit. Et dixit: Dico autẽ per hoc illud, quod nos disposuimus, vtq; ad id, quod dixit, quid est cum hac dispositione. vt in exẽplo, de quo dicitur, si quæram⁹ exempli gratia definitionẽ magnanimi, oportet vtiq; vt speculemur prędicationem indiuiduorum, de quibus dicitur, q̃ sunt magnanimi, & vnumquodq; idiuiduum ex toto, & vnamquãq; spẽm, & intentionem, propter quã disponitur hæc spẽs per magnanimitatem. Deinde dixit: vt in exemplo vtq; ad id, quod dixit, & alter interemit seipsum. sensus est, exemplum huius est, cùm speculati fuerimus dispositionẽ, per quam disponitur ille et ille & ille ad idiuidua celebrata apud ipsos p̃ singulas opationes, quæ dispositio ꝓpter hoc est in magnanimitate, & definiuerimus quod comprehendit hæc, qm̃ non tollerant† colligantiam: & hoc, qm̃ vnus ipsorum bellum gessit cũ viris Atheniensibus propter colligantiam, & alter iratus fuit socio suo, & non bellauit, & tertius interemit seipsum. Et dixit: deinde monstratur hoc in hoibus alijs vtq; ad id, quod dixit, cũ hoc, q̃ profecerunt in bono. sensus est, cumq; inuenerimus dispõnem, propter quam vocauit hanc speciem animæ, magnanimitatem, considerabimus ad speciem aliam consimiliter etiam exalta, & vocabimus ipsum per hoc nomen, quemadmodum Socrates, & vir ille celebratus apud ipsos consist̃ etiam cũ hac dispõne, & iuenitur, q̃ dispositio, propter quam vocanẽ isti magnanimi, fuit, q̃ non extolluntur in lætitia cũ hoc, q̃ accidunt ipsis accidentia bona, & non deprimuntur, cũ accidũt ipsis accidentia mala. Et hoc est, quod significauit, cũ dixit: non variati fuerunt cũ hoc, q̃ profecerunt in bono accidẽtium suorum, neq; dolent. Atqui designauit tollerantiam Socratis, eo q̃ inuenimus ipsum interemptum fuisse, et consimiliter alij, de quo fecit mentionem, accidit nouũ extẽs à natura, quo non afflixit spiritum suum. Deinde dixit: cumq; accipiuntur hæ duæ dispõnes, inuestigabimus vtiq;, quid est, quod inest vnum & idem, nõ admissio descriptionum ab accidentibus, & defectus tolerantiæ iniuriæ, sensus est, cumq; inuentę fuerint duę dispositiones, per quas vocatur utraq; istarum duarum specierum, magnanima, quarũ vna est priuatio descriptionum ab accidentibus, & secunda, priuatio tolleran tiæ ab angustijs, & considerabimus, si ambæ sunt dispositio vna, aut non sunt vna, cumq; inuentæ fuerint ambæ nõ esse vnum, iudicabimus de magnanimitate duo diuersa, quodq; nomen magnanimitatis dr̃ de ipso per cõitatem. Et hoc est, quod signauit, cùm dixit: & si non erũt vnũ, erunt vtiq; magnanimo duę spẽs constitutæ.

§ 2

Semper autẽ est omnis definitio vniuersalis: nõ enim alicui oculo dicit salubre Medicus, sed aut omni, aut specie determinans: facilius autem est singulare definire, q̃ vniuersale. quapropter oportet à singularibus ad vniuersalia transire: æquiuocationes etenim latent magis in vniuersalibus, quàm in indifferentibus.

Dixit Arist. Omnis autem definitio semper est vniuersalis: et hoc, qm̃ Medici nõ definiunt in medicina hunc oculum, sed omnem, aut illũ, qui distinguitur specie, & definire singula, facilius est, q̃ definire vniuersale: & propter hanc causam oportet vt trãseramur à rebus particularibus & singulis ad res vniuersales; & hoc, quoniam æquiuocatio decipit magis in vniuersalibus, q̃ decipiat in indifferentibus.

§ 2 pA. ipsẽs

Ista est dispositio vnius conditionis ex cõditionibus definitionis, et est, q̃ oportet, vt sit definitio vniuersalis oi naturæ definitæ, & quasi vult tradere cãm, quare res cũ nõ habet definitionẽ vnam vtem, nõ est res una, sm q̃ apparet res in dispositione magnanimi, qm̃ si non inuenitur definitio vniuersalis, non est possibile, vt inueniantur vni & eidem duæ definitiones. Et cùm dixit: & hoc, qm̃ Medici non definiunt in medicina hũc oculum, sed omnẽ, aut illũ, qui distinguitur specie. sensus est, & hoc apparet ex quæstitis in definitionibus, q̃ sunt res vtes, & hoc manifestum ex artib⁹ syllogisticis operatiuis. vt in exemplo, qm̃ Medici non definiunt rem, per quam erit medicina istius oculi designati, sed medicina oculi in eo, q̃ est oculus, est medicina oculi, qui est cũ dispõne tali cũ eo, q̃ diuiditur oculus in dispositiones suas, hoc est in id, quod disponitur, & disponitur sic. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: aut illum, qui distinguitur specie. Et cùm dixit: & definire singula, facilius est, q̃ definire vt̃e. sensus est, q̃ definire spẽs vltimas, est facilius, q̃ definire gña, & causa in hoc est, qm̃ definitio spẽrum inuenit̃ ab indiuiduis, quæ assequimur per sensum. Et hoc est, quod voluit, cũ dixit: & propter hanc causam, oportet vt transeramur à rebus particularibus & singulis ad res vniuersales. hoc est in extractione definitionis. cum eo, quòd dispositio ipsius est per viam compositionis. Postea adduxit causam facilitatis in hoc, & dixit: & hoc, quoniam æquiuocatio magis decipit in vniuersalibus, quàm in indifferentibus. sensus est, & causa, quòd acceptio definitionis à particulaꝛibus sit facilior, est, qm̃ æquiuocum non decipit in particularibus, in vniuersalibus autẽ fit, & propterea fuit apud ipsum via compositionis leuior, q̃ via diuisionis.

Quemadmodum autem in demonstrationibus oportet esse ipsum syllogyzatum fuisse, ita & in definitionibus manifestũ est: hoc autem erit, si per ea, quæ singulariter dicunt, sit in vnoquoq; genere definire seorsum, vt simile non omne, sed quod in coloribus & figuris, & acutum, quod in voce, & ita in commune progredi obseruantem, ne æquiuocatio incidat.

Dixit Aristot. Et quemadmodum in demonstrationibus oportet vtiq;, vt sit intentio syllogismi existens, cõsimiliter oportet, vt sit i definitionibus manifestis: & hoc erit, cùm definitio vniuscuiusq; generum seorsum fuerit per ea, quæ sunt i particularibus, quę definiuit. vt in exemplo, q̃ adducat nõ de omni simili, sed de eo, quod est in coloribus, aut figuris, & definitio, quæ est in voce: & secundum hanc acceptionem procedemus ad vniuersale ex parte, qua obseruabimus, ne sequatur nos æquiuocatio nominis, & incidamus in ipsam.

§ 3

Intẽtio sua in hoc capitulo est mõstrare, q̃ non oportet definitiones componi ex noibus æquiuocis, neque dubijs, neq; æquiuocis: & hoc, qm̃ definitiones, q̃ sunt cũ hac dispõne, non detegũt naturam definiti, neq; adducunt nobis substantiam ipsius, sed si notificant substantiam ipsius rei, est vtiq; per cogitationem, & phantasiam. Et posteaq; fuit hæc res in demonstrationibus notior, hoc est, q̃ oportet, vt non sint propositiones suę & conclusiones suæ æquiuocæ, posuit radicem & propositionem ad monstrandam existentiam istius definitionis, & dixit: Et quemadmodum in demonstrationibus oportet vtiq;, vt sit intentio syllogismi existẽs, consimiliter oportet, vt sit in definitionibus manifestis. intelligit per intentionem syllogismi cõclusionem, & intelligit per existentiam, significationem ipsiꝰ, et monstrationem ipsarum, & quasi dixit, & quemadmodum conclusiones in demõstrationibus oportet esse existentes sm q̃ sunt res apparens & manifesta, qm̃ non significant super ipsis per nomen cõicans, sed per nomẽ manifestum ex substantia rei, consist̃ se habet res in definitionibus, & oportet vt sint nota ipsorum ex consensu, quouisc; fuerint nota ex natura definitionũ in fine manifestationis, et apertionis. Deinde dixit: & hoc erit, cũ definitio vniuscuiusq; generum seorsum fuerit per ea, quæ sunt in particularibus, quæ definiuit. sensus est, & definitiones vtiq; erunt cũ hac dispõne, hoc est imposibiles, ex eo, q̃ pertractabitur in ipsis nomen cõicans, cũ intenderit ad extractionem definitionum generum ex definitionibus spẽrum extremarũ, sm quòd enuntiauit in ipso per exemplum, cũ commemorauit viam compositionis. Et cũ dixit: per ea, quę sunt in particularibus. intelligit vniuersalia, quæ prædicantur de indiuiduis ex parte, qua qd̃ sint: & hoc qm̃, cùm ingsiuerimus hæc prædicata in indiuiduis spẽrum, non decipiet nos nomen cõicans ad naturam generis, cuius intendimus definitionem, si fuerit ipsi nomen cõicans. Et cũ dixit: vniuscuiusq; generum seorsum, intelligit per genera, spẽs, quæ ponuntur sub genere, cuius intendimus definitionem, & quasi dixit, & definitio generum

* Ab. 1. anal. 50.

ponetur

ponetur vtiq; sup ipsis ſm perfectionem, cū fuerit defi-
nitio vniuersiuſq; ſpecierum, quæ ſunt ſub genere seo
ſum, quemadmodum prędicata de indiuiduis ſtius ſpe
cici ex parte quid eſt, ſm id quod definimus ante hoc.
Deinde dixit: vt in exemplo, ꝙ adducat nō de omni ſi-
mili, ſed de eo, quod eſt in coloribus aut figuris, & defi-
nitio, quæ eſt in voce. ſenſus eſt, & exemplum compo
ſitionis noſtrę de definitione ſpecierum ad definitiones
generum eſt, quemadmodum, cū uolumus definire, qd
eſt ſimile, nō oportet, vt quæramus definitionem ſimi-
lis vniuerſalis, hoc eſt, quod diuiditur in oīa ſimilia, ſed
oportet, vt incipiamus, & quæramus definitionem ſi-
milis per ſingulas ſpēs rerum ſimilium, & inquiramus
definitionē ſimilis in figuris ſeorſum, & ſi inuenerimus
ipſum intentionem vnam in oībus ſpēbus, ſciemus, ꝙ
ſimile vł eſt natura vna, & ſi non inuenerimus ipſum
* Ab le. æqu uocum ita, ſciemus, ꝙ eſt nomen cōicāns, ſm ꝙ de ipſo eſt itentio per ſe, & hoc, qm̄ ſimilia figurarū apud Geometras
non ſunt ſimilia in coloribus apud naturam, & conſimi
liter ſe habet res, cū intenderimus definire, quod ſigni-
† Ab.l p ſe, l oib⁹ locus. ficat nomen acuitatis, intendemus vtiq; ad definitionē
acuitatis, quæ eſt in voce tantum, & ad eam, quę eſt in
ferro † tantum, & ad eā, quæ eſt in ædificijs† tātum, qm̄
per hoc conſtituemur ad hoc, ꝙ nomē acuitatis eſt cō-
cans, aut nō eſt nomen cōicans. Et hoc eſt, quod ſigni-
ficauit, cū dixit: & ſm hanc acceptionem procedemus
ad vł̄ ex parte, qua obſeruabim⁹, ne ſequatur nos æq-
uocatio noſtra & incidamus in ipſam. ſenſus eſt, & per
hunc modum diſpōnis deueniemus ad conſtitutionem
ſuper intentione vniuerſali, cuius intēdimus definitio-
nem, qm̄ ipſa eſt intentio vna, ſi non eſt vna abſque eo,
ꝙ aſſequamur ipſam per cauſas noſtras ad hanc inten-
tionem nominis æquiuoci, & decipiet nos.

Si vero neq; diſputare oportet trāslatio-
nibus, planum ꝙ neq; definire, neq; transla-
tionibus, neq; quæcunq; dicunt trāslationi-
bus: diſputare. n. neceſſe erit i trāslationib⁹.

Dixit Ariſto. Et ſi non oportet, vt pertra-
ctes translationem apud ſpeculationem, &
ſermonem, planum vtiq;, ꝙ non oportet, vt
pertractes in definitione interrogationem
nominum & ſimilitudinem, neq; conſimi-
liter etiam oportet, vt pertractentur in ipſis
omnia ea, quę dicuntur ſm viam translatio-
nis, & ſimilitudinis: & hoc, qm̄ ſequit vtiq;
ex neceſſitate, vt pertractes translationem
& exemplum in reliquis ſpeculationibus.

84 Hoc præceptum vtile eſt in definitionibus: & eſt, ꝙ
non facias definitionem noſtrum exemplarium transla-
torum ad rem ex ſimilitudine ſua, qm̄ huiuſcemodi de-
finitiones tradunt vtiq; ſimilitudinem rei, non veritatē
ipſius. Et non eſt longinquum, ꝙ accidat propter nomi
na exēplaria illud, quod accidit ex noſtris cōtantibus,
hoc eſt, ꝙ exiſtimetur de rebus multis, ꝙ ipſæ ſunt res
vna. ecce exemplum eorum, quæ accipiuntur à noſtris
exemplaribus, eſt oratio eius, qui definiuit mare, ꝙ eſt
humor terræ aggregatus ſm profundū: & oratio eius,
qui dixit de lege, ꝙ eſt menſura actorum & factorum,
qm̄ humor non ponit cōditionem aquarum maris, niſi
in terra, & conſimiliter ſe habet res in menſura ſimul cū
lege: et qm̄ celebratum eſt vł̄, ꝙ Dialecticus elōgat in
ſpeculatione ſua factionem noſtrum exemplarū, poſuit
hoc præceptum ſuper artifice demonſtrationis, & defi-
nitoris primi in hoc, Et dixit: & ſi non oportet, vt per-
tractes trāslationem apud ſpeculationem & ſermonē,
planum vtiq;, quòd non oportet, vt pertractes in defi-
nitione interrogationem nominum & ſimilitudinem,
& cauſa in hoc eſt propinquitas orationum dialecti-
carum ab orationibus demonſtratiuis. Cumq; artifex
dialecticę elonget hoc, magis vtiq; conuenit hoc artifi-
ci demonſtrationis. Deinde dixit: neq; conſimiliter etiā
oportet, vt pertractentur in ipſis oīa ea, quæ dicunt ſm
viam translationis & ſimilitudinis: & hoc, qm̄ ſequitur
vtiq; ex neceſſitate vt pertractes translationē & exem
plum i reliquis ſpeculationibus. ſenſus eſt, & ſi coegerit res artificem demōſtrationis & definitorem, vt per-
tractet in definitione ſua nomina translatitia, non opor
tet, vt pertractet in hoc oīa noīa translatitia, ſed transla
tiones, quæ ſunt ex rebus propinquis ſubſtātę rei, non longinquis: & hoc, qm̄ exiſtimatur vtiq;, q; aliq̄ artifex demonſtrationis & definitor cogantur pertractare
noīa translatitia: quemadmodum cogitur Dialecticus
cōſimiliter etiam ad hoc in aliquibus locis: & hoc vtiq;
accidet in rebus non ſenſibilibus, quæ non poſſunt for-
mari, niſi per ſenſata ſua & exempla ſua, quemadmodū
fecit Ariſto, in formatione ſenſus cōis ſimul cum reliqs
ſenſibus, qui aſſimilauit ipſum lineis, quæ exeunt à cen
tro ad circunferentiam. & hoc inuenitur in ſermonibus
ſuis, & aliq̄n cogitur artifex demōſtrationis ſuper hoc,
quemadmodū ipſe loquitur, iamq; faciunt huiuſcemo-
di definitiones ad transferendum intellectum ab ipſis
ad definitionem veram: & hoc, qm̄ formatio, trāslatio-
nis intellectus aſſimilantis rem rei eidem, eſt facilior, q;
trāslatio eius ad ipſum apertorem, & in ſumma doctri-
na poetica eſt vtiq; obſcura: † & propterea inuenit Ari
ſto. oblitus fuiſſe duarum doctrinarum in locis multis.

† Ab. leg. & ideo inuenimus Ariſ. q; laudet vtraſq; diſciplinas

Quo pacto problemata ꝛenentur tum diuiſione, tum etiam proportione. Cap. IX.

AD hoc autem ꝙ habeamus problema-
ta, eligere oportet & deciſiones & di-
uiſiones, ita vero eligere ſupponentem ge-
nus cōmune omniū, vt ſi aīalia eſſent, quæ
ſpeculata ſunt, qualia omni aīali inſunt: his
autem acceptis rurſus reliquorum primo,
qualia omne ſequant: vt ſi hoc eſt auis, qua-
lia oēm ſequantur auem, & ita ſemper proxi
ma: planum enim, ꝙ habebimus iam dicere,
propter quid inſunt conſequentia ijs, quæ
ſunt ſub communi, vt propter quid homini
aut equo inſunt. ſit aūt aīal, in quo A: B vero
conſequentia oē aīal: in quibus aūt C D E ali-
qua aīalia; planum igitur propter qd B ineſt
ipſi D. nāq; per A: cōſimiliter autem & alijs.

Dixit Ariſt. Iam vero oportet ad haben-
das interrogationes & quæſita, vt ſit apud
nos intētio deciſionis & diuiſionis, & pro-
cedatur in ipſis hac via: & eſt, vt ponamus
genus vniuerſale omnibus. vt in exemplo,
ſi eſſent ſpeculationes, per quas ſunt anima-
lia, oportet vtiq;, vt conſideremus quæ ſunt
illa, quæ inſunt omni animali, cumq; acce-
pta fuerint hæc, cōſiderabimus à principio,
quæ ſunt illa, quæ ſequūtur primum totum
à reliquis. vt in exemplo, ſi fuerit hoc auis,
oportet vtiq;, vt quærantur, quæ ſequuntur
omnem auem, & ita ſemper accipitur proxi
mum:

mum: planum enim, ꝙ peruenietad nos, vt
enuntiemus, propter quam cauſam inſunt
conſequentia rebus, quæ ſunt ſub hoc vni-
uerſali. vt i exemplo, propter quam cauſam
inſunt homini, aut equo. ſit autem animal in
quo eſt A: B vero ea quæ conſequuntur om-
ne animal: ſint autem in quo eſt C animalia
particularia: planum igitur, propter quid B
ineſt C, quoniam ipſum ineſt propter A: &
conſimiliter ipſis rebus alijs.

85 Hoc præceptum vtile eſt ad extrahendas cauſas de-
finitionum, quas quærimus cauſas, hoc eſt per demon
ſtrationes cauſarum. quod eſt, quemadmodum ſi eſſe-
mus prius interrogationem & quæſtionē de cauſis co-
gnoſcentes per diuiſionē generum in ſpēs ſuas, & ſcien
tes per deciſionem. & hoc, qm̄ cognitio per diuiſionem
conſiſtit ſuper cognitione differētiarum apparentium,
& deciſio conſiſtit ſuper cognitione differentiarum in-
trinſecarum. Et poſteaq; cōmemorauit, ꝙ qui vult ha
bere potentiam tradendi cauſas eius, quod interrogaſ
de ipſo per ſpeciem accidentium ſubſtantialium, opor-
tet ipſum ſcire per diuiſionem & deciſionē, cœpit enun
tiare, quo ponit aliquis, cū fuerit ſciens p duas iſtas cau
ſas cū eo, ꝙ interrogauerit de cauſa, qua eſt aliquod ac-
cidens ex accidentibus entium p plus vna ſpecie ex ſpe
ciebus, & dixit: & procedatur in ipſis hac via: & eſt, vt
ponamus genus vł̄ oībus. ſenſus eſt, cum̄q; cognoue
rimus per diuiſionem & deciſionem, & interrogauerī-
mus de cauſa alicuius ex accidētibus entium per plures
ſpēs, ſequitur vtiq;, vt procedat in ipſo via, de qua dixi-
mus, & eſt, vt procedat per diuiſionem generis vniuer
ſalis oībus illis ſpēbus. Et poſteaq; enuntiauit, qm̄, cùm
voluerimus ſcire cauſam, quæ eſt per aliquod ex acci-
dentibus entium in aliqua ſpērum, ꝙ inquam oportet,
vt numerenť tunc illæ ſpecies, adduxit exemplū huius,
& dixit: vt in exemplo, ſi eſſent ſpeculationes, per quas
ſunt aīalia, oportet vtiq;, vt cōſideremus, quæ ſunt illa,
quæ inſunt of aīali. ſenſus eſt, exemplum huius, ſi eſſet
accidēs quæſiti ſimile in aliqua ſpecierum aīalis, ſeque-
retur vtiq;, vt ineſſet natura vniuerſalis oi aīali, ac ſi di-
ceres, ꝙ eſt ſenſibile. Deinde dixit: cumq; accepta fue-
rint hæc, conſiderabimus à principio, quæ ſunt illa, quę
ſequuntur primum totum à reliquis. ſenſus eſt, vt oia
aīalia, de quibus interrogatur de cauſa conſequente, vt
ſint diſpoſita per aliquod accidentium eorundem per
accidentia conſequentia naturam illam appropriatam
ipſis, intelligere fecerunt reliqua entia p illas ſpecies, &
ſi inuenerimus hoc accidens vniuerſale illi naturæ, eſt
accidēs, de quo interrogatur per ſignum propter quid:
illa igitur natura eſt cauſa in ipſo, & ſi fuerit accidēs ap
propriatum per illam naturam, de quo non interroga-
bitur per literam propter quid, diuidem⁹ ipſum genus
in genus, ex quo ſequitur vniuerſale illarum ſpecierū,
deinde conſiderabimus conſiſt etiā de accidente, quod
ſequitur conſiſt etiam naturam iſtius generis, quod ſe-
quit ipſas, & ſi fuerit, de quo interrogamus, genus iſtud,
ad quod deuenimus, cauſa in hoc accidente, et ita facie-
mus ſemper: deinde deueniemus ad naturam, quæ eſt
cauſa in hoc accidente, de quo interrogauimus: manife
ſtum autem, ꝙ, cū non obſeruauerimus circa cognitio-
nem iſtam aliquam naturarum, neq; aliquod generum
comprehenſorum in illis ſpeciebus, abſq; dubio cadet
ſupra naturam, quæ eſt cauſa accidentis, de quo interro
gatur. Et hoc eſt, quod voluit, cū dixit: & conſiſt accī
pietur propinquum, planum enim ꝙ peruenietad nos,
vt enuntiemus propter quā cauſam inſunt conſequen-
tia rebus, quæ ſunt ſub hoc vniuerſali. ſenſus eſt, qm̄
cū diuiſerimus magis propinquū generi altiori, & con-
ſiderauerimus accidentia conſequentia vnumquodq;
ipſorum, planum vtiq;, ꝙ peruenietad nos illud, quod
eſt cauſa in accidente conſequente, de quo interrogaui-
mus, hoc eſt, quod ineſt ſpeciebus, quæ ſunt ſub illa na-
tura. Et poſteaq; cōmemorauit, ꝙ per hoc ipſe operans
cadet ſuper naturam, quę eſt cauſa, vt ſequatur ex ipſo,
adduxit exēplum, & dixit. vt in exemplo, propter quā
cauſam inſunt hoi & equo. ſenſus eſt, ſi quærat aliqs,
propter quam cauſam homo & equus eſt ſenſibilis, &
inuenitur natura, quæ eſt cauſa iſtius cōſequentiæ, ipſa
aīalitas, reſpōdebimus per ipſum in reſponſione qd eſt
ſenſibile, & conſiſt ſi interrogauerimus, propter quid
homo & equus ſpirat, & acceperimus genus vł̄ hoi &
equo, quod eſt ſenſibile exempli gratia, & inueniť ſpi-
rans non eſſe vł̄ ipſi, diuidemus hoc genus in naturam
magis propinquam ſub ipſo, q; illud, quod comprehen
dit equum & hoiem, & erit hæc via exemplum aīalis,
quod habet ſanguinem, & inuenietur ſpiratio † conſe- † Ab l q nō
quens totum ipſum, & diuidemus ſanguineum in am- inſit toti illi.
bulans & non ambulans, et inueniemus hanc naturam
conſequi ſpirationem, & dicemus ꝙ cauſa cur ſpiratio
ineſt hoi & equo, eſt, quia eſt aīal ſanguineum ambu-
lans. Et poſteaq; adduxit exemplum ex materijs dimi-
nutum, adduxit ipſum ex literis perfectum, & dixit: ſit
autem aīal, in quo A: B vero ea, quæ cōſequitur oē aīal:
ſint aūt, in quo eſt C, aīalia particularia. ſenſus eſt, exē
plum huius, cū quæſiuerimus homini & equo cauſam
conſequentiæ ex conſequētibus, quę inſunt ipſi ex par-
te, qua eſt aīal, ac ſi diceres motum & ſenſibile, qm̄ ani-
malitas erit cauſa in hoc accidente, & accipiatur loco
aīalis A, & loco aīalis, de quo interrogatur per ſignum
propter qd, C, & loco accidentis conſequētis ens quod
ipſi C inſit, de quo interrogatur per ſignū propter quid,
ipſum B. Deide dixit: planum igitur propter quid ineſt
B ipſi C, qm̄ ipſum ineſt propter A, & conſiſt ipſis rebus
alijs. ſenſus eſt, cum̄q; ſceſſerimus hac via, declaratum
nobis erit ex hoc, propter quid ineſt ſenſibile homini et
equo, hoc eſt, ꝓpter quid ineſt B ipſi C. & hoc eſt ex par
te aīalitatis, cuius loco accepimus A, & conſimiliter de-
clarabitur per hanc viam res in reliquis.

Et ſemp in alijs eadem eſt ratio, nunc qui-
dem igitur ſm tradita cōmunia nomina di-
cimus. Oportet autem non ſolū in his con-
ſiderare, ſed & ſi aliud quid viſum fuerit in-
exiſtens cōmune, excipientem, poſtea quæ
hoc ſequitur, & qualia hoc ſequūtur, vt cor-
nua habentia habere erinaceū, & nō vtriq;
dentata eſſe: rurſus cornua habere, quæ ſe-
quitur, planum enim propter quid illis ine-
rit, quod dictum eſt, propter enim cornua
habere inerit.

Dixit Ariſt. Et hæc ratio eadem in rebus
ordinatis ſequitur ſemper: nunc quidem igi
tur loquuti ſumus in ſermone noſtro ſecun
dum nomina vniuerſalia, quæ ſunt celebra-
ta apud nos. Oportet autem vt inueſtigemus
non in his tantum, ſed ſi eſt aliquid, quod vi
deatur inexiſtēs cōmune, vt accipiatur hoc,
& ea, quæ ſequitur hoc, & ea, quę ſequuntur
hoc, vt in exemplo qm̄ ea, quæ ſunt appro
priata animalibus cornutis, ſunt ea, quæ ha-

bent

bent ventriculum, quęcꝫ non habent dentes in maxilla ſuperiori, oportet vtiq; vt accipiatur à principio, quæ ſunt illa, ex quibus ſequitur cornua habere, & hoc, qm̃ planum, propter quam cām ineſt illi rei diſpoſitę: qm̃ hoc vtiq; ineſt ipſis, qm̃ habent cornua.

86 Cùm dixit: Et hæc ratio eadem in rebus ordinatis ſequitur ſemper. ſenſus eſt, & iſte eſt ſermo, quo procedemus ad tradendam cauſam conſequentem ex conſequẽtibus illud, quod eſt ſub hoc genere. vt in exemplo, qm̃ per viam, qua procedemus in tradenda cauſa conſequentiũ cauſam, conſiſtemus in traditione cauſę conſequentis ex conſequentibus, quæ inſunt illi, quod eſt ſub aſali. quemadmodum, ſi interrogaretur de exiſtentia conſequentis ex cõſequentibus volatile, hoc eſt, interrogaretur de exiſtentia in aliquo volatili, qm̃ tradito cauſæ in hoc erit, qm̃ eſt auis. quemadmodum ſi interrogaretur, propter quid gallus eſt pennatus, dicere-
10 mus in reſponſione huius, qm̃ eſt auis. Et qm̃ natura, quæ eſt cauſa in accidente, de quo interrogatur per ſignum propter quid, videtur vtiq; nobis, cùm habuerit nomẽ celebratum, & latet, cũ non habuerit, dixit: nunc quidem igitur loquuti ſumus in ſermone noſtro ſm nomina vniuerſalia, quæ ſunt celebrata apud nos. ſenſus eſt, vt opinor, qꝫ hæc vtiq; via erit utilis, in eo, qꝫ naturę generum, quæ ſunt cauſæ accidentium, de quibus interrogatur per ſignum propter quid, habent noſa celebrata, qm̃ ſm hoc, qꝫ ipſæ ſint, erit apud nos notius, q̃ꝫ qꝫ ipſæ ſint cauſæ, & procedemus ex hac cognitione prima, quæ eſt cognitio exiſtentiæ ipſarum ad cognitionem qꝫ ſint cauſæ: cũ vero non habebimus nomen, erit vtique apud nos veritas exiſtentiæ ipſarum, & veritas, qꝫ ſint cauſæ in gradu vno, & nõ erit vtilitas in hac ordinatione. hoc eſt, per ſacturam vię diuiſionis ad apparentiam cauſarum. Mathius aũt expoſitor dicit, qꝫ hoc dixit, ne dicat aliquis, forraſſe hæc noſa non inſunt rebus ex conſenſu, hoc eſt, quæ ſunt apud multitudinẽ. Hoc autem debile eſt, notum. n. eſt per ſe, qꝫ oẽ nomen, quod multitudo imponit rei, eſt ex conſenſu huic rei. Et qm̃ ſunt hic accidentia, quæ ſunt cauſæ accidentium aliorũ, cœpit enuntiare, qñ̃o eſt via ad conſtituenda hæc accidentia, quæ ſunt cauſæ in accidentibus, de quibus quęritur per ſignum propter quid in vnaquaqꝫ ſpecie, & dixit: oportet autem, vt inueſtigemus non in his tantum, ſed & ſi eſt aliquid aliud, quod videatur inexiſtens cõmune. ſenſus eſt, iam vero oportet, vt inueſtigemus non de hoc tantum, in quo genera ſunt cauſæ accidentium, quæ ipſis inſunt tm̃, ſed inquiramus conſimiliter etiam de iis, in quibus cauſæ ſunt accidẽtia vniuerſalia, & hoc ex accidentibus alicuius, quorum cauſæ ſunt accidẽtia in rebus, in quibus inueniuntur accidentia, & ex ipſis, quorum cauſæ ſunt in ſubſtãtia rei, in qua eſt ipſum indicans. Et cũ dixit: & ſi eſt aliquid, quod videat inexiſtens commune. intelligit per accidẽs vniuerſale, quod eſt cauſa in accidente, de quo interrogatur per dictionẽ propter quid in ſpẽ, in qua eſt hoc accidens. Et poſteaq̃ enuntiauit, qꝫ oportet, vt inquiramus conſimiliter etiã de accidentibus vniuerſalibus in rebus, in quibus accidentia vniuerſalia ſunt cauſæ, & non interrogabitur de ipſis per ſignũ propter quid de accidẽtibus, cœpit enuntiare, quomodo erit inueſtigatio de hoc, & dixit: vt acciatur hoc, & ea, quæ ſequitur hoc, & ea, quæ ſequunt hoc. ſenſus eſt, & hoc erit, cũ acceptum fuerit accidẽs vle, & ea, quibus ineſt illud accidens, & ea ſunt, quorũ exiſtentiam ſequitur hoc accidens, hoc eſt ſpecies, quibus hoc accidens eſt appropriatum: deinde accepit accidens conſequens illud accidens, hoc eſt æquale ipſi, & eſſet accidens primum cauſa in hoc ſecundo. Et poſteaq̃ dixit hoc, adduxit exemplum in hoc, & dixit: vt in exẽplo, quoniam ea, quæ ſunt appropriata animalibus cornutis, ea ſunt quæ habent ventriculum, quæq; nõ hñt dentes in maxilla ſuperiore, oportet vtiq;, vt accipiatur à principio, quæ ſunt illa, ex quibus ſequitur cornua habere. & intelligit exemplum hoc, quoniam cũ interrogauerimus, propter quid ouis & vacca non habent ſuperiores dentes, aut propter quid habent ventriculum, intentio vtiq; accidentis eſt æqualis huic accidẽti in animali, cui ineſt hæc intentio, habere cornua, & ſciemus, qꝫ hoc accidẽs, quod eſt priuatio dentium in maxilla ſuperiore, ineſt vtiq; aſali cornuto, quodq; cauſa in hoc, ideſt, qꝫ non hñt dentes in maxilla ſuperiore, eſt, qm̃ habent cornua, & hoc, quoniam propterea qꝫ indigentia cornuum in ipſis erat maior, q̃ꝫ indigentia dentium in maxilla ſuperiore, declinauit natura materiam dẽtium in ipſis ad cornua: & conſiſt, cũ interrogauerimus in huiuſcemodi animalibus, propter quid habent ventriculum, ſpeculabimur, cũq; inuenerimus, qꝫ accidens æquale omnibus his eſt, qua nõ habent dentes in maxilla ſuperiore, ſciemus, qꝫ defectus dentium eſt cauſa, vt addatur ſanitati ſuæ hoc membrum, per quod aſſequatur digeſtionem cibi, quæ defecit per defectum dentium. Et cũ dixit: oportet, vt accipiatur à principio, quæ ſunt illa, ex quibus ſequit cornua habere. ſenſus eſt, qm̃ cũ ſciuerimus, qꝫ omne habens cornua, non habet dentes in maxilla ſuperiore, & habet ventriculum, conſideraremus de animalibus, quibus appropriatur, qꝫ non habent dentes in maxilla ſuperiore, quodq; habent vẽtriculum. Deide dixit: & hoc, quoniã planum, propter quam cauſam ineſt illi rei diſpoſitæ, quoniam hoc vtiq; ineſt ipſis, quia habent cornua. ſenſus eſt, quoniam cũ fecerimus hanc operationem, hoc eſt, qꝫ aſſecuti fuerimus, qꝫ omne habens ventriculum non habet dentes in maxilla ſuperiore, & habet cornua, manifeſtum erit nobis, ob quam cauſam inſunt huiuſcemodi animalib⁹ accidentia diſpoſita, de quibus ſecimus mẽtionem, hoc eſt, qꝫ ſint ſine dentibus in maxilla ſuperiore, & habeãt ventriculum, quod eſt, vt habeant cornua, & hoc, quoniam cornua ſunt cauſa propinqua horum duorum accidentium, priuationis quidem dentium per ſe, & qꝫ ſit ventriculus per medium priuationis dentium.

Amplius autem alius modus eſt ſecundũ proportionale eligere: vnum. n. accipere nõ eſt idem, quod oportet vocare ſepeũ, & ſpinam, & os, erunt autem conſequentia et his, tanquam vna quadam natura tali exiſtente.

Dixit Ariſt. Amplius inuenitur vtiq; modus alius deciſionis & collectionis, & eſt illud, quod dicitur ſecundum viam proportionalitatis: & hoc, ſiquidem nõ eſt via, qua accipiatur aliquid vnum & idem ex eo, qꝫ ſequitur, vt vocetur teſta piſcis, & ſpina piſcis & os, præterq̃ qꝫ erunt vtiq; apud nos conſequentia hæc, quaſi natura vna, quam accipiemus in reſponſione ad quid per ipſa: quemadmodum accipiuntur hæc in reſponſione ad propter quid.

87 Poſteaq̃ enuntiauit primo, quomodo colligũtur ex differentijs, quæ ſunt cauſę accidentium exiſtentium in ſpeciebus eorum, et enuntiauit nobis ſecundo, quomodo conſimiliter etiam colliguntur accidentia, quæ ſunt cauſæ de accidentibus entium, & differentiæ generum ita ſe habent, qꝫ ex ipſis aliquæ ſunt differentiæ vnæ in veritate,

veritate, & ex ipſis aliquæ ſunt differentiæ ſecundum proportionalitatem, vult enuntiare nobis, qꝫ tales differentię debent colligi, vt per ipſas reſpõdeatur in reſponſione interrogationis de accidentibus, quæ ſunt in definitionibus ſpecierum, quarum differentiæ ſunt cũ hac diſpoſitione, & dixit. Amplius inuenitur, vtiq; modus alius deciſionis & collectionis, & eſt illud, quod dicitur ſecundum viam proportionalitatis. ſenſus eſt, amplius inuenitur modus alius ex differentijs, quæ debent deciди & colligi, & erunt apud nos vſitatę, & eſt illud, quod erit ex differentijs vnum ſecundum viam proportionalitatis. Deinde dixit: & hoc, ſiquidẽ non eſt via, qua accipiatur aliquid vnum, & idem ex eo, qꝫ ſequitur, vt vocetur teſta piſcis, & ſpina piſcis & os. ſenſus eſt, & hoc erit, cũ non inueniturin differentijs natura vna communicans, & ponemus proportionalitatem, quæ eſt inter ipſas, naturam vnam. exemplum huius, quoniam propterea qꝫ non inuenitur in habentibus teſtas & oſſa, & ſpinas natura vna, quę accipiatur cauſa in accidentibus appropriatis in his naturis tribus proportionatis, poſuimus proportionalitatem cauſam in his, & hoc, quoniã proportio eeſtæ in teſtaceis, eſt proportio oſſium in habentibus oſſa: & conſimiliter proportio ſpinarũ ad habentes ſpinas eſt proportio oſſium ad habentes oſſa, & accidentia, quorum cauſæ ſunt oſſa in habentibus oſſa, ſunt eadem cum accidentibus, quorum cauſæ ſunt teſtę in hñtibus teſtas, & quoꝝ cauſæ ſunt ſpinæ in habentibus ſpinas. Et poſteaq̃ enũtiauit, qꝫ hęc natura accepta vtiq; fuit cauſa, cũ ea nõ habuerint aliquid cõmunicãs, et fuerit cauſa in veritate cauſa, quæ eſt vna in definitione, non vna in proportione, enũtiauit, qꝫ cauſa, quæ eſt ſecundum proportionem, conſtituitur vtiq; in hoc loco cauſa, quæ eſt vna in definitione, quoniam non inuenitur talis natura abſq; hac cauſa, & dixit: præterq̃ qꝫ erunt vtiq; apud nos aliqua cõſequentia hæc, quaſi natura vna. ſenſus eſt, præterq̃ qꝫ inueniuntur vtiq; aliqua appropriata ex his, hoc eſt, accidẽtib⁹ aliꝭ ab ipſis, quaſi ſint appropriata conſequentia, hoc eſt, qꝫ iudiciũ, qꝫ ſequantur ex natura vna, quæ eſt ſecundũ proportionem, eſt iudicium, qꝫ ſequantur ex natura vna, quæ eſt vna in definitione. Et hoc eſt, quod voluit cũ dixit: quã acciperemus in reſponſione ad quid per ipſa, quẽadmodum accipiuntur hæc in rñſione ad propter quid.

Eadem vero problemata ſunt, hæc quidẽ eo, qꝫ idem medium habent, vt qm̃ oia* contra reſiſtentia. horum autẽ quędã genere eadẽ ſunt, quęcunq; hñt differẽtias eo qꝫ aliorum, aut aliter ſunt. vt propter quid reſonat: aut ꝓpter quid apparet: & ꝓpter qd iris: oia enim hæc idem problema ſunt genere, omnia enim ſunt refractio, ſed ſpecie altera.

* ὁ τὶ τὸ τὸ ὅτι πρὸς ταῦτα ἀντίστασις præce dicit, hoc eſt contrarij ſtatus.

Dixit Ariſtot. Interrogationes vero vnæ & eædem ſunt, nonnullæ quidem, cũ accipiuntur ipſis medium vnum & idem. vt in exemplo omnia quæ ſunt in reditu ſm viam admiſſionis, aliqua vero iſtorum ſunt vna & eadem in genere, & hæc ſunt omnia ea, quæ habent differentiam ex parte, qua ſunt res aliæ, aut ſm modos diuerſos. exemplum huius, propter qd fit ſtrepitus: et propter quã cauſam apparet: & propter quã cauſam erit in nubibus arcus: & hoc, quoniam omnia hæc ſunt interrogatio vna & eadem genere, quoniam omnia ea ſunt refractio, & in ſpecie ſunt diuerſa.

Poſteaq̃ enuntiauit, qꝫ ex cauſis aliqua eſt, quæ eſt cauſa vna in definitione ad conſequens vnum, & ex ipſis aliqua eſt, quæ eſt vna ſm proportionalitatem, vult enuntiare, qꝫ hæ ſunt aliqua, quorum cauſę ſunt vnum, aut in ſpecie, aut in genere, & dixit: Interrogationes vero vnæ & eædem ſunt. ſenſus eſt, tamẽ inueniunt interrogationes multæ, quæ ex parte quidem, qua cauſæ ſunt vnum, ſunt vnæ. Deinde dixit: nonnullæ quidem, cùm accipitur ipſis medium vnum & idem. vt in exemplo omnia quæ ſunt in reditu ſm viam admiſſionis. ſenſus eſt, & ex his duabus diuiſionibus, nonnulla quidem ſunt ex natura vna, hoc eſt ex ſpecie vna, qm̃ cauſæ ipſorum ſunt vnæ in ſpecie, quemadmodum reflexio, quæ eſt cauſa colorum, qui apparent in reflexione. Deinde commemorauit diuiſionem ſecundam, & dixit: aliqua vero iſtorum ſunt vna et eadem in genere, & hæc ſunt omnia ea, quæ habent differẽtias ex parte, qua ſunt res aliæ, aut ſm modos diuerſos. ſenſus eſt, & diuiſio ſecunda de iſtis cauſis, quæ ſunt vnæ in genere, quæq; inueniuntur in rebus diuerſis in genere, & diuerſis per differentias propter ſubiectum, hoc eſt propter diuerſitatem ſubiecti, & propter diuerſitatem modorũ exiſtẽtiæ ſuæ. exemplum huius, qm̃ cauſa viſionis imaginis noſtrę, arcus, echo, & auditus fulgurum, quę ſunt res diuerſę ſunt vnũ i gñe, quod eſt refractio, diuerſum per dñas, quæ ſunt ꝓpter ſubiectum, & hoc, qm̃ cauſa apparentiæ in pupilla eſt reflexio, & cauſa arcus eſt reflexio radiorum, & cauſa fulguris eſt reflexio aeris.

Aliqua vero eo, qꝫ medium ſub altero medio eſt, differunt problemata, vt propter qd Nilus decreſcẽte mẽſe magis fluit? quoniã hibernior decreſcens eſt, et propter quid hibernior decreſcens eſt? quoniam Luna deficit, hæc enim ita ſe habent inter ſe.

Dixit Ariſto. Nonnullæ vero interrogationum diuerſificantur vtiq;, qm̃ inuenitur in ipſis medium ſub medio. vt in exemplo, propter quid Nilus eſt velox magis apud defectũ Lunæ? eo, qꝫ menſis apud defectum inerat in capitulum hyemis: & propter quid intrat in caplm hyemis? qm̃ Lunæ lumẽ deficit. atqui hęc vtiq; ſunt ad ſe iuicem hęc res.

89 Poſteaq̃ expoſuit, qꝫ ex interrogationibus aliquæ ſunt, quarum cauſæ ſunt vnæ ſm ſpeciem, & ex ipſis aliquæ, quæ ſunt vnę ſm genus, cœpit declarare conſimiliter etiam, qꝫ ex interrogationibus, aliquæ ſunt cauſæ ſibi inuicem, & hoc, qm̃ res vnius ſunt multæ cauſę ſibi inuicem cauſæ. Et cũ dixit: Nonnullæ vero interrogationum diuerſificantur vtiq;, qm̃ inuenitur in ipſis medium ſub medio. ſenſus eſt, nonnullæ vero interrogationum inueniuntur diuerſę non ſimpliciter, ſed qm̃ termini medij in ipſis, qui ſunt cauſæ ipſorum, ponunt ſub ſe inuicem: hoc eſt, ſunt ſibi inuicem cauſæ. Deinde adduxit exemplum de hoc, & dixit: vt in exemplo, propter quid Nilus eſt velox magis apud defectum Lunæ vſq; ad extremum eius, quod ſcripſimus. ſenſus eſt, exemplum huius, ſi interrogaret aliquis, propter quid eſt Nilus velox: hoc eſt i proceſſu ſuo ad defectum Lunæ, dicitur in reſponſione huius, qm̃ defectus Lunę aſſimilatur tempori hyemis, & dicitur, propter quid aũt defectus aſſimilatur hyemi dicitur propterea qꝫ deficit calor Lunæ in hoc tempore, ſicut deficit calor Solis in hyemis tempore, qm̃ facies ſua illuminatur ad illud,

ad quod

ad quod conuertit Sol, et deductio huius, qm̃ nihil prohibet, q interrogationes cõsentiant in genere, & diuersificentur in specie, & hæ sunt, quæ sunt in arte vna, aut diuersificentur sm genus, & hæ sunt, quæ erunt in artibus diuersis. In artibus vero, quæ sunt vnæ in genere, diuersæ in specie, iam vtiq; erunt causæ suæ vnæ in genere, diuersæ consimiliter etiam in specie. vt in exẽplo, qm̃ causæ nonnullorum colorum sunt ex conuersione aeris, aliquorum vero ex declinatione, & quorundam causæ ex directione, iamq; erunt causæ ipsorum consentientes in specie, quemadmodũ colorum, quorum causæ sunt declinatio tantum, aut conuersio tantum, directio tantum, interrogationum autem diuersarum in genere, quę erunt vtplurimum in artibus separatis, erunt vtiq; causę diuersę in genere, & sunt multę, iamq; aliquę erunt consentientes in genere, quemadmodũ conuersio, de qua meminit. Amplius interrogationum inuenitur diuisio alia, & est, qm̃ interrogationum diuersarum in specie, nonnullæ sunt causę sibi inuicem, nonnullę vero non habent hanc dispositionem.

Quo modo causæ & effectus se habeant inter se: & quo pacto causæ veneritur: & an vnius effectus plures sint causæ. Cap. X.

DE causa vero & cuius causa dubitaret vtiq; aliquis, an quando est causatum & causa est, quemadmodum si fluunt folia, aut deficit, & causa fluẽdi folia, aut deficiendi erit, veluti, si huius est lata folia habere, ipsius vero deficere, est terram in medio esse, si enim nõ est, alia quędã erit causa ipsorũ, siue causa est simul & cãtum, vt si in medio terra est, deficit, aut si latifolium est, fluunt folia.

Dixit Aristo. De causa vero & re, quæ habet causam, & re, in qua est causa, dubitaret vtiq; aliquis, & diceret, an ne, cũ inuenitur causatum, inuenitur causa consimiliter etiã. quemadmodum si fluunt folia, aut deficit, iam vtiq; inuenitur causa defectus, aut causa fluendi folia. vt in exemplo, si esset hæc causa, vt sint folia sua sicca, & esset causa defectus, quia terra est in medio: qm̃ si non esset in medio, esset vtiq; causa ipsius aliqd aliud: & si esset causa & causatum simul, quemadmodum si esset terra in medio, esset vtiq; Luna deficiens, & si esset causa ipsius siccitas, fluerent vtiq; folia ipsius, qm̃ si essent ita, sequeretur vtiq;, vt inuenirentur simul.

90 Vult inuestigare hic de dispositione causarum de re reputata valde, iamq; pręmisit de ipso aliquid in tractatu Primo, & est, si causa, quę est terminus medius, & causatum, quod est extremitas maior vtraq; cõuertantur cum suo compari, hoc est, cũ inuenitur vnum ipsorum, inuenitur alterum, & cũ deficit vnum ipsorum, deficit alterũ. Et eũ dixit: De causa vero & re, quæ habet causam. intelligit per ipsum causatum, quod est extremitas maior in syllogismo. Et dixit: & re, in qua est causa. intelligit per ipsum extremitatem minorem in syllogismo. Et posteaquam mentionem fecit de his tribus mentionem fecit de dubio, quod accidit in duobus ex ipsis, & dixit: dubitaret vtique aliquis, & diceret, an ne, cũ inuenitur causatum, inuenitur causa consimiliter etiam. dixit autem hoc de causato tantũ, quod non reputatur causa, cũ inuenitur, quod est terminus medius, quod non inuenitur causatũ: qm̃ si hoc ita esset, non esset syllogismus, nedum q esset demõstratio. Et posteaq; mentionem fecit, q in hoc dubio deueniunt ea, in quibus sequitur, cũ inuenitur causatum, q inueniatur causa, dixit: quemadmodum, si fluũt folia, usq; ad id, quod dixit, quia terra est in medio. sensus est, qm̃ posset aliquis dicere, qm̃, cùm inuenitur causatum, inuenit causa: & argumentaretur in hoc in multis causatorum et causis entium, exemplum huius, defectus foliorum arboris, cuius fluunt folia, & defectus, qui ineſt Lunæ: qm̃ cũ huiusce modi causata inueniuntur, inueniunt & causæ ipsorum. vt I exemplo, qm̃, si esset causa fluxus foliorum in arbore, cuius fluunt folia, siccitas ipsius, & causa defectus Lunæ, consistentia terræ inter ipsam & Iter Solem, iam vtiq; appareret, q sequitur ex necessitate, cũ inuenitur defluxus, q inueniatur siccitas foliorum, cumq; inuenitur defectus, q inueniatur cõsistentia terræ inter Solem & Lunam: cũ vero declarauit exẽplum, qm̃ cùm inuenitur causatum, q inuenitur & causa, declarauit hoc per rationem consimilẽ, & dixit: qm̃ si non esset in medio, esset vtiq; causa ipsius aliqd aliud. sensus est, iamq; apparet consimiliter etiã ex ratione, qm̃ cùm inuenitur causatum, inuenitur & causa, qm̃ si inueniret et non inueniretur causa, esset aliquid nõ existens absq; causa, & sequeretur vtiq;, vt esset causa ipsius absq; causa posita, & essent rei plures causæ ex specie vna: hoc autẽ est absurdum. Deinde dixit: & si essent causatũ & causa simul, usq; ad id, quod dixit, sequeretur vtiq;, vt inuenirẽtur simul. sensus est, & si posuerimus, qm̃ cùm inueniẽ causatum, inueniẽ causa, iamq; inuenię causa, cùm inuenitur causatum, sequitur vtiq;, q vnumquodq; ipsorum inueniatur per existentiam sui comparis.

Si vero sic, simul vtiq; essent, & monstrarentur per seinuicem. sit enim folio fluere, in quo A: latifolium vero in quo B: vitis autem in quo C. si itaq; ipsi B ineſt A, oẽ enim latifolium fluit folio, ipsi vero C ineſt B, omnis enim vitis est latifolia, ipsi C ineſt A, et omnis vitis fluit folio, causa vero B medium. sed & quoniam latifolia est vitis, est per folio fluere demonstrare. sit enim D quidem latifoliũ, E vero folio fluere, vitis autem in quo F: ipsi itaque F ineſt E, folio fluit enim omnis vitis, ipsi autem E D, omne enim folio fluens est latifolium, omnis igitur vitis est latifolium: causa autem est folio fluere.

Dixit Arist. Iamq; inuenitur via, qua mõstrantur per seinuicem. sit fluxus foliorũ, in quo A, & sit siccitas foliorum in quo B, & sit vitis, i quo C, quoniam A ineſt ipsi B, quoniã omne siccum foliis folio fluit. & B ineſt ipsi C, quoniam omnis vitis est siccum foliis. igitur A ineſt ipsi C, qm̃ omnis vitis folio fluit: & causa, quæ est medium, est, quoniam vitis est siccum foliis, iamq; monstratur, q vitis est siccum foliis, quoniam folio fluit. sit igitur D siccum foliis, & sic E folio fluere, vitis autem in quo F, E itaq; ineſt F, & hoc, quoniã omnis vitis folio fluit, & D ineſt E, quoniam omne illud, quod folio fluit, est siccũ foliis, causa vero est A, quod est folio fluere.

Posteaq;

91 Posteaquam exposuit, quòd si cùm inuenitur causatum, inuenitur causa, sequitur quòd inueniatur vnũquodque eorum per existentiam sui comparis, cœpit declarare, q sequitur hæc positio, si vnumquodq; ipsorum monstratur ineſſe alicui per existentiam alterius. vt in exẽplo, q insint viti binæ dispositiones, quarum vna est, q sit siccum foliis, & q fluat foliis, inuenit vtiq; istorum duorum consequens ex suo cõpari, hoc est siccum, & fluxus foliorum, & possibile est, q monstretur vtiq; istorum ineſſe viti per existentiam sui cõparis: & si voluerimus monstrare fluxum foliorum per nomen sicci, diceremus sic, omnis vitis est sicca folius, et omne siccum foliis folio fluit, concluditur nobis q ois vitis folio fluit, cumq; voluerimus conuersum huius, & est, vt monstremus, q omnis vitis est siccum foliis per fluxum ipsius, dicemus ita, omnis vitis folio fluit, & oẽ illud, cuius folia fluunt, est siccum foliis, concluditur no bis ex hoc, q omnis vitis est siccum foliis: & sermo noster in hoc capitulo est per se intellectus.

Si vero non contingit causas esse sibiinuicem, causa enim prior est eo, cuius est causa, & deficiendi quidem causa est in medio terram esse: quòd autem in medio terra sit, non est causa ipsum deficere: si igitur per causam quidem demonstratio est propter quid, quę vero non per causam ipsius quòd, q quidẽ terra quidẽ in medio est, nouit, propter qd autem non: quoniam ipsum deficere nõ est causa, quòd sit in medio, sed hoc ipsius deficere, manifestum est: in ratione nanq; ipsius deficere ineſt esse in medio: quare planũ q p hoc, illud cognoscitur, sed non hoc p illud.

Dixit Arist. Et si non est possibile, vt sint ambæ causę sibiinuicẽ, quoniam causa prior est eo, cuius est causa, et terram esse in medio est causa, vt deficiat Luna, non autem defectus est causa, vt terra sit in medio: igitur demonstratio, quæ est per causam, est demonstratio secundum propter quid, quæ autem non est per causam, est demonstratio si est, quoniam cùm nouit, si est in medio, nouit vtiq; si est, & non nouit propter quid est, q autem defectus non est causa, vt terra sit in medio, sed terram esse in medio est causa ipsius defectus, hoc vtiq; plane manifestum, quoniam terram esse in medio, accipitur in ratione defectus: manifestum igitur, quoniã per hoc nouit hoc, non hoc per hoc.

92 Posteaq; declarauit, q cũ posuerimus, q causatum conuertitur cum causa: hoc est, cũ fuerit causatum, esse causam, fieri potest, vt vtriq; ipsorum, ostendatur per demonstrationem per suum compar, cœpit enunciare, q cũ manifesta fuerit existentia causæ per causatum, sequitur, vt sit demõstratio, demonstratio existentię, nõ demonstratio propter quid, quoniam causatum nõ potest esse causa causæ. Et dixit: & si non est possibile, vt sint ambæ causæ sibi inuicem, quoniam causa est prior eo, cuius est causa. sensus est, & si nõ est possibile in huiusce modi rebus, vt sit vnumquodq; ipsorum causa suo compari, quoniam, quod ex vtriq; est causa, est prius in existentia, q illud, cui est causa, quoniam si posterius esset causa, esset posterius absq; posteriori, quod † est di

† Ab. I reputat.

uersum. Et posteaq; declarauit hoc per rationem, declarat hoc per exemplum, quod præcessit, & dixit: & terram esse in medio est causa, vt deficiat Luna, nõ autem defectus est causa, vt terra sit in medio. sensus est, exẽplum huius, si terram esse in medio, fuerit causa, vt deficiat Luna, & defectus non erit causa, vt terra sit in medio, fieri vtiq; non potest, vt causatum sit causa. Et posteaq; posuit hanc rationem & exemplum in gradu præcedente, posuit conditionem dispositionis additæ, & dixit: demonstratio igitur, quæ est per causam, est demonstratio secundum propter quid, quæ autem non est per causam, est demõstratio si est. sensus est, cumq; cõuersi fuerimus super eo, quod declaratum fuit de eo, q causa tum non erit causa, & omnis demonstratio non per causam, est demonstratio existentiæ, quoniam omnis demonstratio est demonstratio causæ, aut demonstratio existentiæ: ex necessitate igitur est, q demõstrationes, in quibus causata sunt termini medii, sunt demonstrationes existentiæ, non demõstrationes causarum. vt in exemplo, qui nouit, q terra est in medio propter defectum, nouit vtiq; si est, & non nouit propter quid est. Et hoc est, quod intendit in hoc toto sermone. & quasi protulit ipsum prolatione syllogismi conditionalis, in quo antecedens sunt binæ propositiones, quarum vna est, q causa non est causatũ: secunda vero, q ois demonstratio, aut est demonstratio propter quid, aut demonstratio existentiæ, & posuit consequens ex duabus istis propositionibus, q demonstratio, in qua terminus medius est causatum in huiusce modi rebus, est demonstratio existentiæ, præterq; q quoniam permiscuit exemplum cum ratione, durũ est intelligere, quod voluit concludere, hoc est, quoniam adduxit antecedens, rationẽ, & exemplum, & adduxit consequens, exemplum tantum absq; ratione. Et quoniam accepit in hac ratione, q terram esse in medio est causa defectus, cœpit docere, q hoc est notum per se, & dixit: q autem defectus non est causa, vt terra sit in medio, sed terram esse in medio est causa ipsius defectus, hoc vtiq; plane manifestũ. Postea adduxit causam in hoc, & dixit: quoniam terrã esse in medio accipitur in ratione defectus. sensus est, quoniam terram esse in medio inuenitur in definitione defectus. intelligit per rationem dicentem, q est transitus luminis Lunæ ob cõstitutionem terræ inter ipsum & inter Solẽ, & q defectus non est in definitione eius, quod est, terram esse in medio, & quod est in definitione rei. secũdum q ipsum est causa ipsius. Et cùm dixit: manifestum igitur, quoniam per hoc cognouit hoc, nõ hoc per hoc. sensus est, q illa dicitur esse cognitio perfecta, quæ est cognitio per causam, hoc est, cũ defectus cognoscitur, quoniam terra est in medio, cognitione perfecta, & nõ cognoscitur terrã esse in medio pp defectũ cognitione perfecta, sed si cognoscitur, cognoscitur per cognitionem deficientem à cognitione perfecta.

An contingit vnius plures esse causas? si enim est idem de pluribus primum prædicari: sit A ipsi B primo inexistens, & ipsi C alii primo, & hæc ipsis D E, inerit igitur A ipsis D E, causa vero est ipsi quidem D B, ipsi vero E C: quare causa quidem existente, necesse est rem esse, re autem existente, non necesse est omne esse, quodcũq; sit causa, sed causa quidem, non tamen omnis.

Dixit Arist. Possibile autem, vt sint vni et eidem causæ multæ, & hoc, quoniam si fuerit aliquid, quod prædicetur aliquid vnum & idem de rebus multis primo: & sit A pri-

mo

mo ineꝛistẽs B & C, & hæc ambo insint D E: igitur A ineſt D & E. & cauſa ineſſendi A ipſi quidẽ D, eſt B, ipſi vero E, C: & propterea, cũ cauſa quidem fuerit, ſequitur vt res ſit, cũ vero res ſit, non eſt ex neceſsitate, vt ſit omne illud, quod eſt cauſa, quodcunq; fuerit, ſed vt ſit cauſa, abſq; eo q̃ non omnis.

93 Quoniam dubitauit in principio rei, ſi cũ cauſatum ponitur eſſe, ſequi vt cauſa ſit, & cõmemorauit illud, quod vult hæc poſitio, & quod ſequitur ex ipſa, ex eo, q̃ vnumquodq; ipſorum monſtretur per ſuum cõpar, ſed monſtratio vnius ipſorum per ſecundum erit monſtratio cauſæ, & alterius monſtratio exiſtentiæ, & hoc vtiq; verificatur in omni cauſa, cũ admiſerimus, q̃ non ineſt rei niſi cauſa vna, & hoc, cũ non fuerit terminus maior, qui eſt cauſatum exiſtens, niſi in ſubiecto vno, hoc eſt in extremitate minore, redijt ad dubitandum in hoc, & dixit: Poſsibile autem eſt, vt ſint vnt & eidẽ cauſæ multæ. ſenſus eſt, tamq; dubitatur de cauſa, & dicitur, ſi eſt poſsibile, vt ſint vni & eidẽ cauſæ multæ, ſi non fuerit alicui vni & eidem niſi cauſa vna. Et, qm̃ adduxit exempla, per quæ conuenit imaginari, q̃ non ineſt alicui vni niſi cauſa vna, quæ ſunt, quẽadmodum defectum eſſe, & fluxum foliorum, adduxit cõſimiliter etiam hic orationem, per quam dubitatur, q̃ inſint alicui plures cauſæ, & hoc, cũ fuerit aliquid vnum in pluribus naturis, et dixit: & hoc, quoniam ſi fuerit aliquid, quod prædicetur aliquid vnum & idem de rebus multis primo. ſenſus eſt, & hoc, qm̃ ſi prædicatur aliquid vnum de multis prædicatione prima abſq; medio, ſequitur vt ſint ad exiſtentiã iſtius rei vnius per illas res multas, cauſæ mediæ: & hæc eſt diſpoſitio prædicationis generum de ſpeciebus particularibus, & cõſimiliter prædicatio accidentium, in quorũ definitionibus eſt genus ſubiecti. Deide poſuit exemplum de hoc per literas, & dixit: & ſit A primo ineꝛiſtens B & C. ſenſus eſt, quemadmodũ, ſi accipiatur loco A aĩal, & loco B, quod habet ſanguinem, & loco C, quod nõ habet ſanguinem. Dein de dixit: & hæc ambo inſint D & E. ſenſus eſt, & erit B ineꝛiſtens D, & C ineꝛiſtens E. quemadmodum ſi ineſt habens ſanguinem ſpiranti, & non habens ſanguinem vermibus. Deinde dixit: A igit ineſt D & E. ſenſus eſt, ſequitur itaq; vt aĩal, exempli gratia, per hoc ſit ſpiranti & vermibus per media habens ſanguinem & nõ habens ſanguinem. Deinde dixit: & cauſa ineſſendi A ipſi quidem D, eſt B, ipſi vero E, C. ſenſus eſt, & cauſa, vt A quidem inſit D, quod eſt, exempli gratia, aĩal in ſpirante eſt B, quod eſt in exemplo habens ſanguinem, & q̃ ſit conſimiliter etiam in E, quod eſt in exemplo, vermes, eſt exiſtentia ipſius in C, quod eſt in exẽplo non hñs ſanguinẽ. Deide dixit: et propterea, cũ cauſa qdem fuerit, ſequitur, vt res ſit, uſq; ad extremum eius, quod ſcripſimus. ſenſus eſt, & cùm poſsibile fuerit, q̃ inſint vni & eidem plures cauſæ per plures res, et quod ſequitur, ſem per eſt, quoniam cũ exiſtit cauſa, exiſtit cauſatũ ipſius, & cũ exiſtit cauſatum, non eſt vtiq; ex neceſsitate, vt exiſtat cauſa. vt in exemplo, quoniam cũ extiterit ſanguis in equo, ſequitur, vt exiſtat aĩalitas in ipſo, & non oportet vt in oĩ illo, in quo inuenitur aĩalitas, inueniat̃ ſanguis. Et cũ dixit: cũ vero res ſit, non eſt ex neceſsitate, vt ſit oẽ illud, quod eſt cauſa, quodcunq; fuerit, ſed vt ſit cauſa, abſq; eo, q̃ non omnis. Et hoc eſt, quod voluit, cũ dixit: abſq; eo, q̃ non oĩs. vt in exẽplo, q̃ ſi aĩal ineſt equo, non ſequitur, vt ſint omnes cauſæ aĩalitatis in ipſo, quoniã ſi hoc eſſet, non eſſet aĩalitas, niſi in equo tantum. Et propter hoc, quod dixerũt, inuenitur Abunazar dixiſſe in libro ſuo: quoniam conſequentia, quæ eſt inter cauſas & cauſata, & in ſumma, antecedentia et cõſequentia, inuentur ſm tres ſpecies iſtius ſequatur in ipſis poſterius ex priori, & prius ex poſteriori: aut aliquid, per quod ſequatur poſterius ex priori, & non ſequatur in ipſo ex poſteriori prius: aut aliquid, per quod ſequatur prius ex poſteriori, & non ſequatur poſterius ex priori; dicimus, q̃ in ſpecie prima veniunt duæ ſpẽs demonſtrationũ, hoc eſt demonſtratio cauſę & demonſtratio exiſtentię, in ſpecie vero ſecunda venit demonſtratio cauſę tantum, in tertia aũt demonſtratio exiſtentię tantũ. Videtur aũt q̃ Ariſtot. non commemorauerit in demonſtratione niſi ſpeciem primam tantum ſm illud, quod dicemus poſt hoc in ſermone noſtro.

Aut ſi ſemper vniuerſale problema eſt, & cauſa totum quiddam; & cuius cauſa vniuerſale, vt folio fluere toto aliquo determinato, licet ſpecies ipſius ſint, & his vniuerſaliter, aut plantis, aut his plantis: quare & medium æquale oportet eſſe in his, & cuius cauſa, & conuerti. vt propter quid arbores folio fluunt, ſi itaq; propter congelationem humidi, & ſi folio fluit arbor, oportet eſſe congelationem, & ſi congelatio ineſt non cuicunq;, ſed arbori, eſt folio fluere.

Dixit Ariſto. Et dicamus, q̃ interrogatio eſt ſemper vniuerſalis, & cauſa eſt vniuerſale quoddam, & res, quæ eſt cauſa cauſæ ipſius, eſt vniuerſalis. vt in exemplo, fluxus foliorum ineſt tãtum toti alicui, & ſi ipſum habuerit ſpecies, & ipſum ineſt iſtis ſm viam vniuerſalis, aut plantis, aut huic plantæ: medium itaq; & res, quæ eſt cauſa ipſius in his, oportet vtiq;, vt ſint ambo hæc æqualia & conuertibilia æqualiter. vt in exemplo, propter quid arbor folio fluit? propter congelationem humidi: ſequit itaq;, ſi eſt fluxus foliorum, vt ſit congelatio humiditatis, & ſi ineſt cõgelatio non cuicunq; acciderit, ſed arbori, cuius folia fluunt.

Poſteaq; dubitauit de conuertibilitate cauſati ſuper 94
cauſa, & adduxit in hoc ſermones ſufficiẽtes in duabus extremitatibus, cœpit docere intentionem veram per demõſtrationem, quæ aggregatur ſimul cum proceſſu ſuo ad veritatem ſoluẽdi dubiũ, & dixit: Et dicamus, q̃ interrogatio eſt ſemp vniuerſalis, et cauſa eſt vt quoddam, & res, quæ eſt cauſa cauſæ ipſius, eſt vniuerſalis. ſenſus eſt, q̃ p̃dicatum in interrogationibus ſubſtãtialibus, ĩ quibus ſunt p̃dicata, oportet eſſe prædicatũ de re in eo q̃ quid, & hoc, qm̃ prædicatum de oĩ, quẽadmodum declarauit ĩ tractatu Primo iſtius libri, ipſum eſt, quod aggregat tres ſpẽs, vt ſit p̃dicatũ de oĩ ſubiecto, vt ſit prædicatio ipſius neceſſaria, & vt ſit p̃dicatio ipſius prima, hoc eſt non ex natura ſecunda: ſed primũ in quæſitis non eſt primũ in ꝓpõnibus, quemadmodum declarauimus in tractatu Primo iſtius libri: & hoc, qm̃ iam diximus, q̃ primũ in quęſitis eſt, quod nõ quęritur propter quęſitum alterũ, hoc eſt, q̃ ſit p̃dicatum in ſubiecto nõ ꝓpter prędicationem ſuã de ſubiecto altero, & cõprehenſum in ſubiecto primo. & hoc, qm̃ ex quæſitis aliquod eſt, quod eſt quęſitum p̃ accñs, & ex ipſis aliquod, quod eſt quęſitum p̃ ſe. vt in exẽplo, ſi aliquis quæreret de triangulo æquicrure, an habeat angulos æquales

æqualẽs duobus rectis, hoc vtiq; quęſitum eſt per accidens, & non primum. & hoc, qm̃ hoc quæſitum primo ineſt triãgulo abſolute: atqui hoc vtiq; quæſitum ineſt primum triangulo, qm̃ monſtrat̃ per propoſitiones primas. Eſt aũt diſpoſitio primi in ꝓpoſitionibus, vt prędicatum prædicetur de omni ſubiecto non propter naturam aliam comprehenſam in ſubiecto, quod eſt cauſa, vt prædicatum inſit ſubiecto, & non eſt primũ in quæſito ipſum hoc primũ, qm̃ prædicatum quæſiti eſt vtiq; in ſubiecto propter naturam alterã, quod eſt cauſa: ſed ſi ineſt propter naturã, quæ eſt cauſa per naturam, non quæreꝛ vtiq; propter naturã, quæ eſt natura altera, ſed quęreꝛ propter naturã, quę eſt ſubiectũ ipſi propter naturam primã. & hoc, qm̃ ſubiecta p̃ naturam ſunt ſpẽs & gña, hoc eſt cõpoſita, & cauſæ ſm naturã ſunt cauſę, & gña ſimplicia ipſarum: & quęſita p̃ naturam ſunt intentiones appropriatę ipſis exiſtentes in ſpẽbus & generibus, & hæc ſunt accidẽtia appropriata in gñibus & ſpẽbus. Et qm̃ nõ declaratũ fuit hoc ab expoſitoribus, dubitauit ſup ipſis, qũo inuenitur quæſitũ primum ſm quod diximus in expoſitione tractatus primi iſtius libri: & quęſita prima, quẽadmodum diximus, quæ inueniuntur in demonſtrationibus ſimplicibus, erunt vtiq; in accidẽtibus appropriatis tm̃, quæſita vero, quæ ſunt dr̃iæ appropriatę, & definitiones, ipſa vtiq; cõſimiliter etiã ſunt quæſita prima, ſed nõ proueniet in talibus demonſtratio cauſæ, qm̃ non inuenitur in talibus aliquid, quod p̃cedat extremitatę maiorem: ſed ex diſpõne demõſtrationis abſolutę eſt, q̃ ſit mediũ in ipſa præcedẽs maiorẽ propter cãm extrinſecã: quæſita vero gñis ſunt inter quęſita accidẽtalia. iam uero dũm fuit expoſitoribus, vt itroire facerent ipſum in quęſita accidẽtalia, & dixerunt, q̃ genus eſt prædicatũ primum, qm̃ non prędicaẽ de aliqua ſpẽrum ſuarum propter naturã mediam cõprehenſam in ſpecie. Et Abunazar eſt vnus eorum, cui viſum fuit hoc de generę, & eſt dubium magnum, qm̃ non prædicatur de aliqua ſpecierum, quæ ſunt ſub ipſo in eo q̃ quid eſt hæc ſpecies, & quod non prędicatur de aliquo in eo q̃ quid, ipſum eſt prędicatum de eo p̃ accidens: qm̃ non eſt dr̃ia inter hoc, q̃ prędicẽ triangulus de ꝙuicrure, aut p̃dicetur de ipſo æqualitas angulorũ duobus rectis: & hoc, qm̃ quemadmodũ ꝙualitas angulorum duobus rectis eſt prędicatum de ꝙuicrure per accidens, qm̃ adhuc ineſt æqualitas angulorũ duobus rectis gradato & æglateri, qm̃ prędicatio triangulo de æquicrure eſt prædicatio per accidens, qm̃ ineſt vtique gradato & æqualateri: ſed dr̃ia inter ipſa eſt, qm̃ prædicatio æqualitatis angulorꝫ per accidens de æquicrure eſt vtiq; prædicatio per accidens propter prędicationem p̃ ſe: & hoc, qm̃ æqualitas angulorum duobus rectis ineſt vtiq; triangulo ꝙuicruri propterea q̃ ineſt triãgulo abſolute. De prędicatione vero generis de ſuis ſpeciebus exiſtimatur vtiq; q̃ ſit prędicatio p̃ accidens non propter prædicationem p̃ ſe: & hoc, qm̃ natura ipſius non ineſt alicui ſpẽrum, quæ ſunt ſub ipſo propter naturã mediam, & q̃ intellexit de p̃dicato primo, quod non prædicaẽ propter naturam mediã, poſuit genus in prædicatis primis ſm quod fecit Abunazar: & eſt, qui intellexit de prædicato primo, quod non eſt prædicatũ per accidẽs, hoc eſt, q̃ miſcuit ipſi aliquid, quod eſt per accidens, qũo illud, quod fuit indiuiduus genus in prędicatis primis. Et hæc videẽ eſſe opinio Ariſ. & apparet, q̃ eſt vera per ſe: cumq; fuerit hoc ita, oportet vt ponãt genus in quæſitis accidẽtalibus, ſed hoc eſt abſurdum: & nos inuenimus multa ex ijs, quæ quæruntur in artibus ſpeculatiuis ignotorum generũ, quemadmodum illud, quod ignorãt multi de ſignis ſuperioribus, ſi ſunt imagines, aut corpora, & tale eſt, quod ignoraẽ vt plurimum de diſpõne ſpecierum mediarũ inter genus animalis & plantæ, ſi eſt planta aut animal, conſiſt eſt res, quæ eſt inter plantam & non plantã: & dicemus ſi fuerint ineꝛiſtentium alijs, aliqua per accidens, & aliqua p̃ ſe, & illud, quod eſt per accidens, inuenitur utiq; ex eo, quod eſt per ſe, & ſcientia vera ſequitur, q̃ ſit conſentiens enũ: oportet itaq; q̃ ſit ſcientia ſubſtãtialis de ente ſubſtantiali, & ſcientia accidentalis de ente accidentali, quodq; ſit, quemadmodum q̃ ens accidentale erit propter illud, quod eſt per ſe, cõſimiliter ſequitur, vt ſit ſcientia accidentalis ineꝛiſtens vtiq; nobis ex ſcia, quæ eſt per ſe. vt in exẽplo, q̃ triangulus habeat tres angulos æquales duobus rectis, eſt cognitio per ſe de ente p̃ ſe, cognitio autem, q̃ æquicrus eſt cum hac diſpoſitione eſt cognitio per accidens, ſed via, qua prouenit nobis ſm naturam eſt, qm̃ cognoſcimus ipſum de triangulo: qui vero nouit ipſum de æquicrure propterea q̃ nouit ipſum de triangulo, nouit vtiq; rem ſm coaptationem ſuam, hoc eſt, q̃ non nouit illud quod eſt per accidens ex parte qua eſt per accidẽs: qui vero nouit hanc intentionem de æquicrure, non propter naturam trianguli, nouit vtiq; illud, quod eſt per accidens, non ex via eius, quod eſt per ſe, qm̃ iam vtiq; nouit ipſum non ſm modum, quo eſt de ipſo exiſtens, & quod magis videtur per cognitionem noſtram, eo q̃ prædicata vniuerſalia inſunt indiuiduis, qm̃ cognitio noſtra de Zĩade, q̃ eſt rationalis eſt propter cognitionem noſtram q̃ eſt homo: & non eſt dubium, q̃ prædicatio rationalis de Zĩade eſt per accidens. Iam itaq; declaratũ eſt tibi ex hoc, q̃ oportet cognitionem entis per accidens eſſe per accidẽs, qm̃ oportet, vt ſcia ſit conſentiẽs ſcito, quodq; ex ſcientia aliqua eſt perfecta, & eſt, quæ prouenit nobis propter ſciam per ſe, & ex ipſa aliqua eſt diminuta, & eſt, quæ prouenit nobis propter ſciam per accidens: cumq; hoc ita ſit, demonſtrationes vtiq;, quæ ſunt demonſtrationes in veritate ſunt per ſe de entibus per ſe, & nõ eſt via, qua ſciamus aliquid, quod ineſt alicui per accidẽs cognitione perfecta, niſi propter cognitionem, q̃ inſit alicui per ſe, quemadmodum nõ eſt via ad hoc, q̃ ſit aliquid per accidens, niſi propter illud, quod eſt per ſe: cumq; ſtabilitum fuerit hoc, manifeſtum vtiq; erit, q̃ accidens, quod eſt vniuerſalius ſubiecto ſuo, inſit ſubiecto, ipſum eſt, propterea q̃ ineſt naturæ æquali ipſi: monſtratio igitur ipſius per ſe eſt vtiq; de illa natura, & eſt de illo, quod eſt ſub illa natura per accidens: & cognitio, q̃ ipſum inſit ei, quod eſt ſub illa natura, eſt per accidẽs: cumq; nouerit ipſum ineſſe ei, quod eſt ſub illa natura propter illam naturam, nouit vtiq; illud quod eſt p̃ accidens, non propter illud, quod eſt per ſe: cumq; fuerit exiſtentia ipſius propter illud, quod eſt per ſe, ille vtiq;, qui nouit ipſum ex hoc modo, nouit vtiq; ipſum de alio quid eſt de ipſo: & qm̃ eſt ex conditionibus cognitionis perfectæ demonſtratiuæ, vt cognoſcat rem ſm q̃ ipſum per ſe, admittem⁹, quòd ex perfectione in ſcientia eſt, vt ſciatur illud, quod eſt per accidens: oportet igitur, vt non ſciat illud, quod eſt per accidens, niſi propter illud, quod eſt per ſe. Et propter hoc poſuit conditionem Ariſt. in demonſtrationibus, vt ſint prædicata prima & appropriata ſm q̃ opinatus eſt, qm̃, cũ cognoſcuntur res ſubſtãriales, ſciuntur diſpoſitiones accidentales propter diſpoſitiones ſubſtantiales, igit nouit ens ſm veritatẽ ipſius. Amplius, qm̃ quod intẽditur in primo eſt cognitio intentionum ſubſtantialiũ, quemadmodum cuius intenditur exiſtentia primo, ſunt intentiones ſubſtantiales, & quemadmodum intẽtiones accidentales, hoc eſt modus iſte accidẽtis, non quod eſt p̃ accidẽs abſolute, inueniẽ vtiq; ſm intentionẽ ſecundã, & propterea q̃ ipſas aſſequimur per aſſecutiones intentionũ ſubalium, conſiſt cognitio Philoſophi de ipſis eſt ſm intentionẽ ſecundã, & cognitio ipſius p̃ intentiones

substantiales est sm intentionē primam, Et hoc totum, quemadmodum ego existimo, est illud, super quo non constitit ex intentione Aristot. alius ex expositoribus, quorum verba deuenerunt ad nos. Cū vero genus fuerit quæsitum, dicemus vtiq; de ipso, q est ex quæsitis accidētalibus, qm̄ propterea q ipsum primo quæritur, est notius specie, qm̄ est vniuersalius, et vniuersalius est notius: & quemadmodum non est via, vt monstremus existentiam ipsius de aliquo, cū ignorauerimus existentiam ipsius, quoniam non habemus viam, vt monstremus existentiam generis de generibus, cū acciderit, vt ignoremus existentiam ipsius in ipsis: qui igitur voluerit monstrare existentiam alicuius generis in aliqua specierū, ipse vtiq; monstrabit rem monstratione accidentali, sm q accidit huic generi, vt sit I hac specie, & propterea non erit hæc species causa q sit hoc genus simpliciter, sed genus est causa, vt ipsa sit: & si concesserimus, q genus est ex quęsitis accidentalibus, mōstrabit vtiq; nobis ipsum inesse alicui speciei sm viam naturalem, cū ignorauerimus ipsum inesse rei alicui per se, & hoc, qm̄ res inest huic speciei, quemadmodū nouimus existentiam ipsius propter formam ipsius: hoc est, qm̄ nouimus genus inesse speciei propter formam generis aut definitionem ipsius. quemadmodum, si monstraremus, q spongia marina est aīal, qm̄ est sensibilis, hoc vtiq; est, posteaq̄ conueniens fuerit, vt dicatur, cū nouerimus existentiā rei, & ignorauerimus genus ipsius, tamq; conuenit, vt dicatur de ipso, q est ex quæstione substantialiū primorum modo aliquo, & hoc, cū quæratur, exēpli gratia, an spongia marina est aīal, aut non? & qui quærit consistit etiam, an color sit imago, aut corpus? & an locus sit vacuum, aut superficies corporis? Quæremus igitur exempli gratia de spongia marina, si hoc ens, quod vocatur spongia, sit aliqua species aīalis, aut aliqua species plantæ, & non est dubium, q sequit in eo, q est spongia marina, vt sit aut aliqua spēs plantarum, aut aliqua spēs aīalis: et consimiliter se habet res de colore, si est imago aut corpus, & sm hanc mēsuram erit quæsitum generis ex quæsitis primis, & componet syllis ita, Spongiæ marinæ inest aliqua species generis: & illud, cui Iest aliqua species generis, ipsum est aliqua species aīalis, et hoc est verum, qm̄ spongia marina non est aīal absolute, sed est aīal quoddam. & consimiliter se habet res in vnaquaq; specierum, hoc est, q non disponitur in genere, in eo q est hæc species, sed disponit in ipso ex parte generis alicuius: & hoc, qm̄ homo, exēpli gratia, non est aīal absolute, sed est aīal aptum ad suscipiendam rationem: & p hunc conceptum separatur aīalitas, quæ est in homine, ab aīalitate reliquarum specierum, & separatur aīalitas, quæ est in equo, ab aīalitate, quæ est in asino: & ita se habet res in vnaquaq; specie, qm̄ genus diuersificatur in ipsis per conceptus. Et hoc manifestum est ex eo, quod declaratum fuit in scīa Naturali, q formarum diuersarū oportet materias proprias esse diuersas, quodq; fieri non potest, vt suscipiat materia vna, in eo q est vna, formas diuersas, sed suscipiet vtiq; ipsas aut qm̄ est familiaris formarum diuersarum, quemadmodum se habet res in materijs corporum, aut qm̄ ipsa est familiaris aptitudinum diuersarū, quemadmodum se habet res in materia prima & generibus cū spēbus suis particularibus, similis. n. est res in materia prima simul cū forma corporū simpliciū, quæ sunt in ipsis primo p se. Qm̄ vero hoc vtiq; iam declaratū fuit, redeamus ad id, in quo eramus de expositione, & dicamus, q oportet terminū medium in demonstratione esse appropriatum in subiecto, & maiorē appropriatum I medio, quodq; onus in terminis oportet esse primo, exēplum vtiq; est sm consuetudinem suā. Et dixit: vt in exēplo, fluxus foliorum inest tm̄ toti alicui, & si ipsum hēt species & Iesset huic sm viam vlis. sensus est, exēplum, cū quęrimus cām fluxus foliorum, opus vtiq; est, vt quæramus de natura, quæ ipsi inest tātum, qm̄ absq; dubio inest tātum naturę vniuersali, & si non fuerit natura illa nō diuisa in spēs multas: atqui voluit, q diuisio non est huius p hoc. Et posteaq̄ cōmemorauit, q oportet fluxum foliorū inesse naturæ vniuersali, dixit: aut plantis, aut huic plantæ. sensus est, & hęc natura simpliciter est, exempli grā, aut plantę, aut plantæ huic appropriata. Postea enunciauit, q oportet terminum medium in hac demonstratione conuerti cū extremitate maiore, & dixit: medium itaq;, & res, quæ est causa ipsius in his, oportet vtiq; vt sint ambo hęc ęqualia, & conuertibilia vsq; ad extremum eius, quod scripsimus. sensus est, & terminum medium, qui est causa, & extremitatem maiorē, cuius medius est causa, oportet esse æquales, quousq; sit terminus medius conuertibilis cū maiore, & maior consimiliter etiam cū ipso sm exemplum hoc, cū quæramus, propter quid fluūt folia arboris, cuius fluunt folia, qm̄ fuit causa huius, congelatio humiditatis, p quam nutritur foliū, iamq; sequitur, cū fluunt folia, vt congeletur humiditas, & si congelaē humiditas, vt fluant folia, & hoc est appropriatum arbori, cuius fluunt folia, quoniam non oīs arboris fluunt folia. Et hoc est, quod significauit, cùm dixit: & si inest congelatio, non cuicunque acciderit, sed arbori, cuius fluunt folia: hoc est, oportet, q fluant folia ipsius.

Vtrum aūt contingit non eādem causam esse eiusdem oībus, sed alteram, aut non? an si quidē per se demōstretur, & non p signū, aut accidens? non potest fieri: nāq; ratio extremi mediū est, si vero non ita, contingit.

Dixit Aristo. Vtrum autem contingit, vt sit vni & eidem oī non causa vna & eadem, sed causę multę, aut nō est possibile? & dicamus in respōsione huius, siquidē iam declaratum fuit ex dispositione causæ, q est p se, non sm viam signi, & per viam accidentis, hoc vtiq; est ex eo, quod nō cohęret: & hoc, quoniam medium est ratio extremi, si vero non erit ita, iam vtiq; conuenit.

95 Quoniam posuit, q oportet causatum simul cū causa sua substantiali esse conuertibile: & hoc vtiq; verificatur, cū fuerit medium ipsi causa vna, cœpit quærere, si posita fuerit conditio, vt vnum & idem habeat causas plures ex specie una, & dixit: Vtrum autem contingit, vt sit vni & eidem omni non causa vna & eadem, sed causæ multæ, aut non est possibile? atqui addidit omni, quoniam conuenit, vt vnum & idem habeat causas multas, sed non substantiales primas, nisi per accidens. Deinde dixit in responsione huius quæsiti: & dicamus in responsione huius, si quidem iam declaratum fuit ex dispositione causæ, q est per se, non sm viam signi & per viam accidentis. intelligit per signum, intentionē posterioris de extremitate maiore. Atqui posuit hanc conditionem, qm̄, cùm terminus medius fuerit signum, hoc est consequens ex consequentibus termini maioris, fieri potest, vt vnum & idem habeat plures terminos medios, quoniam de re vna & eadem monstratur, q inest subiecto alicui per signa multa. quemadmodum, si monstretur, quòd hęc mulier concepit, quoniam habet lac, aut quia habet intra se sensibilē motum simul cum anxietate: & consimiliter causæ, quæ non sunt primæ, & sunt substantiales insunt vni & eidem plures, nedū de causis, quę non sunt substantiales.

Exemplum

Exemplum huius, qm̄ causæ aīalitatis in hoīe non sunt causæ ipsius in equo, & consistit causæ cōceptus in hoīe non sunt causæ ipsius in equo, & propter hoc ponit conditio, quoniam, cū non erit terminus medius signum, neq; causa non prima, oportet vt sit vna. Deinde adduxit causam consequentē, vt sit in hoc, hoc est, vt sit una. Et dixit: & hoc, quoniā medium est ratio extremi. sensus est, atqui sequit, q sit terminus medius, qui est causa totius, vnus, quoniam est definitio extremitatis maioris, & definitio est vna. Et si dicemus, atqui erit terminus medius definitio extremitatis maioris, cùm fuerit oratio composita, cū vero significauerit super ipso per dictionem separatā, non est vtiq; definitio, sed est pars. Dicitur, q pars definitionis nihil prohibet, quin sit genus, aut differentia, & genus quidem non conuenit, vt sit terminus medius: quoniam non sequitur, cū inueniē, q inueniaē res, cuius est genus, & relinquitur, q sit differentia, & quoniā differentia est forma rei appropriata, cū vtiq; accipitur forma per se, sequit, vt sit vna, qm̄ ex primo cognito est, q nō insint vni & eidem duæ formæ. Et cū dixit: si vero non erit ita, iam vtiq; conuenit. hoc est, vt sint vnius & eiusdem causæ plures.

Est autem & cuius causa, & cui considerare sm accidens, non tamen videntur problemata esse. si vero nō, similiter habebunt medium, siquidem sunt æquiuoca, æquiuocum medium est: si vero vt in genere, similiter habebunt, vt propter quid et permutatim proportionale? alia enim causa est in lineis, & numeris, & eadem vtiq;, inquantum quidem lineę, alia, inquantum vero habens augmentum tale, eadem, ita & in omnibus: huius autem similiter esse colorem colori, & figuram figuræ, aliam alij, æquiuocum. n. est simile in his: hic quidem fortasse proportionabiliter habere latera, & æquales angulos, in coloribus vero sensum vnum esse, aut aliud aliqd tale: quæ vero sm analogiā, eadem & medium habebūt sm analogiam.

Dixit Arist. Iam vero possibile est, vt inuestigemus de re, quæ est causa causę ipsius, & de re, quæ habet causam sm viam accidentis: & est, q existimatur de ipsis, q sunt interrogationes, & si non propter quid, erit medium sm similitudinem vnam, & si fuerint consentientia nomina sua, medium vtique ipsorum erit nomen æquiuocum, & si fuerit sm viam generis, ipsum vtiq; ad ipsa erit sm similitudinem vnam. vt in exēplo, propter quid, cū permutantur sunt proportionalia? & hoc, qm̄ causæ in hoc in lineis & numeris sunt diuersæ: si quidem ex parte, qua addit hanc speciem additamēti, sunt vtiq; sm hūc modum vnum eadem in omnibus ijs: causa vero, q color assimiletur colori, nō est causa, q figura assimiletur figuræ, & hoc, qm̄ similitudo in his est æquiuoca: qm̄ similitudo quidem in figuris, fortasse est habere latera sua proportionabilia, & angulos suos proportionabiles, in coloribus vero, cùm fuerit sensus vnus, aut aliquid vnum tale, ijs quæ sunt secundum proportionē vna & eadem, medium vtiq; inest ipsis consimiliter etiam secundum viam proportionabilitatis.

96 Intentio sua est mōstrare, q species causarum erunt sm species Iterrogationum. atqui fecit hoc, qm̄ ipse posuit primo, cū fuerit quæsitum sm viam totius, hoc est primum, & substantiale, hoc est, q oportet terminum medium esse ita. Et dixit: iam vero possibile est, vt inuestigemus de re, quæ est causa causæ ipsius, & de re, quæ habet causam sm viā accidentis. intelligit per rem, quę est causa causæ ipsius, terminū maiorem, et per rē, quæ habet cām, extremitatem minorē. ac si dixisset, iamq; conuenit, vt interrogetur de prędicatione prędicati alicuius in subiecto sm viam accidentis, & erit causa tradita ibi consistit ēt sm uiam accidentis: & hoc, qm̄ si fuerit quęsitum accidens, sequitur, vt sit causa accidens, cū tm̄ acciderit, vt sit causa ipsorū proueniens illis propter illud, quod est per se. vt in exemplo, si interrogaretur, propter quid fluxus foliorum Iest arbori? dicemus, qm̄ arefacta sunt folia ipsius, pręterq̄ q hoc vtiq;, quemadmodum dixit, non connumeratur inter interrogantes, hoc est inter scientias. Et posteaq̄ cōmemorauit, q terminus medius erit consequens quęsitum in accidētalibus & substantialibus, cœpit declarare hoc in eo, q apparet de cōsequentia ipsius per cōtingens in noīe ęquiuoco & genere. hoc est, cū fuerit nomē ęquiuocum, sequit, vt sit terminus medius vnus in genere, & dixit: & si nō pp quid erit mediū sm similitudinem vnam, & si fuerint consentientia nomina sua, medium vtiq; ipsorū erit nomen æquiuocum, & si fuerit secundum viam generis, ipsum vtiq; ad ipsa erit secundum similitudinem vnam. sensus est, & si consequens esset, cū est quæsitū accidentale, vt non sit terminus medius accidētalis, pp quid terminus medius inuenietur, consequens quæsitū per consensum nominis, et in eo q est vnum in genere, hoc est, quoniam si fuerit quæsitum nomine ęquiuocū, sequetur, vt sit terminus medius noīe æquiuocum, et si fuerit quæsitum vnum in genere, sequetur, vt sit terminus medius vnus in genere. Deinde adduxit exemplū, quo quoniam quæsitum fuerit vnum secūdum genus, sequit, vt sit terminus medius in ipso, et dixit: vt in exēplo propter quid, cū permutantur, sunt proportionalia? & hoc, quoniam causæ in hoc in lineis & numeris sunt diuersæ: siquidem ex parte, qua addit hanc speciem additamenti, sunt vtiq; secundum hūc modum vnum, eadem in oībus ijs. sensus est, exemplum istius quæsiti, p quod interrogatur, propter quid proportionalia, cùm permutantur, sunt proportionalia, ipsum vtiq; redit in hoc, quoniam * duplicia sunt ex ipsis æqualia: hoc est, cū accipiuntur ad primum, & ad secundum ex ipsis duplicia æqualia, & ad tertiū & ad quartū duplicia æqualia inuenitur, cū fuerit additamentum primi ad tertiū, cū duplicatum fuerit secundum, addetur super duplicatione quarti, & si defecerint, inueniunē deficientia, & si varientur, inueniuntur variata, & quæ fuerint ita, erūt vtiq; proportionabilia: hæc igitur causa, quæ est duplicitas, cū accepta fuerit ex parte, qua est in nūmeris proportionabilibus, erit diuersitas duplicationis, quæ inuenitur in lineis ex parte, qua sunt lineæ diuersæ ad numeros, hæ igitur causæ erunt diuersæ in specie, consentientes in genere, quod est duplex: quēadmodum se habet res in hoc quæsito. Et hoc est, quod voluit, cū dixit: & hoc, quoniam causæ in hoc in lineis & numeris sunt diuersæ: Et cū dixit: siquidem ex parte, qua addit hāc speciē additamenti, sunt vtiq; secundum modum istū vnū eadem in oībus ijs. intelligit per additamentum conse-

* Ab. le. multiplicia Sic & infra.

quentiam ad se inuicem per duplex, secundum similitudinem, hoc est, cū addiderit duplex primi super tertio, addetur duplex secūdi super quarto: & hoc, qm̄ hæc res comprehendit lineas et numeros proportionales, & nō procedet hoc ſm q̄ hæc ſpēs q̄ōnis est prima & substantialis, qm̄ hæc quæstio non fit in arte vna: iamq̄ declarauit in tractatu primo, q̄ huiuscemodi propositiones sunt per modum dubitatorum, et propterea fieri potest vt pertractentur in artibus multis. Et posteaq̄ commemorauit exemplum istius speciei quæsitorum, commemorauit exemplum quæsiti, quod cū fuerit æquiuocū, sequitur, vt sit terminus medius æquiuocus, & dixit: cā vero, q̄ color assimilatur colori non est causa, q̄ figura assimilatur figuræ. sensus est, exemplum vero quæsiti q̄ cū fuerit æquiuocū, sequitur q̄ sit terminus medius diuersus, & si habuerit nomen vnum, est æquiuocum, vt si quærat aliquis, propter quod similia sunt similia? qm̄ hæc non habent causam vnam, quontā causa in propositionibus colorum est alia à causa in talibus figuris. Deinde declarauit causam diuersitatis similitudinis in vtrisq̄, & dixit: & similitudo in his est æquiuoca. sensus est, atqui sequitur, vt sit causa in his diuersa secundū q̄ dicimus figuras similes, & colores similes, quod est dictum equiuocum. Et posteaq̄ dixit hoc, docuit vnde apparet, q̄ hæc sunt æquiuoca, & dixit: quoniam similitudo quidē in figuris fortasse est habere latera sua proportionabilia, & angulos suos proportionabiles. & hoc quod dixit, est manifestum apud Geometram, quontā est ex positionibus suis, nō hic. Et propterea dixit: fortasse est. Deinde dixit: in coloribus vero est, vt sit sensus vnus, aut aliquid vnum tale. sensus est, de coloribꝰ vero diuersis in specie, dicitur vtiq;, q̄ sunt similes, quoniam communicant in sensu vno, aut ꝓpter aliquid vnū in hac specie. Atqui dixit hoc, quoniam hæc species cognoscitur hic secūdum similitudinē, quod apparet hic, quontā dispositio, quæ dicitur in lineis, q̄ sunt similes, est alia à dispositione, per quam dicitur in coloribus, q̄ sunt similes. Et cū dixit: eis vero, quæ sunt secundū proportionem vna & eadem, medium vtiq; inest consimiliter etiam secundum viam proportionabilitatis. sensus est, ea vero, quæ sunt secundum proportionem vnā per se, habent vtiq; medium secundum proportionem, in qua apparet, q̄ deuenerunt ad dispositionem, ꝑ quā dicitur, q̄ quæsitum cū fuerit vnum in genere, erit medium vnum in genere, & hoc, quoniam per quod posuit exemplum in hoc, sunt ea, quæ sunt vna secundum proportionem, ad confirmationem eorū, quæ sunt vno in genere, quæ dicuntur per consensum: & hoc, quontā genus est duarū spērum, aut genus, quod dicit ſm præcisionem, quemadmodum animal: aut genus, quod dicitur secūdum proportionalitatem: & videtur, quòd adduxerit hanc doctrinam secundum quòd genus est duarum specierum.

Se habet autem sic, cōsequi, causa sibi inuicem, & cuius causa, & cui causa: singulum quidem accipienti, cuius causa in plus est, vt extrinsecos equales esse quatuor in plus est, q̄ triangulum, aut quadrāgulum, omnibus vero æqualiter: quæcunq̄ enim quatuor rectis æquales esse extrinsecos, & medium similiter: est autem medium ratio primi extremi: quo circa omnes scientiæ per definitionem fiunt. vt folio fluere simul sequitur vitem & excedit, & ficum & excedit, sed non omnes, sed equale est: si igitur acceperis primum medium, ratio folio fluendi est: erit enim primum quidem in altera medium, quoniam talia omnia sunt postea huius medium, quoniam succus congelatur, aut aliud aliquid tale. quid autem est folio fluere, congelari succum in contactu seminis.

Dixit Aristot. Causa vero & res, quæ est causa causæ ipsius, & res, quæ habet causam, consequuntur se inuicem, & dispositio in ipsis est hęc dispositio: & est, qm̄ si acceperis aliquid, quod est causa causæ ipsius in particularibus, erit vtiq; multa. vt in exemplo, si sunt anguli extrinseci æquales quatuor rectis superaddunt ei, quod est esse triāgulum et quadrangulum, cùm vero accipiuntur simul, sunt vtiq; equaliter, & hoc, qm̄ quęcūq; habent angulos quatuor extrinsecos æquales quatuor angulis rectis, medium vtiq; est ſm similitudinem vnam, & mediū primum est ratio extremi primi, qm̄ omnes scientiæ sunt vtiq; per definitiones. vt in exemplo, qm̄ fluxus foliorum sequitur vitem, & excedit ipsam, & sequitur consimiliter etiam ficum & excedit ipsam, sed non excedit omnes, sed est æqualis ipsis, si acceperit aliquis, q̄ medium primum est ratio fluxus foliorū, & hoc, vt sit medium primum, quod est super altero ipsorum, et consist etiam medium ad hoc, congelatio humiditatis, aut aliquid aliud ex causis istius, illud, qđ est fluxus foliorum, cōgelatio lactis cōiuncti in semine.

97 Posteaq̄ declarauit, q̄ causa, quæ est in veritate causa, & est substantialis prima, est vna tātum in syllogismis, quorū propositiones sunt cū hac dispositione, quodq; fieri non potest, vt prædicetur de prædicato vno existēte in subiecto vno plus q̄ causa vna, nisi fuerint causæ per accidens, aut sit terminus medius signum, vult declarare, quomodo accidit, vt sit causa vna & eadem causa existentiæ rei vnius in aliquibus, & hoc erit per relationem istorum indiuiduorum, quæ sunt sub aliquo vno, cui inest causa vna: hoc est, quod fuerit sub extremitate minore, & dixit: Causa vero & res, quæ est causa causæ ipsius, & res, quæ habet causam, consequūtur se inuicem, & dispositio in ipsis est hæc dispositio, intelligit per causam terminum medium, & per rem, quæ est causa causæ ipsius extremitatem maiorem, & per rem, quæ habet causam extremitatem minorem, & per dispositionem, qua dicitur ipsum, quontam cū speculati fuerimus de causa intra syllogismum, & de termino maiore & minore, & hoc in relatione ad illud, quod est sub minore, inuenitur consequentia alia à consequētia, quæ est in ipsis apud speculationem de vtrisq; in relatione ad terminum minorem tātum. Dixit autē hoc, qm̄ ipse iam docuit, q̄ consequentia in vtrisq; ipſs in relatione ad terminum minorem est cōuertibilis. Vult aūt docere hic, q̄ non est res in ipsis ita, cū eligitur extremitas maior & terminus medius in relatione ad illud, qđ est sub minore. Et posteaq̄ cōmemorauit, q̄ res in ipsis est ſm id, quod refertur, cœpit enuntiare in hoc, & dixit: qm̄, si acceperis aliquid, quod est causa causæ ipsius in particularibus, erit vtiq; multa, sensus est, & hoc, cū acceperis experientiā extremitatis maioris in relatione ad particularia,

ad particularia, quę sunt sub extremitate minore, inuenies maiorem magis vtem vnoquoq; ipsorum. Et hoc est manifestum, cū fuerit terminus maior cū hac dispositione, qm̄ inquam mediū est ita, & minor: & propterea tacuit ex ipso vnum. Posteaq̄ cōmemorauit hoc, adduxit exemplū de hoc, & dixit: vt in exemplo, si sunt anguli extrinseci æquales quatuor rectis, superaddunt ei, quod est esse triangulum & quadrangulum. sensus est, exemplum huius, qm̄, cū prædicatur de triāgulo, q̄ habet angulos suos extrinsecos equales quatuor rectis, hoc vtiq; est vniuersalius triangulo, & consist si prædicatur consist etiam hoc de angulis extrinsecis quadranguli, hoc est quatuor tantū, ipsum est vniuersalius quadrangulo. Accepit aūt in hoc exemplo terminos quatuor, quoꝝ vnus est, æqualitas angulorum extrinsecorum quatuor rectis, & est extremitas maior, & terminus medius est, quo monstratur, q̄ triangulus & quadrangulus aggregant angulos exeuntes cū hac dispositione, & extremitas minor, quæ est aggregatio triāguli & quadranguli, hoc est natura cōicans vtrisque: posteaiudicauit, q̄ aggregatio ipsorū est cū hac dispositione, hoc est, q̄ sint anguli vtriusq; extrinseci æquales duobꝰ rectis, & quartus est triangulus, aut quadrangulus: & propterea quod sequitur, est, vt sint hic bini syllogismi: qm̄, cùm additur terminus super tres terminos, additur syllꝭ. Deinde dixit: cū vero accipiūtur simul, sunt vtiq; æqualiter. sensus est, cū vero eligitur extremitas maior in extremitate tertia, quæ est extremitas minor in syllo primo, hoc est, æqualitas angulorꝫ extrinsecorum quatuor rectis simul cū aggregatione trianguli & quadranguli, & terminus extremitatis maioris prędicatur de vtrisque prædicatione conuersa, quæ est prædicatio ſm q̄ est æqualiter. Deinde dixit: & hoc, qm̄ quęcunq; habent angulos quatuor extrinsecos æquales quatuor angulis rectis, mediū vtiq; est ſm similitudinē vnam. sensus est, atqui sequitur, vt sit prædicatū, quod est extremitas maior, æquale in oibus figuris, in quibus inueniuntur istę proprietates, qm̄ terminus medius in ipsis est vnus & idem, & est cōuertibilis cū extremitate maiore, & minor consimiliter etiam conuertibilis cū ipso: cumq; fuerit hoc, quemadmodum commemorauit, manifestum vtiq; est, q̄ hoc quęsitum est primum & ꝑ se omnibus figuris, q̄bus insunt istę proprietates, hoc est, q̄ sint anguli extrinseci ex ipsis equales quatuor rectis, & ipsi monstrantur de triangulo aut quadrangulo non propter naturam cōicantem vtrisq;: & est, quemadmodum qui monstrat equalitatem angulorum duobus rectis de triangulo equicrure, non propter monstrationē huius de triangulo absolute, hoc est, vt proueniat nobis monstratio accidentalis non propter monstrationem substantialem ſm illud, quod præcessit ex sermone nostro, q̄ quęsita sunt duarum specierum, substantiale & accidentale, quodq; dispositio naturalis est, vt proueniat accidentale propter substantiale, hoc est, propter substantiale primū. Et propter hoc, qui non posuit conditionem in demonstrationibus substantialibus primis ex dispositione substantialium, peccauit vtiq;, quemadmodum inuenit Abunazar fecisse in hoc libro suo. Sed fieri potest, vt interrogaret aliquis in hoc exemplo, & diceret, nos inuenimus terminum medium, per quem monstratur hęc dispositio de triangulo absq; ipso triangulo: & hoc, qm̄ sequitur vtiq;, q̄ sint anguli trianguli extrinseci equales quatuor rectis, qm̄ ipsi sunt duplices intrinsecorum: iamq; monstratū fuit, q̄ intrinsecī sunt equales duobus rectis, et quadrāgulus in talibus terminis modꝰ est, quemadmodū si mōstraret equalitatem angulorum duobus rectis de triangulo equicrure seorsum, & triangulo equilatero seorsum, per terminos medios diuersos. Atqui hoc quęsitum monstratur vtique per naturam primā de figura, in eo q̄ est figura: & hoc, qm̄ figura in eo q̄ est figura, habet angulos extrinsecos equales quatuor rectis. & causa in hoc est, primo quidem, quoniam omnis linea scindens lineā, facit quatuor angulos ex scissione æquales quatuor angulis rectis, & oēs duo ex ipsis sunt æquales binis rectis. Causa vero secunda est, quontam aggregatio exeūtium ab oī figura sunt æqualia semper omnibus angulis, qui fiunt apud punctum, super quo scinduntur lineæ triangulorum, in quos diuiditur figura, hoc est † figura, super quorum, in quos diuiduntur lineæ triangulorum intrinsecorum figuræ: et hoc, quoniam angulorū extrinsecorum ex omni figura, inuenitur vnus ipsorum cum intrinseco æqualis duobus rectis, & erunt recti secundum numerum angulorum, si erit figura triangularis, erūt anguli recti sex, hoc est, qui comprehendunt latera extrinseca simul cū vno latere figuræ, & hæc est dispositio numeri triangulorū eadētium in figura. si vero fuerit figura quatuor laterū, erūt anguli recti extrinseci & intrinseci æquales octo angulis rectis, q̄ erunt ijdem numero angulis triangulorꝫ, in quos diuiditur figura quatuor laterum, cūq; perfecti fuerint anguli communicantes, qui sunt anguli figuræ, supersunt extrinseci æquales angulis, q̄ fiunt apud punctum, apud quem aggregantur trianguli, in quos diuiditur figura. Et qui non nouit hanc naturam, non nouit per causam suam substantialem, & si fuerit demonstratio, vt sciat rem, secundum q̄ est in ipsa, oportet vtiq; q̄ non sit demonstratio syllogismi, qui docet hanc dispositionem de triangulo, aut quadrāgulo absq; hoc medio. Cùm vero declaratum fuerit hoc, redeamus vtiq; ad id in quo eramus, & dicamus, quontam sermo iste est cōpositus ex duobus syllogismis, hoc est eo, qui monstrat æqualitatem angulorum extrinsecorum quatuor rectis de triangulo seorsum, & de q̄drangulo seorsum, & sunt vtiq; ibi duo termini medii, cœpit docere, q̄ medium primum est vnum de re vna, & medium secundum est vnum de rebus multis, et dixit: & medium primum est ratio extremi primi, quontā omnes scientiæ sunt vtiq; per definitiones. sensus est, & medium in hoc sermone est vnum, quoniam est definitio extremitatis maioris, et definitiones sunt vnæ de definitis. Atqui sequitur, q̄ terminus medius sit definitio extremitatis maioris: qm̄ cognitio, quæ intenditur de omnibus in scientijs, est, vt scias per definitionem suam. Et posteaq̄ commemorauit hoc, adduxit exemplū, & dixit: vt in exemplo, qm̄ fluxus foliorum sequitur vitē & excedit ipsam, & consimiliter etiam sequitur ficum & excedit ipsam, sed nō excedit omnes, sed est æqualis ipsis, si acceperit aliquis, q̄ medium primum est ratio fluxus foliorū. sensus est, quoniam huius, quoniam fluxus foliorum est accidēs consequens vitem, & est vniuersalius, & sequitur consimiliter etiam ficum, & excedit ipsam. & cū aliquis acceperit quæsitum in ijs, erit vniuersalius ipsis, cū vero acceperit de natura, dē qua prędicatur fluxus foliorum primo & per se, erit æquale ipsi. Et hoc est, quod significauit, cū dixit: sed non excedit oēs, sed est æqualis ipsis. sensus est, sed hoc accidens, quod est fluxus foliorum, non est vniuersalius omnibus arboribus, quarū fluunt folia, sed est æquale ipsis: Et posteaq̄ fuerit tale quæsitum, quod monstratur de tali subiecto, monstrat vtiq; per se per terminum medium vnum, qui est definitio maioris extremitatis, & dixit: si acceperit aliquis, q̄ medium primum est ratio fluxus foliorum. sensus est, atq; erunt termini tres in hoc syllogismo æquales inter se, & erit demonstratio causæ, cùm monstrauerit aliquis, q̄ fluxus foliorum inest arbori, cuius fluunt folia per terminum medium, qui est definitio fluxus foliorum. quē admodum si monstraret aliquis, q̄ omnes sunt arbores, quarum fluunt folia, ac si diceres, quæ sunt durorum to

† Ab. I. ad pūctum, quo se incidunt

liorum fluunt folia, qm̃ humiditas, per quam nutriũtur folia, congelatur in hac arbore. Et cũ dixit: & hoc, vt sit medium primum, quod est super altero ipsorum. intelligit p ipsum, cp terminus medius in syllo, hoc est, p quẽ mõstratur hæc dispõ de ficu, aut de vite, est extremitas minor in syllogismo primo: & est, arbores, quarũ fluũt folia, vocauit autem ipsum primum, eò cp probauimus de extremitate minore in syllo primo: syllo aũt primus est ita, vitis est arbor durorum foliorum: & quicquid durorum foliorum est, illius fluunt folia: cõcluditur ex hoc, cp vitis fluunt folia. syllo vero secũdus, qui est substantialis primo, componitur sic, arboris durorum foliorum congelatur humiditas, per quam inueniuntur folia sua in vehementia hyemis: & omnis illius, cuius congelatur humiditas, per quam nutriuntur folia sua in vehementia hyemis, folia sua fluunt: concluditur ex hoc, cp arboris durorum foliorum fluunt folia. Et cũ dixit: & consimiliter etiam medium ad hoc, cõgelatio humiditatis. sensus est, cp terminus, per quem monstrat, cp fluxus foliorum inest omnibus arboribus, quarum fluunt folia, hoc est durorum foliorum, est exempli gratia, cp huius arboris congelatur humiditas, per quã nutriuntur folia ipsius. Atqui dixit: aut aliquid aliud ex causis istius, quod est fluxus foliorum, qm̃ hoc non est manifestum. hoc est, cp causa fluxus foliorum est cõgelatio humiditatis perueniẽtis ad folia. Cũ vero dixit: congelatio lactis coniuncti in semine. sensus est, cp erit vtiq; definitio fluxus foliorum, qm̃ si quis interrogaret quid sit fluxus foliorum, dicetur ipsi, cp est congelatio lactis coniuncti in semine fructus, hoc est, cùm concesserimus, cp hæc est causa.

In figuris vero ita assignabit, quærẽtibus assecutionem causæ & cuius causa. sit A inexistẽs B omni: B vero vnicuiq; eorum, quæ D, in plus autem: B vtiq; vniuersale esset ijs, quæ sunt D, hoc n. dico vniuersale, quod nõ cõuertitur: primum vero vniuersale, cũ quo vnumquodq; quidem non conuertitur, oĩa autem conuertuntur & non excedunt: ipsis itaq; D causa est ipsius A ipsum B. oportet igitur A in plus q̃ B extendi: si vero non, quid magis causa erit hoc illius q̃ si itaq; omnibus E ineſt ipsum A, erunt aliquid illa vnum omnia aliud à B: si enim non, quomodo erit dicere, cp cui ineſt E, ipsum A omni ineſt: cui vero A, non omni ipsum E q̃ propter quid enim non erit aliqua causa, vt insit oĩbus D q̃ * sed nunquid & quæ sunt E, erũt aliquid vnum q̃

* Alia. l. sed nunqd & ipsis B, siquidem erũt aliquid vnum q̃

Dixit Arist. In figuris vero ita erit perfectio ijs, qui quærunt coniunctionem causæ & rei, quæ est causa causæ ipsius. sit A inexistens omni B, B vero vnicuiq; eorum quæ D, & excedẽs ipsa: & A erit vniuersale ipsi D: & hoc, quoniã vocatur vtiq; vniuersale, quod non reuertitur æqualiter, vniuersale autem primum vocatur vtiq; illud, cum quo non conuertitur vnumquodq; æqualiter, & omnia conuertuntur cum ipso æquali ipsi, & B est causa, vt sit A inexistens D: sequitur itaq;, cp nõ excedat A ipsum B, quodq; insit ipsi D per additamentum, si A non excedet per id, qd̃ ieſt ipsi D, & declinaſ super B, & hęc propter quid erunt simul super B q̃ & hæc, propter quid erit causa appropriata: hoc est causa subiecti, & si A ineſt omnibus F, quoniam erunt ipsa omnia aliquid vnum, quod sit aliquid vnum absq; B, & hæc, quomodo inuenietur via, vt dicatur, cp cuicunq; ineſt D, illi ineſt A, & non cuicunq; ineſt A, illi ineſt E: & propter quid non inuenietur ipsi causa aliqua, quemadmodum A ipsi D q̃ & hoc, quoniam ineſt omnibus E, igitur ipsi E erunt simul aliquid vnum.



Figura hæc cãm & causarũ mutuo ese cõsequi declarat.

Intentio sua in hoc est docere, cp qui monstrat aliqd ineſſe pluribus per plures causas, quouscp sint alicuius vnius & eiusdem causę plures de rebus multis, eius vta est in hoc per media monstrare hoc de aliquo vno per causam unam, & hoc, qm̃ cùm ipse non processerit hac via, non erit via ipsius naturalis. Et cũ dixit: In figuris vero ita erit perfectio ijs, qui quærunt coniunctionem causæ & rei, quæ est causa causæ ipsius. sensus est, cũ vero quæritur syllogismus absolutus, per quem cõiungitur causa causata de aliquo, quod est causa ipsius per plura vno, ipsa est via, vt quæratur aliquid per aliquid per medium causæ ipsius appropriatæ ipsi, deinde accepit causam illam in monstratione istius ad id, quod est sub hoc, quod ineſt ipsi per causam ipsius appropriatã. vt in exemplo, cp accipiatur A ineſſe illi, quod est sub B: propterea cp A ineſt ipsi D, quoniam tunc A inerit rebus multis, quæ sunt sub D per medium vnum, quod est B. Et hoc est, cp volut, cũ dixit: & erit A inexistens omni B, B vero vnicuiq; eorum, quæ D, & excedens ipsa. sensus est, & accipietur A loco extremitatis maioris causatæ, & B loco medii, quod est causa, & illud, quod est sub D loco minoris, quod habet causam, cũq; A inerit omni B, & B inerit vnicuiq; eorum, quæ sunt sub D: igitur A excedet vnumquodq; eorum, quæ sunt sub D, hoc est erit vniuersalius ipso, quoniam ipsum est æquale D, quę vero sunt sub D, sunt particularia ipsi, & appropriata ipsi. & erit in hac operatione, cp iam declarauimus aliquid vnum per causam vnam de rebus multis. exemplũ huius ex materijs, vt sit loco A, fluxus foliorum, & loco B, congelatio humiditatis, & loco C, arbor dura, & illud, quod est sub arbore durorum foliorum, est quemadmodum ficus & vitis & alta, & cõplicabitur syllogismus, in quo causa erit causa plurium ita, fluxus foliorum ineſt omni arbori, cuius congelatur humiditas: & congelatio humiditatis ineſt ficui: igitur concluditur ex hoc, cp fluxus foliorum ineſt ficui, & ita concluditur p hunc eundem terminum medium, cp fluxus foliorum ineſt viti. Et cũ dixit: & A erit vſe ipsi D. sensus est, cp A, quæ est

est extremitas maior, erit vniuersalius eo, quod est sub D. Et posteaq; significauit per dictionem vſem sup hac dispõne, & erit dictio, quæ pertractaſ de intentionibus in hac arte, declarauit rem, quæ confirmat monstrationem ipsius, & dixit: & hoc, qm̃ vocatur vtiq; vſe, quod non reuertitur æqualiter, intelligit illud, in quo prædicatum non est æquale subiecto, quouscp conuertatur cum subiecto, hoc est, vt prædicetur prædicatum de oi subiecto. Et, qm̃ B & D vtrũq; est vniuersalius eo, quod est sub D, intelligit per vniuersale hic, magis vniuersale, & sunt hic duo vniuersalia ei, quod ieſt sub D, quorum vnum est B, & alterum D, & qm̃ sunt B & D, cũ approbauerimus de maiore extremitate, est B primũ, & est hoc vniuersale primum substantiale, & est hoc vtiq; quod intẽditur hic vniuersale in eo, quod dixit, A erit vniuersale. Deide cœpit declarare propter quid diuiditur hoc vniuersale & primum à secũdo, & dixit: vniuersale aũt primum vocatur vtiq; illud, cum quo non conuertitur vnumquodq; æqualiter, & oĩa conuertuntur cum ipso æqualia ipsis. sensus est, atqui volo per vniuersale primum hic terminũ medium, q est vniuersalior eo, quod est sub D, & est æqualis ipsi D. vt in exemplo, qm̃ congelatio humiditatis est æqualis ligno durorum foliorum: & hoc, qm̃ cuiuscunq; durorum foliorum congelaſ humiditas, & hoc non est æquale ei, quod est sub D, & est illud, quod est sub ligno durorum foliorum ex spẽbus. Et est quod volut, cũ dixit: & oĩa conuertuntur cũ ipso æqualia ipsi. intelligit naturam cõicatam spẽbus, sup quas cadunt, ac si diceres, cp signa ipsorum sunt dura folia. Deinde dixit: & B est causa, vt sit A inexistens D, sequitur itaq;, cp non excedat A, ipsum B. sensus est, cũq; fuerit B, quod est congelatio humiditatis, causa vt insit fluxus foliorum ligno durorum foliorũ, sequitur itaq;, vt non sit fluxus foliorum vniuersalius cõgelatione humiditatis, qm̃ fieri nõ potest, vt sit causatum vniuersalius causa. Et cũ dixit: quodq; insit ipsi D per additamentum, si A non excedet per id, qd̃ ineſt ipsi D, & declinaſ super B. sensus est, cumq; iam sequitur, vt sit inexistentia A ei, quod est sub D, si existẽtia excedẽs ipsum, quodq; sit inexistentia ipsius A, quod est fluxus foliorum ipsi D, quod est duricies foliorum, propterea cp B, quod est congelatio humiditatis, est in D, quod est duricies foliorum, igitur non excedet consimiliter etiã A ipsum D, hoc est, cp non erit fluxus foliorum vniuersalius arbore durorũ foliorum. Deinde dixit: & hæc propter quid erunt simul super B q̃ sensus est, & si non propter quid, hoc sequitur, cùm fuerit A in D, cp sit in ipso B. hoc est, cùm ineſt fluxus foliorum duris solijs, sequitur quòd ipsi insit congelatio humiditatis. Deinde dixit: & hæc propter quid erit causa appropriata, hoc est causa subiecti. sensus est, si est possibile, vt insit fluxus foliorum duritiei foliorum absque eo, quòd insit congelatio humiditatis duritiei foliorum propter quid ieſt congelatio humiditatis causa fluxus foliorum. quoniam iam notum est, cp cùm inuenitur causatum, inuenitur causa. Deinde dixit: et si A ineſt omnibus E, quoniam erũt ipsa omnia aliquid vnum, quod sit aliquid vnum absq; B. sensus est, & si fuerit fluxus foliorũ inexistens oibus speciebus arboris, cuius fluũt folia, & erunt istæ species de vnoquoq; ipsorum, litera E: exempli gratia, sequiſ itaq; vt sit omni arbori, cuius fluunt folia, hoc est, in quo est litera E, natura vna, & sit natura illa absq; B, quod est cõgelatio humiditatis. Atqui volut per hoc docere, cp fieri non potest, vt prædicetur congelatio lactis de eo, qd̃ est sub hac natura per se, nisi per medium istius naturæ, & ipsum est, in quo posuit nomen literæ E. Deinde dixit: & hæc, quomodo inuenietur via, vt dicatur, cp cuicunq; ineſt D, illi ineſt A, & non cuicunq; ineſt A, illi ineſt E. sensus est, & si non erit hæc natura, in qua est D litera, hoc est duricies foliorum absque termino medio, qui est congelatio humiditatis, quomodo erit verũ nobis, vt dicatur, cp omni illi, cui ineſt D, hoc est duricies foliorum, ineſt A, & nõ omni illi, cui ineſt A, hoc est fluxus foliorum, ineſt E, hoc est vitis? Atqui volut, cp si fuerit prædicatio A de B per medium B tãtum, sequitur, cp cuicunq; ineſt B, illi ineſt A, & cuicunq; ineſt A, illi ineſt E: quoniam hæc est dispositio prædicationis quæsiti simul cum subiecto suo, cũ monstrarũ fuerit ipsum esse in subiecto per propõnes immediatas. Deinde dixit: & pp quid non inueniet ipsi causa aliqua, quemadmodum A ipsi D q̃ & hoc, quoniam ipsum ineſt omnibus E. sensus est, amplius, quæ est causa, cp non insit prædicationi A, quod est fluxus foliorum vnicuiq; ipsorum E, hoc est, specierum arboris, cuius fluunt folia, causa est absq; B, quemadmodum, cp non insit existentiæ A, causa altera absq; B, hoc est, quemadmodum cp insit fluxui foliorũ in arbore durorum foliorum causa absq; congelatione lactis. Deinde dixit: igiſ ipsi E erunt simul aliquid vnũ, hoc est, sequitur itaq;, vt insit omnibus speciebus arboris, cuius fluunt folia natura vna communicans, & est, cp insit ipsi causa casus foliorum per se.

Considerare oportet hoc, & sit C: contingit itaq; eiusdem plures causas esse, sed non ijsdem specie. vt cp longæua sint, quadrupeda quidem, eo quia non habent bilem, volatilia vero eo cp sicca sunt, aut alterũ quid. Si vero ad indiuiduum non statim veniunt, non solum vnum est medium, sed & plura, & causæ plures: vtrum vero causa mediorũ, quod ad vniuersale primũ, aut quod ad singulare, singularibus? planũ itaq; ea esse quæ proxima sunt vnicuiq;, cui sunt causa, primũ enim sub vniuersali eẽ, hęc est causa.† vt ipsi D ieſſe ipsum C: ipsum * A ieſſe, est causa: ipsi igitur D ipsum C, causa ipsius est A, ipsi vero C ipsum B, huic autem idem.

*al. l B

† Argy. scilicet vt A cõperat ipsi D, causa est ipsum C: vt igitur A cõperat ipsi D, causa est ipsum C. vt autem A comperat ipsi C, causa est ipsum B.

Dixit Arist. Oportet igiſ, vt inquiramus de hoc, & sit hoc C: fieri vtiq; potest, vt causę multæ sint, quæ sint causæ alicuius vnius & eiusdem, præterq; cp nõ sunt ẽm cp sunt causæ rerũ vnæ & eędemin specie. vt in exemplo, cp sint longæua, quadrupeda quidem, quoniam non habent bilem, volatilia vero eo cp sunt sicca, aut aliquid aliud, si non fuerit statim deueniens ad indiuiduum, nõ erit medium vnum tãtum, sed multa: igitur causæ consimiliter etiam erunt multæ. vtrũ vero istorũ mediorũ est causa rerum particularium, an aliquid propinquum vniuersali primo, aut quod est apud particularia, planum vtiq;, cp est ex rebus propinquis nimis vniuersali vni, quod habet causam. & hoc, qm̃ primum, quod est sub vniuersali, est hoc. vt in exẽplo, causa, cp A insit C, est B, & causa, cp A insit D, est C, & ipsi C, B, & huic illa eadem.

Posteaq; declarauit, cp prædicatio fluxus foliorũ de omnibus speciebus arboris, cuius fluunt folia, erit vtiq; propter prædicationem suam de natura communicata omnibus arboribus, quarum fluunt folia, & est duricies

foliorum exempli gratia, dixit: Oportet igitur, vt inquiramus de hoc, & sit hoc c. sensus est, cumq; declaratū fuerit, cp in particularibus, in quibus videtur, quid est magis vniuersale ipsis in natura vna, est æquale accidēti quæsiti, oportet vticp vt inquiramus de hac natura, & inquiratur existentia accidentis in ipsis, quontā hæc quæstio est substantialis, & hæc causa est vna tantum. Deinde dixit: fieri vticp potest, vt causę multę sint, quę sint causæ alicuius vnius & eiusdem, prętercp cp nō sunt secundum cp sunt causæ rerū vnæ & eædem in specie. sensus est, & si nō componit similitudo istius naturę de aliquo quæsitorum, conuenit vticp, vt sit quæsitū causarum multarum, prætercp cp hoc quæsitū non est vnū, sed nomine tm̄, non specie, vel genere, hoc est, quòd si esset vnum in veritate, haberet causam vnam, & si haberet causam vnam, haberet subiectum vnum. Et cùm dixit: quæ sint causæ alicuius vnius & eiusdem. intelligit per ipsum vnum in nomine. Et cū dixit: prætercp cp non sunt secundum cp sunt causæ rerum vnæ & eædem in specie. hoc est, cp ipsæ non sunt causæ rerum, hoc est ad quæsitum, quod est vnum in natura vna. Adduxit exemplum huius in iis, quæ sunt longęua, & dixit: vt in exemplo, cp sint longæua, quadrupeda quidem, quontā non habent bilem. hoc est, exemplum huius, si quæramus causam longæuitatis in animali longæuo, & non inueniatur natura vna, de qua prædicetur longæuum, scimus vticp, cp causa longæuitatis est diuersa per diuersitatem specierum animalis, quodcp non est longitudo temporis in ipsis intentio una. vt in exemplo, qm̄ inueniuntur causæ longitudinis temporis in animali quadrupede, quoniam est paucæ choleræ, & inuenitur hoc in animali volatili fortitudo caloris & siccitatis, aut aliquid aliud ex eo, quod apparet, vt dicatur, cp est causa longæuitatis, cp si esset longæuitas intentio vna ad istas species diuersas, hoc est in quadrupedibus, & volatilibus, sequeretur, cp esset omnibus ipsis natura vna communicata, quæ est causa, quòd longæuitas insit ipsis, & sit causa propinqua in longitudine temporis, cuius existentiam iudicauit esse lōgitudinem temporis in illa natura, & ad similitudinem huius fit quæstio causæ defectus inexistentis Solis et Lunæ, quoniam ipse dicitur deis per communitatem nominis, & propterea causa defectus Lunæ est alia à causa defectus Solis. Deinde dixit: si non fuerit statim deueniens ad individua, nō erit medium vnum tantum, sed multa: igitur causę consimiliter etiam erunt multæ. sensus est, cp in hoc vticp accidet, cū fuerint causæ multæ, causa, vt res vna insit multis per se absq; medio, hoc est, vt sequatur cp sit illud, de quo existimatur, cp est quæsitum vnum, non vnum. & quoniam sunt causæ multæ in eo cp sunt causa, vt sit aliquid vnum in multis propter naturam comprehensam in illis multis, quæsitum vticp in ipsis est vnum in veritate, & causæ multæ in specie accidentis. Et dixit: si non fuerit statim deueniens ad individuum. sensus est, & si non inuenietur prædicatū quæsiti in speciebus particularibus absq; natura comprehensa in speciebus, sed inuenitur in ipsis vna propter naturam comprehēsam in ipsis, igitur causæ multæ sunt per accidens, et quæsitum est vnum in veritate. Et cùm sequaī, cùm fuerit res ita, vt sint inter quæsitum & species vltimas duo termini, aut plures, cœpit inuestigare, qui istorum sit terminus medius in veritate. Et dixit: vtrum vero istorum mediorum est causa rerum particularium, an aliquid propinquum vniuersali primo, aut quod est apud particularia. intelligit, cp hoc est, quemadmodum inexistentia fluxus foliorum viti, & ficui propter duos terminos medios, quorum vnus est congelatio lactis, alter vero arbor durorum foliorum: vtrum vero istorum duorum terminorum sit causa casus foliorum à vite & ficu, aut congelatio lactis, aut natura, quæ est iudicium duritiei foliorum. & intellexit per rem propinquam toti primo congelationem lactis, quod est propinquum ex prædicatis quęsiti, cū fuerint particularia arboris durorum foliorum, & hoc, quoniam hæc natura est propinqua particularibus, hoc est subiecto quæsiti, & illa natura subiecto quæsiti. Deinde dixit: planum vticp, cp est ex rebus propinquis nimis vniuersali vni, quod habet causam. sensus est, & manifestū, cp id, quod est primum, est terminus medius, quod est propinquum nimis vniuersali vni ex rebus particularibus. Et hoc est, quod voluit, cū dixit, quod habet causam, quoniam ipse iam præmisit, & dixit: quontā quod habet causam est extremitas minor. hoc est, quemadmodum arbor durorum foliorum magis conuenit, vt sit causa fluxus foliorum viti & ficui, & vnicuique ex arboribus, quarum fluunt folia, q̄ congelatio lactis: & hoc, quoniam cōgelatio lactis est vticp causa vnicuicp ex speciebus arboris, quæ sunt sub arbore durorum foliorum per medium, naturam arboris durorum foliorum. Et dixit: et hoc, qm̄ primū, quod est sub vniuersali, est hoc. sensus est, qm̄ causa, cp sit medium propinquum rebus particularibus est magis conueniens, vt ipsum sit causa, cp sit maior, q̄ terminus medius secundus, q notus est de termino maiori, q est hic, de quo dixit: & hoc, qm̄ terminus lōginquus ab extremitate minore inest vticp minori propter tetminū propinquum, vt in exēplo, qm̄ congelatio lactis inest vticp speciebus arboris, cuius cadunt folia propter naturam arboris durorum foliorum. & hanc rem declarauit per exemplum tantum, & dixit: vt in exemplo, causa cp A insit C, est B, & causa cp A insit D, est C. sensus est, exemplū huius, cp causa cp fluxus foliorum insit ficui, & viti, & vnicuicp ex speciebus arboris, cuius fluunt folia, est arbor durorum foliorum, qm̄ congelationem lactis insesse ipsis est per medium arborem durorum foliorum, & A accipitur loco oīs speciei arboris, cuius fluunt folia, & C accipitur loco omnis speciei arboris, cuius fluunt folia, & B accipit loco cōgelationis lactis. Et propterea dixit: & causa, quòd A insit D, est C, & ipsi C, B. hoc est, causa cp A insit C est B. Et cū dixit: & huic illa eadem. sensus est, & causa cp A insit B, est B idem. hoc est, cp causa cp fluxus foliorum insit congelationi lactis, est ipsa eadem congelatio lactis. Scire autem debes, cp de causa propinqua dicitur, cp oportet, vt sit causa non absolute, sed causa, vt prædicatum sit: causa autem vera, quæ est in demōstrationibus, cui nō commiscetur illud, quod est p accīs, est, q̄ aggregat cp sit causa minoris extremitatis absq; medio, & sit cā cp ipsa insit minori, & cp sit vna.

De syllogismo igitur ac demonstratione, & quid vtrunc̄p est, & quomodo fit, manifestum est: simul vero & de scientia demonstratiua, idem enim est.

Dixit Aristo. De syllogismo igitur, & demonstratione, & qd, & quomodo sit vtrūcp ipsorum, hoc vticp est ex eo, quod iam declaratum fuit. iamcp declaratum fuit cum hoc, quæ est scientia demōstratiua, & quomodo erit hoc, & hoc, quoniam vtracp erunt aliqd vnum & idem.

Posteaq̄ manifestauit, cp demonstratio est syllus per propositiones appropriatas, narrat, cp speculatio de syllogismo, fuit pars considerationis de demōstratione. & qm̄ res est ita, aperuit Aristo. librum Syllogismi, in eo, cp intentio sua in syllo est vticp speculari de demonstratione, & scientia demonstratiua, & propterea vocauit vtracp vno noie. Et posteaq̄ perfecit speculationem de syllo

syllo in libro de Sylso, & perfecit in libro appropriato, hoc est, in lib. Demonstrationis, quod supererat ex ipso de re demonstrationis, & est cōsideratio de materia syllogismi demōstratiui, docet in fine tractatus, cp iā completa est intentio ipsi intenta, quam declarauit in principio libri de Sylso, & hic est sermo ipsius in principio libri de Sylso: qm̄ quod intendit, est demōstratio, & de quo est inuestigatio, est scientia demonstratiua. Et dixit: De syllo igitur, & demonstratione, & quid, & qūo erit vtrunc̄p ipsorum, hoc vticp est ex eo, quod iam declaratum fuit. sensus est, quid autem est syllus, & quid est demonstratio: & est illud, quod intendebat, cū narraret de ipso in principio istorum tractatuum, iam vticp perfectum est illud, cuius intendebatur declaratio ex hoc hic. Dixit autem hoc, qm̄ non derelictum fuit aliquid ex re syllogismi & demōstrationis, quin facta fuerit mentio: & hoc, qm̄ scientia perfecta in vtraquacp rerum est, quæ magis comprehenditur in scientia specierum istius rei, & scientia eius, in quo consistunt illæ species, hoc est scientia ipsorū per definitiones suas & causas definitionum suarum, & cognitionem accidētium, quæ insunt ipsis. Et qm̄ iam declarauit hæc tria in libro Syllogismi, & docuit consistere etiā hæc tria de dispōne de mōstratione, & hoc in lib. demōnis, igitur in veritate, posteaq̄ perfecit de hoc toto, dixit: cp iā monstrauit id, quo intentio sua erat. Et quoniam demōstratio inuenit in demonstratiua scientia, dixit: iamcp declaratum fuit cum hoc, quæ est scientia demonstratiua, intelligit quæsita in scientia speculatiua. Et cū dixit: & hoc, qm̄ vtracp erunt aliquid vnum, sensus est, cp scientia demonstrationis, & scientia demonstratiua vtracp sunt vnum qd, quemadmodum dealbatum & album vtracp sunt vnū quid. Et propterea, cū declaratum fuerit alicui, quid est dealbatum, declaratum est quid est album, & ad hanc quæstionem de scientia quid est dealbatum, est vtique scientia quid est album.

Quomodo Principia cognoscuntur: & quis principiorum sit habitus. Cap. X I.

DE principijs vero & quomodo fiunt nota, & quis cognoscēs habitus, hinc est planum addubitantibus primum: cp quidem igitur non contingit scire per demonstrationem non cognoscenti prima principia immediata, dictū est prius. Immediatorū vero cognitio vtrum eadem sit, aut non eadem, dubitare posset aliquis: & vtrum scientia vtriusc̄p, aut non, aut huius quidem scientia, illius vero alterum quid genus, & vtrum non inexistentes habitus innascātur, aut inexistentes latuere. Si itaque habemus ipsos, absurdum est: contingit enim certiores habentes cognitiones demonstratione latere: si vero accipimus, non habētes prius, quomodo vticp cognoscemus, & discemus ex non præexistente cognitione? impossibile nanque, quemadmodum & in demonstratione dicebamus.

Dixit Aristo. De principijs vero, & quomodo erunt nota, & quis habitus cognitionis in ipsis, hinc vticp erit manifestū, vt primo præmittamus, & intelligamus in dispositione ipsorum dubia: cp quidem fieri non potest, vt sciat per demōstrationem ille, qui nō cognoscit principia prima, quæ sunt immediata, hoc vticp est ex eo, qd præmisimus & determinauimus. De cognitiōe vero immediata, vtrum sit eadem, aut non ita, posset vticp aliquis dubitare de hoc: iamcp dubitaret et diceret, an ne vtruncp ipsorum est scia, aut non: aut in vno ipsorum cadit scientia, in altero autem genus quid, & vtrum habitus isti innouātur in nobis ex eo, cp non inerant nobis, aut si inerant nobis, & nos obliti fuimus ipsorum, & si possidemus ipsos, erit vticp absurdum: & hoc, qm̄ sequitur, vt possideam⁹ cognitiones validioris finis demonstratione, & erunt ambo latentia ipsos. Si vero sumus vtique assecuti, posteaq̄ non sumus possidentes ipsa in eo, quod præcessit, quomodo igit erit via nobis, vt sciamus ipsa, & addiscamus ipsa, ex eo, cp nō habemus cognitionem præcedentem? & hoc, quoniam fieri non potest, quemadmodum dictum fuit de demonstratione.

Vnde autem scientia demonstratiua proueniat nobis primo, & per quam potēriam prouenit, & quomodo prouenit, & quæ natura istarum propositionū, planum vticp, cp non est ex scientia Logices, & propterea adduxit in hoc inquisitionem alteram, narrans, cp iam perfecit illud, quod intendebat de re syllogismi demonstratui: sed qm̄ erat cognitio de rebus istis ex eo, cp erat confidens in ipsis scientia per demonstrationem, tradit dubium vtrum sciuntur prima demonstrationis p demonstrationem, aut absq; demonstratione, & si sciunt absq; demōstratione, an sciūtur propter aliud ab ipsis, aut propter seipsa. Et propter hęc visum sibi est, vt cōmemoret hic de natura istarum propositionum, quæ sunt primæ in demōstratione, illud, quod possibile est, vt videatur ex dispositione ipsarum hoc loco, in eo, cp accipit speculans per demonstrationem perfectionem in cognitione sua per demonstrationem propter scientiam in eo, cp videtur ex dispositione ipsorū hic: & hoc, qm̄ cùm declaratum fuerit alicui, cp propositiones primę prouenient vticp per potentiam aliam à potētia sensus & †similitudinis, ipsæ vero innouātur per naturam, quodcp uniuersale est aliud ab intētione particulari, erit vticp notum ex natura, quæ est ijs propositionibus, illud, quod est verum in ipsis, posteaq̄ deuenerit illi hæc cognitio perfectior, & erit consimiliter etiam cognitio ipsius per demonstrationē meliorē. Et cū dixit: De principijs vero, et qūo erunt nota. sensus est, cognitio vero per qualitatem, qua deuenit principium demonstrationis ad nos. hoc est, vt sciamus, vnde prouenient nobis istæ propositiones, & si prouenient per se, aut propter aliquid aliud. Et cū dixit: & quis habitus cognitionis in ipsis. sensus est, et quę forma ex formis animę facit scire istas propositiones. Et cū dixit: hinc vticp erit manifestum: hoc est, quod apparet ex eo quod dico hic, sm id, cp possibile est hoc in hoc loco. Et qm̄ scia magis perfecta prouenit vticp, posteaq̄ præmiserimus rationes contrarias ad confirmationem rei & per causam suam, dixit: vt primo præmittamus, & intelligamus in dispositione ipsorum dubia. sensus est, cp manifestum perfectum in hac re, cuius monstrationem cōstruimus, prouenit

101

† Ab 1 phantasiæ.

† Ab 1 & de sluctione.

uenit vtiq; homini, cũ p̃miserit & enũtauerit dubia, quæ sunt in hoc. Deinde dixit: q̃q; quidem fieri non põt vt sciat per demonstrationẽ ille, qui non cognoscit principia prima, quę sunt immediata, hoc vtiq; est ex eo, qđ tam præmisimus & determinauimus. sensus est, q̃ autem notum sit ex dispõne istarum propositionum, hoc est principiorum, quę sunt absq; monstratione per alia, q̃ qui non nouit ipsa, non potest scire per demonstrationem, huius vtiq; dispositionem iam p̃misimus in principio istius libri, & hoc est notum per se. Deinde dixit: de cognitione vero immediata, vtrũ sit eadem, aut non ita, posset aliquis vtiq; dubitare de hoc. sensus est, quod autem dubitare posset aliquis ex dispositione istarũ p̃positionum est, vtrum cognitio de ipsis, & cognitio de conclusionibus ex ipsis, est scientia vna in specie, & potentia proueniens in ipsa ex potentijs animæ est potentia vna, aut scientiæ diuersæ per potẽtias diuersas ex potentiis animę. Deinde dixit: iamq; dubitaret, et diceret, an ne vtrumq; ipsorum est scientia, aut non, aut in vno ipsorum cadit scientia, in altero autem genus quid. sensus est, & dubium est hoc, an ne vtraq; duarum apprehensionum est scientia cadens secundum gradum vnũ, & potentiam vnam ex potentiis animæ, aut vna ipsarũ cadit nobis per potentiam ex potentiis animę, & altera per genus vnum ex generibus potẽtiarum animæ, hoc est scientijs principiorũ, & scientia prouenient ex principijs. tnuit autem, q̃ sit dispositio sua dubium vnum, an scientia de dispositione principiorum accidit nobis, quemadmodum species cognitionis, qua accidit nobis intentio conclusionum: & eruut principia demõstratio nis indigentia demonstratione, si cognitio de principio prouenit per speciem aliam à specie, qua prouenit nobis cognitio de conclusionibus: & erit dubium primũ, aut quæstium primum, an potẽtia, quæ assequitur principia, sit potentia, quę assequitur cõclusiones. Et est manifestum ex translatione altera illud, quod nos inuenimus in ipsa loco istius capituli. sic posset autem aliquis dubitare & dicere, an ne potentia, qua sequitur, vt sciat rem per demonstrationem est potentia eadem, qua sequitur scientia per principiũ, aut absq; ipsa. sensus est, & si dubitaret & diceret, an ne principia demonstrationis, & ea, quæ ostenduntur per demonstrationẽ, vtraq; sciantur per demõstrationem, aut vnum sciatur per demonstrationem, & alterius fortasse sit potentia altera, qua sequitur cognitio ipsius. & quod est in hac translatione, est vtiq; manifestum per se ex eo, q̃ inquirimus de ipso duo quæsita: quorũ vnum est, si potẽtia animę, quæ apprehendit conclusiones, est ea, quę apprehendit propositiones, secundum vero, si modus scientiæ, per quem prouenunt propositiones, est idẽ cũ modo scientiæ, per quem proueniunt conclusiones. Et cũ dixit: & vtrum habitus isti innouantur in nobis ex eo, q̃ non inerant nobis, aut si inerant nobis & nos oblitt fuimus ipsorum. sensus est, & principium inuestigationis est, an hæc intelligibilia prima, quæ nobis naturaliter eueniunt postq; non erant, hoc est, quorũ innouatio in nobis est existentia ipsorum per se, quod q; ipsa anteq; innouentur in nobis, non habent existentiam, si non auferuntur, & non auferuntur, cũ sint in nobis: & nos vtiq; non apprehendimus ipsa in iuuẽtute propter humiditatem, & assegmur ipsa in senectute ſm illud, cuius dispositio est in eo, q̃ obliuiscitur ipsorum post scientiam. Et hoc, quod designauit, est opinio Plato. et hoc, q̃m ipsi visum fuit, q̃ intelligibilia non innouantur per se, quod q; disciplina est vtiq; recordatio. Et posteaq; cõmemorauit duas istas opiniones oppositas de itelligibilibus, commemorauit absurdum, quod sequitur vtrũq; ipsorum, & cœpit ab eo, quod sequitur dicẽtem, q̃ ipsa insunt nobis à tempore puertiæ, sed humiditas prohibet nos a sequi ipsa, † quæ habemus in tempore consistentiæ. Et dixit: etsi posidemus ipsos, erit vtiq; absurdũ: & hoc, q̃m sequitur vt posideamus cognitiones validioris finis demonstrationę, & erunt ambo latentia ipsos. sensus est, & si fuerimus à tempore iuuentutis possidentes hæc intelligibilia, non obliti ipsorum, est vtiq; oratio in fine absurditatis, vt posideamus scientias validioris finis, q̃ sint scię prouenientes nobis p demõstrationem; & q̃ non recordamur ipsorũ, & non assequmur ex ipsis aliqd, sed obliuiscimur olum ipsorũ, & nos iuenimus illud, quod scimus per demõstrationem, q̃ fieri non põt, vt obliuiscamur ipsius terminos, nedum q̃ sciamus per ipsum sciam validiorẽ & confidentiorem, q̃ sit scia Demonstrationis. Deinde dixit: Si vero sumus vtiq; assecuti, posteaq; non sumus possidentes ipsa in eo, quod præcessit, vsque ad id, quod dixit, quemadmodum dictum fuit de demonstratione. sensus est, & si fuerint hæc intelligibilia prouenientia vtiq; nobis in tpe, quo assegmur ipsa per naturã alterã, q̃ nõ fuerint apud nos penitus, & non fuerint apud nos ante hac cognita: cùm igitur erit nobis via, qua sciamus ipsa absq; eo q̃ sit nobis præcessio p cognitionem & existentiam apud nos, ſm q̃ nos p̃misimus in principio istius libri, q̃ omnis doctrina, & ois disciplina prouenit vtiq; nobis p cognitionem præcedentem. Et hoc est, quod significauit, cũ dixit: & hoc, q̃m fieri non põt, quemadmodum dictum fuit de demonstratione. sensus est, & hoc, q̃m scientia ipsorum absq; scientia præcedente ipsa erit ſm modum istum non possibilis, quẽadmodum nouimus de scientia prouenient per demõstrationem, q̃ ipsa vtiq; erit per cognitionem præcedentem.

† Ab.t sicut est nẽa dispõ de illis tẽpore somni.

Manifestum igitur, q̃m neq; hẽ possibile est, neq; ignorãtibus, & nullum hñtibus habitum innasci. Necesse igitur habere q̃dem aliquã potentiã, non talem aũt habere, quæ est his honorabilior ſm certitudinem.

Dixit Aristo. Manifestum igitur, q̃m fieri nõ potest, vt possideamus ipsa, neq; sciam⁹, cũ sumus, quoniã obliti fuerimus ipsorum: neq; consist etiam, vt simus scientes per ipsa ex eo, quo non sunt in nobis neq; habitus vnus: sequitur igitur ex necessitate, vt possi deamus potentiam aliquã, & non sit dispositio nostra in possessione ipsius dispõ, quæ sit in fine magis bono, & magis vtili, q̃ hęc.

Posteaq; commemorauit absurdum, quod sequitur vtrũq; potentiarũ, vult adducere medium, ex quo non sequitur absurdum. Et dixit: manifestũ igitur, q̃m fieri nõ põt, vt posideamus ipsa, neq; sciamus, cùm sumus, quoniã obliti fuerimus ipsorũ. vult hic manifestum eẽ, q̃ fieri non potest, vt insint nobis ex tpe iuuẽtutis, q̃ si esset hoc ita, ꝓpter qd accidit, vt obliti fuerim⁹ ipsorũ; sed apprehendimus ipsa p illa secũda, et nõnulla ipsorũ. Deinde dixit: neq; consist etiã, vt simus scientes p ipsa ex eo, quo nõ sunt in nobis, neq; habitus vnus. sensus est, neq; fieri põt consist etiam, vt dicamus, q̃ prouenit nobis cognitio ipsorũ in tpe, quo prouenit nobis absq; eo, q̃ præcedat in nobis potẽtia apprehẽdens ex potentia aĩæ. Deinde dixit: sequit igitur ex necessitate, vt possideamus potentiã aliquam, & non sit dispositio nostra in possessione ipsius dispositio, quæ sit in fine magis bono, & magis vtili, quàm hęc. sensus est, igitur, cùm fieri non possit, vt ponamus habitus istos, quibus intelligibilia prouenient nobis in tempore iuuẽtutis, & non possunt innouari in nobis, cùm innouantur absque eo, quòd

quòd præcedat ipsa cognitio penitus, quod sequitur ex hoc est, vt sit in nobis ante apprehensionem istorum intelligibilium potentia assequens, neque oportet, q̃ sit ex genere ipsorum, & hæc res non sequitur in veritate ex sermone præcedente, sed sequitur tanquam manifestum ex re. Et propter hoc dixit: & non sit dispositio nostra in possessione ipsius dispositio, quæ sit in fine magis bono, & magis vtili quam hæc. sensus est, cũ sequatur ex sermone præcedẽte per signum, vt sit apud nos cognitio præcedens secundum hanc cognitionem tantum, non q̃ sequatur, vt sit cognitio præcedens super ipsa magis vtilis, q̃ hæc, & validioris finis, quemadmodum sequitur ipsum ratio præcedens.

Apparet autem hoc vtique omnibus inexistens animalibus: habent enim congenitam potentiam iudicatiuam, quam vocant sensum: inexistente autem sensu, in alijs quidem animalium fit permãsio sensati, in alijs vero non fit, in quorcũq; igitur non fit, aut omnino, aut circa quæ non fit, nõ est his cognitio extra ipsum sentire, in quib⁹ vero inest sentientibus, habere vnum quiddam in anima, cùm multa talia fiant, iam differẽtia quædam fit, vt his quidem fiat ratio ex taliũ permansione, his vero non.

Dixit Ari. Et hoc ineſt omnibus aĩalibus: & hoc, quia illa habent potentiam opinatiuam congenitam, quæ vocatur sensus: cũq; sensus fuerit in ipsis, in nonnullis quidem illud, quod sentitur, erit stabilitum, in quibusdam vero non erit stabilitum, aut omnino, aut in eo, quod non erit ex ipsis, quoniã hoc non habet cognitionem extra genus suum, quod vero ex animali habet stabilitum, derelinquitur vtiq; apud id, quod sentit aliqd per se, & apud quod erit vt plurimum ex talibus, iam innouabuntur decisio alicuius, & differentia, quouscq; nonnullis eorum sit ex stabilimẽto talium ratio, nõnullis vero nõ.

103 Posteaq; secuta fuit ratio, qua sequitur, vt sit in nobis potentia assecutionis præcedens secundum tempus apprehensionem potentiæ, per quam apprehenduntur intelligibilia, vult enuntiare, quid est, quod deducit rationem præparantem ad id, super quo est dispositio per se, & docet, quæ potentia est hæc potentia, & quomodo erit causa, vt deducantur intelligibilia prima ad nos. Et cùm dixit: Et hoc ineſt omnib⁹ aĩalibus. sensus est, & hæc potentia, cuius præcedit apprehẽsio apud nos, qua assequimur itelligibilia prima, inest omni animali, & est potentia, quæ cognoscit esse potentia sensus. Deinde dixit: & hoc, quia illa habent potentiam opinatiuã congenitam, quæ vocatur sensus. hoc est, quoniam scit ex dispositione animalis, q̃ habet potẽtiam, per quam distinguit vtile à nociuo, & est illa, quã vocauit potentiam sentiendi. Deinde dixit: cũq; sensus fuerit in ipsis, in nonnullis quidem ipsorum illud, quod sentitur, erit stabilitum, in quibusdam vero non erit stabilitum. sensus est, cumq; manifestũ sit, q̃ sensus est in ipsis, planũ, q̃ in nonnullis ipsorũ est aut sensibile apud ipsa apprehensum post occultationem sensibilis, & non confirmatur: & primum est animal imaginans, & secundum nõ imaginans. Atqui existimatur, q̃ in nonnullis animalibus non sit imaginatio, quoniam ipsa duplicãtur ad nociuum suum secundum dispositionem vnam sæpius, quemadmodum accidit hoc † tabano cum lucerna. Deinde dixit: in quibusdam vero non erit stabilitũ aut omnino, aut in eo, qđ erit ex ipsis, nõ erit, quoniam hoc non habet cognitionem extra genus suum. sensus est, vt animal, cui non stabilitur sensibile post occultationẽ suam, quoniam hoc aufertur ab ipso in parte, aut in totum. Et hoc est, quod significauit, cũ dixit: aut in eo, qđ non erit ex ipsis. sensus est, quoniam tale animal non mouet à re, & ipsum occultatur ab eo, secũdũ q̃ ipsum, aut non assequitur id penitus, aut quoniam non assequitur ipsum secundum id, qđ est in eo. Atqui voluit, q̃ tale animal nõ habeat apud se aliquid, quod vocetur imaginatio. Deinde dixit: quod autem ex animali est stabilitum, derelinquitur vtiq; apud id, quod sentitur per aliquid per se. sensus est, quod vero est ex animali, cui p se derelinquitur post occultationem sensibilis, intentio sensibilis, planum vtiq; q̃ huic animali ineſt potentia quædam, alia à potentia sensus, & apprehẽsio quędam, alia ab apprehensione sensus. Deinde dixit: & apud qđ erit vt plurimum ex talibus, iam innouabuntur decisio alicuius & differentia. sensus est, cumq; duplicantur sensus super individua speciei vnius & eiusdem, innouatur vtiq; in talibus decisio quædam per sensibile, & differentia addita super id, quod fecit differre sensum, et distinxit, hoc est, q̃ comprehendat res consentientes rei, in qua communicant, & faciat ipsam differre ab ijs, hoc est ex eo, quo sunt in ipso. Ex hoc autem, quod dixit, diuersificantur animalia secũdum diuersitatem eorũ in damno & vtilitate: horum autem præstãtius est ipse homo. Et propterea dixit: quousque nonnullis eorum sit ex stabilimento talium ratio, nonnullis autem non. sensus est, & deueniet animal ab excellentia in hoc, quod erit nonnullis ex stabilimento rerum assecutarum per sensum apud ipsum post sensum, & cõsiderationẽ ipsorũ ad ipsum per se, vt perueniat ad ipsum definitio, quæ comprehendit intentionem, in qua consistunt illa individua, & hic est homo tantum.

† Ab.t. fant lioni ad lucerna n,

† Ab.t. in prospicacitate, & nobilitate,

Ex sensu quidem igitur fit memoria, quẽadmodum dicimus, ex memoria vero, quæ plerũq; eiusdem fit, experientia. multæ nãq; memoriæ numero experientia vna est, experientia autem aut ex omni quiescente vniuersali in anima, aut vno præter multa, qđ vtiq; in omnibus vnum sit illis idem, est artis principium & scientię: si circa generationem quidem, artis, si vero circa ens, scięt̃iæ.

Lib in proœmio metaphy.

Dixit Arist. Ex sensu igitur erit obseruatio, quemadmodum diximus, & ex duplicatione recordationis multis vicibus, erit experientia: & hoc, quoniam obseruationes multæ in numero suo, sunt experientia vna, ex experientia vero apud nos confirmatur & stabilitur vniuersale in anima, quod est vnum in multis, & hoc, quod est vnum & idem, est principium artis & scientiæ: & hoc, quoniam si fuerit ad id, quod est in generatione, est vtiq; principium artis, si vero fuerit in eo, q̃ est ens, scientiæ.

Dixit: Ex sensu igitur erit obseruatio. sensus est, q̃ intẽtio sensibilis, cũ fuerit derelicta in anima, post ablationem sensibilis, vocatur obseruatio. Dixit aũt: ex sensu igitur erit obseruatio, quoniam sensus est conditio in obseruatione dispositionis sensibilis. & hoc, quoniam cũ 104

cũ non ſentit rem, ſi poſsibile eſt, ꝙ derelinquat ipſam, omnis obſeruatio erit hic conſequens ex ſenſu & non conuertitur hoc, ideſt, quoniam non ſequitur ex omni ſenſu obſeruatio: & hoc in eo, ꝙ eſt ex animali, non apprehenditur intentio ſenſibilis poſt ablationem ipſius, & ſeparationem apprehenſionis ipſius. Deinde dixit: & ex duplicatiõe recordationis multis vicibus, erit experiẽtia. hoc eſt, ex duplicatione ſenſus, qui eſt ſuper re vna & eadem, & duplicatione memoriæ eius, de quo ſentit omnibus vicibus, qbus duplicatur ſenſibile, germinatur ſcientia, quæ vocatur ſcientia prouenies ab experientia: & hæc operatio eſt, quæ vocatur experientia: & hoc, quoniam, cùm aliquis ſentit, exẽpli gratia, ꝙ aliquod indiuiduum ex indiuiduis ſcamoneæ purgat choleram, deinde ſentit indiuiduum alterꝰ faciens hanc operationem, & recordatur cum ipſo operationis indiuidui primi, deinde tertio ſentit & recordatur cum ipſo operationis indiuidui primi & ſecundi, peruenit ad ipſum, ꝙ hæc operatiõ omnium indiuiduorum eſt ſpeciei vnius, & eſt, exempli gratia, purgatio choleræ, & hoc vtiq; prouenit ex æqualitate ſenſus in quibuſdam rerum ex duabus vicibus, & in quibuſdã ex tribus vicibus, & in quibuſdam ex pluribus vicibus, & aliquando peruenit ſcientia vniuerſalis ex vice vna. Et hoc eſt, quod voluit, cùm dixit: & hoc, quoniam obſeruationes multæ in numero ſunt experiẽtia vna. ſenſus eſt, quoniam, cùm ſentiens indiuiduum aliquod iſtius ſpeciei ſecerit hanc operationem, et obſeruauerit ipſam conſimiliter etiam, ſequitur ipſum ex iſtis operationibus ſcientia vniuerſalis, quæ vocatur ſcientia prouenies ab experientia: facit aũt aĩa hanc operationem, & hoc, quod operatum eſt vocatur experiẽtia. Deinde dixit: ex experientia vero apud nos confirmatur & ſtabilitur vniuerſale in anima. ſenſus eſt, & ex hoc operante concluditur in anima noſtra enuntiatio vniuerſalis ſuper indiuiduis ſpeciei per illam intentionem, quam tradidit in ipſis. Et cùm dixit: quod eſt vnum in multis, eſt deſcriptio vniuerſalis. Et cũ dixit: & hoc, quod eſt in omnibus vnum & idem, quod eſt principium artis & ſcientiæ. ſenſus eſt, & hoc, quod eſt in omnibus indiuiduis vnius & eiuſdem ſpeciei, eſt principium ſcientiæ in rebus artificialibus & rebꝰ ſpeculatiuis. Atqui dixit hoc, quoniam ex propoſitionibus vniuerſalibus prouenientibus ab experientia aliquæ ſunt principia rerum ſpeculatiuarũ, & aliquæ ſunt principia rerum operatiuarum. Et hoc eſt, quod voluit, cũ dixit: & hoc, quoniam ſi fuerit ad id, quod eſt in generatione, eſt vtiq; principium artis, & ſi fuerit in eo, ꝙ eſt ens, erit principium ſcientiæ. ſenſus eſt, atqui diximus, ꝙ enuntiatio vniuerſalis prouenies nobis ab experientia eſt principium artis, & principium cognitionis exiſtentiæ, quoniam hæc enuntiatio, ſi fuerit in rebus operatiuis, erit principium artis, & ſi fuerit i rebus ſpeculatiuis, erit principiũ ſciæ.

Neque itaq; inſunt determinati habitus, neq; ab aliis habitibus fiunt notioribus, ſed à ſenſu, vt in pugna verſione facta vno ſtante, alter ſtetit, poſtea alter, quouſq; ad principium venit, anima vero eſt talis, vt poſſit pati hoc. Quod autem dictum quidem fuit pridem, nõ manifeſte vero dictum fuit, rurſus dicamus.

Dixit Ariſto. Neque igitur diſpoſitiones iſtæ inſunt nobis ſeparatæ, neq; conſimiliter etiam erunt in nobis ab habitibus aliis, qui ſint magis in capitulo ſcientiæ cogniti, ſed à ſenſu. vt in exemplo, in bellatoribus, cùm vnus ſtetit ad conuerſionem, iam ſtetit alter, aut alter: quouſq; redeat res ad principium: anima vero eſt cum hac diſpoſitione, ſecundum quòd poteſt pati hãc paſſionem: quod autem dixi à principio rei, & non declaratum fuit, neq; manifeſtum fuit, iã enuntiemus ipſum à principio.

Dixit: Iam itaq; declaratum fuit ex hoc ſermone, ꝙ habitus iſti, qui ſunt intelligibilium primorum nõ ſunt à nobis ſeparati, hoc eſt abſq; eo, ꝙ præcedat ipſos ſcientia, neq; conſimiliter etiam inſunt nobis propter habitus excellentiores ipſis in capitulo Scientiæ, quemadmodum ſequitur ratio dubitans Dialectica, ſed erit vtique propter habitus appropriatos animæ ſenſitiuæ. Et poſteaquam declarauit, quomodo poſsidẽt anima propter habitus ſenſitiuos habitus intellectiuos vniuerſales, viſum eſt ei facere in hoc exemplum catenatum, quoniam ex via iſtius exempli eſt, vt ponat doctrinam miſtam, & dixit: vt in exemplo, vſq; ad id, quod dixit, ad principium. ſenſus eſt, exemplum huius, vt accidat animæ ex attractione formarum ſuper forma formæ alterius quouſq; deuenerit ad ipſam vniuerſalem, quòd comprehendat formas iſtas particulares, poſteaq; nõ erit hoc vniuerſale ſimilitudo eius, quod eſt per accidens, vt accidit redeuntibus ad principium ſuum in occiſione, quoniam primo redibit vnus & ſtabit in loco ſuo, poſtea redibit alter & ſtabit, poſtea tertius, poſtea quartus, quouſque deuenerit petitio prima, quæ erat antea, & redierit bellum ad principium ſuum: & conſimiliter anima, cùm ſtabilierit in ipſa aliquam formam, quæ eſt in ſpecie, deinde venerit altera forma ſecundo ex hac ſpecie, & tertia & quarta, prouenient cum ipſa intentio vniuerſalis. Et hoc eſt, quod ſignificauit, cùm dixit: ſecũdum quòd poteſt pati hanc paſsionem. innuit, vt velit, quòd hoc, quod diximus de diſpoſitione animæ, eſt verum, cùm conceſſerimus, ꝙ conuenit, vt anima operetur hanc operationem, & patiatur hanc paſsionem. Et quoniam vult facere poſsidere, quomodo accidat hæc diſpoſitio, per ſermonem manifeſtiorem, dixit: quod autem diximus à principio rei, & non declaratum fuit, neque manifeſtum fuit, iam enuntiemus ipſum à principio.

Cùm enim ſteterit indifferentium vnum, primum quidem i anima vniuerſale eſt, ſentiẽt etenim ſingulare, ſenſus vero ipſius vniuerſalis eſt, vt hominis, ſed nõ Calliæ hominis. Rurſus in his ſtatur, quouſq; ad imparibilia ſteterint & vniuerſalia, vt tale hoc animal, quouſq; animal, & in hoc conſimiliter; planum itaq;, quòd nobis prima inductione cognoſcere neceſſarium eſt, ſenſus etenim ſic vniuerſale facit.

Dixit Ariſt. Et dicamus, quòd cum eo, ꝙ ſtabilitum fuerit in animis indifferentium aliquid vnum ſuper ſuſceptione vniuerſalis: & hoc, quoniam ſentiũt per particularia ſenſationis, ſenſus vero eſt de vniuerſali. vt in exemplo, de homine, nõ de homine Callia, deinde ſtatur in hoc à principio, quouſq; ſtabiliatur in ipſa intentio non diuiſibilis, & ipſum vniuerſale. vt in exemplo ex hoc animali

105 * Ab. l. poſticum

† Ab. l. de re petitione

animali ad animal, & hoc eſt vnũ ſecundum ſimilitudinem vnam: planum igitur, quòd oportet, vt ſciamus prima per inueſtigationem, & hoc, quoniam per ſenſum vtiq; apprehẽditur vniuerſale per inueſtigationem ſecundum modum iſtum.

106 Poſteaquam poſuit exemplum, quomodo prouenit vniuerſale ex particularibus, per prouentum petitionis in occiſione ex eo, ꝙ redeunt in declinatione, & dixit, quòd hoc poteſt accidere in eo, quod eſt in anima, vult declarare, quomodo accidit vniuerſale ex particularibus ſecundum veritatem, quoniã exemplum, quod poſuit, eſt poeticum, & dixit: Et dicamus, ꝙ cum eo, ꝙ ſtabilitum fuerit in animis indifferentiũ aliquod vnum ſuper ſuſceptione vniuerſalis. ſenſus eſt, & dicamus, ꝙ innouatur vtiq; vniuerſale in anima, cũ ſtabilitum fuerit in ipſa ex rebus non diuerſis in ſpecie, aut in genere, quæ ſunt diuerſæ in indiuiduo ſecundum intentionem vnam ex parte, qua eſt oppoſitum vniuerſali; hoc eſt ex parte, qua eſt particulare, non ex parte, qua eſt vniuerſale: & hoc vtique accidet animæ primo, hoc eſt, quoniam ipſa aſſequetur intẽtionem vniuerſalem, & opinabitur, quòd ſit particularis, cũ apprehenditur in particulari: cumq; duplicatum fuerit ipſi hoc, verificabitur, ꝙ eſt vniuerſalis. Et hoc eſt, quod voluit, cùm dixit: & hoc, quoniam ipſa ſentit per particulare ſenſationis, ſenſus autem eſt de vniuerſali. hoc eſt, & hoc, quoniam ipſa anima ſentit de re, & exiſtimat ipſam particularem, & ſenſus in veritate duplicatur in vniuerſali, non in particulari. vt in exemplo, qui ſenſerit, ꝙ hic eſt homo, ipſe vtiq; ſenſit de re vniuerſali non de re particulari, quæ eſt exempli gratia Zĩjad & Omar: & hæc eſt diſpoſitio dicti ſui de homine, non de homine, qui eſt Callias, hoc eſt, ꝙ ſenſus de homine eſt de homine abſolute, nõ de hominibꝰ, qui ſunt, vt Zĩjad & Omar. Atqui voluit, ꝙ ſenſus de particulari erit res per ſe particularis, non vniuerſalis in æternum, neq; ſentit anima de ipſo, tanquam de re vniuerſali, niſi ſentiat ſecundum aliud, quàm eſt. Et cùm dixit: poſtea ſtat in hoc à principio. hoc eſt, cũ anima ſenſerit de re, quam credit, ꝙ eſt particularis cauſa iſtius res eſt, quam opinatur eſſe particularem in vnoquoq; indiuiduo, quouſque monſtratum fuerit ipſis, ꝙ eſt vniuerſalis. Et hoc eſt, quod voluit, cũ dixit: quouſq; ſtabiliatur in ipſa intentio, quę non diuiditur, & ipſum vniuerſale. vt in exemplo, ex hoc animali ad animal. hoc eſt, vt trãsferatur ab apprehenſione iſtius animalis deſignati ad apprehenſionem animalitatis abſolute. Et poſteaquam declarauit, quòd oportet, ut transferatur anima ab intentione particulari ad intentionem vniuerſalem, ſecundum ꝙ eſt in veritate vniuerſale, dixit: planum igitur, quòd oportet, vt ſciamus prima per inueſtigationem, & hoc, quoniam per ſenſum apprehenditur vniuerſale per inueſtigationem ſecundum modum iſtum, & hoc, qđ dixit, eſt manifeſtum, quoniam cùm fuerit res ſenſata particularis ſecundum naturam vniuerſalis, ſed particulare fuerit ipſi res accidentalis, planum vtiq;, ꝙ cũ anima ſeparauerit illud, quod eſt per ſe ab eo, quod eſt per accidens, aſſecuta erit intẽtionem vniuerſalem, cumq; diſtinctio hæc prouenerit vtiq; per inueſtigationem, planum, ꝙ inueſtigatio eſt ea, quæ vocatur intentio vniuerſalis, & hæc inductio eſt alia ab inductione, de qua mentionem fecit in libro Dialecticæ, quoniam ipſa vtique acquirere facit vniuerſale imaginatum, & hæc acquirere facit vniuerſale verum. Scire autem debes, ꝙ hoc prouenit nobis per ſpecies intelligibilium primorũ, hoc eſt, quæ prouẽiunt per iterationem experientiæ, & hæc ſunt, quæ vocantur experientiæ, & ſpecies, quæ vocãtur intelligibilia prima, & ipſa ſunt, quę nõ ſciuntur, qñ prouẽiunt, neq; qñ prouẽiunt: ſed non commemorata fuit diſpoſitio inductionis, quã habebamus apud aſſecutionẽ intelligibilis ex ipſis: & cauſa eſt i ipſis, qñ ipſa communicãt omnibus entibus, & nos aſſequimur ipſa, quemadmodũ omne illud, ſuper quod cadit ſenſus noſter à principio eius, quod apprehenditur. vt in exẽplo, ꝙ omne totum eſt maius parte, apprehendit ipſum ſenſus noſter in omni corpore, ſuper quod cadit à principio eius, quod cadit ſuper ipſum, quod autem erit ex ipſis, vt genus, abſque alio genere, non prouenit vtiq; nobis, niſi poſt impreſsionem ſenſus iſtius generis: et ex hoc opinati ſunt nonnulli, ꝙ ipſa nõ prouenũt à ſenſu.

Quoniam vero habituũ, qui circa diſcurſum ſunt, quibus verificamus, aliqui ſemper veri ſunt, alii vero ſuſcipiunt falſum, vt opinio & ratiocinatio, vera autem ſemper ſunt, ſcientia & intellectus, & nullum ſcientia genus aliud certius eſt, quã intellectus, principia vero demõſtrationũ notiora ſunt, ſcientia autem omnis cum ratione eſt, principiorum quidem ſcientia vtiq; non erit: quoniã vero nihil contingit eſſe verius ſcientia, ꝙ intellectum, intellectus vtiq; erit principiorum, & ex his conſiderantibus, & quoniam demonſtrationis principium nõ eſt demonſtratio: quare neq; ſcientiæ eſt ſcientia: ſi igitur nullum aliud præter ſcientiam genus habemus verum, intellectus vtique erit ſcientiæ principium, & principium quidem principii vtique erit: * ſi autem omnis, conſimiliter ſe habet ad omnem rem.

* Argy leg. ſcia aũt ad oẽm rem ſe habet ſi. Alia lit quæ autem ois,

Dixit Ariſto. Ex habitibus vero, qui ſunt in intellectu, quibꝰ verificamus, aliqui ſunt veri ſemper, aliqui vero ſuſcipiunt falſum, quemadmodum imaginatio & cõputatio, verus autem ſemper eſt intellectus & ſcientia: & non inuenitur genus aliud validioris finis & verius, ꝙ ſcientia, niſi intellectus, & principia ſunt notiora demonſtratione, & omnis ſcientia eſt cum ratione, non eſt autem via, vt ſcientia cadat in principia: et quoniam fieri non poteſt, vt inueniatur aliquid verius ſcientia, præter intellectum, intellectus vtique erit illud, quod nos inueſtigamus ex iſtis modis, & quoniam principium demonſtrationis non eſt demonſtratio, quę habet principia; igitur neq; principiũ ſcientiæ conſimiliter etiam erit ſcientia, & conſimiliter ſi non habebimus genus aliud verũ præter ſcientiam, intellectus eſſet vtiq; principium principii, & quaſi apud omnem rem ſecundum ſimilitudinem vnam.

107 Dixit: Formarum vero aſſecutionis, quæ ſunt in anima, & ſunt, quæ vniuntur cum veritate, aliquæ ſunt veræ ſemper,

ræ ſemper, & ex ipſis aliquæ falſificantur vt minus, & verificantur vtplurimum, & apprehenſio, quæ prouenit ex hoc, ipſa eſt, quæ vocatur imaginatio, & opinio. Apprehẽſionis autem, quæ eſt vera ſemper, aliqua eſt, quæ vocatur ſcientia, & aliqua, quæ vocat intellectus, & hic eſt, qui erit in rebus neceſſariis. Deinde dixit: & non inuenit genus aliud validioris finis, & verius ſcientia, q̃ intellectus. ſenſus eſt, q̃ non inuenitur in nobis apprehenſio perfectior & validioris finis, q̃ apprehenſio, quæ vocatur ſcientia, niſi quæ vocatur intellectus. Deinde dixit: & principia ſunt notiora demonſtratione, & omnis ſcientia eſt cum ratione. ſenſus eſt, & principia demonſtrationis ſunt notiora, q̃ ſcientiæ prouenientes à demonſtratione: quoniam ſcientię demõſtrationis erunt vtiq; cum ratione, quę componitur ex principiis demonſtrationis, hoc eſt propoſitionibus primis, quę ſunt immediatę. Et poſteaq̃ docuit, q̃ hic ſunt tria, intellectus, & principium ſciẽtiæ, & ſcientia, & docuit, q̃ intellectus eſt validioris finis, q̃ ſcientia, & q̃ principia conſimiliter etiã ſunt notiora, q̃ ſcientia prouenientia ex principiis, dixit: non eſt autem via, vt ſcientia cadat in principia. ſenſus eſt, q̃ principia non poſſunt ſciri p principia, quouſq; ſit ordo ipſorum per apprehẽſionẽ; ordo ſcientiæ prouenientis per ipſa. Deinde dixit: & quoniam fieri non poteſt, vt inueniatur aliquid verius ſcientia, præter intellectum, intellectus vtiq; erit illud, quod inueſtigabamus ex iſtis modis, & quoniam principiũ demonſtrationis non eſt demonſtratio, quæ habet principia. ſenſus eſt, cumq; oporteat, q̃ ſit operatio verior principiorum, q̃ ſcientia prouenientes ex principiis, quoniam principia ſunt veriora, q̃ ſcientia prouenientes ex ipſis, neq; erit aliquid præter principia verius ſcientia, niſi intellectus & principia, & principiorum operatio non poteſt eſſe demonſtratiua, ſequitur vtiq; q̃ per intellectum ſint principia: & hoc, cũm conceſſerimus, q̃ ipſa prouenirent ex aliqua re, & fieri non poſſit, vt prouenirent à principiis, igitur non derelinquitur, q̃ prouenirent, niſi ab intellectu, & ſyllogiſmus componitur ex, quod notificat principia; oportet vt ſit notius ſcientia; cumq; nihil ſit cum hac diſpoſitione, niſi intellectus & principia, & principia nõ poſſunt eſſe cauſæ principiorum: derelinquitur ergo, q̃ intellectus ſit cauſa principiorum. Deinde dixit: igitur neq; principium ſcientiæ conſimiliter etiam erit ſcientia. ſenſus eſt, cumq; declaratum fuerit, q̃ ſuper principiũ ſcientiæ non conſtituit demonſtratio, igitur principia non ſunt ſcientia conſimiliter etiam, quoniam ſcientia eſt, ſuper qua conſtruitur demonſtratio. Deinde dixit: & conſimiliter ſi nõ habebimus genus aliud verum præter ſcientiam, intellectus eſſet vtiq; principium principiũ. ſenſus eſt, cumq; non ſit principiũ ſcientiæ ſcientia, erunt principia ſcientiæ vtiq; apprehenſa: igitur ſequit̃ q̃ ſit intellectus principium ſcientiæ. Deinde dixit: & quaſi apud omnem rẽ ſecundum ſimilitudinem vnam. ſenſus eſt, & omnis intellectus apud omnem rem intellectam eſt ſecũdum ſimilitudinem vnam, hoc eſt, q̃ omne illud, quod eſt in intellectu conſentit omni illi, quod eſt extra intellectũ, aut q̃ apprehẽſio ipſius ad omne illud, quod apprehendit, eſt ſecundum ſimilitudinem vnam, eo q̃ eſt illud, quod eſt ex ipſo conſentiens ad exiſtentiã extra ipſum, & erit hæc cauſa verificationis noſtræ in intellectu.

Et, hic perficit totus iſte liber, & p perfectionẽ ipſius perficitur illud, quod intendebamus declarare ſecundum potentiam & vires. Deus autem proficiat in hoc illi, qui veniet poſt ipſum, et magnificetur benemeritis, & multiplicetur dominus in voluntate ſua, & perficiatur. amen & amen in æternum fortis.

Poſteriorum Reſolutoriorum cum Auerrois magnis commentarijs finis.

AVERROIS CORDVBENSIS EXPOSITIONIS MEDIAE IN LIB. DEMONSTRATIONIS ARIST. QVI VOCATVR ANALYTICA SECVNDA, TRACTATVS PRIMVS:

Ioanne Franciſco Burana Veronenſi interprete.

DIXIT: Omnis doctrina, & omnis diſciplina excogitabilis per orationem inerit diſcipulo per cognitionem præcedentem, q̃ ſi non, fieri non poteſt, vt aliquid addiſcat. Huius autem enſtriationis veritas manifeſta eſt per inductionẽ, propterea q̃ in ſciẽtijs doctrinalibus, atq; hoc genꝰ ſpeculatiuis, ſi recte perſcrutati fuerimus, planum, q̃ cognitio perfecta per doctrinam erit ex cognitione præcedente apud diſcipulum. Conſimiliter planũ erit etiam in reliquis, quæ conſueuerunt addiſci per orationem, quodq; hoc verum ſit, manifeſtũ ex eo, qđ præceſſit. & hoc, qm̃ veritas in oratione aut eſt per ſyllſm, aut per inductionem, aut per exemplum, quemadmodum monſtrauimus in præcedentibus. oportet enim, vt qui per ſyllogiſmum addiſcit, anteq̃ cognoſcat concluſionem ſyllogiſmi, habeat apud ſe cognitionem propoſitionum ſyllogiſmi præcedentem. & qui per inductionem verificat propoſitionem vniuerſalem, habeat conſimiliter apud ſe cognitionem particularium præcedentem cognitionem vniuerſalium, & eodem pacto, qui verificat aliquid per viam exempli, ac ſufficientiæ, oportet vt præponat ac cognoſcat illud de quo fert exẽplum, anteq̃ cognoſcat illud, quod cognoſcit propter exemplum. Cognitio autem, quam oportet præcedere in omni eo, quod aſſequimur per cogitationẽ, ac ſyllogiſmum, eſt duobus modis. aut enim cognoſcitur q̃ res ſit, aut non ſit, & hæc cognitio vocatur verificatio: aut cognoſcitur quid ſignificet nomen ipſius, & vocatur formatio. Oportet autem diſcipulum in quibuſdam præcognoſcere q̃ ſunt tantum, quemadmodum in propoſitione, quæ dicit de omni vera eſt aut affirmatio, aut negatio: propterea q̃ in huiuſcemodi propoſitionibus, opus eſt, vt cognoſcamus veritatem ipſorum tantum, quodq; nemo ipſas renuit præter Sophiſtas, in quibuſdam vero oportet, vt præcognoſcat quid ſignificẽt nomina eorum tantum, quemadmodum oportet Geometram præcognoſcere, quid ſignificet nomen circuli in arte ſua, & nomen trianguli. in quibuſdã vero oportet diſcipulum præcognoſcere vtraq; ſimul, quemadmodum de vnitate oportet diſcipulum præcognoſcere quid ſignificet nomen vnitatis, & q̃ eſt res inuenta: & hoc, quoniã cognitio q̃ res ſit, eſt alia à cognitione, quid ſignificet nomẽ. poteſt enim fieri, vt cognoſcatur, quid ſignificet nomen, & tamen ignoretur q̃ ſit, & non conuertitur hoc, ſed oportet eum, qui cognoſcit q̃ eſt, vt cognoſcat etiam quid ſignificet nomen. Verum anteceſſio cognitionis præcedentis in cognitione addiſcentis non eſt ad modum anteceſſionis ſenſationis prioris ad rem reſpectu ſenſationis ſecundę eiuſdem in tempore alio. & hoc, quoniam nos ſentimus aliqua, quorum ſenſatio præceſſerat: cumq; ipſa ſenſerimus ſecundo, cognoſcemus, q̃ ea ſunt, quę antea ſenſeramus: quoniam, ſi cognitio, quæ acquiritur per diſciplinam cum cognitione præcedente, eſſet hæc res, ſequeretur q̃ diſciplina eſſet recordatio. Nec tamen dubitamus de hac propoſitione, quæ dicit, q̃ omnis doctrina & diſciplina erit per cognitionẽ præcedentẽ, ſi nos ſenſerimus aliqua abſq; eo, q̃ præceſſerit apud nos ipſorum ſenſus, quoniam cognitio hæc, & cognitio prouenies per doctrinam, ſunt cognitiones per æquiuocationem nominis. Nonnullorum vero cognitio prouenit nobis per ſenſum à principio & doctrina eorum ſimul eſt, ſunt autem hæc particularia, quæ non ſenſimus, quæq; reponũtur ſub vniuerſalibus, quæ cognouimus. Exemplum, ſi cognoſcamus, q̃ omnis trianguli anguli ſunt æquales duobus rectis, & non cognoſcamus q̃ iſte triangulus, quem deſignaſti in abaco, & abſcondiſti, eſt ſecundum iſtam diſpoſitionem, quẽ poſteaq̃ diſcooperuiſti, percepimus per ſenſum q̃ eſt trigulus, & per cognitionem rei vniuerſalis puenit ad nos, q̃ anguli ipſius ſunt æquales duobus rectis: igitur, propoſitio minor in hac cognitione prouenit nobis per ſenſum, quæ eſt, q̃ iſte eſt trigulus. concluſio autem, q̃ iſtius trianguli anguli ſunt æquales duobus rectis, peruenit ad nos ex propoſitione maiore, quã cognoſcebamus à principio rei, cũ fuit applicita propoſitioni prouenienti ex ſenſu, quæ eſt minor. & hæc eſt diſpoſitio omnium indiuiduorum cum vniuerſalib⁹ cognitis, anteq̃ ipſa cognoſcantur per ſenſum, hoc eſt, q̃ ſunt ignota ex parte vna, & cognita ex parte alia, & in vniuerſali. & iſta eſt diſpoſitio rei, quæ acquiritur per doctrinã: quod eſt, quia ignoratur ex parte qua eſt particularis, & cognoſcitur ex parte vniuerſalis cõprehendentis ipſam. Quoniã ſi res eſſet ignota apud nos omnibus modis, non poſſemus ipſam addiſcere. & ſequeretur dubitatio Menonis celebrata: vt dicatur, q̃ eſt neceſſe, vt homo addiſcat aut illud, quod iam nouit, aut illud, quod nõ nouit, ſed ignorat. q̃ ſi addiſcit illud, quod nouerat, non didicit an ſit res, quam antea ignorabat: ſin autẽ addiſcet quod ignorat, vnde cognoſcet, q̃ hoc eſt illud, quod ignorabat, nũc autem cognoſcit ipſum? quomodo enim ſi quiſpiam quæret ſeruum fugitiuum, & ipſum ignoret, cũ ad ipſum deuenerit, cognoſcet hũc eſſe, quem quærebat, niſi ipſum antea præcognouerit? igitur nõ eſt hic doctrina, neq; diſciplina penitus. Quòd ſi dicamus, quemadmodum dicebamus, quæſitum cognoſci ſecundum diſpoſitionem vniuerſalem, & ignorari ſecũdum modum particularem, qui eſt modus ipſi appropriatus, non accidet nobis dubitatio hæc ſupra dicta. Et per hunc modum tantum ſoluemus dubitationem ſophiſticam, quæ conſueuit fieri in omnibus rebꝰ particularibus. Et hoc, quoniam ipſi dicunt: an habes ſcientiam, q̃ trianguli anguli ſunt æquales, an vero non habes ſcientiam in hoc, cumq; reſponderit ipſis reſpondens, q̃ habet ſcientiam de hoc, detexerunt ipſi triangulum deſcriptum in abaco, & dixerunt: an ne habuiſti cognitionem de hoc, anteq̃ detegeremus tibi, an vero non habebas cognitionem de hoc: cumq; dixiſſet, non habuiſſe ſe cognitionẽ de hoc, q̃ habeat angulos æquales duobus rectis, dixerunt, igitur cognoſcebas, q̃ triangulus habet angulos æquales duobus rectis, non autem cognoſcebas de hoc, quoniam huius trianguli non cognoueras diſpoſitionem antea. Nos autem ſoluemus ipſam dicentes, q̃ cognouimus aliquo modo, & non cognouimus modo alio. neq; eſt impoſsibile, vt cognoſcamus rem aliquo modo, et ignoremus ipſam modo alio. impoſsibile enim eſſet, ſi eo modo, quo nouimus, eodẽ ignoraremus. Dixit: non oportet autem conſimiliter,

vt ſoluamus

vt ſoluamus hoc dubium eo modo, quo ſoluerunt nonnulli, qui dixerunt in reſponſione ad hoc, ꝙ nos nõ nouimus, ꝙ omnis trianguli anguli ſunt æquales duobus rectis: ſed nouimus, ꝙ omne illud, quod cognoſcimus eſſe triangulum, habet angulos æquales duobus rectis. quoniam cognitio, quæ peruenit ad nos de triangulo in tempore, quo detectus nobis fuit, non peruenit ad nos cum hac conditione. hoc eſt, quoniam concluſio nõ accipitur eum hac conditione, hoc eſt, ꝙ non cõcluditur, ꝙ hoc, quod cognoſcitur eſſe triãgulus, habet angulos æquales duobus rectis: ſed concluditur nobis & exſenſu, & ex propoſitione vniuerſali, quæ erat apud nos, ꝙ hoc, quoniam eſt triãgulus, oportet vt habeat angulos æquales duobus rectis. igitur cognitio proueniens nobis ex hac demonſtratione, prouenit ex natura trianguli abſoluta, non autem ex eo, ꝙ accipitur cum hac conditione. 7 Dixit. Atqui exiſtimamus tunc ſcire aliquid ſcientia maxime vera, cũ ſcimus rem non per aliquid accidens illi, ſecundum modum, quo ſciunt Sophiſtæ, ſed cũ ſcimus ipſum per cauſam conſequentem ex eo ꝙ ſit, & ſciamus ꝙ eſt cauſa ipſius, & ꝙ non poteſt eſſe ſine hac cauſa. Signum autem, ꝙ ſcientia vera eſt hæc. quoniam quicunq; contendit ſe ſcire aliquid, iam exiſtimat ſe ſcire hoc pacto, ſiue ſciat ſecũdum veritatem, ſiue nõ. vtriq; enim exiſtimant ſe ſcire rem per hunc modũ: differentia vero inter ipſos eſt, quoniam qui non ſcit rẽ ſecundum ꝙ eſt in veritate, exiſtimat ſe ſcire per cauſam, & tamen non ſcit: qui vero ſcit ſecũdum veritatem, ſcit 8 per cauſam ſuam. Cũq; ſcia vera quęſita ſint hęc, planũ, ꝙ faciens acquirere ſcientiam iſtam eſt demonſtratio. Sed ſcientia certa dicitur etiam de alio modo, hoc eſt de ſcientia, quæ acquiritur per definitionem. Verum tractatus iſte à principio eſt de ſcientia acquiſita per demonſtrationem: deinde poſt hoc tractabit de ſcientia ſecunda. Demonſtratio autem in ſumma eſt ſyllogiſmus verus faciens acquirere ſcientiam de re ſecundum ꝙ ipſi ineſt cauſa, cũ cauſa fuerit ex rebus cognitis apud nos p 9 naturam. Cumq; ſyllogiſmus demonſtratiuus ſit, per cuius viam acquirimus ſcientiam veram, quemadmodum diximus: planum ꝙ oportet, vt propoſitiones ſyllogiſmi demonſtratiui ſint veræ, & primæ, non cognitæ per medium terminũ: & ſint magis notæ & priores, 40 q̃ concluſio: & ſint cauſa concluſionis ſecũdum ambos modos ſimul, hoc eſt cauſa, vt concluſio ſciatur, & cauſa, vt hæc res, quæ per ſe concluditur, ſit: cumq; ſint cauſæ rei concluſæ per ſe, oportet iam vt ſint proportionatæ rei, quæ monſtratur per ipſas: quoniam hęc eſt diſpoſito cauſæ ex cauſato. Iam vero oſtendimus in libro præcedente, ꝙ erit ſyllogiſmus verus ſine iſtis conditio 10 nibus ſecundum ꝙ præceſſit. Quod autem hic ſuper 50 eſt declarandum, eſt, non poſſe fieri ſyllogiſmũ demonſtratiuum ſine complicatione iſtarum conditionum, vt ſint propoſitiones demonſtrationis veræ: quontã propoſitiones falſæ inducunt faciẽtem ipſam, vt exiſtimet, ꝙ non ens ſit ens: quemadmodum ꝙ exiſtimet diametrum quadrati eſſe æqualem coſtis. Et ꝙ ſint cognitæ non per terminum medium: quoniam quæ cognoſcunt per medios terminos, ita indigẽt demonſtratione, quẽadmodum & ea, ſuper quibus ſerimus demõſtrationẽ. 11 Erunt etiam cauſa rei, quæ ſcitur per demonſtrationẽ: 60 propterea ꝙ dixim⁹, ꝙ ſcientia maxime vera ineſt nobis de aliquo, cum cognouerimus ipſum per cauſam. Erunt item præcedentes cõcluſionem: quoniam ſi ſunt cauſa cõcluſionis, præcedũt ipſam, vt cauſa. Erunt etiã magis notæ: quoniam oportet, vt ſint notæ ſecundum duos modos præcedentiæ ſimul: hoc eſt, vt ſint magis notæ q̃ concluſio in eo quod ſignificat nomen, & in eo 12 quo ſunt, hoc eſt veræ. Notius autem dicitur duobus modis, vno apud nos, altero apud naturã: quontã prius apud nos in cognitione non eſt prius apud naturam in omnibus: & hoc, quoniam ſenſibilia compoſita præcedunt apud nos in cognitione, magis autem nota apud naturam ſunt ſimplicia, ex quibus componuntur compoſita, & hæc ſunt lõginqua à ſenſu, hoc eſt ad quæ peruenit ſenſus vltimo, ſi fuerint ex ijs, quæ ſenſus comprehendit. Longinqua vero à ſenſu omnino ſunt ea, quæ ſunt, vniuerſalia, ꝓpinqua autem, hoc eſt notiora apud nos, ſunt particularia, hoc eſt ſdiuidua cõpoſita. Quod 13 vero dicimus demonſtrationem oportere eſſe ex primis, hoc eſt ex principijs appropriatis: quoniam nõ eſt differentia inter hoc, quod dicimus prima, õ inter hoc, ꝙ dicimus principia: propterea ꝙ ſunt duo nomina cõſequentia, hoc eſt ſignificantia rem vnam. Principium autem demonſtrationis eſt propoſitio immediata, hoc eſt, propoſitio nõ cognita per terminum medium, quæ non inuenies propoſitionem aliam priorem ipſa cognitione neq; exiſtentia. Propoſitionis autem vniuerſaria deſcriptio perficitur, cũ dicimus, ꝙ eſt vna ex partibus 20 orationis enuntiatiuæ, ſiue affirmatiua, ſiue negatiua, ſed ipſam definies, ꝙ eſt oratio, per quam enũtiatur res de re, aut enuntiatur res à re, & ipſius aliqua eſt affirmatiua, et aliqua negatiua. Propoſitio autem dialectica eſt, propoſitio, quę admittitur per interrogationem virtutis partis contradictionis, quæcunq; contigerit, vt admittatur à reſpondẽte ſiue fuerit hoc, quod admiſit, verum, ſiue non verum. Sed propoſitio demõſtratiua eſt vera ex vna partium contradictionis. Enuntiatio autẽ eſt vtralibet pars oppoſitorum per affirmationẽ & negationem. Contradictorium vero eſt oppoſitum, quod 30 non habet inter ipſum medium, verum de his omnib⁹ dictum eſt in libris præcedentibus. Principium autem 14 demonſtrationis, quod eſt, quemadmodũ diximus propoſitio immediata, diſtinguitur duas in partes: quarum vna eſt illud, quod non poteſt demõſtrari in illa arte, & non eſt notum apud diſcipulum: & hoc vocatur radix poſita: pars autem ſecũda eſt illud, quod eſt notum per ſe apud diſcipulum: & hoc eſt, quod vocatur ſcięt̃ia prima. Poſitio conſimiliter etiam diſtinguitur duas in partes: quarum vna eſt, vt ponatur poſitio vtriuslibet partium contradictionis, ſiue affirmatiua, ſiue negatiua: & hæc eſt cui appropriatur nomen poſitionis: & hæc connumeratur in genere propoſitionum, & ex ipſa eſt etiã definitio: quemadmodum definitio vnitatis, quam poſuit Geometra in principio ſcientiæ de numero, cũ dixit, ꝙ eſt res indiuiſibilis ſecundum quantitatem nõ habentem poſitionem. Differũt autem propoſitio poſita, & definitio poſita: quoniam propoſitio enũtiat ſine dubio, ꝙ res eſt, aut non eſt, & hæc eſt diſpoſitio propoſitionis: ſed definitio non comprehendit in ſubſtãtia ſua, ꝙ res ſit, aut non ſit, hoc eſt ex parte, qua eſt definitio: quoniam quid eſt vnitas, & eſſe vnitatem nõ ſunt vnũ, ſed ſunt duæ ſcientiæ diuerſæ, licet prouenitat in rebus, vt ſciamus ipſas per duas ſcientias ſimul, quemadmodum videbitur in ſequentibus. Quoniam autem ei, 15 quod ſcitur per demonſtrationem, accidit veritas vera propter ſyllogiſmum demonſtratiuum: et veritas in ſyllogiſmo demonſtratiuo eſt propter propoſitiones, ex quibus componitur ſyllogiſmus: ſequit ex hoc, vt ſcientia noſtra de re ſcita per demonſtrationem, quæ eſt concluſio, & ſcientia noſtra per propoſitiones, per quas ſcitur concluſio, non ſit ſecundum terminum æqualẽ: hoc eſt, vt ſcientia noſtra de propoſitionibus, & de concluſione non ſit ſecundum vnum gradum ſcientiæ: & hoc aut de omnibus propoſitionibus, aut de aliquibus: ſed oportet ex neceſsitate, vt ſcientia noſtra de propoſitionibus ſit maior: & hoc, quoniam rei, propter quam eſt aliquid in aliqua diſpoſitione, magis vere ineſt hæc diſpoſitio q̃ rei, cui ineſt hæc diſpoſitio, ꝓpter ipſam. exẽplum,

plum, quoniam nos amamus præceptorem, quia amamus puerum: ſequit, vt amor noſter in puerũ ſit maior 16 amore noſtro in præceptorem. Conſiſt, quoniam credimus concluſioni, quia credimus propoſitionibus, ſequitur, vt fides noſtra de propoſitionibus ſit maior, poſtea q̃ fides de concluſione eſt propter fidẽ de propõnibus. Fieri enim nequit, vt homo credat aliquid, quod nõ ſit magis q̃ aliquid, quod ſcit: & vt magis opinetur de ſcia ſua, q̃ de re, quam ſcit: & ſi accideret, vt ſciat ipſum, poſteaq̃ id ignoraret: quoniam ignorantia conſequetur 10 ipſum, niſi præceſſerit homo & ſciuerit per ea, quæ non ignorat omnino. Quod cũ ita ſit, ſequitur vt principia demonſtrationis, aut omnia, aut quædam ſint magis ſcita, q̃ concluſio. Et qui vult habere ſcientiam demõſtra 17 tiuam perfectam, non tñ debet habere propõnes magis ſcitas, q̃ concluſionem, & ꝙ veritas ipſarum ſit maior, q̃ veritas concluſionis: ſed oportet etiam cum hoc, vt non credat alicui oppoſito propoſitionibus ſcitis per ſe. hæ enim ſunt res Sophiſticæ, quæ ſunt in ſyllogiſmo Sophiſtico: & cauſa huius eſt, quoniam ſciæ demonſtra 20 tiuæ proprium eſt, vt non ſuſcipiat variationem, & non corrumpatur, neq; exiſtimet de ipſa cogitans fieri poſſe oppoſitum eius, de quo cogitet, ſi fuerit ſant intellectus. 18 Iam vero exiſtimauerunt nonnulli non eſſe demõſtra 19 tionem penitus, & deſtruxere naturã ipſius omnino: propterea ꝙ arbitrati ſunt oportere ſuper omnẽ re demonſtrationem conſtitui, quoniam viderunt diſpoſitionem propõnum demonſtrationis indigere demonſtratione, quemadmodum diſpoſitio concluſionis per ſe. Alij vero ſtabiliere naturam demõſtrationis exiſtiman 30 tes demonſtrationem conſtrui ſuper oĩa re, & ambæ opiniones ſunt falſæ, quoniam nõ ſunt oppoſitæ. Deſtruentes igitur naturam demõſtrationis inquiunt: qm̃ omne indiget demonſtratione, & fieri nullo modo poteſt, vt poſteriora ſciantur per ſcientiam rerum priorũ, niſi hęc priora ſciantur conſiſt per priora alia, & hæc priora per priora alia, & ſic in infinitum: ſed pertranſire infinitum eſt impoſſe: igit̃ nõ ſunt hic principia nota, quæ aſſequamur, niſi per viam põnis, non autẽ per viã naturæ, ꝙ ſi 40 non fuerint principia hic, non erit etiã demonſtratio penitus: Quòd igit̃ exiſtimauerint poſteriora ſciri p priora, & ꝙ fieri nõ poteſt, vt infinitum pertranſeamus, verum eſt ac rectum, quod autem arbitrati ſunt, ꝙ oĩs res indiget demonſtratione, & ꝙ non ſunt hic principia nota per ſe, eſt impoſſe. Alij vero cõcedunt quidem, ꝙ oĩs 20 res indiget demonſtratione: & exiſtimant fieri poſſe, vt inueniatur demonſtratio in oĩbus per modum circuli, non autem per modum rectum, qui eſt ille, ex quo ſequitur impoſſe, quod eſt infinitum pertranſiri. Nos au 21 tem dicimus, ꝙ non omnis res ſcitur per demonſtrationem: ſed ſunt aliqua, quæ ſciuntur ſine medio, & nõ per demõſtrationem. Quod q; hoc ita ſit, planum eſt per ſe. oportet enim eum, qui concedit demõſtrationem eſſe, vt fateatur ex neceſsitate, ꝙ ſunt hic principia ſcita per ſe: & hoc, quoniam ſi opus eſt, vt ſciamus propõnes demonſtrationis, aut ſciemus ipſas per mediũ, aut ſine medio. & ſi ſciemus per medium, iterum conſimiliter fiet petitio de hoc, ꝙ aut ſcitur per ſe, aut per medium, et ità aut procedet res in infinitum ſecundum rectum, et non erit hic demonſtratio penitus, aut erunt hic principia 60 nota per ſe, aut erit demonſtratio in circulum. Dixit. noſtrum autẽ eſt, vt non aduerſemur Sophiſtis, ꝙ principia demonſtrationis non ſunt nota per alia: ſed dicamus, ꝙ ipſa ſunt nota per intellectum, qui attingit par 22 tes enuntiationis notæ per ſe. quod q; fieri non poteſt, vt monſtretur aliquid ignotum per notum ſecundum viam circuli. hoc enim declarabitur ex eo, quod cõmorabimus. & primo, quoniam manifeſtum eſt, ꝙ demõſtratio veriſsima erit ex principijs notioribus apud naturam, q̃ ſi propoſitiones monſtrarentur per concluſionem, ſecundum ꝙ concluſio eſt prior ipſis apud naturam, cũ iam concluſio mõſtrata fuerit antea per propoſitiones; ſm ꝙ ſunt priores apud naturam: ſequeretur itaq; ꝙ vnum & idem eſſet prius vno & eodem, & poſterius eodem ſecundum modum vnum: quod eſt impoſsibile. Fieri enim non poteſt, vt ſit, niſi prioritas fue 23 rit ſm duos modos diuerſos: veluti ſi eſſet vnum ipſorũ prius apud nos cognitione, alterum vero prius cognitione apud naturam: præterq̃ ꝙ ſi ita dicunt, ſequitur à principio, vt natura demonſtrationis maxime vere ſit duplex: & hoc, vt ex ipſa ſit aliquid prius cognitione apud nos, & aliquid prius cognitione apud naturam: et ita natura demonſtrationis ſimpliciter erit natura inductionis: & hoc, quoniam per inductionem monſtratur magis notum apud naturam, hoc eſt vniuerſale per notum apud nos, hoc eſt particularia. Prætereà ſi conceda 24 mus etiam, ꝙ ſit ſpecies demonſtrationis, vocabitur demonſtratio in relatione ad nos, quę vocatur ſignum, nõ autem in relatione ad rem per ſe, quã conſueuimus vocare demonſtrationẽ ſimpliciter. Atqui qui exiſtimat, 25 ꝙ binis demonſtrationibus opus eſt conſtructione circulari ad monſtrandum, ꝙ res ſit, aut nõ ſit, non poteſt effugere impoſsibile, quod eſt, vt aliquid accipiatur in monſtratione ſui ipſius: & hoc erit manifeſtum, ſi ponamus tria: quorum aliqua ſequuntur aliqua in monſtratione per modum circuli: quoniam non differt, ſiue ponamus circulum in multis per viã conſequentiæ, aut in paucis, & in paucis, aut duobus, aut tribus: qm̃ natura circuli in oĩb⁹ illis eſt natura vna: propterea ꝙ ſequitur vtiq;, vt ſit in numero determinato tantũ, minimus autem numerus eſt binarius. Ponamus igitur, ꝙ ſcimus A, quia ſcimus B: & ſcimus B, quia ſcimus C: & ſcimus C, quia ſcimus A: dico autem ſequi ex hoc, vt ſciamus A, quia ſcimus A, & hoc, quoniam ſi ſcimus A, ſcimus vtiq; ipſum, quia ſcimus B: & B, quia ſcimus C: planũ, ꝙ ſcimus vtiq; 26 A, quoniam ſcimus A, quod eſt impoſsibile: Et etiã quo 27 niam monſtratum eſt in libro Syllogiſmi, ꝙ mõſtratio circularis fieri non poteſt, niſi in propoſitionibus cõuertibilibus: & hæ ſunt propoſitiones, quæ componuntur ex definitionibus & proprijs. Atqui declaratum etiam ibidem eſt, fieri non poſſe, vt aliquid cõcludatur ex vtica propoſitione, ſed ad minimum concludi aliquid poteſt ex binis propoſitionibus. Circulus autẽ erit in ſyllogiſmis, cũ primo monſtratur concluſio aliqua per binas propoſitiones: deinde monſtratur vtraq; ipſarum per concluſionem, & cõuerſionem alterius propoſitionis: & propterea ex conditionibus monſtrationis circularis eſt, vt conuertantur ambæ propõnes, ꝙ ſi ambæ propõnes non conuertentur, non erit monſtratio circularis perfecta. Atqui monſtratiũ etiam eſt, cũ fuerit concluſio affirmatiua, & ambæ propõnes cũ hac diſpõne, ꝙ fieri poteſt, vt mõſtretur per ipſas, non in omni tamẽ figura: qm̃ non concluditur in omnibus figuris vtraq; propoſitionum, cũ applicatur ipſi cõuertens annexam ſuam, ſed in prima tm̃ figura. Quòd ſi fuerit concluſio negatiua, fieri non poteſt, vt monſtretur, niſi propõ negatiua tantum, non autem propoſitio affirmatiua, cũq; hoc ita ſit, opus erit ad monſtrationem circularem quatuor conditionibus: vt ambæ propõnes conuertantur, vt concluſio ſit affirmatiua, vt complicatio in prima figura, & hoc ſit ſm duos modos, hoc eſt, vt propoſitiones ſint notiores concluſione aliquo modo, & concluſio notior propoſitionibus modo alio: Quomodo igitur verificabit̃ ſermo illius, qui dixit, ꝙ omnia ita ſe habẽt, vt alia monſtrentur per alia per modum circuli? & hoc, quoniam ſyllogiſmi iſti, in quibus inuenitur mõſtratio circularis ſunt pauci relatione ad oĩs ſyllogiſmos, cũ circulus ſit cũ oĩbus ijs cõditionibus, de quib⁹ mẽtionẽ fecimus.

Conditiones requiſitæ ad mõſtrationẽ circularem.

28 Sed posteaq̃ declaratum fuit hoc, redeamus ad id, qđ̃ supererat ex conditionibus propositionum demonstrationis, de quibus meminimus. Dicamus ergo, qm̃ manifestum est per se, ꝙ in quæsitis, quæ sciuntur scia vera, quæ est scientia, quam prius definiuimus, opus est, vt illud, quod scitur cum hoc, ꝙ est secũdum dispositionem, qua scitur, inuentri etiam non possit cum permutatione eius, quod ipsi inest, neq; in aliquo tempore: & hoc, vt sit necessarium & æternum: & hoc vtiq; scit ex dispõne quæsiti propter demonstrationem: & demonstratio dat hoc pp propositiones, secundum ꝙ declaratum est hoc in libro Syllogismi: ibi enim ostensum est, ꝙ conclusio necessaria æterna, non erit nisi ex propositionibus necessarijs. igitur manifestum est, ꝙ si ex conditionibus scientiæ veræ est, vt sit conclusio necessaria, oportet, vt propositiones demonstrationis sint necessa
29 riæ, hoc est nõ impossibiles, neq; variabiles. Sed quo niam declaratum est hoc ex dispositione propositionũ demonstrationis, sequitur iam, vt speculemur reliquas conditiones & proprietates, quæ sunt in propositionibus demõstrationis, ex eo ꝙ sunt necessarię, deinde prosequamur post hoc de dispositione quæsitorum demonstratiuorum. & primo oportet, vt declaremus, quæ sit dispositio prædicationis de omni, & quæ dispositio prędicationis per se. Et dispositio quidem prædicationis, quæ vocatur hoc in libro prædicatio de omni, est, cùm dicimus, aliquid prædicari de omni aliquo, hoc est, ꝙ prædicatum non insit alicui subiecto, & alicui non: & ꝙ non sit consimiliter etiam inexistens in aliquo tempore, & in alio tempore non inexistens, sed insit omni
30 subiecto, & in omni tempore. veluti, si dicamus, ꝙ homo est animal, quoniam quodcunq; disponitur in eo quòd est homo, disponitur etiam in eo quòd est animal, & cùm disponitur per humanitatem, disponitur per animalitatẽ. Dixit: Planum igitur, ꝙ prædicatio de omni, indiget duabus cõditionibus his: quoniã contradicitur huiusce modi propositionibus secundum duos istos modos, & hoc cũ monstratur, ꝙ ab aliquo subiectorum remouetur hoc prædicatum, aut item monstrat, ꝙ remo-
30 uetur á subiecto, vt illi insit in aliquo tempore. Quod vero per se, dicitur secũdum quatuor modos. Quorum vnus est, cũ prædicata accipiunt in definitionibus subiectorum, aut secundum ꝙ sunt definitiones perfectæ, aut partes definitionum. vt linea, quæ accipitur in definitione trianguli: & hoc, quoniam dicimus, ꝙ est figura tribus lineis comprehensa, & quemadmodum pũctus, qui accipitur in definitione lineæ rectæ: quoniam definitio ipsius est, veluti si definiremus, ꝙ est linea breuissima continuans inter duo puncta, aut quod ponitur super inuentionem punctorum oppositorum, quoniã prę
31 dicatio lineæ de triangulo est res per se illi, & consimiliter prædicatio puncti de linea. Secundus vero modus per se est, cùm subiecta accipiuntur in definitione prędicatorum, secundum ꝙ sunt partes definitionis: quemadmodum linea, quæ accipitur in definitione recti & circularis, quæ insunt lineæ: & quemadmodum acceptio numeri in definitione paris & imparis, & primi, & cõpositi: & quemadmodum acceptio trianguli in æqualitate angulorum duobus rectis. Prædicata vero, quæ
32 non prædicantur secundum hos duos modos, sunt prędicata accidentalia: quemadmodum prædicatio albi & animalitatis de musico & albo: quoniã si dicamus, musicum est album, aut animal, est prędicatio per accidens.
33 Tertius vero modus dicit de indiuiduo substantię: qm̃ consueuimus dicere de eo, quod non inest alicui, neq; prædicatur de aliquo: quemadmodum dicitur in descriptione indiuidui substantiæ, ꝙ est per se: quod vero dicitur de subiecto, nõ dicitur esse per se, sed p aliud:
34 & hæc sunt accidentia. Modus autem quartus est de causatis, quæ semper sequuntur causas suas efficientes, hoc est, ꝙ sequuntur ipsas omnibus modis: de his enim dicitur, ꝙ causata sequuntur causas per se, veluti mors, quę sequitur iugulationem. in causatis vero, quę non sequunt causas suas nisi per accidens, & vt in paucis, ipsæ sunt causæ per accidens: quemadmodum si homo ambularet, & aduenirec fulgur: quoniam ambulatio hominis nõ est causa, vt fulguratio inueniatur, sed hoc est per accidens: verum non est ita de morte, quæ sequitur iugulationem: quoniam non accidit mors ex iugulatione per accidens, sed ꝙ ab ipsa efficiatur, est necessarium & consequens. Sed species eius, quod est per se, facientes ad propositiones demonstrationum sunt duæ species prædicatorum, hoc est species, in qua accipitur prædicatum in definitione subiecti, aut species, in qua accipitur subiectum in definitione prædicati, & hoc, quoniam manifestum consimiliter est, quòd in ista quoque specie prædicatum est necessarium & essentiale subiecto: quoniam ꝓportio partis definitionis ad definitum est proportio necessaria: & hoc, si quod est subiectum per se, accipitur in definitione prædicati, manifestum est ex dispositione ipsius, quòd est necessarium: quoniã ab ipso non separatur, quemadmodum si accipiatur homo in definitione risibilis, & si etiam quod accipitur in definitionibus ipsorum sit genus subiecti: & hæc sunt accidentia opposita, quemadmodum linea, quę accipitur in definitione recti & curui, & numerus, qui accipitur in definitione paris & imparis, & ex hoc, quoniam genus distinguitur per ipsa diuisione essentiali, necessarium est, vt non effugiat genus ab vno ipsorum, & hoc quoniam oppositio ipsorum erit aut per modum priuationis & habitus, aut per modum affirmationis et negationis, oportet, vt sint hæc opposita determinata & comprehensa in natura proportionata ipsis, quousque sit proportio generis ad omnia hęc opposita, proportio subiecti per se ad suum proprium, hoc est, quemadmodum proportio hominis ad risibilem. ideſt quemadmodum homo non separatur a dispositione risibilis, ita genus non separatur ab vno oppositorum, cumq; hoc ita sit ex parte, qua scitur, quòd genus non effugit ab vno ipsorum, scitur quòd illud ipsi est necessarium, sed non secundum declarationem. Verum enimuero monstratum iam est ex sermone nostro, quę sit intentio eius, qđ̃ est per se, * & prædicatio vniuersalis faciẽs ad demonstrationes. Prędicatio autem de omni faciens ad hunc librum comprehendit tres conditiones, quarum prima est, vt prædicatum dicatur de omni subiecto; quod antea posuimus. Secunda vero, vt prædicatum sit de subiecto per se. Tertia autem, vt prædicatum de ipso dicatur prædicatione prima, hoc est, vt non sit prædicatum de subiecto propter naturam aliam vniuersalem subiectã, quemadmodum prædicamus ꝙ alitatem angulorum duobus rectis, primo de triãgulo, & non primo de triangulo inæqualium laterũ, quoniam primo inest triãgulo, non autem primum triãgulo inæqualiũ laterum: quoniã æqualitas angulorum duobus rectis nõ inest illi secũdum ꝙ forte est triangulus inæqualiũ laterum, sed secundum ꝙ est triangulus: & hæc quidem conditio est in prædictis demonstratiuis: quoniam prędicatũ, quod non prædicatur per viam secundum ꝙ ipsum, quasi assimilatur prædicationi, quę est per accidẽs. Et propter hoc videtur iam, quòd in prędicatione de omni sufficit, vt dicatur, ꝙ est prædicatum de omni subiecto & per se: propterea ꝙ non est differentia siue dicamus, ꝙ hoc prædicatũ inest huic subiecto per se, siue ꝙ inest ipsi primo: & hoc qm̃ rectum & curuum sunt duæ res, quæ insunt lineæ per se, & in eo ꝙ linea: & ipsę etiam accipiuntur in essentia ipsius, quoniam sunt differẽtię lineę, per quas stabilitur: & cõsimiliter res se habet de æqualitate angulorum

* et ꝑdicatio vſus tra tacti etiã ũ aſtum

36 antiqua: nd ergo ẽ error, et debet dici re ꝑdicatio ꝺ oi, & i c. ñ. ſeq. i princ. debet dicere ꝑdicatio ꝺ vſus, conſer. mitter ad eſt dicta ſunt in cõm. mag. cõm. 16. vi dic ꝙ p vſus intellexit id, qđ nos dicimus de oi, et ecõuerſo, cõ formiter ad

37 principiũ et põnis 12. 13.

æqualorum duob⁹ rectis respectu trianguli: qm̃ hoc prędicatum non potest demõstrari de figura ſm ꝙ figura, cũ quadrangulum sit figura, et tamen anguli sui nõ sunt æquales duobus rectis, & fieri etiam non potest, vt demonstretur de triangulo inæqualium laterum, licet hęc dispõ ipsi insit: qm̃ hoc non inest illi ſm ꝙ inæqualaterũ: propterea quia æqualitas angulorum duobus rectis inest etiam æqualatero & æquicruri. cumq; hoc ita sit, igit̃ hoc prædicatum inest per se triangulo ſm ꝙ triãgulus, & demonstratio vera habet vtiq; prædicata talia, qualia sunt hæc: & propterea æqualitas angulorum duob⁹ rectis demonstrabitur de triangulo inæqualatero non
38 per se, neq; ſm ꝙ ipsum. Dixit: Oportet autem, vt nõ
39 imaginemur, & existimemus, ꝙ mõstrauimus ꝑ viam
40 prædicationis, quæ est de omni, cũ tamen non monstra
41 uerimus ipsum, aut quod monstrauimus, existimamus non monstrasse: ea enim, in quibus contigit monstrare prædicatum de omni, & existimamus non monstrasse, ea inquam, illa sunt, in quibus non inuenitur, nisi vnũ: vt cœlũ, & terra, & Sol, & Luna: si enim constituamus demonstrationem de aliquo istorum, ꝙ est cũ aliqua dispositione, quemadmodum si constituamus demõstrationem, ꝙ cœlum est corpus, neq; graue, neq; leue, aut ꝙ terra est in medio, iam putamus nos constituisse demonstrationem de aliquo indiuiduo, non autem de re vniuersali: quoniam non inueniuntur in his plura vno indiuiduo, & tamen res nõ se habet tta: qm̃ nos non constituimus hoc de terra, ſm ꝙ est quid signatum & indiuiduum, sed constituimus ipsum de natura vniuersali, quæ inuenitur in terra, ſm ꝙ est terra: & si in ipsa inuenirentur: sed posteaq̃ constituimus super ipsa demonstrationẽ, tã scire-mus, ꝙ si inuenirent multæ terræ, ꝙ essent cũ hac dispositione, hoc est, ꝙ essent, quẽadmodũ & hæc in medio. quemadmodum si destruerent indiuidua hois, quousq; non relinqueretur, nisi vnum, esset etiam constituta demõstratio super hoc hoie, ꝙ est rationalis: non ſm ꝙ est indiuiduum, sed in eo, ꝙ est homo, & non assequimur ipsum per constitutionem demonstrationis super ipso ex via quid est. Ea vero, in quibus accidit nobis non monstrasse quod est de oi, & existimamus, ꝙ iam monstrauerimus ipsum, sunt duo: quorum vnum est in ijs, quæ sunt diuersarum specierum, cũ accidit, vt sciamus vnum & idem prædicatũ inesse vnicuiq; ipsorum ꝑ se, qm̃ ignota est natura cõmunicatis, ꝓp quod inest ipsis hoc prædicatum. Quemadmodũ si adducat Arithmeticus demonstrationẽ, ꝙ numeri proportionales, cũ permutantur, sunt proportionales: qm̃ & Geometra monstrauit, ꝙ magnitudines proportionales, cũ permutanť, sunt item proportionales: & monstrauit hanc quoq; di
50 spositionem per se naturalis de temporibus, vnusquisq; enim istorũ existimauit se monstrasse id, quod est de oi, cũ tñ non sit ita: qm̃ permutatio proportionis non inest lineis ſm ꝙ lineæ, neq; numeris ſm ꝙ numeri. Atq; inest hoc per se naturæ vłi, in qua cõicãt hæc tria: & ꝓpea verificatur, ꝙ oẽs numeri, & mensuræ, & tẽpora, ꝓportionalia, cũ permutãtur, sunt item proportionalia: atqui fuisset vtiq; demonstratio in his de oi, si extitisset natura his cõis cognita, & demonstratio constituta fuisset super eo: ꝙ si constituatur demõstratio super permutatio
60 ne proportionis de vnoquoq; istorũ per se, non erit demonstratio, de oi, neq; erit scitum hoc scia excellente: quemadmodũ si aliquis monstraret de triangulo inæqualium laterũ seorsum, ꝙ habet angulos æquales duobus rectis, & monstraret hoc seorsum de æquicrure, & de æquilatero, non sciuit de natura eius, quod est, æqualitatem angulorũ duobus rectis inesse triangulo, pluscq̃ hoc: hoc est, ꝙ istud insit oibus spẽbus triãguli: quousq; non sciuerit illud, quod inest triangulo ſm ꝙ est triangulus: nisi sciat ipsum per viã accidentis eo modo, quo est scia Sophistica. Amplius, qui non sciuit de natura eius, quod est æqualitatẽ angulorũ duobus rectis inesse triangulo, plus hoc, ideſt ꝙ insit oib⁹ spẽbus tñ, ex eo ꝙ inest gradato, & æqualatero & æquicruri, nondum sciuit, ꝙ hoc inest oi triangulo ſm ꝙ est triangulus: & ꝙ non est aliquis triangulus, qui non habeat angulos æquales duobus rectis. nisi igitur dicamus, ꝙ ipsum sciuit ꝑ modũ scię, in qua proficit inductio: sed hoc nõ sufficit in de
109 comprehẽdunt in ipsis. Ignorantiæ vero species duæ, ignorantia per modum negationis ac priuationis, quæ est ignorantia, cũ qua non est existimatio rei alicuius: & ignorantia per modum habitus ac dispositionis, quę est existimatio falsi. Ac ignorãtia quidem per viam habitus accidit duobus modis, quorum vnus est per syllogismum, alter vero sine syllo, sed ad similitudinem abstracti, hoc est, vt existimetur de re existente, ꝙ est non existens, & de non existente ꝙ est existẽs: & hoc in iis, quæ sunt, aut non sunt vel sine medio, vel cũ medio: sed existimatio atq; error, qui est sine syllo, non habet causas diuersas, sed est simplex non compositus, quemadmodum & causa ipsius simplex: sed error, qui est p syllogismũ, habet causas multas, & hoc, qm̃ error iste erit in eo, quod non habet medũ, & in eo, quod habet medium, & in vnoquoq; istorum per affirmationẽ & per
110 negationem, hoc est, vt existimetur de negato, ꝙ sit affirmatum, & de affirmato, ꝙ sit negatum. Sed error affirmati vniuersalis non erit nisi in prima figura: & hoc accidet in negato immediato, vt videlicet existimetur de ipso, ꝙ sit affirmatum aut propterea ꝙ propositiones syllogismi sunt falsæ, aut qm̃ minor erit falsa & maior vera. vt in exemplo si A negaretur à B sine medio, & existimaret aliquis, ꝙ A ineſt B per viam syllogismi, hoc est per medium, quod est C. hoc enim accidet duobus modis, quorum vnus est, cũ sunt ambæ propositiones falsæ: & hoc, quoniam fieri põt, vt A & B negentur à C negatione vniuersali: & existimet aliquis, ꝙ A ineſt C, & ꝙ C ineſt B, & ꝙ A ad hoc ineſt B, & erit, quod tã existimauit, affirmatiuũ vniuersale falsum in negatiuo verum immediatum propter duas propositiones, quarum vtraq; est falsa: & hoc non est impossibile, qm̃ quemadmodum A est negatum à B sine medio, non est impossibile, ꝙ vtrunq; ipsorum negetur à C: modus vero secundus est, vt maior sit vera, & minor falsa, fieri enim põt, vt A comprehendatur in C, & negetur à B negatione prima: hoc etiam non est impossibile, & si est impossibile, ipsum est, ꝙ C comprehendatur in B, & sit A negatum à B negatione primatunc enim A non erit negatũ à B negatione prima, sed erit negatum à B propter negationẽ suam à C, quod in ipso comprehenditur. sed hoc est diuersum ab eo, quod positum fuit. Et propter hoc, cũ A fuerit negatum à B negatione immediata, fieri non poterit, vt error, qui accidit in hoc, sit, propterea ꝙ minor propositio sit vera & maior falsa, qm̃ non inuenitur aliquid comprehensum in B, ita vt B sit pars ipsius, quod negetur ab A, & sit B negatum ab A negatione prima: ꝙ hos igitur duos modos tantum erit error affirmatiuæ vniuersalis in negatiua sine medio: & error affirmatiuę vniuersalis erit vtriq; in prima figura, quemadmodum diximus. Sed error vniuersalis negatiuę accidet in prima ac secunda figuris, qm̃ vtraq; ipsarũ concludit vniuersalem negatiuam. Enuntiemus aũt quot modis accidet error vniuersalis negatiuæ i affirmatiua, quæ sit immediata in prima figura, hoc est cũ quacunq; dispõne fuerint ambæ propositiones i vero & falso, & dicamus fieri posse, vt accidat hac1 figura sylls, cuius ambę propositiones sunt falsæ, & fieri etiam posse, vt vna ipsarũ sit falsa & altera vera: & sit falsa aut vera vtrauis contigerit aut minor aut maior. Sed quomodo accidet, vt sint falsæ simul, hoc quidem erit, cũ contigerit, exempli gratia, vt A insit C & B immediate, & sit C negatum à B, & cùm ponerit aliquis C medium, & existimauerit, ꝙ A ineſt C, & C ineſt B, tam posuit ambas propositiones falsas: ex quibus concludetur negatiua falsa, quæ est, ꝙ A non ineſt alicui B. At qui fieri potest, vt sit C de B p affirmationem, falsum, qm̃, cùm inuenitur aliquid in duobus, non oportet, ꝙ vnum ipsorum insit alteri. animal enim ineſt equo & asino, & tri asinus non ineſt equo. exẽplum de hoc ex materiis est, ꝙ dicamus, ois homo equus: & nullus equus animal: & concludatur ex hoc negatiua falsa ex duabus propositionibus falsis, quod est: qm̃ omnis homo non est animal, & animal ineſt homini & equo sine medio. Sed qũo accidet alterã pro-
114 positionum falsam esse, alterã autem veram? hoc vtiq; erit, quemadmodum, si A negetur à C, & C negetur à B, & A insit primo ipsi B, hoc enim non est impossibile: cũ igitur accipimus A negari à C, & C ineſſe B: cõcludemus A negari à B ex duabus propositionibus, quarũ maior est vera, & minor falsa. exemplum de hoc ex materiis est, ois homo lapis: & nullus lapis animal: concluditur, nullus homo animal. Cũ vero posuerimus propositionem maiorem verã, & erit minor falsa, sequitur ex necessitate, vt sit conclusio negatiua falsa, quoniam fieri nõ potest, vt A non insit C, & ipsum insit B, quod ꝙ C insit B, consistit etiam si fuerint veræ, oportet cõclusionem esse veram, quemadmodum prædictum fuit, & consistit fieri põt, vt sit minor vera & maior falsa, & hoc, quemadmodum, si A ineſſet omni B, & C omni B, & B omni C, hoc est, vt minor sit conuertibilis, & erit A ex necessitate in B, si enim A est in omni B, & B in omni C: concludet ꝙ A est in omni C, præter quam ꝙ ipsum est in B sine medio, et in C per medũ: cum ꝙ aliquis acceperit, ꝙ A non ineſt C, & C ineſt B: concludetur ex hoc, ꝙ A nõ ineſt alicui B, tam ꝙ concludetur negatiua falsa vniuersalis ex duabus propositionibus, quarum minor est vera & maior falsa: tam ꝙ monstratum fuit, ꝙ in prima figura fieri potest, vt concludatur negatiua vniuersalis falsa, cũ sit contradictorium ipsius affirmatiuum immediatum: & hoc, cũ fuerint ambæ propositiones falsę simul, fiue fuerit vna ipsarum falsa, vtrauis contigerit in contrariũ dispositionis, quæ est in affirmatiua falsa, tibi enĩ fieri nõ potest, ut sit minor vera. In secunda autem figura fieri
115 non potest, vt concludat negatiua falsa ex duabus propositionibus,

positionibus, quarũ vtraq; sit falsa in totum. si enim A, exempli gratia, fuerit in omni B immediate, non inuenietur aliquid, quod prædicetur de omni B affirmatiue, & negetur ab omni A, aut è conuerso, quemadmodum fuerunt dispositio ordinis super ipso in termino medio in secunda figura de duabus extremitatibus, ita, vt error aliquis, cũ acceperit loco negatiui affirmatiuũ, aut loco affirmatiui negatiuum, iamq; fecerit binas enun-
116 ciationes falsas in totũ in secũda figura. Si vero fuerint ambæ propositiones in parte, fieri iam poterit, vt sint falsæ, & hoc, qm̃ nihil prohibet, ꝙ C remoueatur ab aliquo A, & ab aliquo B: cumq; acceptum fuerit C ineſſe oi B, & negari ab omni A, & è conuerso, ambæ propositiones erunt falsæ in parte. vt in exemplo, ꝙ sensibile insit animali primo, & imaginatiuum insit alicui animali & alicui sensibili, cumq; aliquis acceperit, ꝙ omne animal est imaginans, & ꝙ nullũ sensibile est imaginans, concludetur negatiua falsa, quæ est, ꝙ nullum asal est sensi-
117 bile ex binis propositionibus falsis in parte: iamq; fieri potest, vt sit in hac figura vna duarum propositionum vtrauis falsa, & altera vera: qm̃ omne id, quod ineſt oi A, ineſt omni B, ex parte qua posuimus A ineſſe B primo: & ponemus hoc, id est C, ineſſe vtriq; ipsorum: cumq; acceptum fuerit C ineſſe omni A, & ineſſe nulli B, propositio C A maior, erit vera, & minor falsa, & conclusio falsa et negatiua: & consimiliter accidet, cũ variatur locus
118 affirmatiuę: & hoc, ꝙ C insit omni B, & non insit omni A: minor enim erit vera & maior falsa: & consistit etiam non propterea, ꝙ ipsum non ineſt alteri ipsorum, ideo non ineſt omni alteri: qm̃ si ineſſet ipsi, ineſſet vtriq; illi, quod positum est negari ab ipso, quod fieri non potest & non cohæret: cumq;, exempli gratia, C nõ fuerit in B, & non fuerit in omni A, & acceperit aliquis, ꝙ C non insit B, & insit omni A, fieri poterit consimiliter etiam in hunc modum, vt sit vna duarum propositionum falsa, & altera vera, quemadmodum si C non ineſſet B, negatiua enim erit vera, & erit minor, & affirmatiua falsa.
119 Et consimiliter etiam accidet, si permutemus locũ ne-
120 gatiuę, hoc est, si accipiamus C non ineſſe alicui A, & o in omni B, maior nanq; erit vera & minor falsa, & hoc, qm̃ affirmatiua semper erit falsa: iamq; declaratum fuit ex hoc, qm̃ fieri potest, vt cadat ac deueniat error in syllogismo fm propositiones immediatas, cũ ambæ propositiones sunt falsę simul, aut vna ipsarum tantũ vtrauis contigerit, aut fuerit vera & falsa ipsarum determi-
121 nata. Si vero propositiones fuerit mediatę, nihil pro-
122 hibet, quin error, qui in ipsis accidit per syllm falsarum propositionum, sit aut negatiuus vniuersalis, aut affirmatiuus vniuersalis. Deinceps nihil consimiliter etiam
123 impedimento est, quin syllis concludens falsum, conclu dat ipsum per terminum medium proportionatum ueritati, aut non proportionatum. & intelligo per proportionatum veritati, terminum medium, per quẽ potest concludi verum, quod est contrarium conclusionis falsę, per non proportionatum vero, per quem non potest concludi uerum, eo ꝙ positio sua ex duabus extremitatibus sit positio, ex qua contrariatur figura concludens penitus. Et error quidem negatiuus erit, quemadmodum diximus, & in prima & in secunda figura: ꝙ si fuerit in prima figura, & per medium proportionatũ, fieri nõ poterit, vt ambæ propositiones sint falsæ, sed ex ipsis maior tantum erit falsa, & minor vera. vt in exẽplo, si A isit B per medium C, hoc est, cũ A fuerit in omni C, & C in oi B, tam enim planũ, ꝙ per propositionem C B, quę est minor, nõ potest cadere error, qui accipitur fm contrarium, hoc est negatiuus, qm̃, si accipiatur negatiua & accipiatur maior vera, idest affirmatiua, non concludetur ex hoc aliquid in prima figura, qm̃ non concludit in ipsa, cuius minor est negatiua: & consistit, si accipiantur ambæ falsæ, hoc est, si accipiantur negatiuę simul, quoniã quod est ex binis negatiuis non concludit in aliqua figurarum: & consistit si fuerit medius terminus propinquus proportionato, hoc est propinquus, vt ex eo concludatur verum, quemadmodum ex duabus affirmatiuis in secũda figura, & hoc, cũ C, exempli gratia, prædicetur de omni A, & prædicetur de omni B, & aliquis studeat concludere negatiuam hoc in loco per figuram primam: C B nanq; proposito erit vera absq; dubio, po
124 steaq; conditio sua est, vt sit affirmatiua: maior autem potest accipi in contrarium, hoc est negatiua: iamq; declaratum fuit, ꝙ error vtriq; accidet per propositionem maiorem in prima figura super negatiuam, cũ fuerit terminus medius proportionatus veritati, aut ꝓpinquus proportionato. Si vero terminus medius, qui accipit in syllo falso, fuerit non proportionatus veritati, nihil prohibebit, quin termin⁹ medius, qui accipitur cũ hac conditione, insit maiori extremo, & negetur à minori,
125 aut negetur ab vtriq; ipsorum: ꝙ si negetur à maiori, et insit minori, hoc non est posibile, qm̃ cùm inuenitur prædicatum subiectum, hoc est toti ipsi, fieri nõ potest, vt inueniatur aliquid, quod negetur à toto ipso prædicato, & prædicetur de toto subiecto: & si inuenitur aliquid negatum ab utroq; eorum, aut quod negetur à subiecto, & ipsi insit prædicatum, erit utriq; posibile. Plane aũt, ꝙ terminus, qui est cum hac dispositione, non potest monstrari ineſſe alicui omni, cũ fuerit non proportionatus, cũ vero maior terminus fuerit i omni medio, & medius negetur ab omni minore, hoc vtriq; non
126 erit posibile: quemadmodum si A ineſt omni C, & C ineſt nulli B, & A ineſt omni B, necesse est ambas propositiones esse falsas: qm̃ ex huiuscemodi duabus propositionibus non potest concludi conclusio falsa negatiua, nisi cũ verterimus ambas propositiones veras simul, hoc est, cũ posuerimus affirmatiuam negatiuam, & negatiuam affirmatiuam: qm̃ aliter non erit syllis concludens in prima figura. quemadmodum, si accipiamus A de nullo C, et C de nullo B, & concludamus ꝙ A de nullo B, quæ est negatiua vniuersalis falsa ex binis propositionibus ambabus falsis. Cumq; à medio termino negata fuerit maior extremitas, & maior fuerit in minore, quemadmodum si A negaretur ab omni C, propositio enim A C negatiua erit vera, & propositio C B affirmatiua erit falsa: qm̃ ipsa accipitur affirmatiua & est negatiua: si enim esset vera ex eo ꝙ accipitur affirmatiua, oporteret cõclusionem esse negatiuam veram: sed iam posuimus ipsam affirmatiuam: & propterea quod sequitur, cũ fuerit terminus medius non proportionatus, & negatus ab extremitate maiore, illud est, vt sit negatus
126 ab extremitate minore, quemadmodum diximus. Cũ vero extiterit error iste in secunda figura, fieri non potest, vt sint ambæ propositiones falsæ in totum: qm̃, cùm A fuerit in omni B, nõ poterit medius inueniri, qui affirmetur de vno eorum omni, & negetur ab omni altero: si enim hoc ita eẽt, negaretur A ab omni B, quemadmodum diximus in præcedẽtibus. Quòd si fuerit vna dua-
127 rum propositionum falsa, vtrauis ipsarum extiterit, erit vtriq; posibile. quemadmodum, si C ineſſet omni A, & omni B, cũ aliquis acceperit C ineſſe omni A, cũ non insit alicui B: cõcludetur ꝙ A non ineſt alicui B, per duas propositiões, quarum vna est falsa, & ipsa est negatiua, & secunda vera, & ipsa est affirmatiua: & consimiliter accidet, si sumpserit rem è contrario, hoc est, vt accipiat C nõ ineſſe alicui A, & ineſſe omni B. Quòd si falsa fue-
128 rit particularis, fieri iam poterit, vt sint falsę simul: quẽadmodum si C esset in aliquo A, & in aliquo B. Iam ve-
129 ro declaratũ est, qũo accidet error in negatiua in figura prima ac secunda, & cum hoc fm quam dispositionem veritatis & falsitatis erũt propositiones, & si error, qui

accidit

accidit in affirmatiua vniuerſali, accidet cõſimiliter ẽt, cũ fuerit medius proportionatus, & cũ fuerit conſimiliter etiam non proportionatus. Si enim fuerit propor
130 tionatus fieri non poterit, vt ſint ambæ propoſitiones falſæ, propterea q̃ ſequitur ex neceſſitate, vt propoſitio B C, quæ concludit ueritatem, ſit affirmatiua, & propoſitio A C negatiua: cũ enim reſoluitur vna ipſarum, & ſeruatur, cũ fuerit ſyllſus concludens, diſſipabitur vtiq; negatiua tantum: & ad ſimilitudinem huius accidet, cũ
131 fuerit medius terminus propinquus, pportionato, quẽ admodũ imaginati ſumus de errore, qui accidit in negatiua vniuerſali, cũ accidit A nõ ineſſe alicui C, & q̃ iſte omni B: ſi enim non fuerit ſyllſs per medium proportionatum, igitur, cũ A fuerit in omni C, non erit in aliquo B, propoſitio nanque A C erit vera, & propoſitio q̃ B falſa, ipſa enim eſt, quæ conuertitur affirmatiua: ſi vero A nõ ſit in aliquo C, & C non ſit in aliquo B, ambæ enim propoſitiones retrocedẽt à negatione ad affirmationem, & erunt ambæ falſæ, & concludent affirmatiuam falſam:
132 ſin autem A negatum fuerit ab omni C, & C inſit oĩ B, & ſit medium non proportionatum, falſa in ipſo, quemadmodum diximus, eſt maior, ipſa enim ea eſt, quæ conuertitur. veluti, ſi aliquis accipiat, q̃ omnis muſica eſt ſcientia: & oĩs ſcientia eſt aſal: & cõcludamus q̃ omnis muſica eſt aſal. Exẽplum vero, cùm medius terminus negatur ab vtriſque extremitatibus ex materijs, eſt, ſi quiſpiam diceret, homo eſt lapis: & oĩs lapis gallus: igit
133 omnis lapis gallus. Iam igitur declaratum fuit ex hoc ſermone, qũo accidet error in ſyllõ veræ figuræ p propoſitiones immediatas, & per propoſitiones mediatas, & ſm quot modos accidet, & per quas conditiones, &
134 per quę propria accidet. Dixit: Videtur autem, q̃ cui defecerit ſenſus aliquis, eidẽ deficiat aliqua ſcientiarum: propterea q̃ oẽ, quod cognoſcit, cognoſcit ex neceſſitate p inductionẽ, aut p demonſtrationẽ, & ſiqdẽ p demõſtrationẽ erit ex propoſitionibus vniuerſalib⁹: ſin aũt p inductionem, erit ex rebus particularibus, & ad cognoſcendas propoſitiones vniuerſales non habemus viam niſi per inductionem: & hoc, cũ aliquis ſollicitus fuerit in monſtranda veritate propoſitionis vniuerſalis, quæ
40 per intellectum accipitur, quæq; abſoluitur à materijs, mõſtrabit vtiq; ipſius veritatem per inductionem: ſiue monſtret ipſam per monſtrationem abſoluta, cũ exuerit ex ijs, quæ cõſueuerunt eſſe abſtracta à materijs, quemadmodum propoſitiones mathematicæ: ſiue approximauerit ipſam materiæ alicui, cũ fuerit ex ijs, quę dicimus, cõſueuerunt eſſe in aliqua materia: cũ enim ita fuerit, vt deficiat ipſi ſenſus aliquis, non habebit viam, qua inducat ſenſibile huius ſenſus: cũ vero non habuerimus viã, qua cognoſcamus ſenſibile iſtius ſenſus par
50 ticulare, non habebimus viam ad cognoſcendas propoſitiones vniuerſales, non habebimus viam ad cognoſcendas propoſitiones vniuerſales, quę ſunt in hoc genere: cumq; non habuerimus viam ad cognoſcendas propoſitiones vniuerſales, non habebimus viam ad aliquid demonſtrandum in hoc genere: ſi igitur defecerit ſenſus aliquis, de
135 ficiet & ſcientia aliqua. Omnis vero ſyllogiſmus conſtituitur per ſe ex tribus terminis, quemadmodum declaratum fuit in libro Syllogiſmi: ſi enim fuerit ſyllſs affirmatiuus, hoc eſt concludens affirmatiuam, prædicabuntur termini tres affirmatiue de ſe inuicem, hoc eſt
60 primus de medio, & medius de vltimo: ſin autem extiterit ſyllſs negatiuus, hoc eſt concludens negatiuã, prædicabitur vnus duorum terminorum affirmatiue, & alter negatiue: & hoc totum declaratum fuit in libro Syl
136 logiſmi, quod cũ ita ſit, igitur in ſyllõ habente propoſitiones probabiles, qui eſt ſyllſs dialecticus, propoſitiones non habebunt aliam conditionem, niſi vt ſint probabiles tantum, ſiue fuerint in ipſis conditiones propo
137 ſitionum ueratum, ſiue non extiterint: ſed in ſyllogiſmis demonſtratiui propoſitionibus oportet eam conditionem ponere cũ reliquis, quam commemorauimus: vt non ſit prædicatio terminorum de ſeinuicem per modum accidentis, hoc eſt ſm aliud, q̃ quod naturaliter conſueuit eſſe, quemadmodum ſi prædicaretur homo de albo: hoc eſt, ſi poneretur album ſubiectum in enuntiatione & homo prædicatũ, & diceretur q̃ omne album eſt homo: & hoc, qm̃ album ſm naturã eſt prædicatum de homine: qm̃ ipſum ineſt homini, & homo eſt ſubiectum ſm naturã: cumq; res ita fuerit hoc eſt, q̃ ſint aliqua ſubiecta ſm naturam & prædicata ſm naturam, 138
oportet vt conſideremus, cũ inuenerimus aliqd, quod eſt ſubiectum tantum alicui ſm naturam, & nõ eſt prædicatum de re alia, quemadmodum indiuiduũ ſubſtantiæ, & aliquid prædicatur de ipſo ſm conſuetudinẽ naturalem, & primo fuit ſubiectum rei alij, & hoc prædicatum tertium ſubiectum prædicato quarto, an perueniat ad finem additamentum hoc, & ſurſum aſcenſus in huiuſcemodi negotio, quod eſt ãm naturã & eſſentiã, vſquequo deueniat aſcendẽdo ad prædicatum primũ, quod nõ eſt ſubiectum rei alij: an vero hoc procedet in infinitum: & conſideremus conſimiliter etiã; cùm inue
139 nerimus prędicatum primum: hoc eſt, de quo nõ prędicatur ſm naturã res alia penitus, et ſubiectum vtiq; prędicati primi, prædicatur de ſubiecto ſecundo, & ſecundum de tertio, an fieri poſsit conſimiliter etiã in huiuſce modi deſectũ, & declinatione deorſum vt perueniat ad ſubiectum primum, an procedet hoc in infinitũ. Differentia vero inter hæc duo eſt, qm̃ in priori quærimus,
30 an de ſubiecto primo prædicent inter ſe prædicata infinita, quemadmodum ſi de B prædicaretur C, & de C D, & de D, E, ſi hoc ſtabit: in ſecundo aũt inueſtigamus, an prædicatum primũ habeat ſubiecta infinita, quę ſibiin uicem ſubĳciantur, an deuentat res ad ſubiectũ primũ, quod non habeat ſubiectum aliud, quemadmodũ ſi eſſet A prædicatum primum, de quo nõ prædicaretur aliquid: & ipſum prædicaretur de B, & B de C, & C de D.
Deinde operepręcium eſt, vt inquiramus conſimiliter 140
etiam, poſteaq̃ mõſtratũ fuit, q̃ extremi termini in de
40 monſtrationibus ſunt finiti, hoc eſt, q̃ oportet in ipſis inueniri prædicatũ primum & ſubiectum primum, an media inter ipſa ſint finita aut infinita: hoc eſt, q̃ inueniatur inter oẽs alios terminos ipſorum terminus medius, & inter hunc terminum terminus alius, & procedat hoc in infinitum: et ex inueſtigatione ſuper duobus quęſitis primis acquirimus, an quęſita ſint finita, an vero infinita. & ex hac tertia quęſtione habemus, an ſint hic propoſitiones immediatæ primę, quę nõ monſtrentur per alias: an vero in omni re ſit medium, ſuper quo
50 conſtituatur demonſtratio: quemadmodũ viſum fuit hoc illi antiquorum, de quo narrauimus: ſermo autẽ de 141
propoſitionibus negatiuis eſt hic idẽ ſermo: hoc eſt, an cùm fuerint termini cũ hac diſpoſitione, vt aliqui prædicẽtur affirmatiue & aliqui ipſorũ negatiue, an inquã prędicatio in huiuſcemodi terminis deueniat in finẽ ab vtriſq; extremitatibus, an vero nõ perueniat in finem: & ſi peruenit ad finẽ, an fieri poſsit, vt inter ambas extremitates ſint media infinita: vtilitas aũt quęſtionis ſu
per his rebus ex huiuſcemodi propoſitionibus: hoc eſt, quę ſunt cõpoſitæ ex affirmatione & negatione eſt eadem vtilitas, quę fuit in affirmatiuis tantum: hoc eſt, an inuentaę negatio immediata: & an ſint cognitiones per viam negationis finitæ. Scire autem debes, q̃ potentia iſtarum duarum quęſtionum in terminis conuertibilibus ad ſeinuicem eſt potentia eadẽ: hoc eſt, an ſint præ- 142
dicata finita, an vero infinita: quoniã prædicata ſunt † al. l. ſubiecta
thuius diſpoſitionis: q̃ prędicata in ipſis poſſunt redire ſubiecta: cumq; inuenerimus prædicato primo ſubiectum vltimum: inueniemus iam ſubiecto alicui primo prædicatũ

prædicatum vltimum, & econuerſo: quoniam fieri poteſt, vt ſit hoc prędicatũ primum ſubiectũ primum: et aſcendemus ab ipſo ad prędicatum vltimum, & ipſum eſt ſubiectum vltimũ: cumq; non inuenietur ſubiectũ vltimum, non inuenietur prędicatum vltimum, & cõſimiliter, cùm non inueniet prędicatum vltimum, non inuenietur ſubiectum vltimũ: ſiue extiterit cõuerſio ipſorum & prędicatio ipſorum vtrorunq; ſm conſuetudinem naturalem, ſi fuerint aliqua cum hac diſpoſitione, aut fuerit conuerſio ſecundum aliã conſuetudinẽ à naturali, quemadmodum ſubſtantia ſuper accidente: præ- 138
terq̃ q̃ ſi fuerit prędicatio ipſorum & conuerſio ipſorũ naturalis, nõ inuenietur ibi ſubiectum primũ, neq; prę
143 dicatum primum ſm naturã. Mõſtremus ergo primo, ſi extrema ſunt finita, q̃ media ex neceſſitate erunt finita: & dicamus, ſi fieri poſſet, vt extrema eſſent finita, hoc eſt exiſtentia in actu: & media inter ipſa in actu, nõ finita, q̃ proceſſus ab extremo ad extremum non eſſet poſsibilis: progreſſio nanq; inter ipſa eſſet vtiq; ſup me
20 diũs: cumq; fuerint media infinita, progreſſus ſuper ipſa non erit determinatus: cumq; fuerit vna duarum extremitatum infinita, altera extremitas non erit inuenta in actu, ſed iam poſitũ fuit inueniri in actu: quod fieri non poteſt, & nõ cohæret: & æquum eſt, ſiue ponamus media infinita inter aliqua media exiſtentia in actu inter duas extremitates exiſtentes in actu, ſiue inter omnia media exiſtẽtia in actu inter duas extremitates: quemadmodũ ſi eſſent binæ extremitates A, & B, & media inter ipſa C & D, ſiue igitur ponamus media iſta: quę ſunt infinita inter A & C, & inter C & D, & inter D & B, ſiue
144 poſuerimus inter duos terminos ipſorum cm̃: & ponamus reliqua non habere mediũ inter ſe: quemadmodũ ſi poneremus media infinita inter A & D tantum, & reli
† al. l. & qđ ſequitur per ſe
qua nõ habere mediũ. Quod ſequitur in hoc eſt vnũ, & idem † conſequens ex hoc in demonſtrationibus, & concludentibus affirmatiuas id, quod ſequitur per ſe in demonſtrationibus concludentibus negatiuas: hoc eſt, ſi fuerint extrema in ipſis determinata, q̃ et media erũt determinata finita: & hoc, qm̃ quemadmodũ declaratum fuit, cùm poſuerimus media prędicata ſm affirma- 40
tionẽ infinita inter duas extremitates inuenirĩ in actu: quorum vnũ prædicatur de altero affirmatiue propter prædicationem ſuã de iſtis mediĳs, quæ ſunt infinita: fieri non poteſt, vt ſint duæ extremitates, quarũ vna prędicatur de altera affirmatiue: cõſimiliter ſequitur res in duabus extremitatibus, quarum vna prædicatur negatiue propter terminos medios infinitos: & hoc, quoniã cùm aliquid negatur ab aliquo per medium, oportet, q̃ ſint ibi duæ propoſitiones: quarum vna eſt affirmatiua & altera negatiua: cumq; oportuerit eſſe propoſi- 50
tiones affirmatiuas immediatas, ſi non procedet res in affirmatiuis in infinitum, iam oportebit, vt ſit res in propoſitionibus negatiuis conſimiliter. vt in exemplo, ſi ponamus A negari à B, propter negationẽ ipſius à C, & quia B ineſt C, & negatur vtiq; à C, qm̃ negatur ab E, & E ineſt C, & ita in infinitum: quod cũ ita fuerit, non inuenietur A negari à B in aliquo tempore, niſi fieri poſſet, vt inuenirentur propoſitiones affirmatiuę infinitæ
145 inter duas extremitates determinatas, ſiue demonſtra-
146 tio negatiua, quæ eſt cũ hac diſpoſitione, componatur in p̃ma figura, aut in tertia, affirmatiua in hoc erit vna:
147 qm̃ iam declaratum fuit, q̃ oĩs ſyllſs non eſt abſq; propõne affirmatiua & vniuerſali, & conſiſt ſi fuerit demonſtratio, quæ eſt cũ hac diſpoſitione compoſita in pluribus figuris: compoſitum enim ex infinito eſt infi-
148 nitum per ſe ex neceſsitate. Cũ vero ſtabilitũ fuerit, q̃ extremitatibus exiſtẽtibus finitis media ſunt finita, oſtendamus, q̃ extremitates ſunt finitæ, & primo per ſyllos vſes veros, qui componuntur ex prædicatis non per ſe: deinde demonſtrabimus hoc in ſyllogiſmis appropriatis proportionatis, qui componuntur ex prędicatis eſſentialibus. Dicamus ergo, q̃ nihil prohibet, q̃ prædicata, quæ ſunt in ſyllogiſmis vniuerſalibus, aut accidentia ſubiectis ſuis, quæ ſunt in ueritate ſubiecta, aut 150
ſubſtantiæ ſubiectorum, quæ ſunt ſubſtantiæ, aut definitiones, aut partes definitionum, hoc eſt genera, aut differentiæ ſi fuerint definitiones, planum, q̃ erunt finitæ ex parte prędicationis, & cõſimiliter ſi fuerint partes definitionum: qm̃ ſi partes definitionum eſſent defi- 10
nitiones, procederet res in infinitum, & fieri nõ poſſet, vt conſiſteremus ſuper ĳs, ex quibus conſtituuntur reſtæ, quod fieri non poteſt. ſin autem ſiſtimus ſuper rebus propter definitiones earũ, iam oportet, vt ſint partes definitionum finitæ: & conſimiliter etiam non poteſt ſubiectum definitionum, aut partiũ definitionum habere ſubiectũ, hoc eſt definitiones, & procedere hoc in infinitum: qm̃ ſubiectum aut erit genus, aut ſpecies: & ſi fuerit genus, fieri non poteſt, vt non habeat ſpecię vltimam: ſpecies autem vltima cõpletur ad individua. 20
ſin autẽ fuerit ſpecies, prædicabitur vtiq; de individuo tantum: individuum autem non prædicatur de aliquo penitus ſm conſuetudinem naturalem, & hęc eſt diſpoſitio prædicatorũ eſſentialium, cũ fuerint definitiones, aut partes definitionum, hoc eſt genera, aut differẽtiæ.
Sin autem prædicata accidentia ſubiectis exiterint: 151
deſiſtimus cõſimiliter etiam per hunc modum à prędicatione, quæ eſt per viam accidentis: quemadmodum deſiſtit prędicatio à cõſuetudine naturali, & eſt in ſum- 30
ma prædicatio accidentis de accidente ex parte, qua prædicantur vtraq; de ſubſtantia ſm naturam, qua eſt ſubiectum accidẽtis: quemadmodum ſi prædicaremus de hoc albo, q̃ eſt bicubitum, aut de bicubito q̃ eſt relatiuum, aut aliquod ex alijs prædicamentis: bicubitum enim prædicatur de albo aliquo, qm̃ accidit illi, vt prædicetur de aliquo, de quo prædicatur album, quod eſt ſubſtantia eius, quod ſubĳcitur vtriſq;, ac ſi diceres, homo, aut trabes, & faceres in hoc prędicationem veram, & ſi non eſt eſſentialis, eſt prædicatio accidentis de 40
ſubſtantia, quemadmodum prædicatio ambulationis de homine: iam vero declaratum fuit, q̃ huiuſcemodi prædicata ſunt finita, & ſubiecta ipſorum finita: & hoc, qm̃ omne accidẽs, quod prædicatur, ex neceſsitate, aut prędicaẽ de ſubſtantia ex parte, qua eſt quale, aut quantum, & in ſumma vnum ex nouẽ prædicamentis: quod autem eſt cũ hac diſpoſitione deuenit ad finẽ ex neceſsitate ex parte, qua deueniunt ad finem prædicata ſubſtantialia, quæ ſunt ſubiecta ipſorũ: & hoc, cũ accipitur prædicatum prædicatum ſm naturam, & ſubiectum 50
ſubiectum ſm naturam, non per accidens. quemadmodum, ſi prædicaretur prędicamẽtum accidentis de alio prædicamento accidentis, eo q̃ prædicantur ſimul de ſubſtantia: de ſubſtantĳs vero in ſumma prædicaẽ vna 149
duarum rerum, hoc eſt prædicatione vera, aut res, quæ notificant eſſentiam, aut res, quæ ſunt vnum nouẽ prędicamentorum: unumquodq; autem generum aut ſpecierum exiſtentium in ſingulis prædicamentis deuenit ad finem, eo q̃ deuenimus in prædicamento ſubſtãtiæ, & ſpeciebus ſuis, quæ illis ſubĳcũtur, qm̃ non ſuentiun- 60
tur vniuerſalia niſi i rebus illis deſignatis: & propterea nõ eſt vtilitas hic in poſitione formarum: de quibus dixit Plato, an inueniantur: demonſtrationes nanq; ſunt de iſtis rebus, quæ ipſis deſignantur, non autem de ĳs formis abſtractis: cumq; hoc ſtabilitum fuerit, planum, q̃ aſcenſus in prædicatione, non poteſt progredi in infinitum in aliquo prædicamento, & conſimiliter deſcenſus deorſum: cumq; res ita fuerit, manifeſtum, q̃ omnis prædicatio vera eſt finita ex duobus modis ſimul, hoc eſt p̃dicati & ſubiecti: & iſte modus eſt vnus ex modis,

ex quibus

ex quibus monſtratur, ꝙ in omni ſyllo logico prędicatio completur ad propoſitiones immediatas: qm̃ oportet extremitates in ipſis eē determinatas. Modus aũt ſecundus eſt, ſi demonſtratio cõſtruitur ex propoſitionibus vniuerſalibus cõprehenſis in cõcluſione: hoc eſt, quæ ſunt altiores ipſa: & ea, quę ſciuntur per demõſtrationem, nõ poſſunt ſciri per aliud q̃ per demonſtrationem, neq; per aliud, quod ſit excellentius demõſtratione: ſequitur igitur, ſi omnis propoſitio, quæ accipitur in demonſtratione, indiget propoſitione altiore, ꝙ nõ inuenitur in aliquo cognitio per demonſtrationem, qm̃ exiſtentia eius, quod non habet finem non poteſt tranſire in actum, niſi aliquis poſuerit, ꝙ demonſtratio ſit ex propoſitionibus confeſsis, & poſitis, abſque eo, ꝙ monſtrentur in aliqua ſcientia: ſed hoc eſt impoſsibile.

153 Iam itaq; monſtratum fuit fieri non poſſe, vt ſyllogiſmus logicus ſit ex propoſitionibus infinitis: & intelligo per logicum ſyllm̃, cuius propoſitiones ſunt vniuerſales & verę abſq; eo, quòd ſint proportionatę, diſpoſitio quoq; ſyllogiſmi demõſtratiui proportionati, & eſt is, quẽ intendimus inueſtigare, iam fuit declarata, ꝙ oportet cõſimiliter etiam ipſum compleri ad propoſitiones immediatas: qm̃ eſt determinatarum extremitatum ex hoc ſermone: & hoc, qm̃ demonſtratio vtiq; eſt ex propoſitionibus eſſentialibus, quemadmodum ſupradictũ fuit: propoſitiones autem eſſentiales ſunt duarum ſpecierum, quarum vna eſt, vt prædicata ea ſint, ex qbus cõſtituatur natura ſubiectorum: hæc autem prędicata, aut ſunt definitiones ſubiectorum, aut partes definitionum. Species autem ſecunda eſt, vt prædicata accipiantus, in quorum definitionibus ſunt ſubiecta ſua ſm̃ ꝙ ſunt partes definitionum ſuarum, quemadmodum impar, quod prædicatur de numero, qui nõ eſt par: numerus enim accipitur in definitione numeri imparis & numeri paris. quod cũ ita ſit, manifeſtum eſt, ꝙ in ſpẽbus huiuſce prædicationis non eſt poſsibilis aſcenſus in infinitum: & hoc, qm̃ ſi iueniretur in impare aliquid, quod eſſet ad modum imparis reſpectu numeri: numerus. n. conſimiliter etiã acciperetur in definitione iſtius ſimul cum impare, & ſi inuenirentur prædicata cũ hac diſpoſitione in infinitum, fieri poſſet, vt inuenirentur in genere vno per ſe aliqua infinita in actu, quod eſt prohibitum, quod autem inuenitur in huiuſcemodi prędicatis, non vt procedat in infinitũ, ſed inuenitur in ipſis, ꝙ conuertantur: hoc eſt, ꝙ prædicęf magis vniuerſale de magis appropriato: & hoc, qm̃ ſecundum ex ipſis eſt magis appropriatum q̃ primum, & hoc qm̃ impar eſt magis appropriatũ q̃ numerus, & ſi fuerit aliquid aliud, quod ſe habuerit reſpectu imparis, quemadmodum ſe habet impar reſpectu numeri, ipſum erit magis appropriatum cõſimiliter etiam, q̃ impar: & propter hoc apparet itidem ex hoc modo, ꝙ non eſt poſsibilis aſcenſus in ipſis in infinitum: ſed complebitur res ad naturam
154 prædicati, quo non inuentur appropriatius. & conſimiliter etiam in prædicatis, quę accipiuntur in definitione ſubiectorum, non poteſt progredi res in infinitum: qm̃, ſi res ita ſe haberet, non haberemus viam ad cognoſcendas rerum definitiones: cũ igitur prædicata in demonſtratione ſint iſtarum duarum ſpecierum, tamq; declaratum fuerit de iſtis, ꝙ habent aſcenſum ſurſum determinatum, hoc eſt in prædicatione, & in proceſſu conſimiliter etiam deorſum terminantur, hoc eſt in poſitione ſub ſeinuicem: cumq; hoc ita fuerit, & declaratum fuerit antea ꝙ definitiones, quæ comprehenduntur inter hos duos terminos, ſunt finitæ, planum, ꝙ ſequitur ex hoc, vt ſint in demonſtrationibus propoſitiones primæ, quæ non habent demonſtrationem aliam, qm̃ non habent terminum medium, & non erit demonſtratio cadẽs ſuper omni re, & hoc eſt, quod narrauimus non-

nullos exiſtimaſſe. Iam igitur declaratum eſt, ꝙ in ambobus ſyllogiſmis, logico et demõſtratiuo, oportet eſſe propoſitiones immediatas notas per ſe non per alia.

Videtur autem, cũ fuerit aliquid vnum idem prędicatum de duobus eo, ꝙ prædicatur de aliquo vniuerſalis ipſis, ꝙ hoc non progrediatur in infinitum, hoc eſt, ꝙ prædicetur de hoc vniuerſali propter vniuerſale aliud ipſi inexiſtens: ſed hoc ſtabit, quemadmodum ſi prædicaretur de triangulo diuerſo laterum & æquilatero, ꝙ habent angulos æquales binis rectis, qm̃ vtraque ſunt triangulus, non ſequitur, ſi prædicatur æqualitas angulorum de trigulo propter rem vniuerſalem ipſi itidem inexiſtentem, vt hoc procedat in infinitum, hoc eſt, ꝙ inſit prædicatio iſtorum conſimiliter etiam huic magis vniuerſali propter vniuerſale aliud, & procedat hoc in infinitum: ſi enim hoc ita eſſet, exuerent propoſitiones naturales, quæ ponuntur in hac arte naturam generis, & inueniretur vniuerſalius ipſis duplicãdo in infinitũ.

Sed iam declaratum fuit non oportere propoſitiones exuere naturam generis ſubiecti, ſiue fuerit appropriatum, ſiue vniuerſale, quemadmodum declaratum fuit in ſuperioribus: & propterea fieri non poteſt, vt tranſferatur demonſtratio de arte in artem. Et propterea
156 oportet propoſitiones, quæ efficiuntur in demonſtra-
157 tionibus eẽ duarum ſpecierum, quarum ſpecies vna eſt
158 earum, quæ non habent medium, & hæ ſunt, quæ non conſueuerunt monſtrari per alias, & ſpecies alia eſt earum, quæ habent mediũ, & hæ ſunt, quæ conſueuerunt monſtrari per alias, iſtæ vero duæ propoſitionum ſpecies, inueniuntur in affirmatiuis & negatiuis, quemadmodum declaratum fuit. propoſitiones autem immediatæ eæ ſunt, quæ ſe habent reſpectu demonſtrationis per modum fundamẽtorum. & hoc, aut omnes, aut ex ipſis maiores: & propoſitio quidem immediata ea eſt, quæ abſolute eſt ſimplex: propoſitio autem habẽs medium eſt compoſita, & quemadmodũ in reliquis compoſitis deuenit res ad pricipia maxime ſimplicia, quẽ admodum deuenit melodia ad melodiam, quę eſt ſemitonium, & quemadmodũ deueniunt menſurę & pondera, ad pondera & menſuras, quibus non inueniuntur minora ſm̃ ſenſum: ita ſe habet res in principijs ſyllogiſmi, & elemẽta ſyllogiſmi ſunt propoſitiones immediatæ: medium autem cadit in propoſitionibus mediatis, 159 in affirmatiuis quidem inter duas extremitates, & hoc ſemper, qm̃ concluſiones vniuerſales affirmatiuæ concluduntur in prima figura tantũ: medium vero in propoſitionibus negatiuis cadet iter duas extremitates. & hoc, cũ fuerit negatiua vniuerſalis concluſa in prima figura, qm̃ propoſitio minor erit i ipſa affirmatiua: & ex hoc ſequetur ex neceſsitate, vt medius terminus inueniatur inter duas extremitates: in figura autem ſecũda medius terminus cadet extra maiorem extremitatem, ſed in tertia non cadet extra maiorem extremitatem.

Dixit: Cũ vero demonſtrationis alia ſit vniuerſalis & 160 alia particularis, & alia affirmatiua & alia negatiua, & alia recta & alia per viam impoſsibilis, oportet, vt cõſideremus vtra ſit reputatior demonſtrationum vniuerſalis, aut particularis, affirmatiua aut negatiua, recta an
161 quæ eſt per viã impoſsibilis: & incipiamus ex hoc ſpe-
culari de diſpoſitione demõſtrationis vniuerſalis et particularis, et dicamus, ꝙ nonnulli exiſtimauerunt demõſtrationem particularem meliorem eſſe vniuerſali: primum quidem, qm̃ exiſtimarunt, ꝙ qui nouit hunc eſſe muſicum, nouit hoc per ſe & ſine medio & hæc eſt cognitio particularis, qui vero nouit hunc eſſe muſicum, quia nouit hominẽ eſſe muſicũ, is nouit propter aliud, & hæc eſt cognitio vniuerſalis, cognitio autẽ de aliquo per ſe, eſt reputatior cognitione, quæ eſt de aliquo propter aliud, cognitio igitur particularis eſt reputatior cognitione

gnitione vniuerſali: dixerunt, & eodẽ pacto, qui nouit per demonſtrationem triangulum æquicrurem habere angulos æquales duobus rectis abſq; medio, quòd eſt trigulus, is eſt reputatior q̃ ille, qui nouit hoc de ipſo, propterea ꝙ eſt triangulus. Dixerunt amplius, qm̃ vni
162 uerſale nõ eſt aliquid extra ſingularia, demonſtratio de aliquo vniuerſali, cũ ipſum fuerit ſubiectum, faciet nos imaginari ꝙ ſit aliquid determinatũ præter indiuidua, demonſtratio autẽ de aliquo, quod nõ eſt cauſa erroris, eſt reputatior, q̃ quę eſt de aliquo, quod eſt cauſa erro-
163 ris. Dixerũt amplius, qm̃ oportet particulare magis exiſtere extra animã, q̃ vniuerſale, & demonſtratio de aliquo, quod magis exiſtit, eſt reputatior q̃ demõſtratio de aliquo, quod parum exiſtimatur exiſtere: iamq; apparet particulare magis exiſtere, q̃ vniuerſale, q enim conſtituunt huius exiſtentiã, conſtituunt vtiq; ipſam per particulare. Dixit: & iſtæ probationes omnes ſunt debiles, ſed ex ipſis probatio prima magis continet veritatem: & hoc, quoniam planum vtiq; eſt qm̃ cognoſcens hoc ineſſe huic ſic, quia eſt ipſi aſsignatũ, cognoſcit vtiq; ipſum per viam accidentis, non per modum, quo eſt, vt in exemplo, qui nouit habere angulos æquales duobus rectis ineſſe trigulo æquicruri, non trigulo abſolute, nouit vtiq; hoc nõ in eo quòd eſt quid, qui vero nouit hoc de trigulo abſolute, nouit vtiq; rẽ in eo quòd eſt quid: cumq; hoc ita ſit, cognitio de re vni
164 uerſali illuſtrior eſt cognitione particularis. Amplius, cùm vniuerſale ſit intentio vna, & nomen nõ ſit æquiuocum, intentio, qua ipſum eſt extra intellectũ, non eſt minor, q̃ exiſtentia particularium, ſed addit ipſorũ exiſtentiæ additamentum, quod eſt non eſſe corruptibile neq; generabile, indiuidua vero generabilia ſunt & corruptibilia, neq; ſequitur, cũ fuerit nomen vniuerſalis ſignificans intentionẽ vnam ſeparatã, vt exiſtimetur de hoc, ꝙ eſt aliquid exiſtens ſeparatum ab indiuiduis, & hoc, qm̃ quemadmodũ non exiſtimatur hoc de vniuerſalibus prædicamentorum accidentis, de vniuerſali albedinis & nigredinis, ita nõ oportet, vt exiſtimetur de vniuerſali ſubſtãtiæ. Amplius ſi quis exiſtimaret hoc de vniuerſali, defectus eſſet propter ipſum, nõ propter exiſtentiam vniuerſalis per ſe, & hæc eſt monſtratio cõ
165 tradictionis in eo, ꝙ errauerũt ſuper ipſo. Iam vero mõ
166 ſtrabit, ꝙ demonſtratio de re vniuerſali reputatior eſt, q̃ quę eſt de re particulari per probationes, quarũ vna eſt: quoniam illud, quod ſcitur per aliquid vertus in tradendo cauſam, eſt reputatius eo, quod ſcitur per aliqd, quod non eſt verum in tradendo cauſam, ſed vniuerſale eſt vertus in tradendo cauſam, cũ ſit illud, de quo prędicatur res per ſe, & ſit illud, in quo ſiſtitur quæſtio propter quid, ſm̃ ꝙ eſt cauſa vera. vt in exemplo, ſi quera-
167 mus, verbi gratia, propter quid triangulus habet angulos extrinſecos æquales quatuor rectis, & dicatur, qm̃ eſt æquicrus, dabitur in hoc cauſa diminuta, cũ ſit accidentalis & conſimiliter ſi dicatur, qm̃ eſt triangulus. ſi vero dixerimus, quoniã eſt figura rectilinea, illud erit, propter quod anguli extrinſeci ſunt cum hac diſpoſitione, iam enim tradita erit cauſa vera perfecta faciẽs poſſidere ſcientiam perfectam. Amplius, qm̃ particularia ſunt infinita, & infinita ſunt incomprehenſibilia & non cõtinentia, ſed vniuerſalia ſunt cõprehenſibilia per par-
168 ticularia, & cõtinentia ipſa: erit igitur demonſtratio de vniuerſalibus reputatior, q̃ demonſtratio de particulabus, quoniam demonſtratio de rebus, quarum cognitio eſt maior, ipſa eſt reputatior demonſtratione, quarum cognitio eſt minor, hoc eſt rerum particularium. Amplius demonſtratio, per quã cognoſcuntur duo, eſt reputatior, quàm demonſtratio, per quam cognoſcitur vnũ, ſed qui ſcit vniuerſale, ſcit etiã particulare propter vniuerſale in potẽtia propinqua, qui vero ſcit particulare, non ſcit propter ipſum vniuerſale, neq; in potẽtia propinqua, neq; longinqua. Præterea, qm̃ ex termi-
169 no medio, qui eſt ex cauſa vniuerſali alta, eſt demonſtratio, ad quam completur inquiſitio ſuper cauſa iſtius rei, & ſatisfacit deſiderio naturali: cumq; demonſtratio magis vniuerſalis ſit reputatior ea, quæ eſt minus vniuerſalis per exiſtimationẽ ſcientiæ cauſæ, igitur demõſtratio, quæ eſt de vniuerſali, eſt reputatior ea, quæ eſt de particulariter hoc, qm̃ ſi eſt demõſtratio reputatior,
170 oportebit cõcluſionẽ, quę eſt cùm hac diſpoſitione eſſe reputatiorem. Dixit: Hi igitur ſunt ſermones, per quos monſtrari poteſt ſcientiam de vniuerſali reputatiorem eſſe ea, quę eſt de particulari, præterq̃ ꝙ ex his ſermonibus, quos diſputauimus, eſt aliquid procedẽs modo ſermonum logicorũ, hoc eſt dialecticorum: id enim vnum eſt ex ijs, quæ intelligimus p logicos. Atqui ex ijs oportet vt conſiſtamus in eo, ꝙ vniuerſale matorẽ habet exiſtimationem ſcientiæ, q̃ particulare, quoniam qui habet ſcientiã de re in vniuerſali habet ſcientiam de particulari in potentia, qui vero habet ſcientiam de re particulari non habet ſcientiam de vniuerſali penitus, neq; per aliquem modum, hoc eſt, neq; in potentia, neq; in actu: & hæc eſt ſumma omnis illius quod dixit de eo, ꝙ demonſtratio vniuerſalis eſt reputatior particulari.

Quòd autem demõſtratio affirmatiua ſit reputatior 171 vniuerſali negatiua declarabimus conſimiliter etiã per modos, quorum vnus eſt: qm̃ demonſtratio, quę procedit ſuper propoſitionibus paucis in capitulo quãtitatis, aut capitulo qualitatis, hoc eſt ſimplicibus, ipſa eſt reputatior q̃ demonſtratio, quæ procedit ſuper propoſitionibus pluribus in duobus capitulis ſimul, aut in vno ipſorum, demonſtratio aũt affirmatiua & negatiua conſentiunt ſimul in eo, ꝙ cõponuntur ex tribus terminis, præterq̃ ꝙ affirmatiua componitur ex duabus propoſitionibus, quæ ſunt de vna ſpecie, hoc eſt affirmatiuis, negatiua vero componitur ex duabus propoſitionibus duarum ſpecierũ, hoc eſt, quarum vna eſt affirmatiua, & altera negatiua, igitur demonſtratio affirmatiua reputatior eſt demonſtratione negatiua: ꝙ autẽ demonſtratio quæ cõponitur ex propoſitionibus paucioribus in capitulo quãtitatis, aut qualitatis ipſa eſt reputatior, hoc monſtratur ex eo, ꝙ demonſtratio, quæ cõponitur ex propoſitionibus, quarum ſcientia eſt propinqua de primis cognitis ad concluſionẽ, eſt reputatior demonſtratione, quæ componitur ex propoſitionibus, quarũ ſcientia ad cõcluſionem ſuam eſt longinquior à primis cognitis ſm̃ naturam: & ad huius ſimilitudinẽ videtur, ꝙ ſe habeat res, cũ componatur ex propoſitionibus habentibus ſpecies in cognitione, hoc eſt, ꝙ ſit vna ipſarũ notior altera, quemadmodum affirmatiua et negatiua, cognitio enim affirmatiuę eſt maior q̃ negatiuę, & qm̃ demonſtratio negatiua componitur ex duabus propoſitionibus, quarum vna eſt minoris cognitionis q̃ altera, affirmatiua vero componitur ex duabus propoſitionibus, quarum vna eſt æqualis alteri propoſitioni, propoſito autẽ vna in demonſtratione negatiua eſt minor in cognitione, q̃ altera notior ipſa, ſequit, vt ſit demonſtratio affirmatiua notior demonſtratione negatiua: & veriſimile eſt, ꝙ demõſtratio ſimplex ſit reputatior in ſumma, q̃ compoſita: cumq; cõplicatur in demonſtratione ſimplicitas propter qualitatẽ, et quantitatem, erit reputatior, q̃ demonſtratio, quæ ſit ſimplex ex parte quantitatis tm̃: & hoc, quoniam demonſtratio ſimplex ex parte quantitatis eſt vtiq; ex tribus terminis tantũ: & veriſimile eſt, ꝙ hoc ſit illud, quod intendit Ariſt. in 172
hoc trac. Amplius, qm̃ concluſiones affirmatiuæ monſtrantur ex duabus propoſitionibus affirmatiuis, negatiuę autẽ monſtrantur ex duabus propoſitionibus, qua-

ſum vna eſt negatiua & altera affirmatiua, & affirmati
173 ua eſt reputatior. Amplius, cùm ſyllogiſmus negatiuus magnificatur, hoc eſt, additur in ipſo terminus medius inter duos terminos, quouſq; habuerit terminos mul tos, ſequitur vtiq;, q in ipſo multiplicẽtur affirmatiuæ; in negatiuis vero non erit niſi negatiua vna. vt in exem plo, ſi A non inſit alicui B, & B inſit omni C, cùmq; opus fuerit augumento duarum propoſitionum, oportet vt ponamus inter A & B terminum medium aut inter B & C conſimiliter, & ſit terminus medius, qui eſt inter A & B, & inter B & C G: planum enim q; erunt in hoc ſyllogiſ mo tres affirmatiuæ, & negatiua vna, & hoc, qm̃ A erit de nullo E, & E de omni B, & B de omni C: & conſimili ter, ſi duplicabuntur media, addẽtur affirmatiuę & de relinquetur negatiua vna tantum: quod cùm ita ſit, af firmatiuæ ſunt cauſa, q; negatiua concludat, & affirma tiua quidem non indiget negatiua, vt concludat, ſed ne gatiua indiget affirmatiua: ſed cùm fuerit ſyllogiſmus compoſitus, indigebit plus q; affirmatiua vna. Et omne
174 ne id, quod ita ſe habet, vt ipſo opus ſit ad monſtrandũ aliquid aliud, ipſum nõ eſt notum: affirmatio igitur in ſumma eſt notior negatiua, & demonſtratio, cuius con cluſio & propoſitiones ſunt notiores ipſa, eſt notior, & notum eſt reputatius: tam enim monſtratum fuit, q; af firmatiua eſt notior negatiua ex eo, q; negatiua vtiq; intelligitur per relationem ad affirmatiuam, & affir matiua non intelligitur per relationem ad negatiuam:
175 hæc. n. eſt diſpoſitio priuationis cum exiſtentia. Am plius qm̃ affirmatiua ſignificat ſuper exiſtentia, negati ua vero ſuper priuatione, ſed exiſtentia eſt prior & re putatior priuatione, & demõſtratio, cuius propoſitio nes ſunt priores & digniores, ipſa eſt dignior & prior. Amplius demonſtratio affirmatiua eſt prior ſm natu rã negatiua, qm̃ cùm ſuſtuleris propoſitionem affirma tiuam, non erit ibi cõcluſio negatiua, cumq; fuerit pro poſitio affirmatiua, non oportet, vt ſit concluſio negа tiua: & demonſtratio, quæ componitur ex propoſitio nibus prioribus ſm naturam eſt excellentior demon ſtratione, quæ componitur ex propoſitionibus poſte
176 rioribus ſm naturam. Et qm̃ iam monſtratum fuit, q; demonſtratio affirmatiua recta eſt reputatior demon ſtratione negatiua recta, planum eſt, qm̃ cùm mõſtra tum fuerit, q; demonſtratio recta negatiua reputatior eſt demonſtratione deducente ad impoſsibile affirma tiua, monſtratum eſt, q; demonſtratio recta in ſumma eſt reputatior deducente ad impoſsibile. ponamus igit primum, quòd forma ſyllogiſmi recti negatiui eſt hæc, vt ſit A, exempli gratia, nõ inexiſtens alicui B, & B inexi ſtens C. ſequitur enim ex hoc, q; A, exempli gratia, non inſit alicui C. Cũ autem voluerimus monſtrare conclu ſionem iſtam per ſyllm ad impoſsibile, oportebit vtiq; nos accipere contradictorium concluſionis, aut contrа rium, quod eſt A ineſſe omni C, & complicabimus cum eo propoſitionem indubitatæ veritatis, quæ eſt, exem pli gratia, B ineſſe omni C, & ponemus cõcludi ex ipſis impoſsibile, quod eſt, A ineſſe alicui C, quod tñ non ineſt ipſi, et termini in ambabus demõſtrationibus ſunt vni, quemadmodum prædictum fuit. Differũt aũt inter ſe, qm̃ cùm negatiua maior vniuerſalis fuerit apud nos no tior cõcluſione, complicabimus ſyllm rectum: quem admodũ, ſi hoc, quod dicimus, A non ineſſe alicui B, fue rit notius, q; hoc, quod dicimus, A non ineſſe alicui C, cũ vero exiterit concluſio negatiua vniuerſalis apud nos notior maiore negatiua, complicabimus ſyllm ad im poſsibile, cũ poſuerimus contradictorium ipſius, & ap plicuerimus illi veram, & colligetur ex hoc falſum ma niſeſtæ falſitatis. In ſyllo igitur ad impoſsibile, nõ conuenit, q; ſit concluſio notior apud nos propoſitione ma iore, cuius concluſiones ſunt ſm naturam, hoc eſt pro

poſitiones comprehenſę in concluſionibus: quod cũ ita ſit, ſylls rectus eſt, qui concludit occultius ſm naturam ex notiori ſm naturam: ſyllſ autem ad impoſsibile con cludit ex notiori apud nos, non ex notiori ſm naturam: & q; concludit ex notiori ſm naturã, ipſum eſt reputa tius. Amplius, qm̃ concluſio eſt ſm naturam ſuam 177 prior ambabus propoſitionibus, quarũ vnius propor tio ad alteram eſt, quemadmodum proportio totius ad partem, ſm q; declaratum fuit libro Syllogiſmi, & hic eſt ſyllogiſmus rectus: ſyllogiſmi vero ad impoſsibile propoſitiones non habent hanc diſpoſitionem: ipſe. n. componitur ex prædicatiuo & conditionali, quemad modum declaratum fuit. ſyllogiſmꝰ itaq; rectus is eſt, qui erit ſm naturam, & non ſm viam artificialem, ſed ſyllſ deducens ad impoſsibile eſt minimus ex ijs, quæ facit cogitatio ſm naturam, ſed facit ipſum per artẽ: de monſtratio itaq;, quæ eſt ex compoſitione naturali & propoſitionibus notioribus ſm naturam concluſione, ipſa eſt reputatior: cũ vero demõſtratio recta negatiua
178 ſit reputatior affirmatiua ducẽte ad impoſsibile, igitur reputatior erit negatiua ad impoſsibile, cumq; demon ſtratio affirmatiua recta ſit reputatior negatiua recta, ipſa erit reputatior deducente ad impoſsibile ſimplicit.

Dixit: Scientiæ vero habent inter ſe exiſtimationem 178
in inductione ſcientiæ et veritatis de aliquo, ita vt ſcien tia ſit validior ſcientia propter tres cauſas, quarum vna eſt, quoniam ſcientia, quæ monſtrat aliquod eſſe per ſuam cauſam, ipſa validior eſt ea, quæ monſtrat id per aliquid poſterius: ſecunda, quontã ſcientia, cuius ſubie ctum valde abſoluitur à materia, ipſa eſt nobilior ſcien tia, cuius ſubiectum nõ valde abſoluitur à materia, qm̃ materia eſt cauſa quædam per accidens faciens errare in ſcientijs, & propter ea computatiua eſt validior, q demonſtrationes ſcientię Melodiarum: tertia vero, qm̃ ſcięt̃ia, cuius principia ſubiecta ſunt ſimpliciora, habet demonſtrationes validiores q ſcientia, cuius principia ſubiecta ſunt compoſita ex hac intẽtione, et intentione ſimplici, & intentione ipſi ſuperaddita. vt in exemplo, ſcientia Computatiua cũ ſcięt̃ia Geometriæ, quoniam principium Cõputatiuę eſt vnitas, ſed principiũ Men ſurarum eſt punctus, & vnitas quidem eſt ſubſtantia non diuiſibilis non habens ſitum, punctus uero eſt ſub ſtantia non diuiſibilis habens ſitum: punctus igitur di minuitur in ſimplicitate ab vnitate. Dixit: Scientiæ 179
autem diuerſæ ſunt, quorum principia prima ſunt di uerſa, et ſubiecta ipſarum diuerſa: apparet autem, quòd oportet ſcientias diuerſas habere principia diuerſa ex eo, quoniam cũ reſoluuntur principia, quæ pertractanť in vnaquaq; ſcientia ad principia prima, quæ non ſunt nota per demonſtrationem in hac ſcientia, inuenіuntur diuerſa, qm̃ oportet principia prima in omni demõſtra tione eſſe appropriata ſm naturam ſubiecti huic ſcięt̃ę per ſe, qm̃ oportet propoſitiones demõſtrationis eſſe p ſe proportionatas ſm id, quod præceſſit. Dixit: Fieri 180
autem poteſt, vt ſciatur per demonſtrationem quæſitũ vnum & idem in arte vna & eadem per demonſtratio nes multas, hoc eſt per terminos medios diuerſos, et nõ accidet hoc in eo, q; termini medĳ poſiti ſint ſub ſcientu cem, ſed abſq; eo, q; fuerint poſiti ſub ſcinuicẽ. quemad modum ſi adduceretur demonſtratio, q; oẽ ſuſcipiens delectationem variatur per medium, motum, & p me dium ſuſcipiens quietem: complicabitur. n. demõſtra tio una hunc in modum, oẽ ſuſcipiens delectationẽ mo uetur: & oẽ quod mouetur variatur: igitur oẽ ſuſcipiẽs delectationem variatur. ſyllſ vero ſecundus ita cõpo nitur, omne ſuſcipiens delectationem ſuſcipit quietem: & omne ſuſcipiẽs quietem ſuſcipit variationem: igitur omne ſuſcipiens delectationem ſuſcipit variationem. variatio igitur, quod eſt vnum & idem, monſtratur de

re vna

ę vna & eadem in ãrte vna per duos terminos me dios, quorum vnus non ponitur ſub altero: & cũ fuerit vnus terminorum mediorum prædicatus de altero, pla
181 num, q; erunt ex ipſis duæ demõſtrationes de re vna, poſteaq̃ ipſi inſunt ſimul ſubiecto vni. quemadmodũ, ſi monſtraremus, q; homo variatur per medium, quod eſt animal, & per mediũ, quod eſt rationale. Dixit: De ijs vero, quæ innouantur per accidens & ſm minus, nõ erit demonſtratio, quoniam quod innouatur per acci dens non eſt ex ijs, quæ inueniũtur ex neceſsitate, neq; ex ijs, quæ inueniuntur vt plurimum: demonſtratio au tem eſt in his duabus naturis, hoc eſt neceſsaria, & poſ ſibili vt multum, qm̃ omnis demonſtrationis propoſi tiones aut ſunt neceſſariæ, quemadmodum præceſſit, aut ſunt conſuetæ vt multum, & concluſio quidẽ conſe quens ex propoſitionibus neceſſarijs eſt neceſſaria, & conſequens ex propoſitionibus vt multum, eſt vt mul
182 tum. Dixit: Non eſt autẽ via conſimiliter etiam, vt de ueniamus ad ſcientiam per demonſtrationem ex ſenſu, & hoc, quoniam ſenſus vtiq; conſequitur ſingularia de terminata tempore & loco: ſed ſcientia per demonſtra tionem eſt vtiq; de re vniuerſali & ſm diſpoſitionẽ vni uerſalem, ſed intẽtio vniuerſalis eſt in omni individuo & omni tempore: & propter hoc, ſi ſentiremus, exem pli gratia, q; hic triangulus habet angulos æquales duo bus rectis, non eſſet hic ſenſus id, quo accidit nobis, q; omnis triangulus habeat angulos æquales duobus re ctis, quoniam ſenſus vtiq; eſt de triangulo hoc particu lari ſignato, ſed ſcięt̃ia eſt de triãgulo vniuerſali: & pro pter hanc eandem cauſam, ſi fieri poſſet, vt eſſemus ſu pra locum lunæ ita, vt videremus defectum ipſius per conſtitutionem terę inter ipſam & ſolẽ, non aſſequere mur ex hoc ſigno ſcientiam per cauſam ſui defectus: & hoc, quontã ſcientia per cauſam prouenit vtiq; per mo dum rei vniuerſalis, & ſenſus nõ aſſequitur vniuerſale, quod eſt, omnis defectus lunæ cauſam eſſe conſtitutio nem terræ inter ipſam & ſolem, ſenſus aũt, licet non aſ ſequatur intentionem vniuerſalem, aſſequitur tamẽ ip ſam intellectus propter permutationẽ ſenſus ſingularis multis vicibus, quouſq; cõponatur ex iſta permutatio
183 ne in anima intẽtio vniuerſalis. Monſtratur aũt ex hoc q; vniuerſale eſt dignius particulari, qm̃ eſt cauſa pro pinqua, vt cadat ſcientia in nobis: & ipſum cõſimiliter etiam dignius eſt formationibus ſeparatis, hoc eſt abſo lutis à cauſis ſuis: non enim omnis formatio abſoluta à cauſa deficit, niſi in eo quod habet cauſam, in primis enim, quę nõ habent cauſas, res ſe habet in contrarium huius: tamq; declaratum eſt, q; illud, quod aſſequimur per ſenſum, & illud, quod aſſequimur per demõſtratio nem, nõ eſt vnum, niſi per deum cupiat aliquis vocare ſcientiam per demõſtrationẽ ſenſationẽ: ſed propterea q; ſenſatio eſt principium intẽtionis vniuerſalis, accidit nobis, vt ignoremus multa propter defectum ſenſatio nis, q̃ eſt in ipſis: & ſi ſentiremus ipſa, ſciremus per ſcien tiam primam, neq; oporteret nos cõtituere ſuper ipſis demonſtrationem, neq; eſſemus ſtudioſi de ipſis. vt in exẽplo, ſi ſentiremus, q; in vitro ſunt foramina, per quę tranſit radius, tam vtiq; exiſtimaremus, q; illuminatio eſt hunc in modum, quemadmodum exiſtimauerunt nonnulliet ſi ſentiremus, eſſet hoc cognitum nobis per ſe, & trãſiret intellectus ab hoc ſenſibili ad cauſam vni uerſalem in hoc: & propterea diximus, q; cui deficit ſen
184 ſus aliquis, eidem deficit aliquod genus ſcientię. Dixit: Fieri autem non poteſt, vt propoſitiones omnium ſpe cierum ſyllogiſmorum ſint vnæ eędem. primo quidẽ, cùm ponimus ſpeculationem noſtram in hoc ſm viam logicam & intentionem vniuerſalem, ſecundo autem, cùm ponimus ſpeculationẽ noſtram in hoc ſpeculatio nem appropriatam. Si per viam quidem logices, planũ

q; omnis ſyllogiſmus aut concludit concluſionem fal ſam, aut veram; quodq; concluſio vera erit vtiq; per ſe ex propoſitionibus veris, & falſa ex ꝓpoſitionibus fal ſis: cùmq; in omni ſyllogiſmo propoſitiones ſint aut veræ, aut falſæ, planum q; fieri non poteſt, vt propoſi tiones veræ & falſæ ſint eędem, ergo nõ ſunt omnis ſyl logiſmi propoſitiones vnæ: iam igitur declaratum eſt, 185
q; ſyllogiſmi, quorum propoſitiones ſunt falſæ, nõ poſ ſunt habere propoſitiones vnas, concluſiones enim fal ſæ ſunt contrariæ: & contraria non poſſunt concludi ni ſi ex propoſitionibus contrarijs, & ſi non, poſsibile eſt, vt inueniantur duo contraria vnius: fieri autem non po teſt, vt inueniatur ſyllogiſmus vnus & idem, q; homo eſt equus, & q; homo eſt bos, aut q; concludat, q; æqua le eſt paruum & magnum: ſequitur enim ex neceſsita te, q; varientur ſyllogiſmi concludentes huiuſcemodi propoſitiones: cumq; variantur ſyllogiſmi, variabun tur vtiq; & principia ipſorum: iamq; monſtratum fuit, 186
q; principia ſyllogiſmorum verorum nõ ſunt vna & ea dem ex diſpoſitionibus ſubſtantialibus ipſis: & hæc eſt monſtratio appropriata, quæ intenditur ad hunc mo dum, & hoc, quoniam oportet vt principia, quæ inue niuntur in generibus diuerſis ſecundum naturam non poſita ſub ſemuicem, ſint & ipſa cõſimiliter diuerſa per ſe. vt in exemplo, quoniam vnitates ſunt diuerſæ ſecun dum naturam à punctis, propterea q; vnitates non ha bent ſitum, ſed puncta habent ſitum, ſequitur ex neceſ ſitate, vt demonſtrationes, quę ſunt ſuper vno duorum generum iſtorũ, ſint diuerſæ à demonſtrationibus, quę conſtituuntur ſuper altero genere: quoniam, ſi conſen tiunt, nihil prohibet, quin ſit conſenſus in eo, q; aliquid ex ipſis ſit in ſcientia vna per ſe poſitum in ſcientia ſecũ da, ſiue terminus medius ſit inter duos terminos, ſiue ſubĳciatur alicui, aut prædicetur de aliquo ex eo, quod eſt in hoc de ſcięt̃ia altera, hoc eſt aut extremitas maior aut minor: & hoc, ſiue conueniat ſitus ipſius in duabus ſcięt̃ijs ſimul, ſiue diuerſificetur: quemadmodum ſi ſit in vna ipſarum terminus medius, & non extremitas, et in altera extremitas maior, aut econuerſo. Planũ enim q; punctus nõ erit terminus medius in ſyllogiſmo com putatiuo, neq; extremitas maior, neq; minor, neq; per modum conſenſus, neq; per modum diuerſificationis, quemadmodum q; ſit terminus medius in ſcięt̃ia com putatiua & Geometria ſimul, aut q; ſit terminus mi nor in vna ipſarum & medius in altera, ſed appropria tur vni duorum ſyllogiſmorum tantum: et hoc, quoniã quod ſequitur per propoſitiones appropriatas, ſequit per ſe p propoſitiones vniuerſales, hoc eſt in eo q; ſunt aliquo pacto diuerſæ ex duabus rebus, quarũ vna eſt, quoniã propoſitiones vniuerſales pertractantur in vna quaq; ſcientia compoſita per propoſitiones appropria tas huic ſcięt̃iæ. vt in exẽplo, propoſito dicens, q; equa lia alicui vni ſunt æqualia, pertractatur à Computatiua referente ad hoc, q; eſt numerus æqualis huic numero, & à Geometria, q; hæc linea eſt æqualis huic lineæ: res aute ſecunda eſt, quoniam vnaquæq; ipſarum deſcen dere facit ipſam & appropinquare ſubiecto ſuo: Arith mette⁹ enim dicit, q; numeri æquales numero vni ſunt æquales, & Geometra dicit, q; lineæ æquales lineę vni ſunt æquales, & ad huius ſimilitudinẽ in reliquis pro poſitionibus vniuerſalibus: & hoc eſt vnũ, ex quo ap 187
paret, q; oportet propoſitiones exiſtentes in ſcięt̃ijs di 188
uerſis eſſe diuerſas, ſed tam apparet hoc cõſimiliter etiã 189
ex eo, q; oportet propoſitiones eſſe propinquas nume 190
ro concluſionibus: & hoc, quoniam ipſæ augentur per 191
terminum vnũ, qui eſt terminus medius, & ipſe eſt ſu 192
biectum, aut inter ambas extremitates, aut extra ipſas, & quoniam fieri poteſt, vt concluſiones ſint infinitę, ſe quitur, vt propoſitiones etiam ſint infinitę: q; ſi propo

ſitiones ſcientiarum eſſent vnæ & eędem, ſequeretur,
vt eſſent determinatæ numero & finitę: ea enim, in qui
bus cõmunicant multa, oportet eſſe cũ hac diſpoſitiõe
determinati numeri, quemadmodum literæ alphabeti
in ſcriptura, & in ſumma, ſi aliquis diceret, ꝙ principia
ſunt vna & eadẽ in omnibus ſcientijs & ſigillatim non
vniuerſalia, et ꝙ ſcientię cognoſcunt de entibus, ſequę-
tur vtiq; ꝙ entia ſunt vna & eadem, quodq; ars demon
ſtratiua ſit ars vna, quodq; mõſtratur quodcunq; quę-
ſitum per quãcunq; artem, quod eſt impoſsibile. neque
poteſt aliquis dicere, ꝙ hic ſunt ꝓncipia vniuerſalia im-
mediata, quæ communicantur generi vni, & principia
appropriata, quæ componuntur in vnaquaq; ſpecie ex
eo, quod eſt ſub hoc genere, quæ ſunt principia vniuer-
ſalia: ſi enim eſſet res ita, omnes artes ſpeculatiuæ eſſent
partes artis vnius: res autem non eſt ita, ſed artes diuer
ſæ per genera prima ſunt diuerſæ, ita vt non fiat tranſi-
tus ad genus altum comprehendens ipſas, quouſq; di-
uidatur per ipſas hoc genus diuiſione generis alti in ſpe
cies ſuas, quæ ponũtur ſub ipſo. Iam igitur declaratum
eſt, ꝙ eorum quorum genera ſunt diuerſa, ſequitur ꝙ
genera principiorum ſunt diuerſa. & hoc, qm̃ principia
dicuntur duobus modis, quorum vnus eſt, vt mõſtren-
tur per ipſa quæſita multa in artibus multis, ſed non ſe-
cundum ꝙ inſunt generi comprehẽdenti has artes, ſed
ſecundum ꝙ ſunt elementa principiorum, quemadmo
dum propoſitio dicens, ꝙ affirmatio & negatio diui-
dunt verum & falſum in omnibus rebus. via autem ſe-
cunda eſt principiorum appropriatorum, & ſi non in-
uenitur communicatio per vnum modorum pluribus
193 artibus vna. De principijs vero vniuerſalibus dixit
Ariſto. ꝙ ex ipſis eſt demonſtratio in vnaquaque arte:
ipſa enim non ſunt eadem, quæ pertractentur in quali-
bet arte, ſed potentia ipſorum pertractatur. de princi-
pijs vero appropriatis dixit, ꝙ per ipſa eſt demonſtra-
tio vna per ſe, quoniam ſunt partes demonſtrationum
194 per ſe. Dixit: Scientia autem differt ab opinione uera,
quoniam ſcientia eſt de re vniuerſali neceſſaria & per
terminos medios neceſſarios, neceſſariũ autem eſt res,
quæ eſt ſm diſpoſitionem quandam, & fieri nõ poteſt,
vt ſit in contrarium illius diſpoſitionis: opinio autẽ ve-
ra eſt pruno per ſe de rebus poſsibilibus, & hoc, quo-
niam ſunt hic aliqua vera & exiſtentia, niſi ꝙ poſſunt
eſſe in contrarium eius quo ſunt, manifeſtum fieri non
poteſt, vt de his ſit ſcientia, quoniam ſcientia eſt, cũ exi
ſtimatur de re exiſtente, ꝙ fieri non poſsit, vt ſit in con-
trarium eius quo eſt: ſi enim eſſet ſcientia de hoc, illud
quod poteſt ſe habere in contrarium eius quo eſt, non
195 poſſet ſe habere in contrarium eius quo eſt: quod cũm
ita ſit, & ſint res, de quibus dicitur intellectus, & ſcien-
tia, & opinio, opinionis autem aliqua eſt vera & aliqua
falſa, & vera eſt ſecundum hanc naturam, vt non poſsi-
mus aſſequi ipſam propter intellectum, hoc eſt per po-
tentiam intellectus, qua aſſequimur propoſitiones pri-
mas neceſſarias, & non propter ſcientiam, quoniam ſu-
biectum vtrunque eſt ens neceſſarium, & conſimiliter
fieri non poteſt, vt aſſequamur enunciationem neceſſa
riam propter exiſtimationem falſam, derelinquitur er-
go, vt ſit enuntiatio de iſtis entibus propter exiſtima-
tionem veram, hoc eſt, quæ inuentur in actu & poteſt
196 ſuenire in oppoſitum eius quo eſt, & hæc eſt opinio ter-
minorum mediorum cum hac diſpoſitione, & conclu-
ſio conſequens ex ipſis eſt cũ hac diſpoſitione, hoc eſt,
non neceſſaria: & definitio opinionis conſentit huic na-
turæ. & hoc, quoniam opinio aut eſt vt exiſtimemus
de aliquo, ꝙ eſt ita, aut non eſt ita, ſimul cum eo, ꝙ exi-
ſtimemus de ipſo, ꝙ poteſt eſſe in contrarium huius, &
hoc non poteſt exiſtimari ſecundum id, quo exiſtima-
tur de ipſo, ꝙ non poteſt eſſe in cõtrarium eius quo eſt,
quoniam hæc aſſertio eſt opinio, non cũ ſcientia: ſequi-
tur itaq;, vt ea, quæ ſunt cum hac exiſtimatione, hoc eſt
poſsibilia, ſint ſubiecta opinionis primo & per ſe, præ- 197
terquam ꝙ inuenietnus nobis conſimiliter etiam acci- 198
dere opinionem veram in rebus neceſſarijs: & propte-
rea poſſet aliquis dicere, ꝙ opinio & ſcientia ſunt vnũ,
quoniam ſunt ad vnum conſequens: & hoc, quoniam
in omni, in quo prouenit homini ſcientia, poteſt in eo
10 prouenire alteri opinio, ſiue hæc ſcientia ſit, in qua ca-
dit ſcitum per ſe, ſiue per medium, ſiue conſequatur per
medium ex capitulo propter quid eſt res, ſiue ex capi-
tulo ſi eſt res. Dicamus ergo, ſi fuerit opinio opinantis 199
de rebus neceſſarijs in exiſtentia ſecundum hanc diſpo-
ſitionẽ, & hoc, ꝙ exiſtimet de ipſis, ꝙ ſunt, quodq; ipſa
poſſunt eſſe in contrarium eius quo ſunt, hæc vtiq; exi
ſtimatio eſt ſcientia de hac re, non opinio, & hoc erit,
cũ nouerit ſimul cum hoc, ꝙ iſta entia ſunt vera, quòd
ſunt eſſentialia & ſubſtantialia: & cũ opinatus fuerit de
20 ipſis rebus neceſſarijs, ꝙ ſunt veræ tantum, hoc erit, cũ
non nouerit ex diſpoſitione ipſorum, ꝙ ſunt eſſentiales
& neceſſariæ, apud vtiq; ipſum erit opinio vera tãtum,
ſiue res quæ ſcitur per hunc modum ſciatur per me-
dium, aut ſine medio, cùm fuerit ſubiectum ſcientiæ &
opinionis vnum, & per hunc modum ſunt ſeparata, &
non ſequitur ex eo ꝙ opinio & ſcientia ſunt de re vna,
vt ſint res vna: opinio nanq; vera & falſa erunt vtique
de re vna, & vtrunq; ipſorum diuerſificatur ab altero
per eſſentiã. Et conſimiliter ſe habet diſpoſitio de ſcien 200
tia & opinione vera, quoniam vnum & idem dicitur
multis modis: opinio nanq; vera & ſcientia ſunt vnum
ſecundum intentionem, qua dicitur de ipſis nomen
vnius, & non ſunt vnum ſecundum intẽtionem vnam:
& hoc, quoniam ipſa ſunt vnum ſubiecto, & non ſunt
vnum per opinionem. vt in exemplo, ſi aliquis opina-
retur, ꝙ diameter eſt commenſurabilis lateri, exiſtima-
uit vtique exiſtimatione falſa, & qui opinatus eſt non
eſſe commẽſurabilem lateri propter res poſsibiles, opi-
natus eſt opinione vera, qui vero opinatus eſt nõ com-
menſurabilem eſſe propter res neceſſarias, opinatus
vtiq; eſt ſcientia vera: cumq; ſcientia & opinio poſsint 201
eſſe vnum ſubiecto, non autem opinione, planum utiq;
ꝙ fieri non poteſt, vt vnus de re vna credat fieri non
poſſe, vt ſit in contrarium eius quo eſt, & credat fieri
poſſe, vt ſit per contrarium eius quo eſt, quoniam hoc
eſt impoſsibile, quòd ſi hoc eſſet apud duos de re vna,
eſſet vtiq; poſsibile, hoc eſt, ꝙ vnus ipſorum haberet
opinionem veram, & alter ſcientiam: iam igitur decla-
rata eſt differentia inter ſcientiam & opinionem. De 202
reliquis vero potentijs animæ rationalis, quæ ſunt co-
gnitio, & intellectus, & ſcientia, & ars, & prudentia, et
ſapientia, partim ſpeculatur artifex naturalis, & par-
tim artifex ſcientiæ operatiuæ, quæ eſt ſciẽtia morum.
Subtilitas vero & bonitas ſenſationis opinatiuæ eſt ca-
ſus ſuper termino medio, hoc eſt excitatio ipſius in tem
pore paruo. vt in exemplo, ſi quiſpiam videret, quòd il
lud, quod ſequitur Solem, eſt illuminatũ, cito animad-
uertit cauſam illuminationis ſuæ, quod eſt, eſſe à parte
Solis. & conſimiliter, ſi aliquis videret hominẽ loquen-
tem cum alio, quorum vnus eſt diues & alius pauper,
ſenſit, ꝙ ipſe vtiq; loquitur cum eo, vt ab ipſo fœnere-
tur aliquid, & conſimiliter, ſi videret duos odio inſequi
aliquem, ſenſit, ꝙ ſunt amici.

Auerrois mediæ expoſitionis Tractatus Primi
Poſteriorum Reſolutoriorum finis.

Auerrois

AVERROIS
MEDIÆ EXPOSITIONIS
IN LIB. DEMONSTRATIONIS ARIST.
TRACTATVS SECVNDVS.

1 DIxit: Quòd quęſitorum eſt idem nu
merus cùm ijs, quæ ſciuntur, & hoc,
qm̃ nos vtiq; ſcimus ad vltimũ ea,
quæ quærũtur, & quęſita in ſumma
ſunt numero quatuor, duo compoſi
ta, et duo ſimplicia: & prius quidem
compoſitorum eſt, vt quęramus an
hoc inſit huic. ueluti, ſi quęramus an
Sol cito obſcuretur, an non, & eſt quæſitum an eſt com
poſitum: quæſitum vero ſecundum eſt, quare hoc inſit
huic. quemadmodum ſi interrogareſ propter quid Sol
obſcuraſ: & hoc quęſitũ ſecundũ erit vtiq; poſt prius,
hoc eſt, qm̃ quęremus vtiq; de ſubiecto, cui ineſt hoc 20
prædicatũ, propter quid ineſt ipſi, poſteaq; monſtraue-
rimus prędicatũ iſtud ineſſe illi: & hæc ſunt duo quęſi-
2 ta cõpoſita. Quæſita vero ſeparata ea ſunt, quoꝝ vnũ
quęrit exiſtentiã rei non in aliquo, & eſt quęſitum ſepa
ratum: quẽadmodum ſi quæreremus an vacuũ ſit, aut
3 non ſit. quęſitũ vero ſecundum eſt, per quod quęrimus
4 ſciam quæſiti huius: & eſt quæſtio qd eſt hoc, qđ mon-
ſtratum fuit eſſe: oia igit quæſita, quę eadem ſunt cõclu
5 ſionibus veris, ſunt in gñe quatuor. Signum aũt ꝙ ipſa
6 ſunt quęſita nobis per naturam, qm̃ cũ ſteterimus ſup 30
ipſis, quieſcimus à qõne: nos.n.non quęremus ipſa, cũ
extiterint apud nos ꝑ ſe nota: & hoc manifeſtum, qm̃,
cũ quęremus an hoc prędicatũ ineſt huic ſubiecto, quæ
eſt quęſtio ſi eſt cõpoſita, nos vtiq; inueſtigabimus exi
ſtentiã termini mediꝰ, ꝑ quẽ monſtratur, ꝙ hoc prædi-
catum ineſt huic ſubiecto, aut non ineſt: & conſiſt, cùm
quæſtuerimus, an res ſit ſimplr, inueſtigabimus vtiq;
exiſtentiã termini mediꝰ, qua verificaꝫ nobis exiſtentia
rei iſtius ſimplr, aut ablationem ipſius. Planum aũt, qm̃
cũ verificatum nobis fuerit, hoc ineſſe huic, aut ꝙ eſt 40
ſimpliciter ꝑ id, ꝙ inuenimus terminũ mediũ, monſtra
tum nobis eſt, quod quęrebamus, ſi nõ erit iſte termi-
nus medius aliqua cauſarũ rei ſimplr, & hoc in re ſepa
rata: qm̃ poſt hoc quęremus ꝑ quęſitũ cõpoſitum, pro-
pter qd ipſum eſt, & per ſeparatũ, quid ipſum eſt. Mani
feſtũ autem, ꝙ hæc quæſtio non eſt alia à quęſtione co-
gnitionis termini mediꝰ, qd eſt in vtiq; prædicatis ſi-
mul, hoc eſt in quæſito cõpoſito & ſeparato. vt in exẽ-
plo, qm̃, cũ quærimus, an Luna obſcureſ an non, quęri-
mus vtiq; terminũ medium, quo ſcimus obſcuritatem 50
ipſi eſſe: cumq; verificatum nobis fuerit obſcuritatem
illi ineſſe ꝑ inuentionẽ terminꝰ mediꝰ, & terminus me-
dius nõ fuerit cauſa obſcuritatis ipſius, quęremus poſt
hoc, ꝑpter qd obſcuraſ: hoc aũt nõ eſt aliquid amplius,
ꝙ quærere cognitionẽ, quid ſit terminus medius ſm na
turã, qui eſt cauſa, ob quã eſt obſcuritas. & conſiſt ſe ha
bet res in quęſito ſeparato, quẽadmodum, ſi quęramus
an aĩal ſit, qm̃ quærẽdo iſta indicat qõnem terminꝰ me-
diꝰ, ꝑ quem monſtretur aĩal eſſe: cumq; mõſtratum fue
rit ipſum eſſe, quæremus poſt hoc, qd ipſum ſit, & non 60
eſt hoc amplius, ꝙ quęſtio, qd ſit terminus medius, qui
eſt cauſa, quare ipſum ſit ſimplr: oportet igitur in oibus
quæſitis, vt ſpeculemur de termino medio binas iſtas
7 ſpeculationes, hoc eſt, ꝙ ſit, & qd ſit. Iamq; declaratum
ſuit, ꝙ binæ iſtæ quæſtiones quæruñ de terminis mon-
ſtratis, qm̃, cùm manifeſtus fuerit ad ſenſum terminus me
dius, & ſcuerimus ex diſpõne ipſius duo hæc, 1. eſſe, &
quid eſt, nos non quæremus de re iſta ſciam penitus. vt
in exẽplo, ſi nos ſentiremus cauſam obſcurationis Lu-
næ, hoc eſt, ꝙ ipſa cadit per pyramidẽ vmbræ, nõ quę-
reremus de ipſa, ſi obſcuratur, neq; propter qd obſcura
tur. Neq; ſtelligo ꝑ hoc, ꝙ per ſenſum prouenıat nobis
vſe de hac cauſa, ſed volo, ꝙ à ſenſu venemur rẽ vſem,
non à ſyllo: ex diſpõne vero quęſtionis qd eſt, & ꝑpter
quid eſt, apparet, ꝙ hſit potẽtiam qõnis vnius, quodq;
cognitio per ipſa eſt cognitio de re vna ſ locis plurimis,
& hoc, qm̃ cũ nos quærimus, quid eſt obſcuratio inexi-
ſtẽs Lunę, dicimus, ꝙ eſt priuatio luminis prouenıens
10 ipſi à Sole propterea ꝙ ſtet terra inter ipſum & Solem:
& cũ quærimus propter quid obſcuratur, dicimus, qm̃
lumen ipſius aufertur cum eo, ꝙ conſiſtit terra inter ip-
ſam & Solem: & ꝓtentia iſtarum duarum reſponſio-
num in re eſt vna, & in vtraq; duarũ quæſtionum opor
tet præmitti cognitio exiſtentię, quemadmodum dixi-
mus. Iam vero declaratum ſuit ex hoc ſermone, ꝙ quę- 8
ſitorum aliqua ſunt ſeparata, & aliqua cõpoſita, & de-
claratum eſt etiam, ꝙ oportet nos in omnibus quæſitis
quærere de termino medio duo, quia ipſe eſt, & cogni
tionem quid ſit: & manifeſtum etiam, ꝙ cognitiones 20
de eo, quod eſt quid, & de eo, quod eſt propter quid,
erunt de vno & eodem. Poſtea vero ꝙ diximus iam
de via, ꝑ quã deuenimus in conſtitutionem exiſtentiæ
rei per demſrationem de cauſa exiſtię ipſius, dicimus de
via, per quã coaptamur ad conſtituendã eſſentiam rei,
quæ eſt definitio, & cognoſcendum quid eſt definitio, 9
& qualibus uſunt definitiones. Et ante hoc oportet, vt
inueſtigemus de eo, quod conſueuit prędedere ei, quod
volumus dicere, & eſt, quòd omne illud, quod ſcitur ꝑ
demonſtrationem ipſam, eſt idem, quod ſcitur per defi 30
nitionẽ, quouſq; ſit ſcientia de ipſis ſimul ex parte vna,
ſi vero omnia non ſunt cũ hac diſpoſitione, an fieri poſ-
ſit, ut ſciatur aliquid per demonſtrationem, ac definitio
nem ſimul ex parte vna, an non ſit in hac diſpoſitione.
Quòd autem fieri non poſsit, vt omnia ſciantur per de-
monſtrationem & definitionem ex parte vna, manife-
ſtum ex eo, ꝙ non omne, de quo eſt demõſtratio, habet
definitionem, neque de omni eo, quod habet definitio-
nem, ſeſt demonſtratio. Quòd igit non oẽ illud, de quo
eſt demõſtratio, habeat definitionẽ, manifeſtum eſt ex
eo, ꝙ demſrationes vtiq; concludũt affirmatiuas & ne-
gatiuas, definitio aũt non facit ſcire aliqd negatiuũ, ſed
facit ſcire eſſentiã. Amplius, qm̃ per demonſtrationem
acqrimus ſciam particulare, & hoc in ijs, q̃ complicant
in tertia figura, definitio aũt eſt vſis. Quòd autẽ non oẽ 10
illud, quod habet definitionẽ, habeat demſrationẽ, mon 13
ſtratur ex eo, ꝙ principia demſrationum declaranẽ vtiq; 14
propter definitionem, & nõ declaraní propter demon-
ſtrationem, qm̃ ſi principia demõſtrationum indigerẽ
demſratione, no eſſet demſratio penitus, quemadmodũ
ꝓdictum fuit: ergo iã mõſtratum eſt ex hoc, qm̃ non oẽ,
quod habet demſrationem, habet definitionem, quodq;
nõ oẽ id, quod habet definitionẽ, habet demſrationem:
igit non oẽ illud, quod põt ſciri ꝑ demſrationẽ, põt ſciri
ꝑ definitionẽ ex parte vna. Quodq; fieri non põt, vt in-
ueniaſ aliqd vnum cũ hac diſpõne, hoc eſt, quod ſciatur
ꝑ definitionẽ ac demſrationem ſimul ex parte vna, hoc
mõſtratur per modos, quorum vnus eſt, qm̃ notum eſt
per ſe, ꝙ illud, cuius via eſt, vt oſtendatur ꝑ demõſtra-
tionem, non põt monſtrari per aliud à demõſtratione:
qm̃ ſi eſſet aliqd, quod oſtẽderet per definitionẽ ac de-
mſrationem, illud vtiq;, cuius via eſſet, vt oſtenderet ꝑ
demſrationem, monſtraret ꝑ aliud à demſratione, quod
eſt impoſſe. Iamq; oſtenditur hoc ꝑ viam inductiuam, 11
& hoc, qm̃ cũ nos inducimus ea, quæ ſcimus ꝑ demon-
ſtrationẽ, nõ inueniemus aliqd ipſorum manifeſtũ no-
bis fieri per viã definitionis, ſiue fuerint hæc ex ijs, quæ
ſunt per ſe, ſiue accidẽtia. Amplius, quoniam definitio 12
vtiq; docet nos ſubſtantiam rei, demſrationes vero do-

cent nos ea, quæ sunt extra substantiam rei, quę sunt ac
15 cidentia substantialia. Amplius, qm̃ artes ponunt defi
nitiones positiones, & admittunt ipsas inesse definito,
& habent conditionem, vt monstrent ipsas inesse defi
nito: quemadmodum ponit Arithmericus definitionē
16 vnitatis & imparis. Amplius, qm̃ demonstrationū cō
17 positio est per modum prædicationis, definitionum ve
18 ro compositio est per modum conditionis & ligamēti.
qm̃, cū dicimus de homine, ꝙ est animal ambulans, bi
pes, recte stans, non prædicatur vna partium istius ora
tionis de sibi coniuncta, partes vero demonstrationum
prędicantur de seinuicem. Necꝙ definitio diuersificatur
à demonstratione eo modo, quo diuersificatur intentio
vniuersalis ab intentione, quæ ponitur sub ipsa, hoc est
appropriata, eo, ꝙ diuersificatur demōstratio à demon
stratione cum hac dispōne. vt in exemplo, demonstra
tio, quæ constituitur de triangulo æquicrure, ꝙ habet
angulos æquales duobus rectis, comprehenditur & po
nitur sub demonstratione vniuersali, qua ostēditur per
demonstrationem intentio hæc de trīgulo simpliciter:
quoniam, si definitio diuersificaretur à demonstratione
fm hanc speciem, ponerentur subiecta ipsarum sub sem
uicem, & esset vnum & idem fm partem vniuersalius
parte, quod est impossibile: & propterea demōstratio,
ac definitio non diuersificātur à seinuicem in eo, ꝙ vna
ipsarum ponatur sub altera, necꝙ est scia prouenies ex
19 ipsis scia vna de re vna ex parte vna. Postea vero q̃
20 declaratum iam fuit, ꝙ demonstratio non est definitio,
quodꝙ scia prouenies ex vna ipsarum non est scia pro
uenies ex altera, consideremus de vta, per quam apte
ipsam venari possumus, & dicamus: manifestum esse,
ꝙ fieri non potest, vt rei definitio ostendatur per demō
strationem, qm̃ demonstratio est sylls, & syllogismus
vtiꝙ est per medium, & definitio rei conuertitur cum
ipsa, & prædicatur de ea per viam quid est. sequitur au
tem in termino medio, vt aliquis per ipsum velit cōclu
dere, ꝙ maior extremitas sit definitio minoris, quodꝙ
terminus medius conuertatur consimiliter etiam cū de
finito, quodꝙ prædicetur de ipso per viam quid est, &
æqualiter, & maior prædicetur de medio per vīā quid
est, & æqualiter quòcꝙ: qm̃ si non ponitæ fuerint ambæ
istæ conditiones in prædicatione maioris de medio, &
medij de minore, non sequetur ex hoc, vt maior sit de
finitio minoris, sed sequetur vtiꝙ ex hoc, cū nō fuerint
positæ in duabus propositionibus, aut in vna ipsarū am
bę istę cōditiones, ꝙ maior extremitas insit minori tm̃:
21 prætereꝙ ꝙ oportet eum, qui facit hoc, vt petat quę situ
22 primum, hoc est, ꝙ ponat conditionem in termino me
dio, vt prædicetur de minore extremitate per vīā quid
est, & æqualiter, & eodem pacto maior de medio per
viam quid est, & æqualiter, hoc est definitionem. vt in
exemplo, si mōstraret aliquis, ꝙ definitio animæ est nu
merus motus seipsum mouens (quemadmodum Plato
ni visum fuit) qm̃ anima est causa vitę per se, qm̃ ex dua
bus definitionibus, quæ sunt cum hac dispositione, si ac
cipiatur vtraꝙ ipsarum in responsione quid est loco suę
sociæ, & potentia ipsarum fuerit potentia definitionis
vnius, habebūt interpretationes diuersas: qui igitur po
fuerit vnam ipsarum in monstratione alterius, petet vti
23 que quæsitum primum. Dixit: Necꝙ consimiliter etiā
via diuisionis confert, vt ratiocinemur ex ipsa, hoc est,
vt prodeat per ipsum aliquid ignotum ab aliquo noto,
quemadmodum declaratum fuit in libro Syllogismi,
quoniam conclusio non debet poni in syllogismo, eo ꝙ
admittitur, sed per viam, qua sequitur ex aliquib⁹, quæ
accipiuntur concessa in sylło: diuisio autē, ex qua cōpo
nitur, & illa, quę ponuntur in ipsa, sunt fm viam vnam,
hoc est, qm̃ si non admittantur & ponantur, non cadet
manifestatio in ipsis. exemplum huius, cū fuerimus sol
licīti ad monstrandum per diuisionem, ꝙ oīs homo est
aīal ambulans bipes per viam admissionis ad partes
istius orationis, quæremus an non homo animal, an nō
oīs homo animal: cumꝙ admiserimus hoc ab eo, pone
mus ipsum, deinde quæremus post hoc, án sit ambulās,
aut natans: cumꝙ admiserimus ab ipso, ꝙ est ambulās,
quæremus post hoc, an sit bipes, aut multipes: cumꝙ
admiserimus ꝙ est bipes, cōplicabimus omne id, quod
admisimus, & dicemus, ꝙ ipse est aīal, ambulās, bipes,
hoc autem non est aliud ab ĩs, quæ concesīt esse, præ
terꝙ ꝙ licet via diuisionis non sit sylls, confert tamē ad
bonitatem syllogismi: & hoc, qm̃ fieri potest, vt consi
stamus super omnibus, quæ possunt inesse alicui ꝙ vīā
syllogismi, aut non inesse. vt in exemplo, si dicamus, ꝙ
nihil prohibet, quin homo sit animal, aut non animal:
deinde si est animal nihil prohibet, quin sit ambulans,
aut non ambulans: deinde si est ambulans, nihil prohi
bet, quin sit bipes, aut multipes: & si monstrauerimus
per terminum medium, ꝙ est animal, non autē non ani
mal, monstrabimus consimiliter etiam per terminū me
dium ꝙ est ambulans, non autem non ambulans: cūꝫ
monstrauerimus hoc, monstrabimus itidem per termi
num medium, ꝙ est ambulans bipes, & cōponetur no
bis ex conclusionibus istorum syllogismorum, defini
tio hoīs, quę est, ꝙ homo est animal ambulans bipes: &
propterea nemo prohibet, quin prædicetur totū illud,
quod acquiritur per diuisionem de homine exēpli gra
tia, aut de alio per viam quid est, prætereꝙ ꝙ nō erit pos
sibile hoc semper. Atqui efficietur hoc in tempore, quo
24 erunt genera diuisa cognita de re, de qua prædicantur,
& erunt diuisa in differentias, in quas diuiduntur diui
sione, in qua non accidit error ex eo, ꝙ non additur diui
sis aliquid, quod non est in ipsis, aut deficit ex ipsis ali
quid, quod est in ipsis, aut peccat diuidens diuisione ex
differentiis primis ad non primas, quemadmodum cō
mittitur error in diuisione aīalis in ambulans & natās,
eo ꝙ ipsum diuidatur in bipes & multipes: cum vero
cōceditur, ꝙ genus diuisum inest illi, cuius quęritur de
finitio, & non cadit in ipsa aliquid erroris & transitus,
quouscꝙ perficiatur in hoc ad speciem, cuius intenditur
definitio, iam prodibit definitio ꝙ vīā diuisionis ex ne
25 cessitate: prætereꝙ ꝙ scia prouenīēs ex ipsa per hūc mo
dum, non est ex sylło, necꝙ ex spē scię prouenientis per
sylfm, sed prouenit per vīā aliā à via sylfi, quæ est per se
scia alia à scia, pueniente per sylfm. quēadmodū scia pro
ueniens per inductionē, nō est scia, pueniens per sylfm,
necꝙ ex spē scię per sylfm, sed est modus siltitudinis inter
ipsa: qm̃ quēadmodū homo indiget inuētione cōclusio
quā ponit absꝙ termino medio, & non cā per inuentio
50 nē cāe & termini medĳ ipsius, cū quærit super hoc, ita
qui facit diuisionē indiget sermone cōpōsito ex ipsa, cū
posuerit ipsum absꝙ diuisione in eo, ꝙ adducet per hoc
diuisionē, cū quæsitū fuerit consimilī ēt super cā hac.
quēadmodū, si aliquis poneret, ꝙ hō est aīal rōnale mor
tale, & diceremus propter qd est aīal rōnale mortale? et
diceret, qm̃ nihil prohibet, ꝙ oē aīal sit aut rōnale, aut ir
rationale, & hō nō est irrōnale, igitur est rōnale. & ni
hil, phibet, quin oē rōnale sit aut mortale, aut non mor
tale: sed hō non est nō mortale: igitur est mortale: et hęc
60 est via, ꝓbationis per dtuisionem, & responsionis apud
interrogantē, & similitudo inter ipsam & sylfm. Iamꝙ de
claratum fuit ex hoc sermone, ꝙ definitio acquiri pōt ꝑ
vīā diuisionis, quodꝙ non pōt acquiri ꝑ vīā demōnis
simplicis oīno. Dixit: Necꝙ cōstruī definitio in eo, ꝙ 26
accipitur descriptio ipsius, quæ est, exempli gratia, oīo 27
breuis notificans substantiā rei, & essentiā ipsius: & po
nęt propō maior in sylło, quēadmodum si diceretur, hō
est animal rōnale mortale, & hæc est oīo breuis notifi
cans substantiam rei, & essentiā ipsius: igit hæc oīo est
definitio

definitio hoīs, & hoc, qm̃ qui facit hoc, iam petit prædi
cationem definitionis de homine: & hoc, qm̃ terminus
medius est definitio, et minor est definitū, igitur est defi
nitio de definito: ꝙ si nō fuerit per se manifestum hanc
definitionem inesse hoī, non admitteretur vtilitas in hoc
sylło: & quemadmodum definitio syllogismi non acci
pitur ad monstrandum, ꝙ hæc oratio est syllogismus,
cum dicitur in ipso, ꝙ proportio vntus propositionum
suarum ad alteram est proportio totius ad partem: con
similiter nō accipitur definitio definitionis ad mōstran
dum, ꝙ hæc oratio est definitio, sed oportet, vt defini
tiones ipsorum sint apud nos promptæ, vt contradica
mus illi, qui gloriatur, exēplī gratia in hac oīone, ꝙ est
sylls, qui nō est sylls, & in hac oratione, ꝙ est definitio,
quę non est definitio, & doceamus ꝙ est sylls, qm̃ defi
nitio syllogismi coaptāt ipsi, & sīt doceamus, ꝙ est de
finitio, qm̃ definitio definitionis accommodatur ipsi.
28 Fieri etiam non potest, vt oōstruamus definitionem
per syllos, qui sunt fm viam syllogismi conditionalis, et
hoc in rebus oppositis contrarijs, quēadmodum, cū di
citur, si ēt essentia mali & definitio ipsius, ꝙ est res di
uisibilis per se & variabilis, oporteret vtiꝙ, vt esset de
finitio boni, ꝙ est res indiuisibilis & inalterabilis per se:
& hoc, qm̃ oportet definitiones contrariorꝫ contrarias
29 esse: qm̃, qui procedet consimiliter etiam hoc procedū
ad acquirendā definitionem, ipse vtiꝙ petet definitio
nē: & hoc, qm̃ apparet, ꝙ scientia in definitionibus con
trariorum & ignorantia in ipsis est fm modum vnius:
& si esset definitio vnius duorum contrariorꝫ ignota, al
tera vtiꝙ esset ignota, & si esset nota, esset vtiꝙ nota.
30 Et insuper si admiserimus, ꝙ definitio vna duoꝝ con
trariorum sit notior, non accidet hoc in oī loco: & pro
pterea oportet eum, qui ponit, ꝙ propter definitionem
procedit definitio semper & in oī loco, vt petat sup defi
nitione, & non accidit de petitione super definitione in
demonstratione illud, quod accidit de petitione super
definitione in acquirenda definitione: qm̃ quod sequi
tur ex demonstratione non est definitio, sed est, ꝙ aliqd
inest alicui, & propterea non est inconueniens in eo, ꝙ
petitur in sylło super definitionibus, hoc est, ꝙ ponātur
propositiones ipsius definitiones, aut aliquæ, aut oēs.
31 Iam vero accidit dubitatio in ambabus vīs simul, hoc
est in monstratione definitionis per viam diuisionis, &
in monstratione eiusdem per sylfm conditionalem: per
sylfm quidem conditionalem, ex eo quod diximus, per
viam aūt diuisionis, qm̃ non sequitur, cū prædicauerī
mus de hoīe, ꝙ est aīal prædicatione separata, & ꝙ est
ambulans prædicatione separata, & ꝙ est bipes prædi
catione separata, vt verificent compositā, quēadmodū
prædictum fuit in libro de Interpretatione: & hoc, qm̃
de hoīe verificatur, ꝙ est musicus, & verificatur de ip
so, ꝙ est bonus, & nō verificatur de ipso, ꝙ est musicus
bonus semper. quod cū ita sit, qūo igitur fieri potest, vt
monstret definitio, si monstratio ipsius non potest esse
ex genere monstrationis rerum occultarꝫ ex necessita
te ex rebus manifestis: qm̃ ostensio, quæ est cū hac di
spositione, est ostēsio per demonstrationem, tamꝫ de
claratū fuit, ꝙ definitio non ostenditur per demonstra
tionem, necꝙ consimiliter etiam fieri potest, ut ostenda
tur definitio per inductionem: qm̃ inductio vtique est
mōstratio rei vniuersalis de omnibus suis partibus, sed
definitiones non sunt de rebus particularibus, ac si di
ceres, ꝙ monstrentur per res particulares. Amplius,
quoniam per inductionem monstratur aliquid inesse
alicui, hoc est oratione prędicatiua, sed definitio est ora
tio constructa super substantia rei. Et posteaquam non
ostenditur definitio, necꝙ per syllogismum, necꝙ per in
ductionem, necꝙ per diuisionem, existimauerūt vtiꝙ,
ꝙ non supersit huc modus, per quem ostendatur defini
tio, cùm non sit ex rebus sensibilibus, & mōstretur per
designationem: & hoc est vnum ex ĩs, quæ adducunt
nobis dubitationem in via, qua constituimur super de
finitionibus. Amplius, quoniam in hoc est dubium 32
alterum, quod nō est inferius ūto: & hoc, quoniam qui
sollicitus fuerit, vt monstret definitionē alicuius, opor
tet eum scire ante hoc, ꝙ hæc res sit, quoniam fieri non
potest, vt aliquis dicat de aliquo quid est, cuius non no
uerit existentiam, nisi dicat hoc per modum expositio
nis declarantis nomen, quemadmodum, qui dicit de
hircoceruo, quòd hæc dictio significat animal compo
situm ex hiroo & ceruo: & huiuscemodi orationes de
rebus, quę ignorantur an sint, sunt orationes exponen
tes, non autem definitiones. & si fuerit ex conditione
definitionis, ꝙ insit definito, & hoc erit, cū fuerit defi
nitum existens, sequitur, vt sit scientia de definitione
scientia vna comprehendens duo diuersa, quòꝝ vnum
est essentia rei, & alterum, ꝙ sit existens, sed hoc est in
conueniens. iam enim declaratum fuit, ꝙ scientia de es- 33
sentia rei, & scientia de existentia sunt duo diuersa, cùm
cōsideratur, quomodo est dispositio efficiendi has duas
cognitiones in scientijs: et hoc, qm̃ ipsę ostendunt ꝑ de
monstrationē, ꝙ res est, sed definitio rei est intentio po
nens ipsum positione: deinde extrahitur per demonstra
tionem ostensio existentiæ ipsius. vt in exēplo, ars Geo
metriæ ponit definitionem trianguli, & circuli, deinde
addit per demonstrationem ostensionem existentię ip
sius: iamꝫ manifestum est hoc ex dispositione definitio
num per se, & hoc, qm̃ intentio definitionis rei, & inten
tio, ꝙ est, sunt duo diuersa. quod cū ita sit, non compre- 34
hendit quod intelligitur ex monstratione definitionis,
ꝙ ipsa insit definito. vt in exemplo, cū aliquis declara
uerit, ꝙ circulus est figura plana, in cuius medio est pū
ctus, à quo omnes lineæ exeuntes ad circumferentiam
sunt æquales, ecce non monstratum fuit adhuc in hac
definitione, ꝙ circulus est, cùm iam fieri possit, vt co
aptetur definitio hæc æri & lapidi: si vero posuerimus 35
res in definitionibus fm hoc, sequeī apud nos aliquid
absurdi: & hoc, quoniam, cū definitiones non compre
hendunt, ꝙ ipsæ insunt definito, sunt per notificationē
nominum per se: quod est absurdum duobus modis, ꝙ
modum quidem vnum in eo, ꝙ sunt definita de eo, ꝙ
non est, quoniam hæc est dispositio nominum, hoc est,
ꝙ ipsa sunt de non entibus: modus vero secūdus absur
di est, ꝙ summa totius sermonis compositi sit definitio
nes: & hoc, quoniam notificatio omnium orationum
compositarum æqualis est in potētia significationi no
minum: & propter hoc erunt orationes poeticę & ora
toriæ omnes definitiones, qm̃ potentia ipsarum est po
tentia noium separatorum: & quemadmodum demon
strationes non construuntur super hoc, quod est, nomē
significare, aut non significare, consimiliter sequitur, vt 36
sit dispositio in definitionibus. Loco autem istarum 37
dubitationum oportet, vt incipiamus principium alte- 38
rum, & consideremus sermones de hoc, qui ipsoꝝ pro
cedat recte, & qui non recte, prætereꝙ ꝙ illud, quod
monstratum fuit in præcedentibus de eo, in quo non est
dubium, ꝙ scientia prouenies ex definitionibus, & ex
syllogismo, non est aliquid vnum per se ex parte vna,
necꝙ definitio & sylls aliquid vnum per se: quodꝙ fieri
non potest, vt definitio ostendatur per demonstratio
nem: quodꝙ est oratio, cuius compositio est cōpositio
conditionis & ligamenti, non compositio prædicatio
nis, nisi complicetur definito, & sit propositio. Quòd
autem supereſt est, vt quæramus de definitione, quid
est, & quæramus, an scientia prouenies per definiti
onem possit acquiri per demonstrationē per se, po
steaꝙ fieri non potest, vt adducatur super ipsa demon
stratio, quemadmodum prædictum fuit, aut fieri non

poteſt, vt acquiratur per ipſam: & ſi eſt poſsibile, per
39 quam ex ſpēbus demonſtrationis eſt poſsibile. Dicamus ergo, ſi demōſtratio, q̄ tradit propter qd res eſt, &
40 q̄ ipſa eſt, vt dictum fuit in p̄cedentibus, ipſa eadē tradit, quòd eſt res, hoc vtiq; erit, cū definitū fuerit ignotę
41 inuentionis, & erit illa cauſa, q̄ tradit in reſponſione p̄p quid eſt, ex cauſis, ꝓpter quas acquiritur ſubſtātia rei, q̄m ex iſtis cauſis erunt definita, demōſtrationes vero, q̄ tradunt exiſtentiā rei, ſi fuerint, exhibebunt vtiq; exiſtentiam ipſius propter aliqd poſterius, quę nō eſt cauſa iſtius rei, ergo fieri non poteſt, vt tradant ſimul cum exiſtentia eſſentiā ipſius: & hoc, cū fuerit terminus medius aliquid, quod nō eſt p̄ ſe, ſed p̄ accidens: demōſtrationes vero, q̄ exhibent exiſtentiam rei propter cauſas, quę faciunt acgrere ſubſtantiam rei, poſſunt vtiq; tradere ſimūl cum cognitione de exiſtentia rei, eſſentiam rei, vt in exēplo, cū adducit demonſtratio de defectu Lunæ, cū ratiocinator non habuerit appropriatum illi rei, vmbrā, non poterit vtiq; acgrere eſſentiā defectus ex huiuſcemodi demōſtratione: q̄ vero adduxerit demon
20 ſtrationē, q̄ defectus ineſt Lunæ propter terrā, quę ſeparat lumen ipſius à lumine Solis, hīc vtiq; tradit ſimul cū exiſtētia iſtius defectus eſſentiā defectus: & hoc, q̄m ſeparatio terræ à lumine Solis eſt terminus eſſentiæ defectus: & hoc, q̄m quemadmodum accidit per demonſtrationē ſimplicem, vt tradaſ cauſa, & exiſtētia ſimul, ita accidit in ipſa, vt tradaſ exiſtentia & eſſentia ſimul, cū acciderit ipſi, vt ſit aliqua cauſa, ex qbus conſtituit ſubſtantia rei, vt in exēplo, qui mōſtrat exiſtentiam tonitrus i nubibus ꝑp extinctionē ignis in ipſis, q̄m eſſen
30 tia tonitrus non eſt aliqd plus, q̄ vox in nubibus ꝓpter extinctionē ignis in ipſis, neq; eſt dicta inter demōſtrationes & definitiones, q̄ ſunt cū hac diſpōne, niſi in poſitione & ordine tantū. Demonſtrationes vero ſm hanc viam, ſunt demōſtrationes, in quibus medij termini ſunt eſſentia rei, aut plusq̄ eſſentia ipſius: cumq; acciderit, q̄ pars deficiēs ex illa eſſentia, q̄ eſt terminus medius, ſit terminus æqualis huic rei, & ēntia, quę eſt terminus medius, eſt cauſa in ipſa, accidet, q̄ adducat demōſtratio unius terminorū p̄ alterum, hoc eſt termino
40 rum, quoꝝ aggregatio eſt definitio p̄fecta. vt in exemplo, q̄m definitio p̄fecta eſſentiæ defectus eſt ablatio luminis Lunę, ꝓpter conſtitutionē terræ iter ipſam & inter lumen Solis, & vnaquæq; partium iſtius definitionis eſt definitio defectus, cū tradaſ in reſponſione ad reſponſionē quid eſt, & conuertatur cū ipſa, hoc eſt, q̄ ſit ablatio luminis Lunæ, & q̄ eſt conſtitutio terræ inter ipſam & Solē. Cumq; interrogauerimus, exēpli gratia, an defectus Lunę ſit ablatio luminis ſui ex diſpōne ſua, aut ſit contrariū ipſius, quēadmodū viderunt hoc non
50 nulli, cumq; ſit ablatio luminis ipſius, q̄m terra cōſiſtit inter Solē & inter ipſam, & poſitio huius ſit terminus medius, poſsibile eſt, vt dicamus, q̄ demōſtratio ſignificat ſup definitione, p̄ꝛerēq; q̄ hoc vtiq; accidit in huiuſcemodi definitionibus imꝑfectis, non p̄fectis: monſtratum vero ſuit hoc eſſe impoſſe in definitionibus p̄fectis. & propterea hæc definitio ex parte, qua eſt perfecta, ꝓgreditur à demonſtratione, non q̄ ipſa concludet demōſrationem: & ſm hoc oportet vt itelligaſ locus iſte
42 ex verbis Sapientis. Iam igit declaratū fuit, q̄ non eſt 60 poſsibile, vt adducaſ demōſtratio ſup definitione, hoc eſt p̄fecta, ſm q̄ p̄dictum fuit, quodq; fieri pōt, vt prograediaſ ex hac ſpē demōſtrationis, & declaratum fuit, q̄n erit hoc, & q̄n non erit: ea vero, ex qbus progrediť definitio ignota abſolute in oī loco, ſunt loci, q̄ cōnumerati ſuere in libro Dialecticæ, hoc eſt, qui ex ipſis ſunt demonſtratiui. Dixit: Q̄m vero nonnulla ſunt cauſæ exiſtentiæ aliorꝝ ab ipſis, & ea ſunt res cōpoſitæ, aliqua aūt ſunt naturæ exiſtiæ ipſorꝝ p̄ ſubſtantias eorꝝ, q̄ ſunt res ſimplices, fieri non pōt, vt conſtituamus ſup definitionibus ipſorꝝ demōſtrationes abſolutas, hoc eſt, q̄ exhibent exiſtiam, & cauſæ, q̄ non hūt cauſas: ſed oſtendit exiſtentia iſtorꝝ p̄ demonſtrationē exiſtentię tm̄, ſi non fuerint manifeſtæ exiſtentię p̄ ſe, & non eſt de huiuſcemodi definitionibus, niſi per cōitatem notis, q̄m ipſæ vtiq; componunt ex rebus poſterioribus, ex qbus accipit demonſtratio exiſtentiæ ipſorꝝ: res vero compoſitæ ſunt, de quibus ſunt definitiones veræ: & hoc, q̄m fieri
10 poteſt, vt conſtituamur ſuper eſſentia ipſorū ex demonſtratione per ſe, non vt oſtendamus eſſentiā ipſorum p̄ demonſtrationem. Dixit: Si vero definitio eſt oratio
docens ſubſtantiam rei & diſpoſitionis ſuæ: & intelligo per orationem vnam hic, vnam per ſubſtantiam, non orationem vnam per accidens, quemadmodum eſt domus vna, & verſus vnus, quemadmodum prædictum ſuit in libro de Interpretatione. Et definitio dicitur de multis, quorum vnum eſt oratio declarans nomen, & extens ab ipſo abſque eo, q̄ ſignificet, q̄ hæc res ſit, aut non ſit, alterum vero, & eſt definitio in veritate, & eſt, quod doceat ſubſtantiam entis: & hoc, quoniam cognitionem qd eſt, & propter quid eſt, oportet, q̄ præcedat cognitio de exiſtentia iſtius rei, de qua quærimus quid eſt, & propter qd eſt: & hoc, q̄m de eo, cuius ignoratur exiſtentia, decentius eſt, vt ignoretur ex diſpoſitione ipſius quid eſt, & propter quid eſt: & hæc eſt deſinitio, quæ eſt definitio in veritate de eo, quod cadit in demonſtrationibus terminus medius, & eſt ea, quæ vocatur demonſtratio variata poſitione: & non eſt differentia inter hanc definitionē, & demonſtrationem, quę tradit propter quid, niſi in ordine tm̄: & hoc, q̄m reſponſio apud eum, à quo quęrit aliquis, propter quid exiſtit tonitrus, habebit ordinē, quo dicet, q̄m ignis, qui eſt in nubibus, extinguitur: ſed erit ordo ipſius, cū quæritur, quid eſt tonitrus? vt præmittatur in reſponſione illud, quod erit poſterius in reſponſione, & dicatur, eſt extinctio ignis, qui eſt in nubibus. Ex definitionibus vero nonnullæ ſunt, quæ ſunt per ſe notæ, quæ q̄ ſunt principia ſcientiarum, de quibus non eſt demonſtratio, neq;
progreſſus à demonſtratione, & ex definitionibus pars
tertia eſt definitio, quæ eſt concluſio demonſtrationis: quemadmodum concluſio dicens, q̄ tonitrus eſt vox in nubibus, niſi, cū cognitum fuerit per demonſtrationem, vocem eſſe i nubibus propter reuolutionem venti i ipſis. Iam vero manifeſtum factum fuit ex eo, quod diximus, quando progrediuntur definitiones, & quando non progrediuntur, & quę ſunt ea, de quibus eſt demonſtratio, quòd ab ipſis progreditur definitio, & quę ſunt ea, de quibus non eſt hęc ſpecies demonſtrationis: & in ſumma declaratum fuit ex hoc, quæ ſunt ea, quæ non poſſunt habere definitiones, & illa, quæ poſſunt habere definitiones: & declaratum fuit ſecundum quot modos dicuntur definitiones: & in ſumma declaratum fuit, qualis eſt proportio definitionis ad demonſtrationem, & qūo poſſunt eſſe de re vna, et qūo non poſſunt.

Dixit: Q̄m vero nos videmus, q̄ iam ſcimus rem, cū ſcimus ipſam per cauſam: cauſæ autem ſunt quatuor, quarum vna eſt cauſa, quæ eſt per modum formę, altera vero eſt cauſa, quæ eſt per modum materiæ, & ipſa eſt, quæ inuenitur propter formam, & tertia cauſa, quę eſt per modum mouentis proximi & agentis, et quarta cauſa, quæ eſt per modū finis: omnes igitur cauſæ iſtæ accipiuntur termini medij in demonſtrationibus: & hoc, quoniam terminus medius eſt tanq̄ materia in ſyllogiſmo, & cōiecat cū ambabus extremitatibus: & propterea ſyllogiſmus eſt ad minimum ex duabus propoſitionibus cōiecantibus in termino medio. Si accipitur cauſa per modū formę, terminus medius erit, quemadmodum cū dicit ur, propter quid angulus trianguli factus

ctus ſup̄ diametro in ſemicirculo eſt rectus? & dicatur, q̄m eſt dimidium anguli, qui eſt ſup̄ cētro, angulus aūt, qui eſt ſuper centro, cū fuerit triangulus ſm hanc diſpoſitionē, eſt ęqualis duobus rectis. Exemplū vero cauſę, quæ eſt per modū materiæ, eſt terminus medius, cū dicitur, propter quid corrumpitur aſal? & dicitur, q̄m eſt
50 cōpoſitum ex contrarijs. Exemplū vero, ſi accipiatur cauſa ſm modum mouentis terminus medius, vt dicaſ, propter quid bellum geſſere familiares Har cū Alit & dicatur, loco occiſionis Atman. Exemplum autem, cū
51 accipitur cauſa, quæ eſt per modum finis terminus medius, ſi dicatur propter quid elegerūt Medici deambulationem ante cibum? & dicatur propter ſanitatem, & ꝓpter quid accipitur domus? & dicatur, vt conſeruat ab accidētibus: & propter quid deambulat homo poſt
52 cœnam? vt deſcendat cibus ab ore ſtomachi. Et diſpoſitio cauſarū, quæ ſunt per modū finis, cū cauſatis ſuis, eſt in contrarium diſpōnis cauſarum, quæ ſunt p̄ modū agentis: & hoc, q̄m cauſæ, quæ ſunt per modum agentis, ſunt res p̄cedentes cauſata inexiſtentia, & tēpore: & propter ea erunt media in ipſis aliqua priora exiſtentia & tpe concluſionibus: cauſa uero, quæ eſt per modū
53 finis, eſt poſterior exiſtentia & tpe concluſione: & hoc, q̄m ſanitas vtiq; eſt poſt deambulationē. Et nihil prohibet, q̄ cōponantur in re vna & eadē cauſa, quæ eſt p̄ modum finis, & quæ eſt ex neceſsitate, hoc eſt, quę eſt propter materiam. quemadmodū, ſi dicaſ, propter qd lumen tranſit p̄ corpora rara? & dicatur propter leuitatē foraminum ſuorꝝ, & ſubtilitatē ipſorꝝ, & loco fugæ à variatione: q̄m quod dicimus propter leuitatē foraminū ſuorum & acuitatem ipſorum eſt res ex neceſsitate
54 materiæ: cū vero dicimus, loco fugæ ab alteratione, eſt res per modum finis, & natura vtplurimū quod facit, eſt res neceſſaria ad vtilitatem aliquā, cū fuerit hoc illi poſsibile. vt in exemplo, q̄m palpebræ oculorum ſunt ad locū neceſsitatis partis traſcribilis, quæ ibi genita eſt, et complicatur huic vtilitas abſcondendi oculū: & quē admodum tonitrus eſt res exiſtēs ex neceſsitate ad extinguendum ignē in nubibus, et eſt in ipſo utilitas quędam, quemadmodum dixit Pythagoras, vt timeāt ab
40 ipſo inferi: & in ſumma in multis eorum, quæ inueniuntur in rebus naturalibus ſimul cū re neceſſaria eſt vtilitas quædam: & hoc, quoniam natura intendit in operatione ſua finem: & cauſa hæc finis rei ſequitur ex neceſsitate. Neceſsitas autē dicitur duobus modis, quorum vnus eſt neceſsitas naturalis, quæ eſt propter formam entis, quemadmodum motus lapidis deorſum, & aſcenſus ignis ſurſum: via autem ſecunda quæ eſt propter materiam, quemadmodum de generabili ſequit
ex neceſsitate q̄ ſit corruptibile, & materia cōſimiliter
50 etiam eſt per ſe ex neceſsitate propter formam: & hoc, q̄m fieri non pōt, vt forma naturalis ſit, niſi in materia,
55 & hoc manifeſtum eſt in ſcia Naturali. Et rerū, quę innouantur à natura aliquæ ſunt per accidens & à caſu, et aliquæ non ſunt p̄ accidens: quę vero nō innouanť per accidens ſunt formę, veluti domus in rebus artificialibus, & hō in rebus naturalibus, & ipſa ſunt, quæ innouanť loco alicuius rerū: ea vero, q̄ innouanť per accīs, ſunt, quoꝝ cauſa eſt ars, aut natura, cū innouatio ipſarū non intendꝛtur ab ipſis, ſed per accidēs, quemadmodū
60 ſanitas, quæ innouatur per accidens ex inciſione venæ in prælio, aut quod huic ſimile eſt: & quemadmodum digitus ſextus in rebus naturalibus. & propter ea illud, quod accidit per accidens & à caſu, cū innouatur ab arte, aut à natura, eſt res, quæ non intenditur ab arte, aut nāturā: quoniam ars & natura operantur vtique propter aliquam rerum: & eſt bonum, quod intendit ars aut natura: caſus autem & accidens non eſt illud, quod ſnòuatur propter aliquem finem, aut propter aliquam rerum: & propter hoc innouatio ipſius erit raro, neque erit hæc cauſa connumerata inter cauſas quæ ſitorum, neq; efficietur terminus medius in demōſtrationibus.

Dixit: Cauſæ vero rerum, quæ inueniuntur cum ęs, 56
quæ ſunt generabilia in tempore præterito & generabilia in futuro, ſunt vnæ & eędem: hoc eſt, q̄ ſunt eædem cauſæ cum rebus, quæ inueniuntur in tempore præterito, & cū rebus, quæ inueniuntur in tempore futuro, & ſunt eæ, quæ ponuntur termini medij in demonſtra-
10 tionibus, & iſtæ cauſæ ſunt cum ęs, quæ ſunt, & generantur cū ęs, quæ generantur, & ſi generabilia fuerint genita in præterito, erant genitæ in præterito, & ſi in futuro, in futuro. vt in exemplo, q̄m cauſa congelationis 57
aquarum eſt defectus caloris, qui ponitur terminus medius, vt ſit congelatio aquarum: & ſi fuerit hæc cauſa propria exiſtens in actu, congelatio conſimiliter erit in actu: & ſi erit in potentia & tempore futuro, cōgelatio ſimiliter erit in potentia & tempore futuro: & ſm hanc diſpoſitionem cauſatum cū hac cauſa, hoc eſt conſimili
20 etiā, cū fuerit cauſatum, erit cauſa, ſi fuerit i tēpore præterito, in præterito, & ſi in futuro in futuro: cauſę vero, 58
quæ non ſunt cū ſuis cauſatis, quæ ſunt agens & materia, non habent hanc diſpōnem cū cauſatis ſuis, hoc eſt, 59
ſi ſunt, q̄ cauſata ſua ſint: & ſi fuerint poſsibiles, vt ſint, 60
poſsibilia erunt cauſata ſua, vt ſint: ſed habent vtique 61
hoc, q̄ ſi cauſata ſunt, cauſæ ſuæ erunt: & hoc, quoniam ſi eſt domus, tam erit paries & fundamentum: & ſi erūt cauſata poſsibilia, vt ſint, ipſæ poſsibiles erunt eſſe: hoc igitur, cū fuerit poſterius, erit prius, & non cum fuerit
30 prius, ſequitur vt ſit poſterius.

Sed iam dubitatur in hoc, & dicitur, qūo, ſi cū fuerit 62
vltimum, non ſequitur primum, erit generatio æterna & continua: & hoc, q̄m ſi oportet, vt non ſequatur genitum, hoc eſt, quod iam abſolutum eſt à generatione, quod generatur, non erit generatio continua: ſed ſi ſequetur ipſum, oportebit vtiq;, ſi eſt primum, q̄ ſit vltimum. Dicamus igitur, q̄ ex genito non ſequitur quod generatur per ſe, neq; gñatio eſt continua per ſe, quemadmodum illud, ſuper quo eſt motus vnus continuus
40 per ſe: quoniam ſi eſſet res ita, fieri poſſet, vt finis generationis eſſet cōtinuus principio eius, quod generatur, & finis ac principium non poſſunt continuari vnum ipſorum per alterum, quoniam vtrunq; ipſorum nō eſt diuiſibile, niſi igitur cōponatur per modum, quo componitur linea ex punctis: & hoc ex eo, quod monſtratū eſt eſſe impoſsibile in ſcientia Naturali. & fieri non poteſt conſimiliter etiam, vt dicamus, q̄ principium eius, quod generatur, cōtangat finem generati: et hoc, quoniam quod generatur, diuiditur: & fieri non poteſt, vt deſignetur principio ipſius, & principium generationis
50 non eſt diuiſibile, & non dicitur de eo, quod eſt diuiſibile, q̄ tangat illud, quod nō eſt diuiſibile, quemadmodum non dicitur q̄ linea tangit punctum: ſermo autem de hoc, non attinet ad hanc ſciam. Generatio autem eſt 63
cōſequens non continua, q̄m ſi generatio eſſet cōtinua, 64
oporteret, q̄ inuenirentur inter cauſas præcedentes tē- 65
pore, & cauſata poſteriori ipſis media infinita, hoc eſt cauſam & cauſatum propinquum ipſi: planum autem, q̄ inter cauſam præcedentem tempore & cauſatum poſterius, hoc eſt propinquum, non eſt medium: q̄m ſi eſt domus, tam ſunt parties, & ſi iam ſunt parties, tam fuit fundamentum, & ſi fuit fundamentum, iam fuere lapides: notum autem, q̄ non eſt inter domum & parietem medium, quod eſt cauſa, neq; inter parietem & fundamentum, neq; inter fundamentum & lapides: q̄ ſi eſſet generatio cōtinua, ſequereť, q̄ eſſet inter domū & parietem medium, quod fit poſterius pariete & prius domo: q̄ ſi oporteret, vt eſſet iter cauſam propinquam & cauſatū mediū, hoc eſt, inter cām præcedentem tēpore, cauſatū

posterius, esset continua causa, ppinqua causato, & non
essent separata cẽpore. Quod si esset hoc ita, sequeret,
ꝙ esset inter hoc medium & causam suam medium, &
procederet hoc in infinitum, & essent causę rerum, quę
generantur, infinitę, & cõsequentia huius in rebus, quę
iam fuere, est quemadmodum consequentia rerũ, quas
66 possibile est esse. Qm̃ vero sunt hic nonnulla, quę con
uertũtur ad seinuicẽ, hoc est in eo ꝙ causa est causarũ,
& causatum causa, sequit, ꝙ sit demõstratio in his pro
cedens circulo, quodq; sit primum in ipsis medium, &
mediũ primum. vt exẽplo, si esset terra madefacta,
esset ex ea vapor, & si esset ex ea vapor, eẽt nubes, & si
esset nubes, esset pluuia, & si esset pluuia, iam esset ter
ra madefacta: sequitur itaq;, ꝙ si esset terra madefacta,
ꝙ esset terra madefacta, & si est vapor, ꝙ sit vapor, &
ita in vnaquaq;, & nonnulla sunt existẽtia per modum
totius & semper, & hæc, siue ꝙ sint existentia semper,
siue ꝙ generentur semper, non absq; hoc, & in his erit
67 res circulo. Iamq; inuenti sunt nonnulla, quorum exi
stentia non est semper, sed vt plurimum, quemadmodũ
productio barbæ in quocunq; masculo, & termini me
diĩ in his erunt vt plurimum, & cõsimiliter propositio
68 nes, & eadem conclusiones: & hoc, qm̃ si A fuerit prędi
catum de omni B in pluribus locis, aut in plurimo tem
pore, & B prædicatum de C in pluribus locis, aut in plu
rimo tempore, sequetur, ꝙ D prædicabitur de C vt plu
rimum, neq; inuenietur res in hoc circularis. Dixit:
Quoniam vero iam declaratum fuit, qũo progreditur
definitio à demonstratione, & fm quem modum posit
69 bile est hoc, & fm quem modũ non est possibile. Opor
tet autem, vt speculemur de via, ex qua venamur defi
nitiones & extrahimus, & dicamus, ꝙ eorum, quę prę
dicãtur semper & per viam quid est, illud, quod prędi
catur de ipsa, et est vniuersalius re, aut vniuersalitate, in
qua transit naturã generis, in qua inuenitur res ista, aut
vniuersalitate, in qua non pertransit. vt in exẽplo, quo
niam nos vtiq; prædicamus de ternario per viam quid
est, ꝙ est ens, & ꝙ est numerus impar, præterq; ꝙ si po
suerimus de ipso, ꝙ est ens, iam pertransit naturam ge
neris, in quo est ternarius, & est numerus, qm̃ intentio 40
entis est vniuersalior numero: licet autẽ intentio impa
ris transcendat ternarium, cùm impar insit quinario, &
septenario, & alĩs numeris, tamen non transcendit ge
nus ipsius, quod est numerus. Cũq; hoc ita sit, modus,
70 quo accipiuntur definitiones fm hanc viam, est, vt cõ
71 plicentur prædicata de re ex via quid est, quæ non tran
scendant genus istius rei, & nõ transiliant super ipsum,
& cõplicabimus ipsa, quousq; inuenerimus ex ipsis pri
mo summam numeri, cuius vnumquodq; sit vniuersa
lius re, sed res composita ex ipsis sit æqualis rei, quã in
tendimus definire: qm̃, cùm cõplicuerimus ex ipsis ali
quid cũ hac dispositione, hoc erit definitio perfecta rei.
vt in exemplo, quoniam inuenimus ternario inesse, ꝙ
est numerus impar, & ꝙ est numerus primus fm duas
intentiones, per quas dicitur de numero, ꝙ est primus,
hoc est, quod non est plus numero, & quod nõ metitur
ipsum, nisi vnitas tantum: quoniã primum in numero
dicitur fm duas intentiones istas, & est vnũquodq; isto
rum prædicatorum vniuersalius ternario, & prędicatũ
aggregatum ex ipsis æquale ternario, & hoc, quoniam 60
impar inest ipsi & alĩs, & primum, quod est, nõ esse cõ
positum ex numero, inest ipsi & binario: & cõsimiliter
primum fm intentionem secundam inest ipsi & omni
bus imparibus: hæc vero prædicata tria nõ insunt alĩs:
definitio igitur ternarij, ex quo constituitur substantia
ipsius est, ꝙ sit numerus impar, primus, et hoc, qm̃ cùm
prędicantur plura de vno aliquo per viam quid est, erit
potentia ipsorum potentia generis, si nõ fuerit ipsis no
men vnum, & erit genus, si fuerit ipsis nomen vnum;
atqui si fuerit genus, aut potentia ipsorum potentia ge
neris, erunt cõmuniora, & non erunt æqualia: & sequi
tur, cùm sunt hæc prædicata de ternario, & non sunt ge
nus vnum, quia non sunt cõmuniora, vt sint definitio:
& hæc definitio est, ꝙ incedamus in ipsa per extractio
nem definitionum specierum vltimarum. Si vero fue 71
rit, quod intendimus definire genus medium inter spe
cies vltimas & genus vniuersale, via vtiq; in hoc erit,
vt accipiamus definitionem istarum specierum vltima
rum, per quas diuidit genus istud per hanc viam, quam
disposuimus: cũq; inuenerimus definitionem vtriusq;
duarum specierum diuisarum, secernimus ex hoc illud,
quod appropriat vni ipsorum, & accipimus cõicans &
complicamus ipsi genus istius rei, siue sit quãtitas, siue
qualitas, aut aliud ab hoc ex generibus, quæ cõprehen
duntur in hoc, superioribus, & erit cõpositum ex hoc defi
nitio generis, cuius intenditur definitio. vt in exemplo,
cùm voluerimus definire lineã, cõsistemus super specię
bus vltimis, & est linea recta, & circularis, & reflexa;
deinde accipiemus definitionem vniuscuiusq; istarum
trium specierũ per viam hanc, & ponemus, ꝙ nos inue
nerimus definitionẽ lineæ rectæ, ꝙ est longitudo sine la
titudine, cuius medium nõ remouetur ab vtrisq; extre
mitatibus suis, cũ consideratur fm rectum, & inueniе
mus definitionem lineæ circularis, ꝙ est longitudo sine
latitudine, in cuius medio est punctus, à quo oẽs lineæ
exeuntes sunt æquales, & inuenemus definitionem li
neæ reflexæ, ꝙ est longitudo sine latitudine, cũ qua cõ
ponitur proprium aliud, & inuestigabimus cõmunicãs
his tribus definitionibus, & inuenіemus in ipsis, quod
dicimus, longitudo sine latitudine, & cõplicabimus ip
si genus lineę, quod est quantitas, & erit definitio lineę
absolutæ, ꝙ est quantitas habens longitudinẽ sine lati
tudine: & incessus noster ad definitiones generum à de
finitionibus specierum est res ad consuetudinẽ naturæ:
& hoc, qm̃ genera sunt composita & species simplices:
et quod inest composito inest vtiq;, propterea ꝙ ipsum
inest simplici: tamq; oportet, si definitio inest speciebus
& generibus, ꝙ insit generibus, propterea ꝙ inest spe
ciebus. Et de hac via fecit vtiq; mentionem Arist. qm̃
sibi videtur, ꝙ sit leuior ad extrahẽdas definitiones spe
cierum, q̃ via diuisionis, quod est, vt sciatur per viã cõ
positionis, non ꝙ ipsi videatur hanc viã sufficere ad ex
trahẽdas definitiones: quemadmodũ iam opinati sunt
72 nonnulli, qm̃ non sunt possibiles in extrahendis defini
tionibus loci cõmemorati in libro Topicorum, hoc est
loci destructionis & destructionis, & loci gñis, & dfię,
& reliqui loci, q ibi numerati sunt: qm̃ ipsi vtiq; cõnu
merati sunt pp definitionẽ, & numerati sunt ibi proba
73 biles, ex qbus colliguntur demõstrationes. Dixit: Si vero
extrahat definitio p via diuisionis, inuenit vtiq; in defi
niendo hæc spẽs vtilitatis fm modũ, q monstratus fuit
in pcedentibus, hoc est, ꝙ via diuisionis est vtiq; vtilis
in definitionibus, quas non ignoramus inesse definito,
quod q; ipse, cũ sollicitus fuerit in hoc ad extrahẽdas de
finitiones ignotas, pcedens p hoc faciet viã petitionis:
74 Vtile aũt est hoc in spẽ definitionum, q̃ non remouent
ab hoc, vt ostendant p terminũ medium: qm̃ obserua
mus in diuisione ipsoꝝ, ꝙ dria est terminorum, q sunt
in diuisione, si ponamus driam primã fm gradum suũ,
siue cõsuescat res è cõtrario, hoc est, vt ponamus poste
rius loco prioris, quẽadmodũ ille, q diuisit aial in habẽs
duos pedes, & in non hñs duos pedes, qm̃ hæc spẽs di
uisionis, non tradet definitionẽ alterius spẽi: qm̃ defini
tiones spẽrum cõponuntur vtiq; ex duobus, quoꝝ vnũ
est genus propinquũ, & alterũ dria post ipsum, hoc est,
quę sequit ipsum imediate, quẽadmodum hõ, cuius in
tentio cõponi ex aiali & rõnali: et ad similitudinẽ hoꝝ
oõnes, quas exhibet hæc spẽs diuisionis, cõponuntur
vtiq;

t2.1 sunt necessaru

vtiq; ex gñibus longinquis & differentijs vltimis, qm̃
bipes est differentia vltima aialis, et inter ipsa sunt diffe
75 rentiæ multæ: propter hoc oportet diuidentem, qui in
tendit accipere definitionem per diuisionem, non præ
termittere differentiam vlem essentialẽ differentiæ ap
propriatæ, hoc est, vt nõ diuidat genus superius per dif
ferentiam generis, quod est sub ipso, sed per differẽtias
vniuersales generi, per quas diuiditur, & non extat ali
quid à genere ipsius: quemadmodum qui diuidit ge
nus in ambulans & volãs, & natãs, deinde diuidit vnũ
quodq; istorum in differentias vles ipsis: quemadmo
dum qui diuidit volatile in id, quod diuidit pennata aut
t2.1 dimit- squammata, ꝙ si diuideret animal primo in id, quod di
teret stinguit pennata, aut squammata, iam † trãsiliret genus
primum, & non comprehenderet omne animal per di
76 uisionem suam. Dixit: Necq; oportet diuidentem cum
eo, ꝙ mõstrat definitionem per diuisionem, vt diuidat
oẽs differentias entium ita, vt sit extractio definitionis
per diuisionem aliquid impossibile: cùm fieri nõ possit,
vt numerentur oẽs differentiæ, quemadmodum existi
mauerunt hoc nonnulli antiquorũ, qm̃ quod existima
77 uerunt ex hoc, non est verum. Primo quidem, qm̃ non
est necessarium diuidentem diuidere genus in differen
tias, quæ sunt in ipso, qm̃ ex ipsis aliquæ sunt substantia
les, & aliquæ non substantiales, sed necessarium est, vt
diuidat in differentias substantiales, quæ innouant spẽs
sub hoc genere. Et secundo, qm̃ naturæ vles diuiditur
in differentias oppositas comprehendentes: res autem,
cuius intenditur definitio, ponetur vtiq; sub istis oppo
sitis, necq; oportebit ipsum ex dispositione sua scire plus
q̃ oppositum, sub quo ponitur res ista: oppositi vero al
terius, aut oppositorum, non est opus nobis, vt sciamus
differentias, in quas diuiduntur, quoniam sunt aliud à
re, cuius intendimus definitionem. vt in exemplo, si in
tendamus definire hoiem, diuidemus aial in rationale,
& non rationale, & inueniemus hoiem poni sub ratio
nali. Et non est nobis opus, vt diuidamus non rationale
in oẽs suas differentias vltimas, siue fuerint differentiæ
istæ notæ nobis, aut ignotæ, cũq; incesserimus hac via,
progrediemur absq; dubio ad summam æqualem defi
nito, & erit res definita posita absq; dubio sub vna par
tium oppositarum, in quas diuiditur genus suum, necq;
consuescit consuetudine petitionis: qm̃ differentiæ, in
quas diuiditur hoc genus per modum vniuersalitatis,
non possunt admittere in ipsis medium: cumq; hoc sit
permanifestum in diuisione, sequitur ex hoc, vt sit, qđ
quærimus definire, cũ nouerimus, ꝙ hoc genus suũ po
nitur sub vno ipsorum proculdubio. Quod cùm ita sit,
78 qui sollicitus est in extrahenda definitione per diuisio
nem, indiget tribus conditionibus, quarum vna est, vt
accipiat ea, quæ prædicantur de re per viam quid est, se
cũda, vt sit ordo ipsorũ, quemadmodum meminimus,
& ponatur differentia prima primo, & secunda secũdo,
& tertia tertio, & ita de consequentibus, & cõditio ter
tia, vt consistat per diuisionem ad summã, quæ sit æqua
79 lis definito. Et prima quidem conditio prouenit vtiq;
in his, quæ ignoramus prędicari de aliquo per viã quid
est, cũ declarauerimus per syllm, ꝙ ea insunt ipsi cũ hac
dispositione, qm̃ per syllm monstratur vtiq;, ꝙ hoc est
essentiale huic, quemadmodum ꝙ hoc est genus huic,
aut ꝙ hoc est differentia huic, qm̃ per syllm oẽm mon
stratur vnum istorum duorum, quemadmodum decla
ratum fuit in libro Topicorum, hoc est, ꝙ quæsitũ aut
est substantiale, aut accidentale. Conditio autem secun
da, quæ est, ꝙ partes definitionis ordinẽtur ordine con
decenti, erit vtiq;, cũ ordinauerimus differentiam vni
uersaliorem, quousq; deuenerimus ad differentiam po
steriorem absq; eo, ꝙ miscemus inter ipsas differẽtiam,
aut persequamur differentiam ipsorum per differentiã
æqualem ipsi: cumq; consuetudinem istam habuerit di
uidẽs, necessarium erit, vt oẽ diuidens vse illi, quod est
sub ipso, insit rei, per quam diuiditur inexistẽtia prima,
q̃uis sit inter primam ex ipsis & vltimã differentia lon
ginqua à distinguentibus mediis, quæ sunt inter ipsas:
& eæ sunt, in quibus coniungitur primum per vltimũ
coniunctione substantiali. Conditio autem tertia, quæ
est, vt summa sit æqualis definito, proueniet vtiq; no
bis & manifestabit, cũ diuserimus genus superius pri
10 mum in differentias suas oppositas, deinde speculabi
mur hoc, quod intendimus definire, sub qua duarũ dif
ferẽtiarum oppositarum ponatur: cumq; inuenerimus
sub vna ipsarum poni, speculabimur, si compositum ex
hac differentia & genere est æquale huic definito, aut
vniuersalius ipso: & si fuerit vniuersalius diuidemus cũ
similiter etiam distinguens hoc in distinguentia opposi
ta, deinde speculabimur sub vtro ipsorum ponatur defi
nitum: cumq; inuenerimus id poni sub vno ipsorũ, spe
culabimur de summa aggregata ex genere primo, &
20 differentijs, quæ sunt post ipsum: & si fuerit æqualis spe
ciei, aut generi, quod intendimus definire, iam vtiq; in
uenimus definitionẽ ipsius: si vero fuerit vniuersalior,
faciemus in hoc, quemadmodum fecerамus antea, hoc
est, diuidemus differentiam vltimam ipsorum in diffe
rentias duas oppositas, deinde eligemus sub vtra ipsa
rum sit ipsum definitũ, si summa fuerit æqualis ipsi, aut
non æqualis: cumq; inuenerimus ipsam æqualem, mani
festum, ꝙ hæc erit definitio, cui non deficit aliqua diffe
rentiarum, per quam construitur substãtia rei definitæ,
30 hoc est stabilitur, & non inuenitur in ipsa differentia de
ficiens: qm̃ quod deficit, aut erit genus, aut differentia:
& genus primum iam positum fuit in ipsa, & cum ipso
coniunctæ fuerunt oẽs differentiæ, quæ sunt in hac na
tura: ꝙ si positum fuerit, ꝙ deficiat differentia, hęc diffe
rentia erit diuersa in natura ab istis differentijs: differen
tiæ autem, quę componuntur cum genere ad hoc, ꝙ ex
ipsis sit definitio, sunt ex natura vna. Dixit: Oportet 80
cũ intendimus definire aliquid & eligimus prædicata,
quæ insunt illi per viam quid est, vt inducamus per in
diuidua diuersa istius intentionis, quam intendimus de
finire, & si inuenerimus ipsam vnam in omnibus, mani
festum nobis erit ex hoc, ꝙ hęc natura, quam studemus
definire, est natura vna, quodq; habeat definitionẽ vnã:
sin autem inuenerimus intentionem istam in vniuersi
tate vnius istorum indiuiduorum aliam ab eo, quod est
in vniuersitate alterius, scіemus ꝙ id, cuius intendimus
definitionem, non est intentio vna, sed duæ intentio
nes aut plures. vt in exemplo, si vellemus definire, quid 81
est magnanimitas, speculabimur intentionem istam in
indiuiduis, quæ fuerunt dispositа per magnanimitatẽ,
50 & inueniemus nonnulla, quæ interfecerũt sepsa, & in
ueniemus aliqua translata de lege ad legem, et quędam
pugnauere per ea, per quę non oportet pugnare: cumq;
considerauerimus intẽtionem magnanimitatis in istis,
inueniemus ipsam, parum tolerare iniuriam: cumq; spe
culati fuerimus magnanimitatem existentem in Socra
te & Diogene & alĩs, qui parui facere bona fortunæ &
euẽtus propter id, quod sequitur ex veritate, dicemus,
ꝙ magnanimitas in ipsis est parui facere bona fortunæ
60 & euentus: cumq; considerauerimus vilipendium bo
norum fortunæ & euentus, & paucitarem tolerantiæ
iniuriæ, non inueniemus aliquid comprehendens ipsa,
& non erit natura vna comprehendens magnanimita
tem, & dicemus, ꝙ non est definitio vna magnanimita
tis, quodq; est nomen æquiuocum: qm̃ definitio vna est 82
vtiq; naturæ vnius vniuersalis, nõ naturæ particularis:
& propter hoc nõ tradet Medicus medicinã istius ocu
li designati, sed tradet medicinã oculi absolute: & hoc
erit, cũ diuidentur intentiones, de quibus dicitur nomẽ
oculi,

oculi,& determinabitur ſpecies, cuius intendimus deſi
nitionem,quæ de hac ſpecie iſtius oculi erit leuior,q̃ de
finitio generis:quoniam æquiuocatio magis apparet in
ſpeciebus,q̃ appareat in generibus:& propterea opere
præcium eſt, vt deueniatur ad definitionem vniuerſalis
à definitione appropriati, qm̃ appropriatum eſt notius
83 apud ſenſum. Et quemadmodũ in demonſtrationibus
oportet intentionem ſyllogiſmi eſſe intẽtionẽ clarã,hoc
eſt,cp ipſę ſunt ſyllĩ veræ fidei, cõſiſt oportet, cp ſint in-
tẽtiones,quas intẽdimus definire,clarę,manifeſte,aper
tę in definitionib9:& hoc vtiq; erit, cũ deuenerimus ad
definitionem rerum vſum à rebus appropriatis,p quæ
claritas intentionis,quã volumus definire, eſt ſimplex
& aperta. vt in exemplo, ſi vellemus definire naturam
coloris,poneremus primo ſpeculationẽ,in hoc ex inten
tione,quæ eſt in vnoquoq; colore,nõ ex colore vſi,qui
eſt genus oĩbus coloribus:& conſiſt, cũ voluerimus de
finire intentionem vocis,ponemus conſiderationem in
84 vocibus ſpecialibus,non in voce vſi:per hanc enim per
tractationem cadet obſeruatio à noſe æquiuoco, quod
oportet obſeruare in definitionib9: pertractatio autem
85 noſis æquiuoci accidet ex neceſsitate in dialectica. Di
xit:Oportet autem eum, qui voluerit facile reſpondere
per propter quid in accidentibus, quæ inſunt vnicuiq;
ſpeciei entium ſenſibilium, vt iam conſiſtat in via diui
ſionis ſuper generibus & ſpeciebus ipſorũ,& in via ana
tomiæ ſuper oĩbus membris eorum:qm̃,cũ fuerit cõſul
tus in hoc, fieri poterit,cũ interrogabitur de aliquo acci
dente alicui ſpecierum,aut generum, vt reſpondeat per
naturã cõem,quæ eſt cauſa,cp inſit accñs iſtud huic ſpẽi
aut generi. vt in exemplo, cũ aliquis præmiſerit, & no-
uerit per viam diuiſionis,cp nutribilis aliquod eſt ſenſi-
bile,& aliquod non ſenſibile, deinde interrogatus fue-
rit,pp quid aĩal creſcit:& dicet,qm̃ nutritur, & non di-
cet,qm̃ eſt aĩal:et cõſiſt accidet,cũ interrogabitur de ali
quo conſequente aliquius ſpẽi, & nouerit per naturam
cõem,cp ipſa eſt cauſa,cp hoc conſequens inſit huic ſpe-
cieĩ pp diuiſionẽ. quemadmodũ, ſi interrogaretur, pp
quid gallus habet pẽnas diſtinctas:& diceretur,qm̃ eſt
volatile,aut pp quid hõ eſt reſpirans:& diceretur, qm̃
† aĩ.l.cã illi per viam eſt aĩal ambulans hñs ſanguinem: & fieri põt,cp non pa
teſiat nobis natura vſis,quæ eſt † cauſa p viã accidẽtis,
86 de quo quæritur per viam diuiſionis. Cũ vero patefit
nobis per anatomiam accidens vſe,quod excitat nos ſu
per hac natura,& faciemus conſiſtere ipſum loco iſtius
naturæ. vt in exemplo,qm̃ nos vtiq; conſiſtimus p ana
tomiã ſuper eo,cp aĩal,cui ſunt cornua, habet erinaceũ,
& non habet dentes in maxilla ſuperiore : cũq; interro
gati fuerimus,exempli gratia, pp quid aries habet cor-
nua:dicemus,qm̃ habet erinaceum,& non habet den-
tes in maxilla ſuperiore:& cõſiſt, qm̃ conſiſtimus p ana
tomiam ſuper hoc,quod eſt, oẽ aĩal longæuum eſſe pau
cæ choleræ in relatione ad corpus ſuum:cumq; interro
gati fuerimus, exempli gratia,pp quid homo eſt longę
uum:dicemus,qm̃ eſt paucæ choleræ:& fieri poteſt,vt
ſint natura & genus,ſuper quibus conſiſtimus per diui
87 ſionem,non vnum niſi per proportionem:quemadmo-
dum proportio ſubſtantiæ ad producendum piſces ha-
88 bentes teſtam ad natandum in aĩalibus. Dixit: Erunt
autem cõnes vnæ per ſe,cũ cauſa,quę accipitur in ipſis
terminus medius fuerit vna : fieri autẽ poteſt, vt ſit vna
in ſpecie,& fiert põt, vt ſit vna in genere. quẽadmodũ,
ſi interrogaret aliquis,pp quid innouatur echo, aut pp
quid innouatur arcus in nube, & pp quid videt homo
imaginem ſuam in corpore terſo:cauſa enim in interro-
gationibus iſtis eſt vna in genere, & eſt conuerſio, ſed
cauſa echus eſt conuerſio aeris, & cauſa arcus in nube,
eſt conuerſio luminis, & cauſa viſionis in ſpeculo terſo,
89 eſt conuerſio vtius:tamq; erit qõ vna, quæ monſtratur

per media multa, cũ aliqua ipſarum fuerint cauſa quo-
rundam,& fuerit primum ipſorum dans ſemper princi
pia in reſponſione qõnis pp qd poſteriori, quouſq; aſcẽ
dat ad cãm primam in ipſis,quæ eſt cauſa oĩum ipſorũ.
vt in exemplo,ſi dicatur,pp quid Nilus multiplicat cur
ſum ſuum in fine menſis:& dicatur,qm̃ tps iſtud aſsimi
latur tẽpori hyemis:& ſi dicatur, pp quid aſsimilat tẽ-
pori hyemis:& dicatur,ppea cp ceſſat lumen Lunæ in
ipſo,& ſi diceretur,propter quid ceſſat lumen ipſius di
ceturquta deficit in commiſtione ſua cum Sole:cõiun-
ctio enim cum Sole eſt cauſa prima iſtarum cauſarum;
& curſus Nili eſt cauſatũ vltimũ : intermedia vero ſunt
cauſata & cauſæ. Dixit:Iam vero dubitaret aliquis de
cauſa, quæ accipitur terminus medius, & de cauſato,
quod eſt maior extremitas, & dicamus, ſi quemadmo-
dum monſtrare poſſumus aliquid pp cãm ſuam, cõſiſt
fieri põt,vt mõſtremus cãm pp cauſatum:& hoc in eo,
cp vtrunq; ipſorum ſequitur ſuum compar,et inuenitur
per inuẽtionẽ ipſius. vt in exemplo,ſi quemadmodum,
cũ inuenimus congelationem lactis in arbore, inueni-
mus mortificationem foliorum ipſius : conſiſt etiam cũ
inuenimus mortificationem foliorum, inuenimus con-
gelationem lactis : & quemadmodum inuẽnimus con-
ſtitutionem terræ inter Solem & Lunã, inuenimus de-
fectum,ita cũ inuenimus defectum,inuenimus cõſtitu-
tionem terrę inter Solẽ et Lunã. Dicamus igitur,ſi vnũ
non habuerit cauſas plures,& fieri poſsit,vt illud ſit pp
cauſam ſuam, tam monſtrabitur vtrunq; ipſorum per
ſuum compar, ſed cũ monſtrabitur cauſatum per cãm
ipſius, erit hæc demonſtratio, quæ exhibet cãm, & exi-
ſtentiam:cũq; cauſa monſtrabit per cauſatum, hæc de-
monſtratio tradet exiſtentiam tm̃:quẽadmodum ille,q̃
monſtrat mortificationem foliorũ pp congelationẽ la-
ctis,& congelationẽ lactis propter mortificationem fo
liorum : ſi vero res habuerit plures cãs, non oportet, vt
oñdatur exĩtia cãæ propter exĩtiam cauſati. vt in exẽ-
plo,ſi monſtraret aliquis,cp A ineſt C p plura media,hoc
eſt D & E,manifeſtum,qm̃ cũ eſt A, nõ ſequitur cp ſit D
& E,qm̃ A eſt vſius vtrorũ ipſorum:cũq; eſt vſe, non ſe-
quitur,cp ſit appropriatũ, hoc enim declaratum fuit in
præcedentibus:& hoc,qm̃ iam dximus, cp ex conditio
nibus demonſtrationum eſt, vt ſint ex propõnibus ac-
ceptis vſibus, & prædicatis per viam quid eſt:cũq; hoc
ita ſit, oportet cp terminus medius ſit appropriatũ ſub-
iecto prædicatum de ipſo,& ſiſt terminus maior cũ me
dio:igitur conuertuntur cauſatũ & cauſa ex neceſsitate
in huiuſcemodi demonſtrationibus:cauſa vero, quę eſt
cũ hac diſpõne, non põt eſſe, niſi ſuper vno t qm̃ ipſa eſt
definitio rei,& definitio nõ põt eſſe definitio plurium,
qm̃ ipſa excitat ſuper ſubſtantia vnius, & quod excitat
ſuper re vna,ſequitur,cp ſit vnum:quemadmodum cõ-
ſtitutio terræ in medio inter Solem & Lunam, quæ eſt
definitio defectus:& quemadmodũ cõgelatio lactis in
ligno,quę eſt cauſa mortificationis foliorum:ſi vero nõ
eſt medium cauſa eſſentialis,fieri poterit, vt res,habeat
plures cauſas,& cp ſit cauſatũ,& non ſit cauſa. vt in exẽ
plo,qm̃ cauſa eſſentialis ĩ eo,qui eſt longęuus, eſt vtiq;
paucitas choleræ,& ſi calor et humiditas ſunt cauſa alia
inexiſtens aĩalibus,& alĩs ab aĩalibus,oportet,cp tranſi
liant huiuſcemodi media in demonſtrationibus in eo,cp
non ſunt cauſæ veræ,neq; demonſtrationes compoſitæ
ex ipſis ſunt demonſtrationes veræ, ſed exiſtimatur, cp
ipſę ſunt demonſtrationes abſq; eo, cp ſit ita,qm̃ inueni
tur vtiq; cauſatum põt,cũ non ſit cauſa: cùm vero ſit ter-
minus medius in huiuſcemodi demonſtrationibus ve-
rus ex parte,qua eſt eſſentiale,ex natura generis, in qua
ſunt iſtæ demonſtrationes,ſequetur,ſi fuerit hoc genus
ſm̃ proportionem, vt terminus medius in ipſis dicatur
ſm̃ proportionẽ,& conſiſt ſi fuerit genus p conſenſum,
erit

erit definitio per conſenſum:& exemplum eorum, quę
dicuntur ſm̃ proportionẽ,eſt, vt dicatur, propter quid
proportionabilia,cùm permutantur, ſunt proportiona
bilia?dicetur,qm̃ duplicia ipſorum,ſunt cũ conditione
poſita in rebus proportionabilibus,neq; ſiſt eſt, vt dica
tur de coloribus & figuris,cp ſunt vnũ ſm̃ proportionẽ,
ſed ſunt vnũ verbo tm̃: qm̃ ſiſtudo in coloribus eſt, vt
moueant viſum in menſura vna,& in figuris, vt ſint la-
tera proportionalia,& anguli æquales: & hæc eſt diffe-
rentia inter illud, quod dicitur per communitatem,& il
lud,quod dicitur per proportionem:qm̃ in eo,quod di-
citur per cõitatẽ,inueniunt definitiones vnę ſm̃ propor
97 tionem, et in ſumma oportet, cp accipiantur in demon
98 ſtratione termini tres æquales inter ſe, hoc eſt cauſa &
cauſatum,& illud cui eſt cauſa,quod eſt ſubiectum: &
ſi accipiatur ſubiectum appropriatus q̃ terminus me-
dius,& terminus medius appropriatior q̃ maior, non
erit prædicatio per modum totius, quæ tradita fuit in
principio iſtius libri:& notum eſt,cp hæc demonſtratio
eſt demonſtratio,quę eſt definitio perfecta in potentia:
& notum eſt,cp hæc demonſtratio erit vtiq; per cãm,p-
pinquam:& ſi aliquid habuerit cauſas plures, quarũ al
qua ſit propinquior alia, quæ propinquior ex ipſis, erit
propinquior prædicato in quæſito,nõ autem ſubiecto:
qm̃ terminus medius eſt vtiq; definitio maioris extre-
mitatis,quæ eſt prædicatum in quæſito, aut pars defini
tionis. Manifeſtum autem ex hoc viſum fuiſſe Ariſto
teli,cp ex conditionibus demõſtrationis ſimpliciter eſt,
cp medius terminus ſit cauſa maioris extremitatis, & cp
ſit neceſſarius in eo cp ſcitur hoc:& illud eſt, qm̃ nõ ve-
100 rificatur ipſa abſq; eo. Dixit:Iam vero diximus de de
monſtratione ac ſyllo, & per quas conditiones ac pro-
prietates perficitur vtrunq; ipſorum:& manifeſtum,cp
cognitio de vno ipſorum, annexa eſt cognitioni per al-
terum,quodq; ipſa conſueſcunt cõſuetudine rei vnius.
101 Dixit: Vnde autem proueniat nobis ſcientia de prin-
cipijs demonſtrationis,quæ ſunt propoſitiones primæ,
& quomodo proueniat,& per quam potẽtiam aſſequi-
mur has propoſitiones,hoc vtiq; apparebit,cũ præmi-
ſerimus,cp ſcientia per demõſtrationem non poteſt ac-
quiri,niſi cùm noueris principia ipſius, quæ ſunt propo
ſitiones immediatæ:& hoc conſimiliter etiam poſteaq̃
præmiſerimus dubitationes congruẽtes. Dicamus igi-
tur,an potentia,per quam ſcimus rem per demonſtra-
tionem,ſit eadem potentia,per quam ſcimus principia
demõſtrationis,aut ſit alia ab ipſa,& an ne principia de
monſtrationis,et illa,quę ſciuntur per demonſtrationẽ,
vtraq; ſciantur per demonſtrationem, an vnum ipſorũ
ſciatur per demonſtrationem, & alterum per potẽtiam
aliam. Principium autem iſtius intentionis eſt, vt inqui
ramus primo,an intellectus iſti primi, qui ſunt formæ,
& intelligentiæ prouentant nobis à principio exiſtẽtiq;
ſed nos obliuiſcimur ipſos non reminiſcentes, aut inno
uantur in nobis, poſteaq̃ non fuerunt. Atqui cp fueri-
mus adepti ipſos à principio rei,& obliti ſimus eorum,
ex ipſo ſequitur repugnans, quod eſt, vt poſsideamus
ſcientias digniores & perfectiores ſcientia demonſtra-
tionis,& obliuiſcamur earum : atqui ſi poſuerimus nos
poſsidere ipſas,erit vtiq; per poſterius:quomodo igitur
verificabitur hæc poſitio cum eo,cp ponamus, omne il
lud,quod ſcimus, atq; addiſcimus eſſe vtiq; per cogni-
tionem præcedentem?& ſequitur propter hoc, cp prin-
cipia demonſtrationis ſunt monſtrata per demõſtratio-
102 nem:quod eſt abſurdum. Dicamus igitur, cp principia

hæc prouenĩunt vtiq; nobis ex potentia, & habitu,qui
ineſt nobis per modum iſtius potentiæ, & habitus iſti
ſunt,ex quibus prouenĩunt principia iſta: & hæc poten
tia in æſtimatione non eſt illud, cui prohibitum ſit eſſe
in actu ea,quæ ſunt principia. Et hæc potentia inuenĩ 103
in omnibus animalibus: & hoc,quoniã in omnibus ani
malibus eſt potẽtia ſenſitiua:animal vero,in quo eſt po
tentia ſenſitiua, diuidit duabus diuiſionibus, & ex ipſo
eſt,per cuius imaginationem firmatur res, quam ſentit
poſt aſcenſionem ſenſus, & hoc eſt animal imaginans, 104
& ex ipſo eſt,cui non firmatur,& eſt non imaginans:&
quod firmatur habet firmamentum, quod non denuda
tur ſimul cum eo,cp duplicantur formæ ſuper ipſo,cp oc
cultatur ab ipſis ſimilitudo,quæ eſt intra ipſa: & ex hac
ſimilitudine prouenit intellectum vniuerſale in anima:
quoniam hæc potentia ea eſt,qua acquiritur intẽtio rei
ſenſibilis expoliatæ à conſequente ſecundum viſum:&
hoc cum alteratione rei ſuper ipſis pluribus victibus in
indiuiduis pluribus. Quoniam vero potentiæ imagi- 104
nationis & memoriæ acquirũt vtiq; diſpoſitiones à ſen
ſu,erit exiſtimatio iſtarum duarum potentiarum in ho-
mine à ſenſu : & ſi vniuerſale prouenĩens accipitur à re-
bus voluntarijs,erunt intelligibilia prouentia ab ipſo
principium rebus artificialibus : ſi vero accipiatur à re-
bus exiſtentibus,erunt principium ſciẽtijs ſpeculatiuis.
Cumq; res ita ſit,habitus iſti intelligibilium non proue 105
niẽt nobis à principio rei,neq; nos acquirimus ipſos ex 106
habitibus, qui ſint reputatiores, neq; ex ſcientijs ſtabi-
lioribus,ſed innouantur vtiq; nobis ex alteratione ſen-
ſus vice poſt vicem in indiuiduis multis:quemadmodũ
accidit in prælio, cùm diſturbatur ordo pugnantium in
victoria,quia redit vnus,& ſtat, & poſt hoc ſecundus,
& poſt hoc tertius,quouſq; perficiatur ordo: conſimili-
ter etiam ſe habet diſpoſitio vniuerſalis à ſenſu,quoniã,
cùm annectitur ſenſui ſenſus ſecundus, & ſecundo ter-
tius,innouatur intentio vniuerſalis: & propterea inno-
uatio ipſius eſt per modum inductionis in particulari-
bus,& ſecundum modum iſtum eſt innouatio vniuerſa
lis ex ſenſibilibus. Dixit:Potentiæ vero intelligibiles, 107
per quas verificamus,diuiduntur duas in partes, & ex
ipſis aliqua eſt, quę verificatur aliquãdo & falſificatur:
quemadmodum potentia opinatiua & exiſtimatiua,&
ex ipſis aliqua eſt, quæ verificatur ſemper,quemadmo-
dum ſcientia prouenĩens ex demõſtratione,& ab intel-
lectu, quæ ſunt propoſitiones primæ : & non eſt genus
vnum ex apprehenſibilibus magis verũ q̃ ſcientia, niſi
ſcientia prouenĩens ex propoſitionibus apprehenſibili-
bus ab intellectu:& propterea principia demonſtratio
nis ſunt magis in capitulo veritatis, q̃ ſcientia proue-
nĩens per demonſtrationem : ſi quidem principia non
ſciuntur per demonſtrationem, ſed ſciuntur per intelle-
ctum:quoniam non eſt hic aliquid aſſequẽs illud, quod
eſt verius demõſtratione, niſi intellectus : & propterea
intellectus eſt principium principiorum,& omnes iſtæ
potentiæ,cum hoc,cp peruenĩunt ad illud, cuius ſunt po
tentiæ,ſunt ſecundum vnum exemplum,hoc eſt,poten
tia proportionis ſcientiæ ad illud, quod ſcitur, potentia
proportionis intellectus ad principia.

Hic autem perficitur tractatus iſte ſecundus Libri
de Demonſtratione Ariſtotelis : & eſt expoſitio filij
Roſadis. Laus Deo.

*Auerrois expoſitionis mediæ in librum Demonſtra-
tionis Ariſt. Finis.*

Ariſtotelis

ARISTOTELIS STAGIRITAE

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

TOPICORVM

LIBER PRIMVS:

Cum Auerrois duplici mediæ expositionis translatione, Abrami de Balmes scilicet, & Iacob Mantini.

SVMMA LIBRI.

De Ratiocinandi speciebus, eiusq; partibus, ac eius instrumentis.

Quid intendit, & quæ ratiocinandi species. Cap. I.

POpositum quidē negotij, est methodum inuenire, per quā poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilibus, & ipsi disputationem sustinētes, nihil dicemus repugnās. Primum igitur dicendum, quid est syllogismus, & quæ eius differentię, quomodo sumatur dialecticus syllogismus: hunc enim quærimus secundum propositum negotium. Est itaq; syllogismus oratio, in qua positis quibusdam, aliquid aliud à positis ex necessitate accidit, per ea quæ posita sunt. Demonstratio vero est, quando ex veris & primis syllogismus erit, aut ex talibus, quæ per aliqua prima & vera, eius quæ circa ipsa est, cognitionis principium sumpserunt. Dialecticus autē syllogismus est, qui ex probabilibus est collectus. Sunt autem vera et prima, quę non per alia, sed per seipsa fidem habent. Non enim oportet in disciplinarib⁹ principijs inquirere propter quid, sed secundum vnumquodq; principiorum ipsam per se esse fidem. Probabilia autē sunt quæ videntur omnibus, aut plurimis, aut sapientibus: & his vel omnibus, vel plurimis, vel maximè familiaribus, & probatis. Litigiosus autem est syllogismus ex ijs, quæ videntur probabilia, non sunt autem. Et qui ex probabilibus quidem, aut ex ijs quæ videntur probabilia, est apparēs. Non enim omne quod videtur probabile, est probabile: nihil enim eorum, quę dicuntur probabilia in superficie, habet omnino phantasiam, velut circa litigiosarum disputationū principia accidit se habere: statim enim, sæpius etiam eis qui parua vídere possunt, manifesta est in his falsitatis natura. Ergo prior quidem eorum, qui dicti sunt litigiosi syllogismi, etiā syllogismus dicatur: reliquus vero litigiosus quidē syllogismus, syllogismus autem non, eò quòd videtur quidem ratiocinari, ratiocinatur autē minime. Amplius autem prꝛter omnes, qui dicti sunt, syllogismos, ex ijs, quæ sunt circa aliquas disciplinas peculiaria, fiunt paralogismi: quēadmodum in Geometria, & huic cognatis accidit se habere. Videtur autem hìc modus differre à dictis syllogismis: nam neque ex veris, & primis colligit falsigraphus, neq; ex probabilibus: nam sub definitionem non cadit: neque enim quæ omnibus videntur sumit, neque quæ pluribus, neque sapientibus, & his, neq; omnibus, neque plurimis, neq; probatissimis, sed ex peculiaribus quidem disciplinæ sumptis, non veris autem, syllogismū facit: nam eò ꝙ aut semicirculos describit non vt oportet, aut lineas aliquas ducit, nō vt ducendæ sunt, paralogismum facit falso scribēs. Species igitur syllogismorum, vt figuraliter sit complecti, sint quæ dictæ sunt, summatim autem dicēdo de omnibus prędictis, & de his quæ postea sunt dicenda, intantum nobis determinatū sit: eô ꝙ de nullo eorum exactam rationem assignare deligimus, sed aliquantulum figuraliter de his volumus pertransire, omnino sufficiens arbitrantes esse secundum propositā methodum, posse cognoscere quomodo vnumquodq; illorum se habet.

AVERROIS EXPOSITIO

Sermo de Intentione & Diuisione libri. Cap. I.

TRANSLATIO ABRAMI.

HVius Libri intentio est methodorum, & vniuersaltum, ex quibus ars topica cōponitur, & illorum, quibus perfectior & prę stantior fit, scientiam tradere. Hæc enim ars fit finis eius maximā perfectionem duabus rebus, quarum vna est scientia rerū & methodorū, quibus

TRANSLATIO MANTINI.

INquit Aristoteles. Propositum huius Libri est notificare Methodos, ac quædam vniuersalia, ex quibus ars Dialectica constat, præstātiori ac perfectiori modo, quo fieri id possit. Nam hæc ars duabus vtiq; perficitur rebus, altera quidem ex cognitōe rerum, et methodicarū

quibus constituitur, & altera est exercitatio illarum institutionum earumq; vsus, adeo ꝙ illarum exercitium reddatur habitus, & hoc fit sicut dispositio reliquarum artium factiuarum, prout est ars medica, & aliæ, & vt vniuersalius inquam dicam, hæc ars est illa ars, qua posumus, quando quærimus instituere syllogismū ex promulgatis præmissis, ad destruendum positum quod respondens admittit in sua cautione, et ad cauendum omne positum vniuersale, quod quærens procurat destruere, quando nos responderemus, & hoc secundum quod possibile est in singulis positis, quoniam non est consuetudinis quęrentis omnino destruere, quod respondens admittit in sua cautione, nec est moris respondentis omnino cauere destructionem illius, quod cauere admittit, sed vtriusque moris est, quando quærunt, aut respondent, quòd quæstiones & responsiones conserant ad vltimum cautionis, & destructionis, quod possibile est in hoc illo posito, sicut est dispositio artis medicæ, quia non oportet medicum omnino sanare, quod vero ei expedit, est, quòd non lateat aliqua res de his, quas ars ferre cogit, ad hanc ægritudinem, quantum ei possibile est. & quia Dialectici nomen, apud vulgus significat orationes inter duos, quibus vterque sibi proponit alterutrum vincere, quauis specie orationum contigerit, transtulit Aristoteles hoc nomen ad hanc rem, quæ rerum omnium est huic proxima, similis enim est rei, quam vulgus intendit, & est illa res, quam definiuimus: & aliquando hic liber vocatur liber Locorum, ac iterū infra scies quid sint loca.

Diuisio libri topicorū in tres partes.

Partes vero huius artis sunt tres. Quarum prima notificat dicta, ex quibus componuntur orationes topicæ secundum suas partes, & partium partes, vsque ad simplicissimas illarum, ex quibus componuntur, & hæc pars continetur in primo libro Aristotelis. In secunda autem parte notificantur loca, quibus constituuntur syllogismi ad rei constructionem & destructionem in omnibus speciebus quæsitorum huius artis, & hoc fit in sex libris Aristotelis. In tertia autem parte notificatur, quo modo expediat quęrere quærentem, & respondere respondentem, & quot modis fiat quæstio & responsio, & hoc in Octauo libro traditum est.

fal. l. sermones.

Partes autem huius artis sunt tres. In prima autem notificantur † orationes, ex quibus componuntur Dialecticæ orationes, earumq; partes, atque iterum partes partium, donec deueniatur ad simplicissimam partem, ex qua componuntur: & hęc pars cōtinetur in primo libro Aristotelis. In secunda parte notificantur illa loca, ex, quibus syllogismi comparantur ad affirmandam vel destruendam aliquam rem in omnibus generibus quæsitorum, quæ in hac arte fiunt: & hoc in sex libris Aristotelis explicatur. In tertia vero parte ex ponitur quo pacto debet interrogans interrogare, & respōdens respondere, & quot modis potest fieri respōsio & interrogatio: & hoc in Octauo libro traditum est.

† Alia liter arguens arguere.

Ad quot Vtilis Dialectica, differendiq; disciplina. Cap. II.

COnsequēs aūt est ex ijs quę dicta sunt, dicere ad quot, & quæ vtile sit hoc negocium. Est autē ad tria. ad exercitationes, ad colloquia, ad eas, quę secundum Philosophiā sunt, disciplinas. Quòd igitur ad exercitationem sit vtile, ex his perspicuum est: methodum enim habentes, facile de proposito argumētari poterimus. Ad colloquia vero, eô ꝙ multorum annumerantes opiniones, non ex extraneis, sed ex propriis doctrinis sermocinabimur ad eos transmutātes, quicquid non bene videntur nobis dicere. Ad secundum philosophiam autē disciplinas: ꝙ potentes ad vtraq; dubitare, facile in singulis intuebimur verum, & falsum: prꝛterea autem ad prima eorum, quæ in vnaquaq; disciplina sunt principia. Nam ex propriis secundum propositam disciplinā principijs, impossibile est dicere aliquid de ipsis, eo ꝙ prima principia sunt omnium: per ea verò, quę sunt circa singula probabilia, necesse est de illis transigere. Id autem proprium, maximè ue peculiare Dialecticæ est. nam, cùm sit inquisitiua, ad omnium methodorum principia viam habet. habebimus autem perfectè methodum, quādo perinde habebimus ac in Rhetorica, & Medicina, & huiusmodi facultatibus: hoc autem ex ijs, quæ contingunt facere, quę eligimus. Nam neq; Rhetor omni ex modo persuadebit, neq; Medicus sanabit: sed si ex ijs, quæ contingunt nihil omiserit, sufficienter eum disciplinā habere dicemus.

Sed

Huius

Sermo de utilitate Dialectices. *Cap. II.*

TRANSLATIO ABRAMI.

Tria iuuamina huius artis.

SEd huius artis iuuamina sunt tria, quorum primū est ad ipsum exercitum, secundum aūt est ad publicas vulgi cōparationes, & tertium ad scientias theoricas. Ipsius quidem iuuamen ad exercitum est, qm̄ præparat ad modum scientiarū, easq; venandum, quando enim nobiscum fuerint notæ methodi, & regulæ, quę sint cōes, ex illis procedemus ad rei cōtructionem & destructionē, sit itaq; per hanc artem nobis via discernendi ad sciendum opiniones & assertiones, et cognitionem veritatis a falso perfectioris actionis, & perfectioris intentionis, q̄ sit vis, quæ nobis sit vsu sine cognitione harum methodorum: & ideo huius artis perfectio attingit̄ his duabus rebus, s. exercitio & methodorum cognitione. & est manifestū, q̄ exercitū, quod per hanc artē intenditur, disponit ad hanc philosophiā eo modo, quo facit exercitium equorum equitationis in ludis, dispositionem ad bellum.

Ipsius vero iuuamen ad vulgares comparationes est, quia ex quo necessitas conducens rebus publicis ad æquitatem, & ad virtutes multas assertio fit ex rebus similibus conferentibus illis ad publica consortia, & re sic existente, cùm impossibile sit, q̄ incidat veritas in res simules, nisi per vulgatas regulas, quæ sunt orationes, quibus vtimur in hac arte, sic iterum confirmantur apud illos res simules, quæ sunt vulgatæ orationes, difficiliorisenim contradictionis sunt, q̄ orationes rhetoricæ & poeticę, & si fiant regulę rhetoricæ & poeticę vice regularum topicarum, hoc autem iam commonstratum est in scientia politica.

Ipsius vero iuuamē ad scientias theoricas est multipliciter, quorū modorū vnus est, quia aliqñ volumus cōstituere veritatem de aliquo quæsito, & fit nobis difficile illud comprehendere, & per hanc artem possumus construere de hoc quæsito duos syllogismos mutuo repugnātes, quorū vnus cōstruat illud, & alter destruat, & quādo hoc fecerimus, facile fit nobis possibile discernere hanc partem verā duarum illarum orationum repugnantium a mendace, qñ inseremus duorum syllogismorum præmissas demonstratiuis methodis, adeo q̄ discernamus prædicata per se ab accidentalibus, quę in illis fuerint, præmissæ enim syllogismorum topicorum pro maiori rei parte non sunt ſm se totas falsæ, neq; ſm se totas veræ. Et huius quidem dispositio similis est illi, quod accidit in artibus factiuis, depurator enim secernit auri & argenti substantiā à reliquis substantijs illis cōmistis, aurifex autem est ille, qui illud purum discretum sumit, illudq; extendit, et ex eo cōflat quod voluerit: si aūt aurifex sumeret onus ambarum rerum simul, posset hoc facere, sed res esset ei grauior, hoc autem magis transit in res, quibus cōmisceretur quod est per se, cū illo, quod est accidentaliter, & hoc contingit in scientia physica, & scientia diuina, & scientia politica, aliter q̄ res sit in scientijs Mathematicis, et ideo raro inuenimus Arist. q̄ proferat demonstrationem alicuius rei harum trium scientiarū, nisi prius prępoſuerit demonstrationi dubium topicum de hac illa re. Et notū est, q̄ hoc scientiæ iuuamē sit aliud a iuuamine exercitū, quatenus hoc est per se, & illud est mediante vt ex ipso exercitio proueniente.

Secundus

TRANSLATIO MANTINI.

HVius præterea artis vtilitates tres quidē sunt, vtilis. n. primo est ad exercitationem: secundo ad colloquia popularia: tertio vero ad contemplatiuas disciplinas. Conducit aūt ad exercitationem dirigentem ac disponentē ad ipsas scientias propterea, quia, cū assecuti fuerimus methodos ac semitas notas cōmunes, ex quibus procedamus ad aliquid affirmandum vel negādum tunc ea vis, quā nacti fuerimus per hanc artem ad discernendas opiniones ipsas, quæ nam scilicet earum sint veræ, & quæ falsæ, perfectiorē vtiq; actionem efficiet præstantiusq; obtinebit propositum, q̄ illa vis & facultas, quæ ab ipso vsu & exercitatione sola sine cognitione harū regularum & methodorū ortum habuerit. Et ob id absolutio atq; pfectio huius artis his duobus vtiq; acquirit̄ nēpe exercitatione, ac methodorū cognitione. Manifestum aūt est, q̄ illa exercitatio, quę in hac Arte proponit̄, est quidē quædā prępparatio ad ipsam philosophiā, veluti exercitatio in æquestribus ludis est quædā pręparatio ad militarē artem.

Est secundo vtilis hæc ars ad populare colloquium, seu disputationes atq; congressus populares, quia popularis congregatio pro assequenda virtute morali, ac iustitia, cogitur verificare multas res contemplatiuas, quæ ad ciuiles congregationes conducunt: cùm igitur res ipsæ contemplatiuæ non possint verificari nisi per methodos & regulas probabiles, quæ quidem sunt rationes, quæ in hac arte fiunt, ideo oportuit vt apud ipsam' popularem congregationem constant etiam illæ res speculatiuæ, quæ scilicet sunt rationes probabiles, cū difficultus possint contradici, q̄ rationes rethoricæ & poeticæ: licet vtatur etiam quandoq; & ipsa rethoricis ac poeticis institutionibus pro dialecticis ac topicis, & hoc iam in scientia morali explicatum fuit.

Tertio aūt est vtilis ad contēplatiuas disciplinas pluribus de causis. Prima est, quoniam, cū nos quęrimus scire veritatem de aliquo quæsito, quæ tamen difficile haberi possit, tunc nos hac arte possumus afferre duos syllogismos contradicentes sibi inuicem pro illo quæsito, quorum alter illud affirmabit, alter vero ipsum destruet: & cū ita fecerimus, facile quidem poterimus distinguere id veri, quod in illis duabus orationibus cō tradictorijs continetur, ab ipso falso, si propositiones vtriusq; syllogismorū p methodos demonstratiuas cōfecerimus, ita vt eorū prędicata, quæ per se sunt, ab his, quæ per accidēs exposuerimus. nam propositiones syllogismorum dialecticorū, vt plurimum, non sunt omni ex parte falsę, neq; omnino veræ. Est enim hoc non absimile eius, quod in Artibus factiuis contingere solet, nam qui artem diuidendi aurum ab argēto, vel ab alijs mixturis profitetur, separat quidē substantiam auri & argenti ab alijs substantijs, quæ eis immixtę sunt, sed faber aurarius vel argentarius & argyrocopus assumit illud, quod separatum est, ac expurgatum, & exquisitū, & ipsum extendit, & in bracteas redigit, ex quo quidē id conficit quod lubet. Quòd si ipse Bractearius seu aurifex hæc duo onera subire vellet, posset vtiq;, sed esset profecto ei molestius, sed hoc maxime indigemus in illis rebus in quibus id, quod est per se, miscetur cùm eo, quod ex accidenti: hoc autem accidit in scientia naturali, & in diuina, atq; in morali, non aūt in scientijs mathematicis: & ideo raro inuenies Aristotelem afferre aliquam demonstrationē de aliqua re istarum triū scientiarum, quin prius præponat de ea re dubium dialecticum ante ipsam demonstrationē. Palam aūt est, q̄ hæc vtilitas, quæ in scientijs habetur, nō est illa vtilitas, quę ex exercitatione fit: quoniā hæc in se ipsa existit, seu ex ipſamet

ET dicimus, cp quędā quæſtiones ſunt vniuerſales, & quædā particulares, & harum vtraq; aut eſt affirmatiua, aut negatiua. Quæſtiones itaq; ſiunt quatuor ſpecierū: affirmatiua vniuerſalis, put eſt dicere omnis delectatio eſt bona, & vniuerſalis negatiua, prout eſt dicere, nulla delectatio eſt bona, et affirmatiua particularis, prout eſt dicere, aliqua delectatio eſt bona, aut delectatio quędā eſt bona: et negatiua particularis, put eſt dicere, aliqua delectatio nō eſt bona, aut non omnis delectatio eſt bona. Et ex quo queſtionū vniuerſalium conſideratio cōtinet particulares, qñ enim cōſtruimus rem vniuerſalē cōſtruimus illā particularē, & huiuſmodi quādo illam deſtruimus vniuerſalē, deſtruimus eam particularē, conſideratio hic fit de queſtionibus vniuerſalibus exceptis particularibus. Prætereā, quia poſitiones topicæ ſunt vniuerſales, & moris topicorū eſt illas cōſtruere vniuerſali conſtitutione, aut ipſas deſtruere vniuerſali deſtructiōe, ex quo præmiſſę diuulgatę ſunt vniuerſales, quia particulares nō ſunt diuulgatæ, & ite rum quia poſitiones topicæ ſunt diuerſæ variæ, & inuariabiles ſm diuulgationē. Et vnūquodq; quatuor queſitorum, hoc eſt, queſitū definitionis, & quæſitū generis, & quæſitū proprij, & queſitū accidentis, deſtruitur deſtructione vniuerſali, et particulari, excepto accidente, quia ipſum deſtruitur deſtructione vniuerſali, quando enim commonſtratur, cp res non inſit omni, cōmonſtratum eſt, cp non eſt genus, neq; proprium, neq; definitio, res vero accidentis non eſt huiuſmodi: ineſt enim ſubiecto particulari, prout dictum eſt: & ob hoc idē poteſt per illud conſtrui accidens conſtructione particulari, & impoſsibile eſt de aliquo illorum, ſcilicet de genere, & proprio, & definitione, cp conſtruantur conſtructione particulari, ex quo prędicantur de toto ſubiecto: totum autem hoc euidens ſit ex eorum præcedentibus definitionibus. Error autem cadit in quæſtiones Topicas duobus modis: quorum vnus eſt, cp ſint mendaces, aut cp loquatur de illis nomine inuſitato in notione idiomatis, & apud vulgus non ſignificat illam rem pro qua illo vtuntur, prout dicēdo hominem vegetabilem, aut conſimili nomine de nominibus, quæ ſunt aliter, quàm idioma ſignificet.

TRANSLATIO MANTINI.

DIcamus ergo cp problematū alia ſunt vniuerſalia, alia vero particularia & vnumquodq; eorū vel eſt affirmatiuū, vel negatiuū: & ſic problemata erūt quatuor generū, videlicet affirmatiuū vniuerſale, vt cū dicimus, omnis voluptas eſt bona, vniuerſale negatiuum, vt cùm dicimus nulla voluptas eſt bona: negatiuum autē particulare, vt cū dicimus aliqua voluptas nō eſt bona, affirmatiuū vero particulare, vt quędā voluptas eſt bona, vel aliquid voluptatis eſt bonū. Sed cū tractatio & cōſideratio de problematibus vniuerſalibus amplectitur & ipſa particularia, qū affirmato vniuerſali affirmatur & particulare, deſtructoq; vniuerſali deſtruitur & particulare, in hoc loco conſiderantur problemata vniuerſalia præter particularia. adde etiā, cp poſitiones dialecticæ ſunt vtiq; vniuerſales: dialectici autem ſolent affirmare affirmatione vniuerſali, vel deſtruere deſtructione vniuerſali, cùm propoſitiones probabiles ſint vniuerſales. nam particulares ſunt variæ & mutabiles, non ſeruantes probabilitatem: quodlibet autem quattuor quæſitorum, videlicet quæſitum definitionis, & queſitum generis, & queſitum proprij, atque quæſitum accidentis continet deſtructionem vniuerſalem, & particularem, præter ipſum accidens, quod quidem deſtruitur deſtructione vniuerſali. Nam, cū fuerit probatum, cp res non inſit oi, ſeu non dicatur de omni, manifeſtum erit, cp non ſit genus, neq; proprium, neq; definitio, ſed non ita res ſe habet de ipſo accidenti, quia ipſum quidem reperitur particulare in ipſo ſubiecto, vt dictum eſt: & ob hanc cauſam accidens poteſt affirmari affirmatione particulari, ſed illa alia, videlicet genus, proprium, & definitio non poſſunt affirmari, niſi vniuerſaliter, cū prædicentur de omni, ſ. ſubiecto. Et hoc perſpicuum eſt ex eorum definitionibus antedictis, inquit: Contingit autem peccare in ipſis problematib⁹ Dialecticis bifariam: nempe vel vt ſint falſa & mendacia, vel cp tranſgrediantur conſuetam nominum denominationem in illa lingua & nō ſignificet apud vulgum illud quod ſolet apud eos ſignificare, vt ſi homo appellaretur beſtia, & ſimilia nomina, quæ ſignificant contrarium ſignificatum, quo ſolet in illa lingua ſignificari.

Loci problematum quod quicquam inſit, vel non inſit. Cap. II.

Prim⁹ loc⁹. Declaratio.

VNus autem locus eſt inſpicere, ſi quid ſecūdum aliquem alium modum ineſt, vt accidens aſsignauit. Peccatur autē maxime id circa genera. vt ſi quis albo dicat accidere colorem eſſe: non enim albo colorē eſſe accidit, ſed genus eius color eſt. Contingit autem & ſecundum nominationem determinare eum qui ponit: vt quod accidit iuſtitiæ virtutem eſſe. Sæpe autem & cùm nō determinet, manifeſtum cp genus, vt accidens aſſignauit: vt ſi quis albedinem colorari dixerit, vel ambulationem moueri: à nullo enim genere denominatiue prædicatio de ſpecie dicitur, ſed omnia vniuoce genera

de ſpeciebus prædicantur: nam & nomen, et rationem generum ſuſcipiunt ſpecies: qui igitur coloratum dixit album, neque genus aſſignauit, quoniam denominatiue dixit neq; vt proprium, vel vt definitionem: nam definitio, et proprium nulli alij ineſt, ſunt autem colorata, & pleraq; aliorum, vt lignum, lapis, homo, equus: manifeſtum igitur quoniam, vt accidẽs aſſignauit. Alius locus eſt inſpicere ea, quibus ineſſe aut omnibus, aut nulli dictum eſt: & conſiderare ſecundũ ſpecies, & non in infinitis. Nam trãſitu magis, & in paucioribus conſideratio: oportet aũt conſiderare, & incipere à primis, deinde cõſequenter vſq; ad indiuidua. vt ſi oppoſitorum eandem diſciplinam quis dixerit eſſe, peſpiciendum ſi eorum quę ſunt ad aliquid, & contrariorum, & quæ ſecundum priuationem & habitum, & quę ſecundum contradictionem dicuntur eadem ſit diſciplina: & ſi in his nondum manifeſtum eſt, rurſum ea diuidendum vſq; ad indiuidua: vt ſi iuſti, vel iniuſti, vel dupli, vel dimidij: vel cęcitatis, vel viſus: vel eſſe, vel non eſſe. Nam ſi in aliquo oſtendatur ꝙ non eadem, interimentes erimus problema: ſimiliter autem & ſi nulli ineſt: iſte autem locus conuertitur ad cõſtruendum & deſtruendum. Si enim in omnibus videatur cũ diuiſionem proferimus, vel in pluribus, poſtulandum eſt autem vniuerſaliter ponere, aut inſtantiã ferre in aliquo nõ ſic eſſe: nam ſi neutrum horum faciat, abſurdus apparebit, qui non ponet. Alius eſt, definitiones facere accidentis, & eius cui accidit, aut vtriuſq; de vtroq;, aut alterius: deinde conſiderare ſi quid non verum in definitionibus, perinde ac verum ſumptum ſit. Vt ſi eſt Deum iniuſtitiam facere, quid iniuſtitiam facere: ſi enim nocere ſponte, manifeſtum, quoniam non eſt Deum iniuſtitiam facere, non enim cõtingit nocere Deum: & ſi inuidus ſit ſtudioſus, quis iuidus, & quæ inuidia. Nam ſi inuidia eſt triſtitia in apparenti proſperitate alicuius proborum, manifeſtum eſt ꝙ ſtudioſus non eſt inuidus, prauus enim eſſet: et ſi indignans inuidus, qs vterq; eorum: ſic.n. manifeſtum erit vtrũ verũ, an falſum ſit quod dictum eſt. vt ſi inuidus quidem ſit qui triſtatur in bonorum proſperitatibus, indignans autẽ, qui in malorum proſperitatibus triſtatur, manifeſtum ꝙ, nõ erit inuidus indignans. Sumere autem & pro ijs (quæ in definitionibus ſunt) nominibus definitiones, & non deſiſtere donec ad notum deuentum ſit: nam ſæpe cũ tota quidem definitio aſſignata ſit, nõ manifeſtum eſt quod quæritur: pro aliquo autem eorum, quæ in definitione ſunt, nominum, definitione dicta manifeſtũ fit. Amplius, problema propoſitionem ſibi facientem inſtare. Nam inſtantia erit argumentum ad poſitionem. Eſt autem locus hic pene idem ei, quo conſiderare quibus ineſſe, vel omnib⁹, vel nullis dictum eſt, differt autem modo, Amplius, determinare quæ oportet dicere, vt plures, & quæ non. Vtile enim & ad conſtruendum, & ad deſtruendũ: vt quod nominationibus quidẽ res nuncupandum vt plures: quæ autem ſunt talia ne, an non talia, non amplius attendendum ad plures. vt ſalubre quidem dicẽdum effectiuum ſanitatis, ceu plures dicunt, vtrum autem propoſitum effectiuum ſit ſanitatis, an non, non amplius vt plures dicendum, ſed vt Medicus. Amplius, ſi multipliciter dicatur, poſitum autem ſit quoniã ineſt, aut quoniam non ineſt: alterum monſtrare eorum quæ multipliciter dicuntur, ſi non vtraq; contingat. Vtẽdum autem in ijs quæ latent: nam ſi nõ lateat multipliciter dictum, inſtabit quoniam non mõſtratum eſt id quod ipſe dubitabat, ſed alterum. Hic autem locus conuertitur et ad conſtruendum, & ad deſtruendum: nam conſtruere volẽtes oſtendemus quoniam alterum ineſt, ſi non ambo poterimus: deſtruẽtes autem quoniã non ineſt alterum oſtendemus, ſi ambo nõ poterimus: verũtamen deſtruẽti quidem nihil oportet ex conceſſione diſputare, neq; ſi omni, neq; ſi nulli dictum ſit ineſſe: nam ſi oſtenderimus quoniã non ineſt quodcunq; id ſit, interimentes erimus omni ineſſe: ſimiliter autẽ & ſi vni oſtẽderimus ineſſe, interimemus nulli ineſſe. Cõſtruentibus autẽ præconfitendum, quod cuiuis ineſt, omni ineſt, ſi veriſimile ſit poſtulatum. Non ſufficit.n. ad oſtẽdendum ꝙ omni ineſt, in vno diſputaſſe: vt ſi hominis anima imortalis eſt, propter hoc, anima omnis imortalis: quare pręconfitendum¦, ꝙ ſi quæcunq; anima immortalis, omnis immortalis: hoc autem non ſem per faciendum, ſed quando non facile poſſumus communem in omnibus vnam rationem dicere: quemadmodum Geometer, ꝙ triangulus duobus rectis æquos habet tres angulos. Si autem non lateat ꝙ multipliciter dicitur, diuiſum quotupliciter dicitur, & interimendum, & conſtruendum. Vt ſi decens eſt vtile, aut honeſtum, tentandum ambo conſtruere, vel interimere de propoſito: vt quod honeſtum, & quod vtile, vel quod neq; honeſtum, neq; vtile. Si autẽ non contingat vtraq;, alterum oſtendendum, annotato ꝙ hoc quidem eſt, illud autem non: eadem autem ratio, etiam ſi plura ſint in quæ diuiditur. Rurſum quæcunq; non ſecundũ æquiuocationem dicũtur multipliciter, ſed alio modo. Vt diſciplina vna plurium, aut vt finis, aut vt eius quod ad finem: vt medicina eius quod ſanitatem facit, vt quod cibat, aut vt amborũ finium, velut contrariorũ eadem diſciplina (nihil.n. magis finis alterũ alterо:) aut vt eius quod per ſe ẽ, et eius quod per accidens: Vt per ſe quidem ꝙ triãgulus duobus rectis æquales habet tres angulos, per accidens autem ꝙ æquilaterus: qm̃.n.accidit triangulo æquilaterum triangulũ eſſe, per hoc cognoſcimus ꝙ duobus rectis æquales haber. Si ergo nullo modo contingit eadem eſſe plurium diſciplinam, manifeſtum qm̃ oĩno non cõtingit eſſe, aut ſi aliquo modo contingit, manifeſtum quod contingit. Diuidere autem quotupliciter, utile: vt ſi voluerimus conſtruere, talia pręſtatuenda ſunt quæcunq; contingunt, & diuidendum in ea tantum, quæcunq; vtilia ſunt ad conſtruendum: ſi autem deſtruere, quæcunq; non contingunt, reliqua vero omittenda. Id autẽ faciendum in ijs cùm latuerit quotupliciter dicuntur: & eſſe hoc quidem huius, aut nõ eſſe ex eiſdem locis aſtruẽdum: vt diſciplinã, huius quidem aut vt finis, † aut vt eorũ quæ ſunt ad finem, aut vt eorum quę ſunt ſecundum accidens, vel rurſum non eſſe aliquid ſecundum aliquem dictorum modorum: eadem autem ratio, & in deſiderio, & quæcũq; alia dicuntur plurium. Eſt.n. deſiderium huius aut vt finis, vt ſanitatis; aut vt eorũ quæ ſunt ad finẽ, vt medicinæ conficiẽdę, aut vt eorũ q̃ ſunt ꝑm accidens, vt in vino amicum dulce, non quia vinum, ſed quia dulce eſt: nam per ſe dulce deſiderat, vinum autẽ per accidens: ſi enim auſterum ſit, non amplius deſiderat: per accidẽs ergo deſiderabat. Vtilis autem locus hic, & in ijs quæ ſunt ad aliquid, pene enim talia ea, quę ad aliquid ſunt. Amplius transferre ad euidentius nomen. Vt pro exacto in opinione clarum, & pro curioſitate cupiditas ſuperfluarum rerum: euidentiori enim facto quod dictum eſt, bene argumentabilis eſt poſitio. Eſt autem hic locus ad vtrunq; communis: ad conſtruendum, & ad deſtruendum. Ad oſtendendum autem contraria circa idem ineſſe, conſiderandum in genere. Vt ſi volumus oſtendere quòd eſt circa ſenſum rectitudo, & peccatum: ſentire quidem iudicare eſt, iudicare autem eſt recte, & non recte, & circa ſenſum erit rectitudo, & peccatum: nunc ergo ex genere circa ſpeciem demonſtratio fit: nam iudicare eſt genus ſentire: qui nanque ſentit, aliquo modo iudicat. Rurſum, ex ſpecie generi: quæcunque enim ſpeciei inſunt, & generi. Vt ſi diſciplina praua ẽ, & ſtudioſa, & diſpoſitio praua & ſtudioſa: nam diſpoſitio, diſciplinæ genus. Primus autem locus falſus eſt ad conſtruendum, ſecundus autem verus: non.n. neceſſariũ quæcũq; generi inſunt, & ſpecici ineſſe: nam animal eſt volatile, & quadrupes, homo aũt non. quæcunq; vero ſpecici inſunt neceſſario & generi: ſi enim homo ſtudioſus, et animal ſtudioſum eſt. Ad deſtruendum autem & primus quidem verus, ſecundus autem falſus: quæcunq; enim generi non inſunt, neq; ſpeciei: quæcunq; vero ſpeciei non inſunt, non neceſſe eſt generi nõ ineſſe. Quoniam autem neceſſarium de quibus genus prædicatur, et ſpecierum aliquam prædicari: & quæcunq; habent genus, vel denominatiue dicuntur à genere, & ſpecierum aliquam habere neceſſe eſt, vel denominatiue ab aliqua ſpecierum dici. Vt ſi de aliquo diſciplina prædicatur, et grammatica, vel muſica, vel aliqua diſciplinarum aliarum prædicabitur: & ſi aliquis habet diſciplinam, vel denominatiue à diſciplina dicitur, & grammaticam habebit, aut muſicam, aut aliquam aliarum diſciplinarum, vel denominatiue ab aliqua earum dicetur, vt grammaticus, vel muſicus: ſi igitur aliquid dictum à genere quoquo modo, vt animam moueri, conſiderãdum eſt ſi ſecundum aliquã ſpecierum motus contingit animam moueri, vt augeri, vel minui, vel corrumpi, vel generari, aut quæcunq; aliæ motus ſpecies ſunt: nam ſi ꝑm nullam, manifeſtum eſt quod non mouetur. Hic autem locus communis ad vtrunq;, & ad conſtruendum, & ad deſtruẽdum: ſi enim ꝑm aliquam ſpeciem mouetur, perſpicuum eſt quoniam mouetur: & ſi ꝑm nullam ſpecierum mouet, manifeſtum ꝙ non mouetur. Cũ autem facultas non aſſit argumẽtationis ad poſitionem, intendendũ ex definitionibus aut quę ſunt propoſitæ rei, vel quæ videantur, & ſi nõ ab vna, etiam à pluribus. Facile enim definientibus argumentari erit: nam ad definitiones facilis argumentatio. Conſiderandum autem in propoſito, quoniam exiſtente neceſſe eſt poſitum eſſe, aut quid eſt ex neceſſitate, ſi propoſitum eſt. Cõſtruere quidem volenti, quo exiſtente propoſitum erit ex neceſſitate: nam ſi illud oſtẽdatur eſſe, & propoſitum

Secundus locus. Declaratio.

Hic locus ẽ conſtructionis & deſtructionis.

Tertius locus. Declaratio. A definitione.

Quartus locus. Declaratio. Ab inſtãtia.

Quintus locus. Declaratio.

Sextus locus. Declaratio. A multiplici conſtructionis & deſtructionis arte.

Septimus locus. Declaratio. A multiplicis diuiſione.

Octauus. Declaratio. A fine & medio atq; accidente.

Nonus. Declaratio. Ab euidentiore appellatione.

Decimus. Declaratio. A genere.

† al. aut vt eorũ, q̃ ſunt per ſe, aut ut eorũ, q̃ ſunt ſecundũ accidens.

Vndecimus Declaratio. A ſpecie.

Duodecimꝰ Declaratio.

A genere & a ſpecie.

Decimusſeptimus. Declaratio.

10. declaratio.

propositum ostensum erit: destruere autem volenti, quid est si propositū est: nā si ostenderimus consequens propositum non esse, interimentes erimus propositū. Amplius, ad tempus inspiciendum si alicubi dissonat.

15. declatio.

Vt si quod nutritur, dixerit quis ex necessitate augeri: nutriuntur enim semper animalia, augentur autem non semper. Similiter autē & si scire dixerit quis reminisci: hoc enim præteriti tēporis est, illud autem præsentis, & futuri: scire enim dicimur præsentia, & futura, vt quoniā erit Solis defectus, reminisci autem non contingit aliud q̄ præteritum. Amplius sophisticus modus ducere ad id, ad quod plurimam habemus argumētorum facultatem. Hoc aūt erit qñq̄ quidem necessarium, quandoq̄ autem apparens necessarium, quandoq̄ autem neq̄ apparens, neq̄ necessarium: necessarium quidem, quando negante eo qui respondet aliquid vtilium ad positionem, ad illud rationes facit: contingit autem id talium esse ad quæ copiosam argumentorum facultatē habemus, similiter autem & quādo inductionem ad aliquid per positum faciens, interimere conatur: hoc enim interempto, & propositum interimitur. Apparens autem necessarium est, quando videtur quidem vtile, & accommodum positioni, non est autem ad id ad quod fiunt disputationes, siue negante eo qui disputationem sustinet, siue ab inductione probabili, per positionē ad idem factam interimere conetur idipsum: reliquū vero quando nec necessarium est, nec apparens ad id ad quod fiūt disputationes, & sine causa accidit redarguere respondentem. Oportet autem deuitare postremum dictorum modum: omnino enim semotus, & extraneus videt esse à dialectica. Quare oportet & respondentem non grauiter ferre, sed ponendo quæ nō vtilia sunt ad positionem significare quecunq̄ non videntur, ponit tamē: nam magis perplexos esse vt plurimum contingit eos, qui interrogant, quādo omnia huiusmodi ab eis posita fuerint, si non cōcludunt.

16. declatio. A facultate copiosa argumentorū.

17. declatio.

Amplius, oīs qui dixit vnumquoduis, quodam modo multa dixit: eo q̄ plura vnicuiq̄ ex necessitate consequentia sunt (vt qui hominem dixit esse, & q̄ animal est dixit, & q̄ animatum, & q̄ bipes, quodq̄ mentis, & disciplinæ susceptiuū) quare quouis vno consequentium interempto, interimitur & quod in principio est: cauere autem oportet in huiusmodi, difficilioris assumptionem facere. Nam quandoq̄ facile est consequens interimere, quandoq̄ idipsum propositum. Quibuscunq̄ autem necesse est alterum tantum inesse, vel non inesse, vt hominī ægritudinem, uel sanitatem: si ad alterū facile poterimus disputare quod ineſt, vel nō ineſt, & ad reliquū facile poterimus.

18. declatio.

19. declatio.

Hoc aūt conuertitur ad vtrunq̄: ostendentes enim quod ineſt alterum, quod non inest reliquum ostendentes erimus: si autem quod non ineſt ostendamus, reliquū ineſſe ostendētes erimus: manifestum igitur q̄ ad vtrunq̄ vtilis hic locus est. Amplius argumentari transferendo nomē in orationem: cū longe magis consentaneum visum fuerit transsumere c̄p vt ponitur nomen. Vt magnanimum non fortem (vt ponitur) sed magnum animum habentem: quemadmodum fidentem, bona sperantem. Similiter autem & ingenioſum, cuius fuerit genius studioſus. quemadmodum Xenocrates inquit, ingenioſum eum esse, qui animam sortitus est studioſam: ipſam enim vnicuiq̄ esse geniū.

20. Declinatio.

A positione vnius pro illo altero.

Quoniam autem rerum aliæ quidem sunt ex necessitate, aliæ autem vt in pluribus, aliæ vero vtrūlibet, si quod ex necessitate est, vt in pluribus ponatur, aut quod vt ī pluribus, ex necessitate: aut ipſum, aut contrarium ei quod est in pluribus, semper dat locum argumētationis. Nam, si quod ex necessitate est, vt ī pluribus ponatur, manifestū quoniam non omni dicit ineſſe, cū insit oī: quare peccauit: siue, quod vt ī pluribus dicitur, ex necessitate dixit, omni dixit ineſſe, cùm non insit omni: similiter autem & si contrarium ei quod in pluribus est, ex necessitate dixit, semper enim in paucioribus dicit contrarium ei, quod est ut in pluribus. vt si vt in pluribus prauī hoies, boni in paucioribus, quare multo magis peccauit, si bonos ex necessitate dixit esse: sin autē & si quod vtrūlibet est, ex necessitate dixit, vel vt ī pluribus: neq̄ enim ex necessitate vtrunlibet, neq̄ vt in pluribus: contingit autem & si non determinans dixerit vtrum vt in pluribus, an ex necessitate dixit: sit autem res vt in pluribus disputare. vt si ex necessitate is dixerit. Vt si prauos exhæredandos dixit esse, nō determinans, tanq̄ ex necessitate is dixerit, disputare. Amplius, & si idem sibi accidens posuerit vt alterum, eò quòd alterū sit nomen. Quemadmodum Prodicus diuidebat voluptates, in gaudium, & iucunditatem, et lętitiam: hæc enim omnia eiusdem (id est voluptatis) nomina sunt: si ergo aliquis gaudere, ei quod est lætari ponat accidere, idem vtiq̄ sibijpsi dicet accidere.

21. Declatio

Sermo

Sermo de Locis quæsitorum de Ineſſe, & non Ineſſe. *Cap. II.*

TRANSLATIO ABRAMI.

INitium autem locorum, quę enuntiauit Arist. est, q̄ consideremus prędicatum positi. si enim fuerit in suo subiecto, sm q̄ unum illoꝝ prędicatoꝝ excepto accidente, non sit accidēs, & si denominauerit illud denominatione, quæ sit accidens subiecto, errauit nominis appellatione. vt si diceret q̄ albedini acciderit, q̄ sit color, color enim est albedinis genus, non accidens. Et aliquando cadit error in generis prædicatione de subecto, q̄ prædicetur prędicatum accidentis, quod est, qñ de suo subiecto prædicatur nomine denominatiuo, vt si quis diceret q̄ albedo sit colorata: notum enim est, q̄ qui hoc fecerit, prędicauerit accidens prædicatione accidentis, non prædicatione generis: genus enim prædicatur de specie prædicatione, qua conuenit eius nomē, ipsiusq̄ definitio, nō prædicatione proprij & definitionis: hæc enim sunt propria rebus, de quibus prædicantur: hoc est q̄ non insunt aliįs ab illis, coloratum autem ineſt aliį ab albedine. Notum itaq̄ est q̄ qui hoc fecerit denominauerit genus q̄ sit accidens.

Locus. 2.

Secundus autem locus sumitur ex rei essentia, qui est locus sumptus ab essentia partitionis: quādo enim nos volumus per hunc locum procurare prædicatum ineſſe subiecto, aut non ineſſe, partimur subiectum in suas species, deinde in suarum specierum species, donec finiant in sua individua: deinde ispicimus ineſſe prædicatum illis, & si commōstratum fuerit q̄ insit omnibus illis, aut suis primis speciebus, aut specierum speciebus, aut individuis, si nō insit speciebus, aut omnibus illis, aut maiori parti illarum, cōmonstratum fuerit illud ineſſe toti subiecto: & componitur ex hoc oratio inquisitiua, non demonstratiua, ex quo syllō demonstratiuo commonstratur particulare per vłe, hoc autem commonstratur vłe per particularia: & si cōmonstratum fuerit, q̄ illud sit negatum ab oībus illis, commonstratum est, q̄ prædicatum sit negatum à toto subiecto: & ex hoc componeretur secunda species primæ figuræ: si autē commonstratum fuerit, q̄ illud sit negatum ab aliqbus illorum, cōmonstratur illius destructio ab illo ī tertia figura. vt verbi gra, si quęreremus, an oppositorū scia sit vna, diuideremus opposita in quatuor spēs, q̄ sunt affirmatiuū & negatiuū, & contraria, & relatiua, & priuatio & habitus: & si de his cōmonstratū fuerit, q̄ oium ipsorum scia sit vna, cōmonstratū est, q̄ oppositoꝝ scia sit vna: hoc. n. itinere ꝓcederet de oībus oppositoꝝ spēbus: si aūt cōmonstratū esset, q̄ nō esset vna oium ipsoꝝ scia, cōmonstratū inde esset negatiuū vłe in prima figura: et si cōmonstratum esset, q̄ scia quorūdam ipsoꝝ nō esset vna, cōmonstratū eēt negatiuū, q̄d cōcluderet ꝓticulare ī tertia figura. Si aūt in pmis spēbus oppositoꝝ nulla res de hoc nobis cōmonstraret, unūquodq̄ ipsorū diuideremꝰ ad secūdas ipsius, & si hinc cōmonstratū nobis fuerit, hoc ipsum est, quod, pponebamus, si nautē & illas diuidimus quousq̄ ad indiuidua processus finiatur.

Locus. 3.

Tertius autē locus sumitur ex definitione, & est demonstratiuus ex rei essentia: hic autem fit duobus modis: aut q̄ definiamus quæsiti subiectum, & si compertamus quæsitum esse ibi, cōmonstratum est in prima figura, q̄ insit subiecto, & si cōmonstrareꝰ q̄ sit ab illo pma & secunda figura. Verbi gra, an aia sit mortalis, et dicimus, aia est substantia, quæ ex seipsa mouetur continuo motu, quod autē est huiusmodi, est immortale, aia itaq̄ est immortalis: secundus autem modus est, q̄ definiamus ipsummet prædicatum, & si ipsum inuenirem in subiecto, cōmonstratum est q̄ prædicatum insit toti subiecto in secunda figura: definitio. n. conuertitur, nisi enim

TRANSLATIO MANTINI.

PRimus locus, de quo fecit Arist. mentionem, est vt inspiciamus prædicatum propositum: nam, si insit subiecto suo, quatenus est vnum ex reliquis aliįs præter accidens, tunc non erit accidens: q̄ si quis denoſauerit ipsum esse accidens subiecto, iam errauit in noīs denoſatione. vt si quis dixerit, q̄ accidit albedini, vt sit color: nam color est genus albedini, non accidens. Potest quoq̄ cōmitti error ī prædicatione generis de suo subiecto: nempe si prædicet prędicatione accītis, s. q̄ prędicetur de suo subiecto noie denoſatiuo, vt si quis dixerit albedinem eē coloratam: nam manifestum est, q̄ qui ita fecerit, fecit vt genus p̄dicetur prædicatione accidentis, non p̄dicatione generis, qm̄ genus prędicat de specie prędicatione vniuoca, videlicet, q̄ eius nomē & definitio vniuoce dicātur: neq̄ prædicatur prædicatione proprij, ac definitionis, qm̄ hæc propria sunt illis rebus, de q̄bus prædicanť, ita vt non insint aliįs: sed coloratum aliįs ineſt, q̄ ipsi albedini. Qui ergo hoc fecerit tā denoſauit, & descripsit genus quatenus est accidens.

Secundus locus est sumptus à rei essentia, & substantia, & est locus sumptus p viam diuisionis: nam cū volumus ī hoc loco respicere vtrū prędicatū sit subiecto, uel nō insit, diuidimus subiectū in suas spēs, mox in spēs specierum eius, donec desinant, & finiant oia individua eius, deinde ispicimus ſth eis ineſſe ipsum prædicatum, & si notū fuerit ipsum ineſſe oībus illis, siue primis speciebus, siue speciebus specierum vel ipsis individuis, si non fuerit manifestum ipsum ineſſe spēbus, siue oībus ipsis, siue maiori parti eorū, tunc constabit ipsum ineſſe toti subiecto, & constituetur ex hoc oratio inductiua, non demonstratiua, cū in syllō demonstratiuo declaret particulare per vłe, in hoc vero manifestatur vłe p particularia: at si constet ipsum negari ab oībus illis, tunc constabit ipsum prædicatum eē quoq̄ negatum à toto subiecto, & constituetur ex hoc secūdus modus primæ figuræ. Quòd si constet ipsum esse negatum ab aliqbus illorum, seu à parte ipsorum, tunc constabit eius destructio in tertia figura. Exempli causa, si quęramus vtrum scientia oppositorum sit eadem, tunc. n. diuidemus ipsa opposita in quatuor sua gña, quæ sunt affirmatio & negatio & ipsa cōtraria, & ipsa relatiua, & priuatio & habitus: & si in his constabit sciam de oībus illis esse eandem, tunc constabit sciam oppositorum esse eādem, & hoc inductiue de oībus generibus oppositorū: & si constet scientiam omnium eorum non esse eandem, tunc constabit ex hoc vniuersalis negatiua in prima figura. At si constet scientiam quorundam eorum nō esse eandem, tunc constabit ex hoc negatiua, quæ inferet particularem in tertia figura. Quòd si nihil huius rei cōstet in primis speciebus oppositorum, tunc diuidemus omnes species eorum: & si ex his constet, habemus intentum, quod volumus: & si non, tunc diuidemus eas donec deueniatur ad individua.

Tertius locus est sumptus à definitione, & est demonstratiuus substātiæ rei: & fit dupliciter: primo modo vt definiatur subiectum problematis, & si inueniaꝰ prædicatum ineſſe ei, tunc ostendit in prima figura ipsum ineſſe subiecto: at si probetur ipsum esse negatum ab eo, tunc probatur ipsum esse denegatū ab ipso subiecto in prima & in secūda figura. exempli gratia, vtrum aia sit mortalis, & dicatur aia est substātia mobilis per se motu continuo: id autem, quod ita se habet, est immortale: ergo aia est immortalis. secundo vero modo fit, vt definiatur ipsummet prædicatum, & si inueniatur ineſſe subiecto, tunc constat p̄dicatum ineſſe toti subiecto in secunda figura, qa definitio est conuertibilis, alias. n. nō concluderet,

enim hoc esset, non concluderet: fieret. n. ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Si autem cõmonstratum esset, ꝙ ipsius definitio eet negata ab ipso subiecto, concluderet negatiuam vlem in secuda figura. Verbi gratia, an studiosus sit inuidus, & inuenimus inuidum nocium rei prosperitatis, studiosum autem non nocere rei prosperitatis: concluditur itaq; studiosum non esse inuidum. Si autem non esset aliquid explicitum de definitione prædicati & subiecti, facimus de partibus definitionis, prout fecimus de subiecto, aut de ipso prædicato, hoc est, de definitione partiũ alterius illorum, & illã cõsideramus eo modo, quo hoc cõsideauimus de ipso subiecto, aut prędicato, & sic vsq; ad simplicissimã partium definitionis: hoc autem fit, qñ nõ fuerit nobis cõmonstratum p id, quod ante hanc propositum fuerat.

Locus. 4. Quartus autem locus est ꝙ quæramus contradictorium ei, quæ posita fuerat, & quo ad hoc procurabim⁹, quantum possibile fuerit. Si autem illi non fuerit contradictorũ, aut si illud inuenerimus, tã ipsum destruximus, verificatum esset ipsum positum. Vis aũt huius loci est, vt vis loci, qui inquisitione est aliquid verificatum: contradictionis. n. priuatio fit ipso sensu, & aliqñ fit inquantum non est syllus, qui illi contradicat: & hic non est locus, sed est præceptum iuuans constructionẽ subiectionum diuulgatarum, nec etiam est demonstratiuus: non enim sequitur, quando alicui rei non fuerit contradictorium, aut ꝙ illius contradictio destruatur, ꝙ illa sit ſm se vera: posset enim aliquando esse illi aliud contradictorium, præter ꝙ nos estimemus illud.

Locus. 5. Quintus autem locus est ex parte dictionum, quòd significetur res nomine diuulgato apud vulgus, non nomine ficto huic rei, siue apud vulgus significet aliquam rem, siue non significet. Et ille quidem est topicus iuuans constructionem, & destructuonem: nisi res sit illius, cui non est nomen apud vulgus, & est ei nomen in scientia alicuius artis: expedit enim quòd illo vtamur, prout sit apud artifices illius artis, & illud esset præceptum, non locus.

Locus. 6. Sextus locus, qui ẽ est ex ipsis dictiõibus, qui est vt positũ, quod quęrit an sit, aut non sit, dicatur nois ęqui uocatione, & qñ id non estimat respõdens, posset errare: quærens itaq; distinguat rem æquiuocã in oia significata, de quibus dicitur, quia hæc est diuisio generis in eius species: deinde commõstret modo quodam simili inquisitioni, ꝙ prædicatum insit toti subiecto, ex quo ineſt maiori parti significatorum, aut omnibus, in quæ distinguitur nomen: & hoc fit quando proposita fuerit constructio. Quando aũt proposita est destructio, commonstratur, ꝙ prædicatum nulli illorum significatorũ insit. Et vniuersaliter hic locus est sophisticus, id autem quod de hoc expedit topico, est, vt fugiat vsum huius loci, & quando ei inciderit, distinguat omnia signtficata, de quibus dicitur ipsum æquiuocum, deinde proferat illorum verum distinctum à non vero: & hoc idem expedit et facere de nominibus analogis, deinde tandem proferat quod illorum sit verum & quod falsum. Expositores aũt numerant hunc locum septimum omnem. s. locum, quo fit nomen analogum, cũ ſm veritatem nec ille, nec ipsum præcedens sit locus topicus.

Locus 8. ꝙ est nonus in Aristotele. Octauus autem locus est, ꝙ oporteat traducere nomen rei, quando laret, ad id, quod est notius illo, prout vice illius quod dicimus cogitatu, certum poneremus ipsum verum, hoc autem est præceptum iuuãs facilem inuentionem syllogismi, et non est locus.

Locus. 9. ꝙ est decimus. Nonus locus est, ꝙ consideremus genus subiecti, & si in illo inuenitremus ipsum prædicatum, enuntiamus, ꝙ illud insit subiecto: & præcipue qñ proponimus commonstrare, ꝙ contraria prædicẽtur de vna re, quia quæ insunt suo generi, insunt & illi, vt ꝙ sensus sit rectum, & error, concluderet, ꝙ constaret ex duabus affirmatiuis in secunda figura: at si constet, ꝙ eius definitio negeť à subiecto, tunc concludet negatiuam vlem in secũda figura. exempli gratia, vtrum studiosus sit inuidus: & inueniemus inuidum tristari in prosperitatibus, studiosus vero nõ tristatur prosperitatibus: concludetur ergo, studiosus non est inuidus. At si nihil definitionis prædicati & subiecti nobis declaretur, tunc idem faciemus de partibus definitionis, quod fecimus de subiecto, vel de prædicato ipso, nempe, ꝙ capiemus definitionem partium definitionis unius eorum, et experiemur eam eo pacto, quo tentauimus illud in ipsomet subiecto, vel prædicato: & sic procedemus donec deueniatur ad simpliciorẽ partium definitionis: & hoc, si non declaretur, & constet nobis id, quod volebamus ar te hoc.

Quartus locus est, vt quæramus instantiam rei, quæ fuit, & vtamur in hoc magna diligentia, quantum fieri potest, & si non inuenerimus instantiam, vel si inuenerimus, iam destruxerimus eam, tũc verificatur ipsa positio, seu positum. Locus autem hic eãdem habet vim, quam habet locus, qui per inductionẽ verificatur: qm̃ priuari instãtia, vel accidit ex sensu, vel propterea quia nõ datur aliquis syllogismus, qui contradicat ei: & hoc non est locus, sed præceptum, quod iuuat ad confirmationes positionum probabiliũ: neq; est etiã demonstratiuus, propterea, quia non est necessarium, si res non habeat instantiã, vel ꝙ destruatur eius instantia, vt propterea sit vera in se, quia fortasse habet instãtiam, licet nos non aduertamus eam.

Quintus locus est sumptus ab ipsis denominationibus, seu nominibus rerũ: & est, quo res significaẽ nomine samoso apud vulgares, nõ nomine ficto ad significãdam illã rem, siue significet apud vulgus aliã rem, siue non. Est aũt locus is dialecticus valens ad cõstruẽdum & destruendũ: nisi forte illa res non habeat nomẽ apud vulgares, sed habeat nomen apud scientiam alicuius artis: tunc. n. debemus vti eo, vt vtitur ipso professor illius artis: & est vtiq; præceptum, non locus.

Sextus locus sumptus quoq; ab ipsis nominibus & est, cùm ipsum positũ, de quo quæritur vtrum reperiatur vel nõ reperiatur, dicatur æquiuoce, & cùm respondens non aduertat illud, tunc poterit decipi opponens: tunc ergo diuidatur illa res æquiuoca in omnia significata, de quibus dicit, quia hęc est diuisio generis in suas species, deinde exponat per viam simile inquisitioni, ꝙ prædicatũ reperitur, seu ineſt toti subiecto, cũ insit maiori parti rerũ, in quas diuiditur illud nomen, vel in oẽs: hoc autem fit, cùm quærit affirmare seu construere: sed cũ vult destruere, probabit tunc subiectũ non ineſſe alicui illorũ significatorum. Et tandẽ hic locus est sophisticus. Dialecticus ergo debet euitare vsum huius loci: ꝙ si in eũ inciderit, tunc diuidat omnia significata, de quibus dicitur illud æquiuocum, eaq; distingat, mox declaret quod illorũ sit verum, & quod nõ verum: et hoc idẽ debet facere in nominibus dubijs, quæ analoga solent vocare, mox declarare, seu distinguere verum à falso. Expositores aũt numerãt hunc locum septimũ, scilicet locum, qui fit per nomẽ analogum, seu dubiũ, qui quidem nõ est dialecticus nec ipse, neq; præcedens ei.

Octauus locus est, vt transferamus nomen rei, quod est ignotum, ad aliud nomen magis notũ illo, vt cũ dicimus vice huius, nominis s. certi in cogitatione, dicatur verum: hoc tamẽ est præceptũ conducens ad ipsum syllogismum facile inueniendum, & non est locus.

Nonus locus est, vt cõsideremus genus ipsius subiecti, & si inuenerimus prędicatũ ineſſe ei, tũc iudicamus ipsum ineſſe subiecto, præsertim cũ voluerimus probare contraria ineſſe eidem rei, nam si insint generi eius insunt ei: vt ꝙ circa sensum reperitur rectitudo, & peccatum,

& error, quia cognitionis sit rectum & error. Cognitio enim est genus ipsius sensus, & sensus est illius species, & ille est locus veridicus, quia demõstratio speciei per genus, est commonstratio partis per ipsum totum, & si le est demonstratiuus, prout præpositum est. Et posset ferri demonstratio de genere per speciem cõstruendo: quicquid enim ineſt speciei, ineſt generi: & hic componitur per syllogismum conditionalem. Verbi gratia, quia si homini insit ipsa ratio, animali ineſt ratio: hęc autem demonstratio nõ eueniret negatiue: quando enim homini non ineſt rationis priuatio, non sequitur ꝙ animali non insit rationis priuatio: demonstratio vero speciei ex genere per syllogismum conditionalem est possibilis, negatiue: quicquid enim negatur ab ipso genere, negatur ab ipsa specie, quia si animali nõ insit ratio, nec homini ineſt ratio, licet impossibile hoc sit, affirmatiue: quando enim rationis priuatio ineſt animali, non ineſt rationis priuatio ipsi homini.

Locus. 10. ꝙ si vndeci mus, & duodecimus. Decimus autem locus est, ꝙ consideremus quæsiti prædicatum, quia si sit genus & prædicetur de quæsiti subiecto, necessario sequitur ꝙ subiecto insit pars aliqua speciei rum huius generis. Sicq; quicquid denominamus per hoc genus, vt si diceremus, an anima moueatur: quia si possit moueri, necessario sequitur, ꝙ moueatur per aliquam speciem motuum, quæ sunt quatuor, videlicet, translatio, alteratio, augmentum & decrementum, & generatio & corruptio: hoc autem loco connectitur nexus, si concludens fuerit affirmatiuum, vt ꝙ anima moueatur, in prima figura: si autem fuerit negatiuum, vt ꝙ anima non moueatur, & per conditionalem subiunctiuam. Verbi gratia, ꝙ dicamus, si anima moueatur, aut crescit, aut alteratur, aut transfertur: Deinde repetatur consequens, scilicet ꝙ nullo horum motuum moueatur, & concluditur, ꝙ anima non moueatur: & aliquando concludere it in secundæ figuræ aliqua specie, si concluderet duabus conuersionibus: sed in prima figura non concluderet, quia minor fit negatiua, & hic locus est demonstratiuus & sumitur ex rei essentia.

Locus. 11. ꝙ est decimus quartus. Vndecimus autem locus sumitur ex consequentibus, hic autem fit duobus modis: quorum vnus est, ꝙ consideretur quæ sit illa res, quæ quando est necessario sequatur esse positum, & hic locus semper est constructionis: quando enim ponimus rem, quæ quando est, sequitur esse ipsum positum antecedens, & quæsitum esse consequens. deinde repetatur ipsummet antecedens, & concludatur ipsummet cõsequens. Verbi gratia, si quæramus an vacuum sit, & dicatur si motus sit, vacuum est: sed motus est, vacuum itaq; est. secundus autem modus est, ꝙ consideremus quæ sit res quæ est quæsita, quæ est, quando positum est, & hic locus est semper destructionis, hic autem fit ponendo quęsitum antecedens, & res consequens ipsum esse, ꝙ sit: deinde repetamus oppositum consequentis, et cõcludatur oppositum antecedentis. Verbi gratia, ꝙ nostrum quæsitum sit, an vacuum sit, & dicatur, si vacuum esset, corporis dimensiones essent separatæ: deinde repetatur, sed dimensiones non sunt separatę, & concludatur, vacuum itaq; non est. Hæc quidem loca sunt demonstrationis, sed prout dictũ est de conditionibus syllogismi conditionalis est, quando fit ꝙ connexio sit commonstrata per syllogismum cathegoricum, aut repertum, si cõnexio esset per se nota.

Locus. 12. & est decimus quintus in Aristotele. Duodecimus locus sumitur ex parte tẽporis, & hic quidem fit, ꝙ, quãdo prędicatum & subiectum fuerint in aliqua re varia secundum tempus, non semper verificatur tum, quia circa iudicium, seu apprehensionem extat rectitudo, & peccatũ: iudicium enim hic, est genus ad sensum, sensus vero est species ei, & est vtiq; locus verus demonstratiuus: nam demõstratio de specie per genus est declaratio partis per totum, vt prędictũ fuit. Fit aũt demonstratio de genere per speciem ad cõstruendum, seu affirmandum, qm̃ quicquid ineſt speciei ineſt genere: hoc autem componitur per syllogismum hypothetícum, exẽpli gratia, si homini ineſt ratiocinatiũ, ergo animali ineſt ratiocinatiũ: sed hæc demonstratio non fiat per negationẽ, nam si homini non ineſt irrationalitas, non propterea sequitur, quin insit ipsi animali irrationalitas. At demonstratio de specie per genus in syllogismo hypothetico potest vtiq; fieri per negationẽ, qm̃ quicquid negať de genere, negatur de specie: nam si animali nõ insit ratiocinatiũ, neq; ipsi homini quoq; inerit ratiocinium: sed hoc nõ fiet per affirmationẽ: nã si irrationalitas ineſt animali, irrationalitas non inerit homini.

Decimus locus est, vt respiciamus prædicatũ ipsius quęsiti, qm̃ si fuerit genus, & fuerit prędicatũ de subiecto quęsiti, tunc necessario oportebit ineſſe ipsi subiecto aliquam speciẽ illius generis: similiterq; quodcũq; nomen illius generis imposuerimus, vt si dicatur, vtrũ anima moueatur, nam si est possibile eam moueri, necessario vtiq; oportebit eam moueri aliqua specie quatuor motuum, qui sunt translationis, alterationis, incrementi, generationis & corruptionis, huius aũt loci componetur syllogismus, vel concludens affirmatiuã, scilicet ꝙ anima moueť, & in prima figura: vel concludens negatiuam, scilicet ꝙ anima nõ mouetur. & per hypotheticam conditionalẽ seu cõiunctiuã. exempli gratia, si dicatur si anima moueť, ergo vel crescit, vel alterať, vel transfertur localiter, mox repetatur oppositum cõsequentis, quod est, ꝙ non mouetur aliquo illorum motuum, & sic concludetur, ꝙ anima nõ mouetur: potest tamẽ cõcludere in secunda figura in aliquo eius modo, quæ probabitur per duas cõuersiones, & erit secundus modus: at in prima figura non concludet, quia minor esset negatiua, iste autem locus est demonstratiuus, & est sumptus à substantia rei.

Locus vndecimus est sumptus ab affirmationibus seu cõsequentijs, & fit duobus modis: primo, vt cõsideremus, quę sit illa res, qua data oporteat necessario dari propositum quęsitum: & is locus est semper affirmatiuus, seu cõstructiuus: & hoc cũ posuerimus rem, qua data, oporteat dari positum antecedens, & quæsitum consequens: deinde repetatur illudmet antecedens, & concludatur illudmet cõsequens, exẽpli gratia, quęsitum, seu problema sit, vtrũ detur vacuum: & dicamus si motus datur, vacuum datur, sed motus datur, ergo vacuum datur: secundo modo fit, si consideremus eam rem, quę dabitur quidẽ dato ipso proposito quęsito: & is locus est semper destructtuus, & hoc scilicet si ponamus quęsitum pro antecedẽti, & id quod sequitur ad eius esse pro cõsequenti: mox repetamus oppositũ consequentis, & cõcludatur oppositum antecedẽtis. exempli gratia, si sit quęsitũ, vel problema: vtrum detur vacuum, & dicamus, si vacuũ daretur, ergo dimensiones corporis essent separatę: mox repetamus, sed dimensiones non reperiuntur separatæ, & concludetur, ergo vacuum nõ datur: hi aũt loci sunt demonstratiui, verum tamen vt iam fuit dictum ex conditionibus syllogismi hypothetici, seu conditionalis cũ fit est vt coniunctio, seu illatio, vel consequentia in eo sit nota per syllogismum cathegoricum, vel ipsum antecedens si cõsequentia, seu coniunctio fuerit de se nota.

Duodecimus locus est sumptus à tẽpore, nempe vt si ineſſet prædicatum & subiectũ alicui rei sit diuersum tempore, tunc nõ erit verum dicere prædicatum ineſſe subiecto

fi catur prædicatum esse subiecto: hoc autem fit, qñ inuenitur in illa subiectum semper, prædicatum autem non semper. Verbi gratia dicendo, an nutribile necessario augeatur, nec ne, & dicatur, ꝙ non augeatur necessario, quia nutribile semper nutritur, & non semper augetur, & hoc quia subiectum est tempore alio à tempore quo est ipsum prædicatum. Verbi gratia, an addiscere sit reminiscidiscere enim est illius, quod erit futurum, reminisci autem est illius, quod fuit tempore præterito. Hic autem locus est demonstratiuus, & sumitur ex accidentibus inseparabilibus, & syllogismus, qui eo constituitur, fit ex figuris cathegoricis in secũda figura: medium enim illius est ipsum tempus, et prædicatur de vno extremo affirmatiue, & de altero negatiue.

Locus. 13. et 8 decimus sextus.

Tertiusdecimus autem locus est, ꝙ quærens omittat destructionem positi, quod respõdens admiserat in sua cautione, & transferatur ad destructionem alterius rei, & hæc altera res non euadit, quin ipsius destructio sit necessaria ad positi destructionem, aut non sit: & vltra dum fuerit necessaria, non euadit, quin sit ſm veritatem, aut cogitatu: quando vero fuerit necessaria ſm veritatem, tlle est demonstratiuus, ꝙ res, quæ transfertur ad locutionem de ea, sit præmissa necessaria in syllo destructionis, & iterum hoc opus est necessarium arti topicæ qñ respondens negaret aliquam rem de his, quę iuuaret quærentem quo ad positum. Quãdo vero præmissa, ad quam quęrens transfert orationem, non esset necessaria ad positi destructionẽ, nec cogitatu, nec ſm veritatem, opus itaq; esset sophisticum. Qñ vero fuerit cogitatu non ſm veritatem, si illa cogitatio esset diuulgata, hic itaq; est topicus. Si autem cogitationis causa fuerit error asseueratiõis huius, & putaretur ꝙ esset ipsamet res, illa esset sophisticus: hic autem non est locus, sed præceptum iuuans inuentionem syllogismi, & cautionem ab operibus sophistarum.

Locus. 14. q est decimus octauus.

Quartusdecimus autem locus est, ꝙ consideremus res, quibus ineſt altera duarum rerum oppositarum solum, prout fiunt contraria immediata, sicut salutem & morbum inesse homini: quando. n. cõmonstratum fuerit alterum contrariorum inesse, cõmonstratum est nobis alterum contrarium esse negatum, & hic est destructionis: è contra autem si commonstraretur nobis alterum contrariorum esse negatum, commonstratum nobis est alterum contrarium esse: & hic quidem locus est constructionis & destructionis, & fit ex rebus quę sunt deforis: & syllogismus illo constitutus fit per conditionalem subiunctiuum & disiunctiuum.

Locus. 15. q est decimus nonus.

Quintusdecimus autem locus est præceptum translationis nominis in orationem, quę gerat vicem ipsius: hoc est, ꝙ qui transfert, quando hoc facit, procuret, ꝙ oratio significet naturam, quam significat nomen, non rem extra illius rei naturam, superaddens illi aut imminuens ab ea, sicut qui ferret fortitudinem esse bonũ animæ, est enim fortitudinis aliqua res superaddita bono animæ: tales autem orationes non conuenit nobis sumere vice ipsius nominis.

Locus. 16. q è vigesim⁹.

Locus autẽ decimussextus sumitur ex natura modi ineſſendi prædicati ipsi subiecto, prædicatum. n. aut ineſt subiecto necessario, aut et ineſt vt i pluribus, aut ineſt ei contingẽter, aut quouis modo dispõnum, qui contigerit æqualiter: qui. n. poneret ꝙ id, cuius conditionis sit ꝙ ipsum sit necessariũ quod esset pro maiori parte, notum est ꝙ assereret id, quod est semp, non esse semp. & è cõtra, qui posuerit quod est pro maiori parte, ꝙ sit necessarium, & asseruit, quod non est semp, ꝙ esset semper: & sisti qui posuerit id, quod est ſm quamuis dispositionem, quæ contigerit esse, æqualiter esse necessario, aut de his quæ sunt pro maiori parte: sicq; etiam qui posuerit contrarium illius, quod est pro maiori parte esse necessarium,

subiecto semper: & hoc, siue subiectum insit ei semper, & prædicatum nõ semper. exempli gratia, si quis dixerit, vtrũ quod nutritur augeatur ex necessitate, uel nõ, & dicatur ipsum nõ augeri ex necessitate, qm̃ quod nutritur, semper nutritur, sed non augetur semper, siue subiectum reperiatur tempore, quo non reperiatur prædicatum. exempli gratia, si quis dixerit vtrum scire sit reminisci, & dicatur, scire non esse reminisci, quoniam scire est futuri tẽporis, reminisci vero præteriti: hic aũt locus est demõstratiuus sumptus ab accidentibus inseparabilibus: & syllogismus, qui ex eo componitur, est ex figuris cathegoricis in secunda figura: nam medium in eo est tempus, & prędicatur de vno extremorum affirmatiue, & de altero negatiue.

Decimustertius locus est, cũ interrogans omittit destructionẽ positionis, quam acceptauit respondens pro sua cautela, & transfert se ad destruendam aliam rem, & illius alterius rei destructio vel sit necessaria omnino ad destruendam positionem, vel nõ sit necessaria: mox si fuerit necessaria, vel erit re vera necessaria, uel ſm opinionem: si re vera, tunc est locus demonstratiuus, vt cũ illa res, ad quam transfertur sermo, sit propositio necessaria in syllogismo destruente: & illud officium sit quoque necessarium in arte Dialectica, cùm respõdens negauerit aliquid, per quod iuuetur arguens in ipsa positione. At si illa propositio, ad quam transfert interrogans sermonem suum, non fuerit necessaria pro destructione positionis, nec ſm opinionem, neq; re vera, tunc illud officiũ est sophisticum: sed si fuerit ſm opinionẽ, seu cogitationem, sed non re vera, tunc si illa opinio est probabilis, tunc est dialecticũ: sed si causa illius opinionis fuerit error cogitationis in ea re, & existimauerit illud esse eandem rem, tunc est sophisticum: & hoc non est locus, sed est præceptum iuuans ad inuentionẽ syllogismi, & ad cauendũ ab officijs ipsorum sophistarum.

Quartusdecimus locus est, cùm respicimus eas res, quibus ineſt vna duarum rerum contrariarum tãtum, vt sunt contraria, quæ non habent medium, vt sanitas, & ægritudo: nam, cùm scimus vnum illorum contrariorum ineſſe, scimus profecto alterum esse priuatum, & ihæc est destructio: è contra vero, si scimus vnum contrariorum non ineſſe, scimus quoque alterum inesse: & is locus est ad construendum, & destruendum, seu affirmandum & negandum, & est ex rebus extraneis: & syllogismus, qui constat ex propositionibus ab eo sumptis, fit per conditionalem coniunctiuam, & disiunctiuam.

Decimusquintus locus est præceptum in transferendo nomen in orationem, eius vicem gerentem: hoc est, vt ipse trãsferens, vel transumens, cũ hoc fecerit, curet vt illa res significet eã naturam, quam significat illud nomen, non aliquid alienum à natura rei, nec addẽs ei, neq; minuens ab ea, vt si quis dixerit fortitudinem esse bonitatem animi: nã fortitudo habet quid supadditum & in plus se habens, qm̃ animi bonitas: & non debemus sumere huiusmodi orationes vice nominis.

Decimus sextus locus est sumptus ex natura modi inhærendi prædicatum ipsi subiecto: nam prædicatum vel ineſt subiecto ex necessitate, vel ineſt ei vt in pluribus, aut ineſt ei contingenter, vel aliquo eorum, quæ contingunt ad vtrũlibet, seu æqualiter, vel indifferenter: si igitur quis dixerit id, quod est ex necessitate, esse vt in pluribus, palam est, ꝙ dixit rem semper existentẽ non semp existere: & è cõtra, si quis dixerit id, quod vt in pluribus est, esse ex necessitate, iam dicit id quod nõ est semper, esse semper: similiterq; si dixerit, ꝙ aliquod eorum, quæ solent contingere ad vtrũlibet, ex necessitate fieri, vel vt in pluribus: similiterq; si dixerit, quòd contrarium eius quod est, vt in pluribus sit id, quod est ex necessitate

necessarium: contrarium enim illi, quod est pro maiori parte, est esse vt in paucioribus.

Locus 17. q est vigesim⁹ primus.

Decimusseptimus locus est, ꝙ caueamus ponere rẽ ineſſe sibiipsi, vt si ineſſet alij, hoc est dictu, ꝙ res prædicetur de seipsa: hoc autem contingit quando rei sunt duo nomina synonima, prout diceretur, quòd gaudio insit lætitia, & iocunditas, ac si gaudium esset alia res à lætitia, siue ꝙ illi esset accidens, aut aliud de ipsis prædicatis, & ille est locus sophisticus, quem iam cauit in libro Elenchorum. Sicq; explicuit nominis controuersię distinctionem.

De eisdẽ terminãdis problematibus, loci alij. Cap. III.

21. declaratio.

QVoniam autem contraria cõnectuntur quidem sibijnuicẽ sex modis, contrarietatem aũt faciunt quadruplici ter cõplexa: oportet accipere contraria quo cunq; modo vtile fuerit & destruenti & construenti. Quòd aũt sex modis complectuntur, manifestum: nam aut vtrunq; contrariorum vtriq; contrariorum connectitur, hoc autẽ dupliciter, vt amicis benefacere, & inimicis male: vel ecõuerso, amicis male, & inimicis bene: aut quãdo vtraq; de vno: dupliciter autem & hoc vt amicis benefacere, & amicis male, vel inimicis benefacere, & inimicis male: aut vnũ de vtriq;, & hoc quoq; dupliciter, vt amicis bene, & inimicis bene: vel amicis male, & inimicis male. Primæ autem duæ dictæ cõplexiones non faciunt cõtrarietatem: nam id, quod est amicis benefacere, ei quod est inimicis male facere, nõ est contrariũ, vtraq; enim eligenda sunt, et eiusdem moris: neq; id quod est amicis male, ei quod est inimicis bene: nam & hęc vtraq; fugienda, et eiusdem moris. Non videtur autẽ fugiendum fugiendo cõtrariũ esse, nisi hoc quidem ſm superabundãtiam, illud autem secundum defectum dictum sit. nam superabundantia fugiendorum videtur esse: similiter autem & defectus. Reliqua vero quatuor omnia faciunt contrarietatem: nam id, quod est amicis benefacere, ei quod est amicis male, contrarium: nam à contrario more sunt, et illud quidem eligendum, hoc autem spernẽdum. similiter autem & in alijs. Nam in vnaquãq; cõiugatione vnum eligendũ, & alterum fugiendum: illud quidẽ boni moris, hoc autẽ praui. Manifestum igitur ex ijs quæ dicta sunt, ꝙ eidem plura contraria accidunt fieri: nam ei, quod est amicis benefacere, id quod est inimicis benefacere, & id qđ est amicis male, contrarium est. Similiter autem & aliorũ singulis quibusq; eodem modo considerantibus, duo contraria apparebunt: accipere igit̃ contrariorũ quodcunq;, erit ad positionem vtile. Amplius si est aliquid contrarium accidenti, considerandum

21. declaratio.

ex necessitate: nam rei, quę est vt in pluribus, contraria tur quæ est vt in paucioribus.

Decimusseptimus locus est, vt caueamus, ne ponamus id quod de se sibi ipsi ineſt, ac si alteri ineſſet, hoc est vt res prædicetur de se ipsa: & hoc contingeret, quãdo vna res habet duo nomina synonima, vt si quis diceret ipsi gaudio ineſſe iucunditatem, & lętitiam, ac si iucunditas esset aliud à gaudio, siue illud sit accidens illi, siue aliquod aliud prædicatorum: & est locus sophisticus, de quo admonuit in libro Elencorum sophisticorum, inhibq; perfecit eius diuisionem.

est si ineſt ei, cui dictum est accidens ineſſe. Nam si hoc ineſt, illud non inerit: impossibile enim simul contraria eidem ineſſe. Aut si quid tale dictum est de aliquo, quod cùm sit, necesse est contraria ineſſe: vt si ideas in nobis quis dixerit esse. Nam & moueri, & quiescere easdem accidet, & etiam sensibiles, & insensibiles esse. nam videntur ideæ quiescere, & immobiles, & intelligibiles esse ijs, qui ponunt ideas esse; attamẽ, cùm sint in nobis, impossibile est immobiles esse. nã motis nobis, necessarium est & quæ in nobis sunt omnia simul moueri. manifestũ aũtem qm̃ & sensibiles, si in nobis sunt: nã per sensum, qui circa visum est, eam quę in vnoquoq; est formam cognoscimus. Rursum, si positum est accidens, cui est aliquid cõtrarium, considerandum si & contrarij susceptiuum, quod & accidentis est: nam idem contrariorũ susceptiuum: vt si odium hærere iræ quis dixerit, erit odium in furoris specie, illic enim ira: inspiciendũ igitur si & contrarium in furoris specie, an in concupiscentia: nam si non, sed in concupiscibili est, non cohæret odium iræ. Similiter aũt & si concupiscibile ignorare dixerit: nam erit & disciplinæ susceptiuum, siquidem & ignorantiæ: quod quidem non videtur concupiscibile susceptiuum esse disciplinæ. Destruenti ergo, quemadmodum dictum est, vtẽdũ: astruenti vero quod ineſt quidem accidens non vtilis locus, quod aũt contingit ineſse vtilis. Ostendentes enim ꝙ nõ susceptiuum est cõtrarij, ostendentes erimus ꝙ neq; ineſt accidens, neq; contingit ineſse: si autẽ ostenderimus ꝙ ineſt contrariũ, aut ꝙ susceptiuũ est cõtrarij, nondum ostendentes erimus ꝙ & accidens ineſt, sed ꝙ cõtingit ineſse in tantum solum ostẽsum erit. Quoniam autem oppositiones sunt quatuor, cõsiderandum ex contradictionibus, econuerso ex consequentia, & interimenti, & cõstruenti: sumere aũt est inductione. vt si homo, animal, nõ animal, nõ homo: similiter autem & in alijs. Hic enim econuerso consequentia: nam hominem, animal sequitur, non hominem aũt,

20. declaratio.

Mors in nobis necesse ẽ omnia moueri in nobis sit.

24. Locus. Declaratio.

non

Bonũ sequitur suaue.

non animal, nequaquam, sed econuerso, nõ animal, non homo. In omnibus igitur tale est existimandum. vt si bonum, suaue: & nõ suaue, non bonum, si autem non hoc, nec illud. similiter autem & si non suaue, non bonum: bonum, suaue. Manifestum igitur ꝙ vtrunque conuertitur, quæ secundum contradictionem est cõsequentia econuerso facta. In contrarijs autem considerandum si contrarium contrarium sequatur, an contra seipsa consequentia, an econuerso, & interimenti, & construenti. Sumere autem & talia est ex inductione quantum vtile est, contra ipsum consequentia est, vt in fortitudine, & timiditate: nam illam quidem sequitur virtus, hanc autem vitium: & illam quidem sequitur eligendum, hanc autẽ fugiendum: igitur contra seipsa & horum consequentia: contrariũ enim eligendum fugiendo: similiter autem & in alijs. Econuerso autem consequentia, vt bonam quidem habitudinem sanitas sequitur, malam autẽ habitudinem ægritudo nequaquam, sed ægritudinem mala habitudo: manifestum igitur quoniam econuerso in his consequentia fit. Raro autem econuerso accidit in cõtrarijs, sed in pluribus in seipsa consequentia: si ergo neꝙ contra seipsa contrarium sequitur contrarium, neque econuerso, manifestum quoniam neque eorum quæ dicta sunt alterum sequitur alterum: si autem in cõtrarijs, & in ijs quę dicta sunt necesse alterum sequi alterum. Similiter autem contrarijs, & in priuationibus, & habitibus respiciendum. Veruntamen nõ est in priuationibus econuerso: sed contra seipsa consequentiam necessarium est semper fieri: veluti visum sequi sensum, cæcitatem autem insensibilitatem: opponitur enim sensus insensibilitati, vt habitus & priuatio: nam illud horum qui dem habitus, hoc autem priuatio est. Similiter autẽ habitui & priuationi, & in ijs quæ sunt ad aliquid, vtendum: cõtra seipsa enim, & horum consequentia, vt si triplum multiplum, & subtriplum submultiplum dicitur: dicitur enim triplum quidem ad subtriplũ, multiplum autem ad submultiplum. Rursus, si scientia opinio: & scibile opinabile: & si visus sensus, & visibile sensibile. Instantia, quòd non necesse est in ijs, quæ sunt ad aliquid, consequentiam fieri, quemadmodũ dictum est: nam sensibile scibile est, sensus autem non est scientia. Non tamen vera instantia videtur esse: multi enim non dicunt sensibilium esse scientiam. Insuper autem ad contrarium non minus vtile quod dictũ est: vt quòd sensibile non est scibile, neque enim sensus scientia. Rursus in coniugatis, & in casibus: & interimenti, & cõstruenti. Dicuntur autem coniugata huiusmodi, vt iusta, & iustus iustitiæ: & fortia, & fortis fortitudini. Similiter autem effectiua, & cõseruatiua, coniugata illi cuius sunt effectiua, & conseruatiua, vt sanatiua sanitatis, habituatiua habitudinis: eodem autem modo & in alijs: coniugata igitur talia solent dici. Casus autem, vt iuste, & fortiter, & sanatiue, habituatiue, & quæcunq; eodem modo dicuntur. Videntur autem & quæ sunt secundum casus, coniugata esse, vt iuste iustitiæ, & fortiter fortitudini. Coniugata autem dicuntur secundum eandem coniugationem omnia, vt iustitia, iustus, iustum, iuste: manifestum igitur quoniam vno quouis ostenso eorum, quæ secundum eandem coniugationem dicuntur, vt bono, vel laudabili: & reliqua omnia ostensa sunt: vt si iustitia est laudabilium, & iuste, iustus, iustum laudabilium: dicetur autem iuste & laudabiliter secundum eundem casum, nam à laudabili, quemadmodum iuste à iustitia. Considerandum autem non solum in eo quod dictum est, sed & in contrario contrarium. Vt quòd bonum non ex necessitate suaue, neque enim malum triste: aut si hoc, & illud: & si iustitia scientia, & iniustitia ignorantia: & si quod iuste est, scienter & experienter est, quod iniuste est, ignoranter & inexperienter est: si autem hæc non, nec illa, velut in hoc quod nunc dictum, nam magis vtique apparebit quòd iniuste experienter, quàm inexperienter. hic autem locus dictus est prius in contrariorum cõsequentijs, nihil enim aliud nunc ostẽdimus, quàm contrarium sequi contrarium. Amplius in generationibus, et corruptionibus, et effectiuis, et corruptiuis, et interimenti et astruenti. Quorum enim generationes bonæ sunt, et ipsa bona sunt: et si ipsa bona sunt, et generationes bonæ: si autem generationes malæ, et ipsa mala. in corruptionibus autem econtrario: nam, si corruptiones bonæ, ipsa mala, si autem corruptiones malæ, ipsa sunt bona. Eadem ratio et in effectiuis, et corruptiuis: quorum enim effectiua bona, et ipsa bona: quorum vero corruptiua bona, ipsa mala.

28. Locus. Declaratio.

27. Locus. Declaratio.

A contrarium, consequentia.

20. Locus. Declaratio.

A cõiugatis & casibus.

31. Locus. Declaratio.

30. Locus. Declarato.

Sermo

Sermo de alijs locis determinantibus eadem quæsita. Cap. III.

TRANSLATIO ABRAMI.

Locus. 18. q̃ est vigesimꝰ secundus, & vigesimusseptimus.

Decimusoctauus locus sumitur ex contrarijs, & constituunt̃ per ipsum sex loca, duo inferẽtia, et quatuor nõ inferentia. Manifesta aũt res est, ꝙ ex illis fiant sex modi cõpositionis. Aut enim sumeret vtrunq; cõtrariorũ cum alterutro cõtrario sibi opposito, si, in prædicato et subiecto ambarũ simul, quod fit ſm duas species: quarũ vna est, vt dicimus, si expediat amicis benefacere, expedit inimicis malefacere: & secũda est huic contraria, vt dicimus si malefacere amicis expediret, bñfacere inimicis expediret. Aut ꝙ ambo contraria sumantur de vno subiecto, & hic etiã fit duobus modis: quorũ vnus est, ꝙ ponamus quoduis contrariorum in subiecto recipienti alterũ contrariũ in opposita enuntiatione: & secundus modus est, ꝙ cõuertamus ipsam rem, hoc est, ꝙ ponamus in secunda contrarium, quod sumit̃ in prima, & quod est in secunda, in prima: vt dicamus, si expediat benefacere amicis, nõ expedit eis malefacere: & si laudabile sit amicis malefacere, amicis benefacere est illaudabile. Aut sumatur vnum prædicatum de duobus subiectis contrarijs, & hoc iterum fit dupliciter: vt si benefacere amicis expediat, benefacere inimicis non expedit, aut si malefacere amicis expediat, malefacere inimicis nõ expedit. Duæ autem primæ combinationes non faciunt repugnantiam, immo simul faciunt illationem. & ille est locus diuulgatus non demonstratiuus, prout infra dicemus: quatuor vero, quę illis succedunt, faciunt repugnãtiam. Si enim fuerit contrariorum immediatorum coaptantur constructioni & destructioni, & sunt demonstratiui, nam si dicere Socrates est æger sit verum, dicere ꝙ ille non sit sanus, est verum. Quando vero fuerint de contrarijs mediatis, est mendax in constructione, quia non infertur, ꝙ si res non sit alba, ꝙ sit nigra, sicut infertur quando est alba, ꝙ non sit nigra. Et syllogismi, qui constituuntur his locis, sunt conditionales, si ex inferentibus sunt coniunctiui, si autem ex nõ inferentibus sunt disiunctiui.

Locus. 19. q̃ est vigesimꝰ quartus.

Nonusdecimus autem locus est, ꝙ cõsideremus positi prædicatum, & si inuenerimus ꝙ ex essendo positũ sequatur, ꝙ contraria sint simul, scimus ꝙ prædicatum negetur à subiecto. Et huius exemplum est, quod dicitur de ideis abstractis à sensatis, quia ex hoc ille infert, ꝙ essent sensatæ & ignotę simul, & moueãtur & quiescant simul: ex parte enim qua positæ sunt abstractæ, non sunt sensatæ, nec mouentur, ex parte autem qua sunt in sensatis, oportet eas esse sensatas, & ꝙ moueantur: & syllogismus huius loci constituitur sicut syllogismus ducens ad impossibile.

Locus. 20. q̃ est vigesimusquintus.

Vicesimus aũt locus est ꝙ cõsideremus an prædicatum sit accidens, aut sine cõtrario, et si ei sit cõtrariũ, an subiectũ illud recipiat, aut nõ recipiat illud, si aũt subiectum illud recipiat, possibile est ꝙ prædicatum insit subiecto, quia vnum est subiectũ contrariorum, si aũt nõ fiat hoc in illo, impossibile est prædicatum inesse subiecto. Verbi gratia, ꝙ cõsideremus an odium sit in parte animę irascibili, & si amor, qui est odio cõtrarius, nõ sit in illa, sed est in parte cõcupiscibili: odium itaq; necessario nõ est in parte irascibili animę. Et hic quidem locus in destruendo est necessarius, sed in cõstruendo est contingens: quãdo enim in aliquo subiecto est vnũ contrariorum, possibile est illi inesse alterum contrarium.

Locus. 21. q̃ est. 26. 27. et 28. in Arist.

Vicesimusprimus locus est, ꝙ cõsideremꝰ quatuor opposita, scilicet affirmatiũ et negatiũ, et cõtraria, et relatiua, et priuationẽ & habitũ, & cõsideremus in illis modum

TRANSLATIO MANTINI.

Decimusoctauus locus est sumptus ex ipsis contrarijs, & sex loci cõiungitur in eo: nempe duo affirmatiui, & quatuor nõ affirmatiui: manifestum aũt est, ꝙ exoriunt̃ ex ipsis sex modi cõpositiõis: nã vel sumit̃ vnũquodq; cõtrariorũ cũ alio cõtrario sibi opposito, & hoc tum in subiecto, tum etiã in prædicato vtriusq; oppositionis simul & : hoc fit duobus modis, primo, vt si dicamus, si bñfacere amicis est necessariũ, ergo malefacere inimicis est necessariũ: secundo vero, vt si dicat̃ contrariũ illius primi modi, vt cũ dicimus, si malefacere amicis est necessarium, ergo benefacere inimicis est necessariũ: vel sumant̃ omnia cõtraria eiusdẽ subiecti, & hoc fit etiã duobus modis: primo, vt ponat̃ quodcũq; cõtrariorũ cõtingerit esse oppositũ alteri cõtrario in ꝓpõne sibi opposita: secundo, vt opposito mõres se habeat: nẽpe, vt illud cõtrariũ, quod sumit̃ in prima, ponat̃ in secũda, & qđ in secunda, ponat̃ in prima: vt cũ dicimus si bñfacere amicis est cõueniẽs, ergo malefacere eis nõ est cõueniẽs, & si malefacere amicis est laudabile, ergo bñfacere eis est illaudabile. Vel sumatur vnũ prædicatũ de duobus subiectis cõtrarijs, et hoc etiã fit duobꝰ modis: primo, vt cũ dicimus si bñfacere amicis est cõueniẽs, ergo bñfacere inimicis est in cõueniens: & illę duę primæ cõiugationes nõ pariũt destructionẽ, sed pariunt cõstructionẽ, seu affirmationẽ: & is locus est locus probabilis, nõ demõstratiuus, vt postea dicet. Illæ vero quatuor, q̃ sequunt̃ positas, pariũt q̃dẽ cõtradictionẽ: nã si fuerint ex cõtrarijs nõ habẽtibꝰ mediũ, tunc accõmodabunt̃ ad cõstructionẽ & destructionẽ, et tũc erũt demõstrationes: nã si dicere, socrates est egrotus, sit verũ, ergo dicere, ꝙ nõ est sanus, erit verũ: & si dicere ꝙ nõ est egrotus, sit verũ, ergo dicere ꝙ est sanus, erit verũ: sed si fuerit ex cõtrarijs habẽtibꝰ mediũ, tũc erit falsum in cõstructione seu affirmatione: nã quod est nõ albũ, nõ sequit̃, vt sit nigrũ: quẽadmodũ se quit̃ si sit albũ, ꝙ nõ sit nigrũ. syllogismi, aũt qui ex his locis cõponuntur, sunt conditionales, seu hypothetici, quorũ quidẽ affirmatiui sunt cõiũctiui, seu copulatiui, non affirmatiui vero sunt disiunctiui seu diuisiui.

Locus decimusnonus est, vt inspiciamus subiectũ ipsius positi: & si videamus ex inuẽtione ipsius suppositi seq; inuẽtionẽ cõtrariorũ simul, tunc scimus p̃dicatũ negari à subto. exẽpli grã, q̃ asserũt ideas, seu formas separatas inesse sensibilibꝰ, qm̃ ex hoc sequereꝰ, vt eẽnt sensibiles & intelligibiles simul, & nobiles atq; quiescentes: nã ea rõne, qua dicunt̃ esse separatæ, nõ sunt sensibiles, neq; mobiles, ea vero ratione, qua dicuntur inesse sensibilibus, oportet eas esse sensibiles, & mobiles, nã si sunt sensibiles, sunt vtiq; mobiles: & syllogismus huius loci constat ex syllogismo ducente ad impossibile.

Vigesimus locus est, vt cõsideremꝰ, vtrũ alicui p̃dicato insit aliquod accñs, vel aliq̃d aliud habẽs cõtrariũ, qđ si habeat cõtrariũ, tũc insiciẽdũ est, vtrũ subiectũ sit susceptiuũ ipsiꝰ, vel nõ: et si subiectũ sit susceptiuũ ipsius, tũc p̃dicatũ poterit inesse subto, qm̃ cõtrariorũ idẽ est subiectũ: sed si hoc nõ ita se habuerit, tũc nõ poterit prędicatũ inesse subiecto. exempli gratia inspiciamus, vtrũ odiũ insit parti irascibili animę & amicitia, quę est cõtraria odio, vel inimicitię, nõ insit ei, sed insit parti cõcupiscibili, tũc necessario odiũ non inerit parti irascibili animæ. Is aũt locus est ad destruẽdũ necessarius, ad cõstruendũ vero possibilis: qm̃ si vnũ cõtrariorũ insit alicui subiecto, poterit vtiq; alterũ cõtrariũ eidem inesse.

Locus vigesimusprimus est, vt consideremus quatuor oppositiones, quæ sunt scilicet affirmatio & negatio, & contraria, & relatiua, & priuatio & habitus, &

modum illationis: oppositorum nanque illatio est contraria illationi mutuo se inferentium, nam in mutuo se consequentibus esse sequitur esse, vel ablatio sequitur ablationem. In oppositis vero ablatio infert esse, et esse infert ablationem, & locus, qui præpositus est de contrarijs, est pars huius loci. Horum autem oppositorum illatio sit secundū duas species, s. illatio conuersa, & hæc quidem fit, quando duę res oppositæ comparantur vni rei, aut vna res duabus rebus oppositis, sicut prædictū est de contrarijs, & illatio non conuersa quæ vocatur recta, & illa fit ꝙ oppositum inferat ipsius oppositum, & hoc iterum fit duob⁹ modis, quorum vnus est, ꝙ subiectum orationis inferentis sit oppositū subiecto orationis illatæ ab illa, & prædicatum oppositum prædicato: secundus autem modus est, ꝙ subiectum secundæ sit oppositum prædicato primæ, & prædicatum illius oppositum illius subiecto, & hic quidem locus notior est in affirmatione et negatione, sed est demōstratiuus, & ille est locus, qui vocatur conuersio contradictorij. Verbi gratia dicendo, si homo sit animal, quod non est animal, non est homo, & hoc secūdum destructionem. Exemplum autem illius construēdo est dicere, si quod nō est animal nō sit homo, quod est homo est animal. Exemplum autem conuersæ illationis in ipsis cōtrarijs est dicere, si ille, qui est bonæ habitudinis, est sanus, qui est malæ habitudinis est ægер: & ambo hæc loca sunt demonstratiua, & differunt diuulgatione secundum ipsas subiectiones. Et ideo expedit ꝙ vulgatum de illo procedat recte, sicut dicendo, si visus sit sensus, cæcitas est sensus priuatio, & hic locus est diuulgatus non demonstratiuus, quia non sequitur, quando videns est viuum, ꝙ non videns sit mortuum. Et quando vulgati illatio fuerit secundum relationem illatio sit recte, prout dicimus, si scientia sit opinio, scitum est opinatum, & si visus sit sensus, uisum est sensatum: huius autem loci instantia est, quia si sensatum sit scitum, non sequitur ꝙ sensus sit scientia.

Locus vicesimus secundus qui ē vigesimus nonus, & trigesimus.

Locus autem vicesimus secūdus est sumptus ex coniugatis & casibus. Intelligo autem per coniugata, nomina, quę sunt exemplaria primitiua, & nomina denominata ab illis, quæ significant primitiua exemplaria adhęrentia subiecto, prout rectitudo est exemplare primitiuum, & rectum est denominatiuum ab illo. Verbi gratia, si rectitudo sit laudabilis, rectus est laudabilis, & si iniquitas sit illaudabilis, iniquus est illaudabilis: & ille quidem est construendi & destruendi. Et aliquando res, quam commōstrare proponimus, est vulgatior de denominatiuo cū sit de primitiuo exemplari, & ponimus illam inesse denominatiuo antecedens, & illam inesse primo exemplari consequens: deinde repetimus antecedens & concludimus consequens, vt si iniquus sit turpis, iniquitas est turpis. Casus vero sunt dictiones, quæ mutantur à dictionibus, quę sunt primitiuum exemplare mutatione significante modum in essendi prædicatum ipsi subiecto. Et in arabico idiomate non inuenitur hoc, nisi exprimatur per dictiones significantes illum modum, prout dicimus, si quod medice fit iuuat, medicina iuuat, & sicut putamus de contrarijs, ꝙ si contrarium prædicati inest contrario subiecti, prædicatum inest subiecto, vt dicēdo si bonum sit suaue, malum est contristans: similiter imaginamur de contrariorum coniugatis, quia contrariarum rerum contraria sunt coniugata, prout dicimus, si æquitas sit scientia, iniquus est ignorans.

Locus

inspiciamus modum cōsequentiæ in eis: qm̄ consecutio in oppositis contrario modo se habet, cū consecutione affirmatiuis: nā in ipsis affirmatiuis, s. hypotheticis cōiunctiuis, sequit affirmatio ex affirmatione, uel negatio ex negatione, sed in ipsis oppositis sequit ex negatione affirmatio, & ex affirmatione negatio. Locus vero contrarioꝝ, q præcessit, est vtiq; pars huius loci, & consecutio in his oppositis fit duobus modis: nēpe, vel erit consecutio è cōuerso facta: vt si duæ res oppositę cōparent ad vnam rē, vel vna res ad duas oppositas, vt paulo ante fuit dictum de cōtrarijs. Consecutio vero facta non è conuerso, quę dr̄ recta consecutio, est illa, in qua vnum oppositū sequit ex alio, et hęc quoq; fit duobus modis: primo, vt subiectum oīonis affirmatiuæ sit oppositum subiecto oīonis, q̄ ex ea sequit, & prædicatum ēt opponatur p̄dicato illius: secūdo vero, vt subiectū secūdæ sit oppositū prædicato p̄mæ, & eius p̄dicatū opponat subiecto illius. Et is locus est magis, pbabilis i affirmatione & negatione, sed est demr̄atiuus, & vocat locus fm cōtrarietatē contradictorij. exēpli gr̄a, cùm dr̄, si hō est aīal, ergo, q̄d non est aīal, non est hō: & hoc in destruendo. Exemplū vero in cōstruēdo, vt cū dicimus, si id q̄d non est aīal, nō est hō, ergo id, q̄d est hō, est aīal. Exēplū aūt cōsecutionis è cōuerso factæ in ipsis cōtrarijs, vt cū dicimus, si q̄ est bonę cōstitutionis est sanus, ergo q̄ est malæ cōstitutionis est ęgrotus. Et vterq; horꝝ duorꝝ locorꝝ est nō demr̄atiuus: sed differunt in pbabilitate propōne suppositorꝝ, & ideo pbabilitas in hoc debet pcedere pro rōne uniuscuiusq; suppositi. Cōsecutio vero, q̄ fit in ipso habitu & priuatione, illa, q̄ est, pbabilis, fit fm rectitudinē, vt cū dicimus, si visus est sensus, ergo cæcitas est p̄uatio sensus. Et is locus est, pbabilis, nō demr̄atiuus: nā non sequit, si videns est aīal, seu uiuū, ergo non videns est mortuū: & par ratio est de cōsecutione pbabili facta i ipso relatiuo, seu ad aliqd, s. ꝙ est consecutio recte facta, vt cū dicimus, si scientia est opinio, ergo scibile est opinabile: & si visus est sensus, ergo visibile est sensibile. sed terror qui i hoc loco cōmitti pōt, est, quia si sensibile est scibile, non ppea sequit, vt sensus sit scia.

Locus vigesimus secūdus est sumptus ab ipsis cōiugatis nobis abstractis et absolutis, q̄ dr̄ p̄ma exēplaria & principalia, & ab ipsis cōnotatiuis, vel cōcretis. Intelligo aūt p ipsa abstracta ipsa noīa, q̄ sunt principalia exēpla. Noīa vero denoīatiua sunt deriuata ab illis, quę signant eandē rem, q̄ signatur p illa p̄ma exēplaria cōiugata cū ipso subiecto, & cōiuncta; vt iustitia, q̄ est primū exēplar, & iustus, q̄ deriuat ab ipsa. vt exēpli gr̄a, si iustitia est laudabilis, ergo iustus erit laudabilis, & si iniustitia est illaudabilis, iniust⁹ quoq; erit illaudabilis: & sic fit cōstructio & destructio: & q̄nq; id, quod volumus declarare p nomē concretū, & denoīatiuū, est, pbabilius eo, q̄d p ipsum abstractū, & p̄mitiuū exēplar significat, & tūc ponimus ipsum denoīatiuū, seu cōnotatiuū, & cōcretū pro antecedēti, & primitiuū exemplar atq; abstractū p consequēti: mox repetit antecedēs, & infert cōsequēs, vt si iniustitia est illaudabilis, ergo iniustus erit illaudabilis. Ipsa autē cōcreta, seu connotatiua sunt dictiōes, q̄ variant ab illis dictionib⁹, q̄ sunt abstracta & p̄ma exēplaria quadā varietate indicāte p modū inhęrētię ipsius p̄dicati in ipso subiecto: & is modus nō reperit i lingua arabica, sed declarat p dictiones signantes illū modū. vt cū dicimus si id, quod p vīā medicationis fit, est vtile, ergo medicina est vtilis: & quēadmodū nos cōfertmus cōtraria inter se, ita vt, si contrariū subiecti insit cōtrario p̄dicati, tunc p̄dicatū inest subiecto. vt cū dicimus, si bonū est suaue, ergo malum est triste: ita quoq; cōfertmus ipsa cōcreta cōtraria iter se: nā rerū cōtrariarꝝ cōtraria sunt ēt earū cōcreta seu coniugata: vt cū dicimus, si iustitia est scia, ergo iniustitia ē ignorātia.

Locus

†al. l. instantia

Locus. 21. q̄ est trigesim⁹ primus.

Locus vigesimus tertius est sumptus à generatiōe & corruptione, & ex rebus generabilibus & corruptibilibus, & est ad destruendum & construendum. Et (prout ait Themistius) huic expedit, ꝙ cōnectamus efficientes, & fines, & operationes, vt res quarum generatio est bona, sunt bonæ, et quæ sunt bonę, ipsarum generatio est bona. Qui vero sumit à corruptione est contrarium, quorū enim corruptio est bona, illa sunt mala, & quorum corruptio est mala, illa sunt bona, & similiter res, quarum efficiens est bonus, illæ sunt bonæ, & res, quarum corrumpens est bonus, illæ sunt malæ, & hic quidem locus est diuulgatus, quia nō oportet ꝙ efficiens malum sit malus, neq; ꝙ efficiens bonum sit bonus, & similiter fit de finibus & operationibus, & horum exempla sunt proxima manifesta.

Locus vigesimus tertius est sumptus à generatiōe & corruptione, & ex rebus generabilibus & corruptibilibus: & hoc tam ad interimēdū & cōstruēdū, et (vt dicit Themistius) debēt annecti huic ipsa agēria et fines, atq; actiones. nā res, quarū generatio est bona, ipsæ quoq; sunt bonæ, & si ipsę sunt bonæ earū gnatio est bona. ea vero ꝙ sumunt à corruptione opposito modo se habēt: nam quorū corruptio est bona, ipsa sunt mala, et quorū corruptio est mala, ipsa sunt bona, et eadem est ratio de ipsis effectiuis, nā quę efficiūt bonū, sunt bona, & quorum corruptiuū est bonum: ipsa sunt mala. Is aūt locus est probabilis, quoniam non videtur esse necessarium, vt id, quod est effectiuum mali, sit malū, neq; effectiuū boni bonum. parę est ratio finium, & actionum, & horum exempla sunt satis simdia & manifesta.

Ex Similibus, Appositione, Magis, Minus, Simpliciter, & secundum Quid, loci. Cap. IIII.

13. Locus. Declaratio.

RVrsum in similibus si similiter se habent. Vt si disciplina vna plurium, & opinio: & si visum habere est videre: & auditum habere est audire: similiter autem & in alijs, & in his quæ sunt, & in ijs quę vtiden tur. Vtilis autem hic locus ad vtrunq; nam si in aliquo similium sic se habet, & in alijs similibus: si autem in aliquo non, nec in alijs similibus. Considerandum autē & in vno, & in pluribus si similiter se habet. Aliquoties enim dissonat: vt si scire est cogitare, & multa scire est multa cogitare: hoc autē non verum, contingit enim plura scire, cogitare autem non: si autem nō hoc, nec illud quod in vno, ꝙ scire est cogitare. Amplius, ex minus & magis. Sunt autem eius, quod est magis, loci quatuor. Vnus quidem si magis sequitur magis: vt si voluptas bonum, & magis voluptas, magis bonum: & si iniuriam facere, malum, & magis iniuriam facere, magis malum. Vtilis autem ad vtrunq; hic locus: nam si sequatur ad subiecti incrementum, accidentis incrementum, quemadmodum dictum est, manifestum quod accidit: si autem non sequatur, nō accidit: hoc autem inductione sumendum. Alius, vno de duobus dicto, si cui magis videtur inesse non ineſt, nec cui minus: & si cui minus videtur ineſſe ineſt, & cui magis. Rursum, duobus de vno dictis: si quod magis videtur alij inesse non ineſt, neq; quod minus, aut si quod minus videtur ineſſe ineſt, & quod magis. Amplius, duobus de duobus dictis, si quod alteri magis videtur ineſſe non ineſt, nec reliquum reliquo: aut si quod minus videtur alteri ineſſe ineſt, et reliquum reliquo. Amplius, ex eo quod similiter ineſt, vel videtur ineſſe, tripliciter: quemadmodū in eo quod magis: vt in posterioribus tribus dictis locis dicebatur. Siue enim vnum quoddam duobus similiter ineſt, aut videtur ineſſe, si alteri non insit, nec alteri: si autē alteri ineſt, & reliquo. Siue duo eidem similiter, si alterum non insit, nec reliquum: si autem alterum, & reliquum. Eodem autem modo & si duobus duo similiter insunt: nam si alterū alteri non ineſt, nec reliquum reliquo: si autem ineſt alterum alteri, & reliquū reliquo: ex eo igit quod est magis, & minus: & quod est similiter, tot modis contingit argumentari. Amplius autem ex appositione, si alterum ad alterū appositum faciat bonum, vel album, cùm non fuerit prius album, vel bonum, quod appositum est, erit albū, vel bonum, quale re vera & totum facit. Amplius autē, si id, ad quod est appositum aliquid, facit magis tale, quale erat: & ipsum erit eiusmodi: similiter autem & in alijs. Vtilis autem non in omnibus hic locus, sed in quibus ipsius magis cremētum accidit fieri. Iste vero locus non conuertitur ad destruendum: nam si non facit quod appositum est, bonum, nondum manifestum, si ipsum non bonum. Nam bonum malo appositum; non ex necessitate bonum totum facit, nec album nigro, nec dulce amaro. Rursum si quid magis & minus dicitur, & simpliciter ineſt. Quod enim bonum vel album nō est, neque magis et minus bonum vel album dicetur: nam malum de nullo magis, vel minus bonum, sed magis malum vel minus dicetur. Non conuertitur aūt hic locus ad destruendum: multa enim eorū quæ non dicuntur magis, simpliciter insunt: nam homo non dicitur magis & minus, sed non propter hoc non est homo. Eodem autem modo considerandum & in ijs quæ secundum quid, & quando, & vbi. Nam si secundum quid contingit, & simpliciter contingit: similiter autem & quando, & vbi: nam quod simpliciter est impossibile, neq; secundum quid, neque secundum vbi, neq; secundū quando contingit. Instantia: quoniam secundum quid quidē sunt natura stu

14. declaratio

15. declaratio

16. declaratio

17. Locus

18. Locus

19. Locus

20. Locus Declarano

1ª. declaratio

2ª. declaratio

3ª. declaratio

4ª. declaratio

Instantia.

dioſi, vt liberales, vel caſti, ſimpliciter autē nō ſunt natura ſtudioſi, nam nullus natura prudens. Similiter aūt & quando contingit corruptibiliſum aliquid non corrumpi, ſimpliciter autē non contingit non corrumpi. Eodem aūtmodo & vbi expedit quidem talī obſeruantia victus vti, vt in morboſis locis, ſimpliciter autē non expedit. Adhuc autem, alicubi quidē vnum tantum poſſibile eſt eſſe, ſimpliciter aūt non poſſibile vnum tantum eſſe. Eodem aūt modo & alicubi bonum eſt quidē patrem ſacrificare, vt in Tribalis, ſimpliciter aūt non bonum. an in hoc quidem non vbi ſignificat, ſed quibuſdam nihil enim refert vbicunq; ſint: vbicunq; enim erit eis bonum in Tribalis. Rurſus quidē expedit medicari, vt quando agrotat, ſimpliciter autem non. An nec hoc quando ſignificat, ſed in eo q; afficitur aliquo modo: nihil enim refert quandocunq; dummodo ſic affectus ſit. Simpliciter autē eſt, q; nullo addito dicis q; bonum eſt, aut contrarium: vt patrem ſacrificare non dicis bonū eſſe, ſed quibuſdam bonum eſſe: nō ergo ſimpliciter bonum: ſed Deos honorare bonum dicis nihil addens: ſimpliciter enim bonum eſt. Quare quod nullo addito videtur eſſe honeſtū, vel turpe, vel aliquid talīū, ſimpliciter dicetur. Dilatio.

Sermo de locis ex Similibus ſecundum magis & minus, & ex Aequalitate. *Cap. IIII.*

TRANSLATIO ABRAMI.

Loc⁹. 24. q eſt. 23. & 33.

VIceſimuſquartus locus ſumit̄ a ſimili, ſimile aūt eſt duobus modis, prout prædictū eſt. aut ſimile ſecundū accidēs, aut ſecundū proportionē: ſimile quidē ſm accidēs, vt dicimus ſi ſit vna ſciētia multarum rerum, opinio eſt vna multarum rerum, ſimile vero ſecundum proportionem eſt, vt dicimus, ſi proportio regis ad ciuitatem eſt proportio nauīæ ad nauim, & non conueniat nauīæ inebriari, nec regi conuenit inebriari. Themiſtius autem ponit ſimilis tertium locum, qui ſumitur metaphorice, & ex translatione, quando enim nos proponimus aliquam rem de aliqua re, & eius explicatio per ſimile fuerit magis diuulgata, transferimus commonſtrationem ad ſimile, quod eſt magis diuulgatum, & quando in illo fuerit commonſtrata hæc res, illam transferimus, prout fecerunt Ariſto. & Plato de ciuitatis & animæ iuſtitia. Locus vero, quo dicitur q; expedtat conſiderare, an res ſit ſecundum vnum, & ſecundum multa, quia putatur de illo, quòd ſubintret loca ab operationibus & euentis rei, & eſt demonſtratiuus in deſtructione, vt in ſciētia ſit imaginatio, & dicatur, quòd non ſit imaginatio, quia addiſcimus multas res ſimul, & impoſsibile eſt q; imaginemur multas res ſimul, & iam poſsibile eſt, q; ponatur locus alius per ſe.

Loc⁹ 25. q eſt. 14. 15 & 17.

VIceſimuſquintus locus eſt, qui ſumit̄ ab eo, quod eſt magis & minus, & ipſius ſunt quatuor loca: quorum vnus eſt, quòd conſideremus prædicatum quæſti, e iuſq; ſubiectum, ſi eo, quo augetur prædicatum, augetur ſubiectum, prædicarum dicimus eſſe ſubiecto: in deſtructione autem ſit contra hoc, ſi imminuit, quando augetur ſubiectum, enuntiamus q; non inſit ſubiecto. Verbi gratia in deſtruendo, ſi quod eſt delectabilius, ſit minus bonum, delectabile nō eſt bonum. Et ſimiliter etiā, ſi inuenimus prædicatum ineſſe ſubiecto, enuntiamus q; ex quo augetur ſubiectū, augeatur prædicatum. Verbi gratia, ſi delectatio ſit bona, quod eſt delectabilius, eſt melius, hoc autem nō eſt verum in rebus, quarum exceſſus exit æqualitatem, quia & ſi commotio et calefactio ſint vtiles, nō inſertur quòd magis commoueri & calefieri ſit vtilius: ſecundus autem eſt, quando dicitur vnum prædicatum de duabus rebus, & ipſum ineſſe vni eſt conuenientius q; ipſum ineſſe alteri, & ineſt cui non eſt conuenientius eſſe, ineſt etiam illi cui

TRANSLATIO MANTINI.

LOcus vigeſimuſquartus eſt ſumptus ab ipſis ſimilibus: ipſum autē ſimile bifariā dicitur, vt iam in ſuperioribus fuit oſtenſum. nempe, vel ſimile per accidens; vel ſimile ſm proportionē: ſimile aūt per accidens eſt, vt cū dicimus ſi ſcientia vna eſt pluriū rerum, ergo & opinio erit vna pluriū rerum. ſimile vero ſm proportionē eſt, vt cū dicimus, ſi eadē eſt proportio et ratio regis ad ciuitatē, quæ eſt ipſius nautici ad nauē, ſed nō decet nauticū inebriari, ergo nec regē decet inebriari. Themiſtius autē facit tertiū locū ipſius ſimilis, & eſt, q ſumit̄ ex mutatione, & trāslatione: nā cū nos volumus attribuere aliquid alicui rei, cuius probatio p ſi mile ſit probabilior, tūc trāsferimus illā probationē ad ipſum ſimile, qđ probabil⁹ eſt: & ea re ſic probata p illud, tūc trāsferim⁹ illud ad aliud notius, vt vſus eſt Plato, cū probat iuſtitiā ciuitate ex iuſtitia in aīa. locus aūt ille, ſ quo dicit, q; oporter conſiderare vtrū ſi vna res inſit vni, q; inſit etiā pluribus: nā videt̄ q; is locus ſubingrediat illa loca, quæ ſunt ſumpta ab actionibus ipſis & ab ipſis nō ſequētibus, ſeu accidētibus. Et eſt demōſtratiuus in deſtruēdo. vt exēpli gratia, vtrū ſciētia ſit imaginatio, vel cogitatio, & dicatur q; non eſt imaginatio, qm̄ rios multas res ſimul diſcimus, cūm tamē nō poſsint plures res vna imaginari: & is locus poſſet ſeorſum poni.

Locus vigeſimuſquintus eſt ſumpt⁹ ex magis & minus, et habet quatuor loca. Primus eſt, vt reſpiciamus ꝑdicatum ſuppoſiti, & eius ſubiectū, & ſi inuenerimus id, quo ſuſcipit incrementū eius ſubiectū, & inueniatur in ea illud incrementū, ſeu illud magis, et reperiatur duo eius ſubiectum & magis, tunc dicimus prædicatū ineſſe ſubiecto. In deſtruendo vero huius oppoſitum, nam ſi inuenerimus ipſum minus per id, quod addit⁹ eſt eius ſubiecto, tunc iudicamus ipſum nō ineſſe ſubiecto. ex ēplum in oōſtruēdo, vt ſi dicamus, ſi id, quod eſt magis voluptuoſum, eſt magis bonū, ergo voluptas eſt bonū. in deſtruēdo vero, vt ſi id, qđ eſt magis voluptuoſum, ſit minus bonū, ergo voluptas nō eſt quid bonū: ſimiliter quoq; ſi inueniamus prædicatū ineſſe ſubiecto, tūc enunciamus, q; id, quo ſubiectum augetur, eodem inuietur prædicatum augeri, exempli gratia, ſi voluptas eſt bonum, id, quod eſt magis voluptas, erit magis bonum: hoc aūt non eſt verum in his, in quibus exceſſus transgrediretur æquitatem: nam & ſi exercitium & calefactio ſint vtilia, nō ſequitur propterea, vt id, quod eſt maioris exercitij & maioris calefactiōis, ſit vtilius. Secundus eſt, cum dicitur vnum prædicatū de duabus rebus & conuenientius inſſe vni q; alteri, mox inſit illi cui ineſſe non eſt conuenientius, & inſit etiam illi, cui

cui conuenientius eſt ipſum ineſſe, & e contra, ſi nō inſit illi, cui conuenientius eſt ineſſe, nec ineſt cui non eſt conuenientius ineſſe, & quando propoſitionis deſtructionem ponas antecedens locum exceſſus, & conuenientioris. Verbi gratia, in conſtruendo ſi diuitias non eſſe bonas conuenientius ſit, quam ſalutem non eſſe bonam, & diuitiæ ſunt bonę, ſalus itaq; eſt bona. & in deſtruendo ſit contra hoc, quia ſi conuenientius ſit ſalutem eſſe bonam, & ſalus non ſit bona, & diuitiæ conuenientius eſt non eſſe bonas. Tertius autem eſt, quando dicuntur duo prædicata de vno ſubiecto, ſi quod rarius ineſt, aut non ſit conuenientius, aut ſi vilius ineſt, illud itaque quod primum aut magis pro maiori parte, aut nobilius ineſt: & in deſtructo ſit contrarium. Verbi gratia, ſi cœlesti orbi non inſit naturalis quies, conuenientius eſt quòd ei nō inſit quies violenta. Quartus autem eſt quando dicuntur duo prædicata de duobus ſubiectis, ſi prædicatum quod conuenientius eſt ineſſe alteri duorum ſubiectorum non inſit, quod non eſt conuenientius ineſſe non ineſt, & è contra ſi quod eſt conuenientius non ineſſe ineſt, quod conuenientius eſt ineſſe neceſſario ineſt. Exempli gratia, ſi vacuum conuenientius eſt ineſſe aeri quam ineſſe terræ, & vt vniuerſalius inquam, corporibus raris quam corporibus denſis, & non ineſt raris, ſicęs non ineſt denſis. Et contra hoc in conſtruendo, ſi ſit in denſis, eſt ita q; in raris. Hæc autem loca (prout ait Themiſtius) conſtituuntur ex ſimili & oppoſito, quæritur enim ſimile ſubiecto, & differūt ſecundum magis & minus, & ſunt diuulgata. Auicenna autem dicit quòd aliquando ſunt demonſtratiua, quando prius illorum fuerit prius naturaliter. Ego autem dico quòd eſtimetur, quòd Ariſtotel. vſus ſit illo in Primo libro de Cœlo & Mundo, quando dicit ſi figura circulari eſſet aliquid contrarium eſſet figura recta dignior, vt ſit illi contraria. Et quando conuenientius in ea fuerit ſecundum veritatem eſt demōſtratiuus, quando autem fuerit ſecundum opinionem eſt diuulgatus.

Locus viceſimus ſextus eſt ſumptus ab æqualitate, aut ſm veritatem, aut ſm opinionem, & conſtituuntur tria loca. quorum Vnus eſt, quādo vnum prædicatum dicitur de duobus ſubiectis æqualiter, & eſt in vno illorum, ſicęs & alteri ineſt. Verbi gratia, aditus Græcorum in adeptione ſcientię fuit, ſicut aditus Caldeorum, & enuntiatio eſt de Græcis, q; inſit, ſicęs ineſt Caldeis. Secundus autem eſt, q; ſubiectum ſit vnum, de quo dicantur duo prædicata æqualiter, quia quando illi ineſt vnum illorum, ineſt alterum, & qñ non ineſt vnum, nō ineſt alterū. Verbi gratia, diſpoſitio horum in recipiendo virtutes morales, eſt, ſicut ipſorum in adipiſcendo virtutes intellectiuas, & inſunt eis morales, ſicęs inſunt eis & intellectiuæ. Tertius autem eſt, q; inueniātur duo prædicata, quæ dicātur de duobus ſubiectis æqualiter, quia ſi vni illorum inſit illorum vnum, alteri ineſt alterum, & è contra in deſtruendo. Verbi gra, ſi diſpoſitio ſcolarum calidarum regionum in ſcia ſpiritalium eſſet ſicut diſpoſitio incolarum regionum frigidarum, ſpiritalium ſcientia eſſet incolis regionum calidarum. Et aliquando in his locis qui eſt horum de magis et minus & æqualiter eſt ſm veritatem, & aliquando ſm opinionem, & tunc conuenientius eſt q; ſint diuulgati.

Locus viceſimus ſextus eſt ſumptus ab æqualitate, ſeu ex ſimiliter ſe habēnbus, ſiue vere, ſiue ſecundum opinionem, & ſic componuntur tria loca. Primus eſt, cū vnum prædicatum dicitur de duobus ſubiectis æqualiter: ſi igitur vni eorum inſit, & alteri quoq; inerit, exempli gratia ſi Græci eodem modo ſuſcipient iudicium, ſicut Babilōnici, ſed ipſum iudicium ſeu ius ineſt Græcis, ergo & Babilonicis inerit. Secundus eſt, cūm vnum ſubiectum dicitur de duobus prædicatis æqualiter, ita vt ſi inſit ei vnum eorum, inſit & alterum, & ſi non inſit vnum, non inſit & alterum. exempli gratia ſi homines ita recipiunt virtutes morales, ſicut ſuſcipiunt ſpeculatiuas, ergo ſi inſint eis virtutes morales, inerunt eis, & contemplatiuę: Tertius eſt, cū duo prædicata dicuntur de duobus ſubiectis æqualiter: nam, ſi vnū ineſt alteri, ergo & alterū inerit alteri: & è cōtra in deſtruendo. exempli gra, ſi colentes ciuitates calidas ita obtinēt ſcias ſpirituales, ſicut colentes frigidas obtinent ſciētias non ſpirituales, ergo ſi habitantibus terras frigidas inſunt ſcientię non ſpirituales, inerunt vtiq; ſpirituales habitantibus calidas. & in his locis quādoq; reperitur ſecundum magis & minus & æqualiter vere, & quādoq; ſm opinionem, & tunc videntur cē potius probabiles.

Locus autem vigeſimus ſeptimus eſt ſumptus ex appoſitione & demptione, vel detractione, vt ſi apponatur aliquod ſubiectum alicui rei, quod quidem faciat illius prædicatum ineſſe illi rei, quod non inerat ei, tunc illud prædicatum inerit illi ſubiecto. exempli gratia, ſi addatur delectatio ipſi cibo & faciat ipſum bonum, ergo delectatio eſt bona: pari quoque ratione ſi addatur ſubiectum alicui rei, cui inſit ipſum prædicatum,

Loc⁹ vigeſimus ſext⁹, qui eſt. 28.

Locus. 27. q eſt vigeſimus nonus, & quadrageſimus.

nomen

nomen magis ineſt, ꝙ̃ inerat ante hanc appoſitionem, prædicatum itaq; ineſt ſubiecto. Verbi gratia, ſi apponamus delectationẽ ipſi cibo, & illum poſuerimus vtiliorem, delectatio itaq; eſt vtilis. Et hic quidem locus non conuertitur in deſtruendo, quia quãdo aliqua res apponitur alicui rei, & non ponit illam bonam, non infertur, ꝙ appoſitum non ſit bonum, quoniam ſi apponeretur aliqua res alicui rei albæ, & nõ augeretur ipſius albedo, non infertur, ꝙ hæc res non ſit alba.

Locꝰ 28. ꝙ eſt quadrageſimus primus & quadrageſimus ſecundus.

Locus aũt vicefimuſoctauus ſumitur de eo, quod dicitur conditionaliter, & capitur dici ſimpliciter, & hæc cõditio aut eſt ex parte illius, quod eſt ſm magis vel minus, aut ſm tempus, & horã, & diſpoſitionem, & locũ, aut ſm aliam conditionem: & hic quidem locus eſt ſophiſticus, id enim quod eſt nobilius, aut maius tali, non oportet ꝙ ſit nobile aut magnum ſimpliciter. Et ſimiliter in eo quod eſt ex parte loci, quia nõ ſequitur, quod eſt vtile in quarto climate, ꝙ ſit vtile ſimpliciter, neq; quod eſt vtile aliquo tẽpore, ſit vtile ſimpliciter, neq; quod eſt bonum ſm aliquam conſuetudinem, ſit bonũ ſimpliciter: & hic quidem locus non confert iuuamen in deſtruendo, quia non ſequitur, ꝙ id quod nõ ineſt ſecundum magis & minus, nõ ſit ſimpliciter, humanitas enim non ineſt homini ſm magis & minus, & ineſt ei ſimpliciter, quando autem quis denominatur aliquo attributo, & non ſit fallacia in eo per appoſitionem & annexionẽ, ille denominatur ſm hanc rem ſimpliciter.

Hęc itaq; ſunt omnia loca, quę Ariſt. numerauit in cõſtructione rei, & illius deſtructione ſimpliciter, quæ cõtinet ſecundus Liber ſui voluminis in topicis.

Hæc itaq; ſunt omnia loca, quę Ariſt. numerauit ad conſtruendum aliquid, vel deſtruendũ ſimpliciter, quę in libro Secundo Topicorum explicata ſunt.

sed reddat illud prędicatũ eius maius in ea re ꝙ̃ eſſet ante illam additionẽ, tũc prædicatũ ineſt ſubiecto, ex epli cauſa ſi addat delectatio ipſi cibo, & reddat ipſum magis iuuatiuũ, ergo delectatio eſt iuuatiua. Is tñ locus nõ conuertitur in deſtruendo, nam ſi apponat aliquid alicui rei, & nõ reddat ipſam magis bonam, nõ propterea ſequitur, quin illud appoſitum ſit bonũ, nam ſi addat aliquid albũ alicui rei albæ, & non addiderit eius albedinem, non ſequitur propterea quin illa res ſit alba.

Locus vigeſimꝰ octauus eſt ſumptus ex eo, quod dicitur ſm hypotheſim, & ſubiectionẽ, ideſt ſm quid, & ſumatur ac ſi eſſet dictũ ſimpliciter, & illa hypotheſis, vel cõditio inſit ratione magis & minus, vel ratione tẽporis, vel diſpoſitionis, vel loci, & reliquarũ cõditionũ & is locus eſt vtiq; ſophiſticus & deceptorius, nam id, quod eſt præſtãtius alio aut maius, nõ ſequit propterea vt illud ſit præſtans, vel magnũ ſimpliciter, ſimiliterq; ratione loci, nã nõ ſequit ſi aliquid eſt iuuatiuũ in quarto clymate, vt ſit iuuatiuum ſimpliciter, neq; quod eſt vtile in aliquo tempore, ſit vtile ſimpliciter, neq; quod eſt bonũ in aliqua cõſuetudine, ſit bonũ ſimpliciter: & is locus nõ conducit ad deſtruendũ, nam nõ eſt neceſſariũ, ſi aliquid nõ inſit ſm magis & minus, qn poſſit ineſſe ſimpliciter, nã humanitas nõ ineſt homini ſm magis & minus, & tamen ineſt ei ſimpliciter: inquit, illud dicitur eſſe ſimpliciter, quod cũm deſcribitur, vel denominatur, nulla indiget additione, vel coniunctione.

ARISTOTELIS
TOPICORVM
LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI:

De locis Comparationum, qui accidentibus adſcribuntur; & de pleriſq; locis abſolutis accidentis.

De Meliorum, Eligibiliorumq; problematum locis. Cap. I.

VTrum autẽ eligibilius, aut melius duorũ, pluriumue ex his perſpiciendum. Primum autem determinetur quod conſiderationẽ facimus nõ de plurimũ diſtantibus, et magnã adinuicem differentiam habentibus (nullus enim dubitat, vtrũ felicitas, an diuitiæ expetibiliores) ſed de ijs quæ propinqua ſunt, & de quibus dubitamus, vtrum oporteat apponere magis, eo ꝙ nullam videmus alterius ad alterũ præeminentiam: Manifeſtum igitur in his ꝙ oſtenſa vna præeminentia, vel pluribus, cõſtituetur intelligentia, ꝙ id eligibilius eſt, quod eorum eſt præeminens. Primum igitur quod diuturnius ſtabiliusue, eligibilius eo quod minus huiuſmodi. Et quod magis eligit prudens, vel bonus vir, vel lex recta, vel ſtudioſi circa ſingula delecti quatenus tales ſunt, vel in vnoquoq; genere perfecti, vel quæcunq; plures, vel omnes, vt in medicina vel ædificatoria, quæ plures medicorum vel omnes vel quæcunq; omnino plures, vel omnes, vel omnia, vt bonum, omnia enim bonum appetũt. Oportet autem ducere ad id quod fuerit vtile, quod dicendum eſt. Eſt autem ſimpliciter quidem melius, ac eligibilius, quod ſecundum meliorẽ diſciplinam: alicui autem, quod ſecundum propriam. Deinde quod idipſum quod eſt (eo quod non) in genere eſt: vt iuſtitia iuſto. Nam illa quidem in genere bono, hoc autem non, & illa idipſum quod eſt, bonum eſt, hoc autẽ non. nam mihi dicitur idipſum quod genus eſt, quod non eſt in genere. Vt albus homo non eſt id quod color. ſimiliter autem & in alijs. Et quod propter ſe eligendum, eo eligendo quod propter aliud eligibilius. Vt ſanum eſſe quam exercitari: illud enim propter ſe eligendum, hoc autem propter aliud. Et quod per ſe, eo quod per accidens. Vt amicos iuſtos eſſe, eo quòd inimicos: illud enim per ſe eligendum, hoc autem per accidens eligimus. Nam inimicos iuſtos eſſe ſecundum accidẽs eligimus; vt nihil nobis noceant. Eſt autẽ hoc idem ei quod ante hoc, differt aũt modo: nã amicos quidẽ iuſtos eſſe, ꝓpter ſe eligimꝰ, et ſi nihil nobis debeat fore, quãuis apud Indos ſint: inimicos autẽ propter alterũ, vt nihil nobis noceant.

Loc. 28. ſ. eſt quadrageſimus primus & quadrageſimus ſecundus.

1. Locus.

2. Locus.

3. Locus. Declaratio.

4. Locus. Declaratio.

5. Locus. Declaratio.

6 Locus. Declaratio.

4. Locus. Declaratio. noceant. Et quod cauſa boni per ſe, eo ꝙ per accidẽs cauſa. Quemadmodum virtus, fortuna: nam illa quidem per ſe, hæc autem per accidens eſt cauſa bonorum, & ſi quid aliud huiuſmodi. Similiter autẽ & in contrario. Nam quod per ſe eſt cauſa mali, fugibilius eſt eo quod per accidens, vt vitium q̃ fortuna: nam illud quidẽ per ſe malum, fortuna autem per accidens. Et quod ſimpliciter bonum, eo quod alicui eligibilius. vt ſanum fieri, q̃ incidi. nam hoc quidem ſimpliciter bonum, illud autẽ alicui indigentiũ inciſione. & quod natura eſt, eo quod non natura. vt iuſtitia, iuſto: illud enim natura, hoc autem acquiſitiuum. Et quod meliori, & honorabiliori ineſt, eligibilius: vt Deo, q̃ homini: animæ, q̃ corpori. Et quod melioris propriũ, melius q̃ quod peioris. Vt quod Dei, q̃ quod hominis: nam ſecundum communia vtriuſq; nihil differunt ab inuicẽ, proprijs autem alterum alteri differẽtijs ſupereminet. Et quod in melioribus, vel prioribus, vel honorabilioribus, eſt melius. Vt ſanitas robore, & pulchritudine: nam illa quidem in humidis, & ſiccis, & (vt ſimpliciter dicatur) ex quibus prius conſtitutum eſt animal, hæc vero in poſterioribus; nam robur in neruis, & oſſibus: pulchritudo autẽ membrorum quædam cõmenſuratio videtur eſſe. Et finis ijs quæ ſunt ad finem eligibilior videtur eſſe. Et duorũ, quod propinquius eſt fini. Et omnino quod ad vitæ finem, ex petibilius, q̃ quod ad aliud aliquid: vt quod ad felicitatem contendit, q̃ quod ad prudentiam: nam quod ad felicitatẽ contẽdit, eligibilius Et poſſibile impoſſibili. Amplius, cùm duo ſint effectiua, cuius finis melior, & ipſum melius. Cùm autem ſit effectiuum, & finis: ex proportione, quando pluri ſuperat finis finẽ, q̃ ille proprium effectiuum. Vt felicitas pluri ſuperat ſanitatem, q̃ ſanitas ſalubre: quare effectiuũ felicitatis melius ſanitate: nam quantum felicitas ſuperat ſanitatẽ, tantum & effectiuum felicitatis, ſalubre ſuperat: ſanitas autem ſalubre minus ſuperabat, quare plus ſuperat effectiuum felicitatis ſalubre, q̃ ſanitas ſalubre: quapropter effectiuum felicitatis melius ſanitate: manifeſtum igitur, quòd eligibilius effectiuum felicitatis, quam ſanitas: nam idem plus ſuperat. Amplius, melius eſt quod propter ſe, & honorabilius, & laudabilius. Vt amicitia diuitijs, & iuſtitia ſanitate, & robore: nam illa quidem propter ſe honorabilium, hæc vero non propter ſe, ſed propter aliud: nullus enim honorat diuitias propter ſe, ſed propter aliud: amicitiam vero propter ſe, et ſi nihil nobis debeat aliud ab ea eſſe.

5. Locus. Declaratio.

6. Locus. Declaratio.

7. Locus.

8. Locus. Declaratio.

9. Locus. Declaratio.

10. Locus. Declaratio.

11. Locus. Declaratio.

12. Locus. Declaratio.

13. Locus.

14. Locus.

15. Locus.

16. Locus.

17. Locus. Declaratio.

18 Locus.

19. Locus. Declaratio.

20. Locus. Declaratio.

Sermo de Locis quæſitorum ipſarum comparationum, quæ narrantur in Tertio ſui voluminis. Cap. I.

TRANSLATIO ABRAMI.

TDicimus, ꝙ hæ comparationes vniuerſaliter ſunt trium ſpecierum, aut ꝙ comparetur vnũ prædicatũ duobus ſubiectis, hoc eſt, cui illorum magis ineſt ipſum prædicatũ. verbi gratia, quod eſt eligibilius: pulchrũ, aut vtile: & quæ ſuauior vita ſit, quæ virtute fungitur, aut illa quæ voluptatibus? Et hęc ſpecies cõparationum eſt, quę magis venit in vſu, & illa eſt, quã intendit Ariſt. & loca tradita in hoc libro ſunt ſm hanc ſpeciem: quãdo enim euenerint nobis loca, quibus acquiritur hæc ſpecies cõparationis, adſunt nobis loca, quibus acquirunt dũæ aliæ ſpẽs: vna duarum ſpecierum eſt cõparatio duorũ prędicatorũ vni ſubiecto. Verbi gratia, ſi pinguis ſit vtilis, & delectabilis, qd et magis inſit vtile, aut delectabile: ſecũda aũt ſpecies eſt cõparatio duorum prædicatorũ duobus ſubiectis. Verbi gratia, ſi humanitas facit acquirere pacẽ, & regum familiaritas facit acquirere imortẽ, quid magis ſit pax per humanitatem, aut mors per regũ familiaritatẽ. Hæ itaq; ſpecies ſunt quæſtiorũ ſm ipſarum cõparationẽ. Subiecta vero horũ quæſtiorũ illi expoſitores, quorũ tractatus ad nos venerunt, dicunt, ꝙ ſunt in accidenti: quia accidẽs eſt, quod recipit magis & minus, & intendunt per accidens hic, nõ accidens definitũ in Primo libro huius voluminis, ſed accidens definitum in principio libri Prædicamẽtorũ, & eſt quod eſt in ſubiecto, nõ de ſubiecto. Hoc aũt ſic exiſtẽte, cõparationes itaq; quæſita ſunt de accidẽti prius definito, & de ꝓprio, & genere & definitione, q̃ definitum nõ fuerit prædimenti ſubſtantiæ.

Veruntamẽ

TRANSLATIO MANTINI.

DIcamꝰ, ꝙ generatim harũ cõparationũ genera ſunt tria: primũ eſt, cũ cõparaẽ vnũ p̃dicatũ duobꝰ ſubiectis, videlicet cui nã eorũ magis inſit p̃dicatũ. exẽpli gra, vtrũ delectabile ſit eligibilꝰ ipſo vtili, & qd ſit delectabilius, an vita q̃ in virtute cõſiſtit, vel vita, q̃ in voluptatibus cõſiſtit, vel exercẽ. Et hoc genus cõparationis venit plus in vſum: & de hoc cõſiderat Ariſ. loca aũt, q̃ in hoc libro traduntꝰ, ſunt huiꝰ generis, q̃m cũ habuerimꝰ ea loca, ex qbus adipiſcimur hoc genus cõparationis, facile poterimꝰ inuenire ea loca, ex qbus adipiſcimur illa alia duo genera. Primũ itaq; genꝰ reliquorũ illorũ duorũ generũ eſt, cũ cõparanẽ duo prędicata vni ſubiecto. exẽpli cauſa ſi gaudiũ eſt delectabile, et vtile, qd nã horũ magis ineſt ei, vtrũ: ſ. vtile, vel delectabile. Secũdũ genus eſt, cũ cõparanẽ duo prędicata duobus ſubiectis exẽpli gratia, ſi mãſuetudine acquirit pax, & cõuerſatione regũ acquirit mors, quod nã iſtorũ magis ineſt, vtrũ ſ. pax manſuetudini, vel mors cõuerſationi regũ, hæc itaq; ſunt gña problematũ cõparationis. ſubiecta vero horũ problematũ, vt dicunt oẽs expoſitores, quos vidimus, ſunt ea, q̃ reperiunt in ipſo accidẽte, q̃m accidẽs ſuſcipit magis & minus: & intelligũt hic ꝓ accidẽs, nõ illud accidẽs, qđ fuit diffinitũ in Primo libro huius opis, ſed illud accidẽs, qđ in ꝓncipio libri p̃dicamẽtorꝫ definitũ fuit, & eſt illud, qđ dicit eẽ in ſubro, nõ de ſubto. Sic igit, pblemata cõparatiõis reperiunt ipſo accidẽte definito pri & ipſo, ꝓprio, ac gne, atq; definito ne: cũ ipm definitũ nõ fuerit ex prędicamẽto ſubſtãę.

Verumtamen Abumazar Alpharabius opinatur, quòd hæc comparationis species sit in prædicamento substantiæ, & argumentatur ad hoc, ex eo quòd facit Aristo, in libro Prædicamentorum in comparando individua substantiæ ad suas species, quę illorum digniora sint esse substantiam: & sic est comparatio materiæ ad formam: & secundum hoc comparationum quæsita sunt quinque quęsita, quorum summa sunt esse simpliciter, & quæsitum accidentis, & quæsitum proprij, & quæsitum generis, & quæsitum definitionis: & secundum hoc verificatur dici de illis quæsita comparationum simpliciter, prout dictum est de quæsitis cõstruendi, & destruendi, ꝙ sint quæsita comparationum simpliciter, nisi ꝙ hæ comparationes magis inueniuntur in accidenti definito in Primo libro huius voluminis. Et ideo inuenimus Aristote. quòd numerauerit quæsita comparationum in quæsitis accidentis. Fortasse autem ipse fecit hoc, quia per scitẽtiam multorum horum locorum euentunt loca comparationum simpliciter, sicut per scientiam locorũ accidentis euenit scientia quęsitorum simpliciter, quibus quæritur esse, aut non esse tantum. Et horum quæsitorum, quæ dicuntur in comparationibus, quædam sunt, quæ quæruntur in rebus naturalibus & diuinis, & quædam sunt, quę quęruntur in rebus arbitrarijs, & hæc sunt quæ magis vsitantur in hoc genere. Et loca, quæ hic numerantur, quędam sunt quæ ambiunt oẽs species cõparationum fm ꝙ esse fuerint, an fm modum nobilitatis & virturis, aut ex parte virtj, & quæ species essendi facit esse comparationem.

Et expedit te scire, ꝙ hoc quęsitum non quæritur de rebus nimis remotis, prout est oratio dicentis, quæ res sit præeligenda beatitudo, aut diuitię: sed quæstio fit de rebus propinquis, de quibus euenit nobis ambiguitas, quę illarum sit nobilior, & vt vniuersaliter inquam, dispositio huius speciei quæstionis est, sicut dispositio reliquorum quæsitorũ, & sicut nos nõ quærimus vtrum hoc insit huic, aut non insit, quando hoc fuerit per se notum, & non quærimus hic an tale sit nobilius tali, quando excessus fuerit fm se notus. Expedit autem ꝙ circa hęc loca procures tres res, quarum una est quis illorum sit proprior ipsis eligibilibus, & quis includatur in omni eo, quod dicitur de comparationibus: secũda autem est, quis illorum sumatur ex rei essentia, & quis sumat à rebus, quæ sunt deforis, aut ex rebus medijs inter has duas: & tertia est, quis illorum coaptatur, vt fiat in demonstratione, & quis illorum non.

Themistius autem dicit, ꝙ accidit his præmissis, ꝙ ipsarum distinctio sit difficilis ob ipsarum consimilitudinem, & modicam diuulgationem differentię, quę est inter illas. Horum itaq; locorum initium, ex quibus incepit Aris. est, ꝙ id, quod fuerit diuturnius, aut firmius sit eligibilius, ꝙ id quod fuerit breuioris temporis, & minus firmum: & ambo hæc loca sunt communia omnibus quæsitis, quæ procedunt fm modum comparationum. Et primus quidẽ sumitur ab eo quod differt, & est fm modum temporis. Et secundus sumitur ex rei essentia, & est constructio, & est diuulgatus: aquila enim non est eligibilior homine, & si diuturnior sit ꝙ ille, vt diceretur, si hoc verificaretur.

Locus primus.
Locus secũdus.

Tertius autem locus est quod eligit, & estimat vir nobilis, aut lex, aut sapiens, aut quod eligunt plures homines, & magis artificiosi, aut quod omnes eligũt, omnesq; illud cupiunt, est nobilius: & hic locus sumitur ex rebus, quæ deforis sunt, ex quo est sumptus à testimonio, qui est diuulgatus vniuersalis.

Locus 3. q est 2. i Aris.

Quartus autem locus est, quòd illud, quod est nobilius secundum scientiam, sit nobilius & eligibilius, sicut quod ineſt ipsi Deo excelso, eligibilius est, quàm illud quod ineſt ipsi homini: & similiter quod proprium fuerit alicui nobiliori, est nobilius, & id quod est rerum nobiliorum & priorum est nobilius & prius, sicut salus est pulchritudine nobilior, quia salus est membrorum, quæ sunt nobiliora. Et ille est communis omnibus quęstionibus comparationum, & ille sumitur à rebus essentialibus, quia non sumitur à rebus, quę deforis sunt, neque ab ipsis rebus, et sunt uulgaria: et licet loca sint multa, vis tamen illorum est vis vnius loci.

Quartus locus est, ꝙ quicquid subintrat genus nobile, secundum ꝙ sumitur in hoc genere, & subest ei, illud est nobilius quàm id, quod nõ est pars huius generis. grauia exẽplt, quia æquitas ex quo est pars virtutum, & species quædam illarum specierum, & nobilior ẽt equus, qui sumitur ab ipsis rebus, & continet species comparationum: & est locus, qui estimatur esse verus, quãdo sumitur prædicatum de subiecto in eo quod quid est, prout caperetur equum, inquantũ equum est, non inquantum est alia res.

Locus quintus, q est 4. in Aristo.

Sextus autem locus est, quia quod ob seipsum eligitur, eligibilius est, quàm quod eligitur propter aliud. vt salus eligibilior est commotione, quia commotio eligitur ob aliud, salus autem propter seipsam. Et eligibile per se est eligibilius quàm eligibile per accidens, vt amicos esse iustos eligibilius est, quàm inimicos esse iustos, amicis enim hoc eligitur per se. Et ideo ait Aristote. ꝙ hęc res sit eligibilis, & si essent apud Indos, inimicos vero eligimus esse iustos, ne ab illis nobis eueniat damnum, & ideo si esset tempore quo nõ eueniret nobis ab illis damnum, non eligeremus hoc. Et quod est naturaliter eligibile, est eligibilius illo, quod non est naturaliter, prout æquitas est eligibilior equo, quia æquitas est naturaliter vtilis, iustus vero secundum habitum. Et quod est eligibile simpliciter, est eligibilius, quàm id quod est eligibile apud aliquem hominem, aut aliquo tempore, aut secundum aliquam dispositionem, aut aliquod accidens: cibus enim eligitur simpliciter, medicina autem est aliquo tempore eligibilis: omnium autem horum locorum vis est vna. Themistius autem dicit, ꝙ sumantur ab ipsamet re, & sunt propria comparationibus.

Locus .exꝰtus, q est. 5. &. 6. 10. & 11 Anũ.

Septimus aũt locus est, quod est causa boni p se eligibilius est illo, quod est causa boni p accidẽs, sicut virtus eligibilior est ꝙ bona fortuna, hæc n. est causa beatitudinis p se, & hæc p accidẽs. Et silr est dispositio noxij, illud enim, quod est causa damni per se, magis est fugiendum, ꝙ illud quod est causa per accidens.

Locus septimus, qui est 7. & 8.

Octauus locus est, ꝙ finis eligibilior sit his quę administrantur: desiderio finis. Et si fuerint duæ res, quarum sit desiderium vt conducant ad finem, illi propior est eligibilior. Et quæ conducit ad præeligendam rem est eligibilior. v.g. quia quod iuuat ad fœlicitatem eligibilius est, ꝙ quod iuuat ad prudentiam, & eligibilius est quod conducit ad vitam, quàm quod conducit ad pulchritudinem: & hic quidem locus est communis omnibus comparationum speciebus.

Locus octauus, q ẽ. 14. 15. &. 16.

Nonus autem locus est, quòd possibile sit eligibilius impossibili, & est electionibus proprius, verbi gratia, quia ars Medica eligibilior est arte Alchimiæ.

Locꝰ nonꝰ, qui est 17.

Decimus locus est, quando duæ res fuerint effectiuæ, cuius finis est nobilior, est eligibilior. verbi gratia exercitium efficit sanitatem, & disciplina efficit scientiam, sicq; disciplina nobilior est quàm exercitium; & ille est communis.

Locus decimus, qui est 18.

Vndecimus autem locus est ex comparatione duorum effectiuorum ad duos ipsorum fines, quia si excessus finis ad finem sit maior excessu illius ad suum efficiens, sic efficiens

Locus vndecimus, q est. 19.

Alpharabius fi dicit problemata cõparatiua posse reperiri in prædicamento substantiæ, quod probat eo, quia Aristo. in libro Prædicamentorũ comparat individua substantiæ suis spẽbus, s. quod nam eorum debeat esse magis substantia: similiterq; cõparat materiam ad formã: & sic problemata cõparatiua reperiẽtur in ipsis quinq; quæstis, videlicet in problemate de ineſſe simpliciter & problemate accidentis, & problemate gẽris, & proprij, atq; definitionis: similiterq; vere dicent problemata cõparationis absolute, & simplr, quemadmodum & problemata constructionis & destructionis dicunt problemata absoluta, seu simpliciter. Verũtamẽ huiusmodi comparationes magis reperiuntur in his, quæ accidẽte, quod in Primo lib. huius operis definitũ fuit. Et ideo videmus Arist. numerasse problemata comparatiua inter problemata accidẽtis: & fortasse ipse quoq; ideo ita fecit, quia ex scientia multorũ horum locorum habent loca comparatiua absoluta, de quibus videlicet quæritur esse, vel non esse tantũ. Horum aũt locorum, quæ dicunt fm comparationẽ, quædam quæruntur in rebus naturalibus, & diuinis, quædã vero in rebus voluntarijs, & quę sunt huius gẽris magis in vsum ueniũt. Locorum vero, quæ hic numerant, quædam sunt cõia cunctis rebus tum naturalibus, tum voluntarijs, quædã vero sunt propria ipsis eligibilibus rebus, quædam vero alia sunt cõia cunctis gẽribus comparationis quocunq; fuerit modo, s. vel ratione portatis, vel ratione prẽstãtię, & rõne dignitatis, vel ratione imperfectionis, seu ignobilitatis, vel quauis alia rõne comparationis.

† al. l. virtutis moralis.

Scire autem debes, ꝙ non quęrit huiusmodi quęsitũ in rebus valde disceptantibus, vt si dicat quid est eligibilius, an fœlicitas, an diuitię: sed huiusmodi interrogatio fit in rebus affinibus, de quibus dubitatur, quænam ipsarum sit præstãtior, & (vt verbo dicã) ita res se habet in hoc gẽre inquisitionis, sicut se habet in reliqs quæsitis: nam quẽadmodum nos non quærimus vtrum hoc insit huic, vel non insit, cũ illud fuerit de se notum, ita si aliqd fuerit nobilius aliquo, cũ illa nobilitas, quæ iter ipsa existit, fuerit de se nota. Trta pterea consideranda sunt circa hæc loca: primũ est, quid nã eorum dicatur eligibilius, & quid eorum dicatur vſe, seu cõmune cunctis rebus, quæ fm comparationem dicuntur: secundum est, quid illorum sumatur ex essentia rerum, & quid ex rebus exterioribus sit sumptum, aut ex rebus medijs inter hæc duo: tertium vero est, quod nam eorum est idoneum, vt ex eo fiat demonstratio, & quod non.

Themistius aũt dicit, ꝙ ideo contigit, vt hæc loca difficile diuidant, quia sunt inter se similia, parumq; inter se discrepare videntur. Arist. autem sumpsit initium horum locorũ ab eo, quod est ꝛpe diuturnius, aut quod fuerit firmius, stabilius ꝙ: nempe, vt diuturnius sit eligibilius eo, qđ est minus diuturnum, et stabilius eo quod est minus stabile, & firmum: hęc autẽ duo loca amplectuntur omnia problemata, quæ fm comparationem procedunt. Primum quidem est sumptum à re extrinseca, videlicet à temporis diuturnitate. Secundum vero ab essentia rei: nempe ab ipsa firmitudine & est vtiq; locus probabilis, qm̃ aquila non est eligibilior homine, licet diutius viuat eo, vt fertur, si id verum sit.

Tertius locus est sumptus ab eo, quod magis eligit vir studiosus, vel ipsa lex, vel ipse sapiens, aut quòd plures homines eligũt, & pẽrtim periti i aliqua arte, aut quod oẽs eligũt, & quod oẽs appetũt, illud qdẽ est pstantius. Is aũt locus est sumptus à rebus exterioribus, cũ sumat ab ipso testimonio: & est vtiq; probabilis vniuersalis.

Quartus locus est sumptus ab eo, quod est pstantius, nã id, quod est fm disciplinã prestantiorẽ, est vtiq; prestantius, vt est scia Diuina: & sic id, quod ineſt alicui rei prestantiori, est vtiq; prestantius, atq; eligibilius, vt id, quod ineſt Deo, est vtiq; prestãtius, eo quod ineſt homini: similiterq; id, quod est propriũ alicui rei pstantiori, est vtiq; pstantius. Id quoq;, quod est ex rebus prestãtioribus & prioribus, seu pcedentibus, est vtiq; prestantius, ac pcedentius. vt sanitas, q̃ est prestantior pulchritudine, qa sanitas cõsistit in membris prestantioribus: & amplectitur omnia problemata comparationis & est sumptus à rebus mediꝭ, qm̃ non est sumptus à rebus exterioribꝰ, neq; ab ipsismet rebus: et sunt res, pbabiles. & licet hoꝝ loca sint plura tñ hñt vim vnius loci.

Quintus locus est, ꝙ quicquid existit sub genere eligibili, eo qa est sumptum ex illo genere, est vtiq; eligibilius eo, quod non est pars illius generis. exempli gratia, cùm ipsa iustitia sit pars virtutum, & vna ex earum speciebus erit vtique eligibilior ipso iusto. Et est locus sumptus ab ipsis rebus, & est communis omnibus speciebus comparationis: & est locus, qui videtur esse verus, cùm prædicatum dicitur de subiecto in eo quod quid: vt cùm iustus sumitur quatenus est iustus, non quatenus est alia res.

Sextus autem locus est, vt id, quod est eligibile propter se, sit eligibilius eo, quod est eligendũ, ꝓpter aliud. vt sanitas, q̃ eligibilior est ipsa exercitatione, cũ exercitatio sit eligibilior propter aliud, sanitas vero propter se. Id pterea, quod est eligẽdum p se, est eligibilius eo quod est eligibile p accidens: vt amicos esse iustos eligibilius est, q̃ inimicos esse iustos, qm̃ hoc ẽ eligibile p se in amicis. Et ideo dicit Arist. hoc esse eligẽndum in ipsis etiã, si apud Indos sint. sed eligimus inimicos esse iustos, ne noceant nobis: et ideo si essent in aliquo rẽpore, in quo nihil possent nocere, tunc nõ esset hoc eligendũ.

Id iterũ, quod est natura eligendum, est vtiq; eligibilius eo, quod non est natura eligendum, vt iustitia, quę quidem eligibilior est ipso iusto, eo qa iustitia iuuat natura, iustus vero habitu. Id quoq;, quod simpliciter est eligibile, eligibilius quidem est eo, quod est eligibile alicui homini, aut in aliquo tempore, vel in aliqua dispositione, aut in aliquo loco: nam cibus est eligibilis simpliciter, medicamen vero est in aliquo tempore eligendum. Vis autem horum locorum eadem est. Themistius tamen dicit, quòd sunt loca sumpta ab ipsa re, & sunt propria rebus eligibilibus.

Septimus locus est, vt id, quod est causa boni per se, eligibilius sit eo, quod est eius causa per accidẽs, vt virtus, quę quidem eligibilior est ipsa fortuna, quia illa est causa felicitatis per se, hęc vero per accidens. Pars est ratio de ipso nocumento, nã id, quod est causa mali per se, fugibilius est eo, quod est eius causa per accidẽs.

Octauus locus est, qđ id, quod est finis, eligibilius est eo quod excitat desiderium ad finem. Et si fini duo, quæ desiderantur vt deducant ad finem, id profecto quod est propinquius fini, est eligibilius. Id autem quod ducit ad rem eligibiliorem, est vtiq; eligibilius. exẽpli gratia, id quod confert ad fœlicitatẽ eligibilius est eo, quod confert ad virtutem, & id quod ducit ad cibum, seu victum, vtilius est eo, quod ducit ad pulchritudinem: & hic locus est communis cunctis gẽribus cõparationis.

Nonus locus est, vt quod possibile est, eligibilius est eo quod non est possibile: & is locus est proprius ipsis rebus eligibilibus, exempli gra ars Medica eligibilior est arte fusoria, quam Alchimiam vocant.

Decimus locus est, cũ sunt duæ res effectiuæ, illa cuius finis est prælstantior; est vtique & ipsa eligibilior. exempli gratia exercitatio efficit sanitatem, disciplina vero scientiam, ergo disciplina, seu discere, præstantior est ipso exercitio: & est locus communis.

Vndecimus locus est sumptus ex cõparatione duorum effectiuorum ad duos ipsorum fines: nam, si unus finis superet alium finem, plusq; superat suum effectibilem, seu agẽs; tunc

sic efficiens excellentiorē finem est eligibilior fine, quē alter excedit. verbi gratia, si maior est excessus beatitudinis ad sanitatem, cp̄ sit excessus sanitatis ad ipsam agens, sic & efficiens beatitudinem eligibilior est sanitate: hoc autem fit, quia proportio efficientis beatitudinem ad beatitudinem est proportio agentis sanitatem ad sanitatem, & excessus beatitudinis ad sanitatem fuit maior excessu sanitatis ad suum efficiens, & excessus sanitatis ad ipsam efficiens, est sicut excessus beatitudinis ad suum efficiens, sicp̄ excessus beatitudinis ad sanitatem est maior illius excessu ad ipsam efficiens, & quando hoc fuerit efficiens beatitudinem, præstantior est sanitate. Quando enim vna res proportionatur duabus rebus diuersa proportione, illa, ad quam proportio est minor, ipsa est maior. & hic quidem locus communis est omnibus quæstionibus comparationum.

Alij eiusdem problematis loci. Cap. II.

21. locus. Declaratio. AMplius, quādo duo aliqua fuerint vade sibimetipsis similia, & non poterimus præeminentiam aliquam conspicere alterius ad alterum, videndum ex ijs quæ sequuntur. Nam cum consequēs est maius bonum, hoc eligibilius, si autem sint consequentia mala, cui cōsequens minus malum, hoc eligibilius. Nam, cùm vtraq; sint eligenda, nihil prohibet molestum aliquid sequi: dupliciter autem ab eo quod sequitur consideratio, nam & prius, & posterius sequitur: vt addiscentem ignorare prius, scire autem posterius: melius autem vt plurimum, quod posterius sequitur: sumēdum igitur eorum quæ sequuntur quodcunq; fuerit vtile. Amplius, plura bona paucioribus, vel simpliciter, vel quando altera alteris insunt, vt pauciora in pluribus. Instātia, si alicubi, alterum alterius gratia: nihil enim eligibiliora vtraq; cp̄ vnum: vt sanum fieri, & sanitas, quàm sanitas, eo quòd sanum fieri propter sanitatē eligimus. Et nō bona, bonis nihil prohibet eligibiliora esse, vt felicitatem: & aliud aliquid quod non est bonum, iustitia & fortitudine. Et eadē cum voluptate magis, quàm sine voluptate: & eadem cum indolentia, cp̄ cū tristitia. Et vnūquodq; in quo tempore magis valet, in hoc etiam eligibilius. Vt carentia tristitiæ in senectute magis, quàm in iuuētute: magis enim in senectute valet. Secundum hæc autem, & prudentia in senectute eligibilior: nemo enim iuuenes eligit duces, eo quòd non constat eos prudentes esse. Fortitudo autem è contrario: in iuuentute enim magis necessaria secundum fortitudinem operatio: similiter autem & in temperantia, magis enim iuuenes quàm senes concupiscentijs molestantur. Et quod in omni tempore, vel in pluribus vtilius. Vt iustitia, & temperātia, fortitudine; nam ille semper, hæc autem aliquando vtilis. Et quod, cùm tunc agens illius finis melioris eligibilius erit, cp̄ finis ille, qui superatur ab alio fine. exempli gratia, si felicitas superat sanitatem plusquā superat sanitas suum effectiuum, ergo effectiuum felicitatis erit magis eligendum, cp̄ ipsa sanitas: quoniam proportio ipsius efficientis felicitatem ad ipsam felicitatem, est proportio ipsius effectiui sanitatis ad ipsam sanitatem: sed felicitas plus exuperat sanitatem, cp̄ exuperet sanitas suum efficiens, & sanitas ita exuperat suum effectiuum sicut superat felicitas suum effectiuum: ergo plus superabit felicitas sanitatem, cp̄ superet suum agens: & sic effectiuum felicitatis erit præstantius ipsa sanitate, quia quādo vna res comparatur duabus per cōmutatā proportionem, tūc illa res, ad quā minor est proportio, seu cōparatio, erit maior cp̄ illa ad quam est maior proportio. Et is locus est cōmunis cunctis quæstionibus comparationum.

omnes haberemus, nihil altero indigeremus, quàm quòd cùm haberemus, indigeremus reliquo. Vt in iustitia & fortitudine: nā si omnes essent iusti, nihil vtilis fortitudo, si vero omnes essent fortes, vtilis iustitia. Amplius ex corruptionibus, & abiectionibus, & generationibus, & sumptionibus, & contrarijs. Quorum enim corruptiones malæ, ipsa eligibiliora: similiter autem & in abiectionibus, & in contrarijs: nam si abiectio, vel contrarium fugibilius est, ipsum æligibilius: in generationibus autem, & sumptionibus è cōtrario. Quorum enim sumptiones, & generationes eligibiliores, ipsa quoq; eligibiliora. Alius autem locus est. Quod pro pinquius bono, melius, atque eligibilius. Et quod similius est bono, vt iustitia, iusto. Et quod meliori eorum est similius, quēadmodum Aiacem Vlysse dicūt aliqui meliorem esse, eo quòd similior est Achilli. Instantia huius est, quòd non verū sit: nihil enim prohibet nō qua ratione optimus est Achilles, eadem similiorem esse Aiacem, cùm erit alter quidem bonus, non similiter autem. Cōsiderandum autem si & in ridiculosioribus sit simile: vt simia homini quàm equo, cùm non sit similis: non enim est simia melior, sed minus tamen est homini. Rursum in duobus: si hoc quidem meliori, illud autem peiori est similius, erit melius quod meliori est similius. Habet autem & hoc instantiam: nihil enim prohibet hoc quidem meliori parū simile esse, illud autem peiori valde: vt sit Aiax quidem Achilli parum, Vlysses autem Nestori valde: vt si hoc quidem meliori in peioribꝰ: illud autem peiori in melioribus: vt equus, asino, & simia homi. Et quod maxime insigne, eo quod minus tale. Et quod difficilius: magis enim amamus, cùm habemus, quod non est facile adipisci. Et quòd magis proprium, eo quod communius. Et quod malis incommunius: nam magis eligendum

22. locus. Declaratio. 23. locus. 24. locus. 25. locus. 26. locus. Declaratio. 27. locus. 28. locus. Declaratio. 29. locus. Declaratio. 30. locus. Declaratio. 31. locus. Declaratio. 32. locus Declaratio. 33. locus. 34. locus. 35. locus. 36. locus.

gendum quod nulla molestia sequit, quàm quod sequitur. Amplius, si hoc illo melius; et omnino optimum eorum, quę in hoc, melius eo quod in altero optimum. Vt si melior est homo quàm equus, & optimus homo optimo equo melior. Et si optimum optimo melius, & simpliciter hoc illo melius: vt si optimus homo optimo equo melior, & simpliciter homo, simpliciter equo melior. Amplius, ea quæ volumus amicos participare, eligibiliora, quàm quæ non. Et quæ ad amicum agere malumus, quàm quæ ad quemlibet, illa eligibiliora. Vt fuste ageré & benefacere, magis quàm videri, nā amicis benefacere volumus magis cp̄ videri: quibuslibet autem è conuerso. Et quæ sunt ex circunstantia necessarijs meliora, aliquando autē & eligibiliora. Melius. n. cp̄ viuere bñ viuere: bene autē viuere est ex circunstātia: ipsum autem viuere necessarium. Aliquando autem meliora non etiam eligibiliora: non enim si meliora, necessario quòd eligibiliora: philosophari siquidem melius cp̄ lucrari, sed non magis eligendum indigenti necessarijs. Ex circunstantia autem est, quando existentibus necessarijs, alia quædam adijciuntur bonorum. Fere autem fortasse eligibilius quod necessarium est, melius autē quod ex circunstantia. Et quod non est ab alio exquirere, cp̄ quod est, & ab alio. Quale sustinet iustitia ad fortitudinem. Et si hoc quidem sine illo eligendum, illud autem sine hoc non. Vt potestas sine prudentia non eligenda, prudentia vero sine potestate eligenda. Et duorum, si alterum negamus, vt reliquum videatur nobis inesse: illud eligibilius, quod volumus nobis videri inesse. Vt laborem diligere nos negamus, vt ingenioſi esse videamur. Amplius, pro cuius ab sentia minus increpandi sunt molestę ferentes, hoc magis eligendum. Et pro cuius ab sentia non molestę ferentem magis increpandum: id eligibilius.

37. locus. 38 locus. Declaratio. 39 locus. Declaratio. 40. locus. 41 locus. Declaratio. 42. locus. 43. locus. Declaratio. 44. locus. 45. locus. 46. locus. 47. locus.

Sermo de aliis locis eiusdem quæsiti. Cap II.

TRANSLATIO ABRAMI.

Locus 12. q̄ est 22. ex 3. in Arist. DVodecimus autem locus est sumptus ex ipsis illationibus. Quando enim sunt duæ res cōnexæ, & non possumus commonstrare quòd vna ipsarum sit eligibilior altera, per aliquam rem omnino ex ipsis̄met: sicp̄ expedit, quòd cōsideremus illationes illarum, quia cuius consequens est melius, illa est eligibilior. verbi gratia facilitas actionis, & facilitas passionis, quia facilitatem actionis sequitur vincere, & facilitatem passionis vinci. Et exemplū illius quod sequitur malum minus est viuere latenter, & viuere propatulo, quia vitam, quæ est latenter, sequitur spretus, & vitam quæ propatulo est, sequitur inuidia. Cōsequens autem aliquam rem aliquando quoddam est prius, & quoddā posterius, sicut discipulum sequitur ignorantia & scientia, ignorantia enim illius quod addiscendum est prior est in illo, & scientia posterius inest ei, vltimum autem consequens pro maiori rei parte est præstantius: expedit autem quòd sumamus de consequentibus quod vtilius fuerit, hoc est, si vtilius fuerit prius, sumemus illud, & si posterius sumemus illud. Et hic quidem locus est proprius eligibilibus, & est necessarius.

TRANSLATIO MANTINI.

LOcus autē duodecimus est sumptus ab ipsis cōsequētibus. nam, cum fuerint duę res coniunctę, et non possimus iudicare alteram earum alteram superare in vlla re ratiōe sua, tunc oportet respicere ea, quę ex illis sequuntur: nam illa res, ad quam sequitur maius bonum, erit eligibilior, & illa, ad quā sequitur minus malum, est quoq; eligibilior. exempli causa, facilis actio, et facilis passio: nam ad facilitatem actionis sequitur ipsum vincere, ad facilitatem vero passionis sequitur ipsum vinci. Exemplum illius rei, ad quā sequitur minus malum, est clandestina vita, et vita patens publice. nam ad vitam occultam sequitur ignominia, ad patentē vero vitam sequitur inuidia. Id p̄terea, quod sequitur aliquā rem, quandoq; est prius et precedens, aliquando est posterius. vt ad ipsum addiscentem sequitur ignorare, & scire: nam ignorantia rei, quā discit, erat prior antequā disceret eam, scientia eius vero est posterior, & id quod sequitur vt plurimum in vltimo, est præstātius: & ex ipsis consequētibus debemus sumere, quod vtilius est eorum, ita vt si quod vtilius est, fuerit prius, & precedens, tunc sumimus ipsum, sed si posterius, tūc & illud capimus. Et iste locus est proprius ipsis rebus eligibilibus, & est necessarius.

Locus 13. q̄ est 24. Tertius decimus locus est, cp̄ bona plura sunt eligibiliora, cp̄ quæ pauciora sunt, quando subintrāt pauciora ea quæ sunt plura. & ille est diuulgatus, & est mendax, quando vnum bonorum est propter alterum, quia non fit verum cp̄ illorum aggregatum sit eligibilius altero illorum. verbi gratia, dicendo sanari & sanitatem, quia illorum aggregatum non est eligibilius altero eorum, scilicet ipsa sanitate: eligimus enim sanari propter sanitatem. Oportuit autem apponere huic loco duas conditiones: quarum vna est, quòd pauciora subsint pluribꝰ, quia non sequitur plures dragmas esse eligibiliores paucioribus aureis: & secunda conditio est, cp̄ res pauciores contentæ non sint perfectiones rerum plurium continentium, & continentes quædam sit perfectiones, & quædam prope perfectiones.

Tertius decimus locus est, cp̄ plura bona eligibiliora sunt paucioribus bonis, si illa pauciora bona continentur in illis pluribus bonis, & est locus probabilis, & est falsus, quando aliquod illorum bonorum fuerit gratia aliorum, quia tunc non est verum dicere, cp̄ aggregatū eorum sit eligibilius vno illorum. exempli gratia, sanū fieri, & ipsa sanitas: nam horum aggregatum non est eligibilius ipsa sanitate, quoniam sanum fieri eligitur propter sanitatem. In hoc tamen loco oportet supponere duas conditiones, vna est, vt illa pauciora contineātur sub illis pluribus: nam non sequitur, vt plures dragme sint eligibiliores paucioribus denarijs, altera conditio est, vt illa pauciora cōtēta nō sint pfectiones, seu actus rerū cōtinentiū, & rerū cōtinentiū quędā sint perfectiones, seu actus, quædā vero tendant versus ipsos actus.

Quartusdecimus

Locus

Locus decimus quartus. q est. 25. & 26.

Quartus decimus locus est, ꝙ id, quod fit cum delectatione, sit eligibilius illo quod sine delectatione fit, huius exemplum est medicina dulcis cū medicina amara, ambæ vero iuuant. Et quod est absq; damno eligibilius est eo, quod est cū damno, prout cibus insipidus eligibilior est amaro.

Locus decimus quartus est sumptus â voluptate, nã quod cū voluptate est, eligibilius quidē est, q̃ quod sine voluptate, exempli grã medicamen dulce & amarum: licet. n. vtrūq; cōducat, eligibilius tñ est dulce. Itidem id q̃d sine nocumẽto est, eligibilꝰ est eo, ꝺd cū nocumẽto, seu tristitia: vt cibus insipidus eligibilior cibo amaro.

Locus decimus quintus. q est. 27.

Quintus decimus locus est, quia quælibet res cuius est tempus ipsam proprie concernens, quando est suo tempore eligibilior est, quàm quando est sine suo tempore, sicut canescere caput senes eligibilius est quàm canescere iuuenes, & similiter est scientia. Fortitudo vero est contrariæ dispositionis in illis, maior enim est necessitas paris fortitudinis, & sic etiam est de temperantia.

Locus decimus quintus est sumptus â rebus hūnibus tẽpus propriū sibi, nã quęcūq; res habet tẽpus sibi proprīū, cū repetit̄ in suo tpe, eligibilior est, q̃ ea, q̃ non reperit in suo tpe, vt eligere senes duces eligibilius est, q̃ eligere eos iuuenes: idemq; dicendū est de eoꝝ prudentia, fortitudo vero eorum cōtrario modo se habet, nam operatio secundum fortitudinem est magis necessaria in iuuentibus: similiterq; & ipsa temperantia.

Locus decimus sextus est, ꝙ id, quod est vtilius in pluribus temporibus, eligibilius est eo, quod est vtile in aliquo vno tempore. exempli gratia, fortitudo, iustitia, & temperantia: nam temperantia & iustitia vtrąq; earum est vtilis omni tempore, fortitudo vero instantibus hostibus: & est necessarius.

Locus decimus sextus. q est. 28.

Sextus decimus locus est, ꝙ vtilius pluribus temporibus eligibilius est vtilitori quodam tẽpore, verbi gratia, vt fortitudo, & iustitia, et temperantia: iustitia enim & temperantia vtiles sunt ambæ vtrīq; temporibus, fortitudo vero iuuat quando sunt aduersarij: & ille est necessarius.

Locus decimus septimus. qui est. 29.

Decimus sep timus locus est, quia quando nobis est res aliqua indigemus illa prima, verbi gratia, vt iustitia & fortitudo: omnes enim homines quando essent iusti, non esset eis vtilis fortitudo, quando autem essent fortes, esset eis vtilis iustitia, & indigerent ea, & ille est demonstratiuus, & sumitur ex ipsis rebus.

Locus decimus septimus est sumptus ab indigentia, vt cū aliquâ habemus rẽ, nõ indigemus alia, tũc illa eligibilior est, q̃ illa alia, quã licet habeamus eã, adhuc indigemꝰ illa priori, exẽpli gra, iustitia & fortitudo: nã, si oẽs hoīes eẽnt iusti, nihil cõduceret eis fortitudo, sed si essent fortes cõduceret eis iustitia, eaꝝ indigerent, & is est locus demonstratiuus sumptus ex ipsiſmet rebus.

Locus decimus octauus. q est 30. 31. & 32.

Decimus octauus locus sumitur ex corruptione & abiectione, & omissione, & acquisitione, & contrarietatibus: res enim, quarum corruptio est magis fugienda, sunt eligibiliores. Et similiter est dispositio omissionis, & abiectionis: id enim, cuius omissio & abiectio est magis fugienda, illud est eligibilius. Dispositio autem generationis & acquisitionis est contra hoc, res enim, quarum generatio & acquisitio est præeligenda, sunt eligibiliores: & hic quidem locus continet multas res, quarum quædam sumuntur ex rebus quæ deforis sunt, & ille sit rethoricus, & non est necessarius, quoniã non oportet sequi, si cæcitas sit magis fugienda quàm remissio acutiei visus, quòd usus sit eligilior, quàm acuties ipsius visus. Verumtamen, quando processus & translatio secundum hunc locum fuerit â genito ad genitum, & à corruptione ad corruptionem, aut à generatione ad genitum, & ex via ad corruptionem ad ipsammet corruptionem, ille subintrat ipsammet rem, & aditum habet vt sit scientificus, quia translatio non fit ex oppositis, sed ex rebus proximis essentiæ rei, verbi gratia, quia si sanari eligibilius est quàm ægrotare, sanitas eligibilior est ægritudine. Et similiter fit quando ibi non esset penitus contrarium: si enim melius est ædificare quàm suere, ædificium melius est quàm sutura.

Locus decimus octauus est sumptus ex corruptione, & abiectione, atq; dimissione, & gñatione, seu acquisitione, vel assumptione, & ipso cõtrario quoq; nam ea, quorum corruptio fugibilior est, eligibiliora quidem sunt: similiterq; res se habet de abiectione & amissione: nam id, cuius abiectio fugibilior est, vel eius cõtrarium fugibilius, illud quidem eligibilius est: è contrario vero fit in ipsa generatione & sumptione rerum, quoniam ea, quorum generatio, & assumptio est eligibilior, sunt vtiq; eligibiliora. Is autem locus plura continet, quorum aliqua sunt sumpta â rebus exterioribus, & est rethoricus: nam nõ sequitur si cęcitas est fugibilior, quàm imbecillitas visus ꝙ propterea visus sit eligibilior, q̃ acies visus. At si in hoc loco fieret processus & trãsitus ex ipsa generatione ad generatum, vel ex corruptione ad corruptum, aut ex ipso generari ad ipsam generationem, vel ex ipsa via ad corruptionem ad ipsammet corruptionem, tunc ingrediturꝰ ipsammet rem: itaq; ingreditur vt fiat scientificus, propterea quia non fit tunc transitus ex ipsis oppositis, sed ex rebus propinquis essentiæ rei, vt exempli gratia, si sanari est eligibilius, q̃ egrotari, ergo sanitas est eligibilior ægritudine: similiterq; vbi nullum detur contrarium, nam si ædificare sit melius, quàm suere: ergo ædificium erit melius, quàm sutoria quod sutum est.

Locus decimus nonus. q est 33. & 34.

Decimus nonus locus est, quia quod bono propius est, illud est præstãtius, & quod nobili similius est, id est nobilius: & hic fit dupliciter, aut comparatione duorum ad vnum, prout dicimus, ꝙ exponere se periculis sit præstantius pusillanimitati, hoc enim similius est fortitudini, quæ est præstantior pusillanimitate: aut comparatione duorum ad duo, prout dicimus ꝙ virtutes intellectiuæ sint eligibiliores moralibus, illæ enim magis similes sunt possessis rebus, & hę similiores sunt rebus humanis. Et hic locus continet omnes species comparationum, & sumitur à rebus, quę deforis sunt, & est vulgaris, non demonstratiuus, nihil enim prohibet qn similius præstantiori non sit illi simili ea parte, qua est præstantius. prout dicimus, ꝙ simia sit similior homini q̃ equus, & tamen simia non est præstantior equo, et similiter nihil prohibet si comparatione duarum rerum ad duas res, qn similis pstantiori sit modicum similis, & altera

Locus decimus nonus est, quia quod bono propius est, illud est præstantius, & id, quod est simile rei nobili, est nobilius: & hoc dupliciter fit, primo per comparationem duorum ad unum, ut cùm dicimus audaciam esse præstantiorem timiditate, propterea quia est similior fortitudini, q̃ quidē est pstantior timiditate: secũdo p cõparationẽ duoꝝ ad duo: vt cũ dicimus virtutes cõtẽplatiuas esse eligibiliores moralibus, ꝓpterea qa illæ sunt similiores rebus acquisitis, hę vero rebus humanis sunt similiores. Et is locus est cõis cunctis gñibus cõparationũ, & est sumptus à rebus exterioribus, & est pbabilis, nõ demõstratiuus: nã nihil, phibet, qn id, quod est similius præstãtiori, non sit sic ei, quatenus est pstantius, vt cũ dicimus simiã esse similiorem hoi, q̃ equum, cùm tamen simia non sit præstantior equo: & sic nihil prohibet, quin cũ duę res cõparantur duabus rebus, vt id, ꝺd est sic pstantiori, sit parũ simile, & aliud quod simila viliori,

& altera viliori similis sit multum similis, aut vna illarum sit similis præstantiori ex ea parte, qua est præstantior, prout dictum est de simia.

Loc⁹ 20. q est 36.

Vigesimus locus est, quia quod est euidẽtius, & magis diuulgatum est eligibilius illo, quod est remissius secundum hanc dispositionem. hic autem locus sumitur ab attestatione, & fit mẽdax in multis rebus, esset enim Orator eligibilior Geometra, & astutus, quàm Philosophus.

Locus 21. q est 36, & 37.

Locus autẽ vigesimus primus est, quia quod est difficilioris acquisitionis est eligibilius: magis enim gaudemus, vt ait Arist. quando acquisuerimus quod difficilius est esse. Et expedit ꝙ difficile acquisitu sumatur de rebus eligendis, sin autem multæ res difficile acquisitu non sunt eligendę, eo magis non sunt eligibiliores alijs,

† ab. I. hanc particulã affirmatiue, Mãinus ve negatiue, quæ melior multũ videt.

† ascendere enim montes est eligibilius, quàm planus progressus terræ.

Locus 22, q est 38.

Vigesimus secũdus locus est, quia quod est minoris conuenientiæ cum malis rebus, aut quod illa priuatur, est eligibilius, q̃ illud, quod est conuenientes, seu magis conueniens cum illis. id enim, cui non euenit aliquid ab horrendum & renuendum, est eligibilius illo, cui euenit, & id cui minus euenit eo cui plus euenit, est eligibilius. Et hic quidem locus potest sumi proprius, & communis in omnibus rebus, prout sunt sanitas, &c. quando non communicant suis contrarijs, aut minus communicant illis, quãdo id, quod sitæ naturæ est propriũ, plus illis fuerit: & hic quidem locus subest locis sumptis ab oppositis.

Locus 23, q est 39, & 40

Vigesimus tertius locus est, quia quod simpliciter præstantius est alia re, in hoc illo genere est primum nobilitate nobilius est primo secundum nobilitatem in altero genere. verbi gratia, si homo sit simpliciter nobilior equo, id, quod est primum secundum hominum nobilitatem, præstantius est secundum nobilitatem ipso equo. Et ecõtra, si primum nobilitate in hoc genere fuerit nobilius primo alterius generis, hoc itaq; genus est nobilius illo altero genere. hic vero locus est oratorius propter proportionalitatem sumptã ab æqualitate, ex quo enim proportio generis ad genus est sicut proportio nobilioris huius generis ad nobilius alterius generis potest esse oratorius: sed iam videtur, ꝙ non sit demonstratiuus, studiosissimus enim interitus, sicut est interitus iniqui apud nos, nobilior est studiosissimo progressu, vt est cursus ad domum orationis, aut ad alium cultum studiosum, sed non sequitur ꝙ interitus simpliciter sit nobilior progressu simpliciter, interitus enim dignitas non est ei ex ea parte qua interitus est, sed præelecto ad interitum, vt est iniquus, & aptus ad maleficia. Hic autem locus communis est præeligendis, & alijs.

Locus 24. q est 41. et 42.

Vigesimus quartus locus est, quia in quo communicant amici, præstantior est eo, in quo nõ communicãt, sicq; virtus præstãtior est sanitate, & diuitiæ præeligendæ sunt generositati, & modestia præeligenda est delitijs. Et iterum quod expedit facere amicis magis q̃ alijs vitis, eligibilius est, q̃ quod expedit fieri omnibus hominibus, prout contigerit, quos enim amice eligimus, illis eligimus (secundum scientiæ cognitionem, cuius vero contigerit, eligimus erogare maxime indigenti. Et ambo hi loci sunt proprij eligendis, ipsorumq; vis est vnaquemq; enim (vt ait Arist.) quando eligenerint ea, quæ bona eligeret esse sine amicis, ex quo res, quibus se cum sic communitas, præeligendę sunt his, quibus ab illis absoluitur. & hic quidem repertus est firmioris orationis, quàm primus: primus enim ponit diuitias eligibiliores sanitate: hic autem secundus locus est primo contrarius: in primo enim communius est eligibilius

Locus 25. q est 43. & 44.

Vigesimus quintus locus est, quia quod est magis notum magis famosum, eligibilius est eo, quod est in eadem re minus notum, & famosum. Et is locus est sumptus â testimonio, & est falsius in multis rebus: nam tunc Orator esset eligibilior Geometra, & Moralis eligibilior Philosopho.

Locus 26. q est 45. & 46.

Locus vigesimus primus est, ꝙ id, quod difficilius acquiritur, est vtiq; eligibilius: nam (vt inquit Arist.) nos maiori afficimur delectatione, cũ id attingimus, quod difficilius inuenitur, sed debet hoc intelligi de rebus eligibilibus, quæ difficulter acquiruntur: aliàs enim multa darentur difficilia, quæ non essent eligenda, tantum abest, vt sint eligibiliora alijs: nã ascendere montes non est eligibilius, q̃ ambulare in planam terram.

Locus 27. q est 47. & 48.

Locus vigesimus secundus est, ꝙ id, quod minus cõmunicat rebus malis, vel est expers earum, est eligibilius eo, quod illis communicat, vel quod est communicabilius: nam id, ad quod nihil molestiæ, & tristitiæ sequitur, eligibilius est eo, ad quod hæc insequuntur, & id, ad quod minus ea sequuntur, eligibilius eo, ad quod multo plus ipsa sequuntur. Et is locus potest sumi proprius, aut communis cũctis rebus: vt sanitas, & reliqua alia, quibus non communicãt sua contraria, vel quibus minus communicant, cũ sciliter id, quod inest eis ex natura sua, fuerit magis proprium: & locus is includitur sub locis sumptis ab oppositis.

Locus 28. q est 49. & 50.

Vigesimus octauus locus est, quia quod est melius aliquo alio simpliciter, illud quidem, quod est optimũ in illo genere, erit melius eo, quod est optimum in alio genere. exempli gratia, si homo est simpliciter melior equo, ergo optimus homo erit melior optimo equo. Et è cõuerso, si optimum in vno genere sit melius optimo, quod existit in alio genere, tunc illud genus est melius illo alio genere. Is autem locus est Rhetoricus propter comparationem, vel proportionem sumptam ab equalitate: nam, cum eadem sit ratio, seu proportio, vel comparatio generis ad genus, quæ est ipsius melioris in hoc genere ad id, quod est melius in altero genere, sic potest esse Rhetoricus: sed tandem videtur ꝙ non sit demonstratiuus: nam optima mors, ut est mors iniquorũ apud nos, melior quidem est optima deambulatione, vt est cita deambulatio ad oraculum, vel aliquem alium cultum probum: non tamen sequitur, vt mors simpliciter sit melior ipsa deambulatione simpliciter: quoniã illud optimum, quod ineſt morti, non ineſt ei ea ratione, qua est mors, sed ineſt ei ratione illius, cui eligitur mors in tali re, qui scilicet est ipse iniquus, & malo prædictus. Is autem locus est communis ipsis eligibilibus, & alijs.

Locus 29. q est 51. & 52.

Locus vigesimus nonus est, vt id, in quo communicant amici, melius est eo, in quo non communicant: & sic virtus eligibilior est sanitate, & diuitiæ nobilitate generis, & morigeratio, seu virtus moralis eligibilior est voluptate. Et id quoq;, quod cum amico magis agere debemus, q̃ cum alijs hominibus, eligibilius in quã est eo, quod debemus agere cum omnibus hominibus, & quibuscunq; alijs contigerit: nam, quos in amicos eligimus, & eos vtiq; sapientes esse eligimus, sed eligimus pecunias distribuere pro quouis indigenti contigerit. Et hæc duo loca sunt propria ipsis eligibilibus, eandẽq; vim obtinent: hami (vt inquit Arist.) ne ego eorum, qui eligit sibi bona, non eligit aliquod bonum sibi; quod amici quoq; non obtinent illud. Cũ ea, quibꝰ communicamus cum eis, sint eligibiliora his, quæ sunt propria. & is secundus locus habet maiorem vim rhetoricã. primo; quoniam in primo ponuntur diuitiæ eligibiliores sanitate, in secundo vero econtra. Est autem is secundus locus

bilius proprio, & in secundo proprium est eligibilius communi.

Locus 25, q est 43. Vigesimusquintus locus est, quia res, quæ inueniuntur ex præstantiæ circunstantia, eligibiliores sunt rebus quæ sunt ex circunstantia necessitatis. Dicimus autem rem, quæ est ex præstantiæ circunstantia, id, quod non est necessarium in essendo res per ipsum denominatas, illud vero esse est secundum complementi & perfectionis modum, prout est membrorum decus. per necessarium autem intelligimus, sine quo rem esse est impossibile, prout est principalia membra inesse ipsi homini. Expedit autem te scire, quòd suapte natura præstantius sit aliud, q̃ apud nos præstantius. non enim oportet qd̃ suapte natura est præstantius, esse apud nos eligibilius: philosophari enim non est eligibilius, quàm opes acquirere ipsi inopi, opum enim indigentia inopi est præeligenda. Quando autem per eligibilius intelligeretur nõ quod est apud nos, sed quod secundum se est possibile, fit, q̃ hic locus, & verax, & mendax sit: verax quidem, quia bene viuere eligibilius est, quàm viuere, bene viuere autem nobis inest ex parte præstantiæ circũstantiæ, vita autem ex parte necessitatis: ipsius vero emendacium est, quia scientia non est eligibilior apud ægrum, q̃ ipsa sanitas. Si vero dixerit hic eligibilius quod est sua natura eligibilius, quod per præstantiam significat, est verus. Si autem dixerit eligibilius, quod apud nos est eligibilius, sic quasi ipsum necessarium erit eligibilius apud nos, & quod ex præstantiæ circunstantia est, præstantius.

Locus 26, qui est 44. Vigesimussextus locus est, quia quod ipossibile est quẽq̃ ab alio acquirere, eligibilius est illo quod possibile est acquirere ab alio: prout est dispositio fortitudinis cum opibus. Et de hoc loco putatur, q̃ ponat pulchritudinem eligibiliorem modestia.

Locus 27, qui est 45. Vigesimus septimus locus est, quia quod est eligendum sine hac re eligibilius est illo, quod non est eligendum sine ea. verbi gratia, quia custodia sine prudentia non est eligenda, prudentia autem sine custodia eligenda est. Vis autem horum locorum est vna, vis ſ. q̃ proprius prius sit dignitate communiori.

Locus 28, qui est 46. Vigesimus octauus locus est, quando abnegamus vnam duarum rerum, vt de nobis putetur alteram nobis inesse illa est eligibilior, verbi gratia, quia nos negamus studium, & disciplinam, vt intellectus claritas putetur nobis inesse, id enim quod putatur q̃ velimus nobis putari inesse est intellectus claritas: & hic locus est ex rebus, quæ sunt deforis.

locus oppositus primo: propterea, quia in primo, quod commune est eligibilius est: in secundo vero, quod proprium est eligibilius, est ipso communi.

Locus vigesimusquintus est, q̃ ea, quæ reperiuntur propter præstantiorem, seu meliorem rationem, eligibiliora sunt his, quæ propter necessitatem reperiuntur. Intelligo autem per id, quod propter esse præstantius, vel melius reperitur, quod non est necessarium pro esse illius rei, cui illud melius ascribitur, seu additur, sed reperitur in ea perfectionis, seu præsidij, & melioris notæ gratia, vt est pulchritudo in membris. per necessarium vero intelligo id, sine quo nõ potest res reperiri: vt sunt membra principalia in homine. Scire tamen debes, q̃ id, quod est ex sui natura præstãs, vel nobile, & id quod est præstans apud nos differũt inter se: nam id, quod est ex natura sua dignũ, non oportet vt sit eligibilius apud nos: nam philosophari nõ est eligibilius ipso lucrari, seu ditari ipsi pauperi, quia vtus diuitiarum eligibilior est apud ipsum indigentem. Si igitur intelligat Arist. per ipsum eligibilius id, quod apud nos est magis eligendũ, non ex se, tunc hic locus poterit esse verus & falsus: verus quidem, quia bene viuere eligibilius est, q̃ viuere, ipsum autem bene viuere, inest nobis melioris notæ gratia, seu dignitatis, viuere vero ex necessitate ipsa: falsus vero, quia scientia non est eligibilior apud ægrotum, q̃ ipsa sanitas. Si vero intelligat hic per ipsa eligibilius id, quod ex natura sua est eligibilius, vt per dictionẽ præstantius significari videtur, tunc erit verus, si vero per ipsum eligibilius intelligat id, quod apud nos est eligibilius, tunc ferreerit eligibilius apud nos id, quod est necessarium, & id, quod ex præstantia, seu dignitate, sit dignius atque præstantius.

Locus vigesimussextus est, q̃ id, quod nõ potest aliquis exquirere ab alio, eligibilius est eo, quod potest ab alio acquirere: vt se habet iustitia cũ fortitudine. Et hic locus potest esse falsus, quia ponit pulchritudinem esse conuenientiorem, & eligibiliorem ipsa modestia.

Locus vigesimusseptimus est, q̃ id, quod est eligibile sine aliquo alio, eligibilius est eo, quod nõ eligitur nisi cum illo alio. exempli gratia, custodia non eligitur sine prudentia, sed prudentia eligitur sine custodia, vis autem horum locorum est eadem: nempe quod est magis proprium, est prius dignitate ipso communiori.

Locus vigesimus octauus est, q̃ cũ duarum rerũ negamus vnam; vt existimetur, q̃ altera insit nobis, tunc illa altera, quam cupimus, vt credatur inesse nobis, eligibilior erit. exempli gratia, cũ negamus nos incumbere studio literario, & cõtemplationi ad hoc vt credatur, nos obtinere perspicacitatem, seu prõptitudinẽ intellẽ: nam id, quod culpimus, qd̃ credat inesse nobis, est intellectus pspicacia: & hic locus est sumptꝰ à re extrinseca.

Alij Meliorum, Eligibiliorumq; loci. Cap. III.

48. locus. AMplius eorum, quæ sunt sub eadẽ specie, quod habet propriã virtutem, eo quod non habet, vtriſq; autem habentibus, quod magis habet, eligibilius. Amplius, si hoc quidem facit bonũ illud cui adest, illud autem non facit: quod facit, eligibilius. Quẽ admodũ & calidius quod calefacit, eo quod non. Si autem vtrũq; facit, quod magis facit, aut quod melius, & principalius facit bonum: vt si hoc quidem animam, illud autem corpus. Amplius autem à casibus, & vsibus, & actionibus, & operibus, & hæc ab illis. Se quuntur enim sese inuicem: vt si quod iuste

49. locus. est eligibilius, q̃ quod fortiter, & iustitia fortitudine eligibilior: & si iustitia q̃ fortitudo eligibilior, & quòd iuste, q̃ quòd fortiter: similiter autem & in alijs. Amplius, si aliquid eodem hoc quidem maius bonum est, illud autem minus: magis eligendum maius, aut si maiore maius fuerit alterũ. Sed et si duo quædam vnõ aliquo sint eligibiliora: quod longe eligibilius, eo quod minus est eligendum, eligibilius. Amplius, cuius est superabundantia eligibilior, et ipsum eligibilius. Vt amicitia pecunijs: nam eligibilior super abundantia amicitiæ, q̃ pecuniarum. Et id cuius magis eliget quis vt ipse sibi causa sit, quàm

50. locus. 51. locus. 52. locus. 53. locus.

Declaratio.

54. locus. quàm cuius alter. Vt amicos pecunijs. Amplius, ex appositione si eidem appositum aliquid, quod totum eligibilius facit. Caeteram autem oportet extendere ad ea, in quibus altero quidem appositorum vtitur commune, vel alio quolibet modo cooperatiuũ est, reliquo autem non vtitur, neq; cooperatiuũ est: vt serra, & falce cum arte fabrili: nam eligibilior serra consociata, simpliciter autem non eligibilior. Rursum, si minori appositum aliquid, quod totum maius facit. Similiter autem, & ex ablatione: quo enim ablato ab eodem, quod restat est minus, illud maius erit quod ablatum, reliquum minus facit. Et si hoc quidem propter se, illud autẽ propter gloriam eligendum. Vt sanitas pulchritudine: terminus autẽ eius, quod est ad gloriam, quod nullo conscio, non studeret inesse. Et si hoc quidem propter se, & propter gloriam eligendum: illud autẽ propter alterum tantum. Et vtrunuis magis propter se honorãdum, hoc & melius, & eligibilius. Honorabilius vtiq; fuerit secũdum se, quod cùm nihil aliud debeat esse, propter se eligamus magis. Amplius, diuidẽdum quoticis quod eligendum est dicitur, & quorum gratia: vtilis, vel honesti, vel delectabilis. Nam quod ad omnia, vel ad plura est vtile, eligibilius fuerit eo, quod non sic. Si autem eadem vtriſq; insunt, vtri magis insint considerandum. Vt vtrum delectabile, an honestum, an vtile magis. Rursum, quod propter melius eligibilius. Vt quod propter virtutem, quàm quod propter delectationem. Similiter autem, & in fugiẽdis. Nam magis est fugiendum, quod magis impedit virtutes, vt ægritudo turpitudine: nam & voluptatis, & eius, quod est studiosum esse, prohibentior est ægritudo. Amplius ex similitudine mõstrari potest fugiendum, & eligẽdum quod propositum est. Nam minus eligendum huiusmodi, quod æque & eligeret aliquis & fugeret: altero quod eligendum est tantum. Ad seinuicem igitur comparationes (quemadmodum dictum est) faciendum.

55. locus. 56. locus. 57. locus. 58 locus. 59. locus. 60. locus. 61. locus. 62. locus. 63. locus. 64. locus.

Sermo de alijs locis Meliorum, Eligibiliorumq;. Cap. III.

TRANSLATIO ABRAMI.

Locus 29, qui est 47, et 48. VIgesimusnonus locus est, quia res, quam grauiter ferentem, & abhorrentem vulgus eligit increpando, eligibilior est re, quam grauiter ferentem vulgus non aufugit increpando. Et res, cuius defectu & destructione contristatum vulgus non nimis increpat, eligibilior est re, cuius defectu contristatum vulgus increpat, quòd nimis sit.

Locus 30, qui est 49, & 50. Tricesimus locus est, quia quę res fuerit illarum, quę alicui speciei subsunt, & eius sint dignitates, quæ proprio hanc speciem concernunt, illa est eligibilior, q̃ illa cui non insunt illæ dignitates. verbi gratia, eximius vir eligibilior est mediocri, & vili. Quando autem omnibus insint dignitates, ille eligibilior est, cui magis insunt: huius exemplo Aristoteles eligibilior est Platone. Et hic quidẽ locus sumitur ab ipsamet re, & est demonstratiuus, & non est proprius eligibilibus, sed conuenit omni comparationi.

Locus. 31. q est 51. et 52. Tricesimusprimus locus est, quando fuerint duę res, quarũ vna ponit esse, quã fuenerit esse se medãte est eligibilior illa, q̃ nõ redderet aliã rẽ eẽ sm se, calor. n. q aliud calefacit, præstãtior est illo q nõ calefacit aliud. & p hũc locũ virtutes eligibiliores sunt diutijs. Et hic locus est eẽis oibus cõparationibus, & sumitur ab ipsis rebꝰ.

Locus 32. q est. 53. Tricesimussecundus locus est sumptus à casibus, & coniugatis, & actibus, & operibus: & est de locis communibus omnibus speciebus quinque quæsitorũ. verbi gratia, si iustitia sit eligibilior fortitudine, iustus est eligibilior forti.

Locus 33. q est 55. Tricesimustertius locus est, quia quãdo fuerint duæ res, quarũ vna sit melior quadam vna eadem re, qua altera sit minus bona, melior itaque est eligibilior. verbi gratia, qa scia excedit sensum maiori excessu, q̃ recta opinio, sic scia est pstãtior ipsa opione, & ille est demonstratiuꝰ, & fit ex cõparatione duorũ ad vnũ, & est cõis.

Tricesimus

TRANSLATIO MANTINI.

LOcus vigesimusnonus est, q̃ id, ppter quod vulgus maxime increpat eum, qui illud molestè fert atq; abhorret, eligibilius est eo, propter quod vulgus non maxime increpat eum, qui illud fert molestè. Id quoq;, de quo vulgus nõ maxime increpat eum, qui molestè fert amissionem illius rei, seu priuationem, eligibilius quidẽ est eo, de quo vulgus maxime increpat eum, qui molestè fert priuationem illius rei.

Locus trigesimus est, q̃ eorum, quæ sub eadem specie existunt, illud quidem, quod obtinet omnes dignitates, seu virtutes, quæ sunt propriæ illi speciei, eligibilius est eo, quod non obtinet illas dignitates. exempli gratia, vir dignus eligibilior est viro mediocri, ac indigno. Si vero omnibus virtutes insint, tunc magis eligendus erit ille, qui plures earum obtinet. exempli gratia, Aristoteles magis est eligẽdus, q̃ Plato. Is autem locus est sumptus ex ipsamet re, & est demonstratiuus, & nõ est proprius ipsis eligibilibus, sed concordat cum qualibet comparatione.

Locus trigesimusprimus est, q̃, cum duarum rerum vnum sit, quod producit, & in eius productione efficiat ipsum bonum, tunc illa res erit eligibilior, q̃ altera, quę non facit bonum aliquod aliud: & per hunc locum virtutes erunt eligibiliores ipsis diutijs. Et locus is est cõmunis omni cõparationi, & est sumptus ab ipsis rebus.

Locus trigesimussecundus est sumptus à casibus, & ab vsibus, & actionibus, atq; operibus: & est ex locis communibus omnibus quinq; generibus quęsitorum. exempli gratia, si iustitia est eligibilior fortitudine, ergo iustus est eligibilior forti.

Locus trigesimustertius est, cum duarum rerum vna est magis bona, altera ex se, alia vero minus bona, magis bona vtiq; eligibilior est. exempli gratia, cũ scia superet ipsum sensum plusq; superat recta opinio eum, ideo scia est prestãtior opinione. & est demonstratiuus, qui fit ex cõparatione duorũ ad vnũ, & est communis.

Locus

Locus.14.q est.14. Tricesimusquartus locus est, cuius superabundãtia est eligibilior superabundantia alterius, illud est eligibilius. Verbi gratia quia amicitia est eligibilior opibus, quia superabundãtia amicitię est eligibilior superabũdantia opum. Et vis huius loci est vis illius loci, de quo dictum est, quando excellentia generis fuerit eligibilior, cp excellentia alterius generis, illud genus est eligibilius illo altero genere.

locus.15.qui est.17. Tricesimusquintus locus est res, quam quis eligit qua sibi similis sit, & per seipsam illam cupit, eligibilior est q illa cp eligit, non qua sibi sit similis, aut qua illam cupiat mediante alia re, prout amici eligibiliores sunt opibus.

locus.16.q 18.19.60. Tricesimussextus locus sumitur ex appositione, quãdo duę res apponuntur vni eidẽ rei, & collectum cum vna est eligibilius cp cum altera, illa est eligibilior cp altera. Et quæ quando subtrahitur ab vna eadem re, ponit illam imperfectiorem cp altera, illa est eligibilior. Et expedit obseruare in appositione, cp non sit res substantia, ideſt res, cui fit appositio vtens vna apposita et non altera. Carpentarius enim eligibilior est cum inuẽtione serræ, q̃ sit cum inuentione falcis, & nõ sequitur, cp serra sit eligibilior falce, carpentarius enim non vtitur falce. Themistius autem & Theophrastus omiserunt hunc locum ob illum esse nimis patentem, maior enim res est, qua res fit maior, quando ei apponitur & minor, quando ab illa imminuitur: & ille est communis omnibus quæsitis comparationis.

loc°.17. qui 8.61.&.62. Tricesimusseptimus locus est, quando fuerint duæ res, quarũ vna fuerit eligibilis per se, & altera propter estimationẽ, illa quæ eligitur propter se, eligibilior est, eligibilis autem propter estimationem definitio est, cp non festinetur ad eius factionem, quando certum fuerit cp nesciat alius cp ille illam fecisset, & aliquando fit prꝑter res voluntarias, prout sanitas est prestantior pulchritudine: & ille est demonstratiuus sumptus ab essentia rei, & subintrat loca, quibus comparatur inter rem, quæ est propter se, & inter rem quæ est propter aliam rem. Locus vero, de quo dicitur, cp cuius electio fuerit propter eius essentiam, & propter estimationem, illud sit eligibilius, cp cuius electio fuerit propter aliud, subintrat etiã locum quo dicitur, cp id cuius sunt plura bona sit eligibilius, illo cuius sunt pauciora.

loc°.18 qui est.64. Veruntamen tricesimusoctauus locus est, dum dicitur, oportet cp explicetur quot modis dicatur ipsum eligibile, quia dicitur de tribus rebus, de vtili & delectabili, & honesta, & illa est naturaliter eligibilis, eligibile aũt apud aliquem hominem est aliud ab eligibili apud alium, honestum enim est eligibilius apud sapientes, et vtile est eligibilius apud politicos, & delectabile est eligibilius apud delitiosos. Quando autem proponimus commonstrare de aliqua re, cp sit eligibilior altera, conuenit distinguere quot modis dicatur eligibile, & si illam inuenerimus eligibiliorem altera secundum omnes, aut secundum duos, aut secundum vnum illorum, enuntiamus cp illa sit eligibilior. Et hic locus sumitur ab ipsa partitione & est proprius eligendis.

Locus trigesimusquartus est, cp id, cuius superabundantia, seu excessus, est eligibilior superabundantia alterius, est vtique illud eligibilius. exempli gratia, amicitia est eligibilior pecunijs: quoniam superabundantia amicitiæ, eligibilior est superabundantia pecuniarum. Et is locus habet eandem vim cum eo loco, in quo ducitur, quòd si dignitas vnius generis est præstantior dignitate alterius generis illud genus est eligibilius illo altero.

Locus trigesimusquintus est, quòd id, quod eligit aliquis: propterea quia similatur ei, & desiderat illud per se ipsum, eligibilius est, cp id, quod eligit, propterea ga non similatur ei, & desiderat illud habere per aliquod aliud, vt amici qui sunt eligibiliores pecunijs.

Locus trigesimussextus, qui est sumptus ex appositione, & est, cum fuerint duæ res, quæ adduat super vnammet rem, & totum illud fit eligibilius cum vna illarum, quàm cum alia, illa est eligibilior altera. Et si minuatur vna illarum ab eadem re, ita vt reddat totum ipsum esse minus, illud est quoq; eligibilius. Sed oportet cauere in huiusmodi additione: nempe, ne id, quod est eius subiectum, videlicet ipsa res superaddita ei, vtatur vno superadditorum, & non vtatur altero: nam faber lignarius eligibilior est consociata ei serra, cp consociata ei falce: sed non sequitur, propterea, vt serra sit eligibilior falce, quoniam faber lignarius non vtitur falce. Themistius autem, ac Theophrastus putant laudem huius loci esse manifestissimam, quoniam res maior est illa, in qua est alia res major, & quando minuitur ab illa, redditur ex huiusmodi diminutione minor: & est locus communis cunctis quæsitis comparationis.

Locus trigesimusseptimus est, quòd cũ fuerint duo: quorum vnum est eligendum propter se: alterum vero propter gloriam, illud quod est propter se, est vtiq; eligibilius. Definitio autem rei, quæ est propter gloriam, est, vt quis non sit diligens in actione sua, cum certe norit neminem alium esse conscium illius actionis, quam ipse agit: & hoc quidem potest etiam fieri in rebus non voluntarijs, vt quòd sanitas sit præstantior pulchritudine, & est locus demonstratiuus sumptus ex rei essentia, & est ex summa locorum, quibus fit comparatio inter id, quod est propter se, & id quod est propter aliud. Locus vero qui hunc sequitur, qui quidem est quòd si aliquid est eligendum propter se, & propter gloriam illud est eligibilius, quàm id, quod est eligibile ꝓpter aliud, includitur sub eo loco, qui dicit, quòd quicquid habet plura bona eligibilius est eo, quod pauciora bona obtinet.

Locus vero trigesimusoctauus, vbi dicit diuidendũ esse ipsum eligibile, quot modis dicatur: quoniam tripliciter dicitur: nempe quod vtile est, & quod delectabile, & quod honestum: quod quidem honestum est natura eligibile: horum autem, quod eligibile est apud aliquem vnum hominem, non est eligibile apud aliquem alium: nam honestum eligibilius est apud sapientes, vtile vero eligibilius apud ciues, delectabile cp apud delicatos magis eligendum. Cum igitur volumus ostendere aliquid esse eligibilius aliquo alio, oportet vt diuidamus, quot modis dicatur ipsum eligibile, & si inuenerimus illud esse eligibilius aliquo alio omnibus his rationibus vel duabus, vel vnicæarum, tunc iudicabimus illud esse eligibilius. Et hic locus est sumptus ab ipsa diuisione, & est proprius ipsis eligibilibus.

De eligendis, & fugiendis, documenta, & loci communes. Cap. IIII.

Documentũ primum. IDem autem loci vtiles, & ad demonstrandum, quodus eligendum, & fugiẽdum.

Nam auferre solum eam oportet (quæ ad alterum est) præeminentiam: si enim quod honorabilius, eligibilius: & honorabile eligendum: & si quod vtilius, eligibilius: & vtile eligendum,

eligendum: similiter autẽ & in alijs quęcũq; huiusmodi habent comparationem. In alijs autem statim sm eã, quæ ad alterum est cõparationem: & quod eligendũ vtrũq;, vel alterũ dicimus. Vt qñ hoc quidem natura bonum, illud aũt non natura bonum dicimus: nam quod natura bonũ, manifestum quoniam eligendum est. Sumendum autẽ cp maxime vniuersales locos de eo, quod est magis & minus: nam sic sumpti, ad plura vtiles erunt. Fieri autem potest, vt eorum, qui dicti sunt, quosdam vniuersales magis quis faciat parum transmutans sm appellationem. Vt quod natura tale, eo quod non natura tale, magis tale. Et si hoc quidem facit, illud autem non facit quod habet tale cuicunq; insit: magis tale quod interdum facit tale cp quod non facit. si autem vtrunq; facit, quod magis facit tale. Amplius, si eodem aliquo, hoc quidem magis, illud autem minus tale. Et si hoc tali magis tale, illud vero non tali tale, manifestum quoniam prium magis tale. Amplius, ex additione: si eidem additũ, aliquod totũ magis tale facit.

Aut si ei quod minus est tale additum, totum magis tale facit. Similiter autem & ex ablatione: nam quo ablato reliquis reliquũ, minus tale, ipsum magis tale. Et quæ contrarijs sunt impermixtiora, magis talia. Vt albius quidem nigro impermixtius. Amplius, præter ea quæ dicta sunt prius, quod magis suscipit propriã propositi rationem. Vt si albi est ratio color disgregatiuus visus: albioris est, color magis disgregatiuus visus. Si autem particulariter, & non vniuersaliter problema ponatur, primum quidem dicti vlr cõstructiui, vel destructiui loci omnes vtiles. Vniuersaliter enim interimẽtes, vel construentes, & particulariter monstramus: nam, si omni ineſt, & alicui: & si nulli ineſt, nec alicui. Maxime autem opportuni, & cões loci, qui sunt ex oppositis, & coniugatis, & casibus. Nam similiter probabile est existimare, si omnis voluptas bonum, & tristitiam omnem malũ esse: & si aliqua voluptas bonum, & tristiam aliquam esse malum. Item, si aliquis sensus non est potestas, & insensibilitas quædam non est impotentia, & si quoddam opinatum disciplinatum, opinio quædã disciplina: rursum, si aliquod iniustorum bonum, & iustorũ aliquod malum: & aliquod eorum, quæ iniuste, malum, & aliquod eorum, quæ iniuste bonum: & si quoddam delectabile fugiẽdum, et delectatio quędam fugienda: sm hæc autem & si alivariat. loci.

Primus.

6. Locus.

7. Locus.

8. Locus.

9. Locus. declaratio.

1. documentum declaratio.

4. documentum. declaratio.

quod delectabile vtile, delectatio quædam vtilis. Et in corruptiuis autẽ, & generationibus, & corruptionibus sit. Nam, si alicui quod corruptiuũ delectationis vel disciplinæ bonum est, erit quædã delectatio, vel disciplina mãlorum: similiter autem & si corruptio quædam disciplinę bonorum, vel generatio malorum, erit quædã disciplina malorum. Vt si obliuisci quæ quis turpia egit bonorum est, vel reminisci malorũ, erit scire quæ quis turpia egit, malorum, similiter autẽ & in alijs: in omnibus enim similiter probabile. Amplius, ex eo quod est magis & minus, & similiter: si enim magis quidẽ eorum quæ sunt ex alio genere aliquid tale, illorum autem nihil est, neq; quod dictum est erit tale. Vt si magis quidem disciplina quędam bonum, cp voluptas: nulla autem disciplina bonum, nec voluptas bonum erit: & ex eo quod est similiter quidem & minus eodem modo. Nã erit & interimere, & construere: verumtamen ex eo quod est similiter, vtraq;: ex minus autem, construere solũ, destruere autem non: si enim similiter potestas quędam bonũ, & disciplina: est aũt quędam potestas bonum, & disciplina: si autem nulla potestas bonum, nec disciplina: si autem minus quædam potestas bonum, quàm disciplina: est autem quædam potestas bonum, & disciplina: at vero, si nulla potestas bonum, non necesse est & disciplinam nullam esse bonum: manifestum igitur, qñ construere solum ex eo quod minus est. Non solum autem ex alio genere est destruere, verum & ex eodem: dum sumit quis quod maxime tale est. Vt si positũ est disciplina quædam bonum, ostendatur autem qñ prudentia non bonum, nec alia vlla erit, quia nec quæ maxime videtur. Amplius, ex suppositione similiter postulantem si vni, & omni ineſſe, vel non ineſſe. Vt si hois anima immortalis, & alias: si autem hæc nõ, nec alias. Si igitur ineſſe alicui positum est, ostendendum quoniam alicui non ineſt, nam consequetur per hypothesin nulli ineſſe: si autem alicui non ineſſe positum est, ostendendum quoniam ineſt alicui: nam & sic consequetur omnibus ineſſe. Manifestum igitur est, quòd qui hypothesi vtitur, facit problema vniuersale, particulariter positum: nam particulariter confitentem vniuersaliter postulabit confiteri, eo cp vni, & oi sit postulauerit ineſſe. Cùm aũt indefinitum est problema, vno modo destruere contingit. Vt si dixerit voluptatẽ bonũ esse, vel non bonũ, & nihil

5. documentum. Declaratio.

6. documentum. Declaratio.

7. documentum. Declaratio.

8. documentum. Declaratio.

9. documentum. Declaratio.

aliud quicq̃ determinauerit: nã, si aliquam voluptatem dixerit bonũ esse, ostendẽdum vlr q̃ nulla, si debeat interimi propositum: similiter aũt et si aliquã dixerit voluptatem non esse bonum, ostẽdendum vlr q̃ omnis, aliter vero non contingit interimere: nam, si ostenderimus, qm̃ est quædam voluptas bonum, vel non bonum, nõdum interimitur propositum. Manifestum igitur quoniam interimere quidẽ vno modo dicitur, construere autẽ dupliciter: siue.n. vlr ostenderimus, q̃ omnis voluptas bonum, siue q̃ est quædam voluptas bonum, ostensum erit quod propositum est. Sin autem et si oporteat dissentire q̃ est quædam voluptas non bonum: si ostẽderimus q̃ nulla bonum, vel q̃ quædam non bonum, ostendẽtes erimus vtrunque & vlr, et particulariter, q̃ est quædam voluptas non bonum. Cùm autẽ determinata fuerit positio, dupliciter iterimere erit. Vt si ponatur alicui quidẽ inesse voluptati bonũ esse, alicui aũt non inesse: nam siue ois ostendatur voluptas bonum, siue nulla, iteremptum erit propositum. Si aũt vnam solam voluptatem posuerit bonum esse, tripliciter contingit interimere. Nam ostendentes q̃ ois, vel nulla, vel q̃ plures q̃ vna bonum, interimẽtes erimus quod propositũ est. In pluribus vero positione determinata (vt q̃ prudentia sola est virtutum sciẽtia) quadrupliciter est interimere. Nam ostenso, q̃ omnis virtus scientia, vel q̃ nulla, vel q̃ et alia aliqua, vt iustitia, vel q̃ eadẽ prudentia non scientia, interemptũ erit propositum. Vtile autem et inspicere in singularibus, in quibus inesse aliquid vel non, dictum est, quemadmodum in vniuersalibus problematibus. Amplius autem et in generibus inspiciẽdum, diuidenti sm̃ species, vsq̃ ad indiuidua, sicut prius dictum est. Nã si omni appareat iesse, siue nulli multa proferenti, postulandum vniuersaliter confiteri, aut ferre instantiam in aliquo non sic. Amplius, in quibus possibile est aut specie, aut numero determinare accidẽs, inspiciendum si nullum horum ineſt. Vt quòd tempus non mouetur, nec est motus, annumeranti quot sunt species motus: nam, si nulla earum ineſt tempori, manifestum quoniam non mouetur, nec est motus: similiter autem et quod anima non est numerus: diuidenti quoniam omnis numerus aut impar, aut par: nam, si anima neque impar, neque par, manifestum quòd non est numerus: ad accidens igitur per talia, et hoc modo argumentandum.

10. Documẽtum declaratio.

11. documentum. declaratio.

12. documentum. declaratio.

13 documentum. declaratio.

14. documentum. declaratio.

15. documentum. declaratio.

16. documẽtum. declaratio.

17. documentum. declaratio.

Sermo de Locis communibus Eligendis, Fugiendisq;, & Documentis. Cap. IIII.

TRANSLATIO ABRAMI.

Locus. 39.

LOcus vero trigesimusnonus est, cuius contrariũ est magis fugiendum, cui contrariũ alterius, illud est eligibilius. gratia exempli, quia sanitas est eligibilior pulchritudine, qa ægritudo est magis fugiẽda, cui turpitudo. Et ille subintrat loca oppositorũ, de quibus tam præfatæ sunt multæ partes in hoc libro.

Locus. 40.

Quadragesimus locus est, cuius electio et fuga est similiter, minus eligendum est, cui id, quod est tantum eligendum absq; fuga aliqua.

Hæc itaq; est summa omnium locorum, quæ Arist. dinumerauit, quæ traduximus vt illa intelleximus, in quibus est considerandum. Et his eisdem locis cõmonstratur quòd res sit tãtum eligibilis. quando enim commõstratum fuerit, quòd aliquis sit alio eligibilius, commonstratur, quòd sit eligendum, quando enim aufertur ab eis excessus vnius ad alterum ambo relinquuntur eligenda. In aliquibus autem rebus scimus ex comparationis essentia, quòd res sint eligendæ vtræque, aut altera, vt qui dixerit, quòd hæc sit hac eligibilior, quia secundum ipsius naturam sit melior, & altera non sit secundum eius naturam, ex quo enim est naturæ affinis, noscitur, q̃ sit eligibile tantum. Et expedit quòd sumamus hæc loca quatenus possibile est nobis est sumere ipsorum communitatem, transferentes illa ab eligibilori ad magis, hoc autem fit ponendo dictiones multiplicationis in eis quadam modica declinatione: quando enim sumuntur secundum hanc dispositionem sunt pluribus rebus vtilia. v.g. quia dicere q̃ id, quod naturaliter est, eligibilius est cui quod non est naturaliter, qſt vice

TRANLATIO MANTINI.

LOcus trigesimus nonus est, q̃ id, cuius cõtrarium est magis fugiendũ, cui contrariũ alicuius alterius, illud vtiq; est eligibilius illo alio. exẽpli grã, sanitas eligibilior est pulchritudine, qa ægritudo est fugibilior turpitudine. Et is locus includit sub locis oppositorum, quos aliquæ diuisiones iã pcesserunt in hoc libro.

Locus quadragesimus est, q̃ id, quod simili ratione, seu indifferenter est eligendum, atq; fugiendum, illud quidem minus est eligibile, cui id, quod est tantum eligendum, & non fugiendum.

Hi itaq; sunt oẽs loci, quos Arist. numerauit, & nos sumus interpretati eos, prout nobis fuit cõcessa eorum intelligentia, qui eñ consideratione indigent magna. Inquit: Et eisdemmet locis nũc dictis potest probari, q̃ res sit tantum eligibilis. nã, cùm fuerit probatũ aliquid esse eligibilius aliquo alio, probabitur & illud esse eligibile, quoniam ablato excessu vnius eorum super aliud, relinquuntur omnia eligibilia. In nõnullis vero contingit vt ex essentia comparationis cognoscamus res esse eligibiles, vel omnes, vel vnam earum. vt cùm quis dixerit hoc esse eligibilius illo, quia hoc est natura melius, illud vero non natura: nam eo quod est bonum natura scitur ipsum esse eligibile tantum. Inquitq;: Sumẽdi autem sunt ñ loci quammaxime fieri poterit vniuersales, si transmutemus eos ex eligibiliori ad magis, & ad plus: & hoc quidem fiet, si parumper transmutemus dictiones: nam, si hac ratione sumantur, erunt vtique vtiles multis rebus. exempli gratia, si dicamus aliquid quod est secundum naturam, est eligibilius eo quod non est secundum naturã, si sumamus vice illius, &

vice illius sumeremus quòd id, quod naturaliter est sm̃ aliquam dispositionem, sit magis sm̃ hanc illam dispositionem q̃ illud, quod est sm̃ illam dispõnem preter naturam, tunc hic locus esset cõmunis multis rebus aliis à rebus eligẽdis, & subintrat et hũc ipsum numerus multorum locorum de illis, quæ prædicta sunt. Et similiter dum diximus, quod est minus mistum contrario est eligibilius, cuius vice sumeremus quòd est minus permistum contrario in essendo aliquam rem est magis secundum illam rem, hic locus esset cõmunis multis locis aliis ad eligibilibus, vt q̃ quanto res magis alba fuerit minus multa nigredini, est intensioris albedinis, & similiter si sumeres hanc cõsitatem in loco ab appositione & ablatione, & in multis locis, quæ proposita sunt. Et hoc significauit apud nos, q̃ dignius sit, quod dictum est de loco, q̃ non sumatur per ipsum præmissa in syllogismo particulari. Et sicut constituuntur hæc loca in constructione & destructione quæstionum vniuersalium, sic etiam constituuntur in destructione & constructione particularium: qui enim destruxerit vniuersale, destruxit particulare, & qui construxerit vniuersale, construxit particulare. Et iterũ loca cõia excessuũ, prout sunt quæ fiunt ab oppositis, & à priori, & digniori, & coniugatis, & casibus, constituuntur in constructione & destructione particularis, sicut constituta sunt in constructione & destructione vniuersalis: diuulgatio enim horum locorum secundum hanc rem est vna.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER QVARTVS.

SVMMA LIBRI:

De locis quibusq; generis: simul atq; de differentiæ locis perpaucis.

Problematum generis aliquot loci. Cap. I.

Primus locus. Declaratio.

Secundus locus. Declaratio.

ROsth̃c autem de iis, quæ ad genus, & proprium, inspiciendum. sunt autem hæc elementa eorũm, quæ sunt ad terminos, et his ipsis raro cõsiderationes fiunt disputantibus. Si ergo ponat genus alicuius existentium, primum quidem inspiciendum ad omnia, quæ cognata sunt ei, q̃ quod dicitur, si de alio non predicat: quemadmodum est in accidente. vt si voluptatis, bonum ponatur genus, si aliqua voluptas non bonum. Nam, si hoc, manifestum est quoniã non genus bonum voluptatis: nam genus de omnibus quę sunt sub ipso speciebus prædicatur. Deinde si non in eo quod quid est prædicatur, sed vt accidens. Quemadmodum album de niue, de anima, à seipso agitatum. Neq; enim nix idipsum, quod est, album: quapropter nõ est genus album niuis: neque anima idipsum quod est, agitatum: nam accidit ei moueri, quẽadmodum & animali frequenter & ambulare, & ambulans esse. Amplius, agitatum non quid est, sed quid faciens, vel patiens significare videtur: similiter autem & album: non enim quid est nix, sed quale quid est indicat: quare neutrum horum in eo quod quid est prædicatur. Maxime autem in accidentis definitione inspiciendum, si aptatur ad dictum genus. Vt ad quæ nunc dicta sunt: contingit enim quippiam mouere seipsum, & non: similiter autem & album esse, & non: quare neutrum horum genus, sed accidens, eò quòd accidens dicimus, quod contingit idem ineſse alicui, & non. Amplius, si non in eadem diuisione est genus, & species, sed hæc quidem substantia, illud autem quale: aut hoc quidem ad aliquid, illud autẽ quale. Vt nix quidem, & cygnus substantia, album autem non substantia, sed quale: quare non est genus album niuis, neque cygni. rursum disciplina quidem ad aliquid, bonum autem, & pulchrum quale: quare non est genus pulchrum, vel bonum disciplinæ: nam genera eorum, quæ sunt ad aliquid, & ipsa ad aliquid oportet esse: vt in duplici. etenim multiplex est genus duplicis, & ipsum eorum, quæ sunt ad aliquid est. Vt vniuersaliter autem dicatur, in eadem diuisione oportet genus esse speciei: nam, si species substantia, & genus: & si quale quippiam species est, & genus quale quippiam: vt si album quale quippiam, & color. Similiter autem & in aliis.

1. locus. Declaratio.

1. locus. Declaratio.

5.Locus. Declaratio.

Rursum, si necesse fuerit, vel si contigerit genus participare quod positū est in genere. Terminus autem eius, quod est participare, est suscipere participati rationem. manifestum igitur, quoniam species quidem participant genera, genera autem species non; nam species suscipit generis rationem, genus autem speciei non: considerandum igitur si participat, vel contingit assignatum genus participare speciem: vt si quis entis, vel vnius, genus quippiam assignauerit, accidet enim genus participare speciem: nam de omnibus, quæ sunt, ens, & vnum prædicantur: quare & ratio eorum. Amplius: si de aliquo assignata species vera est, genus

4.Locus: Declaratio.

autem non. Vt si ens, aut scibile opinabilis genus ponatur: nam de non ente opinabile prædicabitur: multa enim non entia opinabilia sunt. at q̄ ens, vel scibile non prædicatur de non ente, manifestum: quare non est genus ens, neq; scibile, opinabilis: nā de

7.Locus. Declaratio.

quibus species prædicatur, & genus oportet prędicari. Rursum, si nullam specierum cōtingit participare quod positum est in genere. Nā impossibile est participare genus, quod nullā specierū participat, nisi aliqua secundum primam diuisionem specierum sit, illæ autē genus solum participant: si igitur motus genus voluptatis ponatur, considerandum si neq; corruptio, neq; alteratio voluptas, neq; vllus reliquorū, qui assignari solent, motum. manifestū enim, quoniam nullam specierū participabit, quare neq; genus, eo q̄ necessariū est quod genus participat, & specierum aliquā participare: quare nō erit

8.Locus. Declaratio.

species motus voluptas, neq; indiuiduorū, neq; eorum quicquā, quæ sub specie motus sunt: nam & indiuidua participant speciē, et genus: vt quidā homo, & hominem participat, & animal. Amplius, si de pluribus dicitur q̄ genus, quod in genere positū est. Vt opinabile, q̄ ens: nā & ens, & no ens, opinabile: quare non erit opinabile species entis? de pluribus enim semp genus, q̄ species prædicatur. Rursus, si de æqualibus genus & species dicunt. Vt si eorū, quę omnia conlequuntur, hoc quidē species, illud aūt genus ponatur: quemadmodū ens, & vnū: omne enim ens, & vnū: quare neutrū neutrius genus, eo q̄ de æqualibus dicuntur. Similiter autem & si primū, et principium ad seinuicē ponantur: nam et principium, primū, et primum, principiū: quare aut vtraq; quæ dicta sunt idē sunt, aut neutrum neutrius genus. Elementum autē est ad omnia huiusmodi, quod de pluribus genus q̄ species, et differentia dicitur: de pauciorib⁹ enim etiā differentia dicitur q̄ genus. Videntur autem et si alicuius indifferentium specie non sit genus quod dictum est genus, vel non videatur. Construenti autem si est alicuius: idem enim omnium indifferentium specie genus: si igit vnius monstretur, manifestum quoniam omnium: & si vnius non, manifestum q̄m nullius: vt si quis insecabiles ponens lineas, indiuisibile genus earum dicat esse: nam linearū habentium diuisionē non est quod dictum est, genus, cū sint indifferētes sm̄ speciem: indifferentes enim subinuicem secundum speciē, rectæ lineæ omnes.

9.Locus. Declaratio.

10.Locus. Declaratio.

Sermo de locis ipsius generis, & sunt illa, de quibus fit mentio in Quarto libro. *Cap. I.*

TRANSLATIO ABRAMI.

Eneris autē loca vniuersaliter vtilia sunt definitionibus, quoniā definitiones constituuntur, vt dictum est, ex genere & differentia: & in hoc libro Arist. connectit loca differentiæ locis ipsius generis ob illorum paucitatem: maior autem pars scrutinij, quod faciūt Topici de re, est an sit, aut nō sit, nunquid vero sit genus, aut proprium, aut definitio, raro id faciunt. Sed generis scrutinium vniuersaliter vtile est huic arti, & arti demonstrationis: possibile enim nobis est ex his locis colligere loca demōstratiua. Bases autem horum locorum (vt ait Themistius) sunt quatuor: quarum prima est, quòd genus sit inseparabile à re, cuius est genus, immo eius prædicato sit necessaria, quia si esset separabile, esset accidens: secunda autem est quòd prædicetur de toto eius subiecto, sicut est prædicatio animalis de omni homine: & tertia, quòd prædicatione superet subiectum, hoc est, quòd sit vniuersalius illo, non illi æquale: sicut animal superat hominem, quia si esset æquale, esset proprij, aut differentiæ: quarta

TRANSLATIO MANTINI.

Oca autē generis vniuersaliter sunt vtilia ad ipsas definitiones, q̄m, vt dictū est, ipsę definitiones ex genere, & dria cōstant: in hoc aūt Quarto libro annectit loca ipsius dri⁹ locis generis, q̄a sunt pauca admodū, vt plurimū aūt ipsi Dialectici inquirūt de ipsa re, vtrū sit tm̄, vel nō sit, sed vtrū sit genus, vel, ppriū, aut definitio raro id quęrūt. verū inquisitio per genus, denicq; cōducit in hac arte & arte demonstratiua: nā ex his locis possumus colligere loca demōstratiua, elemēta aūt horum locorū (vt inqt Themistius) sunt quatuor: primum est, vt ipsum genus sit inseparabile à re, cuius est genus, sed eius prædicatio de ea sit necessaria, nā si esset separabile esset vtiq; accidens: secundū, vt prædicet de omni subiecto eius, vt est prædicatio ąialis de omni homine, nā si prædicaret particulariter, esset quoq; accidens: tertium, vt in sua prædicatione superet, ac excedat ipsum subiectum, hoc est, vt sit communius eo, & non æquale illi, sicut animal excedit super hominem: nam si esset æquale ei, tunc esset proprium, vel differentia: quartum

quarta autē q̄ prædicetur de subiecto in eo quòd quid sit, quia nisi esset in eo q̄ quid sit, non esset genus, & q̄n defuerit generi vna harum quatuor conditionum, interimitur esse genus, & nō sit verum ipsum esse genus, nisi inuentione omnium in eo. Et ideo destructio generis facilior est ipsius constructione, quia prædicatur res de aliqua re i eo q̄ quid sit, præter q̄ sit illius genus, sed sit nomen commutatum loco alterius nominis, & oratio commutata vice nominis, ut dicimus in responsione ad quid sit vacuum, q̄ sit locus in quo non est corpus. Et non sufficit ei etiam, q̄ sit inseparabile, neq; q̄ superet suum subiectum, aut q̄ sit prędicatum de toto: multa enim accidentia sunt harum conditionum.

Locus primus.

Sicq; principium locorum, de quibus meminit Aris. est, q̄ diuidamus speciem, de qua prædicatur res, quæ est illius genus: & si inuenerimus aliquas species, aut indiuidua, in quæ diuiditur hæc species, de qua non prædicatur hæc res, quę posita est esse illius genus, manifestum est, q̄ non sit illius genus: ex quo generis cōditionis est q̄ prædicet de tota specie. verbi gratia, vt si quis ponat bonum genus delitiarum, diuidimus delitias in suas species, & inuenimus quasdam nō esse bonas: hinc ostensio est bonum nō esse genus delitiarum. Et ille est locus demonstratiuus sumptus ex rei essentia: & compositio figuræ syllogisticæ huius loci est in secunda specie secundæ figuræ. exempli gratia, q̄ dicamus bonum non prædicatur de omni delitia vniuersalt prædicatione, genus autem prædicat de suis speciebus vniuersali prædicatione: sicq; duabus cōuersionibus concluditur, q̄ bonum nō sit genus delitiarum, & vniuersaliter impossibile est huic loco, quin inseratur dictio generis in ipso syllogismo.

Locus secūdus.

Secundus locus est, si quod positum est genus, non prædicetur de illo quod positum est esse illius species in eo q̄ quid sit, non est illius genus, prout est prædicatio albedinis de niue, & prædicatio mouendi ex seipsa de ipsa alia: albedo, n. non prædicatur de quidditate niuis, neque mobile ex seipso de ipsius animæ quidditate. Et hic locus est demonstratiuus ex rei essentia, est enim pars illius, quod sumptum est in generis definitione.

Locus.3.

Tertius autem locus est, q̄ consideremus, quod positū est pro maiori parte, & an illa nō inuenerimus i vno prędicamento, & an illi conueniat accidentis definitio: sicq; illud non est pro maiori parte, quia ineſt subiecto, & non ineſt, sicut motus animæ: possibile nāq; est illam mouere, & non moueri: genus autem est inseparabile.

Locus.4.

Quartus locus est, q̄ consideremus illa, q̄ posita sunt genus & species, & si illa non inuenerimus in vno prædicamento, destruimus q̄ sit genus illius speciei. ver. g. qui posuerit albedinem genus calcis & niuis, calx enim & nix sunt in prædicamento substantiæ, & albedo in prædicamento qualitatis. Et hic quidē locus est demōstratiuus in destructione: quando. n. genus esset in alio prædicamento à prædicamento, in quo est species, non prædicaretur de illa in eo q̄ quid sit. De dubijs autem, quę occurrunt in hoc prędicamento relationis inter reliqua prædicamēta, iam expleta est oratio de illis in lib. Prædicamentorū: ipsæ. n. opinatur ibi q̄ sint quædam res, quæ sunt pars qualitatum, & earum genera sunt ad aliquid: sicut est scriptura & grāmatica, quarum genus est ipsa scia: accidit autē hoc, quia natura relationis euenit oībus prædicamentis, & accidit illis: & aliq̄n significatur species noīe prædicamenti subiecti relationis, & genus significat nomine significante conceptum relationis. Et fit ambiguitas, quo vna species sit i vno prædicamento, & ipsius genus in alio prædicamento: hoc autem fit ob nominis appellationem.

Locus 5.

Quintus autem locus est, q̄ consideremus, an speciei definitio sit vera de genere, sicut definitio generis est

quartum est, vt prædicetur de subiecto in eo quod qd, q̄n, si non esset in eo quod quid, non esset genus. Cūq; defuerit vna harum quatuor conditionū generi, nō erit amplius genus, neq; erit vere genus, nisi obtineat omnes has conditiones: & ideo facilius est destruere q̄ genus, q̄ construere, q̄n potest prædicari aliqd de aliquo in eo quod qd, & cū non erit genus, sed erit nomē sumptū vice alterius nominis, & oratio sumpta vice vnius nominis: vt cùm ad interrogationem quid sit vacuum respondemus, q̄ est locus, in quo non est corpus. Neq; satis quoq; est ipsum esse inseparabile, neq; vt non superet suum subiectum, vel vt sit prædicatum de oi, quia multa dantur accidentia, q̄ has conditiones obtinent.

Primus ergo locorum ab Arist. hic positus est, vt diuidatur species, de qua prędicat aliqua res, q̄ est genus eius: & si inuenerimus aliquas species, vel indiuidua, in quæ diuiditur illa species, de qua nō prędicetur illa res, quæ fuit posita pro genere, tunc manifestum est, q̄ ipsa nō est genus, cū vna ex cōditionibus ipsius generis sit, vt prędicetur de oi specie. vt exempli grā, si quis dicat, ipsum bonū esse genus voluptatis, tunc diuidemus voluptatem in suas species, & si inuenerimus aliquā voluptatum non esse bonā, tunc cōcludimus ex hoc, ipsum bonū non esse genus voluptati. Et est locus demonstratiuus sumptus ex essentia rei, & cōponitur figura syllogistica huius loci in secundo modo secundę figurę. exēpli causa, vt dicamus, bonum non prædicatur de oi voluptate, quę sumit pro eius specie prædicationi vniuersali, sed genus prędicat de suis spēbus prędicatione vniuersali, ergo concludit per duas cōuersiones, bonū non esse genus voluptatis: & tandē impossē est in hoc loco, quin dictio generis sit ordinata in ipso syllogismo.

Locus secūdus est, si suppositum fuerit genus, quod non prędicetur de ea re, quæ fuit posita pro eius specie, in eo q̄ quid, tunc illud non est eius genus. vt cùm album prædicatur de niue, & id quod mouetur ex se, de ipsa anima, quoniam album nō significat quid est nix, neque quod ex se mouetur, significat quid sit anima. Et locus is est demōstratiuus sumptus ex essentia illius rei, quæ est pars rei sumptæ in definitione generis.

Tertius locus est, vt inspiciamus id quod pro genere positum est, & si conueniat ei definitio accidentis, tunc non est genus, hoc est, quòd insit suo subiecto, & non insit. vt est ipse motus ipsi animæ, quoniam ipsa potest mouere & non mouere: genus vero est inseparabile.

Locus quartus est, vt consideremus id, quod pro genere & spē assignatur, & non reperiant in eodē prędicamēto, tūc destruemus illud eē genus. exēpli grā, si quis assignet albedinē esse genus ad ipsam calcē, ac ad niuē. nā calx & nix sunt in pdicamēto substātię, albedo vero in prędicamento qualitatis. & hic locus est demōstratiuus in destruendo. q̄n, cùm ipsum genus fuerit in alio prędicamēto q̄ in eo, in quo est spēs, non prædicabitur de ea in eo, quod qd. De dubijs vero, quæ insurgūt circa hoc, maxime in pdicamēto relationis inter cætera, iā exacte fuit explicatū hoc negociū in lib. Prędicamentorū: nam ibi visum est aliqua eē, q̄ ex qualitatibus sunt, quoꝝ ṫñ gña sunt ex pdicamento ad aliqd: vt grāmatica, & scriptoria facultas, quarum genus est scia: hoc aūt ita cōtingit, quia natura ipsius relatiui insequit oia prędicamenta, eisq; accidit: & nonnunq̄ signatur species p nomen pdicamenti, quod est subiectum ipsius relationis, & genus signatur per nomen indicans ipsam relationem. Et tunc oritur ambiguitas, qualiter vna species sit in vno prędicamento, & eius genus in alio prędicamento: hoc tamen contingit propter nominis appellationem.

Locus quintus est, vt inspiciamus vtrum definitio speciei verificatur de ipso genere, sicut definitio gene-

5. Locus. Declaratio.

Rursum, si necesse fuerit, vel si contigerit genus participare quod positū est in genere. Terminus autem eius, quod est participare, est suscipere participati rationem. manifestum igitur, quoniam species quidem participant genera, genera autem species non. nam species suscipit generis rationem, genus autem speciei non: considerandum igitur si participat, vel contingit assignatum genus participare speciem: vt si quis entis, vel vnius, genus quippiam assignauerit, accidet enim genus participare speciem: nam de omnibus, quæ sunt, ens, & vnum prædicantur: quare & ratio eorum. Amplius, si de aliquo assignata species vera est, genus autem non. Vt si ens, aut scibile opinabilis genus ponatur: nam de non ente opinabile prædicabitur: multa enim non entia opinabilia sunt. at q̄ ens, vel scibile non prædicatur de non ente, manifestum: quare non est genus ens, neq; scibile, opinabilis: nā de quibus species prædicatur, & genus oportet prędicari. Rursum, si nullam speciem cōtingit participare quod positum est in genere. Nā impossibile est participare genus, quod nullā specierū participat, nisi aliqua secundum primam diuisionem specierum sit, illæ autē genus solum participant: si igitur motus genus voluptatis ponatur, considerandum si neq; corruptio, neq; alteratio voluptas, neq; vllus reliquorū, qui assignari solent, motuum. manifestū enim, quoniam nullam specierū participabit, quare necq; genus, eo q̄ necessariū est quod genus participat, et specierum aliquā participare: quare nō erit species motus voluptas, neq; indiuiduorū, neq; eorum quicquā, quæ sub specie motus sunt: nam & indiuidua participant speciē, et genus; vt quidā homo, & hominem participat, & animal. Amplius, si de pluribus dicitur q̄ genus, quod in genere positū est. Vt opinabile, q̄ ens: nā & ens, & nō ens, opinabile: quare non erit opinabile species entis: de pluribus enim semp genus, q̄ species prædicatur. Rursus, si de æqualibus genus & species dicunt. Vt si eorū, quę omnia consequuntur, hoc quidē species, illud aūt genus ponatur: quemadmodū ens, & vnū: omne enim ens, & vnū: quare neutrū neutrius genus, eo q̄ de æqualibus dicuntur. Similiter autem & si primū, et principium ad seinuicē ponantur: nam et principium, primū, et primum, principiū: quare aut vtraq; quæ dicta sunt idē sunt, aut neutrum neutrius genus. Elementum autē est ad omnia huiusmodi; quod de pluribus genus q̄ species, et differentia dicitur: de paucioribus enim etiā differentia dicitur q̄ genus. Videntur autem et si alicuius indifferentium specie non sit genus quod dictum est genus, vel non videatur. Construenti autem si est alicuius: idem enim omnium indifferentium specie genus: si igit vnius monstretur, manifestum quoniam omnium: & si vnius non, manifestum q̄m nullius: vt si quis insecabiles ponens lineas, indiuisibile genus earum dicat esse: nam linearū habentium diuisionē non est quod dictum est, genus, cū sint indifferētes sm speciem: indifferentes enim subinuicem secundum speciē, rectæ lineæ omnes.

8. Locus. Declarato.

9. Locus. Declaratio.

6. Locus. Declaratio.

7. Locus. Declaratio.

10. Locus. Declarato.

Sermo de locis ipsius generis, & sunt illa, de quibus fit mentio in Quarto libro. *Cap. I.*

TRANSIATIO ABRAMI.

Eneris autē loca vniuersaliter vtilia sunt definitionibus, quonīā definitiones constituuntur, vt dictum est, ex genere & differentia: & in hoc libro Arist. connectit loca differentiæ locis ipsius generis ob illorum paucitatem: maior autem pars scrutinij, quod faciūt Topici de re, est an sit, aut nō sit, nunquid vero sit genus, aut proprium, aut definitio, raro id faciunt. Sed generis scrutinium vniuersaliter vtile est huic arti, & arti demonstrationis. possibile enim nobis est ex his locis colligere loca demonstratiua. Bases autem horum locorum (vt ait Themistius) sunt quatuor: quarum prima est, quòd genus sit inseparabile à re, cuius est genus, immo eius prædicato sit necessaria, quia si esset separabile, esset accidens: secunda autem est quòd prædicetur de toto eius subiecto, sicut est prædicatio animalis de omni homine: & tertia, quòd prædicatione superet subiectum, hoc est, quòd sit vniuersalius illo, non illi æquale: sicut animal superat hominem, quia si esset æquale, esset proprij, aut differentia: quarta

TRANSLATIO MANTINI.

Loca autē generis vniuersaliter sunt vtilia ad ipsas definitiones, qm̄, vt dictū est, ipsę definitiones ex genere, & dria cōstant: in hoc aūt Quarto libro annectit loca ipsius drię locis generis, qa sunt pauca admodū, vt plurimū aūt ipsi Dialectici inquirūt de ipsa re, vtrū sit tm̄, vel nō sit, sed vtrū sit genus, vel, pprij, aut definitio raro id quęrūt. verū inquisito per genus, deniq; cō ducit in hac arte & arte demonstratiua: nā ex his locis possumus colligere loca demōstratiua, elemēta aūt horum locorū (vt inqt Themistius) sunt quatuor: primum est, vt ipsum genus sit inseparabile à re, cuius est genus, sed eius prædicatio de ea sit necessaria, nā si esset separabile esset vtiq; accidens: secundū, vt prædicet de omni subiecto eius, vt est prædicatio aīalis de omni homine, nā si prædicaret particulariter, esset quoq; accidens: tertium, vt in sua prædicatione superet, ac excedat ipsum subiectum, hoc est, vt sit communius eo, & non æquale illi, sicut animal excedit super hominem: nam si esset æquale ei, tunc esset proprium, vel differentias

quartum

quarta autē q̄ prædicetur de subiecto in eo quòd quid sit, quia nisi esset in eo q̄ quid sit, non esset genus, & q̄n defuerit generi vna harum quatuor conditionum, intermittur esse genus, & nō fit verum ipsum esse genus, nisi inuentione omnium in eo. Et ideo destructio generis facilior est ipsius constructione, quia prædicatur res de aliqua re i eo q̄ quid sit, præter q̄ sit illius genus, sed sit nomen commutatum loco alterius nominis, & oratio commutata vice nominis, ut dicimus in responsione ad quid sit vacuum, q̄ sit locus in quo non est corpus. Et non sufficit et etiam, q̄ sit inseparabile, neq; q̄ supereat suum subiectum, aut q̄ sit prędicatum de toto: multa enim accidentia sunt harum conditionum.

Locus primus.

Sicq; principium locorum, de quibus meminit Arist. est, q̄ diuidamus speciem, de qua prædicatur res, quæ est illius genus: & si inuenerimus aliquas species, aut indiuidua, in quæ diuiditur hæc species, de qua non prædicatur hæc res, quę posita est esse illius genus, manifestum est, q̄ non sit illius genus: ex quo generis cōditionis est q̄ prædicet de tota specie. verbi gratia, vt si quis ponat bonum genus delitiarum, diuidimus delitias in suas species, & inuentimus quasdam nō esse bonas: hinc ostensio est bonum nō esse genus delitiarum. Et ille est locus demonstratiuus sumptus ex rei essentia: & compositio figuræ syllogisticæ huius loci est in secunda specie secundæ figuræ. exempli gratia, q̄ dicamus bonum non prædicatur de omni delitia vniuersali prædicatione, genus autem prædicat de suis speciebus vniuersali prædicatione: sicq; duabus cōuersionibus concluditur, q̄ bonum nō sit genus delitiarum, & vniuersaliter impossibile est huic loco, quin inferatur dictio generis in ipso syllogismo.

Locus secūdus.

Secundus locus est, si quod positum est genus, non prædicetur de illo quod positum est esse illius species in eo q̄ quid sit, non est illius genus, prout est prædicatio albedinis de nive, & prædicatio mouendi ex seipsa de ipsa aīa: albedo, n. non prædicatur de quidditate nivis, neque mobile ex seipso de ipsius animæ quidditate. Et hic locus est demonstratiuus ex rei essentia, est enim pars illius, quod sumptum est in generis definitione.

Locus 3.

Tertius autem locus est, q̄ consideremus, quod positū est pro maiori parte, & an illa nō inuenerimus i vno prędicamento, & an illi conueniat accidentis definitio: sicq; illud non est pro maiori parte, quia inest subiecto, & non inest, sicut motus animæ: possibile nāq; est illam moueri, & non moueri: genus autem est inseparabile.

Locus 4.

RVrsum in casibus, & coniugatis, si similiter sequuntur: & interimenti, & construenti. Simul enim vni, & omnibus insunt, vel non insunt: vt si iustitia scientia quædam, & iuste scienter, & iustus sciens: si autem horum aliquid non inest, nec reliquorum vllũ. Rursum in his quæ similiter se habent adinuicem. Vt delectabile similiter se habet ad voluptatẽ & vtile ad bonũ, vtrũq; enim vtriusq; effectuum: si igitur voluptas quiddam bonum & delectabile quiddã vtile erit: in antecessum enim quoniam boni erit effectuum, eo ꝙ voluptas bonum. Similiter autem, & in generationibus, & corruptionibus. Vt si iustitia est operari, edificatile, operatum est: & si discere est reminisci, & didicisse, recordatum esse: & si dissolui est corrumpi, & dissolutum esse, corruptum esse. & dissoluto est corruptio quædam. Et in generatum vero & in corruptius, similiter & in potentijs, & vbi fuit, & omnino secundum quemlibet casuum interimentem et interimenti, et construentem construendum, quemadmodum in generatione, et corruptione diximus. Nam, si corruptiuum dissolutiuum, et corrumpi dissolui: et si generatiuum est effectiuum, et generari fieri, et generatio factio: similiter et in potentijs, et vbi fuit, et omnino, si potentia dispositio, et posse, disponi, et si alicuius vsus est actus, & vti agere, et vsum esse, egisse. Si autem sit priuatio id, quod opponitur speciei, duobus modis est interimere. Primum quidem si in assignato genere est oppositum. Aut enim simpliciter in nullo genere eodem priuatio, aut nõ in vltimo: vt si visus in vltimo genere est, sensu: cæcitas non erit sensus. Secundo autem, si et generi, et speciei opponitur priuatio, non est autem oppositum in oppositio: nec quod assignatũ est, in assignato erit. Interimenti igitus, quemadmodum dictum est, vtendum. Construenti autem vno modo: nam si oppositum in oppositio, et propositum in proposito erit. Vt si cæcitas insensibilitas quædam, et visus sensus. Rursum, in negationibus considerandum è cõuertio, quemadmodum in accidente dicebatur. Vt si delectabile

bile quod non bonum, quod non bonum non delectabile: nam si non ita se habet, erit contra, non bonum delectabile: at impossibile est, si bonũ genus est delectabilis, esse quicquam non bonum delectabile: nam de quibus genus non prædicatur, nec specierum vlla. & construenti etiam similiter inspicien dum, nam si non bonum, non delectabile, delectabile bonum: quare genus bonum, delectabilis. Si autem sit ad aliquid species, considerandum si & genus ad aliquid. Nam si species ad aliquid, & genus, vt in duplici, & multiplici: vtrunq; enim ad aliquid.

Si autem genus ad aliquid, non necessario & species. Nam disciplina ad aliquid, grammatica autem non. An nec quod prius dictum est verũ videbitur: nam virtus ipsum quod bonum, & ipsum quod honestum: & virtus quidẽ ad aliquid, bonum vero & honestum nõ ad aliquid, sed qualia. Rursum, si non ad idem dicitur species, et secundũ se, & secundum genus. Vt si duplum dimidij dicitur duplum, & multiplum dimidij oportet dici: si aũt non, nõ erit multiplum genus dupli. Amplius, si non ad idem & secundũ genus dicitur, & secundum omnia genera. Nam si duplũ dimidij multiplũ est, & abundans dimidij dicetur, & simpliciter secundũ omnia superiora genera ad dimidium dicetur. Instantia: quod non necesse est secundũ se, & secundũ genus ad idem dici: nam scientia scibilis dicitur; habitus autem & dispositio nõ scibilis, sed animæ. Rursum, si similiter dicitur genus, & species secundũ casus. Vt si alicui, aut alicuius, aut quolibet modo aliter dicitur: nam vt species, & genus, velut in duplo, & in superioribus: alicuius enim & duplum, & multiplum: similiter aũt & in scientia, alicuius enim & hæc, & genera: vt dispositio, & habitus. Instantia autem, ꝙ aliquoties nõ sit: nam differens, et contrarium alicui, diuersum autẽ, cùm sit genus horum, nõ alicui, sed ab aliquo: diuersum enim dicitur ab aliquo. Rursum, si similiter ad aliqd secundum casus dicta, non similiter conuertuntur. Quemadmodum in duplo, & multiplo: vtrũq; enim horũ alicuius: & idem etiã secundũ conuersionẽ dicitur: alicuius enim & dimidium, & submultiplum. Similiter autem & in disciplina, & opinione: nam et hæ alicuius, & cõuertitur: similiter & disciplinatum, et opinabile alicuius: si igitur in aliquo nõ similiter conuertitur, manifestum est nõ esse genus alterũ alterius. Rursum, si nõ ad æqualia species, & genus dicitur. Similiter enim, & æqualiter vtrunq; videtur dici, quẽadmodum in dono et datione: nam et donũ alicuius alicui dicitur, & datio alicuius et alicui dicitur: est aũt datio genus doni, nam donum, datio est irreddibilis. In aliquibus autem non accidit ad æqualia dici: nam duplũ alicuius duplum, abundans aũt & maius alicuius et aliquo: omne enim abundãs, et maius aliquo abundat, et alicuius abundat: quare non sunt genera, quæ dicta sunt, dupli, eo ꝙ non ad æqualia dicuntur specie, aut non vniuersaliter verum, ad æqualia speciem et genus dici. Videndum autem & si oppositi est oppositum genus. Vt si dupli multiplum, & dimidij submultiplum: oportet enim oppositum oppositi genus esse: si igitur ponat aliquis scientiam idipsum quod est, sensum, oportebit et scibile id quod est sensibile esse, sed non est: non enim omne scibile sensibile: nam intelligibilium quædam scibilia: quare non est genus sensibile scibilis: si autem hoc non, neq; sensus scientiæ. Quoniam autem eorum, quæ ad aliquid dicuntur, alia quidem ex necessitate in eis, aut circa ea sunt, ad quæ dicuntur, vt dispositio, et habitus, & commensuratio, in alio enim nullo possibile est esse quæ dicta sunt, ꝙ in eis, ad quę dicuntur: alia aũt non necesse est quidem in eis esse, ad quæ dicuntur, contingit autem, quemadmodum scibile est in anima, nihil enim prohibet sui scientiam habere animam, non necessarium autem: possibile est enim & in alio esse hanc eandem, alia vero simpliciter non contingit in eis esse, ad quę dicuntur, vt cõtrarium in cõtrario: neq; scientiam scibili, nisi sit scibile anima, vel homo: cõsiderare igit oportet si quis in genere ponat quod tale est, in non tali. Vt si memoriã immansionẽ scientiæ dicat: nam omnis immansio in mente, et circa illud: quare & scientiæ immansio, in scientia: memoria igitur in scientia, eo ꝙ immansio, scientiæ est: hoc autem non contingit: memoria enim omnis in anima. Sit autẽ quẽ dictus est locus & accidens cõmunis: nihil enim refert, memoriæ genus immansionem dicere, aut accidere dicere illi hoc: nam si quouis modo est memoria, immãsio scientiæ, eadem aptabitur de ipsa ratio.

Sermo

1. Locus Declaratio

2. Locus Declaratio

3. Locus Declaratio

4. Locus Declaratio

5. Locus Declaratio

6. Locus Declaratio

7. Locus Declaratio

8. Locus Declaratio

9. Locus Declaratio

10. Locus Declaratio

11. Locus Declaratio

12. Locus Declaratio

13. Locus Declaratio

Sermo de locis aliis generis. Cap. IIII.

TRANSLATIO ABRAMI.

Locus 11. qui est 41 in Aristotele.

VIgesimusecundus locus sumitur à casibus, & coniugatis: & notum est, ꝙ sit de locis communibus, & prædicantur in constructione, & destructione. verbi gratia, si scientia sit genus iustitiæ, sciens est genus iusti, & si illa non sit genus, nec ille est genus.

Locus 23. q est 42.

Vigesimustertius locus sumitur à simili proportionaliter. verbi gratia, si fuerit proportio suauitatis ad voluptatem proportio tuuantis ad bonum, vtrunq; enim illorum efficit vtrunq; istorum: & cum voluptas sit bona quatenus bonum sit illius genus: sicq; suaue est etiã tuuans, quatenus tuuans sit eius genus: constitutio autem huius syllogismi concludentis per hunc locum est primæ speciei conditionalis coniunctiui.

Locus 24. q est 43. et 44

Vigesimusquartus locus sumitur à generatione, & corruptione, & genito & corrupto, & similiter à virtutibus, et mutationibus. exempli gratia, in generatione, si hominem ædificare habet genus efficere, tam ædificasse habet genus tam fecisse, & si genus addiscendi sit reminisci, genus illius, quod est didicisse, est meminisse. Et similiter in corruptione, si genus illi⁹, quod est dirui, sit destrui, genus illius, quod est dirutum esse, est destructum esse: & similiter si genus corrumpentis sit dissoluens, genus corruptionis est dissolutio: & si genus genti sit factũ, factio est genus generationis: & si genus potentiæ sit dispositio quædam rei, quæ est in potentia, genus est hac dispositione pati: & si vsus alicuius rei genus sit actio quædam agendi, genus est agere hac actione, & illius, quod est vsum esse, genus est egisse. Vis autem horum locorum est vna, & illa est similitudo, quæ illis inest proportionaliter: sicut enim ædificare se habet ad facere, sic ædificasse ad fecisse: et similiter proportio corrumpentis ad corruptionem, est sicut dissoluentis ad dissolutionem. Et similiter inuenitur proportionalitas in reliquis ipsorum: & hi quidẽ loci sunt ad constructionem, & destructionem.

Locus 25 q est 45, & 46

Locus vigesimusquintus, qui sumit ab oppositis secundum modũ priuationis, & habitus, fit duobus modis. Quorum vnus est, ꝙ priuatio speciei fit in priuatione generis positi, quando enim priuatio speciei fuerit in priuatione generis, quod positum est genus non est genus. verbi gratia, si vitus sit sensus, cæcitas non est non sensus. Secundus autẽ est, si species, & generi fuerit oppositum priuative, & ponitur species in genere, expedit, ꝙ oppositum sit in opposito. verbi gratia, si cæcitatis genus est priuatio sensus, aut non sensus, visus genus est sensus. Et ambo hæc loca fiũt in destructione. In constructione vero sit hic tertius solum. Et notum est, ꝙ constitutio loci destruentis sit secundæ speciei conditionalis cõiunctiui, in qui repetitur oppositum cõsequentis, & concluditur oppositum antecedentis. Secundus autem constituitur ex prima conditionalis coniunctiui in constructione, in destructione vero in secunda. Et horum locorum vis est à rebus quæ sunt deforis.

Locus 26 q est 47.

Vigesimussextus locus sumitur ex illatione oppositorum fm modum negationis conuersionis, qui notus est in conuersione contradictorũ, de quo loco iã prædictum est in quæstionis accidentis. Veritamen differentia inter illa est quãdo [illegible] constructione & destructione: hic autẽ fit in destructione solũ, & est demõstratiuus, et

TRANSLATIO MANTINI.

LOcus vigesimusecundus est sumptus à casibus, & à coniugatis: et satis constat ipsum esse ex locis communibus, seu æquiuocis, fiuntq; ad cõstruendum, & destruendum. exempli gratia, si scientia est genus iustitiæ, ergo sciens est genus ad ipsum iustum, & si ipsa non fuerit genus, neq; ille erit genus.

Locus vigesimustertius est sumptus ab ipso simili secundum proportionem. exempli gratia, si eadẽ est proportio delectationis ad voluptatem, quæ est ipsius vtilis ad bonum, cum vtrũq; ipsorũ sit effectiuum vtriusq; eorum, voluptas vero sit bonum, quatenus ipsum bonum est genus ipsius, ergo, & ipsum delectabile erit quoq; vtile, quatenus vtile est genus eius. Componitur autem hic syllogismus concludens in hoc loco in primo modo conditionalis coniunctiuæ.

Locus vigesimusquartus est sumptus à generatione & corruptione, & à generato & corrupto, atq; ab ipsis potentijs, & transmutationibus. Exemplum de generatione, vt si ædificare eius genus est operari, ergo ædificasse eius genus erit operatum tam esse, & si discere est reminisci, ergo didicisse eius genus erit recordatum fuisse. Similiterq; dicendum est de corruptione, nam si demoliri rem, eius genus sit corrumpere, ergo demolitũ fuisse, eius genus erit corruptũ fuisse: pari ratione si genus corruptiui sit ipsum dissoluens, ergo genus corruptionis erit ipsa dissolutio: & si ipsius genitri genus sit innouatum, seu ortum, ergo innouari, seu oriri, erit genus ipsius generationis, & si ipsius potentiæ genus sit quædam dispositio, ergo genus rei, quę est in potẽtia, erit pati in aliqua dispositione, & si vti aliqua re eius genus sit operatum fuisse aliquid, ergo ipsius vtetur, genus erit operabitur tale opus, & dicere iam vsum fuisse, eius genus erit iam operatum fuisse. Horum autem locorum eadem est vis, nempe similitudo ipsa, quæ eis ineſt secũdum proportionem: nam eadem est proportio ipsius ædificabit ad ædificasse, quæ est ipsius operabit ad operatum esse, similiterq; proportio corrumpentis ad corruptionem, quæ est dissoluentis ad dissolutionem: similiq; proportio reperitur in reliquis: & hæc loca possunt esse constructiua, & destructiua.

Locus vigesimusquintus, qui est sumptus ab oppositis secundum priuationem & habitum, fit duobus modis. Primo, vt priuatio speciei sit priuatio generis assignati: nam, quando priuatio speciei fuerit in generis priuatione, tunc id, quod fuit positum genus, non erit genus. exempli gratia, si visus est sensus, cæcitas nõ est sensus. Secundo, si species, & genus habuerint oppositum priuatiuum, & ponatur species in genere, tunc et ipsum oppositum erit in opposito. exempli gratia, si genus cęcitatis sit priuatio sensus, ergo genus ipsi⁹ visus erit ipse sensus. Et hæc duo loca fiunt ad interimendum. Sed ad construendum fit tantum is secundus. patet autem hu⁹modi compositionem loci interimentis fieri in secundo modo ipsius hypotheticæ coniunctiuæ, in quo reperitur oppositum consequentis, & infertur oppositũ antecedentis. Secundus vero locus componitur in primo modo hypotheticæ, seu conditionalis coniunctiuæ ad construendum, ad destruendum vero in secũdo. Et vis horũ locorum est vis eorũ, ꝙ sumuntur à reb⁹ extrinsecis.

Locus vigesimussextus est sumptus ex affirmatione oppositorum facta per negationem secundum contrarietatem, & est ille, qui dicitur per contrarium secundum contradictionem, qui locus tam præcesserit in problematibus accidentis, sed differunt, quia ibi fit constituendo, & destruendo, hic vero ad destruendũ tantum,

in constructione est vulgaris: exemplũ in destructiõe, si suaue sit bonum quoddã eo ꝙ bonum sit ipsis genus, quod nõ est bonum, non est suaue. Deinde repetimus ꝙ id, quod non est bonum, sit suaue: sicq; cõcluditur in secunda conditionalis coniunctiui, ꝙ suaue non sit bonum. In cõstructione vero est huius cõtrarium, si quod non est suaue, non sit bonum, suaue est bonum. Expcto ꝙ hinc sequitur, ꝙ bonum insit suaui, non ꝙ ei insit, prout vadiq; sit ipsius genus: si enim quod non est coruus non sit nigrum, non infertur ꝙ nigredo insit coruo, vt sit ipsius genus. Sic asseuerat Themistius, & in eo est considerandum.

Locus 27. q est 48 et 49 et 50 et 51 et 52. et 53. et 54.

VIgesimusseptimus locus sumitur à relatione, & ipsius sunt multi loci, quorum Primus est, si species sit relatiua, expedit suum genus esse relatiuum: & ille est demonstratiuus, oportet enim vt dictum est, speciem & genus esse vnius prædicamẽti: si aũt genus sit relatiuũ, vulgariter putatur, ꝙ non oporteat speciem esse relatiuam, quia scientia est relatiua, et grammatica et subest, & non est relatiua: hoc vero accidit ob nominis appellationem: Veritas autem est, ꝙ, quãdo genus fuerit relatiuum ipsius, etiam species est relatiua. Secundus locus est, si species referatur ad vnam eandem rem, expedit genus dici in comparatione huius ipsius rei: sinautem, non est genus, exempli gratia, si duplum dicatur relatione ad medũ, expedit eius genus, quod est multiplex, dici etiam relatione ad medium: si autem non dicerẽtur relatiue ad medium, sed ad aliquam aliam rem, illud non est genus. Cuius instantia est, quia superans est dupli genus, & non dicitur relatiue ad medium, sed relatione ad superatum, quod est medij genus. Tertius autem locus est ex parte dictionum habitudinis (quã latine secundus casus nominatur) & est quando species attribuitur alicui rei relatiuę secundum habitudinis dictiones hoc est, secundum casus, expedit & genus illa ipsa habitudinis dictione dici. Verbi gratia si dicatur duplum dimidio duplum, per lamed acquisitionis, id est per datiuum, similiter dicitur multiplex. Huius autem loci instantia est, quia contrarium dicitur taliter contrarium: aliud autem quod est eius genus, dicitur aliud à tali, non per literam acquisitionis, hoc est non per datiuum. Quartus locus est huic affinis ꝙ vtraq; illa dicantur sine vlla habitudinis dictione, ad alterutra illorum, & non conuertantur reciproce, sicut conuertitur, scientia scibilis scientia, & scibile scientiæ scibile. Quintus locus est, si vnum illorũ dicatur duobus modis habitudinis casualis, & alterum non dicatur illis modis, quod positum erat genus non est genus: donatio enim, ex quo est actus illius vnde deriuatur arabice, flectitur dupliciter, aliquando dictione acquisitionis, id est datiuo, & aliquando sine acquisitionis dictione: dicimus enim condonauit eum, & condonauit ei: prout dicimus dedit eum, & dedit ei: datio est donationi genus: datio enim aliqua est cum reditu, & aliqua est sine reditu: donatio autem arabice dicitur sine reditu.

tum, & est tunc demonstratiuus, ad construendũ vero est ꝓbabilis. Exẽplũ in destruendo, vt si delectabile est bonum quoddã, eo ꝙ bonũ sit genus, ergo quod nõ est bonum, nõ est delectabile, deinde repetimus, sed id, qd non est bonũ, est delectabile, & sic cõcludet in secundo modo ipsius hypotheticæ coniunctiuæ, ꝙ nõ omne delectabile sit bonũ. Ad cõstruendũ vero cõtrario modo se habet sic, si id, quod nõ est delectabile, nõ est bonũ, ergo delectabile est bonũ: verumtñ id, quod sequitur ex hoc est, ꝙ bonum ineſt ipsi delectabili, nõ ꝙ insit ei quatenus est eius genus omnino. nam si id, quod nõ est coruus, non est nigrũ, ergo nõ sequitur, vt oporteat nigredinem ineſſe coruo, quatenus est eius genus. Ita dicit Themistius, sed indiget consideratione.

Locus vigesimusseptimus est sumptus à relatiuis, et habet plura loca, quorũ Primus est, si ipẽs fuerit ad aliquid, tũc eius genus debet esse ad aliqd: & est locus demonstratiuus, qñ species & genus, vt dictũ est, debẽt esse eiusdẽ prædicamẽti, & si genus fuerit ad aliqd, tũc videtur probabile species nõ esse ad aliqd nam scientia est ad aliquid, & grãmatica continet sub ea, et tñ nõ est ad aliquid sed hoc cõtingit propter nominis appellationem: sed re vera, qñ genus est ad aliqd, eius quoq; species est ad aliqd. Secundus locus est, si ipẽs dicitur in relatione ad aliquid tdẽ, genus quoq; debet dici in relatione ad eandẽ rem: alias enim nõ erit genus. exempli gratia, si duplum dicit in relatione ad dimidũ, ergo eius genus, quod est ipsum multiplũ, debet quoq; dici in relatione ad dimidũ: & si nõ dicat in relatione ad dimidũ, sed in relatione ad aliqd aliud, tunc nõ est genus, cuius tamẽ instantia datur, qñ ipsum super additũ seu abundans est genus ad duplũ eius, & tñ nõ dicitur in relatione ad dimidũ, sed in relatione ad diminutum, quod est genus ad ipsum dimidũ. Tertius locus est sumptus ex dictionibus relationis. t. m casum: nẽpe, vt cum ipẽs refertur ad aliquã rem relatiue per aliquã dictionẽ relationis, tũc & ipsum genus debet referri ad eam per eandẽ dictionẽ relationis. exẽpli gratia, si duplum dicatur esse duplũ ad dimidũ per hanc dictionẽ, scilicet propositionem ad, tunc & ipsum multiplũ eius genus debet referri ad dimidum per prępositionẽ ad: sed hic locus habet instantiã, propterea quod cõtrariũ dicitur cõtrariũ fm se solum, sed ipsum aliud seu diuersum, quod est genus eius, dicit sine aliqua prępositione, scilicet cõsignificata relationis, sed dicit hoc est aliud fm se, seu in genitiuo, vel in datiuo & nõ in acusatiuo ꝙ prępositionẽ ad. Quartus locus, ꝙ est quinquagesimus primus, est similis precedenti, nempe, vt quodlibet eorũ dicatur fm aliquem casum seu propositionem relationis, sed ꝙ vnũ eorum non conuertit conuersione relatiua ad alterũ, sicut cõuertitur, cũ dicimus scięta est scibilis scięta, & scibile est scięta scibile. Quintus locus est, vt si vnũ eorum dicat duobus modis relationis, et alterũ nõ dicatur illis duobus modis, tũc id, quod fuit positũ pro genere, nõ erit genus: nã cùm verbũ deductũ à donatione dupliciter in lingua arabica vtimur eo, nã quandoq; cũ casu, vel pronomine, quãdoq; sine aliquo casu, vel pronoie: nam dicimus cũq; donauit ei, & donatũ est ad ipsum, sicut etiã dicim⁹ dedit ei & dedit ipsum, idest ad ipsum, datio autẽ est genus ad donationẽ: quoniam datio aliqua est reddibilis, aliqua vero irreddibilis. Sed donũ est irreddibile in lingua arabica.

Existimat igitur vt hoc idẽ sit necessariũ in ipso genere, scilicet vt referatur ad suũ correlatiuũ cõimili modo, quo referi species. Hæc tñ loca sunt inualida in persuadendo, quia sunt sumpta ex dictionibus: & oportet vt in hoc loco ipsum superans sit genus ad duplũ, quia dicit ipsum superabundans duplũ ad hoc, & superadditum superadditũ ad hoc, similiter & ipsum maius, dicit latione

Tota hæc pars i Abrami translatione [illegible] quãdam [illegible] videmus.

enim maius hoc. Themistius autem iudicat hæc loca debere ab arte propter hoc retelli. Alius locus sumptus est à relatione, qui tollit ne sensus sit genus scientiæ, quoniam si esset genus, tunc oporteret, vt ipsum sensibile esset genus scibilis, quod tamen non est verum: quoniam aliquod datur intelligibile, quod non est sensibile, vt ipsa intelligentia, vel intellectus. is tamen locus est valde rhetoricus, seu persuasiuus. Alius locus est, quia cum ipsa relatiua tripliciter reperiantur. Primo, ea, quæ ex necessitate insunt rebus, ad quas dicuntur correlatiue, vt iustitia, quæ semper inest iusto. Secũdo, ea, quæ possunt quãdoq; inesse suis correlatiuis, quandoq; vero his, quę sunt extra ipsa. exempli gratia, scientia, quæ dicitur in relatione ad scibile, & et ad animam scientem: scientia itaq; reperitur in anima, & in ipso scibili, quod quidem est extra animam, & nõ potest aliter esse: quoniam, cum contingit contemplationem fieri in anima, tunc scientia est omnino in ipso scibili. Tertio, q̃ ipossibile est vllo pacto, vt ipsum relatiuum reperiatur in suo correlatiuo: vt cõtrarium, quod quidem dicitur in relatione ad suum contrarium, & tamen non potest inesse ei: si ergo res ita se habeat, cõsentaneum est, cum ex proprietatibus ipsius relatiui hæc vna sit: nempe, vt has tres obtineat differentias, vt inspiciamus, si species relata habeat vnam earum, genus vero non, tunc non est genus. exempli gratia, si quis dicat memoriam esse mansionem scientiæ, ita, vt sit eius genus, quoniam omnis mansio est in manẽte, cũ ipsum manens denominetur per ipsam, ergo mansio scientiæ est in ipsa scientia, & memoria ipsa erit ergo in ipsa scia, quia ipsa est mansio: memoria vero est in anima, ergo mansio scientiæ nõ est genus memoriæ. Omnia autem hæc loca sunt manifeste persuasiua, seu rhetorica.

De re Eadem loci alii. Cap. V.

51. Locus. Declaratio. RVrsum, si habitum in actu ponit, aut actum in habitu, non est genus quod tale est. Vt si sensum, motum per corpus: nã sensus habitus, motus autem actus. Similiter autem, & si memoriam habitum continuum opinionis dixerit: nam nulla memoria habitus, sed magis actus. Peccant autem & qui habitum in consequentem potẽtiam

52. Locus. Declaratio. ordinant. Vt mansuetudinem, continentiã iræ: & fortitudinem, & tristitiam, timorum, & lucrorum continentiam: nã fortis, & manuetus, perturbatione vacans dicitur, continens autem, qui perturbatur, sed non ducitur: fortasse igitur talis potentia sequitur vtrunq;, vt si perturbetur, non ducatur: verum continere non hoc est, hunc quidẽ fortem, illum autem manuetum esse: sed omnino perturbari ab huiusmodi nihil. Aliquoties autem & quod sequitur, quouis modo:

60. Locus. Declaratio. vt genus ponunt. Vt tristitiam, iræ: & opinionem, fidei: vtraq; enim prædicta sequuntur quidem quodam modo assignatas spẽs, neutrum autem eorum genus est: nã qui irascitur, cõtristatur, priore in eo tristitia facta. non enim ira tristitia, sed tristitia iræ causa est: quare simpliciter ira non est tristitia. Secundum autem hæc neq; fides opinio: cõtingit enim eandem opinionem etiam nõ credentem habere: non contingere autem hoc, si fides esset species opinionis: non. n. cõtingit idẽ amplius permanere, si ex specie oino permutatum sit: quẽadmodũ nec idem aial qñq; hoiem esse, & qñq; non. Si quis autẽ dicat ex necessitate opinantẽ etiã fidẽ habere, de æqualibus opinio et fides dicetur: quare neq; hic erit genus: de pluribus enim oportet dici genus. Videndum autem et si in aliquo eorum nata sint vtraq; fieri. In quo. n. species, & genus, vt in quo album, et color, et in quo Grammatica, et disciplina: si igitur verecũdiam timorẽ dixit, aut irã tristitiam, non accidit in eodem spẽm et genus esse: nã verecundia quidẽ in rationali, timor in irascibili, at tristitia in concupiscibili: nã in hoc, et voluptas, ira autem in irascibili: quare nõ sunt genera, quæ assignata sunt, eo q̃ non in eodem cũ spẽbus nata sunt fieri: sili autẽ et si amicitia in cõcupiscibili, non erit voluntas quædã: ois. n. voluntas in rõnali. Vtilis autẽ hic locus et ad accidens, et id cui accidit: in eodẽ. n. accũs, et cui accidit: quare nisi in eodem videatur, manifestum qñ non accidit.

62. Locus. Declaratio. Rursum, si fm quid species dictũ genus participat: nõ. n. videtur fm quid participari genus. Nam non est homo fm quid aial, neq; grãmatica, fm qd disciplina: sili grammatica, aũt & i alijs. cõsiderandũ igit si i aligbus fm quid

quid participatur genus, vt si animal quod sensibile vel visibile dicitur: nam secundum quid sensibile, vel visibile animal, secũdum corpus. n. sensibile, et visibile, secundum animam autem non: quare non erit genus, corpus visibile, & sensibile aialis. Latent autẽ quandoq;, et totũ in parte ponentes. Vt aial, cõrpus aiatum: nullo. n. modo pars de toto prædicat: quare nõ erit genus corpus aialis, eo quod pars est. Videndum autem si quid vituperandorum, aut fugiendorũ in potestate, aut potente posuit. Vt Sophistam, vel calumniatorem, vel furem eum qui possit alte na latenter furripere: nemo. n. prædictorũ in eo q̃ possit, aliquid horcitũ talis diur: põt. n. & Deus, & studiosus, praua agere: non sunt autem huiusmodi: nã oẽs prauitẽ fm electionem dicuntur. Amplius, oẽs potestates eorum sunt, quę sunt eligendæ: nam prauorum potestates eligendæ, eo q̃ Deũ & studiosum habere dicimus eas, potentes. n. dicimus eos esse, praua agere: quare nullius vituperabilis erit genus potestas. Si autem nõ, accidet vituperandorum quiddam eligẽdum esse: nã, erit quædam potestas vituperabilis. Et si qd propter se honorabilium vel eligibilium, in potestate vel potente, vel effectiuo posuit. Nam oĩs potestas, & oẽ potens, aut effectiuum, pp aliud eligendum. Aut si quid eorũ, quæ sunt in duobus generibus vel pluribus in altero posuit. Quædam enim non est in vno genere ponere: vt fraudulentum, aut calumniatorem: neq;. n. qui eligit, impotẽs autem, neq; qui potest, at non eligens, calũniator, aut fraudulentus: sed qui vtraq; hæc habet, quare non ponẽda sunt in vno genere, sed in vtroq; eorũ quæ dicta sunt. Amplius, aliquoties e conuerso, genus quidem vt differentiam, differentiam autem vt genus assignant. Vt stuporem, superabundantiam ad mirationis, & fidem vehementiam opinionis: nam neq; superabundantia, neq; vehementia genus, sed differentia: videtur. n. stupor, admiratio esse superabundans: & fides, opinio vehemens, quare genus admiratio, & opinio est: superabundantia autem, & vehementia differẽtia. Amplius, si quis superabundantiam, & vehementiã, vt genera assignet, inanimata fidẽ facient, & stupefacient: nam, cuiusq; vehementia, & superabundantia illi adest, cuius est superabundantia, & vehementia: si ergo stupor superabũdantia est admirationis, aderit admirationi: quare admiratio stupefaciet: sili autem & fides aderit opinioni, si vehementia quidem opinionis est: quare opinio fidem faciet. Amplius, accidet sic assignanti vehementiam vehemen

1. locus. Declaratio.

2. locus. Declaratio.

10 tem dicere, & superabundãtiam superabundantem: est. n. quædã fides vehemẽs: si ergo fides vehementia est, vehementia erit vehemens: sili autem & stupor quidam & superabundans: si ergo stupor est superabundantia, superabundantia erit superabundans: si autem neutrũ horum, quemadmodum nec disciplina disciplinatum, nec motus motũ.

15. locus. Declaratio. Qñq; autem peccãt, & passionem in genere eius quod pallium est ponentes. Vt immortalitatem vitam sempiternam dicentes esse: passio. n. vitæ & accũs immortalitas vi esse: q̃ autem verũ sit quod dicitur, manifestum fieri, si quis admittat aliquem ex mortali fieri immortalem: nullus. n. dicit aliam vitam eũ sumere, sed accũs aliquod, vel passionẽ hunc eidem aduenire: quare non genus vita, immortalitatis. Rursum, si passionẽ cuius est passio, illius genus dicit esse. Vt spiritũ aerẽ motũ: magis. n. motus aeris, spiritus: nã, aer

15. locus. Declaratio. 30 idem permanet, & quãdo mouetur. & quando stat, quare nõ est oino aer spiritus: esset. n. & nõ moto aere spiritus, siquidem idem aer permanet, qui quidem erat spiritus: similiter autem, & in alijs huiusmodi. Sit igitur, & in hoc oportet admittere quòd aer motus, est spiritus, non tamen de omnibus huiusmodi est assignandum, de quibus non verificatur genus, sed de quibuscunq; vere prædicatur assignatum genus: nam in quibusdam non videtur verificari, vt in luto, & nive: nam nivem dicunt esse aquam coagulatam, lutum autem terram humido temperatam: est autẽ neq; nix aqua, neq; lutum terra: quare neutrum assignatorum generũ erit genus: oportet enim genus verificari semper de omnibus speciebus: similiter autem neq; vinũ est aqua putrefacta (sicut Empedocles dicit, in ligno putrit vnda) nã simplr non est aqua.

Sermo de alijs Generis Locis. Cap. V.

Locus 28. q est 4. TRANSLATIO ABRAMI.

VIgesimusoctauus locus est, qũ qs ponit habitũ genus actus, aut actũ genus habitus. Exemplum positionis habitus genus actus, est termo dicentis, q̃ medicina sit genus regnimis consulens enim: consulens enim

TRANSLATIO MANTINI.

VIgesimusoctauus locus est, si aliqs ponat habitũ esse genus ad actũ, vel actũ ad ipsum habitum. exempli gratia, qui ponit habitum esse genus ipsius actionis, seu actus, est, vt si dicat medicinam

conualescentium nanq; regimen non est species medicinæ, sed ipsum regimen est ipsamet medicina. Exemplum autem huius, qui posuit actum genus habitus est, prout qui dixerit genus febris esse actionum nocumentum: notum autem est, quod qui poneret genus huiusmodi, abstulerit ab eo prædicationem in eo q̃ quid sit. Et ideo hic locus est demonstratiuus in destructione.

Locus 19 q est 63. & 60.

Vigesimusnonus locus est, quia ponere rẽ illud consequentẽ, indutum est ponere in potentia habitum consequentem ipsam. hoc est, ponere potentiam genus ipsius habitus. verbi gratia, qui poneret mansuetudinem & fortitudinem continentium ab ira & timore, & constantiam a fuga: fortis enim & mitis est aliud, q̃ continens. fortis enim est quem non aggreditur timor: constans autem est qui ne cohortatur ad ferendum res terribiles & similiter continens est, quem non aggreditur iracundia constat. Iutem est, quem aggreditur accidens iracundiæ & se detinet in illa. Et ideo dicitur q̃ habens habitum sit, quem non aggrediuntur accidentia, constans autem est, quem aggrediuntur accidentia, & detinet se in illis, & vt vniuersaliter inquam, cõstare anima est causa inessendi habitum cõstanti. Et ideo, quando est habitus, sequitur necessario q̃ sit potentia præcedens ipsum, & non sequitur, ex quo constantia præcedit habitum q̃ sit illius genus: hoc autem est per se notum. Et hinc ponendum est tristitiam esse genus iræ, & opinionem, genus allertionis. tristitia enim sequitur ab esse iram impossibile enim est irascentem non contristari, & tristitia est causa iræ. Neque etiam opinio est genus allertionis, & si præcedat esse ipsam, & hæc illam sequatur: veritas enim primo fuit opinio: quãdo autem aucta & roborata est, tũc allertio. Nullum autem genus est huius conditionis, hoc autem existente, vt præcipsimus, consequens, quod fallit ponentem genus secundum basim, est tripliciter, aut q̃ consequens sit sicut potentia ad habitum, prout est potentia ad cateruam terribilũ, quę est habitus, qui est ipsa fortitudo, aut sicut causa alicuius rei, prout tristitia efficit iracundiam, aut sicut res remissa debilis virtutis, prout est opinio cum allertione: opinio enim est debilis assertio: & hinc errauit qui posuit progressum genus cursus.

Locus 20 q est 61.

Tricesimus autem locus est, q̃ consideremus, an moris species & generis sit, q̃ sint in vno subiecto, in quo est species, in illo sit genus: sin autem, illud non est genus, prout sunt albedo & color, quia in quo est albedo, in illo est color: si quis autem poneret timorem genus pudoris, & tristitiam genus iræ, non esset genus illud, quod poneretur pudor enim est in parte cogitatiua, & timor in anima existens, & tristitia in concupiscibili, & ira & contentio in irascibili. Hic autem locus est demonstratiuus. si enim species insit alicui subiecto, secundum q̃ inter ea est essentialis habitudo, genus necessario inest illi. Et hic locus est etiam ipsum accidens: vulgatum enim est, q̃ risibiles & res quæ accidit, insint vni eidem rei: si autem non insint vni rei, illud non est accidens. Et huius loci unit instantia est, quia rubor pudentis & pallor timentis sunt duo accidentia, quæ insunt tacte, & tamen consequuntur animæ affectum.

Locus 21. q est 62.

Tricesimus primus locus est, q̃ consideremus, si genus non prædicetur de specie simpliciter, sed prædicetur de ea addita ei oratione cum nexæ laudatiuę, & conditionis, illud non est genus: & hanc ob causam sentiens & videns esse genus ad regimen conualescentium: quoniam regimen conualescentium non est vna specierũ artis medicæ: sed ipsum regimen est ipsamet medicina'. Exemplum vero eius, qui ponit ipsum actum genus ad habitum. vt si quis dixerit, genus ipsius febris esse læsionem operationis. Manifestum autem est, quòd qui ita describit genus, tollit prædicationem in eo quod quid est: & ideo is locus est demonstratiuus in destruendo.

Locus vigesimus nonus est, si ponatur res p̃ re, quæ illam sequitur, vt q̃ ponatur habitus p̃ potẽtia, quæ illum sequitur, hoc est q̃ ponatur potentia genus ad habitum. Exempli gratia, si quis ponat mansuetudinem esse continentiam iræ, & fortitudinem continentiam timoris, & abstinentiam à fuga. Nam ipse fortis ac mansuetus differunt ab ipso continente, nam fortis est, qui non afficitur timore, continens vero, qui resistit rebus incutentibus timorem: similiterq; & mansuetus, qui ira non afficitur, ab eaq; se abstinet, continens vero, quem aggreditur aliquod accidens iræ, & tamen non perturbatur ab ea, sed resistit ei: & ideo dicit, quòd qui habet aliquem habitum, est ille, quem non aggrediuntur passiones, seu casus ipsi: sed continens est ille, quem perturbationes aggrediuntur, & infestant, sed non perturbatur ab eis, sed resistit eis, & (vt verbo dicam) ipsa continentia est causa, vt repertatur habitus in ipso continente: et ideo, si reperitur ipse habitus, necesse est omnino, vt repertatur potentia, quæ eum præcedat: neque propterea sequitur, si continentia præcedit habitum, vt propterea sit eius genus: & hoc perspicuum est. Similiterq; ponere tristitiam genus ad iram, & opinionem genus ad fidem, quia tristitia necessario sequitur ad ipsam iram, quoniam, qui irascitur, impossibile est, quin contristetur, & ipsa tristitia est causa iræ, neq; opinio etiam est genus fidei, licet præcedat eius esse, sequitur autem ad ipsam, quoniam fides primo est opinio, postea vero ipsa aucta & firmata fit fides, sed non datur huiusmodi genus: si ergo res ita habet, sequitur vt illud consequẽs, in quo peccat, qui ponit ipsum esse genus, est vnum horum trium: nempe vel vt ipsum consequens sit in potentia ad habitum, sicut est potentia super congregationem terribilium, quæ reperitur in ipso habitu, qui est fortitudo: vel vt sit causa rei futuræ, vt tristitia, quæ efficit iram, vel vt res exigua imbecillis roboris, vt est opinio ad ipsam fidem, seu certitudinem: nam opinio est debilis fides, vel certitudo debilis: hinc errat, qui ponit ambulationis genus ipsum cursum.

Trigesimus locus est, vt inspiciamus verum genus & species sint apta nata esse in eodem subiecto, tunc enim in quo reperitur species, reperietur et genus: alias enim non est genus, vt albedo & color, nam in quo inest albedo, in eodem reperitur & color. Et si quispiam dixerit timorem esse genus verecundię, & tristitiam genus iræ, non recte assignauit genus, quoniam verecundia est in parte rationali, timor vero in irascibili, & tristitia in concupiscibili, & ira in irascibili. Isq; locus est demonstratiuus: nam, si species reperitur in aliquo subiecto, propterea quia habent inter se quandam habitudinem demonstratiuam, tunc de necessitate genus reperietur in eo. Is autem locus est vtilis ad ipsum accidens, nam manifestum est, quòd accidẽs, & id, propter quod ipsum accidit, sunt in eadem re. & si non existant in eadem re, tunc erit accidens. sed huius loci instantia est, quoniam rubor verecundi, & pallor timentis sunt duo accidentia, quæ existunt in tacte, & tamen insequuntur animæ passionem.

Locus trigesimus primus est, vt cõsideremus: nam, si genus non prædicetur de specie simpliciter, sed prædicetur de ea secundum quid, & cum conditione, tunc non est genus: & ob hanc causam nec ipsum sensitiuum neq;

non est genus animalis: animal enim sentit per eius partem, quæ est ipsius anima. Et ille locus est demonstratiuus.

Locus 22, q 63.

Tricesimus secundus locus est, q̃ totum ponatur in parte, hoc est, q̃ totum ponat partis species, prout qui posuit lutum genus terræ: nam terra est pars lutt. Et hic locus est, quo deest prædicatio in eo q̃ quid sit.

Locus 23, q 264, et 65.

Tricesimustertius locus est, q̃ consideremus an posuerit aliquam rerum turpitũ, à quarũ fuga sit in potentia illius quem ille attingit: pro quo qs poneret sophistã illum, qui adipisceretur opes & magistratus per scientiam, & latronem illum, qui posset turari: hic enim denominauit aliquem secundum aliquam rem in actu, in eo q̃ quid res sit, quatenus illa mest illi in potentia. Eximius enim rerum studiosus præpotens posset praua facere, sed non faceret malum. Et iterum, quia potentiæ sunt eligendæ, ipsas enim ineſſe habentibus potentias fit ob duarum operationum præstantiorem. Si autem fecerit malam, id est, per accidens: & ideo non sunt turpes secundum se. et similiter fit, si posuerit aliquam rerum eligendarum in potẽtia ad illas. Potentia enim est eligenda propter aliud. Et vniuersaliter huc locus redit ad eum, in quo ponitur pro re ipsius euentum.

Locus 24, q est 66, & 67.

Tricesimusquartus locus est, q̃ consideremus si species sit de illis, quarum moris est esse in pluribus, q̃ in vno genere, & ponetur in vno, illud non esset genus: prout latro, qui est eligens & potens, non enim est latro qui eligit, & non potest, neq; iterum qui potest, & non eligit. Themistius autem dicit, q̃ hic locus est falsus, quoniam non inuentur aliqua res, quæ subsit duobus generibus supremis ex vna parte: & hoc est impossibile nisi in prædicamento relationis, ex quo illud euenit omnibus prædicamentis: Et dicit, q̃ si ponatur latro in electione, et potestate est error circa illum, qua ponitur res in suum euentum, nec illorum aggregatum est illius genus. Hoc autem est considerandum.

Locus 25, q est 68, & 69

Tricesimusquintus locus est, q̃ ponatur patiens genus ipsius passionis, prout diceretur q̃ priuatio mortis sit vita æterna, æstimatur enim, q̃ priuatio mortis sit accidens, aut passio vitæ æternæ: si autem priuatio mortis esset vita, priuatio esset ipse habitus. & similiter qui diceret, q̃ ventus sit aer motus, prius enim esset, q̃ ventus esset ipsius aeris motus, aer enim est aer, siue quiescat, siue moueatur, & si ventus esset aer, esset ventus illo quiescente. Huius autem basis est, quia genus verificatur de speciebus in eo q̃ quid sit, & huius autem loci contrarium est, vt qui posuit aerem motum, esse ipsum ventum.

De Genere, loci 4ly. Cap. VI.

Locus Declaratio

AMplius, si omnino quod assignatum est, nullius ẽ genus. Manifestũ enim, qm̃ neq; eius, quod dictum est. Considerãdum autẽ ex eo quod nihil eorũ differt specie, quæ participant assignatũ genus. Vt nihil alba differunt specie, ipsa à semuicẽ: omnis aũt generis sunt species differẽtes: quare nullius erit album genus. Rursum, si quod omnia sequit, genus, vel differentiã dixit. Plura enim sunt, quæ omnia sequuntur: vt ens, & vnum eorũ sunt, quæ omnia sequuntur: si igitur ens genus assignauerimus, manifestum, quoniam omnium erit genus, eo q̃ prædicatur de eis: de nullo enim genus q̃ neq; visiuum est genus ad animal, quoniam animal est sensitiuum parte eius, quæ est anima: & est locus hic demonstratiuus.

Trigesimussecundus locus est, si ponatur totum in partem, id est vt ponatur totũ species partis. vt si quis poneret genus ipsius luti ipsam terram, terra si pars luti, & in loco deest prædicatio in eo quod quid est.

Locus trigesimustertius est, vt inspiciamus si ponatur aliquid vituperandorum, vel fugiendorum in potentia, vt propterea perueniant actu: vt si quis ponat, sophistam esse qui potest diuitias præstare, scientiamq; apparentem tradere, & turem qui possit aliena turripere bona. Quoniam nõ denominabitur aliquis aliqua re actu, eo modo, quo denominatur, quatenus est in potentia ad illam rem. Nã Probus Rex habens potestatem, potest vtiq; malum agere, sed nõ aget malum: potestates præterea eliguntur per se, quoniam repertum tur in habentibus ipsas potestates propter meliorem actionem, & si agatur in malam partem, illud erit per accidens, & ideo, illa non sunt per se vituperanda: similiterq; si quis posuerit aliquod eligibilium in potentia, quoniam potentia eligitur propter aliud et tandem hic locus reducitur ad eum, in quo ponitur res pro eius consequente, vel accidente.

Trigesimusquartus locus est, vt inspiciamus vtrum species aliqua possit ex natura sua poni sub pluribus generibus vno, & ponatur sub vnico genere, tunc illud non est genus. vt tur, qui est eligẽs, & potens, nam non est tur qui eligit, & non est potens, neq; qui est potens, et non eligit. Themistius autem dicit, q̃ hic locus est falsus, quoniam nõ reperitur aliquid, quod includatur sub duobus generibus supremis vnica & eadem ratione: hoc autem non potest fieri, nisi in prædicamento relationis, quia consequitur omnia prædicamẽta. Dicit igitur, q̃, si ponatur tur per electionem et potestatem, peccatur, propterea quia ponitur res per tuum cõsequens: illorum enim aggregatum non est tuum genus, hoc tamen indiget consideratione.

Locus trigesimusquintus est, cùm ponitur ipsum patiens genus passionis, vt si quis dicat immortalitatem esse vitam sempiternam, quoniam immortalitas videtur esse accidens, vel patho ipsius vitę sempiterniq; si igitur ipsa immortalitas esset vita, tunc ipsa priuatio esset habitus. similiter q̃ qui dicit ventum esse aerem motũ, quoniam potius ventus est motus aeris, cum ipse aer sit aer tam quiescens, q̃ motus: sed si ventus esset aer, tunc esset ventus, dum quiescit: & huius rei fundamentum est, q̃ genus vere dicitur de speciebus in eo quod quid est. sed huius loci contrarium est, si quis poterit aerem motum esse ventum.

de spẽbus prędicat: quare et vnũ spẽs erit entis: accidit et go de oĩbus, de qb⁹ genus prędicat, et spẽm prędicari, eo q̃ ens, & vnũ de oĩb⁹ simplr̃ p̃dicant: oportet autẽ de paucioribus spẽm p̃dicari. Si aũt qd'oĩa sequit dr̃am dixit, perspicuũ qm̃ de æqualib⁹, vel de pluribus dr̃a q̃ genus diceĩ. Nã si et gen⁹ oĩa sequit, de equalib⁹: si vero nõ oĩa sequit genꝰ, de plurib⁹ dr̃a diceĩ q̃ ipsm genus. Amplꝰ, si in subiecta spẽ est, qd'assignatũ genus dr̃. Vt albũ in nive: quare manifestũ qm̃ nõ erit genus: de subiecta. n. spẽ solũ genus dr. Considerandũ autẽ etiã est, si non vniuocũ sit genus spẽi. Nam de oĩbus spẽbus vniuoce genus prædicat. Amplius, qm̃ existẽte ẽ spẽi.

Log. cũ cõm. Auer. [illegible]

& generi contrario, si quod melius contrariorum est, in peiori genere ponit. Nam accidet reliquum in reliquo esse, eo quòd contraria in cõtrarijs generibus: quare quod deterius est, in meliori erit: at videtur melioris, & genus melius esse. Et si eodem similiter ad vtrasq; se habeat, in peiore, & non in meliore genere ponit. Vt animam ipsum quod est agitationem aut agitatum: nam pari modo eadẽ statua. & agitatua esse videtur: quare si melius statio, in hoc oportet genere ponere. Amplius, ex magis, & minus. Destruẽti quidem, si genus suscipit magis, species autem nõ suscipit, neq; ipsa, neq; quod ab ipsa dicitur: vt si virtus suscipit magis, & iustitia, & iustus: dicitur enim iustus magis alter altero: si igitur assignatum quidem genus magis suscipit, species autem non suscipit, neq; ipsa, neq; quod ab ipsa dicitur, non erit quidem assignatum genus. Rursum, quod magis videtur, vel similiter, non est genus: manifestum, quoniã nec quod assignatum est. Vtilis autem hic locus in talibus maxime, in quibus plura videntur de specie in eo quod quid est prædicata, cum non determinatum est, neq; promptum nobis est dicere, quodnam eorum genus: vt de ira, tristitia, & opinio parumpẽdentiæ, in eo quod quid est prædicari videtur: cõtristatur enim iratus, & opinatur parumpendi. Eadem autem conditio ratio, & in specie ad aliud aliquid comparanti. Nam, si quod magis, aut similiter videtur esse in assignato genere, non est in genere, manifestum, quod neq; assignatum omnino species erit in genere. Instrumenti igitur quẽadmodum dictum est, vtendum. Astruenti vero siquidem suscipit magis quod assignatum est genus, & species, non vtilis locus: nihil enim prohibet eorum quæ suscipientiũ non esse alterum alterius genus: nam bonũ & albũ suscipit magis & neutrum neutrius genus. Generum autem, & specierum ad seinuicem cõparatio vtilis: vt si similiter hoc, & hoc genus: si alterum genus, & alterum: similiter autẽ & si quod minus, & quod magis: vt si continentiæ magis potestas, quam virtus genus, virtus autẽ genus, & potestas. Eadem autem & de specie conuenit dicere. Si similiter hoc, et hoc propositi species: si alterũ species, & reliquum: & si quod minus videtur, spẽs est, & quod magis. Amplius, ad construendum: perspiciendum si de quibus assignatum est genus, in eo quod quid est prædicatur: cùm nõ sit vna assignata species, sed plures, & differentes. Nam manifestum quoniam erit genus. Si autem in assignato species est, considerandũ & si de alijs speciebus genus in eo quod quid est prædicatur. Nam, rursus accidet de pluribus, et differẽtibus idem prædicari. Quoniam autem videtur in quibusdam, & differẽtia in eo qd quid est de speciebus prædicari, separandum est genus & differentia, vtenti ijs quæ dicentur elementis. Primum quidem, quoniã genus de pluribus dicitur quàm differentia. Deinde, quoniam secundum eius (quod qd est), assignationem, magis conuenit genus, quàm differentiam dicere. Nam, qui animal dicit hominẽ, magis indicat quid est homo, quàm qui gressibile. Et quoniam differẽtia quidem qualitatem generis semper significat: genus autem, differentiæ non. Nam qui dicit gressibile, quiddã animal dicit: qui vero animal dicit, nõ dicit quale quiddam gressibile: differentia igitur à genere sic separanda. Quoniam autẽ videtur Musicum, qua Musicum est, scions esse: & Mutica scientia quædam est: & si ambulans eo quod ambulat mouetur, ambulatio motus quidem est: considerandum in quo genere vult quispiam cõstruere secundum dictum modum. vt si scientiam ipsum quod est hidem: si scies quatenus scit, fidit: manifestum enim quoniam scientia fides quædam erit: eodem autem modo, & in alijs huiusmodi. Amplius, quoniam quod sequitur aliquid semper, & non conuertitur, difficile est separare, quòd non sit genus, si hoc quidem illud sequitur omne, illud vero hoc non omne. Vt tranquillitatem quies, & numerum diuisibile, è conuerso autem non: nam diuisibile nõ oẽ, numerus, neq; quies oĩs, tranquillitas: ipso quidẽ est vtendum, vt genere quod est semper consequens, cùm non conuertatur alterum: cum autem alterum se extendit non in omnibus, obsequendum. Instantia autẽ huius: quoniam non ens sequitur omne quod fit (nam quod fit, non est) non conuertit (nõ enim omne quod nõ est, fit) attamẽ non est gen' nõ ens eius quod fit: simpliciter. nõ sunt nõ entis species. De genere igit quẽadmodum dictum est, transeundum.

79 Locus Declaratio.

80. Locus. Declaratio.

81. Locus. Declaratio.

82. Locus. Declaratio.

83 Locus. Declaratio.

Sermo de nonnullis aliis locis generis. *Cap. VI.*

Locus 16, est 79.

TRANSLATIO ABRAMI.

TRicesimusextus locus est, si res denoiatę per genus nonsuffer[illegible] aliquam differentiarũ, prout qui ponere[illegible] in genus rerum albarum.

Tricesimusseptimus

TRANSLATIO MANTINI.

LOcus trigesimusfextus est, cũ ea, quæ pro genere assignant, nõ differãt aliqua differentia, vt si quis dicat album esse genus rerum albarum.

Locus

Locus, 17, qui est, 71, & 72

Tricesimusseptimus locus est, cp ponatur consequẽs res genus alicuius res: vt qui poneret vnum & ens genus decem pdicamentorum: oporteret enim, cp ens esset genus vnius, & vnum genus illius, ex quo vtrũq; eorum verificatur de alterutro, & esset vna eadem res, relatione vnius eiusdem rei, aliquãdo genus, & aliquãdo species: hoc autem est falsum, quia genus prædicatur de pluribus, cp prędicetur species. Sicq; etiam erratqui poneret talia consequentia differentias: consequens enim rem sicut non largitur ipsius quidditatem, sic non largitur qualis res sit: & ob hoc sequeretur, cp differentia esset æqualis generi, aut eo vniuersalior.

Locus trigesimusseptimus est, cum ponitur quod sequitur ad omnes res esse genus alicuius rei, vt si quis ponat vnum et ens esse genus decem prędicamentorũ, qa tunc oportebit ipsum ens esse genus ad ipsum vnũ, & vnum genus quoq; ad ipsum, cum alterutrum eorũ vere dicatur de alterutro: & sic vna & eadem res, in relatione ad eandem rem quãdoq; erit genus, quandoq; vero species: quod est falsum, qa genus de pluribus prędicatur cp species. Similiter quoq; erratqui ponit huiusmodi consequentia esse differentias, quia quemadmodum id, quod cõsequitur rem, non pręstat eius quidditatem, scilicet vt significet quid sit, ita etia neq; quale sit illud, & sequeretur ex hoc, vt ipsa differentia esset æqualis ipsi generi vel vniuersalior ipso.

Locus, 18, qui est, 73

Tricesimus octauus locus est, si genus denominatũ dicatur in subiecto, non de subiecto, & species de subiecto, illud non erit genus, sin autem, accidentia essent genera substantiarum.

sunt in accidente locis, considerandũ. Nam, & illic vtrum verum, vel nõ verum, omnis consideratio fit: quando enim quod ineſt accidẽs disputamus, quod verum est dicimus: quando autem quod non est, quod non verum. si vero non in accommodato genere posuit, aut si non propria est assignata oratio, ex ijs qui sunt ad genus, & proprium dicti locis, prospiciendum. Reliquum vero si nõ definiuit, aut si nõ bene definiuit, aliquo

4. locus. Declaratio.

modo aggrediẽdum dicere. Primum igitur inspiciendum si non bene definiuit. Nam facili⁹ est quodlibet fecisse, q̃ bene fecisse: manifestum igitur, quoniam peccatũ circa hoc plusculum, eo quod laboriosius: quare argumentatio facilior quæ circa hoc, q̃ quę circa

5 locus. Declaratio.

illud fit. Sunt autem eius quod non est bene, partes duæ. vna quidem, obscura interpretatione vti. Oportet enim definientem, vt contingit, q̃ clarissima interpretatione vti: eo q̃ cognoscendi gratia assignatur definitio. secunda autẽ, si amplius dixit in definitione, q̃ par fit: nam oẽ quod superadictum est in definitione, superfluum est. Rursum autem vtrunq; quod dictum est, in plures partes diuiditur: vnus autem locus eius, quod obscure est, si sit æquiuocum alicui, qđ dictum est. Vt q̃ generatio est ductio ad substantiam, & q̃ sanitas commẽsuratio calidorum et frigidorum: nã æquiuoca est ductio, et commensuratio: immanifestum igitẽ, vtrũ vult dicere eorum, quæ significantur ab eo, quod multipliciter dicitur. Similiter autem, & si cùm definitum multipliciter dicitur, diuidens nõ dixit: nam immanifestum vtrius definitionẽ assignauit, cõtingitq; calũniari, velut non cõueniente oratione ad oia, quorũ definitionẽ assignauit: maxime autẽ contingit tale quippiam facere, cũ latet æquiuocatio. Contingit etiam, & eum, qui diuidit, quoties dicitur id, quod in definitione assignatum est, syllogismum facere: nam, si s̃m nullum modorum sufficienter dictũ est, manifestum q̃ non definierit illo modo. Alius si s̃m metaphoram dixit. Vt scientiam inde

6. locus. Declaratio.

ciduam, terram autem nutricem, aut temperantiam consonantiã: nam oẽ obscurum, qđ s̃m metaphoram dicitur, contingit, & etiam metaphora loquentem calumniari, tanq; nõ proprie dicentem: non.n. congruet dicta definitio, vt in tẽperantia, nã ois cõsonantia insonis. Amplius, si est genus consonantia tẽperantiæ, in duobus generibus erit idẽ, non continentibus seinuicẽ: nam neq; cõsonantia virtutẽ, neq; virtus cõtinet consonantiã. Amplius, si nõ positis noib⁹ vtiẽ. Vt Plato ci

8. locus. Declaratio.

liũbrę oculũ, aut araneum putrimordax, aut medullã offigenium dixit: nam oẽ obscurũ, quod insuetum est. Quædam autẽ neq; s̃m æquiuocationem, neq; s̃m metaphorã, neq; proprie dicuntur. Vt lex, mensura, vel imago eorum, quę natura fusta sunt: sunt autem

9 locus. Declaratio.

huiusmodi deteriora, metaphora: nam metaphora facit quodammodo notum quod designatum est per similitudinẽ (omnes: nam metaphora vtentes, secundum aliquam similitudinem ea vtuntur:) at quod tale est nõ facit notum: nam neq; similitudo est secũdum quam mẽsura, vel imago lex est, neq; dici solet proprie: quapropter, si proprie mensurã, vel imaginem legem dicit esse, veritatis est expers: nam imago id est, cuius generatio per imitationem est: hoc autem non ineſt legi: si autem non proprie, manifestum quod obscure dixit, atq; deterius quolibet eorum, quæ secundum metaphoram dicuntur. Amplius, si non manifesta est contrarii oratio ex hoc quod dicitur. Nam, quæ bene assignantur,

10 locus. Declarato.

11. Locus. Declaratio.

gnantur, contrarias cõmanifestant. Aut si per se dicta nõ sit manifestum cuius est definitio: sed quẽadmodũ ea, quę sunt antiquorum scriptorũ, nisi quis superscripsisset, non cognoscebatur quid vnumquodq;: si igitur non clare, ex huiusmodi est inspiciendũ. Si

12 Locus. Declaratio.

igitur superfluum in termino dixit, primum quidem considerandum, si aliquo vsus est, quod omnibus insit, vel simpliciter ijs quæ sunt, vel ijs quę sub eodẽ genere sunt definitorum. Nam superfluum dici necessariũ id est: oportet enim genus ab alijs seperare, differentiam aũt ab aliquo eorum, quæ sunt in eodem genere: atqui quod omnibus quidẽ ineſt simpliciter, à nullo separat, quod autẽ omnibus, quę sub eodem sunt genere ineſt, nõ separat ab ijs quæ sunt in eodem genere: quare superuacaneũ huiusmodi appositũ.

13. Locus. Declaratio.

Aut si est quidẽ proprium quod appositum est, ablato autẽ illo, & reliqua definitio propria est, & indicat substantiam. Vt in hominis oratione scientię susceptiuũ appositum, superfluũ: nam & eo ablato, reliqua oratio propria est, & indicat substantiã: simpliciter autem dicẽdo, omne superfluum, quo ablato, reliquum manifestũ facit id quod definitur. Talis aũt est & animę terminus, si est numerus ipse seipsum mouens: nam quod seipsum mouet est anima, ceu Plato definiuit, an proprium quidẽ quod dicitur nõ indicat autem substantiam interempto numero. vtrutis igitur modo se habeat, difficile est vt explicet. Vtendũ ergo in omnibus talibus ad id quod expedit: vt est phlegmatis terminꝰ, humidum primũ à cibo indigestum: vnum enim primum nõ multa: quare superfluum, indigestum appositum: nam hoc ablato, reliqua erit propria definitio: non enim cõtingit à cibo & aliud quiddã primum esse. An non simpliciter à cibo phlegma, sed indigestorum primũ: quare addendum est indigestum: nam illo quidẽ modo dicta non vera erit definitio, siquidẽ nõ omnium primum est. Amplius, si quippiã eorum, quę sunt in

14. Locus. Declaratio.

oratione, nõ omnibus ineſt, quę sunt sub eadem specie. Nã talis peius definiuit, q̃ qui vsi sunt eo quod ineſt oibus quæ sunt: nam illic, si reliqua propria definitio, & tota propria erit: simpliciter enim ad propriũ quolibet addito vero, tota oratio propria fit: at vero si aliquid eorum quę sunt in oratione, nõ omnibus insit, quæ sunt sub eadẽ specie, impossibile est totam orationem propriã esse: nõ enim conuersim prædicabit de re, vt animal gressibile bipes quadricubitale: nam huiusmodi oratio nõ conuersim prædicabitur de re, eo q̃ non omnibus ineſt (quæ sub eadem specie sunt) quadricubitale. Rursum si

15. Locus. Declaratio.

idem frequenter dixit. Vt qui concupiscentiam appetitũ delectationis dixit: nam omnis cõcupiscentia, delectationis est: quare & eidem concupiscentiæ delectationis erit: fit igitur terminus cõcupiscentiæ appetitus delectationis (nihil enim differt cõcupiscentiã dicere, aut appetitum delectationis) quare vtrunq; eorũ delectationis erit. An hoc quidem nihil absurdum: nã & homo bipes est. Quare & idem homini, bipes erit. est autem idẽ homini, animal gressibile bipes: quare animal gressibile bipes, bipes est: sed nõ propter hoc absurdum aliquid accipit. nõ enim de animali solum gressibile bis bipes prædicatur, sic enim de eodẽ bis bipes prędicatur, si de animali bipede gressibile bipes dicit, quare semel tantũ bipes prædicatur. Similiter aũt & in concupiscentia: non enim de appetitu id quod est delectationis esse prędicatur, sed de toto: quare semel & hic prædicatio fit. Non est aũt bis dicere idem nomẽ, aliquid absurdum: sed frequẽter de aliquo idẽ prædicari, sicut Xenocrates prudentiã definitiuam, & contemplatiuã eorum quæ sunt, dicit esse: nam definitiua, cõtemplatiua quędam est, quare bis idem dicit, addens rursum & contemplatiuã. Similiter aũt & quicunq; refrigerationem, prittationem eius quidẽ caloris, qui s̃m naturam est, dicunt esse: nã omnis priuatio eius est, quod secundum naturã est: quare superfluum est addere secundũ naturam, sed sufficit fortasse dicere, priuationẽ caloris, eo q̃ ipsa priuatio notũ facit q̃ eius sit, quod secundum naturam dicitur. Rursum si vniuersali dicto addidit & particulare. Vt si clementiã imminutionẽ, expediẽtiam & iustorum: nam iustũ expediens quippiam est, quare continetur in expediente: superfluum igitur iustum: nam qui dixit vniuersale, addidit & particulare, et si medicinã disciplinã sanatiuorũ animali et homini: aut legem imaginẽ eorũ quæ natura sunt bona & iusta: nam iustum bonum quippiam: quare frequenter idem dicit. vtrum igitur bene an nõ bene definiunt, per hæc & huiusmodi perspiciendum. Vtrũ vero definiunt, & dixit quid est esse, an non, ex his. Primũ ergo si nõ, per priora & notiora contexit definitionem. Nam terminus assignat eius cognoscendi gratia quod dicitur. cognoscimus autem nõ ex quibuslibet, sed ex prioribus, notioribusq;, quemadmodum in demonstra-

16. Locus Declaratio.

17. Locus. Declaratio.

tionſbus:ſic enim omnis doctrina & omnis diſciplina ſe habet:manifeſtum igitur,ꝙ qui non per huiuſmodi definiuit, nō definiuit: ſi enim definiuit,plures erunt eiuſdem definitiones.Nam manifeſtum,quòd & qui per priora,ac notiora, iterum melius definiuit: quare vtræq; erunt definitiones eiuſdem:tale autem non videtur: nam vnicuiq; eorum quæ ſunt, vnum eſt eſſe idipſum quod eſt: quare ſi plures erunt eiuſdem definitiones, idem erit definitio, eſſe quod quidem ſecundum vtranq; definitionem ſignificatur:hæc autem nō eadem ſunt,eo ꝙ definitiones diuerſæ:manifeſtum igitur quoniam nō definiuit,qui non per priora,atq; notiora definiuit. Igitur per non notiora quidem terminum dici, dupliciter eſt accipere, aut enim ſi ſimpliciter ex ignotioribus, aut ſi nobis ignotioribus,contingit enim vtroq; modo: ſimpliciter igitur notius quod prius eſt, poſteriore: vt punctū linea,& linea ſuperficie, et ſuperficies ſolido,quemadmodum et vnitas numero: prius enim & principium omnis numeri:ſimiliter autē & elementum ſyllaba.Nobis autem econuerſo quādoq; accidit: nam maxime ſolidum magis ſub ſenſu cadit,q̄ ſuperficies:ſuperficies autē magis q̄ linea,linea autem ligno magis: quare multa quidē quomodolibet,hæc aūt ſubtili,& facundo intellectu cōprehēdere oportet: ſimpliciter igit melius per priora,poſteriora tētare cognoſcere, nā magis ſcīētificū tale eſt. Verū ad eos,qui impotentes ſunt cognoſcere per talia, neceſſariū forte per ea,q̄ illis cognita ſunt,facere orationē:ſunt aūt taliū definitiones q̄ & pūcti,& lineæ, & ſuperficiei. oēs enim per poſteriora, priora indicant:nā illud quidē lineæ,illam aūt ſuperficiei, hanc vero ſolidi fines dicunt eſſe.Nō oportet aūt latere qm̄ ſic definientes nō cōtingit quod quid eſt eſſe definitio,indicare: niſi contingat idem nobis notius eſſe,& ſimpliciter notius:ſiquidem oportet per genus et differentias definire eum qui bene definit, hæc autē ſimpliciter notiora & priora ſunt ſpecie:interimit enim genus & differentia ſpeciem, quare priora hæc ſpecie. Sunt autem notiora, nam ſpecie quidem nota neceſſe eſt genus & differentias cognoſci: qui hominem enim cognoſcit, & animal greſſibile cognoſcit:ac genere & differentia notis,non neceſſe eſt & ſpeciē cognoſci:quare ignotior ſpecies. Amplius, illiſ qui ſecūdum veritatem huiuſmodi definitiones dicūt eſſe quæ ſunt ex iſs quæ vnicuiq; ſunt nota)plures:eiuſdē accidit dicere definitiones eſſe, nā alia alijs, & nō omnibus eadē contingit notiora eſſe: quare ad vnumquenq; erit definitio aſſignāda,ſi quidē ex iſs,quę ſingulis quibuſq; ſunt notiora,definitionem oportet facere. Amplius, eiſdem alia interdum alia magis nota: nam à principio quidē ſenſibilia, inſtructionibus aūt factis, contra:quare neq; ad eundē ſemper ad eadē definitio aſſignanda, iſs qui per ea quę ſingulis qbuſq; ſunt notiora definitionē fatentur aſſignandā eſſe: manifeſtū igitur,ꝙ nō definiendum per ea,quæ huiuſmodi ſunt,ſed per ſimpliciter notiora: nam ſolo modo ſic vna & eadē definitio ſemper fiet.Fortaſſe aūt et quod ſimpliciter notum, nō eſt id quod omnibus notū, ſed quod bene diſpoſitis intellectu.quēadmodū & ſimpliciter ſalubre iſs, q̄ bene affectū habēt corpus:oportet ergo vnumquodq; taliū diligēter perueſtigare, vti autem diſputātes ad id quod expedit.Maxime aūt ſine diſſenſione interimere contingit definitionē,ſi neq; ex ſimpliciter notioribus, neq; ex iſs quæ nobis,contingit definitionē fieri. Vnus igit̄ locus eſt eius quod non per notiora,quod per poſteriora, priora indicat: quemadmodum prius diximus. Alius aūt,ſi eius,quod eſt in quiete,& definitiōe,per indefinitū, & quod in motu eſt aſſignata eſt oratio nobis. Prius enim eſt & notius quod manēs eſt, & definitum, eo quod indefinitum & in motu eſt. Eius aūt,quod eſt nō ex prioribus, tres ſunt loci. Primus quidē,ſi per oppoſitū, oppoſitum definiuit.vt ſi per malum, bonū. ſimul enim natura oppoſita, & nonnullis etiā eadem diſciplina vtrorumq; videtur eſſe: quare non notius alterum altero. Oportet autem non latere quædam fortaſſe aliter definiri nō poſſe,vt duplū ſine dimidio,& quæcunq; per ſe ad aliquid dicuntur, nam oībus huiuſmodi eſt idē eſſe, ei quod eſt ad aliqd quodāmodo ſe habere:quare nō eſt poſſibile ſine altero alterū cognoſcere, eo ꝙ neceſſarium eſt alterius oratione coaſſumi & alterum.Ergo cognoſcere quidem oportet huiuſmodi omnia, vti autem eis in his vt videbitur expedire. Alius, ſi eodem vſus eſt ei quod definitur. Latet autem, cùm non eodem definiti nomine vtitur:vt ſi Solem ſtellam in die apparētem definiuit:nam qui die vtitur,Sole vtitur:& par eſt ad deprehendēda talia ſumere pro nomine orationem: vt quod dies eſt, ſolis latio ſuper terram: nam tunc manifeſtum, ꝙ qui Solis lationem ſuper

18 Locus. De latatio.

10. Locus. Declaratio.

20. Locus. Declaratio.

21. Locus. Declaratio.

per terram dixit,ſolem dixit, quare vtitur ſole,qui die vtitur. Rurſum,ſi eo quod è diuerſo diuiditur,id quod è diuerſo diuiditur definiuit. Vt impar eſt,q̄ vnitate maior eſt pare:ſimul enim natura, quæ ex eodem genere è diuerſo diuiduntur: impar autem & par è diuerſo diuiduntur:nam ambo,numeri differentiæ. Similiter autem,& ſi per inferiora, ſuperiora definiuit. Vt parem numerū, qui bipartite ſecatur:aut bonum,habitum virtutis;nam & bipartite ſumptum eſt à duobus, quæ paria ſunt:& virtus, bonum quoddam eſt:quare inferiora hæc quàm illa ſunt:eſt autem neceſſe eum,qui inferioribus vtitur,& illis vti:nam,& qui virtute vtitur, bono vtitur,eo quòd bonum quoddam virtus: ſimiliter autem,& qui bipartite vtitur,et pare vtitur,eo quòd in duo ſecari ſignificat bipartite ſecari:duo autē paria ſunt. Vniuerſaliter igitur dicendo,vnus eſt locus non per priora,& notiora tecille orationem, partes autē eius,ea quæ dicta ſunt. Secundus autem, ſi res cùm ſit,non ponitur in genere. Nam in omnibus huiuſmodi peccatum eſt, in quib⁹ non prius ponti in oratione,quid eſt: vt corporis definitio,'quod habet tres dimenſiones:aut ſi quis hominem definiuit, quod eſt ſciens numerare:non enim dictum eſt, quid eſt,habere tres dimēſiones: vel quid eſt, ſcit numerare:genus autem vult quid eſt ſignificare:& primum apponitur eorum,quę in definitione dicuntur. Amplius,ſi ad plura cū dicatur id,quod definitur,non ad omnia aſſignauit. Vt ſi Grammaticem,ſcientiam ſcribendi quod profertur:nam indiget,& quod legendi:nihilo enim magis ſcribendi,quàm legendi aſſignat qui definit: quare nō alius, ſed qui vtraq; hæc dicit,eo quòd plures non contingit eiuſdem definitiones eſſe. In quibuſdam profecto ſecundum veritatem ſe habet,vt dictum eſt, in quibuſdam autem nō, vt in quibuſcunq; non per ſe dicit ad vtrūq;: vt medicinam,ſcientiam ſanitatem,& ægritudinem efficiendi: nam de illa quidem per ſe dicitur,de hac autem per accidens: ſimpliciter enim alienum à medicina, ægritudinē efficere. Quare nihil magis definiuit,qui ad vtrunq; aſſignauit,q̄ qui ad alterum,verum forteſſe & deterius,eo quòd & reliquorū gli bet poteſt ægritudinem efficere. Amplius, ſi non ad melius,ſed ad peius aſſignauit, cū ſint plura,ad quę dicitur quod definitur.Nā omnis diſciplina,et poteſtas,optimi videtur eſſe. Rurſum,ſi non poſitum eſt in proprio genere quod dictum eſt,conſiderandum ex iſs,quæ ad genera ſunt,elementis: quemadmodum eſt dictum prius. Rurſum,ſi transiliens dicit genera. Vt qui iuſtitiam æqualitatis habitum effectiuum, vel diſtributiuum æqui:nam tranſilit, qui ſic definit virtutem: relinquens igitur iuſtitiæ genus non dicit quid eſt eſſe (nam ſubſtantia vnicuique eſt in genere)eſt autem hoc idē ei, quod eſt nō in proximo genere ponere.Nam qui in proximo poſuit, omnia ſupiora dixit, eo quòd omnia ſuperiora genera de inferioribꝰ prędicantur. Quare aut in proximo genere ponendum,aut omnes differētias ſuperiori generi addendum, per quas definitur proximū genus:ſic enim erit nihil prætermiſſum, ſed pro nomine,in oratione dictum erit inferius genus:qui vero ipſum ſuperius genus dicit,non dicit & inferius genus:nā qui plātam dicit,non dicit arborem.

11 locus. declaratio.

12. locus. declaratio.

26. locus. declaratio.

Sermo de Locis definitionum narratis in Sexto Libro, & in primis de Locis Generis. Cap. I.

DIcimus,ꝙ conditionum,quæ conſiderandæ ſunt in conſtitutione definitionum, Vna eſt,ꝙ definitio ſit definito, hoc eſt, ꝙ ſit vera de toto, alioqui non eſſet definitio,prout eſt definitio illius, qui definiuit hominem, ꝙ eſſet animal immortale æternum. Secunda autem, ꝙ ſumatur in definitione genus connexum differentię, quando.n. non poneretur in definitione ipſum genus, nō definiretur,prout fecit, qui hoiem definiuit,ꝙ ſit,ꝙ valet ferere & metere. Tertia autem eſt,ꝙ definitio ſit æqualis definito: quando.n.definitio non eſt æqualis, non eſt definitio:hoc autem eſt,aut ꝙ ſit cōior illo, aut fecit,qui definiuit hoiem,ꝙ ſit aīal bipes,aut ſit particularior,prout fecit qui illum definiuit,ꝙ ſit, qui ſal vēdit. Quarta autem eſt,ꝙ proferat ſecūdum has tres res ipſam definitionem,ſed cum hoc illa non dicit, neq; profert de ipſa re quid res ſit. Quinta,ꝙ proferat definitionem, ſed eam non proferat apte & pertecte, ſed quod profert deficit ab ipſa pertectione.

Loca vero,quibus prima conditio conſtruit, aut deſtruit,ſunt loca eſſendi ſimpliciter,hoc eſt,loca accidentis:loca autē,quibus conſtruit,aut deſtruit ſecunda conditio,ſunt loca ipſius ſimpliciter,hoc eſt, loca ipſius generis ſecundum ſe: tertiæ autem conditionis loca ſunt loca ipſius proprij. Ea autem,de quibus habetur ſermo in hoc libro,ſunt loca duarum reliquarū,ſ. an bene poſuerit,vel non bene fecerit, & an quod profert ſit definitio,aut nō ſit definitio. Incipiamus itaq; primo loca, ex quibus conſtet,an conuenienter bene fecerit definitionem,nec ne: facilius enim eſt conſtruere hęc,q̄ illa. Expedit autem ſcire,ꝙ non bene conſtituere definitionem ſit duobus modis,aut ex parte noſtrū,& hoc quando oratio de illa fuerit obſcura, non patēs: aut ob ipſam definitionem ſecundum ſe,& hoc ſit ob ſuperadditionē in definitione, in qua ſit ſuperfluum,& repetitū,& ęſtimatur,ꝙ hoc etiam contingat ei ob imminutionem,ſed Ariſt.primo diuidit hęc loca his duabus partitionibus, diſpoſitio autē definitionis, quo ad hoc,eſt ſicut diſpoſitio rerum ſenſatarum:ſicut enim rerum ſenſatarū rurpitudo videtur aut ob noſtri viſus debilitatē, aut quia ſecundum ſe ipſæ ſint turpes,ſic eſt diſpoſitio hic.

Loc⁹ prim⁹. q̄ fuerat in Arist.

Initium autem locorum, quæ sumuntur ex orationis obscuritate est, ꝙ definitionum partes, aut vna illarum sumatur significare nomine æquiuoco: vt qui definiuit sanitatem, ꝙ sit æqualitas caloris & frigoris, æqualitas enim dicitur ſm multa significata, sicꝫ q̄n proferatur in definitione hoc modo, possibile est, ꝙ nō denoteť rem, quam definire intendit. Et possibile esset, ꝙ denominatur per illud, audiens autem putaret, ꝙ non verificetur nomen de illo, de quo verificatur definitio. Si autem explicuisset quod definit ipsam rem, & illam exponeret, tam bene fecisset.

Locus secundus. q̄ est .7. & 8. & 9.

Secundus locus est, ꝙ definitio aut aliqua eius pars significetur nomine accommodato, sicut qui definiret ipsam nutricem, & poneret genus consonantiā & concinentiam. Nutrix enim est mulier educās, & consonantiæ origo est in soni melodia: & similiter est quando vice nominis simplicis fit oratio cōposita ex rei accidentibus non vsitatis, vt qui vtitur vice oculi vmbriculo: quod enim inusitatum est nō est manifestum. Nomina autem accommodata, quædam sunt sumpta ex rebus similibus rebus, quibus accōmodata sunt, & quædam sunt sumpta ex rebus non similibus, nisi remota similitudine, & hæc sunt obscuriora significationis. Et definitiones, quibus incidunt hæc nomina, sunt definitiones malæ & latentes, sicut qui posuit genus legis esse mettrum & mensuram.

Loc⁹ tertius. qui est 10. & 11.

Tertius locus est, ꝙ si definito fuerit cōtrarium, expedit sui contrarij definitionem explicare per eius definitionem. Sin autē, tam posita est definitio obscura positione. exempli gratia, qui definiebat scientiam, ꝙ sit habitus extrahens res viles & noxias. inscitiæ enim definitio tam intelligitur, & concipitur ex hac definitione, & vt vniuersalius inquam, q̄n ex definitione non explicatur res, quæ definiri intenditur, nō fit bona definitio. Actio enim illius, quod profertur in definitione obscurum, ꝙ non significet patente significatione rem, quæ definiri intenditur, est actio illius, qui format imagines malarum formarum et lineationum, adeo ꝙ nesciantur per illas imagines & descriptiones res, quas representant, nisi scribatur super qualibet illarum imagiū nomen rei, super qua est descripta, & sicut hoc est turpe operi pictoris, sic res se habet in illo, qui poneret huiusmodi definitiones, & has, & sibi consimiles, quarum oratio sit obscura.

Locus alter primus, qui est 12.

Quæ vero sumuntur ex superadditione in definitione, ipsa etiam partiūtur in quatuor loca: quorum vnus est ꝙ superaddatur definitioni, quod est cōtus definito, quod sit duobus modis, quorum vnus est ꝙ superadditur, quod sit oibus entibus cōmune, vt qui definiuit hominem, ꝙ sit animal rationale habens tres dimensiones: decere enim tres dimensiones est omnium corporum, secundus autem est, ꝙ superadditur quod est commune oibus speciebus sibi conuenientibus in genere, vt ille ꝙ definiuit hominem, ꝙ sit animal rationale mortale, ratio autē huius loci est per se nota, genus enim proferri in definitione, vt dictum est definitum ab eo quod est vniuersalius genere, differentia autem proferetur in definitione, vt distinguat se natum à genere, quando autem definiens superadderet aliquod horum superfluorum per primum ipsorum destrueret adiumentum generis, & per secundum adiumentum differentiæ.

Locus 2 q̄ 13.

Secundus locus est, ꝙ in definitione superaddatur quod sit æquale definito, sed sit superfluum, quia nō indigeatur illo, vt qui definiret hominē, ꝙ sit animal rationale scientiæ susceptiuum. dicere enim scientiæ susceptiuum, est superfluum, quo non indigemus, & eo magis hoc apparet, quia superadditum nō uerificatur cum ipsa differentia accepta, q̄n genus denominat per illud, vt denominatur genus per differentiā, hoc est, ſm modum vnionis, sed q̄n sumeretur proprium per se, esset sufficiens, vt qui definiuit pituitam, ꝙ sit humor indigestus primus, qui ex cibo gignitur, q̄n enim denominat indigestus non verificatur de illo, ꝙ sit primus, ga non est in corpore indigestus, nisi vnus, & est ipsa pituita, si vero excideret ex hac definitione indigestus, possibile eēt ꝙ primus esset illius dēia: in corpore nāq; sunt multi humores qui geniti sunt ex ipso cibo, quorū initium est ipsa pituita. Et si cecidisset primus, proferendo indigestum sufficiens esset in hac definitione.

Tertius autem locus, & quia superadditum ponet definitum magis proprium, vt qui definierit hominē, ꝙ sit animal rationale album. Locus 3. q̄ 14.

Quartus locus est, ꝙ in definitione repetatur res & hoc est dupliciter: aut ꝙ illa repetatur per dictionē notam, quia ipsius repetitio per unam eandem dictionem non inducit ei errorem, si poneretur. v.g. qui definiret appetitum ꝙ sit desiderium ad voluptatem, aut ꝙ res sit inclusa in re cōi, & proferatur in particulari. Hoc. n. continet de corruptione duas res, quarum vna est, ꝙ repetatur vna res bis, & altera, ꝙ ponat definitionē propriorem ipso definito. cuius exemplum est, qui definiet politiam, ꝙ sit habitus ponens res naturaliter honestas & iustas: honeste enim continet iustas & alias. Hæ itaq; sunt res, quas dinumerauit Arist. in constitutione superadditionis definitionum. Et notum est, ꝙ res ita se habeat in ipsis: similis enim est superadditio in definitione sexto digito in manu, & sicut per illum fit manus turpis, sic & definitio. Locus 4. q̄ 15.

Et iam possibile est dinumerare superadditionem, quæ definitionem poneret terminatiorem & cōtinentiorem in locis, ex quibus constituit, ꝙ non sit bene facta. Themistius autem numerat ipsum in locis male definitionis, & posset ferre ambas res simul. Et hic locus est, ꝙ expediat, ꝙ fiat definitio ex rebus, quę sunt notiores simpliciter. illæ autem sunt res priores definito quæ sunt notiores apud naturā, & notiores apud nos. Notius enim dicit, dupliciter, aut notius simpliciter, aut notius apud nos, notius autem simpliciter pro maiori parte est ignotum apud nos, prout res gentur de elemētis, et compositis, quæ ex ipsis componuntur, composita enim notiora sunt vulgo, q̄s simplicia, ex quibus cōposita sunt, apud naturam autem res est contraria huic. Et ideo ait Arist, ꝙ notius simpliciter verissime est, ꝙ sit hominū, q̄ sunt homines simpliciter, & illi sunt extimi, vt sanus simpliciter ineſt bonæ constructioni simpliciter. Oportet autem definitiones fieri ex rebus, quæ sunt notiores simpliciter, & illæ sunt res, quę continent ambas res simul, quarum una est, ꝙ sint res priores definito in essendo, & altera ꝙ sint notiores apud nos, per definitiones enim intenditur notio rei in eo ꝙ quid sit, & non p quāuis rem, quę contingerit, sed per res, quibus est illius constitutio, & quidditas, sicut est dispositio demonstrationum simpliciter, demōstrationes enim simpliciter sunt definitiones in potentia, prout in hb. Posteriorū Analyticorum dictum est. Componuntur autem definitiones ex generibus, & differentijs, quia differentia & genus sunt duę res priores specie definita, & illis est ipsius constitutio, res autē, quibus est rei constitutio sunt vnę ſm se, ex quo illis est essentia rei vna. Si autem definitiones componerentur ex rebus notioribus apud nos tantum, quæ sunt res posteriores, possibile esset, ꝙ rei essent multę definitiones, ac etiam possibile esset, ꝙ definitio rei apud aliquos viros esset alia, q̄s sit illius definitio apud alios. res enim, quæ sunt apud nos notiores, nō sunt notiores apud alios, immo possibile esset ꝙ definitio vnius eiusdem rei apud vnum eundem virum quibusdam animis sit alia à seipsa animis alijs: res enim notæ ætate iuuētutis sunt aliæ à notis ætate senectutis, exempli Locus in Arist. 17. & 18. vsq; ad 28.

exempli gratia, quia sensata sunt notiora apud pueros, sensata autem cōiora sunt notiora apud senes. Nec debet nos latere hic, quod dictum est in lib. Posteriorum Analyticorum, ꝙ hæc species definitionum quæratur de rebus compositis, de simplicibus vero, quæ sunt causæ rerum compositarum, hoc est impossibile. Sic ergo hæc deprauatio definitionum contingit definitionibus rerum compositarum. Et hic quidem locus partitur in tria loca, sicut partiuntur res, quæ non sunt priores re. Quorum vnus est, ꝙ sumātur in definitione rerum res posteriores illis, vt qui definiens hominē, ꝙ sit qui adipiscitur facultates & artes, connectēdo ſm ipsius artes adinuicem. Secūdus autem est, ꝙ definiat rem per res, quæ & ipsæ & ipsa sunt simul natura, vt qui definiens oppositum per oppositum ipsius, vt qui definiret malum, ꝙ sit res, quæ non est bona. Et expedit, ꝙ in hoc loco excipiantur ab oppositis ipsa relatiua, q̄n inter opposita impossibile est ꝙ ipsa definiantur, nisi capiantur alterutra in alterutris. Et de hoc loco est, ꝙ sumamus in disiunctione speciei partem diuidentem ipsam, vt qui definiret parem per ipsum superaddere vltra imparem vnitatem, & de hoc etiam est, ꝙ illa definitione sumamus seipsam, qui notus est in petitione principij, & hic quidem fit, q̄n vtimur rebus, quarum vis est vna, vt enim vna eadem re repetita per vnam eandem dictionem nō præsumeret sophista, hæc autem nomina, quędam continent significata quorundam ipsorum, aut sicut res cōtinet suas causas, & totum suas partes, aut eo modo, quo pars cōtinet ipsius totum. Exemplum itaq; vtendi rebus, quarum vis est vna, ex parte qua vna res continet suas causas, est oratio illius qui definiret Solem, ꝙ sit astrū Lucens de die: qui enim nesciret Solem nesciret diem, est enim dies ortus Solis supra terram: sicꝫ dicit nomen includit Solem, qui est ipsius causa notior ipso, qui itaq; sciret Solem per diem, est ac si sciret rem per seipsam, quatenus dies scitur per Solem. Exemplum autem contrarij totum in noie partis est, vt qui definiret parem per esse numerum, qui partit in duo, quia duo sunt quędam species paris, & includit significata paritatis, & est ac si definiret paritatem per esse numerum, qui partitur per parem. Et similiter qui definiuit vnum per esse principium numeri, numerus enim non est aliqua res, nisi vnitatum congregatio, & est ac si dixisset, ꝙ vnum sit principium multitudinis congregatę ex vnitatibus. Et hęc quidem loca contingunt, q̄n id, quod non est prius in essendo, est prius ſm cognitionem. Et hęc tria loca sunt sumpta, ex quo definitio non fiat ex rebus, quæ sunt notiores & priores, & iam diximus, ꝙ aliquo modo subintrant prauitatem definitionum, & subintrant ꝙ definitum non definatur, & non protulit per quid res sit: qui enim definunt ex rebus posterioribus, protulit per proprium; quando autem res prædicatur ſm ꝙ sit proprium, non est definitio.

Et expedit scire, ꝙ loca, quæ capiuntur qua definitio non sit definitio, quædam sunt loca sumpta ex quo genus nō sit genus, nō ex parte qua sit genus simpliciter, quia loca generis iam præpolita sunt, sed ex parte qua sit genum sumptum in definitione, & quædam sunt loca sumpta ex differentijs, & quædam sunt loca sumpta ex definitionibus ſm se totas, & hæc quidem sunt loca sumpta in definitionibus alicuius decem Prædicamentorum, & quædam sunt loca sumpta in singulis decem prædicamentis, & quædam sunt loca sumpta in priuationis definitione, & quædam sunt loca sumpta ſm circunstantiam definitionis rerum compositarū, & quædam sunt loca cōia ſm circunstantiā oium prædicamentorum, & quædam sunt loca sumpta secundum circunstantiam definitionum rerum, quę significantur nominibus compositis. Et nos dinumerabimus hæc loca ſm hunc ordinem & hāc partitionem: hoc enim fecit Themistius & ante ipsum fecerat Theophrastus, & si secundum hoc differat doctrina Arist. iuxta eius seriem: hoc enim putatur artificialior & magis constans cōmemoratione & adeptione, & incipiemus à locis sumptis ex genere. Primus locus est, ꝙ non enuncietur genus in definitione, & non ponamus ipsum primo, vt qui definiret corpus, ꝙ sit, cuius sunt tres dimensiones, aut hominem, qui bene ratiocinatur, in vtrisq; enim definitionibus deest primo genus, & hoc est, quod sumit in definitione corporis subiectum trium dimensionum, sicut i hominis definitione, qui denominatur ꝙ sit, qui bene ratiocinatur: patet autem, ꝙ fallacia, quæ fit ſm circunstantiā ordinis gnīs, sit alia à fallacia, quæ fit ſm circunstantiam generis in se. Secundus autē locus est, ꝙ non proferat proximum genus in definitione, sed genus rei remotum, vt qui definiuit tristitiam ꝙ sit habitus lacies coęquationem, aut largiens veritatem, in hac enim definitione completur genus remotum, quod est ipse habitus, qui est species quædam de speciebus qualitatis, nō genus proximum, quod est ipsa virtus: notū autem est, ꝙ definitio, quæ est huiusmodi, est imperfecta, q̄n enim non profertur proximum genus, non dirigitur ad quidditatem rei, quæ est ipsum genus proximum, sed q̄n proferatur genus proximum, tam prolatū est genus remotum, immo & omnia genera, quæ sunt super illo, sicꝫ expedit illi, qui definiturus est, primo proferre genus proximum, aut ferat differentiam remoti generis, seu differentias remotorum generum, si inter genus remotum, quod protulerit in definitione, & genus proximum, fuerint plura ij vnum genus. exempli gratia, qui sumit i hominis definitione ipsum corpus, oportet eum dicere corpus nutribile sensitiuum, nam istæ duæ differentiæ starent vice ipsius animalis, quod est genus proximum. Notum autem est, ꝙ fallacia, quæ fit ob generis remotionem, aut ipsius propinquitatem, aut ordinem, est alia à fallacia, quæ fit ob genus simpliciter: & ideo hęc fallacia non subintrat loca generis simpliciter, vt ait Theophrastus, & contradicit Aristo. de repetitione locorum hic. Tertius locus est, ꝙ non proferatur i definitione genus rei proportionalis essentialis: & de hac re scrutatur hic quo ad generis dispositionem in locis, quorum scrutinium præmissum est de ipso genere: hæc vero perscrutatio est, ac si sit propria huic loco: fallacia enim, ꝙ illud sit non proportionale, est alia à fallacia, ꝙ non sit genus.

De locis, quæ sumuntur à differentijs definitionem constituentibus. Cap. II.

1ª Loc⁹ Declaratio.

RVrsum in differentijs similiter considerandum, si et differentias dixit generis. Nam, si rei nō specialibus definiuit differentijs, aut si etiam omnino aliquid huiusmodi dixit, quod nullius contingit differentiam esse (vt animal, aut substātiam) manifestum quoniam non definiuit: nullius enim differentiæ, quæ dicta sunt. Videndum autem & si est aliquid quod ē diuerso diuidit dictæ differentiæ. Nam, si non est, perspicuū quoniam non erit quæ dicta est generis differentia: nam omne genus ns. quæ ediuerso diuiduntur, differentijs diuiditur: ut animal gressibili & volatili. & aquatili, & bipedi.

2º. Locus Declaratio.

Aut si est quidem ediuerso diuisa differentia, nō verificatur autem de genere. Nam si

non,manifestum qm̃ neutra erit generis differentia:omnes.n.quę è diuerso diuiduntur differentiæ,verificantur de proprio genere.

31. Locus. Declaratio. Similiter autem,& si verificatur quidem, at non facit apposita generi,speciem. Nã manifestum, ꝙ non erit hæc specifica differẽtia generis,nam omnis specifica differẽtia cum genere speciem facit: si autẽ hæc non est differentia,nec quæ dicta est: quia hæc è diuerso diuiditur. Amplius,si negatione diuidat

32. Locus. Declaratio. genus. Vt qui lineam definiunt,longitudinem sine latitudine esse: nã nihil aliud significat,sine latitudine, ꝯ ꝙ non habet latitudinem:accidet igitur genus participare spẽm. nam omnis longitudo sine latitudine,aut latitudinem habens est: quia de omni affirmatio,vel negatio vera fit: quare genus lineæ, cùm longitudo sit,sine latitudine, aut latitudinem habens erit:at longitudo sine latitudine speciei est ratio: similiter autem & longitudo latitudinem habens: nam sine latitudine,& latitudinem habens,differẽtiæ sunt: ex differentia autẽ & genere est speciei oratio: quare genus suscipiet speciei orationẽ, similiter autem & differentiæ, eo quòd altera dictarum differentiarũ ex necessitate prędicatur de genere. Est autẽ dictus locus vtilis ad eos,qui ponunt ideas esse: nam si non est ipsa longitudo,quodam modo prædicabitur de genere quod latitudinẽ habet, aut sine latitudine est: oportet enim de omni lõgitudine alterum eorum verificari, si quidẽ de genere verificari debeat: hoc autem non accidit.sunt autem & sine latitudine, & latitudinem habentes longitudines, quare ad illos solos vtilis hic locus,quicunque genus vnum numero dicunt esse: hoc autẽ faciunt qui ideas ponunt. nam ipsam longitudinẽ, & ipsum animal,genus dicunt esse. Fortasse autem in quibusdam etiam necessarium est negatione vti definientem, vt in priuationibus:nam cæcum est, quod nõ habet visum, quando natum est habere. Differt autem nihil negatione diuidere genus,aut huiusmodi affirmatione, quam negationem necesse est è diuerso diuidi vt si longitudinem, habens latitudinem definiuit,eam habente latitudinem e diuerso diuiditur,nõ habens latitudinem,neq; aliud quicq̃: quare negatio

33. locus Declaratio. ne rursum diuiditur genus. Rursum,si speciem,vt differentiam assignauit. Vt qui contractum,iniuriam cum irritione definiuit: nã irritio iniuria quædam est, quare non differentia,sed species est irritio. Amplius,si genus vt dřiam dixit. Vt virtutẽ habitum bo-

34. locus. Declaratio. num,vel studiosum:nam bonum est genus virtutis. An non genus est bonum, sed differentia:si quidem verum est ꝙ non contingat idem in duobus generibus esse non continentibus seinuicem(nam neq; bonũ continet habitum,neq; habitus bonum: nõ.n.oĩs habitus bonus,neq; omne bonum habitus) non erunt profecto genera ambo. si igit̃ habitus genus est virtutis, perspicuum bonũ non genus,sed magis differentiam esse. Amplius,habitus quidem quid est virtus significat:bonum autem nõ quid est, sed quale qd est: videtur autem differentia quale quid significare. Videndum autem, & si non quale quid,sed ipsum qd significat assignata differentia. nã videtur quale quid oĩs differentia significare. Considerãdum autẽ,& si secundum accidens ineſt definito differentia. Nam nulla differentia est eorum,quæ ſm accidens insunt,sicut neq; genus: non.n.contingit differentiam inesse alicui,et nõ inesse. Amplius,si prędicatur de genere differẽtia, vel species,aut inferiorum aliquid spẽi,non erit definiens. Nam nullum eorum,quæ dicta sunt,contingit de genere prędicari, eo ꝙ genus de ꝯ plurimis oĩum dicit. Rursum,si prædicatur genus de differentia. nam non de differentia,sed de quibus differentia, genus videtur prędicari:vt animal de homine, & boue,& de alĩs gressibilibus aĩalibus, nõ autem de ea differẽtia,quæ de specie dicitur: nam si de vnaquaq; differentiarum aĩal prædicabitur,multa animalia de specie prædicabuntur:nam differentiæ de specie prædicantur. Amplius,differẽtiæ omnes,aut species, aut indiuidua erũt,siquidem sunt animalia: nam vnũquodq; animalium aut species, aut indiuiduum est. Similiter autem inspiciendum,et si species,aut inferiorũ spẽi aliquod, de dřia prædicat. Impossibile.n.eo ꝙ de pluribus differentia,ꝯ species dicitur. Item accidet dřiam spẽm esse,siquidem prædicabitur de ea aliqua specierum: nam, si de dřia prędicatur homo, manifestum qm̃ differentia est homo. Rursum, si non prior est differentia specie. nam genere quidẽ posterior est,specie autem priorem differẽtiam esse oportet. Considerãdum autem, & si alterius generis est dicta dřia,neq; contenti, neq; continentis. Nam non videtur eadẽ differentia duorum generum esse non continẽtium seinuicem:si autem non,accidet et speciem eãdem in duobus generibus esse non cõtinentibus seinuicem;infert.n.vnaquæq; differẽtiarum proprium genus, vt gressibile, & bipes aĩal

35. locus. declaratio.

36. locus. declaratio.

37. Locus. Declarat.

38 locus. declaratio.

39. Locus. declaratio.

40. Locus. declaratio.

41. locus. Declaratio.

Dubitatio.

42. locus. declaratio.

43. locus. declaratio.

44. locus. declaratio.

conferunt:quare,si de quo differẽtia & generum vtrunq;,manifestum vtique qm̃ spẽs in duobus erat generibus non continentibus seinuicẽ. An non impossibile eandem differentiam duorum generũ esse non continentium seinuicem,sed addendum neque vtroq; sub eodem existente. nam gressibile animal,& volatile animal,genera sunt non continentia seinuicem,et vtriusq; eorum est bipes differentia:quare addendum est, neq; sub eodem,vtroq; existente: nam hęc ambo sub animali sunt.manifestum etiã quoniam non necesse est differentiam omnem, proprium genus inferre,eo ꝙ contingit eãdem duorum generum esse non continentium seinuicem: sed alterum tantum necesse est inferre,& superiora omnia:vt bipes, gressibile,vel volatile infert animal. Videndum autem & si in aliquo differẽtiam assignauit substantiæ.Nam videtur differre substantia à substantia in eo quod alicubi est, quare & eos,q gressibili,& aquatili diuidunt animal, increpant,tanq̃ gressibile & aquatile alicubi significet. An in ijs quidem nõ recte increpant: non enim in aliquo,neq; alicubi significhat aquatile,et terrestre,sed quale quid: nam & si in sicco sit,similiter aquatile, similiter autem & terrestre,et si in humido sit,similiter terrestre, sed non aquatile erit: attamen si qñq; significat in aliquo differentia, manifestum quoniam peccabit. Rursum,si affectum,differentiam assignauit. Nam oĩs affectus cùm magis sit,detrahit à substantia: differentia autem non huiusmodi est: nam magis videtur saluare differẽtia id, cuius est differentia:& simpliciter impossibile est singulum quodq; esse sine propria differentia: nam,cũ non est gressibile,non erit homo:et (vt simpliciter dicamus)secundũ quæcunq; alteratur habens,nihil eorum differentia illius est.nam oĩa huiusmodi cũ magis sunt, detrahunt à substantia:quare si aliquam huiusmodi differentiam quispiam assignauit, peccauit: simpliciter enim nõ alteramur ſm differentias. Et si alicuius eorum, quæ sunt ad aliquid, non aliud quid differentiam assignauit. Nam eorum,que sunt ad aliquid,& differẽtię ad aliquid:vt & in disciplina,contemplatiua enim,& actiua,& effectiua dicit: vnumquodq; autem horum ad aliquid significat:contẽplatiua enim alicuius,& actiua alicuius,& effectiua alicuius. Considerandum aũt & si ad quod natum est vnumquodq; eorum quæ sunt ad aliquid,assignauit definiens .Nam in quibusdam quidem ad quod,natum est singulum quodq; eorũ, quæ sunt ad aliquid,solum est vti, ad aliud autem nihil,vt visu ad videndum solum:quibusdam autem & ad aliquid aliud, vt dolio sanè hauriat aliquis, attamẽ si quis deminuit dolium,instrumentum ad hauriendum,peccauit,non enim ad hoc natum est: terminus autem est,ad quod natum est, ad quod sanè vtitur prudens qua prudẽs,& quę circa singulum quodq; propria est disciplina. Amplius,si non primum assignauit,qñ contingit,ad plura dictum esse. Vt prudentiam virtutem hominis,aut animæ: & non rationalis:primum enim rationalis virtus prudentia:nam ſm hoc & anima & homo dicit prudens. Amplius,si non susceptiuum est cuius cuius dicit affectus,vel dispositio,vel quoduis aliud,peccauit. Nam omnis dispositio, vel affectus illo natus est fieri, cuius est dispositio,vel affectus:vt & scientia in anima, dispositio existens animæ. Aliqñ autẽ peccant in talibus, vt quicunq; dicunt ꝙ somnus est impotẽtia sensus,& dubitatio equalitas contrariarum ratiocinationum,& dolor separatio naturalium partium cum violentia:nam neq; somnus ineſt sensui, oporteret autem inesse, si impotentia sensus est. Similiter autem neq; dubitatio contrarijs ratiocinationibus iciit,neq; dolor naturalibus partibus;dolebũt enim inanimata, si dolor eis ineſt. Talis autem & sanitatis definitio. siquidem commensuratio calidorum,& frigidorum est,necesse est enim sana esse,calida & frigida: nam cuiusq; commensuratio illis ineſt,quorum est commensuratio: quare sanitas merit vtiq; ipsis. Item id quod fit, in effectiuum, aut e conuerso, accidit ponere,sic definientibus: non enim est dolor separatio naturalium partium, sed effectiuum doloris,nec somnus impotentia sensus, sed effectiuum alterum alterius: aut enim propter impotentiam dormimus, aut propter somnum impotẽtes sumus.Similiter autem & dubitationis videbitur effectiuũ esse, contrariarum æqualitas ratiocinationum: quandocunq; enim ad vtraq; ratiocinantibus nobis similiter videntur omnia ſm vtrũq; fieri, dubitabimus vtrum agamus. Amplius, secundum tempora omnia, considerandum sicubi dissonet:vt si imortale definiuit, animal nunc incorruptibile esse.Nam nunc incorruptibile animal,nunc immortale erit.

An in hoc quidem non accidit; nam anceps secundum amphiboliam est ;nũc incorruptibile eẽ:aut enim qm̃ non corrumpitur

45. locus. declaratio.

46. locus. declaratio.

47. locus. declaratio.

Finis,

Dubitatio. nunc, significat, aut qm̃ non possibile corrumpi nunc, aut qm̃ huiusmodi est nunc, vt nunc̃ possit corrumpi: qñ igitur dicimus, ꝙ incorruptibile nunc est animal, non hoc dicimus, ꝙ nunc tale est animal, sed vt nunc̃ possit corrumpi: hoc autẽ immortali idem erat, quare non accidit, nunc idem immortale esse. Sed tamen sicubi accidit quod ſm definitionem quidem assignatum est inesse nunc vel prius, quod vero ſm nomen non

60 locus. declarato. inest, non erit idem: vtẽdum ergo hoc loco, quemadmodum dictum est. Inspiciendum autem & si ſm aliud quippiam magis dicit quod definitur, c̃ꝫ ſm assignatam orationẽ. Vt si iustitia potestas æqui distributiua est: iustus enim magis est qui eligit æquũ distribuere, eo, qui potest: quare non erit iustitia potestas æqui distributiua: nam & iustus eẽt maxime, qui posset æquũ distribuere. Amplius, si res quidem suscipit magis, quod aũt ſm orationem assignatur non suscipit, aut contra, quod ſm orationem ei assignatur suscipit, res autem non. Oportet.n. aut vtraq; suscipere, aut neutrũ: siquidem est rei quod

61 locus. declaratio. ſm orationem assignatur. Amplius, si suscipiunt vtraq; quidẽ magis, non simul autem vtraq; augmentum sumunt. Vt si amor concupiscentia conuentionis est: nã magis concupiscit conuentionem: quare non simul

62 locus. declaratio. vtraq; suscipiũt magis: at oporteret, si idem essent. Amplius, si duobus quibusdã propositis, de quo res magis dicitur, id quod est ſm orationem minus dicitur. Vt si ignis est corpus subtilissimũ, ignis enim magis flamma c̃ꝫ lux, corpus autem subtilissimum mi-

63 locus. Declaratio. nus flamma c̃ꝫ lux: oportet autem vtraq; magis inesse eidem, si quidem eadẽ sint. Rursum, si hoc quidẽ similiter vtriq; inest propositis, aliud autem non similiter utriq;, sed

64 locus declaratio. alteri magis. Amplius, si ad duo definitionem assignauerit ſm vtrunq;. Vt bonum, quod per visum, aut per auditum delectabile, & ens, quod possibile est pati, aut facere: simul enim idem & bonum, & non bonum est: similiter autem & ens, & non ens: nã per auditum delectabile, idem bono erit; quare quod non delectabile est per auditum, non bono idem: nam eidem & opposita eadem erunt: opponitur autem bono quidem non bonum, per auditum autem delectabili, per auditum nõ delectabile: manifestum igitur, quoniam idem non delectabile per auditũ, nõ bono: si igitur aliquid est per visum quidem delectabile, per auditum autem non, & bonum, & non bonum erit: similiter autem ostendemus quoniam idem ens, & non ens est. Amplius, & generibus, & differentijs, & alijs omnibus, quæ in definitionibus sunt assignatis, eis, qui orationes pro nominibus faciunt, considerandum, si quic̃ꝫ dissonet.

55 locus. declarato. Si autem sit ad aliquid quod definitur, aut per se, aut ſm genus: considerandum si non dictum est in definitione ad quod dicit, aut ſm ipsum, aut ſm genus. Vt si scientiam definiuit opinionem indissuasibilem, aut etiam voluntatem, appetitum sine tristitia: omnis enim eius, quod est ad aliquid, substantia ad alterum, eo ꝙ idem sit vnicuiq; eorum quæ sunt ad aliquid esse, idipsum quod est ad aliquid quodãmodo se habere: oportebat igit scientiam dicere opinionẽ scibilis, & voluntatem appetitum boni. Similiter autem & si grammaticen definiuit scic̃tiam literarum: oportebat enim aut ad quod ipsum dicitur, aut ad quod forte genus dicit, i definitione assignari. Aut si cum quippiam ad aliquid dicitur, nõ assignauit ad finem. Finis autem in vnoquoq; est quod optimum est, aut cuius gratia alia sunt: dicendum igitur aut optimum aut vltimum, vt concupiscentiã non delectabilis, sed delectationis: nam propter hanc, & delectabile eligimus. Considerandum & si generatio est ad quod assignauit, vel actus. Nihil enim talium finis: nam magis quod est egisse, & generasse finis, c̃ꝫ fieri & agere. An non in omnibus verum huiusmodi: pene enĩ plurimi delectari magis volunt, c̃ꝫ desijsse delectari: quare agere magis finem quis statuat, c̃ꝫ egisse. Rursum, in quibusdam si non determinauit quanti, vel qualis, vel vbi, vel ſm alias differentias. Vt ambitiosus, & qualis: & quanti appetens est honoris: nam omnes appetunt honorem: quare nõ sufficit ambitiosum dicere, ꝙ appetet honorẽ, sed addere oportet dictas dñias. silr autem & auarus quantas appetit; pecunias, aut intemperans, circa quales voluptates: non enim qui à qualibet voluptate tenetur, intemperans dicitur, sed qui ab aliqua. Aut rursum qui definiuit noctem, vmbram terræ, aut succussionem, motum terræ, aut nubem, denlitatem aeris, aut ventũ, motum aeris: addendum enim quãti, et qualis, vbi, & à quo. Similiter autem & in ceteris huiusmodi: nam omittens differentiam quãlibet, non dicit quid est esse: oportet autem semp ad id quo indiget, argumentari: non enim quolibet mõ terra mota, neq; quantacunq; succesſio erit: similiter autẽ neq; aere quolibet modo, neq; quantocunq; modo, ventus erit.

57 locus. declaratio.

58 locus. declaratio.

Dubitatio.

59 locus. declaratio.

60 locus. declaratio.

60 Locus. Declarato. **erit.** Amplius, in appetitibus, si non apponitur qd apparet, & in quibuslibet alijs congruit. Vt qm̃ voluntas appetitus boni, concupiscentia autem appetitus delectationis, sed non apparentis boni, vel delectationis: plerũq;.n. latet appetentes, quoniam bonũ, aut delectabile est, quare non necessariũ bonum, vel delectabile esse, sed apparens solũ: oportebat ergo sic & assignationem facere.

61 Locus. Declarato. Si autem & assignauit quod dictum est, in ipsas species ducẽdum eum, qui ponit ideas esse. Non.n. est idea illius apparentis, ipsa autem species ad ipsam speciem videtur dici, vt ipsa concupiscentia ipsius delectationis, & ipsa voluntas ipsius boni. Apparẽtis igit boni non erit ipsa voluntas, neq; apparentis delectationis ipsa cõcupiscentia: absurdum enim est esse ipsum apparens bonum, vel de

62 Locus. Declarato. lectabile. Amplius, si sit quidem habitus definitio, considerandum in habente, si quidẽ habentis, in habitu: similiter autem, & in ceteris talibus. Vt si delectatio est iuuantia, &

63 Locus. Declarato. delectabile iuuabile. Vniuersaliter autẽ dicendo in huiusmodi definitionibus quodã modo, vno plura accidit eum qui definit definire. Nam qui sciam definiuit, quodãmodo & ignorantiam definiuit: similiter autẽ, & scium & insciũ, & scire & ignorare: nã, primo dilucido facto, & reliqua quodãmodo dilucida fiunt. Inspiciendum igitur in oĩbus talibus, ne quicquã dissonet, vtendo elementis ex contrarijs, & cõiugatis. Amplius, in his, quæ ad aliquid sunt, cõsiderandum si ad quod genⁿ assignatur, & species ad illud

64 Locus. Declarato. quoddam assignatur. Vt si opinio ad opinatum, & quædam opinio ad quoddam opinatũ: & si multiplex ad submultiplex, et quoddam multiplex ad quoddam submultiplex: si autem non sic assignatur, manifestum qm̃

65 Locus. Declarato. peccatur. Videndum autem, & si oppositio opposita definitio. Vt si dimidij ea sit, quæ opposita est ei, quę est duplicis: nã, si duplex est quod in æquali superat dimidiũ, & dimidium, quod in æquali superatur. In cõtrarijs autem silr. Nam cõtraria contrarij oño erit,

66 Locus. Declarato. ſm vnam quandam cõplexionem cõtrariorum: vt si adiutiuum quidẽ effectiuum boni est, nociuum effectiuũ malr, aut corruptiuũ boni: alterum.n. horũ necessarium est cõtrarium esse ei, quod ex principio dictum est: si igitur neutrũ cõtrarium est ei, quod ex principio dictũ est, manifestũ qm̃ neutra erit earum (quæ posterius assignatę) contrarij oño, quare neq; quæ ex principio assignata est definitio recte assignata est. Qm̃ autẽ quędam contrariorum priuatione alterius dicuntur. vt inæqualitas priuatio æqualitatis videtur esse. inæqualia enim quæ non æqualia sunt dicũtur: perspicuum, quoniam quod secundum priuationem quidem dicitur contrarium, necessarium est definire per alterum: reliquum vero nõ iam oportet, per id quod secundum priuationem dicitur. non.n. accidit alterutrum per alterutrũ cognosci. considerandum igitur in contrarijs hmõi peccatum. Vt si quis definiuit æqualitatem, cõtrarium inæqualitati: nã p hoc, quod ſm priuationem dr, definiuit. Amplius, sic debnien

67 locus. Declarato. tem necesse est eo, quod definitur vti. Patet autem hoc, si accipiatur pro noie oño: nã, qa nil refert dicere inæqualitatẽ priuationem æqualitatis, erit æqualitas contrarium priua

68 locus. Declarato. tioni æqualitatis, quare eodẽ erit vsus. Si autem neutrum contrariorum ſm priuationẽ dicatur, assignetur autem oratio silr, vt bonum contrarium malo, manifestum, qm̃ malum contrarium bono erit, nã sic contrariorum silr oratio assignanda: quare rursum eo quod definit accidit vti: ineſt.n. in mali oratione bonũ, quocirca qm̃ bonũ est malo cõtrarium: malũ autem nihil differt, vel quod est bono contrariũ, erit bonũ cõtrariũ, boni contrario: perspicuũ igitur qm̃ eodem vsus

69 locus. Declarato. est. Amplius, si quod ſm priuationẽ dr assignans, non assignauit cuius est priuatio. Vt

70 locus. Declarato. habitus, aut contrarij, aut cuiuscunq; est priuatio. Et si non in quo natum est fieri addidit, vel simpliciter, vel in quo primo natum est fieri. Vt si ignorantiam dicens priuationem, non sciæ priuationẽ dixit, aut si nõ addidit in quo natũ est fieri, aut addens non in quo primo assignauit, vt qd non in rõnali, sed in hoie, vel in aia: nã, si quodlibet horũ omittat, peccauit. Silr autem, & si cæcitatem non visus priuationem in oculo dixit: oportet autem bene assignantẽ quid est, & cuius est priuatio assignare, et quidnã est quod priuatum est. Videndũ autem, & si nõ ſm priuationem dictum, priuatione definiuit. Vt

71 locus. Declarato. & in ignorantia videbit esse hmõi peccatũ iis, qui non ſm negationem ignorantiam dicunt: nam quod non habet scientiam, nõ videtur ignorare, sed magis quod deceptũ est, propter quod neq; inanimata, neq; pueros dicimus ignorare: quare non secundum priuationem scientiæ ignorantia dicitur. Amplius, si similibus nominis casibus similes orationis casus captant. Vt si adiutiuũ est effectiuũ sanitatis, adiutiua ẽ sanitatis effectiua, & adiuuans efficiens sanitatem. Considerandum

72 locus. Declaratio.

randum & in idea, si aptabitur dictus terminus. Nam in quibusdã nõ accidit: vt quemadmodũ Plato definiuit, mortale addens in aïalium definitionibus. idea.n. non erit mortalis, vt ipse hõ: quare non aptabit ad ideam definitio. Simpliciter autem in quibus apponitur effectiuum, aut passiuum, necesse est dissonare in idea terminum: nam impassibiles, & immobiles vident esse ideæ ijs, qui dicunt ideas esse: aduersum hos autem, & tales orationes vtiles sunt. Amplius, si eorum, quæ ſm æquiuocationẽ dicuntur, vnã definitionem omnium cõmunem assignauit. Vniuoca enim, quorum vna est ſm nomen oratio: quare nullius eorũ, quæ sub nomine sunt, assignatus est terminus, eo q̃ similiter ad omne æquiuocũ adaptatur. Passus autẽ hoc est & Dionysii vitæ terminus: siquidem ea motus est generi nutriendi naturaliter inseruiens: nihil.n. hoc magis animalibus q̃ plantis inest: vita autem non secundum vnam speciem videtur dici, sed altera quidem animalibus, altera plantis inest: contingit igitur & ſm electionem sic assignare terminum, ac si vniuoca & ſm vnam speciem omnis vita diceretur. Nihil autem prohibet et eum, qui conspicit æquiuocationem, & alterius vult definitionem assignare: latere non propriam, sed cõem vtrisque orationẽ assignare. sed nihil minus si vtro uis modo fecerit, peccauit. Postq̃ aũt quædam latent æquiuocorum, interrogãti quidem vt vniuocis vtendum. Nam non adaptabitur alterius terminus ad alterum: quare videbitur non distinguẽdum hoc pacto, oportet enim i omne, vniuocum adaptari: eidem autem respondenti, distinguendum est. Quoniam autem quidam respondentium vniuocum quidem dicunt esse æquiuocum, quando non accommodatur ad omne assignata oratio: æquiuocum aũt vniuocũ, etiam si ad vtrunq; accommodetur: præconfessione vtendum pro talibus, aut præcolligendum, q̃ æquiuocum, vel vniuocum, aut vtrunq; fuerit. Magis enim cõcedunt non præuidentes, quod futurum est vt accidat.

Si autem non facta confessione dixerit aliquis vniuocum æquiuocum esse, eo q̃ non accommodatur, & in hoc assignata oratio: considerandũ si huius oratio accõmodatur & ad reliqua. Nã manifestum, qm̃ vniuocũ erit reliquis: si aũt non, plures erunt definitiones reliquis: nam quæ ſm nomen orationes accommodabuntur ad eandem, quæ prior assignata est, & quæ posterior. Rursum, si quis definiens aliquid eorũ quę multipliciter dicuntur, & oratio non accõmodatur ad omnia, & quia æquiuocum esse non concedat, nomen etiam dicat non ad oĩa accõmodari, qm̃ nec oratio, dicendum ad eiusmodi, q̃ notiatione quidem oportet vti quæ tradita est, & q̃ sequitur, & nõ dimouere quę talia sunt, tametsi nonnulla dicenda nõ sint similiter multitudini.

1. locus. declarans.

De locis sumptis ex Differentijs. Cap. II.

1. locus. Declaratio.

LOcorum vero sumptorum ex differẽtijs habent quatuor bases. Quarũ vna est, q̃ differentia prædicetur in eo q̃ qualis res sit. Secunda, q̃ differentiæ sit vnum aut pluſquam vnum oppositum, quibus genus diuidatur prima diuisione, prout diuiditur aïal in progressiuum, volatile, & natans, & vnumquodq; illorum quando connectitur generi, cõstituit speciem. de conditionibus autem oppositi ipsius differentię est, q̃ non sit oppositum negatiue sensibiliter, qñ enim negatio connectitur generi non cõstituit speciem: nisi negatio sit virtutis priuationis. Tertia autẽ est, q̃ differẽtia non sit his, quæ sunt per accidens, prout est qui definiret equum, q̃ sit animal currens: quando itaq; considerãtur significata horum trium locorum comperiunt reliqua loca dĩæ, quæ retulit, reducibilia ad hæc illa.

Locus in Anſlo. 18. 19. 20. 21. & 22.

Quorum primus locus est, q̃ sumantur species pro differentia, vt qui definiret contentũ, q̃ sit maledictio cũ spretu: spretus. n. est quædam spẽs maledictionis.

Locus primus, qui in Arist. ca. 11

Et secundus ipsorum locus est, q̃ sumatur genus pro differentia, vt qui definiret sonum, q̃ sit aer cum percussione: percussio enim est soni genus: sophisma autẽ huius loci & præcedentis est, quia in illis differẽtia non prædicaretur in eo q̃ qualis res sit.

Locus 2. secundus. q. 2. 10.

Et ipsorum est tertius locus, s. q̃ differentia prędicet vt genus. Et huius loci sophisma est, quia genus prædicatur de pluribus q̃ prædicetur differentia: differentia itaq; iterum non prædicaretur in eo q̃ qualis res sit.

Locus 3. tertius. q. 2. 10.

2. locus. declarans.

Et ipsorum est quartus locus, q̃ consideremus, si genus prædicetur de differentia, non est differẽtia: genus enim prædicatur de quibus prædicantur differẽtiæ, & non est differentia: quare ipsum & differentia sunt ipsa species. v.g. quia aïal prædicatur de homine & boue & reliquis aïalibus, & non prædicatur de illorum differentijs, ex quo illas significaret nõe non denotatiuo: non enim est verũ dicere, q̃ rationalitas sit aïal, quia si aïal prædicaretur de singulis differentijs, ipsæ eædem species prędicarentur de ipsissimet speciebus, aut essent aïa animalia q̃ illa animalia, in quæ diuidit ipsum animal, quæ prædicarentur de speciebus animalis, ex quo genus prædicatur de ipsis speciebus.

Locus quartus. q. 2. 27. & 28.

Et de illis est quintus locus, s. q̃ species, aut aliqua res, quæ subest speciei prędicetur de differentia: differentia enim aut prędicatur de pluribus q̃ prędicetur species, aut illi æqualis: si autem sit vniuersalior non prædicatur de illa, & si sit æqualis, oportet, q̃ differentia sit species. Et huius loci corruptela est, quia differentia sumeretur ab eo quod est accidentaliter.

Locus quintus, q. 2. 29.

Et de illis est sextus locus, q̃ differentia non sit exiẽs â genere. Et huius quidem significatum est, q̃ sit vna generis differẽtia nota in cõttate generis, cuius sumpta est differentia: hoc autem fit, qñ duo genera, in quibus inuentur ipsa differentia, non ascendunt in vnum idem prædicamentum, quoniam non esset impossibile esse vnam differẽtiam duorum generum, quoꝝ vnum ambiat alterum, sed ascẽdunt in vnum genus, vt bipes, quæ

Locus sextus, q. 2. 41.

quæ est differẽtia progressiui, & volatilis, quę sunt duo genera, quorum vnum non cõtinet alterum, sed ambo sunt sub vno genere, quod est ipsum animal.

Locus 7. q 2 41.

Et de illis est septimus locus, s. q̃ complemẽtum differentiæ substantiæ sit de illis, quę dicuntur in subiecto quod est ipsum accidens, vt qui sumeret differẽtias specierum animalis & speciem tẽporis & loci, & si verum sit de quibusdam speciebus substantiarum q̃ in sua definitione sumantur differentiæ accidentales: hoc autem fit, quando fuerint nimis propinquæ suis ueris differẽtijs, & significent illas, & fiant vice illarum, quando veræ differentiæ nõ patent de illis, vt quum definitione aïalis vtitur, q̃ quoddam sit terrestre, et quoddam aquaticũ: talia. n. accẽtia cõstituuntur per suas veras dĩas. de hoc autem iam dictũ est in lib. Posteriorꝝ analyticorũ.

Locus. 8. q est. 41.

Et de illis est octauus locus, s. q̃ passio sumatur pro differentia, vt qui definiret hominem q̃ sit animal erubescens: affectus enim quãdo intenditur educit rem ab eius essentia: differentiæ autem conditionis est conseruare speciem, non q̃ per ipsam reddatur varia & transferatur eius natura, prout accidit de ipso sensu.

Locus. 9. q est. 40.

Nonus locus est, q̃ differentia non sit prior specie, expedit enim differentiam esse posteriorem genore, & priorem specie.

Locus. 10. q est. 44.

Decimus locus est, q̃ differentia relationis non esset relationis. expedit enim relationis differentiam esse relationis, vt qui diuidit scientiam, quoniam quædam sit theorica & quędam practica. Et omnia hæc tria loca, s. octauus, nonus, et decimus reducunt ad sextum locũ, s. q̃ ipsis differẽtia sit posita extra ipsum genus. Et ideo videtur q̃ hic locus sit quartus locus aliorum trium quas retulimus: hæc itaq; est summa locorum, quæ fiunt de ipsis differentijs, & omnia sunt demonstratiua.

Post hęc autem expedit nobis loqui de errore cadente in definitiones ſm se totas: & omnes species huius erroris, ut Themistius ait, ascendunt aut ad superadditionem, aut ad ipsum defectũ, & hinc incipiamus de locis erroris cadentis in definitiones quæ sunt singulorꝝ prędicamentorum. Loca itaq; propria prędicamẽto substantiæ sunt duo loca: quorum vnus est, qui præpositus est in locis differentiarum, s. q̃ differentiæ complementum esset de his, quę dicuntur in subiecto: substantię. n. differentia est substantia: secundus locus erit, si fuerit differentia definiti quoduis duorum contrariorum, quæ recipiat ipsum genus essentialiter vno simili modo, illa non est conuenienter definitio: neutrum enim duorum contrariorum prius est messe subiecto, q̃ alterum contrarium. v.g. qui definiret animam, q̃ sit substantia recipiens sciam, non est prior illo, qui eam definiret per receptionẽ inscitiæ: & ſm hoc res essent plures definitiones, q̃ vna: perfecta autem definitio est definitio vna.

Loca 1 Arist. 45. 46. & 47.

Et relationis sunt tria loca, quorum vnus est, q̃ sumatur in relatiuæ rei definitione id, ad quod hęc res dicitur comparatiue essentialiter, non accidentaliter. non est enim modus complementi definitionis relatiui, nisi in ea cõtineantur res, in comparatione quarum ipsa res dicitur. vt ver. g. qui definiret scientiam q̃ sit opinio inuariabilis assertionis de rebus, quæ sunt semper vno simili modo, tam compleuit scientiæ definitionem: si aũt detectisset inde id quod dixit de rebus, quæ sunt semper vno simili modo, esset imperfecta, quando itaq; non sit in relatiui definitione id, cui refertur, non completur illius definitio, & similiter qui faceret id, quod illi referẽ accidentaliter. exẽpli gratia, qui definiret medicinam, q̃ sit scientia illius, quod est in corpore: nam in corpore sunt multæ res, quas Medicus cõsideraret accidentaliter, sicut est nigredo & albedo, & cætera: si autem definiuisset, q̃ sit scientia sanitatis & ægritudinis tam compleuisset definitionẽ, prout expediens erat. Secundus autem locus est, q̃ protulisset in definitione, quod refertur secundo, non primo: expedit enim in relatiui definitione cõtineri, quod et refertur per se primo. Exemplũ illius est, qui definierit per relationem illius, quod illi, quod refertur secundo, non primo, vt qui definiret appetitum q̃ sit desiderium voluptatis: est. n. voluptatis desiderium, quia est desiderium suauitatis, & est suauitatis desiderium, quia fit desiderium ipsius suauis secundo, & ipsum esse desiderium suauitatis est primo. Tertius autem locus est, q̃ expediat cõsiderare, q̃, si genus relatiuum oporteat q̃ sua definitione perficiatur genus sibi oppositũ, species, quæ huic generi relatiuo subest, dicatur in comparatione speciei, quę subest generi correlatiuo. v.g. si opinionis definitio compleatur per rem opinabilem, oportet scientiæ definitionem complere per rem scibilem, sin autem, non esset definitio. vt gratia exempli, qui definiret sensum, q̃ sit vis, qua comprehendantur corpora, non compleret sensus definitionem: nam secundum hoc, oporteret auditum comprehendere aliquod corpus.

Loca vero, quæ sunt ſm qualitatis circunstantiam, quædam sunt ſm circunstãtiam habituũ & virtutum: omnis. n. habitus & vis, quæ non euadit, quin sit habitus plurium, quàm vnius actus. Et qui est plurium, quàm vnius actus, non euadit, quin sit aptus versus illos actus quæ qualiter, aut quorundã sit per se, & quorundam per accidens, vel quorũdam prima intentione ex parte præstantioris, & quorundam secunda intẽtione. At ille etiam, qui est aptus versus vnum actũ, non euadit, quin possit fieri sine hoc actu, aut ipossibile sit: qñ autem quis compleuerit definitionem alicuius habitus aut artis, q̃ sit apta versus actus plures, q̃ vnum æqualiter, & occulauerit vnum illorum actuum, illa itaq; non est definitio. vt uerbi gratia, qui definierit, q̃ grãmatica sit scientia scribendi tãtum, abiecit ab illius definitione quandam dictionẽ, s. ipsum dicere: est. n. ita scientia dicendi, sicut est scientia scribendi. Illi vero, qui sunt aptiversus plures, q̃ vnum, quidam sunt per se, & quidam per accidens: sicq; si quis compleuerit definitiones per id, quod est per accidens, loco illius, quod est per se, aut protulerit quod est per accidens cum illo, quod est p se: illa itaq; quam protulit, non est definitio: vt verbi gra. qui definierit medicinam, q̃ sit ars faciens morbum & salutem: facit enim salutem per se, & facit morbum per accidens: licet enim ars medica sit cui contingit facere accidentia, non est apta versus hunc actum. Sicq; est dle, qui dinumeratur versus plures actus q̃ vnum, nisi q̃ quidam sit aliquibus alijs præstantior, q̃ qui completurus est, compleuerit definitionem per actũ viliorem præter nobiliorem, aut eos protulerit non simili modo, non fit definitio: hoc autem est, sicut est dispositio virtutum naturalium animæ, quia decet ipsarũ definitiones fieri ex nobiliori, & non ex uiliori actu vt q̃ illas capiat à virtutibus, non à vitijs. Illi vero, qui dinumerant versus unum actum, & potest esse q̃ fiant per alium, sunt quãdo sumẽ vice huius actus, qui est per se, alter actus qui eo potest fieri per accidens. Sicq; non fit definitio: hoc autem nocum est de instrumẽtis sensatis, vt qui definierit cultellum, q̃ sit instrumẽtũ, quo fiat actus carpentarij: ars enim carpentaria fit acta, non cultello. Si autẽ vis dinumeraretur versus vnum actum, sine quo sit illi impossibile esse, & protulerit hunc actum in definitione, tam illam protulisset vt expedit, vt qui visum definiret, q̃ sit vis qua colores comprehendantur. Secũdus autem locus est, q̃ scrutemur etiam de complemento virtutis, an sit actus aut factum aliquod actuatum. Vt verbi gratia, artis saltandi complemẽtum est actus quidam, & complementum artis carpentariæ est factum quoddam per artẽ. Si autem quis compleuerit

definitionem rei,cuius complemẽtum est res facta per artem agentem. Vt qui definiret carpentariam cp sit habitus fm cp fiat per carpentariam, non secundum cp p eam sint res factæ per carpentariam,non faceret definitionem. In definitione vero rerum, quarum perfectio est ipse actus,expedit cp ponatur actus in ipsarum definitione:multarum autem rerum perfectio non est,qua ipsæ tam sint,sed in ipsamet generatione: delectationis enim perfectio est tempore factionis, non tẽpore complementi,& magis illam eligimus tempore factionis: et similiter eligimus speculationem tempore factionis, non tempore complementi, & magis ipsam eligimus tempore factionis,qꝫ ipsam eligamus,postquam expleuerimus speculationem.

Loca sumpta a casibus & coniugatis & oppositis nimis iuuant acceptionem definitionum habituum & potentiarũ, & affectuum, qui sunt p̃dicamẽti qualitatis.qm̃,si fuerit definitio ipsius habitꝰ, expedit, cp sit per id,cuius est habitus, & si fuerit illius cuius est habitus,expedit,cp sit per ipsum habitum, sinautem, nõ fieret definitio. Exempli gratia,si suaue sit, quod est vtile,suauitas est id,quod est vtilitas:& similiter de oppositis. Hoc autem ita fit, quia qui aliquo modo definit rem tam definit multas res in hoc exemplo, & simili.

Tertius autem locus est ob circũstantiam habituum, & potentiarum & affectuum : nam, quia secundum se totos insunt subiectis,& quæ insunt subiectis,quædam insunt primo,& quædam insunt secundo, quando non apparet in definitione subiectum cui inest habitus, aut potentia,aut electio primo,non definiretur,et similiter quando illum non poneret in suo subiecto.ver.gr.quia prudentia inest parti rationatiuæ primo,& animę secũdo,quia inest parti rationatiuæ,& homini,quia inest aiæ,quæ vero apparet in definitione rei absq; subiecto,sunt,prout qui definiret somnum cp sit sensus imbecillitas,& dubium,cp sit coequatio syllogismorum oppositorum,& salutem,cp sit coequatio caloris & frigoris,& dolorem,cp sit solutio partiũ vnitarum: qm̃ neq; somnus est sensus imbecillitas, sed est ob sensus ibecillitatem, nec salus est coequatio, sed ob coequationem, nec dolor est continui solutio,sed est ob continui solutionem,& vt vniuersalius inquam,qui hoc modo definiret,accideret et cp ponatur tum in tacẽte, aut tacentem in fato,cp aut causa somni debilitetur, vel causa imbecillitatis dormiat.& vniuersaliter hęc definiuntur per subiecta,& actus,& fm hoc sunt tripartita, aut sunt res naturales, aut sunt virtutes animales, aut sunt res artificiales. Rerum autem naturalium actus sunt nobis noti,& subiecta latent.v.g.quia actus somni patet,qui est vacatio sensuum, & ipsius subiectum est dubium, quod indiget demonstratione, quod Arist. gratia exẽpli opinatur,cp sit ipsum cor,& Galenus opinatur, cp sit cerebrũ. In artibus vero subiecta sunt nobis nota, quæ sunt ipsa anima,quæ quæruntur autem sunt perfectiones & actus. Virtutum vero quæsita sunt animæ res simul:hoc est, notio a tuum,& notio subiectorũ vt.v.g. fortitudo non est nobis nota,cui parti animæ insit,neq; quis sit eius actus,qui virtus dicitur. Expedit autem hoc fuit de illa,quia ipsa non est ob ipsam naturam perfecte, neq; ob voluntarium arbitrium perfecte, sed est actus esset multa ex vtrisq; rebus. Quartus autem locus est,quia definitiones quarundam rerũ,& præcipue virtutum, oportet cp perficiantur per quantitatem, & qualitatem,& qm̃,& vbi,& per causas agentes, aut finales, aut conseruatiuas,& qm̃ delecta fuerit ex talium rerum definitionum aliqua harum differentiarum non fieret definitio.v.g.si quis tortuudinem definierit,cp sit prior timore,qui contigerit quadam quantitate, non quantauis contigerit,& cp quodam tempore,non quouis tempore contigerit:causa autem definiendi per has differentias est finis,quo est ipsa prioritas,& fm hoc res se habet de iustitia,& gloria,& reliqs virtutibus,& oportet cp tales res perficiantur per res naturales.v. gr.quia non satis est noctis definitioni, cp sit terræ vmbra, donec dicatur totius aut partis vmbra ob Solis occultationem,non ob altam rem:& similiter non sufficit pluuiæ definitioni,cp sit aqua descendens,donec dicatur quomodo descendat,& vnde,& quę sit causa ipsius descensus,& qua quantitate fiat, & propter quid; & quando descendat. Hęc itaq; loca sunt ob circunstantiam trium specierum qualitatum,hoc est ex habitibus, & potentijs,i.quæ dicuntur secundum naturalem potentiã, aut naturalem impotentiam, & ex affectibus, hoc est passionibus & passibilibus qualitatibus. Prædicamẽti vero ubi,& qm̃,non est locus proprius. Prędicamento autem actionis & passionis sufficiunt hæc loca, quæ sunt secundum qualitatis circunstantiam.

Loca priuationis.

Loca autem priuationis quædam sunt, cp non sumamus habitus definitione ipsam priuationem. vt si quis sumeret in definitione visus, cp sit cæcitatis contrarius: hic enim definiret prius per posterius : & cum hoc etiã vtitur ipsomet definito in ipsa definitione:ex quo enim cæcitas est priuatio visus, est ac si dixisset quòd visus sit contrarium priuationis visus. Secundus autem locus est,si quis proferret priuationis definitionem, & in ipsius definitione non proferret ipsum habitum, qui sit priuationis contrarium,ille non definiret. exempli gratia, si definitio ignorantiæ esset, cp sit priuatio, & non diceretur cuius rei priuatio sit. Tertius locus est, si esset priuationis definitio,& in eius definitione proferretur habitus illi oppositus, & non proferretur subiectum proprium priuationi. prout si quis definiret cæcitatem, cp sit priuatio visus, & non diceretur oculi videntis,quia visus priuatio in talpa nõ est cæcitas,in definitione itaq; huius speciei priuationis perfectæ oportet connecti has duas conditiones, quarum vna est, cp in ea explicetur habitus oppositus,& altera cp sit in subiecto proprio . Quartus autem locus est, si priuatio fuerit de speciebus illius,quam esse est secũdum modum habitus imperfecti,& est illa,in cuius definitione dictum est,cp sit illa,qua non est in subiecto illud,cuius mortis est esse in illo,modo quo consueuit esse in illo, vt inæquale dicitur de maiori et minori, & similiter ignorantia,ex quo est duarum specierum, quarum vna est ignorantia secundum modum priuationis, & altera est ignorantia secũdum modum erroris. expedit itaq; definienti quãdo perficeret definitiones harum priuationum, cp explicet de priuatione id, quod est secundum modum habitus imperfecti.prout diceretur cp ignorantia sit opinio de re aliter quàm res sit extra animam, nõ cp dicatur cp ignorantia sit priuatio scientiæ illius, cuius mortis est cp ei insit scientia.

De loco definitionum ipsorum compositorum. Cap. III.

Locus. Declaratio.

SI autem alicuius complexorum assignetur terminus, considerandum est auferendo alterum eorum quo complectuntur orationem,si est & reliqua reliqui. Nam si non,manifestum,qm̃ neq; tota totius : vt si quispiã definiuit lineã finalem rectam, finẽ plani habentis fines,cuius medium superadditur finibus:si finalis lineæ oratio est, finis plani habentis fines, rectę oportet esse reliquũ,cuius mediũ supaddit̃ finibꝰ:sed infinita neq; mediũ,neq; fines habet,recta aũt est, quare

1. Locus. Declaratio.

quare non est reliqua reliqui oratio. Amplius, si cũ sit compositum quod definitur, æquimembris oratio assignetur definitio. Aequimẽbris autem dicitur oratio esse, qñ quot fuerint composita, tot & in oratione nomina,& verba fuerint:necesse est.n.in talibus ipsorum noium commutationem fieri aut omnium,aut aliquorum,eo cp nihil plura nunc,q̃ prius nomina dicta sunt : verum oportet eum,qui definit,orationem pro nominibus assignare, maxime quidem oibus: cp si non,at saltem in plurimis:sic enim & in simplicibus qui nomen commutat,non definiturus est. Vt pro tunica, vestem. Amplius autem maius peccatum,si & per ignotiora nomina commutationem fecerit. Vt pro homine albo, terrigenam candentem: neq;.n.definiunt, cùm minus sit clarũ quod sic dicitur. Considerandum autem & si per commutationem nominum, non idem tam significat. Vt qui contẽplatiuam scientiam, opinionem contemplatiuã dixit : nam opinio,scientiæ non idem : at oportet, si debet, & totum idem esse : nã contemplatiuũ quidem cõe in vtriusq; orationibus est, reliquũ vero differens. Amplius,si alterius noium cõmutationem faciens,non differentiæ,sed generis cõmutationem fecit. Vt i eo quod nuper dictum est: ignotius.n. contemplatiua cp scientia:nam hoc quidem genus, illud autem differentia,oibus autẽ notius genus, nam cõis:quare non generis,sed differentię oportebat cõmutationem fieri, eo cp ignotior est. An hæc quidem ridicula reprehensio? nihil enim prohibet differentiã quidem notissimo noie dici,genus autem nõ:sic aũt rebus se habentibus,manifestum qm̃ generis,& non differentiæ fm nomen commutatio faciendа:si autem non nomen pro nomine,sed orationem pro nomine cõmutat, manifestum qm̃ differentiæ magis cp generis definitio assignanda est,eo cp cognoscendi gratia definitio assignatur:nã minus differentia cp genus nota. Si autem differẽtiæ terminum assignauit, considerandum si & alicuius alius cõis est assignatus terminus :

Vt cùm imparem numerum, numerũ medium habentem dixerit, determinãdum est quo pacto medium habentem: nã numerus quidem cõis in vtrisq; orationibus est. Imparis autem consumpta est oratio:habẽt autem,& linea,& corpus medium,cũ non sint impariа: quare non vtiq; erit definitio hæc imparis : si autem multipliciter dicitur medium habens, determinandum quomodo

2. Locus. Declaratio.

Dubitatio.

3. Locus. Declaratio.

4. Locus. Declaratio.

5. Locus. Declaratio.

6. Locus. Declaratio.

medium habens, alioqui reprehensio erit, aut syllogismus,cp non definiunt. Rursum, si id,cuius quidem orationem assignant est eorum quæ sunt,quod autem sub oratione, non eorum quæ sunt. Vt si albũ, quispiam definiuit colorem igni permixtum. impossibile enim incorporeum corpori permisceri, quare non erit color igni permixtus,attamẽ album est. Amplius,quicunq; non diuidũt in ijs quæ sunt ad aliquid ad quod dicitur, sed in pluribus comprehendentes dicunt: aut omnino,aut in aliquo falsum dicũt. Vt si quis medicinam disciplinam entis dixit: nam si nullius entium medicina est disciplina, manifestum quoniam tota oratio mendax est: si autẽ alicuius quidem, alicuius autem non,in aliquo mendax:nam oportet de omni, siquidem per se, & non fm accidens entis esse dicitur, quemadmodum in alijs se habẽt ea quæ ad aliquid sunt:nam omne disciplinatum ad disciplinã dicitur. Similiter autem & in alijs,eo cp conuertuntur omnia ad aliquid:omne.n.disciplinatum ad aliqd. Cæterum si is,qui non per se,sed fm accidẽs assignationem fecit, recte assignauit, nõ ad vnũ,sed ad plura vnũquodq; eorum quæ ad aliquid dicuntur,assignauit: nihil. n. prohibet idẽ,& ens,& album, & bonũ esse : quare qui ad quodlibet horũ assignauit,recte assignauit,siquidem is,qui fm accẽs assignauit,recte assignauit. Preterea aũt ipse est hmõi orationem propriam assignati esse : nã non solum medicina,sed plures aliarum disciplinarum ad ens dicuntur,quare vnaquęq; entis disciplina erit:manifestum igitur,qm̃ talis nullius est disciplinæ definitio,propriam enim & non cõmunem oportet definitionem esse. Quandoq; autem definiunt non rem,sed rem bene se habẽtem, aut perfectã. Talis aũt & rhethoris & furis terminus,si sit rhetor quidẽ,qui potest quod in vnoquoq; est verisimile considerare, & nihil prætermittere:fur aũt,qui clam sumit:perspicuũ.n. qm̃,cùm talis vterq;,hic quidem bonus rhetor,ille autem bonus fur erit: nõ.n. qui clam sumit,sed qui vult clam sumere, fur est. Rursum, si quod propter se eligendum est, vt actuum vel effectuum,vel quolibet modo propter aliud eligẽdum assignaut. Vt qui iustitiam,legum conseruatiuam dicit;aut sapientiam,effectuam felicitatis:nam conseruatiuum & effectuum eorũ sunt,quæ propter aliud eligũtur. An nihil quidem prohibet quod propter se eligendũ est,& propter aliud eẽ eligendũ:attamẽ nihil minus pos-

cauit,qui sic definiuit quod propter se est eligendum: nam vnicuiq; optimum,in substãtia maxime: melius autẽ quod propter se eligendũ,quàm quod ꝓpter aliud: quare id & definitionem oportebit magis significare.

8ª. locus. declarato. Considerãdum autẽ est & si is, qui alicuius definitionẽ assignauit,aut hæc,aut quod est ex his,aut hoc cũ illo definiuit. Nam si hęc quidẽ,accidet vtriq; & neutri inesse:vt si iustitiam,temperantiã, & fortitudinem definiuerit:nam si sint duo, vterq; autẽ alterum habeat,vtriq; iusti erunt, & neuter,eo ꝙ vtriq; quidẽ habent iustitiã, vterq; aũt non habet. Si autẽ nondum quod dictum est admodũ absurdũ videt,eo ꝙ & in alijs accidat huiusmodi: nihil enim prohibet vtrosque habere vnã, cùm neuter habeat;attamen contraria inesse eidẽ, omnino absurdum videbit esse: accidet aũt hoc, si hic quidẽ ipsorum temperantiam & timiditatem habet, ille autẽ fortitudinẽ, & prodigalitatẽ:nam vtriq; & iustitiam,& iniustitia habent:nam si iustitia temperantia & fortitudo est, & iniustitia timiditas & prodigalitas erit: & omnino quæcũq; ad argumentandum idonea ꝙ non idẽ sunt & partes & totum, omnia vtilia ad id quod dictum est. videt autẽ qui sic definit partes, toti easdem dicere esse. Maxime aũt accommodatæ sunt orationes,in quibuscunq; manifesta partium est compositio, quemadmodum in domo, & in cæteris talibus:manifestum enim qm̃ cum sint partes, nihil prohibet totum nõ esse:quare non idem partes toti. Si autẽ non hęc,sed quod ex his est dixit id esse quod definitur,primum quidẽ considerandum,si nõ natum est quippiam vnum fieri ex ijs quæ dicta sunt. Quędã enim sic se habent adinuicẽ, vt nihil ex eis vnum quippiam fiat:vt linea & numerus. Amplius, si definitum quidem in vno aliquo natum est primo fieri, ex quibus autẽ dixit ipsum esse, nõ in vno primo nata sunt fieri, sed vtrunq; in vtroq;. Nam manifestum quoniam non erit ex ijs illud:in quibus enim partes, & totum necesse est inesse, quare non in vno totum primo esse, sed in pluribus. Si autẽ & partes,& totum in vno aliquo primo, considerandum si non in eodem, sed in altero totum, & in altero partes.nam in quo totum, in illo & partes esse videtur. Rursum, si cũ toto corrumpuntur partes. Ecõuerso enim oportet accidere, partibus corruptis totum corrumpi,toto vero corrupto, non necesse est & partes corrumpi. Aut si totum quidẽ bonum,vel malum,partes autẽ neutræ, aut econuerso,partes quidem bonæ, vel malæ, totum autẽ neutrum. Nam neq; ex neutris possibile bonum quippiam, vel malum fieri, neq; ex bonis vel malis neutrum. Aut si magis quidẽ alterum bonum q̃ alterum malum:quod autem ex his,nõ magis bonum q̃ malum. Vt si imprudentia ex fortitudine & falsa opinione, magis enim bonum fortitudo, q̃ malum falsa opinio: oportet ergo & quod ex his est, sequi illud, quod magis est, & esse vel simpliciter bonũ, vel magis bonũ q̃ malum. An hoc quidem nõ necessarium: nisi vtrunq; sit per se bonum vel malũ:multa enim effectiuorum per se quidem nõ sunt bona,mixta aũt quibusdam, sunt bona:aut econuerso vtrunq; quidẽ bonum, mixta autem,malum, vel neutrum:maxime autẽ manifestum quod nũc dictum est in salubribus & morbificis.nam quædam medicamentorum sic se habent,vt vtrumq; quidem sit bonum: si autẽ vtraq; dentur mixta, malum. Rursum, si quod ex meliore & pejore est, non est totum pejore quidẽ melius, meliore aũt pejus. An neq; hoc necessarium, nisi per se sint ex quibus cõponitur, bona:nam in ijs,quę non per se sunt bona, nihil prohibet totum nõ fieri bonum:vt in ijs, quæ modo dicta sunt. Amplius, si cognomine est totum alteri: non oportet enim, vt neq; in syllabis: nulli enim elemẽtorum ex quibus componitur,syllaba cognominis est. Amplius,si nõ dixit modum cõpositionis.Non enim sufficiens est ad cognoscendum,ꝙ dicat,ex his:nam nõ quod ex his, sed quod sic ex his, est cuiusq; cõpositorum substãtia,vt in domo: nõ enim sic quolibet modo cõponantur hæc, domus est. Si autẽ hoc cum illo assignauit, primum quidẽ dicendum ꝙ hoc cũ illo,aut hoc & illud dicitur,aut quod ex illis. Nam q dicit mel cum aqua, vel mel & aquã dicit,vel quod ex melle et aqua:quare si cuilibet eorum quæ dicta sunt idem cõfitebitur esse hoc cùm illo, eadem cõueniet dicere,quę quidem ad vtrunq; horum prius dicta sunt. Amplius,diuidenti quoties dicitur alterum cum altero,considerandũ si nullo modo hoc cum illo. Vt si dicitur alterum cum altero, aut vt in aliquo eodem susceptiuo,vt iustitia et fortitudo in anima,aut in loco eodem, aut in tempore eodem:nullo autem modo verum sit quod dictũ est in his, manifestum est,quoniã nullius erit assignata definitio, eo ꝙ nullo modo,hoc cum illo est. Si autẽ diuisio quoties dicitur alterum cum altero, verũ erit in eodẽ tẽpore vtrũq; esse,

Duburo.

9ª. locus. declarato.

95 locus. declarato.

96. locus. declarato.

97. locus. declarato.

98. locus. declarato.

99 locus. declarato.

esse,considerandũ si contingit non ad eundem utrunq; dici finem. Vt si fortitudinẽ definiuit audaciam cum recta intelligẽtia: contingit.n.audaciam quidem habere spoliãdi, rectam aũt intelligentiam circa salubria, sed nondum fortis qui in eodem tempore cum illo hoc habet. Amplius,si & ad idem ambo dicuntur:vt ad medicatiua.Nihil.n.prohibet & audaciam quãdam,& rectam intelligentiam habere ad medicatiua,attamẽ nec si fortis qui hoc cum illo habet:neque enim ad alterum eorum vtrũq; oportet dici, neq; ad idem quodcũq; sit, sed ad fortitudinis finem,vt ad præliorum pericula: aut si qd magis est illius finis.Quædam autẽ sic assignatorum,nullo modo sub dictam cadunt diuisionem:vt si ira tristitia est cũ opinione parũipendendi:nam quod propter huiusmodi opinionẽ tristitia fit,hoc vult indicare: propter hoc autem fieri aliquid,non est idem et quod est hoc quidem cũ illo esse ſm vllum dictorum modorum. Rursum,si hoc compositionem dixit totum. vt animæ & corporis compositionem animal.Primum quidem considerandum,si nõ dixit qualis compositio:vt si carnem definiens,aut os, ignis, & aeris,& terræ dixit compositionem: non enim sufficit compositionẽ dicere, sed quæ & qualis determinandum: non.n. quolibet modo cõpositis his caro sit, sed sic quidem compositis,caro,sic vero os.Videtur autem neq; esse omnino compositioni idem neutrum eorum,quæ dicta sunt:nam compositioni omni dissolutio contraria,dictorũ autẽ neutri,nihil. Amplius,si similiter est verisimile oẽ compositum compositionẽ esse, vel nullum: aialium autem vnumquodque cũ sit compositum,nõ est compositio, neq; profecto aliorum compositorum vllũ compositio erit. Rursum, si similiter in aliquo nata sunt esse contraria,definiuit autem per alterũ,manifestum qm̃ non definiuit. Si aũt non ita est,plures accidet eiusdem definitiones esse:quid.n.magis qui per hoc,q̃ qui per alterum definiẽs dixit:eò ꝙ similiter vtraq; nata sunt fieri in eodem. Talis autem animę est definitio,siquidem est substantia disciplinæ susceptiua: nam similiter & ignorantiæ est susceptiua. Oportet autem si non ad totam habeat aliquis argumentari definitionem,eo ꝙ non nota sit tota, ad aliquam partium argumentari si sit nota, et non bene assignata appareat:nam parte interempta, & tota definitio interimitur. Quæcunq; autẽ obscuræ sunt definitionum emendanti, & confirmanti ad manifestandum aliquid, & habendum argumentum,sic considerandũ. Necesse est enim respondẽtem aut suscipere quod sumptum est ab interrogante, aut eundem declarare,quid temere est oẽsum à definitione. Amplius, quemadmodum in congregationibus solent legem inducere,& si sit melior quæ inducitur,interimit anteriorem,sic & in definitionibus faciẽdum, & definitio alia ferenda. Nã,si apparet melior,& magis manifestum quod definitur, perspicuum quoniam interempta erit quæ posita est,eo ꝙ nõ sunt eiusdem plures definitiones. Ad omnes autem definitiones non minimum elementum ad seipsum, solerter definire propositum,aut apte dictum terminum assumere. Necesse est enim veluti ad exemplar considerãtem, & quod minus est ijs quæ oportet habere definitionem, & quod appositum est superflue, inspicere, vt magis argumentis abundemus. quæ igitur circa definitiones sunt intantum dicta sint.

9ª. Locus. Declaratio.

10ª. Locus. Declaratio.

Sermo de locis definitionum ipsorum compositorum. Cap. III.

IN definitionibus autem rerum compositarum ex partibus accidit error, quando completæ ponuntur suæ partes in ipsarum definitionibus aliquo modo, aut quando definitur totum,ꝙ sit tale et tale,hoc est, suæ partes absque additione alicuius rei vltra hoc, aut ꝙ definiatur totum,ꝙ sit ex tali & tale,hoc est ex parte tali & tali,aut ꝙ sit pars talis cum parte tali. Exemplum primi est, vt qui definit domum, ꝙ sit lateres & lapides,& ꝙ nauis sit lignum & claui & tabulæ & cordæ: ille enim,qui domus definitionem compleret, hoc modo omitteret residuam dignam rerum, quæ debent ferri in definitione, scilicet ipsam compositionem, qua domus est domus, & nauis est nauis: & quicquid posset dici de errore illius, qui posuit quòd partes ipsæ eædem sint, sicut est ipsum totum sibi absq; additione alicuius rei vltra illas, conferret ad destructionem talium definitionum. Et similiter fit, quando non sit conditionis totius,ꝙ fiat ex compositione partium, sed ex congregatione ipsarum: quando enim quis in illius definitionem omitteret explicare dictionem cõgregationis, hinc eueniret ꝙ duo contraria inessent vni subiecto, verbi gratia, qui diceret ꝙ septem sint tria & quatuor, quia nisi dicat aggregatum ex tribus & quatuor, posset putari quòd ipsemet idem septenarius esset par & impar. Veruntamen non est vis huius loci in his rebus, sicut est eius usus in rebus compositis: quando enim intelligeretur sensus illius, qui definiret septenarium, ꝙ sit trinarius et quaternarius, tam definiret.

Qui vero definiret totum, ꝙ sit tale & tale, contingeret illi error multitudinis: primo, quia illæ partes essent ex illis, quæ componuntur, aut quæ complectuntur, adeo ꝙ ex illis fiat ipsum totum, prout fieret si quis definiret superficiem, ꝙ sit ex linea & numerorum, nam ex linea & numero non componitur superficies: aut sicut qui definiret corpus, ꝙ sit compositum ex partibus indurabilibus, & ex idurabilibus nequeat cõponi diuisibile. Secundus autem modus est, ꝙ illæ partes infinitæ virtualiter, tamẽ non actualiter, sint & si hæ partibus similes sint, tamẽ non actualiter

tes. exempli gratia, vt qui definiret iram, ꝙ sit composita ex cogitatu & desiderio vindictæ: subiectum enim cogitatus nō est subiectum iræ in ipsa anima. Et tertius modus est, ꝙ illę partes corrumpantur ad totius corruptionem: res enim, qua expedit esse partes, est contra hoc, hoc est, ꝙ totum corrumpatur ad ipsarum corruptionem, non ꝙ ipsæ corrumpātur ad ipsius totius corruptionē: quando enim corrumpitur domus, non corrumpuntur lapides, neque lateres, quando autem corrumpuntur lapides & lateres, corrumpitur ipsa domus necessario. Quartus autem modus est, ꝙ totum sit bonum aut malum, & partes non sint ita, aut res sit è contra: hoc est, ꝙ partes sint bonæ, aut malæ, & totum non sit huic connexum: impossibile est enim, ꝙ totū sit bonum aut malum, et partes non sint ita, aut ꝙ partes sint bonæ aut malæ, & totum non sit ita. Et iterum, si vna partium fuerit altera melior, & altera minus bona, totum compositum ex illis est melius minus bona, & minus bonum meliori. Et ait Aristote. ꝙ hic locus verax est, quando bonum & malum sumitur de toto & partibus per se, quando vero tamerentur per accidens, nihil prohiberet totum esse bonū, et partes esse malas, prout est dispositio compositorum in medicina, aut dispositio est contra hoc, ꝙ simplicia iuuēt, & aggregatum sit noxium: & similiter est dispositio ciborū, vt fertur de congregatione pueris & lactis. Et similiter nō est remotum quod totum sit compositum ex quadam re meliori altera, & reliqua re minus bona, & totum sit melius meliori, & minus malum malo. Quintus autem locus est, ꝙ nomen totius non conueniat nomini partis, & hi quidem proprius est toti ætherogeneo, prout est domus, cuius nomen non absoluitur de eius partibus, totius vero, quod est homogeneum, nomen ipsius conuenit partibus: nomen enim partium aquæ est aqua, & nomen partium carnis est caro, & partium sanguinis est sanguis.

Tertia vero acceptio, qua totum definiretur, est, ꝙ totum sit tale cum tali, vt diceretur, ꝙ ensis sit calibs cum lampade, aut qui diceret, ꝙ oxymel sit mel cum aceto: huic enim acceptioni contingeret error ex modis, quos narraumus in prima & secunda acceptione, & huic superaddit, quod nunc dicemus: dicere enim ꝙ ipsum sit tale cum tali, est verax in rebus, quarum subiectum est vnum, prout sunt diuitiæ & iustitia, & fortitudo, quæ sunt in vno loco, aut quæ euentunt ex vno: quando itaq; dicimus, ꝙ hoc sit cum hoc, aut nō sit vllo horum trium modorum, non sit hic vera definitio. verbi gratia, qui definiret iram ꝙ sit contristatio cū cogitatu, quia contristatio & cogitatus non sunt in vno susceptiuo de partibus ipsius animæ, neque similiter vno tempore: ex quo cogitatus præcedit contristationem.

Si autem acceptio fuerit vno horum trium modorum, aut omnibus, expedit ꝙ consideremus, an duæ partes non dicantur in comparatione ad aliam rem, & si res ita sit, ꝙ ex hoc positum non sit verum. verbi gratia, qui definiret fortitudinem ꝙ sit solertia cum cogitatu. Si nos concederemus, ꝙ fortitudo & cogitatus sint in vno susceptiuo, & vno tempore, & vno loco, contingit huic controuersia & fallacia, quoniam dicuntur in comparatione ad vnam eandem rem: posset enim aliquis vir, cui esset solertia ad luxuriam, & verus cogitatus circa res agentes sanitatem, non sufficere et etiam hoc, ꝙ concedamus ex controuersia, ꝙ sumātur duæ partes in comparatione vnius eiusdem rei, nihil hæc res sit finis ipsius definitu. verbi gratia, qui definiret fortitudinem, ꝙ sit solertia, cum cogitatu vero circa vnam eandem rem, prout sunt res medicinales, non definiret fortitudinem, sed diceret, ꝙ sit solertia cum cogitatu circa bellum, quod est finis fortitudinis. Et aliquando erratur circa orationem, quę proferetur in definitione, quod sit tale cum tali, & intelligitur per id, quod dicitur cum tali, ipsa causa, expediret autem dicere in illius definitione ꝙ sit tale propter tale. gratia exempli, qui definiret iram, ꝙ sit contristatio cum imaginatione, quia imaginatio est causa contristationis, non ꝙ sit cum contristatione. In his itaque occurrit error ex duabus partibus, aut ꝙ non proferantur partes prout conuenit, aut ꝙ omittatur modus compositionis illarum. Et aliquando errat qui profert compositionem, quando non sumeret in definitione quæ compositio est propria huic rei definitæ. ut qui dixerit, ꝙ animal sit compositum ex corpore, & anima, & ꝙ caro & ossa sint composita ex aqua & aere & igne & terra, & non dixit, quæ compositio sit compositio animæ & corporis in animali, nec ꝙ dixit, quæ compositio sit compositio quatuor elementorum in carne & ossibus: compositio enim vnius istorum non est compositio alterius: aliud autem est vnum secundum se, quando componuntur differentibus compositionibus, & fiunt differentia entia, vt quando lapides componuntur vna specie compositionis, & fit domus, & quando componuntur alia specie compositionis, & fit aceruus: & vniuersaliter sic compleuimus definitionem rerum, quæ est compositio talis aut talis, secundum ꝙ dicere compositionem ponatur vice generis & perfecte aut corrupte, quia compositio non verificatur, quod sit genus vllius compositionis: compositioni enim est contrarium illius quæ est dissolutio. Hæc autem composita, quæ descripsimus, nō habēt contrarium: hæc itaq; est summa locorum, quæ referuntur in definitionibus compositorum, & iam expedit nobis ꝙ hinc procedamus ad tractatum locorum definitionum communium omnibus prædicamentis.

Sermo de locis definitionum communibus omnibus prædicamentis.

IN tium autem horum locorum est consideratio ex parte temporis, quando tempus in definitione et definito non significaret vnam rem: notum enim est, ꝙ qui compleret definitionem hoc modo, nō faceret conuenire illi ipsum definitum. & hoc quidem primo fit duobus modis, quorum vnus est, ꝙ definitum sit æternum, & definitio significet quoddam tempus. vt qui definiret animal immortale, ꝙ esset animal, quod non corrumpitur nunc, non est illius inditum pro eo quod erit in futurum, neq; pro eo quod fuit in præterito, aut ꝙ definitum significet aliquod tempus, & definitio significet aliud tempus, vt qui definiret timorem ꝙ sit cogitatus de bono & malo: timor. n. significat de tempore futuro, & cogitatus boni & mali aliquando fit de eo quod est tribus temporibus, s. præsenti, præterito & futuro: & similiter qui definiret possibile, ꝙ sit, quod potest esse & potest non esse: possibile enim significat futurum, & dicere ꝙ potest esse, & potest non esse, verificatur ꝙ prædicetur pro tempore præsenti.

Secundus autem locus est, ꝙ sit aliqua res, in qua magis sit dispositio, quæ definiri intenditur, ꝙ sit in definitione. vt qui definiret iustitiam, ꝙ sit potestas, qua vir queat æqualiē distribuere, aut eligat distribuere æqualiter: hic enim est maioris iustitiæ, ꝙ ille cuius est potestas absq; electione: excessus enim sunt secundum voluntatem & electionem.

Tertius autem locus est, quòd definitum suscipiat magis & minus, & definitio non suscipiat illa, & contra hoc, scilicet ꝙ definitum non suscipiat magis & minus, & definitio illud suscipiat. uerbi gratia, si definiret fruitionem, quòd sit dispositio maxime laudabilis: fruitio enim suscipit magis & minus, & dispō maxime laudabilis non suscipit hoc. Et iterum, si vtraq;, s. definitio & definitum suscipiant magis et minus, sed non simul, illa non est definitio. verbi gratia, qui definiret amorem ꝙ sit desiderium coitus, ex eo quòd amor & desiderium coitus suscipiant magis & minus, sed non suscipiunt hoc simul; cuius enim amor intenditur, remittitur eius desiderium coitus, & è contra, cuius desiderium coitus intenditur, illius amor remittitur, sic; non suscipiunt magis & minus simul.

Quartus autem locus est, quando quis poneret duas res, quæ conuenirent in vna dispositione & differrent sm magis & minus, & definitio complens hanc dispositionem conueniret rei, cui secundum minus est hæc dispositio, illa non perficit. prout qui definiret ignem, ꝙ sit subtilissima pars omnium corporum, illa non compleret illius definitionem, quia flamma dignior est nominis ignis, quàm lampa, & ignitas est magis in illa: dicere aūt subtilissima pars corporū, è contra magis proprium est definitioni lāpadis, q̄m definitioni flammæ.

Et quintus locus est, si fuerint duæ res, quæ conueniant in aliqua dispositione secundum vnam proportionem, definitio huius dispositionis non ineat illis vno simili modo, prout qui definiret colorem ꝙ sit primum sensibile visus, non proferret definitionem, vt conueniret: color enim prædicatur de albo, sicut prædicatur de nigro, & illa sunt duarum specierum: definitio autem, quę illam compleuit, est magis propria albo quàm quę nigro ipsam compleuerit.

Sextus autem locus est, quòd proferat in definitione duas res oppositas, aut quarum vis sit vis contrariorū, & in illa vtatur dictione, aut verbi gratia, qui definiret bonū, quod suaue est apud visum, aut apud auditum, & ens, quod sit, cuius consuetudinis sit agere, aut pati, id enim quod intelligitur per dictionem aut, sequitur error & corruptio i definitione: nam, si illius intellectus esset separari vnam rem ab altera, non coincidentia, cui imposita est hæc dictio in arabico idiomate, contingeret huic, ꝙ vna res esset bona & nō bona, & ens & non ens, quoniam bonum apud auditum est non bonum apud visum: et si fuerit vna eadem res, quod bonum est apud auditum, est non bonum apud visum: & ex quo vtroque vertur in definitione, contingeret hinc, quòd res sit bona, & non bona, quanquam maiori parte commonstratur hæc res in rebus oppositis. prout qui definiret præmissam, ꝙ sit significatum affirmatum aut negatum. si autem intelligeremus ex dictione, aut ipsam copulationem, & ille est intellectus voci copulationis in idiomate arabico, euenit huic ꝙ non verificetur definitio de rebus, quibus iest altera duarum dispositionum, prout dicimus, ꝙ sit, quod agit aut patitur, quoniam hæc definitio non verificatur de materia prima: illa enim patitur, & non agit, & similiter non est verax de corporibus cœlestibus, quia agunt, & non patiuntur.

Septimus autem locus est, ꝙ in definitione prolatæ sint res equiuocæ, & [illegible]ectur, ꝙ hoc nomen sit vniuocum, [illegible]id, quod significat nomē & definitio, sit vnū idem. res autem non est sic. & hic error aggreditur definitionem altero duorum modorum, quorum vnus est, ꝙ illis duabus rebus nomine æquiuocis parum desit, ne inueniatur quoddam accidens commune. verbi gratia, quia nomen canis absoluitur de animali noto, & de quadam secta arabum nominis æquiuocatione, & si illi posita sit hæc definitio, ꝙ sit corpus nutribile sensitiuū, iam prolatum esset quid commune cani, quod est animal, & cant, quod est secta Arabum, sed non est prolata definitio canis veri, neq; definitio speciei hominum, qui canes vocantur: secundus autem modus est, ꝙ partes definitionis sint nomine æquiuocę, sicut est dispositio nominis ipsius definiti, et putetur propterea ꝙ protulerit de illo veram definitionem, & ꝙ id, quod significat nomen & definitio sit vnum. verbi gratia, qui deniuit rem sanitatis, ꝙ sit dispositio ad sanitatem, sicut dispositio iusti: dicere enim dispositionē iusti, est nomen æquiuocum, prout dicere sanitatem etiam est nomen æquiuocum, & similiter qui definiret lucem, ꝙ sit res qua inuenitur rei veritas.

Octauus locus est, ꝙ definitio posuerit ipsum definitum vnum notum, & ipsa definitio sit dubia, an sit, aut non sit ens. verbi gratia, vt qui definiens ꝙ albedo sit color igni mistus: albedo enim est nota esse, definitio autem, quæ est color igni mistus, aut est dubia, aut impossibilis, quoniam non permiscetur accidens subtiliarum: & similiter qui definiens locum ꝙ sit vacuum plenum: locus enim est notus esse, vacuum autē est dubium, aut impossibile: & similiter qui definiret yle, quòd sit corpus non habens qualitatem: corpus enim huiusmodi est impossibile esse.

Nonus autem locus est, ꝙ definitio conueniat rebus maxime æstimationis huius rei, & nō omnibus rebus, quæ sunt in illa, vt qui definiret hominem, ꝙ esset animal philosophicum: hoc enim est verax de optima specie hominum: & similiter qui definiret rem publicam ꝙ sit quę sua statuta facit maxime commendanda: definiuit quidem optimam rem publicam, non omnem rem publicam: & similiter est qui definiret Medicum ꝙ sit quem non lateat de medicamine, quo ipsum medetur aliqua res, quam decernit ars Medica: hæc enim definitio quasi non est verax de Hippocrate & Galeno, tanto fortius de alijs. Hęc itaq; sunt loca communia omnibus prædicamentis.

Sermo de locis definitionum rerum, quas significant p oīem compositā vice nominis simplicis, hoc est, qñ non esset illis nomen Complex. put dicim' angulū planū, & lineam rectam. & corpus quatum.

PRimus autem horum locorum est, ꝙ cōsideremus partes definitionis sumptas in compositi definitione, & si abstulerimus vnam partem ab altera duarum partium definitionis ipsius compositi, non remaneret resídua oratio definitio conueniens alteri rei, & illa non esset definitio. verbi gratia, qui definiret lineā rectam, ꝙ sit vltimum superficiei, cuius mediū non occulit duo extrema: quando nanq; auferres ab hac oratione vltimum superficiei, quæ erat pars definitionis lineę rectę, & dicis cuius medium non occulit duo extrema, nō est definitio omnium linearum rectarum, ex quo lineę infinitæ non est medium, neq; extrema.

Secundus locus est, ꝙ proferatur oratio composita vice nominis simplicis illi æqualis: qui enim sic ageret, non definiret, sed commutaret nomen pro nomine, vt ꝙ proferret nomē simplex pro nomine simplici, nō definiret. verbi gratia, vt qui definiret in lingua Arabica leonem furentem, ꝙ sit leo prauus, siue latine tunicam nigram, ꝙ sit colobium atrum, & eo magis, quādo non proferret nomen notius, q̄m sit oratio illa, vt qui definiret lapidem album, ꝙ sit lapis niueus: album enim notius est quàm niueum.

Tertius locus est, quòd cum commutatione orationis cum oratione non seruaret vnam eandem rationem, vt qui diceret vice scientiæ speculatiuæ, quòd sit opinio scientifica: opinio enim non significat id, quod significat ipsa scientia, nec ipsarum significatio est vna, & cum hoc significat differentiam, quæ est, dum dicimus in genere, speculatiuum, & ille dicebat scientificum.

Quartus locus est ꝙ relinquantur quędam nomina, quæ sunt vt dictiones in definitione, & aliqua alia permutentur, & quod omittitur sit notius, quæ est dictio significans genus, & quod cōmutatur sit signotius, quæ est dictio significans differentiam, quia ille non proferet orationem illius vice, quę largiatur naturā differentiæ, nisi dictionem simplicē, vt qui definiret numerum parem, ꝙ sit habens medium: dicere enim medium vere rax est de quantitate continua, & discreta. si autem adderet in definitione medium numerale, esset definitio perfecta, & vice dictionis simplicis proferret orationē: & hunc simile fecit Euclides in definitione anguli pla

ni, quando dixit, ꝙ ſit agonus, qui fit ex concurſu duarum linearum non recte ſe incidentium in æqua ſuperficie. Et hoc fortior eſt ꝙ obſeruetur dictio ſignificans differentiã, & permutetur dictio ſignificãs genus: ſicq; obſeruaretur latentius, & commutaretur manifeſtius.

Hæc ſunt loca definitionum, quę inſeruimus ordine quo ea inſeruerunt Theophraſtus & Themiſtius, ex quo hic magis ſubintrat ordinem artificioſum & fit facultoris commemorationis.

ARISTOTELIS
TOPICORVM
LIBER SEPTIMVS.

SVMMA LIBRI:

De locis Eiuſdem, & Diuerſi, deq; locis conſtructionis, & deſtructionis prædicatorum.

De Eodem & Diuerſo, loci. Cap. I.

1 locus. declaratio.

VTrum autem idem an diuerſum ſecũdum propriſſimũ eorum, qui dicti ſunt de eodem, modorum, dicendũ: dicebatur autem numero vnum idem, quod numero vnum conſiderandum autẽ ex caſibus, & coniugatis, & oppoſitis. Nam ſimiliſſima idẽ eſt fortitudini, & iuſtus forti, & iuſte fortiter. Similiter autẽ & in oppoſitis. Nam ſi hæc eadem & oppoſita his, eadẽ ſecundum quamlibet dictarum oppoſitionũ. Nihil enim differt hoc vel hoc modo oppoſitum ſumere, eo ꝙ idẽ eſt. Rurſum, ex eſſentijs, & corruptiuis, & generationibus, & corruptionibus & omnino ex ijs quę ſimiliter ſe habẽt alterum ad alterum. Nam quęcunq; ſimpliciter eadem, etiã generationes eorum & corruptiones eædem, & effectiua, & corruptiua. Conſiderandum aũt & quorum alterum, maxime dicitur quoduis eſſe, ſi & alterum ipſorum ꝑm idem maxime dicetur. Sicut Xenocrates beatam vitam, et ſtudioſam aſſignauit eandẽ, eo ꝙ omnium vitarum, maxime eligenda ſtudioſa, & beata: vnum enim maxime eligendũ, & maximũ. Similiter & in alijs huiuſmodi. Oportet autem vtrunq; vnum numero eſſe, quod dicitur maximum, & maxime eligendum: ſi aũt non, nõ erit oſtentum quod idem. Non neceſſarium enim ſi tortiſſimi Græcorum ſunt Peloponneſij, & Lacedemonij, eoſdem eſſe Peloponnetios Lacedæmonios, eo ꝙ non vnus numero Peloponnetius, & Lacedemonius, ſed continet quidẽ alterum ab altero neceſſarium, vt Lacedemonij a Peloponneſiis: ſi autẽ non, accidet ſeipſis inuicem eſſe meliores, ſi nõ continentur alteri ab alteris: neceſſe eſt enim Peloponneſios meliores eſſe ꝙ Lacedæmonios, ſi nõ continentur alteri ab alteris, nam omnibus reliquis ſunt meliores. Similiter autẽ & Lacedæmonios neceſſe eſt meliores eſſe Peloponneſiis, nam et iſti omnibus cęteris ſunt meliores, quare ſeinuicem meliores fiunt. Manifeſtum ergo, quoniam vnum numero eſſe oportet quod optimum et maximũ dicitur, ſi debeat ꝙ idẽ ſint oſtendi. propter quod Xenocrates nõ idem aſſignauit: nõ enim vna numero beata, & ſtudioſa vita: quapropter non neceſſarium eandẽ eſſe, eo ꝙ ambæ maxime eligendæ, ſed altera ſub altera. Rurſum, conſiderandum ſi cui alterum idẽ, et alterum. nam ſi nõ ſunt ambo eidem eadem, manifeſtum qm̃ nec ſibijnuicem. Amplius autem, ex ijs quæ his accidunt, & quibus hæc accidunt, conſiderandum. Nam quęcunq; alteri accidunt, & alteri oportet accidere, & quibus alterum eorum accidit, et alterum eorũ oportet accidere: ſi autẽ aliquid horum diſſonet, dilucidum quoniã nõ eadem. Videndum autem & ſi nõ in vno genere prædicamenti vtraq;, ſed hoc quidẽ quale, illud autẽ quantum, vel ad aliquid indicet. Rurſum, ſi genus vtriſq; nõ idem, ſed hoc quidem bonũ illud autem malum: aut hoc quidẽ virtus, illud aũt ſcientia. Aut ſi genus quidem idẽ, differentiæ autem nõ eædem de vtroq; prędicantur: ſed de hac quidem quoniã cõtemplatiua ſcientia, de illo autem qm̃ actiua: ſimiliter autẽ & in alijs. Amplius, autem ex magis, ſi hoc quidẽ ſuſcipit magis, illud autem non: aut ſi ambo ſuſcipiunt quidem, nõ ſimul autem. vt qui magis amat, non magis concupiſcit venerem: quare non idẽ amor, & concupiſcentia veneris. Amplius, ex appoſitione: ſi idem vtrumq; appoſitum, non facit idem totum. Aut ſi eodem ab vtroq; ſublato, quod relinquitur eſt alterum. Vt ſi duplum dimidij, & multiplum dimidij idẽ dixerit eẽ: ſublato enim ab vtroq; dimidio, reliqua idem oporteret indicare: non indicant autem, nam duplum & multiplum nõ eadem ſignificat. Conſiderandum autẽ nõ ſolum ſi iam aliquid accidit impoſſibile poſitionem, ſed & ſi poſsibile ſit ex ſuppoſitione exiſtere. Quemadmodum ijs, qui vacuum, & plenum aere, idem dicũt eſſe: nam manifeſtum, quoniam ſi exeat aer, vacuum quidem non minus, ſed magis erit, plenum autem aere non amplius erit, quare ſuppoſito aliquo

2 locus. declaratio.

3 locus. declaratio.

4 locus. declaratio.

5 locus. declaratio.

6 locus. declaratio.

7 locus. declaratio.

8 locus. declaratio.

9 locus. declaratio.

10 locus. declaratio.

11 locus. declaratio.

12 Locus. Declaratio.

to aliquo ſiue vero, ſiue falſo (nihil enim refert) ſi alterum interimitur, alterum autem non, profecto non idem ſunt. Vniuerſaliter autem dicendo ex ijs, quæ quouis modo de vtroq; prædicantur, & de quibus hæc prædicantur, conſiderandum ſi alicubi diſſonent. Nam quæcunq; de altero prędicantur, & de altero prædicari oportet, et de quibus alterũ prædicatur, & alterum prædicari oportet.

1 Locus. Declaratio.

Amplius, quia multipliciter idẽ dicitur, conſiderandum ſi ſecũdum alium aliquem modum eadem ſunt. Nam ſpecie, vel genere eadem, non neceſſe eſt numero eadẽ eſſe. Cõſideramus autẽ vtrũ ſic eadẽ, an nõ ſic. Amplius, ſi põt alterũ ſine altero eſſe. nõ erit. n. idem ad idem: igitur loci tot dicũtur. Palam autem ex ijs, quæ dicta ſunt, quoniã omnes qui ad idem ſunt deſtructiui loci, et ad terminum vtiles ſunt: quemadmodum prius dictum eſt. Nam, ſi non idem indicet et nomẽ, & oratio, manifeſtum quoniam nõ erit definitio aſſignata oratio. Conſtructiuorũ autem locorũ nullus vtilis ad terminum. Non enim ſufficit oſtendere idem quod ſub oratione, & nomine eſt ad conſtruendum quoniam definitio, ſed & alia oportet omnia habere, quæ præcepta ſunt, definitionem: interimere igitur definitionẽ ſic, & per hæc ſemper tentandum. Si autem conſtruere volumus, primum quidem ſcire oportet, quoniã nullus, vel pauci diſputantium, terminum ſyllogiſmo colligunt, ſed omnes principiũ, quod tale eſt accipiunt. Vt qui circa geometriam, & numeros, & alias huiuſmodi diſciplinas. Deinde quoniam exacte quidẽ alterius eſt negocij aſſignare, & quid eſt terminus, & quomodo definire oportet, nunc autem quantum ſufficit ad præſentem vtilitatem, tantum ſolum dicendum, quoniam poſſibile fieri definitiõis, & eius quod quid eſt, eſſe ſyllogiſmum. Nam ſi terminus eſt oratio, quę quid eſt eſſe rei indicat: et oportet ea quæ in termino ponuntur, in eo quod quid eſt de re ſola prædicari: prædicantur autem ſola in eo quod quid eſt, genera, & differentiæ, manifeſtum, quoniam ſi quis ſumat ea, quæ ſolum de re in eo quod quid eſt prædicari oportet, quòd hæc habens oratio, terminus ex neceſsitate erit: non. n. cõtingit aliud eſſe terminum, eo quòd nihil aliud in eo qd quid eſt de re prædicatur, quod igitur poſſibile eſt ex termino ſyllogiſmum fieri, manifeſtum. Ex quibus autem oportet conſtruere, determinatum eſt quidem in alijs diligẽtius, ad propoſitam autem methodum ꝛ dẽ

2 locus. Declaratio.

3 locus. Declaratio.

4 locus. Declaratio.

5 locus. Declaratio.

6 locus. declaratio.

7 Locus. Declaratio.

8 locus. declaratio.

9 locus. declaratio.

10 Locus. declaratio.

loci vtiles. Inſpiciendum enim in cõtrarijs, & in alijs oppoſitis, & totas orationes, & ſecundum partem ſi conderanti. Nam ſi oppoſita oppoſitæ, & eam, quæ dicta eſt, propoſiti neceſſe eſt eſſe. Quoniam autẽ contrariorum plures complexiones, ſumẽdum eſt ex contrarijs qualiſcũq; maxime apparebit cõtraria definitio: totas igit definitiones, quẽadmodum dictum eſt, conſiderandum. Secundum partem autem hoc pacto, primum quidem quoniam aſſignatum genus recte aſſignatum eſt. Nam ſi contrarium in contrario, propoſitum autem non eſt in eodem, manifeſtum, quoniam in contrario erit, eo quòd neceſſe eſt contraria in eodem genere, vel in contrarijs generibus eſſe. Et differentias quidem contrarias de cõtrarijs arbitramur prædicari. Vt de albo & nigro, nam ille quidem diſgregatiuum, hoc autem congregatiuum viſus: quare, ſi de cõtrario contrariæ prædicantur, de propoſito quæ aſſignatæ ſunt prædicabũtur: quapropter, quia et genus, & differentiæ recte aſſignatæ ſunt, manifeſtum, quoniam definitio erit, quæ aſſignata eſt. An non neceſſarium eſt de contrarijs differentias prædicari, niſi in eodem genere ſint contraria? quorum autem genera ſunt contraria, nihil prohibet eandem differentiam de vtriſq; dici, vt de iuſtitia, & iniuſtitia: nam illa quidem virtus, hæc autẽ virtum animæ. quare id, quod eſt animæ, differentia de vtriſq; dicitur, eo quòd & corporis eſt virtus & virtum: ſed hoc verum, ꝙ cõtrariorum, aut contrariæ, aut eædem differẽtiæ ſunt: ſi ergo de contrario cõtraria prędicantur, de hoc autem nõ, manifeſtum, quoniam quæ dicta eſt, de hoc prædicabitur. Vniuerſaliter autem dicendo, ſi definitio eſt ex genere, & differentijs, ſi ſit contrarij definitio manifeſta, & quæ propoſiti definitio, manifeſta erit. Nam, quoniam contrarium in eodem genere, vel in cõtrario, ſimiliter autem & differentiæ, aut contrariæ de cõtrarijs, aut eædem prædicantur, dilucidum, quoniã de propoſito, aut idem genus prædicabiturqd' de contrario, differentiæ autem contrariæ, vel omnes, vel aliquæ, reliquæ autem eædẽ, aut contra, differentiæ quidem eędẽ, genera vero cõtraria, aut ambo contraria. & genera & differẽtia, nã eadẽ eſſe ambo nõ cõtingit, ſi aũt ſecus, definitio eadẽ contrariorũ erit. Amplius, ex caſibus, & coniugatis. Neceſſe eſt enim cõſequi genera generibus, & terminos terminis: vt ſi obliuio eſt ſcientiæ amiſſio, et obliuiſci, amittere ſcietiã erit. et oblitũ

11 locus. declaratio.

12 locus. declaratio.

esse,

esse,amtſiſſe ſcientiã:vno igitur quolibet eo rum quæ dicta ſunt cõfeſſo,neceſſe eſt & re liqua cõfiteri. Similiter autẽ & ſi corruptio, diſſolutio ſubſtãtiæ,& corrũpere,diſſoluere ſubſtantiã,& corruptiue, diſſolutiue:ſi cor ruptiuum diſſolutiuum ſubſtantiæ,& corru ptio,ſubſtantię diſſolutio. ſimiliter aũt et in aliꝭs.Quare vno quouis ſumpto, & reliqua 2 6. locus. declarato omnia confiteaĩ oportet. Et ex ſimiliter ſe habentibus admittẽ.Nam ſi ſalubre eſt effe ctiuum ſanitatis, & habile effectiuum bonæ habitudinis erit, & adiutiuũ effectiuum bo ni: nam ſimiliter vnumquodq; eorum,quæ dicta ſunt, ad ſuum finem ſe habet: quare ſi vnius eorũ definitio eſt effectiuũ eſſe finis, 2 7. locus. declarato. & reliquorũ cuiuſq; ſic erit definitio. Am pliꝰ,ex eo quod eſt magis & ſimiliter, quod eſt ſimiliter,quoties cõtingit cõſtruere duas ad duo comparantẽ. Vt ſi magis hæc huius q̃ iſta iſtius definitio,iſta autẽ,quę minus de finitio eſt,& hæc quæ magis:& ſimiliter hęc huius, & iſta iſtius: ſi altera alterius, & reli qua reliquæ. Vna autẽ definitio ad duo cõ parata,aut duabus definitionibus ad vnum, neutiquã vtilis ea, quę ex magis eſt cõſidera 2 8 locus. declaratio. tio.Nam neq; vna duorum, neq; duas eiuſ dem definitiones poſſibile eſt eſſe. Sunt au tem oportuniſſimi locorũ,& qui nunc dicti ſunt,& qui ex calibus, & qui ex coniugatis, quocirca et oportet maxime detinere et prõ ptos habere hos: vtiliſſimi enim ad plurꝫ ma. Aliorum autẽ ꝫ qui maxime ſunt com munes.Nam illi maxime reliquorum effica ciſſimi:vt inſpicere in ſingularibꝰ,& in ſpe 2 9 locus. declaratio. ciebus conſiderare, ſi conueniat definitio, eo q̃ vniuoca ſpecies eſt:eſt autem vtilis hic locus ad eos,qui ponunt ideas eſſe,quemad 3 0 locus. declaratio. modum prius dictũ eſt. Amplius,ſi per me taphoram dixit nomen, vel idem de eodem prædicauit vt diuerſum:& ſi quis alius com munitus & efficax locorum,illo vtendum.

Sermo de locis Eiuſdem & Aliis, quæ referuntur in Septimo Cap. I.

HÆc quoq; loca, vt diximus, vtilia ſunt de finitioni[illegible] conſtituentes enim cõſtruunt aliquam conditionem.expedit nanque q̃ definitio,& id,quod nomen ſignificat,ſint vnum. Deſtruens autem ſufficit ei, q̃ de ſtruat definitionem.

Vnum autem dicitur modis prædictis in præceden tibus:quorum primus eſt vnius nomine ſecundum ſe, loca autem vtilia ad hoc quæſitum ſunt portiora loco rum cõmunium omnibus quæſitis,prout ſunt loca con iugatorum,& caſuum, & oppoſitorum, & generatio nis,& corruptionis, & auſarum gignentium, & cor rumpentium,& prioris,& dignioris.verbi gratia ſi cõ iugatis,ſi iuſtitia & fortitudo ſint vnæ ſecundum ſe, iu ſtus & fortis eſt vnus ſecundum ſe. Oppoſitorum autẽ exemplum eſt, ſi iuſtitia & virtus ſint vnum ſecundũ ſe, iniuſtitia & vitium ſunt vnum ſecundũ ſe. Et exem plum in generatione & corruptione eſt,ſi paries & pa latium ſunt vna res ſecundum ſe,q̃ diſſicans parietem & palatium eſt vnus ſecundum ſe. Et exemplum prioris & dignioris eſt,ſi nominatio ſit dignior q̃ ſit nomen q̃ quod nominatur,& nominatio non ſit nomen:dignius itaque eſt quòd nominatum non ſit nomen. Et horum locus eſt proprius, ſi fuerint duæ res, quarum vtraque ſit maior, & magis diligenda, quàm vna eadem res,illæ ſunt vna eadem res. Cuius exemplum eſt, quod ex plicuerunt quidam veteſtiores, quòd vita ſtudioſi ſit eligibilior omni vita. Et in hunc locum eſt paralogiſ mus,quia homo & animal ſunt præſtantiſſima genera bilium & corruptibilium, & nõ ſunt vnum ſecundum ſe,ſed oportet quòd illarum vna non ambiat alteram: ſin autem, vna eſſet præſtantior altera: hic autem lo cus,quem Ariſto. dicit veracem in eo quod dicitur ma ius & præſtantius, ſit quando fuerint vnum numero.

Secundus autem locus eſt, ſi fuerint duæ res, quarum vtraq; vni rei ſunt vnum ſecundum ſe, ambæ illæ ſunt vna ſecundum ſe. verbi gratia,ſi vinum et merum ſecundum ſe vna res eſſent cum ceruſia, & vtraq; eſ ſent vna res ſecundum ſe, & ceruſia & vinum ſunt vnum ſecundum ſe,ſicq; merum et ceruſia ſunt vnum ſecundum ſe.

Tertius locus eſt,ſi duę res inſerant unam rem ſecun dum ſe,aut inſerantur ex vna re ſecundum ſe, illæ ſunt vna,ſi autem non inſerant, non ſunt vna. gratia exem pli,ſi ob merum & vinum ſit vna res ſecundum ſe: vt pote ipſa ebrietas,illę ſunt vna. Et exemplum illorum, quæ inferuntur ex vna re,eſt, vt ſi ex ſucco vuarum, quod muſtum dicitur, ſint merum & vinum, merum itaq; & vinum ſunt vna res.

Quartus autem locus eſt, ſi vtraq; nõ ſint in vno ge nere prædicamentorum,non ſunt vnum:& ſi genus ſit vnum,& illorum non ſint vnæ differentiæ ſecundum ſe,illa non ſunt vnum, vt differentię nominum nõ ſunt nominatorum.

Quintus locus eſt,ſi vnũ ſuſcipiat magis & minus, & alterum non ſuſcipiat, illa non ſunt vnum: & ſi am bo ſuſcipiant magis & minus,ſed non ſuſcipiunt ipſum ſimul, vt amor & appetitus coitus,illa non ſunt vnum.

Sextus locus eſt ex appoſitione, quòd conſideretur. quia ſi fuerint duæ res, quarum quando vtraq; appo nitur vni rei, non fit collectum vna res, illæ non ſunt vna res.& ſimiliter,ſi imminuatur ab vtra illarum vna res ſecundum ſe,& reſidua differant,illæ non ſunt vna. exempli gratia, qui dixerit, q̃ medĩ duplum & medĩ dupla ſint vna res ſecundum ſe, ſi ita eſſet, ſequeretur, quando ab vtriſq; imminueretur medium, q̃ reſidua eſſent vnum.

Septimus locus eſt, quòd conſideremus duas res, quas poſueramus eſſe vnam:& ſi poſsit vna auferri, & altera remaneat, non ſunt vna. verbi gratia qui poſuit aerem & vacuum eſſe vnam rem ſecundum ſe, quia ſi nos imaginemur ablationem aeris, poſſet eſſe va cuum,immo forſitan dignus eſſet ipſum eſſe cum aeris ablatione.

De conſtructione, & deſtructione prædicato- rum loci. Cap. II.

QVoniam autem difficilius eſt cõſtruere, quàm deſtruere terminum, ex iis, quæ poſtea dicentur, manifeſtum. Nam noſſe ipſum,& ſumere ab interroganꝫ tibus huiuſmodi propoſitiones non facile, vt quod

3 1 Locus Declaratio.

vt quod eorũ, quæ ſunt in aſſignata oratio ne hoc quidem genus, illud autem differen tia,& quod in eo quod quid eſt,genus & dif ferentiæ prædicantur. Sine his vero impoſ ſibile eſt definitionis ſyllogiſmum fieri: nã, ſi quædam,& alia in eo quod quid eſt de re prædicantur, incertum vtrum ne quæ dicta eſt,an alia eius definitio eſt, eo quòd definitio eſt oratio quod eſt indicans. Manifeſtũ autem & etiam ex his,nam facilius vnũ con cludere,quàm multa.interimenti quidẽ ſuffi cit ad vnum differere: vnũ enim quocũq; ſit,deſtruentes, interempturi ſumus termi num:at conſtruenti omnia neceſſe eſt con ſtruere quòd inſint, quæ in termino ſunt. Amplius,conſtruenti quidem vniuerſaliter ſtatuendum ſyllogiſmum, (nam oportet de omni,de quo nomen prædicari,& terminũ, & etiam adhuc cõuerti, de quo orationem, et nomen,ſi debeat proprius eſſe aſſignatus terminus:)deſtruenti vero nõ neceſſe oſten dere vniuerſaliter: ſufficit enim oſtendere, quòd de quopiam eorum, quæ ſub nomine ſunt oratio nõ verificatur, & tametſi vniuer ſale oporteat deſtruere,non tamen conuer ti neceſſarium,& in deſtruendo. nam, ſuffi cit deſtructi vſe,oñdere,quod de aliquo eo rum,de quibus nomẽ prædicaĩ, oño nõ præ dicaĩ: at ẽ conuerſo non neceſſariũ,vt oſten 3 2 Locus. Declaratio. datur, quòd de quibus oratio non prædica tur, neque nomen prædicetur. Amplius etiam,ſi omni ei ineſt,quod ſub nomine eſt, at non ſoli,interempta eſt definitio. Simili ter autem & circa proprium, & genus ſe ha bet. In vtriſque enim deſtruere quàm con ſtruere facilius eſt:de proprio quidem mani feſtum,ex iis quæ dicta ſunt: nam, vt pluri mum in complexione propriũ aſſignatur, quare deſtruere quidẽ eſt,vnum interimen ti,conſtruenti autem, omnia ratiocinatione colligere neceſſe eſt:penè autem, & reliqua omnia quæcunq; ad definitionem,et ad pro prium conueniet dici:nam,& omni oportet quod ſub nomine eſt, conſtruenti monſtra re, quoniam ineſt: deſtruenti autem ſufficit oſtendere vni non ineſſe:ſi vero et omni in eſt,at non ſoli,etiam ſi deſtructum ſit:perin de,ac & in definitione dicebatur. De gene re autem, quoniam conſtruere quidem ne ceſſe eſt vno modo, qui omni oſtendit ineſ ſe,deſtruenti autem dupliciter:nam ſiue nul li, ſiue alicui oſtenſum ſit non ineſſe, inter emptum eſt quod in principio. Item con ſtruenti quidem non ſufficit,quoniam ineſt oſtendere, ſed, & quoniam, vt genus ineſt oſtendendum:deſtruenti autẽ ſufficit oſten dere non ineſſe,vel alicui,vel nulli: videtur autem,quemadmodum in aliꝭs, corrumpe re quàm facere facilius,ſic & in his, deſtruere quàm conſtruere. In accidente vero vni 3 3 locus. Declaratio. uerſale quidem facilius deſtruere,quàm con ſtruere. Nam conſtruenti quidem oſtenden dum,quoniam omni,deſtruenti autem ſuffi cit oſtendere vni non ineſſe. Particulare ve ro ẽ conuerſo,nam facilius cõſtruere, quàm 3 4 locus. Declarato. deſtruere. Conſtruenti enim ſat eſt oſtende re alicui ineſſe: deſtruenti autem oſtenden dum,quoniam nulli ineſt. Manifeſtum au tem,qua de cauſa omnium facillimũ eſt ter minũ deſtruere. Plura enim ſunt in ipſo da ta multorum dictorum, ex pluribus autem certius fit ſyllogiſmus:nam veriſimile in mul tis, magis quàm in paucis peccatum fieri. Amplius, ad terminum quidem contingit, 35 locus. Declarato. & per alia argumentari, ſiue enim non pro pria ſit definitio, ſiue non genus quod aſſi gnatur, ſiue non ineſt aliquod eorum quæ ſunt in definitione,interempta ſit definitio: ad alia autem neq; ea,quæ ex terminis, neq; alia contingit omnia argumẽtari, ſola enim ea quæ ad accidens, communia ſunt omni bus prædictis: ineſſe enim oportet vnum quodq; eorum,quæ dicta ſunt: ſi autem nõ, vt proprium ineſt genus, nondum inter em ptum eſt genus: ſimiliter autem & propriũ non neceſſarium,vt genus ineſſe, neq; acci dens,vt genus,aut proprium,ſed ineſſe tan tum, quare non poſſibile ex aliis ad alia ar gumentari,niſi in definitione ſolum. Mani feſtum igitur, quoniam facillimum omniũ eſt,terminum interimere, conſtruere autem difficillimum:nam,& illa oportet omnia ra tiocinatione colligere. & quod inſunt quæ dicta ſunt,& quòd genus,quod aſſignatum eſt,quodq; propria definitio: & adhuc præ ter hæc quòd indicat quid eſt eſſe oratio: & hæc probe oportet fecille. Aliorum autem 36 locus. Declaratio. proprium maxime huiuſmodi. Nam interi mere quidem facilius, eo quòd ex pluribus plerunq; fit. Conſtruere autem difficillimũ, quoniam multa oportet aſtruere, & adhuc quoniam ſoli ineſt, & quoniam conuerſim prædicatur de re. Facillimum autem omni conſtruere accidens. Nam in aliis quidem 4 0 locus. Declaratio. non ſolum ineſſe, ſed, & quoniam ſic ineſt oſtendendum: in accidente vero, quoniam ineſt duntaxat,ſufficit oſtendere. Deſtruere autem difficillimum eſt accidens: quia, quàm pauciſſima in eo data ſunt: non enim conſignificat in accidente quo modo ineſt.

Quare

Quare in alijs quidem dupliciter interimere contingit, vel ostendendo quòd nõ inest, vel quòd non sic inest: in accidente vero nõ contingit interimere nisi ostendendo quòd non inest. Loci, per quos copiosi erimus ad singula quæque problematum argumentari, fere sufficienter annumerati sunt.

Sermo de locis prædicatorum vnius, & Alterius. *Cap. II.*

ET vniuersaliter, vt ait Arist. expedit destruere loca eiusdem, & alius ex rebus prædicatis de vnoquoq; illorum quouis modo fuerit prædicatio, & res, quæ de illis prædicantur, si fuerint differentes secundum aliquem locorum, non sunt vnum. rerum. n. quæ sunt vnæ, quicquid prædicatur de vna illarum, oportet & prædicetur de altera, & de rebus, de quibus prædicatur vna illarum, expedit, & prædicetur altera: hoc autẽ sic existẽte, vtilia sunt huic loca prædicta de quæsitis absoluti, quæ sunt quæsita accidentis, prout est locus partitionis, & locus compositionis, & locus definitionis, et locus illationum. Et ex quo vnum dicitur varijs modis, si commonstraretur de re, & sit vna numero, commonstratum est, & sit vna specie, & genere, & si commonstraretur, & esset vna specie, aut genere, non esset commõstratum ipsam esse vnã numero. hæc itaq; est summa locorum, quæ retulit Arist. in hac partitione. Et dicit Arist. & non sibi constant prædecessores Dialectici in eo, & definitio commonstretur syllogismo, sed illam supponebant subtractione quadam, prout Geometræ faciunt de multis definitionibus. Nos autem videmur ostendisse ex nostra oratione, & definitionis sit syllogismus, & cum hoc apparent regulæ, quibus hæc commonstretur. Præstantissima autem loca, ex quibus sumuntur definitiones in hac arte, sunt loca coniugatorũ, & casuum, & vt vniuersalius inquam, loca communia, sicut sunt loca oppositorum, & cætera. Et hæc sunt quę expedit nobis prompta esse circa hãc operationem pro maiori parte. Deinde expedit dinumerare loca particularia, sicut est locus, vbi dictum est, quod, quando definitio in suo complemento decernit definito superadditionem, aut detectum, non est definitio, prout definitio rerum sensatarum non conuenit definitioni idearum intelligibilium, quas ponit Plato. motus enim, qui videtur in illarũ definitionib⁹, est impossibilis abstractus, & alia loca particularia. Scire vero perfecte species definitionum, & scire res, ex quibus componũtur, tam dictum est in libro Posteriorum Analyticorum. Sicq; quando commẽtarentur hæc loci demonstratus prædictis hic inuenien do syllogismum de definitione, tũ complet esset nobis scientia artis definiendi simpliciter, & hic explicit secunda pars huius.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER OCTAVVS.

SVMMA LIBRI:

De Locis aptis ad instruendum Interrogantem, & de locis pro Respondente, ac denique de Locis communibus interrogantis, & respondentis.

Loci ad instruendum Interrogantem *Cap. I.*

1. locus. declaratio.

POst hæc autem de ordine, & quonam pacto oportet interrogare, dicendum. Oportet autem primum quidem, cum, qui interrogare debet, locum inuenire, vnde sit argumentandum: secundum autẽ interrogare, & ordinare singula apud seipsum: reliquum vero & tertium dicere iã eadem ad alterum. Quòd autem inueniat locum, similiter Philosophi, & Dialectici considerato: subinde vero illa ordinare, & interrogare, proprium Dialectici, ad alterũ. n. omne quod tale est, Philosopho autem, & quærenti per seipsum, nihil curæ est si vera quidem sint, & nota, per quę syllogismus, & non ponat ea qui respondet, eo quòd propinqua sint illis, quæ sunt ex principio, & præuideat quod subsecutum est, sed fortasse & studiose aget, quoniam maxime notæ, & propinquę sunt dignitates: ex illis enim scitifici syllogismi. loci igitur vnde oporteat sumere, dicti sunt prius, de ordine autẽ, et interrogatione dicendum. diuidendæ propositiones quæcunque sumendę sunt ad necessarias, necessariæ autem dicuntur, per quas syllogismus fit. Quæ autem ad has sumuntur, quatuor sunt. Aut enim gratia inductionis, vt detur vniuersale, aut ad magnitudinẽ orationis, aut ad occultationem conclusionis, aut vt dilucidior sit oratio: prẽter has aũt nulla est assumenda propositio, sed per has augere, & interrogare tentandum. (Sunt autem quæ ad occultationem, certaminis gratia, sed quia omne, quod huiusmodi est, negocium ad alterũ est, necesse est, & illis vti.) Necessarias igitur, per quas fit syllogismus, non statim pręordinandum, sed abeundum ad suprema. Vt non postulet quis contrariorum eandem disciplinam, si hoc voluerit sumere, sed oppositorum: posito enim hoc et quoniam contrariorum eadem disciplina syllogismo colliget, eo quod ex oppositis, sunt

2. locus. declaratio.

Differentia Dialectici & Philosophi.

3. locus. declaratio.

4. locus. declaratio.

5. locus. declaratio.

6. locus. declaratio.

7. locus. declaratio.

8. locus. declaratio.

9. locus. declaratio.

10. locus. declaratio.

sunt contraria. Si vero illam non ponat, per inductionem sumendum proponẽti in particularibus contrarijs. Nam aut per syllogismum, aut per inductionẽ necessarias sumendum, aut has quidem inductione, illas autẽ syllogismo. Quæcunq; autem valde manifestæ sunt, illas quoq; oportet præponere: nam immanifestius est semper in abscisu, et inductione, quod secuturũ est, & simul ipsas necessarias proponere, & qui non potest illo modo, sumere esse paratum, quæ vero ad has sumptæ sunt, accipiendæ quidem illarũ gratia. Vnaquæq; autem earum hoc modo vtendum inducentem quidem à singularibus ad vniuersalia, & à notis ad ignota: nota autem magis quæ secundum sensum, vel simpliciter, vel multipliciter, vel multitudini. Occultantem vero, ratiocinatione præcolligere oportet ea, & quæ syllogismus eius quod ex principio est debet fieri: & hæc, vt plurimum. Erit autem hoc, si quis non solũ necessarias, sed & earum, quæ ad illas sunt vtiles, aliquam syllogizauerit. Amplius, conclusiones non dicere, sed postea ratiocinatione colligere, subitarias. Sic enim longissime abscedet ab ea, quæ ex principio, positione: vniuersaliter autem dicendo, sic oportet enim interrogare qui occulte interrogat, vt interrogata omni oratione, & eo dicente cõclusionem, quæratur propter qd: id autẽ erit maxime per antedictum modũ: nam sola vltima dicta conclusione, immanifestum quomodo accidit, eo quòd non præuidit respondens ex quibus accidit, nõ per membra digestis prioribus syllogismis: minime autem per membra digeritur syllogismus conclusione, cùm nõ eius sumptiones ponuntur, sed cùm illa sumuntur, à quibus syllogismus fit. Vtile autem & non cõmunia postulata sumere, ex quibus syllogismi, sed vicissim ad aliam, & ad aliam cõclusionem. Nam positis conuenientibus iuxta seinuicem, magis quod accidit ex ipsis manifestũ. Oportet autẽ & definitione sumere, in quibus possibile est, vniuersalem propositionem, non in ipsis, sed in coniugatis. Nam decipiunt falsa ratiocinatione seipsos, quando in coniugato sumitur definitio, si non vniuersale concedunt. vt si oportet sumere, quòd qui irascitur appetit pœnam, sumatur autem, ira appetitus esse pœnę propter apparentem paruipẽsionem: manifestum autem, quoniam hoc sumpto, habebimus vniuersale quod prælegimus: at eis, qui in ipsis proponunt, sæpe accidit, vt abnuat respondens eo quòd magis se habeat in ea re instantia. vt quòd non omnis qui irascitur appetit pœnã: nam parentibus irascimur quidem, nõ autem pœnam appetimus. Fortasse autem non vera instantia est: nam à quibusdam sufficiens pœna est, tristari solum, & facere pœnitere: verũtamen habet aliquid veri simile, vt non videatur irrationabiliter negare propositum: in ira autem definitione, non fuit iter facile est instantiam inuenire. Præterea proponere par est, non vt propter idipsum, sed alterius gratia cum qui proponit: nam deuitant ea, quæ ad positionem sunt vtilia. Simpliciter autem dicendo, quàm maxime facere dubium, vtrum quod proponitur, an oppositum sumere vult. Nã dubio existente quidnam ad positionem est vtile, magis quod sibi videtur ponunt. Amplius, per similitudinem interrogare. Nam & veritimile, & latet magis vniuersale. vt quemadmodum scientia & ignoratia contrariorum eadem, sic & sensus contrariorum idem: aut è conuerso, postquàm sensus idem contrariorum, & scientia: hoc autem est simile inductioni, non tamen idem: nam ille quidem à singularibus vniuersale sumitur, in similibus autem non est quod sumitur vniuersale, sub quo omnia similia sunt. Oportet autem & ipsum sibimet quandoq; instantiam ferre.

11. locus. Declaratio.

12. locus. Declaratio.

13. locus. Declaratio.

14. locus. Declaratio.

15. locus. Declaratio.

16. locus. declaratio.

17. Locus. Declaratio.

18. Locus. declaratio.

19. Locus. declaratio.

Nam insuspecte se habent respondentes ad eos, qui videntur iuste argumentari. Vtile autem dicere quod consuetum, & quod dicitur tale. Nam pigrescũt quod solitum est dimouere, instantiam non habentes: simul autem, & quia vtuntur & ipsi talibus, cauẽt ea dimouere. Amplius, non sedule agere, & si omnino vtile sit. nã aduertus sedule agentes, magis renituntur. Et vt in similitudine proponere, quod propter aliud aliquid proponitur, & non propter seipsum, vtile ponent magis. Amplius, non id proponere quod oportet sumere, sed cui consequens, id est ex necessitate. Nam, & magis concedunt, eo quod non similiter ex hoc manifestum sit, quod consecuturum est, & sumpto hoc, sumptum est & illud. Et id vltimo interrogare, quod maxime vult sumere. Nã maxime prima renuunt, eo quòd plurimum interrogantium prima interrogant, circa quę vel maxime student. Ad quosdam autem prima quę vtilia sunt proponere. Nam proterui maxime prima admittũt, nisi omnino manifestum sit quod secuturum est, in fine autem proterunt: similiter autem & quicũq; arbitrãtur acuti esse in respõdẽdo, ponentes

cum

enim prima, in hinc recantant, tanquam nihil accident ex iis quæ posita sunt: ponunt autem prompte, cõfidentes habitui, & arbitrantes nihil se esse passuros. Amplius, pro longare, & interponere quæ nihil sunt vsui ad orationem, quemadmodum pseudographa vtentes. Nam cùm sint plura, immanis stultitia in quo falsum sit, quare & occultãt quando interrogantes, in absconso proponentes ea quæ per se proposita, nõ ponerentur: ad occultationẽ igitur, dictis est vtendum.

Sermo de quatuor intentionibus topicis. Cap.. I.

DEcet posit hæc loqui de ordine interrogationis & responsionis: et hinc exordiemur ordinem interrogationis, & quomodo cõuentat illam facere. Primum quidẽ quod expedit interroganti est, q̃ quærat locum topicum, vnde factundus sit syllogismus. Et secũdo, q̃ coaptet interrogationẽ, & ordine ponat omnem rem, prout interest. Tertio, q̃ de hoc loquaẽ cum alio, et Philosophus & Dialecticus conueniunt in hoc. Ordo vero & interrogatio sunt propria Dialectico: huius autẽ causa est, quia syllogismus dialecticus fit inter interrogantem & respondentẽ. Syllogismus autẽ demonstratiuus fit intra seipsum: & ideo demõstrator, qñ eius præmissæ fuerint veraces, non curat an admittat eas alius, necne. Iam autẽ in præcedẽtibus descripsimus loca dialectica, ex quibus fiunt syllogismi, quibus vtil hęc ars, & ante hoc descripsimus syllogismos dialecticos, & suas species, & suas partes, & illorum coaptationẽ, nunc aũt exordiamur hinc, & dicamus, q̃ præmittæ, quę fiunt in hac arte primo sunt duarum specierũ, aut sunt præmissę necessariæ, & sunt ex quibus fit syllogismus primo, & interitur inde cõclusio illatione necessaria, aut præmissæ, quæ dum connectuntur his præmissis necessarijs in hac arte, fiunt magis amplificantes intentionẽ, quæ intendit per illas & vehementioris actionis, f. destructionis positionis, quã respondens procurat obtinere. Et hę quidẽ fiunt ob quatuor intẽtiones, quarum Vna est certioratio de respondente in admissionẽ præmissarum necessariarum, quarum priuatio admittendi à respondente nõ creditur, quando nõ fuerint maxime diuulgationis. Secunda intentio est occultatio conclusionis inimicabilis ex præmissis necessarijs ipsi respondenti, vt interroganti facilius fit admittere, quod admittendi tilo procurat. Tertia intentio est ornamentũ, & decoratio, & amplificatio. Et quarta intentio est illius declaratio & manifestatio. Hæc tria sunt quæ pollicemur. Dicit autem primæ intentiones sunt huic arti propriæ, intertia vero & quarta conuenit, qui habet hanc artẽ, cum illo qui habet artem demonstratiuã, & præcipue orationis declaratio & manifestatio est, quod proprium est huic arti de vtendo præmissis extraneis, quæ præmissæ sunt spectes proprtiarum artiorum vtorũ & artisophisticę, & oltenduntur in fingulis artibus. Præmissæ vero, quę fiunt ad certiorandum de respondente circa id, de quo non confidit interrogans de illo, vt eadmittat ipsum, sunt duarum specierum. Quarum vna est præmissarũ vniuersalium ambientium necessarias: et hoc quidẽ fit, quando interrogans non interrogaret ipsalmet præmissas necessarias, sed interiogaret vniuersales illas ambientes, & procuraret hoc quantum est possibile fuerit, q̃ sumat vniuersalissimam, quod inuenerit illis præmissis, quas admittendis procurat, quando enim respondens admiserit præmissam vniuersalẽ, impossibile est et negare particularem, quæ illi subest. vt verbi gratia, quãdo vellemus admitti, q̃ cõtrariorum scientia sit vna, expedit q̃ non quæramus, an contrariorũ scientia sit vna, sed quæramus, an oppositorum scientia sit vna. Differentia autem inter has præmissas, quæ proferuntur ad certiorationem, & vniuersales, quæ proferuntur, vt eis cõmonstrentur particulares, quæ et subsunt, est hęc, nã fiunt fm modum patefaciendi querendo locũ, vbi sint particulares, quas procurat admitti per se notas in hac arte, scilicet q̃ sint vulgares: & ideo numerabantur inter necessarias, hæ autem fiunt per id, quod deforis est, quæ solum differunt ex parte vsus tm. Secundę autem speciei sunt præmissæ inquisitiuæ, quę sumuntur ad certiorãdum de præmissis vniuersalibus, per loca, quibus inquisitio nõ est de necessitate cõmonstrandi præmissam vniuersalem, qñ enim essent de necessitate numerarentur inter necessarias. prout est, q̃ ab illo admittat vice illius q̃ oppositorum sit vna scientia, & q̃ contrariorum sit vna scientia, & relatiuorum sit vna scientia, & habitus & priuationis sit vna scientia.

Hæ itaq; sunt duæ species præmissarum, quæ fiunt ad certiorationem. Modi vero, quibus euenit cõclusionis occultatio, prout Arist. hic numerat, sunt tredecim modi, quorum quidã est præmissarum extranearum, et quidã est illarum quę fiunt per præmissas necessarias. Sicq; vnus eorum est, q̃ nõ interroget de præmissis necessarijs, quæ cõcluderent quæsitum interrogantis, sed interroget de præmissis, quæ concluderent præmissas necessarias, & attẽdat in hoc remouere, quantũ distantius possibile sit ab interrogãdo præmissas necessarias, quando interrogat de præmissis syllogismi inferẽtibus præmissas necessarias, & hoc quidẽ quantum sibi possibile est in remouendo in ipsa interrogatione de singulis quæsitis à præmissis necessarijs. hoc enim opus melius duos modos, quorũ vnus est occultatio illationis ab ipso respondente ob distantiam, quæ est inter primum quæsitum & præmissas, de quibus interogatur: notum enim est, q̃, quando distantia fuerit maior, illatio est latentior, & secundus modus est obliuio, quæ accidit ob multas præmulas, quia respondens obliuisceretur quarundam illarum, & non cerneret meminisse in hoc loco illationis ipsius cõclusionis ex illis, & admitteret illas. verbi gratia, q̃ esset primum quæsitũ, an voluptas sit bona, & præmissæ necessariæ, quę inferrent hoc quęsitum, sunt dicere, voluptas est iucunda, & omne iucundum est bonum, omnis itaq; voluptas est bona. Et præmissę, quę cõcluderent minorem huius syllogismi, quæ est, q̃ voluptas sit iucunda, sunt, voluptate omnia animalia cupiunt. et quicquid cupiunt omnia animalia est iucundum: quæ aũt concluderent ipsam maiorẽ, scilicet dicere, omne iucundum est bonum, est dicere, omne iucundum est naturale, & oẽ naturale est bonũ. hæ itaq; quatuor præmissę concludunt duas præmissas necessarias, & aliquãdo possibile est, q̃ sumamus vice harum quatuor, ipsas octo præmulas, quę eas concludãt, aut vice harum octo sexdecim præmulas, quæ ipsas cõcludant, et eueniret in hoc occultatio, quã narrauimus. Et inuentitur etiã alius modus, qui occultat inferre tales præmissas ipsasmet præmissas necessarias. Et vice illarum præmissarum, quę sunt necessarię, interrogetur de duabus præmissis syllogismi, quæ illas inferunt, & hoc, etiam, q̃ interroget de vna illarum fm se, & vice secundæ interroget de duabus syllogismi præmissis, quę illam cõcluderent, & hoc prout possibile fuerit, distantius remoueri. Et interrogabimus respondentẽ de alio syllogismo, qui est magis distans à conclusione, aut de duabus præmissis illius simul, aut de reliquis syllogismis, & de vna præmissa solum, & vice conclusionis sumemus de omni syllogismo tres præmissas, vnam præmissam

missam syllogismi, qui infert & duas præmissas syllogismi, quæ concludunt alteram præmissam huius syllogismi, & hoc singulis syllogismis excepto vltimo. Vt verbi gratia est quæsitum, an sanitas non sit coęquatio: & syllogismus necessarius, qui illud cõcludit, sunt duæ præmissæ: quarum vna est, q̃ sanitas non sit ad aliquid: & secunda est, q̃ coæquatio sit ad aliquid, & hoc quidẽ in secunda figura, & interrogetur ad ipsum quod dicimus, q̃ coæquatio sit ad aliquid, & vice illius quod dicimus, q̃ sanitas nõ sit ad aliquid, interrogemus de duabus præmissis necessarijs, quæ illam inferrent, quę sunt dicere, q̃ sanitas sit qualitas, & qualitas non sit ad aliquid: & interrogabimus de altera harum præmissarũ secũdum se, scilicet de ea, qua dicimus, q̃ sanitas sit qualitas, & vice alterius, quæ est, q̃ qualitas non sit ad aliquid, interrogabimus de duabus præmissis, quæ hanc concluderent, quæ sunt, q̃ qualitas dicitur secũdum se, & quod dicitur secundum se, non est ad aliquid, & de vna præmissarum, quæ est, quod dicimus, qualitas dicitur secundum se, interrogabimus secundum se, & vice alterius, scilicet quæ dicit, q̃ id, quod dicitur secundũ se, nõ sit ad aliquid, interrogabimus de duabus præmissis, quæ illam concludunt. videlicet dicere ad aliquid dicitur respectu alterius rei, & quod est secundum se non dicitur respectu alterius rei. Et hic est vltimus syllogismus, de cuius ambabus præmissis interrogabimus simul: sicq; interrogaremus in hoc exemplo de quinque præmissis solum, videlicet de duabus præmissis vltimi syllogismi cum vna præmissarum syllogismorum reliquorum, donec finiatur ad syllogismum, qui concludat ipsum quęsitum. verbi gratia, q̃ dicamus, an ad aliquid dicatur respectu alterius rei, & quod est secundũ se non dicatur respectu alterius rei. Deinde his duabus præmissis componemus secundam præmissam huius syllogismi, quæ est, q̃ qualitas dicitur secundum se, et connectemus huic aliam præmissam tertij syllogismi, quę est dicere, q̃ sanitas sit qualitas, deinde his cõnectemus primam præmissam, quæ concludit ipsum quæsitum, quæ est, q̃ coæquatio sit ad aliquid: & ex his quinq; præmissis concluditur nobis quæsitum, quod est, q̃ sanitas nõ est coæquatio, & fit semper numerus præmissarum, de quibus interrogatur superaddendo vnum numero syllogismorum: nos enim sumimus de singulis syllogismis vnam præmissam, & ex vltimo duas præmissas eius simul. Sed huic modo non contingit ipsa occultatio, quæ fit ob multitudinem præmissarum. Et ideo oportet interrogantem procurare vtilorem duorum modorum pro singulis quæsitis, & notum est, quod in tali opere quando fit interrogatio, non exprimitur aliqua res de cõclusionibus. Si vero exprimitur, & in conclusionibus quæstio subiecta, oportet, vt ait Arist. q̃ simul post interrogationem de suis præmissis interroget, & non interroget de singulis cõclusionibus post interrogationem de præmissis, quæ illas concludunt, in hoc enim fit quædam species occultationis ob occultationem ordinis inter conclusiones & præmissas.

Secundus autem modus occultationis conclusionis est, quia, quando non intendimus destructionem alicuius positionis, quæ profertur secũdum aliquem calum, expedit ponere interrogationem de præmissis vtilibus ad illius destructionem secundum calum alium à calu ipsius positi, immo illud capiemus alio casu, & propriũ tuuaminis est hoc præceptum in positis, pro quorũ destructionibus vtimur locis definitionis, & sunt posita, quorum destructio intenditur per præmissas vniuersales: destructio enim in hac arte fit secundum totum, & secundum partem. Verũtamen hoc præceptum tunc magis proprium in definitionibus, ex quo impossibile est præmissis, quæ sunt in via definitionis, q̃ in ipsis remoueatur distantia à quæsito, sicut fit in alijs præmissis, definitiones enim sunt prima principia, vt qui proponeret commonstrare, q̃ Deus non denominetur per iram definitiue, & pferatur interrogatio de definitione irascentis, & dicatur, nunquid irascens sit, qui appetit vindictam, & interrogetur de definitione iræ, & diceret, nunquid ira sit appetitus vindictæ, ponens interrogationẽ hoc modo lucraturus duo tuuamina, quorum vnum est, quia respondens putaret, q̃ sit differentia inter definitionem iræ, & definitionem irascentis, & q̃ non quod admittitur in definitione iræ, oporteat esse in definitione irascentis, & hoc est occultatio quædam: secundum autem tuuamen est, q̃, quando definitio sumitur denudata à materia, fit difficilioris destructionis. verbi gratia, quia quando nos dicimus, q̃ irascens sit qui appetit vindictam, contradicitur, nobis de ira patris in filium, & de ira in amicos, quando autẽ sumeremus definitionem denudatam à materia non esset factus hæc contradictio. Huius autem causa est, quia, quando prædicatũ prædicatur de subiecto, quod est in materia, in ipsa materia euenunt illi accidentia, quibus dubitatur ipsum inesse subiecto, sed hoc tuuamen non est huius capituli, quod est cõclusionis occultatio, sed per illud facilior fit admissio præmissæ ab ipso respondente.

Tertius autem modus occultationis est, q̃ interrogetur de similibus præmissis, quas intendit admitti à respondente vice ipsarum præmissarum secundum se, aut interrogetur de præmissis, quæ concludant quid simile conclusioni quæsitæ, non de his, quæ concludant conclusionem quæsitam, huc enim colligit cum occultatione perfuasionem. & bonam distinctionẽ ab ipsa re. verbi gratia, quia, quando nos proponimus concludere, q̃ vna sit contrariorum disciplina, non caperemus præmissas, quæ concluderent hoc quæsitũ, sed caperemus præmissas, quæ concluderent conclusionem similem huic conclusioni, f. præmissas, quæ concluderent q̃ contrariorum sensus sit vnus. Et similter, quãdo proponimus interogare, nunquid contrariorum sit vna scientia, interrogaremus à simili, & diceremus, nunquid contrariorum sit vnum iudicium, & eurdens est, quod, quando respondens admiserit rem inesse simili alicui rei, quòd tam illam admittit illimet rei. diuulgatum enim est in hac arte, quòd simlium idem est iudicium ex parte suæ similitudinis.

Quartus autẽ modus occultationis conclusionis est, q̃ non interrogetur de ipsa præmissa vtili in se, sed interrogeẽ de consequente ipsam, verbi gratia, quia, quãdo nos, apponimus interrogare, an nox non sit, vice eius interrogamus, an dies non sit.

Quintus modus occultationis est, q̃ in oratione proponamus cautas, & res, quarũ non est quid vtile ad quęsitum oino, quod superfluum est: cautas quidem q̃ eloquatur de vna re per dictiones synonymas, & q̃ vice dictionis simplicis eloquatur de illa per orationem, aut orationes compositas, adeo q̃ vna præmissa sit secundum formam multarum præmissarum. Superfluũ vero est, q̃ introducat in repetitione præmissarum vtilũ conclusioni præmissas inutiles. Iuuamen quidem cautarum est, quia occultur à respondente intentio interrogantis, quid proponat admitti ab illo, cum eo q̃ illis est persuasio quædam. Superfluit vero iuuamen est, quia respondens putabit, q̃ de quocunq; ipse interogetur, sit superfluum, & permiscetur illi vtile cum inutili, & in orationis progressu cõnectemus omnia illa, scilicet cautas, & superfluum, & hoc est de his, quæ accidere facilit respondenti, passionem, & iuuant interrogantem ex obliuione respondentis, ex qua nesciet quid, & euanescet, & non seruabit aliquid.

Sextus modus est, q̃ argumentei ad præmissas apud

interrogationem de illis præponendo affectus, ꝙ dicatur ꝙ hæ sint de rebus, quas intellect⁹ admittit, & quas intelligens nō negaret, & quę his similes orationes morales & afficiētes, sunt narratæ in libro Rhetoricorum: hoc enim occulteret ab ipso respondente locū ambiguitatis & apparentiæ dubij de præmissa, qm̄ difficile est dubitare & repellere, quod cōsueuit admitti. & hic quidem locus facit adipisci respondendi persuasionem, & cum hoc fit occultatio loci dubij, affectus enim impressio, quæ fit respondenti, ex hoc excęcat ipsum à cōprehendēdo causas dubij in præmissam. Septimus modus est, ꝙ nō interrogetur solum de præmissa vtili, sed secū vtatur aliquid, quod ipsam occulat, & vt vniuersalius inquam, sit ipsius interrogatio de illa fm formam dubiam, per hoc enim latet respondentē mens interrogantis, et condonaret illi id, quo vinceret fm eius opinionē & assēuerationem. Et aliquando fit hic modus occultationis et nō vtendo præmissis extraneis, sed quando interrogatur de præmissis vtilibus interrogatione ambigua. Et totius huius causa est, quia putaret respondens, ꝙ qui interrogat attente procuret omnes illas species, & ꝙ non dubitet, licet lateat eum, quam partem contradictionis intendat admitti.

Octauus modus est, ꝙ ponat interrogationem de præmissis, quę putantur admitti ob diuersum ab ipso quęsito, nō de præmissis, de quarum re apparet ꝙ capiantur ob quæsitum. verbi gratia ꝙ quæsitū sit, ꝙ diuitiæ sint bonæ, quia si hunc concessermus quòd diuitiæ sint eligibiles, mox respondens coniectaretur, ꝙ de illa interrogetur ob ipsum quæsitum. Si autem vice illius concessermus, ꝙ id, quo fiunt opera virtutum, sit bonum, prout est indigum nutrire, putarent, ꝙ huius propositū esset hinc concludere, ꝙ indigum nutrire sit bonum, & admitteretur hæc præmissa, qua admissa non remaneret nisi ꝙ interrogetur de præmissa, quam impossibile esset negare, scilicet ꝙ diuitijs nutriatur indigus.

Nonus modus est, ꝙ proferātur præmissę, de quibus interrogatur fm exemplum, & narrationem, dico narrationem, ꝙ illas ponat, prout est eius elocutio, & ipsas intelligat fm hanc dispositionem. per exemplum autē intelligo ꝙ illas proferat, ac si essent metaphora & exēplum alterius rei. Hinc ꝙ sunt omnes modi, quibus fit occultatio per præmissas, quę sunt deforis, reliqui autē, quorum hic fit mentio, sunt, quæ fiunt per necessarias præmissas, quorū est, ꝙ non interrogetur de præmissis fm ordinem cōcludentem, sed interrogetur secundum aliam dispositionē, & aliquando inserantur ordine simili alicui conclusioni, quę nō fit conclusio quæsita. verbi gratia, ꝙ primum quæsitum sit, an voluptas sit bona, quando insereremus præmissas ordine, quę cōcluderet nobis hoc quæsitum conclusione prima, diceremus an voluptas nō sit perfectio, & an perfectio non sit appetitus, & an appetitus non sit naturalis, & an naturalis nō sit bonus, & hinc cōcluderetur, ꝙ voluptas sit bonum. Et hanc ob causam in tali quæsito non insereretur talis ordo, sed insereretur ordine hoc, quo putetur, ꝙ intendat concludere aliam conclusionē, præter ipsum quęsitum, verbi gratia in his præmissis ꝙ dicat, an voluptas non sit perfectio, & appetitus sit perfectio, & naturale sit perfectio appetitus, & naturale sit bonum cum hoc ꝙ respicit cōclusionem, quā concluserat primus ordo, respicit etiam alias cōclusiones. Et puto ꝙ hoc deceat, quando affirmatiuæ fuerint conuertibiles, & maiores prę missę singulorum horum syllogismorum fuerint negatiuę. Et ipsorum est, ꝙ ponat interrogationē fm modum, quo nesciat respondēs, an proposuerit sumere ipsam rem, aut eius contradictorium, & hoc fit interrogatione ambigua, nō interrogatione indicāte, prout esset quęsitum, an voluptas nō sit bona, et vellemus admitti præmissam vtilem, ad hoc scilicet, ꝙ bonum sit, quo homo est bonus, et nō interrogaretur de præmissa interrogatione indicante, vt scilicet, sit propositum et dictum nunquid, sed interrogaretur de illa interrogatione ambigua, cuius destructio fit per dictionē an, vt dicatur, an bonum sit, quo homo est bonus, aut bonum non sit, quo homo sit bonus. Et quidā illorum est, ꝙ capiatur interrogatio de præmissis vtilibus quęsito, respondentis enim cōsuetudinis est festinare ad colluctandum ad primum, quod ipsum interrogaret quęrens, qm̄ notum est, ꝙ precedēs in interrogatione est magis estimatum apud ipsum, nisi sint duę species interlocutorum, quarum vna est species illorū, cui cōtingit hebetudo & mala complexio frigida ob priuationē exercitij, & omissionem sui ipsius: secunda autē species est illorum, qui reputant se ob ipsos esse pręclarę cogitationis & intellectus. Cum illis quidē qui sunt primę speciei vtilius est interroganti, ꝙ festinet per vtilius, quando enim prolongatur illius disceptatio, calefit & inflammatur eius appetitus, & coniectatur, quę nō fuerat præmeditatus. Illius vero, qui est bonę estimationis de se, potestatis est repellere cōtradictionem, qua facilis est in rei initio, & admittit id, quod interrogatur, quando aūt facta fuerit consideratio, & coniectabitur quid sequatur, negat contra id, quod accidit illi, qui dubius est de se nō confidens constituere eius cōtrouersiam. Et de illis est, ꝙ nō ostendat diligentiam solertē de præmissa, quam proponit admitti, interroget enim de duabus partibus cōtradictionis simul, & interrōget de opposito præmissę, quā proponit admitti. hic enim colligit duas species occultationis, quarum vna est, ꝙ respondens putet, ꝙ id, quod explicuisset, sit ex intentione: & secunda est, quia hic putat ꝙ forsan hic admittet alteram premissam facilius, & hinc fit, ꝙ, quādo illā trāsfert ad primā, habetur propositum. hec itaq; est summa omnium rerum, quas Aristoteles narrauit de absconsione conclusionis.

Pro Inductione Respondenti, loci alij. Cap. II.

21 locus. Declarato.

ADornatum vero, inductione, et cōclusione eorū quæ affinia sunt. Inductio igitur quale quid est, manifestū: diuidere autem huiusmodi, vt scientiā scientia esse melioręm, aut eo ꝙ exactior est, aut ꝙ meliorū: & ꝙ scientiarum alię quidē sunt contemplatiuæ, aliæ autē actiuæ, aliæ porro effectiuæ: nam vnumquodq; talium coornat quidē orationē, at nō necessarium est, vt dicatur ad cōclusionem. Ad diluciditatē autem exēpla, & similitudines afferendum. Exempla autē accōmodata, et ex quibus scimus qualia Homerus, non qualia Cherilus: sic enim clarius erit quod proponitur. Vtendum aūt in diserēdo, syllogismo quidē ad dialecticos magis, q̄ ad multitudinem: inductione vero cōtra, ad multitudinem magis. dictum est autem & de his & prius. Est autem in aliquibus quidem inducenti possibile interrogare vniuersale, in aliquibus vero non facile, eo ꝙ non positum sit similitudinibus nomen omnibus cōmune, sed quando oportet vniuersale sumere, sic in omnibus talibus esse dicunt. Id autem determinare difficillimum est, qualia sunt ea, quæ proferuntur huiusmodi, & qualia nō, & propter hoc sæpenumero dissident in disputationibus, alij quidē dicentes, similia esse quę non sunt similia; alij vero dubitantes quæ sunt similia, non esse similia. Quare tēptandum in oībus talib⁹, ipsum nomina effingere, vt neq; respondenti liceat dubitare, ꝙ non similiter quod infertur dicitur, neq; interroganti calumniari, vt similiter dicto, eo ꝙ plura eorū, quæ non similiter dicuntur, similiter videntur dici. Quando autem inducenti in pluribus non dederit vniuersale, tunc iustum est efflagitare instantiam, non dicēte autē ipso in aliquibus sic, nō iustum est efflagitare, in aliquibus non sic. Oportet enim inducentē prius sic instantiam efflagitare. Efflagitandum autem instantias non in eo quod proponitur ferre, nisi vnum tātum sit huiusmodi, vt dualitas partium numerorū solus primus. Nam oportet, & eum, qui instat in altero instantiam ferre, aut dicere quod hoc solum tale est. Ad eos autem, qui instant vniuersali, non in eodem autem instantiam ferunt, sed in æquiuoco, (vt quod habeat aliqs non suum colorem, vel pedem, vel manum, habebit enim pictor non suum colorem, & cocus pedem non suum.) diuidendo reuera in talibus interrogandum est. Nam latente æquiuocatione, bene videtur imitare propositioni. Si autem non in æquiuoco, sed in eodem instans præpediat interrogationem, oportet auferentem id, in quo instantia est, proponere reliquum, vniuersale faciendo, donec sumat quod vtile est. Vtrum oblitionē, & inoblitum esse, non enim concedunt eum qui amisit disciplinam, oblitum esse, eo ꝙ transeunte re amisit quidem disciplinam, oblitus autem non est. dicendum autem auferenti id, in quo instātia est, reliquum, vt si permanente re amisit disciplinā, ideirco oblitum esse. Similiter autem, & contra instantes, qm̄ maiori bono, maius opponitur malum: proferunt.n. qm̄ sanitati minori bono, q̄ bona habitudo, maius malum opponi: nam ægritudinem maius esse malū mala habitudine, auferēdum igitur, et in hoc, in quo instātia est: nam ablato, magis ponet, vt qm̄ maiori bono maius malum opponitur, nisi conferat alterum ad alterum: quemadmodū bona habitudo ad sanitatem. Non solum autem eo instante hoc faciendum, sed & si tunc instantia negat, eo quod præuideat aliquid talium. Nam ablato eo, in quo instantia est, cōpelletur ponere, eo ꝙ nō præuideat in reliquo, in aliquo non sic esse. Si autem nō potest, efflagitatus instantiam, non habebit assignare. Sunt autem hmōi propositionū, quæ in aliquo falsæ sunt, in aliquo autē verę, in his.n. par est auferri, eliquum autē verū relinquere. Si autem in multis proponēti nō ferat instantiam, postulandum est ponere.

1t locus. Declarato.

Nam dialectica est propositio, ad quā sic in pluribus se habentem, nō est instantia. Qm̄ autem contingit idem, & sine impossibili, & per impossibile syllogizare, demonstranti quidem & non differenti, nihil refert vel sic, vel illo modo syllogismo colligere: differenti autem non est vtendū per impossibile syllogismo, nam, si sine impossibili quidē syllogismo colligat, minime fiet, vt dubitent, at, quando per impossibile syllogizāt, nisi val de manifestum sit falsum esse. Non impossibile dicunt esse, quare non fit interrogātib⁹ quod volunt. Oportet autē, ꝙponere quæcunq; in pluribus quidem sic se habent. Instantia autem, aut omnino non est, aut nō in superficie est conspicere; nam qui non possunt conspicere in quibus non hic, tamē; verum quidem sit, ponunt. Non oportet autē conclusionem interrogationē facere. Alioquin autem, eo renuente nō videtur hem syllogismus: nam, & sæpe cùm non interrogat, sed, vt sequens infert, negant: & hoc faciētes non vident redarguitos, qui non conspiciūt quod accidit ex his quæ posita sunt: quando igitur non dicens quidem accidere, interrogabit, ille autem negabit, eō non videtur fieri syllogismus. Nō videtur autem omne vniuersale dialectica propositio esse, vt qd est homo? aut quot modis dicitur bonum? est enim dialectica propositio, ad quam est respondere, sic, vel non: ad dictas autem nō est, quare nō sunt dialectice huiusmodi interrogationes, nisi ipse determinans, vel diuidens dicat: vt putasne bonum sic, vel non sic dicitur: nam ad talia facilis responsio, vel affirmando, vel negando: quapropter tēdum sic proponere huiusmodi propositiones. Simul autem, & iustum fortasse ab illo interrogare, quot modis dicitur bonū, quando hoc diuidente, & proponente, nullo modo concesserit. Quisquis autem vnam orationem multo tempore interrogat, male interrogat. Nam, si respondeat quidem et interrogatus quod interrogatur, manifestum quod multas interrogationes iterrogat, aut frequenter easdē, quare aut nugatur, autmō habet syllogismū, nam ex paucis eis syllogismus: si vero non respondeat quid, aut non increpat, audisse dit? Est autem argumen-

2t locus. declarato.

3t locus. declarato.

4t locus. declarato.

5t locus. declarato.

6t locus. declarato.

7t locus. declarato.

8t locus. declarato.

9t locus. declarato.

10 locus. Declarato.

11 locus. declarato.

12 locus. declarato.

13 locus. declarato.

14 locus. declarato.

15 locus. declarato.

16 locus. declarato.

17 locus. declarato.

tari difficile,et sustinere facile ipsas suppositiones. Sunt autem talia,& quæ natura sunt prima,& quæ postrema. Nam prima quidē termino egent,postrema vero per multa terminantur volenti continuum sumere à primis aut sophisticæ videntur argumentationes:impossibile enim demonstrare quippiā est eum,qui nō incipit a propriis principijs, & connexū vsque ad vltima: definire autē nihil ducunt respondentes, neq; si interrogans definierit,aduertunt, atqui non facto manifesto quidnam est quod propositū est, non facile est argumentari: maxime autem quod tale est circa principia accidit, nā alia quidem per hæc monstrantur, ipsa vero nō contingit per alia,sed necesse est definitione talium,vnumquodq; cognoscere. Sunt autem difficile argumentabilia, & quæ valde propinqua sunt principio. Non enim contingit plures ad hæc rationes inuenire, cùm sint pauca media, horumq; & principiorū, per quæ necesse est monstrare ea quæ post illa sunt. Terminorum autem difficile argumētabiles q; omnium maxime sunt, quicūq; vtuntur nullis nominibus quæ primū quidem minime intellecta sunt simpliciterne dicantur an multipliciter: adhuc autem quæ neq; nota vtrum proprie an secundum metaphoram de definito dicantur. Nam,quia obscura sunt, non habent argumenta, quia vero ignorantur si absq; metaphora dicitur quod tale est,non habet quod increper. Omnino autem omne problema quando difficile argumentabile vel terminum indigere arbitrandum est,vel est eorum quæ multipliciter,vel eorum quæ secundum metaphoram de definito esse dicantur, vel non longe à principijs,vel quia non manifestum est primū nobis hoc idem,secundum quem dictorū modorum est,quod dubitationem præstat. Nā, cum est manifestus modus,manifestū, quoniam aut definire oportebit, aut diuidere, aut medias propositiones inuenire. Nā per hæc monstrantur vltima. In multis autem positionibus non bene assignata definitione non facile disputare,ac argumentari. Vt vtrum vni contrarium in plura:definitis autem contrarijs aliquo modo, facile est ostendere vtrum contingat plura eidem esse contraria,an nō,eodem autem modo, & in alijs definitione indigentibus: videntur autem, & in disciplinis quædam ob definitionis defectum non facile describi,vt & quoniā quę ad latus secat planum linea, similiter diuidit & lineam,& locum.definitione autem dicta statim manifestum est quod dicitur. Nā eandem ablationem habent loca, & linea,est autem definitio eius orationis hæc. Simpliciter autem prima elementorum, positis quidem definitionibus, vt quid linea, vel quid circulus,facillimū oñdere, verū non multis ad vnūquodq; eorum est argumentari,eo q̄ non sunt multa media: si autē non ponātur principiorum definitiones,difficile:fortasse autem oīno impossē. Silr autem his,& in ijs quæ sunt circa oīones se habet,non igitur latere oportet,qñ difficile argumentabilis est pō,q̄ palla est aliquid eorum quę dicta sunt, qñ autem erit ad dignitatem,& propōnem, maior labor disputare q̄ ad positionē. Dubitare autem possit quispiam, vtrū ponēda sint talia,an nō:nam,si nō ponat, sed poscat, & ad illa disputare,magis præcipiet,q̄ quod in principio positū est:si vero ponat, credet ex minus credibilibus:si igitur oportet non difficilius problema facere ponendū,si autē per notiora syllogizare,non ponendū. Addiscenti quidem non ponēdum, nisi notius sit:exercitato vero ponendū, si verum solū videatur:quare manifestū,qm̄ nō silr, & interroganti,& docenti existimādum esse ponendū. Quo pacto igit interrogare,& ordinare oportet,pene sufficiunt quę dicta sunt.

1. locus. Declaratio.

2. locus. Declaratio.

Dubitatio.

3. locus. Declaratio.

4. locus. Declaratio.

5. locus. declaratio.

Sermo de Orationis decoratione, & de alijs præceptis interrogantis. Cap. II.

TErtia autē intentio est orationis decoratio & exornatio,& amplificatio:hoc itaq; fit duab⁹ reb⁹, quarū vna est ipsa inquisitio,et altera est partitio in res proportionales. Inquisitio quidem,quæ fit ad hāc intentionem,fit duabus dispositionibus: quarum vna est,quando nobis esset præmissa vniuersalis per se patens non indigens inquisitione, & proponimus interrogare de illa, vt vice eius fiant præmissæ particulares, quas hæc præmissa ambit. verbi gratia, quando proponimus interrogare, an peritus in omni arte sit præstantior? & proponimus exornare orationem, & ipsam exemplificare, an miles peritus in sua militia sit præstantior: & similiter nauta peritus in suo nautigio: sicq; etiam medicus peritus in sua medicina, & vtendum est singulis,quæ subsunt præmissæ vniuersali: secunda dispositio est, quòd præmissa sit per se nota, & proponimus interrogare de ipsa, & huius præmissæ sit præmissa ambiens ipsam, & alias præmissas, quæ secum subintrant ipsam præmissam vniuersalem, nos.n. interrogaremus præmissam cum præmissis particularibus,quæ secum subintrant præmissam vniuersalem. gratia exempli, quod proponamus interrogare, an medicus peritus sit præstantior, prout est miles peritus, & nauta peritus. Hæ nanque omnes subintrant vnam præmissam, quòd scilicet peritus in omni arte est præstantior. Partitionis autem vsus in his fit duobus modis, quorum vnus est,quando fit in prædicato præmissæ, quam volumus admitti, & aliter quando fit in subiecto. Exemplum vtius illius in partitione prædicati est, quod interrogemus nunquid scientia de anima sit honorabilior, quàm scientia eleuationis ponderis? & subdimus

dimus huic, quia scientiarum honorabilior dicitur aut ex parte nobilitatis subiecti, aut ex parte firmitatis demonstrationum. Si autem tacuissemus hanc partitionem esset præmissa patens per se. Et huius exemplum in partitione subiecti est, quòd interrogemus vice dicendi, an oppositorum sit vna scientia,an opposita quę dam sint contraria, & quædam relatiua, & quædam priuatio & habitus, & quædam affirmatio & negatio, & omnium horum est vna scientia, est autem hoc vtile, quia naturaliter homo est admissurus orationem, quæ exprimitur hac expressione, quia hoc opere contingeret ostentatio, & decorum, & mentis satisfactio cum auditore. Et vt vniuersalius inquā, proportio huius operis ad præmissas necessarias est proportio pulchrium colorum & picturarum ad res necessarias illis ex accommodatis,& vestibus, & cæteris, & sicut homo gaudet his,& delectatur eis, sic est res in oratione, & inquisitio,quę hic fit,est alia ab inquisitione, quæ fit ad certiorationem, aut ad commonstrandum præmissam necessariam in se. Hæc autem exornatio,sicut fit in præmissis necessarijs,sic fit in nō necessarijs, prout sunt præmissæ occultationis & certiorationis, quæ prænarratæ sunt.

Quarta autem intentio,quæ est orationis manifestatio,& explicatio, fit duobus modis:quorum vnus sunt exempla, alterius autem sunt confictio, & assimilatio. Exempla quidem sunt particulares res ipsius vniuersalis, quæ sumuntur ad ipsius intellectionem,& explicationem. Exemplo autem vtitur ars oratoria ad occurrendum in assertionem. Hæc vero ars vtitur solum ad intellectionem, prout est dispositio inquisitionis, qua vtitur hæc ars ad assertionem, & commonstrationem, & exemplificationem. Confictio vero & assimilatio, quæ fiunt ad rei intelligentiam, non sunt res particulares, neque vniuersales rei, quæ sumuntur ad ipsius intelligentiam, sed sunt res,quæ ipsam fingunt & assimulant,prout est id,quod dicit Aristoteles, quòd error in principio, & si sit paruus, qui non percipiatur, tamen conducit ad plures errores, sicut qui deuiat trineris initium, & aberrat ab eo trigona figura, non cessat distare ab itinere, donec quasi deuiet infinita distātia ab eo. Et assimilationes, quibus vtitur hæc ars, sunt proximę proportionales,quibus, vt ait Aristoteles, vsus est Homerus. Et his eisdem modis fiunt in arte demonstrationis. Vsus autem ipsarum in his duabus artibus est diuersus ab vsu ipsarum in arte Poetica, fiunt enim in illa arte ad occurrendum in assertionem poeticam,in his autem duabus artibus ad solam intelligentiam.

Hæc itaque est summa eorum, quæ dixerat de præmissis quæ sunt deforis.

Deinde transfert se Aristoteles ad alia præcepta interrogantis, & dicit: Quia orationes Dialecticæ sunt duarum specierum,syllogismus,& inquisitio, conuenit interroganti vti inquisitione cum plebe Dialecticorū, & syllogismo,cum ipsorum peritis:plebs enim inquisitione magis comprehēdit,quia ipsius particularia sunt sensata, sensatum autem est notius apud plebem. Sed apud illos,qui exercitati sunt in Dialectica, syllogismi sunt magis diuulgati,adeo quòd illi repellūt sensatum, prout compertum multos antiquos repulisse motum, & multitudinem. Illorum autem error circa hęc fuit ob syllogismos, qui apud eos constituti erant super præmissis diuulgatis, quæ sunt apud hanc speciem notiores sensatis,sensus enim subordinatur apud eos huic speciei præmissarum, putant enim quòd præmissæ sint intelligibiles. Ex quo autem inquisitio profertur ad cōmonstrationem præmissæ vniuersalis,notum est,quòd, quando fuerit nomen, quod includit omnes res consimiles, quæ subsunt huic vniuersali, in quo sunt similes, facilis fit translatio ab admissione illarum ad admissionem vniuersalis cum respondente. Si vero huic vniuersali,quo sunt similes,non fuerit nomen, difficilis fit illi respondens enim concederet interroganti præmissam vniuersalem,cui subest subiectum quæsiti, quādo commonstratum et fuerit,quòd quæsiti subiectum sit simile rebus,quæ sunt inquisitæ,et subintrat similitudinem vniuersalem rebus, quæ inquisitæ sunt, & quòd illis euenerit prædicatum ratione huius assimilationis, & quando huic assimilationi vniuersali nō fuerit nomen, difficilis fit illius ablatio apud interrogantem separando illud ab illis,immo fortasse priuatio nominis erit causa, qua respondens non imaginetur illud admittere,& difficilis fit illius intelligentia, & graue fit ei illud admittere, cui non sit nomen, quod includat rem intentam ab ipso respondente admitti, & vt vniuersalius inquam, priuatio nominationis vniuersaliter est, quæ per inquisitionem apponit errorem duabus sectis, & aliquando interrogans quærit à respondente, quod ei admittat,quod non est simile, vt quòd esset simile, & interdum respondens cauet admittere, quod est simile,& aliquando cadit dubiū de rebus similibus. Et ideo Aristoteles præcepit interroganti in hoc loco, quòd instituat nomē vniuersali,quod includit particularia, quę educta sunt inquisitione, aut illud significet per orationem, vt facilius & tutius respondens admittat id, quod interrogans proposuerit,& remotius fuerit aduenire repugnans illi, de quo interrogauit, & confidat etiam interrogator, quod putabit de eo, quod non est simile, quòd sit simile. Quando autem interrogans fecerit hoc vniuersaliter,scilicet quòd instituerit illi nomen, vt esset in primo posito illi nomen, & respondens admitteret ei particularia inquisitionis,& nō admitteret ipsum vniuersale. Expedit autem illi,quòd proponat argumētari destructionem huius vniuersalis,& si eum interrogaret,quòd commonstret de qua rerum non se habeat, prout inquisitum est. Quando vero respondens nō admitteret et inquisitionem, non expedit ei interrogare eum destructionem præmissæ vniuersalis. Et quando respondens protulerit destructionem vniuersalis,cuius particulares præmissas admiserat in inquisitione, non euadit, quin destruat alias particulares de particularibus, quæ non sunt expressæ in ipsa inquisitione, quoniam ad destructionem particularis, quam concludere intendit,non expedit interroganti admittere ipsius destructionem,quia est ipsa eadem res,quam interrogans proponit commonstrare, nisi quæsito,quod interrogās proposuerat concludere, solt proprium sit inter reliqua particularia,quæ subsunt illi vniuersali, quòd illi nō insit illa res,quam quærens procurat commonstrare inesse per inquisitionem:admitteretur enim ei hoc, quia illi præmissæ non esset instantia, nisi in illo particulari solum,& est ac si illa inueniretur esse necessaria respōderi. vt gratia exempli,si quærens proponeret concludere,quòd binarius sit numerus par, qui non sit primus, inquirendo de reliquis speciebus numeri partibus, qui non sunt primi,prout sunt octonarius,& senarius,& cęteri:quando itaque illos inquisiuerimus, & interrogās proponeret,quòd respondens admittat et ipsam vniuersalem, qua hinc concludat, quòd binarius sit numerus par,non primus,hic esset respondentis instare ei per ipsummet quæsitum. Quando vero instantia respondentis fuerit per particularem huius particularis quæsiti, interrogantis est apponere conditionem in præmissa vniuersali, qua ab illa excipiat hoc particulare, quod destruxerat ipse respondens, & remanebit sub hoc quæsito. Et si interrogans apponeret hanc conditionem primo in præmissa, priusquàm interrogaret de illa præstantius esset, quia ipse respondens non

inueniret aditum ad inſtandum. verbi gratia, quòd interrogans poneret, quod ille, à quo ſeparatur ſcięntia de re, obliuiſceretur illius. Et reſpondens inſtabit, quod ſcięntia aliquando ſeparatur a ſcientia in corruptione ipſius ſciti, hæc autem non vocatur obliuio. Quando autem interrogans appoſuiſſet conditionem, quòd ille, à quo ſeparatur ſcientia de re ipſa re permanente obliuiſcatur, non inueniſſet reſpondens aditum ad negandum hanc præmiſſam, & oportuiſſet eum admittere illam, definiens enim præmiſſam Dialecticam, quæ inquiſitione conſtruitur in hac arte, eſt, quod inueniatur prædicatum in maiori parte ſui ſubiecti, & quod non ſit ipſius aliqua inſtantia, aut quia non ſit aliqua inſtantia in ipſam, aut quod ſit illius aliqua inſtantia, ſed illam non æſtimemus in hac arte. Quando vero inſtaret reſpondens, quod ſit æquiuocum nomine prædicati, aut ſubiecti præmiſſæ vniuerſalis, expediret interrogatem vti diuiſione nominis æquiuoci ſecundum omnia ipſius ſignificata, quæ ſignificaret, deinde explicare illi ſignificatum, quod intendebat commonſtrare in ipſa inquiſitione. Verbi gratia, quando interrogans propoſuiſſet concludere, quod non ſit hominis aliquod membrum, quin ſit ei proprium, vt in poematibus fertur de centauro & minotauro, quod tuis ſuperioribus membris ſit hominis ſimilis, & inferioribus membris ſimilis ſit alij animali. Reſpondens autem inſtaret dices, quod piſto non eſt caput, & ipſius eſt caput imaginis, quam formauerat. huius autem erroris cauſa eſt æquiuocatio illius dictionis ipſius, aliquando enim ſit pro eo, quod res non ſit pars ſpeciei, cui attribuitur per hanc dictionem. Et ſimiliter dicitur, quod ipſius hominis ſint membra organica, & membra ſimilaria. Et aliquando ſit ſecundum modum attributionis ipſius, ſcilicet, aut attributionis affectus, aut attributionis habitꝰ, aut alius attributionis. & hoc modo dicitur, quod hæc veſtis ſit ipſius talis, ſiue fuerit ipſius acquiſitio, ſiue quod arte illam fecerit. Hæc itaque eſt ſumma eorum, quæ expedit interrogantem facere tempore inquiſitionis ſingularum rerum. Quando vero vteretur ſyllogiſmo ſine inquiſitione, expedit, quod de duabus ſyllogiſmi ſpecie- 40
bus vtatur ſyllogiſmo recto, non ſyllogiſmo impoſsibilis, rectus enim expedientior eſt ad hoc, & vtilior, quando poſsibilis fuerit: huius autem cauſa eſt, quoniam diſpoſitio huius artis quo ad hanc rem differt à diſpoſitione artis demonſtrationis, quicquid enim commonſtratum fuerit, ſecundum artem demonſtrationis vtriſque ſyllogiſmus ipſius eſt demonſtrationis firmitas vna, verumtamen ſecundum hanc artem res non ita eſt. Impoſsibilis enim ſyllogiſmus concludit ducendo ad falſum, quod eſt contradictorium illius, quod concludere propoſuerat. Id autem, quod in hac arte gerit vicem falſi, eſt abſonum fictum. Et aliquando contingit, quod inueniantur ambo contradictoria diuulgata, & nõ concludant abſonum fictum, & interdum concludant abſonum fictum. ſed non eſt maxime fictum abſonum. Ficta autem abſona, quæ in hac arte gerunt vicem falſi in demonſtratione, ſunt illa ficta abſona, quæ reſpondens renuere nequit, & hoc eſt fictum abſonum, quod eſt notę nefandum. Quo vero modo vnum, idem quęſitum commonſtretur per impoſsibile & recte, ita commonſtratum eſt in libro Priorum Analyticorum. Iam itaque elocuti ſumus, cum quo fiat ſyllogiſmus, & cum quo fiat inquiſitio, & cum hoc ediximus, quid expediat interroganti facere in diſpoſitione inquiſitionis, & ordine mirere inſtantiam reſpondentis ei, & enarrauimus etiam quæ ſpecies ſyllogiſmi ſit et vtilior in hac arte. Nefandas vero præmiſſas in hac arte expedit cauere illas, quæ fuerint maxime diuulgatæ, & hæc quidem ſunt duæ ſpecies, quædam ſpecies eſt illarum, quarum inſtãtia eſt nefanda, prout eſt illa, Deus omnia poteſt: & aliqua ſpecies eſt, cuius inſtantia eſt difficilis, ob modicam inuentionem ſuæ inſtantiæ, aut quia illius non ſit inſtantia aliqua. Et hæ quidem ſunt præmiſſæ, quæ pro maiori parte ſuorum ſubiectorum ſunt ſub ſenſu, præter quòd conſtet nobis aliqua res illis repugnãs. Et quando reſpondens interrogaretur de talibus præmiſsis, & eas negaret, interrogantis eſſet ipſum capere & caſtigare, & hæ ſunt præmiſſæ, quæ ſunt maxime diuulgatæ in hac arte. Concluſio vero non profertur ſecundum modũ interrogationis, ſed quatenus eſt conſequens ex admiſsione præmiſſarũ. Quando enim protuliſſet eam, ſecundum quòd ſit conſequens, poſſet reſpondens renuere ipſam, ex quo eius eſt hoc ſecundum hanc artem, tanto fortius quando eam protulerit ſecundum modum interrogationis, quia putandum eſt quòd reſpondens non admitteret eam, & non obiceret illi in hoc, & inde lucraretur. Expedit autem ſcire, quòd non quælibet interrogatio eſt Topica, prout eſt interrogatio quid ſit homo, aut interrogatio quot modis res dicatur: ſed Topica interrogatio eſt, ad quam reſpondentis eſt reſpondere ſic, aut non, prout dictimus, nunquid mundus ſit nouitei factus, aut nõ, ad quod reſpondenti non eſt niſi vna reſponſio, prout eſt reſponſio ad quid ſit homo, quòd ſit animal rationale, aut quot modis dicatur bonum? quia dicitur de honeſto, vtili, & pulchro. Fit autem hic modus interrogationis Topicus, quando illum protulerit interrogans modo quo reſpondens poſsit ad illam reſpondere per alterum duorum cõtradictoriorum, vt dicat, an homo ſit animal rationale, nec ne? & an bonum dicatur de tali & tali, nec ne? & quãdo reſpõdens non admitteret ei hoc illud, admitteretur ei quòd eum interroget quot modis dicatur bonum apud illum, aut quæ ſit hominis definitio apud illum. Quòd autem interrogatio protrahat moram, pluſquàm decerneretur ex præmiſsis faciundis pro quæſito, hoc eſt, dicere neceſſarias, & eas, quę deforis ſunt, eſt vtique vtilis actus in interrogatione: quando enim hoc fieret, putaretur fieri ob alteram duarum rerum, aut quia nimium amplificet orationem, & multiplicentur interrogationes de vna eadem re, aut quia interroget, quod inutile ſit ad concluſionem, & confidet obiicere ei, & lucrari, aut videbitur ei quòd recedet. Et expedit interrogantem ſcire, quòd inueniantur quædam poſitiones, quas difficile eſt deſtruere ob difficultatem argumentationum, quæ illis inſtent, & modicam illarum inſtantiam. Et ideo harum earundem obſeruatio facilis ſit reſpondenti. Et poſitiones quidem, quarum deſtructio difficilis ſit ob difficultatem argumentationum, quę illis repugnent, ſunt quatuor ſpecierum. Quarum vnius ſunt principia nota prima artium, prout eſt conſtructio vnitatis in Arithmetica, & puncti in Geometria, & ſicut dicere, quòd de quauis re verax ſit affirmatio, aut negatio. Secundæ autem ſunt res poſtremæ remotæ à principijs, prout eſt dicere, an anima ſit immortalis, nec ne? Et tertię ſunt res proximæ principio. Et quartę, res, quarum elocutio ſit nomine æquiuoco, aut nomine accommodato. Cauſæ vero difficultatis inuentendi ſyllogiſmos de principijs ſunt, quia, quando interrogans procuraret commonſtrare aliquam rem, quæ fiat de illis, prius indigeret admitti illorum definitio. prout ſit, quando nos proponimus commonſtrare, quòd de qualibet re verax ſit affirmatio, aut negatio, prius indigemus explicare affirmationem, & negationem. Et hoc idem euenit de omni, cuius definitionem ſumere indigemus primo, quando ſcrutatur de illo. prout dicimus, an Deus ſit, & an natura ſit? & an vacuum ſit, nec ne? & magis accidunt obſcuritates in talibus, quando contemnuntur,

nuntur, & quæritur de illis eſſe aliquam rem, aut impoſsibilem eſſe præter quòd definierint. Vt qui quæreret, an vacuum ſit, præter quòd ſciat quid vacuum nomen ſignificet. Cauſa autem difficultatis admittendi definitionem eſt multitudo illorum, quorum interrogans indiget, quòd et admittat reſpondens de eſſendo conditiones requiſitas ad illam, vt quòd inſit definito, & quòd ſit prædicarum de illo in eo quòd quid ſit, & reliquæ conditiones præpoſitæ de definitione. Et hæc erit cauſa, qua ex illis reſpondens offendat plures inſtantias: & ideo illius deſtructio fit facilior contra ipſius conſtructionem. Et hæc eadem eſt cauſa difficultatis inuentendi argumentationes de rebus poſtremis, quoniam commonſtrantur pluribus præmiſsis, quas interrogantem difficile eſt capere, & reſpondenti non deeſt id, quo facile teratur inſtantia. Cauſa vero difficultatis ſyllogizandi ad res proximas principio eſt paucitas præmiſſarum, quæ fiunt ad illas, & in his decet interroganti vti occultatione, vt decet ei in rebus, quæ ſunt à principijs diſtantes. Verumtamen cauſa difficultatis ſyllogizandi ad illud, de quo elocutio fuerit æquiuoca, aut accommodata, eſt, quia, quando dictio æquiuoca non traderet vnum idem ſignificatum, fieret forma cuiuis rei, quæ contingeret de modis conſtructionis, & deſtructionis. Si autem interrogans caperet de illis ſignificatum vtile, non eſt reſpondentis dicere nolo hoc ſignificatum, quod intelligebas. vt ſi interroget, an orbis ſit æternus, nec ne? quia nomen orbis eſt æquiuocum, quod dicitur de toto, & dicitur de aliqua ſuarum partium. Et exemplum huius in accommodatis eſt oratio illius, qui dicit, quòd mare ſit terræ ſudor, qui in ipſius fundo collectus eſt, quia ſi deſtruxerit ſignificatum accommodatum, diceret, nolo niſi ſignificatum verum, & ſi deſtruxerit verum, diceret, nolo. niſi ipſum ſignificatum accommodatum, & non eſt illius propoſitum, & lucraretur. Et hanc quidem ob cauſam definitiones, quæ æquiuocæ, aut accommodatæ dicuntur, difficile eſt deſtruere, licet illarum deſtructio ſecundum præcedentia ſit facilis, quando autem hoc ita eſt, quòd hæ ſint cauſæ difficultatis deſtructionis poſitionum, præter quod coniectetur, vnde ſit difficultas illarum, quas interrogans intendat deſtruere. Expedit itaque, quando difficilis ei fuerit deſtructio alicuius poſiti, præter quod conſideret, vnde ſit illius difficultas, quòd imitatur his modis, quia non euaderet vnum eorum, aut plures, quàm vnum. Et ſi illius cauſa fuerit, quia indigeat definitione, exordiemur prius definitionem. Si autem illius cauſa fuerit nominis æquiuocatio, prout eſt dicere, an orbis ſit æternus, nec ne? incipiemus à diuiſione illius, quod ſignificat ipſum nomen. Si autem illius difficultatis cauſa fuerit multitudo præmiſſarũ, quæ in medio ſunt, prout eſt dicere, an cœlum ſit graue, aut nec graue, nec leue: expedit illas proferre, adeo q̃ nullam rẽ illarum omittamus. Contingit autem aliquãdo dubitare quid expediat interrogantem facere, quando non inueniret per quid procuret illud commonſtrare niſi per præmiſſas modicæ diuulgationis, & ſi interrogaret de illis, non confidit, quin illas neget ipſe reſpondens, ſi non interroget de illis primo, & proponat interrogare de præmiſsis, quarum concluſio ſit difficilis ad quæſitum ob multitudinem illarum concluſionum, quæ intercidunt et ex primis principijs. Doctrina vero eſt, quòd primo proferat præmiſſas, quę ſunt notiores, donec per illas commonſtret præmiſſas, quæ fuerint quæſito proxime.

Hæc itaque eſt ſumma eorum, quæ dicta ſunt pro interrogante, & quo modo debeat eſſe interrogatio, & ordinis ſeries.

Loci pro reſpondente. *Cap. III.*

DE reſponſione autem primum quidẽ determinandum, quod nam eſt opus bene reſpondentis, quemadmodum bene interrogantis. Eſt autem interrogantis quidem ſic deducere orationẽ, vt faciat reſpondentem dicere inopinabiliora, quàm ea, quę propter poſitionem ſunt neceſſaria: reſpondentis vero non propter ſe apparere, accidere impoſsibile, aut quod præter opinionem eſt, ſed propter poſitionem: nam alterum fortaſſe peccatum, ponere primum quod non oportet, et poſitum non ſeruare aliquo modo. Quia autem ſunt indeterminata ijs, qui propter exercitationem, & experientiã orationes faciunt (nam non eædem conſiderationes, & diſcentibus, & docentibus, & concertãtibus, neq; his, et ijs qui exercent ſe inuicem inſpectionis gratia: nam diſcenti quidem ponenda ſunt ſemper ea, quę videntur, neque enim conatur falſum vllus docere, concertantium vero interrogantem quidem videri aliquid facere oportet omnino, reſpondentem autem nihil videri pati) & in Dialecticis congreſſionibus, quæ non concertationis gratia, ſed experimenti, & inſpectionis orationes faciunt, nondum enucleatũ eſt quo pacto oporteat coniectare reſpondentem, & qualia dare, & qualia non, ad bene, aut non ſeruandam poſitionem: quoniã (inquam) nihil habemus traditum ab aliis, ipſi aliquid dicere tentemus. Neceſſe eſt autem reſpondentem ſuſtinere orationem, ponendo aut probabilem, aut improbabilem poſitionem, aut neutram, & aut ſimpliciter probabilem, aut improbabilem, aut indeterminate, vt huic alicui, vel alij. Nihil autem refert quomodocunque dum ea probabilis, aut improbabilis ſit: nam idem modus erit bene reſpondendi, vel dandi, vel non dandi quod interrogatum eſt: nam, cùm improbabilis eſt poſitio, neceſſe eſt, & concluſionem probabilem fieri: cùm vero probabilis, improbabilem, nam oppoſitum ſemper poſitionis interrogans concludet: ſi autem neq; probabile, neque improbabile quod poſitũ eſt, & concluſio erit talis. Quoniam autem bene ſyllogizans, ex probabilibus, & notioribus propoſitum demonſtrat, manifeſtum eſt, quòd quando ſimpliciter eſt improbabile quod proponitur, non dandum eſt reſpondenti, nec quod non videtur ſimpliciter, nec quod videtur quidẽ, minus aũt cõcluſione videtur. Nã, cũ improbabilis eſt

1. locus. Declaratio.

2. locus. Declaratio.

3. locus. Declaratio.

4. locus. Declaratio.

positio,probabilis est cõclusio,quare oportet quæ sumuntur,probabilia esse omnia, & magis probabilia quam quod proponitur, si debet per notiora quod minus notum est concludi,quare si neq; tale est quippiam eorum,quę interrogantur,non ponendum est respondenti. Simpliciter autem si est probabilis positio,dilucidum est, quoniam conclusio simpliciter improbabilis:ponendum igitur,& quæ videntur omnia, & eorũ quæ non videntur,quęcunq; minus sunt improbabilia conclusione: nam sufficienter sic videbitur disceptatum esse.Similiter autẽ erit, & si neq; improbabilis, neq; probabilis est positio. Nam,sic & quæ vidẽtur omnia dandum,& eorum quæ non videntur, quæcũq; minus sunt improbabilia conclusione: sic enim probabiliores accidit orationes fieri. Si igitur simpliciter quidem probabile, vel improbabile quod ponitur,ad ea quę videntur simpliciter,comparatio faciendа.Si autẽ non simpliciter probabile, vel improbabile sit,quod ponitur, sed respondenti, ad seipsum quod videtur, & quod non videtur iudicando,ponendum, vel non ponendum.

Si vero alterius opinionem tutetur respondens,manifestum;quoniam ad illius intelligentiam aspiciendo, ponere singula debet, & negare,quare & qui curant extraneas opiniones,(vt bonum & malum esse idem,quẽ admodum Heraclitus inquit,) non dant nõ adesse simul contraria eidem,non quia non videntur eis hæc, sed quia secundum Heraclitum sic dicendum. Faciunt hoc autem & qui suscipiunt abinuicem positiones,coniectant enim ac si is dicat,qui ponit, manifestũ igit̃,quę cõiectandũ rñdenti,siue simplr probabile,siue alicui positũ est. Qm̃ autem est necesse omne quod interrogatur,aut probabile,aut improbabile esse,aut neutrum,et ad orationem, aut non ad orationem attinere quod interrogatur si sit quidem quod videtur,& non ad orationem, dandum est dicendo,quod videtur. Nõ enim interimitur, posito eo, quod in principio: si vero non videtur,& non ad orationem, dandum quidem, & consignificandum ꝙ non videtur,ad deuitationem absurditatis. Si vero sit ad orationem,& videatur,dicendum,quoniam videtur quidem,sed valde propinquũ ei quod in principio est, & interimit eo posito quod propositum est. Si autem ad orationẽ quidem,valde autem probabile postulatum, dicendũ quod accidit hoc posito, at valde absurdum esse quod proponitur. Si vero neq; probabile, neq; improbabile, si nihil quidẽ ad rationem,dandum nihil determinando. Si autem ad orationem, consignificandum quod interimitur(posito eo) ꝙ in principio est. Nam,sic & qui respõdet nihil videbitur propter hoc pati: si quidem præuidens singula posuerit, & qui interrogat, assequetur syllogismum positis ab eo omnibus probabilioribus conclusione. Quicunq; vero nõ ex probabilioribus conclusione conantur syllogizare,perspicuum, quoniam non bene syllogizant, quare cùm sic interrogant, non ponendum. Similiter autem & in ils, quæ obscure,& multipliciter dicuntur, occurrendum est. Nam,quia,datum est respondenti non discenti,dicere non disco, & multipliciter dictum non ex necessitate confiteri,vel negare, manifestum, quoniam primũ quidem nisi planum sit quod dicitur, non cunctandum vt dicat haud intelligo: nã sæpe ex eo quod nõ clare interrogãtibus dãt, occurrit aliquid difficile. Si autem notum quidem sit,multipliciter autem dictum,si in omnib⁹ quidem verum vel falsum sit quod dicitur,dãdum simpliciter quod dicitur, vel negandum:si vero in aliquo quidem sit verum,in aliquo autem falsum,significandum est quod multipliciter dicit̃,& quia hoc quidem falsum,illud autem verum. Nam,cùm posterius distinguitur, immanifestum si & in principio ambiguum animaduerterit. Si autem non præuiderit dubium,sed in alterũ aspiciens posuerit,dicendum ad eum,qui in alterum ducit,quoniam non ad id aspiciens dedi,sed ad alterum eorum. Nam pluribus existentibus, quæ sub eodem nomine, vel eadem oratione sunt, facilis est ambiguitas. Si vero & dilucidũ sit, & simplex quod interrogatur,aut sic,aut non, respondendum. Quoniam autem omnis propositio syllogistica,aut earum aliqua est,ex quibus syllogismus,aut propter aliquam illarum, manifestum,ꝙ quãdoq; alterius gratia sumetur, ex eo ꝙ plura similia interrogãt. Nam,aut per inductionem,aut per similitudinẽ,plerunq; vniuersale sumunt:singularia igitur oĩa ponendum,si sint vera & probabilia. Ad vniuersale autem tentandum instantiam ferre. Nam sine instantia vel quæ sit, vel quæ videatur,prohibere orationẽ,proteruire est:si igitur multis apparentibus, non dederit vlẽ qui non habet instantiam, manifestum est, quoniam proteruit. Amplius, si neq; cõtra argumentari habeat ꝙ nõ verum,multo magis videbit̃ proreuire,quãuis nec hoc sufficiat:

4 8.locus. declaratio.
5 9.locus. declaratio.
6 10.locus. declaratio.
7 11.locus. declaratio.
8 12.locus. declaratio.
9 13.locus. declaratio.
10 14.locus. declaratio.
11 15.locus. declaratio.
12 16.locus. declaratio.
13 17.locus. declaratio.
14 18.locus. declaratio.
15 19.locus. declaratio.
16 20.locus. declaratio.
17 21.locus. declaratio.
18 22.locus. declaratio.
19 23.locus. declaratio.
20 24.locus. declaratio.
21 25.locus. declaratio.
22 26.locus. declaratio.
23 27.locus. declaratio.
24 28.locus. declaratio.
25 29.locus. declaratio.
26 30.locus. declaratio.
27 31.locus. declaratio.
28 32.locus. declaratio.
29 33.locus. declaratio.
30 34.locus. declaratio.
31 35.locus. declaratio.
32 36.locus. declaratio.
33 37.locus. declaratio.
34 38.locus. declaratio.
35 39.locus. declaratio.
36 40.locus. declaratio.
37 41.locus. declaratio.
38 42.locus. declaratio.
39 43.locus. declaratio.
40 44.locus. declaratio.
41 45.locus. declaratio.
42 46.locus. declaratio.
43 47.locus. declaratio.
44 48.locus. declaratio.
45 49.locus. declaratio.
46 50.locus. declaratio.
47 51.locus. declaratio.
48 52.locus. declaratio.
49 53.locus. declaratio.
50 54.locus. declaratio.
51 55.locus. declaratio.
52 56.locus. declaratio.
53 57.locus. declaratio.
54 58.locus. declaratio.
55 59.locus. declaratio.
56 60.Locus. Declaratio.
57 61. Locus. Declaratio.
58 62.locus. Declaratio.
59 63.locus. Declaratio.
60 64. locus. declaratio.

erat: nam complures orationes opinionib⁹ contrarias habemus,quas difficile est soluere,velut Zenonis,ꝙ non contingit moueri, neq; stadium pertransire: sed nõ propter id, quæ sunt opposita his,non ponẽdum,si igit̃ qui neq; contra argumentari habet, neq; instare nõ ponit,dilucidum, quoniam proteruit:est enim in disputationibus proteruia,responsio præter dictos modos, syllogismi destructiua. Sustinere autem & positionem, & definitionem,ipsum sibiipsi oportet prꝛargumentando. Nam ex quibus interimũt interrogantes quod proponitur,manifestũ, quoniam ijs aduersandum. Inopinabilem vero suppositionem cauendum sustinere.

Erit autem inopinabilis multipliciter: nam, & ea ex qua absona contingit dicere: vt si omnia dicat aliquis moueri,aut nihil,& quęcunq; peioris moris esse eligẽda,& quæ contraria consilijs,vt ꝙ voluptas bonum, & iniuriam facere melius quàm iniuriam pati;nã non vt orationis gratia sustinentem, sed, vt ea quæ videantur dicentem oderunt. Quęcunq; vero orationum falsum syllogizant, soluendum interimẽdo id propter quod fit falsum. Nam non is qui quoduis interimit soluit, ne quidem si falsum est quod interimitur:habere enim potest plura falsa oratio, vt si quis sumat sedẽtem scribere, Socratem vero sedere: accidit enim ex his, Socratem scribere, interempto igitur Socratem sedere,nihil magis soluta est oratio, quamuis falsum sit postulatum, sed non propter id oratio falsa:nam si quis sit sedẽs, non scribẽs autem,nõ amplius in tali, apte accommodabit eadem solutio, quare nõ id interimendum, sed sedentem scribere: non enim omnis qui sedet,scribit. Soluit igitur omnino, qui interimit id,propter quod sit falsum: nouit autẽ solutionẽ,qui scit quòd propter id falsa oratio: quemadmodum in iis quæ falso describuntur.non enim sufficit instare,ne quidem si falsum sit quod interimitur, sed & id propter quod falsum assignandum:sic enim erit manifestum vtrum præuidens aliquid, an non,facit instantiam.

Sermo de præceptis respondentis. Cap. III.

QVomodo autem fiat responsio expedit,ꝙ eloquamur posteaq; fecerimus, ꝙ vltra cõditiones interrogationum, & responsionum sint illæ, quæ sunt quærentium,& respondentium,bene interrogantium,& bene respondentium,et tum illi,quorũ propositum est exercere in hac arte,& ponere quęsitum de quo eloquantur fm modum ferentiæ demonstratiuæ, non illis,quorum intentio est agonistice vincere. Bene interrogantis,n.est cogere respondentẽ,vt ei admittat, quod illi cõcludit,aut neget diuulgata, quæ admiserat. Et bene respondentis est, quando cauerit positionem, quam obseruare est impossibile, præponat interloqui interrogando diuulgata, quæ illam destruerent,& quæ ille destructurus est,priusq; ea admittat: error.n. positionis nequit esse sine errore ponendi aliquam rẽ, præter ꝙ caueat,quod deceat. Illius vero, cuius intẽtio est vociferare,& agonistice vincere, interrogantis intentio est destruere positum. Si autem visum fuerit de eius negocio,ꝙ tam illud destruxerit,quomodocũq; contigerit,& respondens proposuerit huius contrarium, ob hoc itaq; fit his,ꝙ interlocutores aliquando respondẽs negabit diuulgata,& difficile fit ei admittere,quod expediret et admittere,& interrogans etiam aliquãdo interrogationes,quæ non essent secundum modum bene ficandi interrogationem,sicut respondens aliquãdo responderet aliquam responsionem, quę non esset secundum modum benefícandi respõsionem. Illorum vero, quorum intentio est scientia & disciplina, docens quidem proponit producere sciam in ipsum discipulum,& hæc eadem est intentio addiscentis. Hoc autem fit per res veraces,propterea non ponerent, quod non sit verax,ex quo neuter illorum(vt ait Arist.) intendit disciplinam falli. Hoc autem constito dicamus, ꝙ positiones, quas respõdens procurat sustinere,nõ euadũt tres species,aut ꝙ positum sit diuulgatum,aut sit non diuulgatum,aut neq; sit diuulgatum, neq; non diuulgatum, & est illud,de quo non est vulgo aliqua opinio de illo, vt an latro moueatur,aut non moueatur. Diuulgatum autem aut est diuulgatũ simpliciter, vt ꝙ Deus sit, aut diuulgatum apud aliquam sectam,prout apud Peripateticos est,ꝙ cœlum non sit leue, neq; graue. Et illi nefandum putant his duabus partibus: quoddã itaq; est negandum apud omnes, vt ꝙ Deus non sit,aut sit impotens,& quoddam est negandum relatione cuiusdã gentis,prout est Ideas esse apud Peripateticos. Quando autem positum fuerit nõ diuulgatum, necessario expedit esse id,quod interrogans procurat concludere diuulgatum. Et quando fuerit ipsum positum diuulgatum, illius intentio est ipsum concludere non diuulgatum, interrogantis.n.intentio est concludere positi oppositũ. Et similiter quando positum nõ fuerit diuulgatũ, neq; non diuulgatum,expedit conclusionem esse secundum hanc positionem. Ex quo autem qui interrogationem benefícat,construit syllogismum ex præmissis notioribus,& magis diuulgatis ꝙ sit ipsa cõclusio, notum est, ꝙ,quando positum fuerit simpliciter negandum,expedit respondentẽ,ꝙ non admittat,quod est simpliciter diuulgatum,quia illud concluderet contrariũ illius,quod posuerat. Et similiter non expedit ei admittere, quod est improbabile,quãdo enim admitteret ex aliqua præmissa,quod non est simpliciter improbabile, sit ibi aliquod probabile & diuulgatũ,& illa concluderent,quæ essent aliqualiter probabilia, quæ autẽ aliqualiter probabilia sunt, opponuntur simpliciter improbabili, vt si parentum intersectio sit simpliciter improbabilis,abstinentia ab ipsorum intersectione nõ est maxime laudanda probabilis. Sed expedit respondenti inspicere tales præmissas,& si fuerint minus improbabiles conclusione, non debet eas admittere, quia essent laudabiliores, & probabiliores conclusione: & hæc est conditio laudandi syllogism̃, quod interrogans non curauit de eo increpatio à respondente,si autem fuerint magis improbabiles conclusione, esi ibi minus laus, & non est eius aliquid,quo id admittat, quoniam si ex illis interrogãs concluderet conclusionem,esset ibi laus quædam,quæ opponeretur eius positioni, & non quod ipsum increpet ob esse conclusionem magis diuulgatam præmissis., Illæ vero,pro quarum admissione non est eius aliquid,

contraria sumere tantillum ab eo quod est in principio: quoniã huius quidem est peccatum ad conclusionem (nam ad illam aspicientes, quod in principio est dicimus petere) cõtraria autem sunt in propositionibus, eo ꝙ ipsæ aliquo modo se habent adinuicẽ. Ad gymnasiam autem & exercitationem talium orationum primum quidem conuertere assuescere oportet orationes. Sic enim & ad id, quod dicitur, copiosius nos habebimus, & in paucis, plures sciemus orationes: nam conuertere est tranſlumentem conclusionem cum reliquis interrogationibus interimere vnum quippiam eorum quæ dicta sunt: necesse est enim, si conclusio non est, vnam aliquam interimere propositionum, siquidem omnibus positis necesse erat conclusionem esse. Ad omnem autem positionem & quod sic, & quod non sic argumentum considerandum, & cùm inueneris, solutionẽ statim quærendum. Sic enim simul accidet & ad interrogandum, & ad respondendum exerceri: & si ad nullum alium habemus, apud nosiptos sensim comparanda sunt quæ attinent ad ipsam positionem argumenta: nam id ad cogendum multam copiam præbet, & ad redarguẽdum magnum habet adiumentum, quãdo quispiam promptus est argumentari, & ꝙ sic & ꝙ non sic: nam ad contraria accidit facere obseruationem, & ad cognitionem, & ea (quæ secundum philosophiam est) peritiam posse conspicere, & conspexille quę ab vtraq; accidũt suppositione, non paruum instrumentum: reliquum enim horum, recte eligere alterũ: oportet autẽ ad id, quod tale est, esse bono ingenio: & hoc est secundum veritatem bonum ingenium, posse bene eligere verum, & diffugere fallum: quod qui nati sunt bene, possunt probe facere: nam quí amant, & qui oduint, quod protertur facile discernũt optimum. Et ad ea, quę sæpissime incidunt problemata, scire oportet orationes, & id maxime de primis positionibus. Nam his fastidiunt sæpe qui respondent. Amplius, terminorum copiosos esse oportet, & probabilium, & primorũ se habere promptos: nam per hæc fiunt syllogismi. Tentandum autem & ea, in quæ sæpissime incidunt disputationes, tenere. Nam quemadmodum in Geometria ante opus est circa elementa exercitatum esse, & in numeris circa capitales prompte se habere, & multum refert ad hoc, & alium numerum cognoscere multiplicatum, similiter quoq; & in orationibus promptum esse ad principia, & propositiones memoria scire oportet: nam perinde ac in memoriæ sensorio solum loci positi statim faciunt ipsas res memorare: et hęc faciũt ad ratiocinandum promptiorem, eo ꝙ ad determinatas illas inspiciat secundum numerum. Propositionemq; cõmunem magis q̃ positionem in memoria ponendum. Nam principiorum & suppositionum copiosum esse mediocriter, difficile. Amplius, orationem vnam plures facere assuescendũ, velut ij, qui occultissime abscondunt. Tale autem erit si quisq; plurimum abscedat ab affinitate eorum, de quibus est oratio: erunt autem potiores orationum vniuersales maxime, quæ id pati possint, vt quoniam non est vna plurium disciplina: sic enim et in ijs, quæ sunt ad aliquid, & in contrarijs, & conjugatis est. Oportet autẽ & reminisci vniuersales facere orationes, tametsi fuerit disputans particulariter. Sic enim & plures licebit vnam facere: similiter autem & apud Rethores in enthymematibus. Eundẽ autem q̃ maxime fugere, cõtra vniuersale ferre syllogismos. Et semper oportet considerare orationes, si in pluribus communibus disputantur. Nam omnes particulares in vniuersali disputatæ sunt, & inest in particularibus eius, quod est vniuersale, demõstratio, eo ꝙ non est syllogizare quicquam sine vniuersali. Exercitatio autem tacienda, inductiuarum quidem ad rudem, syllogisticarum autem ad expertum. Et tentandum accipere ab ijs quidem, qui in syllogismis triti sunt propositiones, ab ijs vero, qui in inductionibus, similitudines: in hoc enim vtriq; exercitati sunt. Omnino autem exercitationis gratia disceptantibus tentandum afferre aut syllogismum de aliquo, aut propositionem, aut solutionem, aut instantiam, siue recte quis dicat, siue perperam, vel ipse, vel alter, & ad quippiã vterq;. Ex his enim facultas, exercitatio autem facultatis gratia. Et maxime circa propositiones, & instãtias: est enim, vt simpliciter dicam, dialecticus, propositiuus, & instantiuus: est autem proponere quidem, vnum facere quæ sunt plura. Oportet enim vnum omnino sumere ad quod est oratio: instare autem quod vnum est, facere plura: nam aut diuidit, aut interimit: hoc quidem dans, illud autem nõ dans, eorum quę proposita sunt. Non est autem cum omni disputandum, neq; contra quemlibet exercitandum. Nam necesse ad aliquos, prauas fieri orationes: ab eo enim qui

omnino

87 locus. declaratio.

88 locus. declaratio.

89 locus. declaratio.

90 locus declaratio

91 locus. declaratio.

92 locus. declaratio.

93 locus. declaratio.

94 locus. declaratio.

95 locus. declaratio.

96 locus. declaratio.

97 locus. declaratio.

omnino tentat apparere, diffugiendum: iustum autem omnino tentare syllogismo cõcludere, veruntamen non pulchrum, eo ꝙ non oportet aduersus quoslibet facile consistere, quandoquidem necesse est paruloquium inde emergere: nam qui exercitati sunt, non possunt abstinere à disputatione, sme altercatione. Oportet autem & factas habere orationes ad huiusmodi problemata, in quibus cum paucissimorum copia eas ad quamplurima vtiles habeamus, ille vero sunt vniuersales, & ad quas in pröptu quippiam adinuenire difficile est.

94 locus.

Sermo de præceptis communibus interrogantis & respondentis. Cap. IIII.

RElinquũ nobis est orationẽ ferre de illis, quę ambos, scilicet & interrogantẽ & respõdentẽ includunt. Et hæc quidẽ præcepta vtilia sunt vni triũ rerum: quarum vna est, ne remittatur vis faciẽdi vehementiorem orationem de vna eadẽ positione, aliquando secundum modum interrogationis, & aliquando secundum modum respõsionis: secunda autem est, vt acquiratur vis iestimandi circa syllogismi artem, aut cum interrogatione, aut cum obtatione: & tertia est vis, cuius cõditionis est agere has duas operationes, & hæc quidem vis est viri habentis artem dialecticam. Et de illis est, vt vir adsuescat reductionem syllogismorum, de qua elocutum est in Secũdo Priorum Analyticorũ, scilicet, ꝙ sumamus oppositum conclusionis, & connectamus et alteram duarum præmissarum syllogismi, & concludatur per hoc contradictorium alterius præmissæ. Et hoc quidem vtile fit respondenti, quia per ipsum constitueret syllogismi præmissas, quas interrogauerat ipse interrogans: hoc autem contingit, quando cæperit in interrogatione præmissas & conclusionem simul. Et aliquando hoc opus vtile fit interroganti, quando destrueret positionem secundum modum impossibilis, & per hoc opus quis posset proferre de vna eadẽ re plures syllogismos: aliquando enim caperemus contradictorium conclusionis, & aliquando ipsius contrarium, & vtrunq; ipsum connectemus ipsi minori, & alias quando maiori, & constituemus ex hoc quatuor syllogismos. Oportet autem, quando summus oppositum conclusionis, & et connectimus alteram duarum præmissarum, ꝙ cõsequetur nobis altera præmissa: quia, quando sunt præmissę, est conclusio, & quando aufertur conclusio, auferuntur ambæ præmissæ, aut altera earum, & hoc est notum per id quod dicitur de antecedente & consequente in syllogismo conditionali. Et de illis est, quia per hoc præuenit quiuis omni positioni cum syllogismo qui illam destruat, et dum id inuenerit destrueret suarum præmissarum destructionem, quando enim quis præuenerit singulis quæsitis, & ea considerauerit, aut ipsam secundum se, aut cum alio, fit ei vis discernendi elocutionem de illis secundum modum interrogationis, aut secundum modum respõsionis. Interrogando quidem cognitione syllogismi, & respondendo cognitione obtationis suarum præmissarum. Et de illis est, ꝙ in vna eadẽ positione querat syllogismum, qui eam constituat, & syllogismum, qui eam destruat. Deinde ratiocinabitur de præmissis duorum syllogismorum, quæ illarum sit falsa, & quæ illarum sit vera, & quæ illarum sit satis vulgata, & quæ sit parum vulgata. Et si fuerit interrogans, tam nouisset syllogismum, qui destrueret hoc positum, & fortasse illum permisceret præmissis, quæ ipsum constituerent, aut quæ ipsum destrueret cum ipsa interrogatione, & abscondet per hãc rem ab ipso respondente. Si autem fuerit respondens, sciret præmissas, quę illud destrueret, et caueret eas. Ait Aristo. Et hæc quidem vis non est minima, facit enim dialecticum adipisci potestatem ad interrogationem, & ad responsionem, & viro demonstrattuo vtilis est multis modis. Quorum vnus est, quia quando apud illum fuerint duo syllogismi de aliquo posito, quorum vnus illud constitueret, & alter ipsum destrueret, non euadit quin illorum duorum syllogismorum alter sit verus, et alter falsus, aut ambo sint simul veri, aut simul falsi, sed duobus diuersis modis. Si vnus fuerit mendax & alter verax, immutteretur veract, si autẽ fuerint ambo simul veraces, aut simul mendaces duobus modis, facile erit et intelligere modum, quo vterq; illorum sit verax, & modum, quo sit mendax. Et hic modus procedendi est viri boni ingenij & præstantium potentiarum. Et hi sunt, quorum mors est diligere præstantiorem rem alteq̃us duorum oppositorum. Homines aũt circa hoc sunt trium specierum, quidã eorum sunt qui semper prę eligunt præstantius duorum oppositorum, & hi quidem sunt sapientes. Et quidam sunt, apud quos æquales sunt res bonæ & malæ, & hi sunt naturaliter dialectici, & ipsorum quidam sunt qui diligunt duorum oppositorum deterius, & hi sunt naturaliter sophistæ, & quidam ipsorum sunt, qui amant eos esse secundum hanc artem syllogismos idoneos interrogationibus vulgaribus, de quibus difficile est eloqui in cõstructione aut destructione: & hæc sunt trium specierum: quarum vna est, ꝙ fiat de his, de quibus vulgus gloriatur considerare, & difficile fiat mutuo de illis interloqui, præter ꝙ maiori parti ipsius vulgi sit maior inclinatio ad alterum duorum oppositorum. prout est dicere, an speculatio cum tollerantia sit præstantior diuitijs cũ voluptate. Secunda autem species est ꝙ sit maiori parti ipsius vulgi maior inclinatio ad alterum duorum oppositorum, prout est dicere, an diuitiæ cum virtutis priuatione prælegendæ sint paupertate cum virtute. Tertia species est rerum, quibus adipisceretur vir quispiam netas apud vulgus de vtrouis duorum oppositorum respondeat, prout dicimus, cur dignius est credere magistro, an patri: præcepit autem de talibus interrogationibus, ꝙ ad illas sint dialectico syllogismi idonei ob difficultatem syllogismi ad illas. Difficile nanq; est offendere mentem de re, de qua vulgus nullam habeat opinionem, & similiter ad cuius oppositum magis inclinat vulgus, & hoc magis est id de quo euenit controuersia per vtrumuis duorum oppositorum respondens responderit, prout dicimus, deceat ne parentibus anle gredere: Et de illis est, ꝙ reminiscantur definitionum rerum, quarum habitudo ad artes est habitudo principiorum & subiectionum, prout est definitio materiæ & formæ in scientia Naturali, & definitio boni & mali in scientia Morali, & puncti & lineæ & superficiei & corporis in Geometria. Et quæ expedit et ꝙ sint apud illum de definitionibus harum rerum, sunt definitiones diuulgatæ. Et de illis est, ꝙ sint apud eum promptæ loca prædicta in prædictis orationibus, & præcipue loca quæ rem construunt aut destruunt simpliciter, & vt vniuersalius inquam res, quæ in artibus sunt: vt subiectiones & elementa & principia ad reliqua ex quibus singulę artes adipiscuntur. Sicut enim Arithmeticus adipiscitur potestatem multo ducendi numeros, quando præpotuerit & sciuerit ducere primos numeros, quod notificatur in capitulo ductus, sic res est in Dialectico: euenit enim et interlocutio de quocunq; voluerit, quando fuerint apud eum præmissæ & regulę, quarum

rum consuetudinis est fieri in singulis positis, quod positum fuerit idoneum curare res vniuersales, quibus vtatur in acquirendo res vniuersales proximas rebus intentis particularibus: vniuersalibus nanque maxime vniuersaltatis non opinaretur aliquam rem, neque ex illis adipisceretur aliquam rem teſtimanter, immo si ex illis opinio procederet ad ipsum particulare, esset secundum quandam speciem accidēs, & quasi ad illud procederet, non artificialiter, sed quouis modo contigerit. Exempli gratia, quia non debet sustinere hanc positionem, scilicet omnium duarum rerum diuersarum, vna ipsarum nest res differens a prima, sed sustentaret vice illius hanc, quando autē fuerit vni duorum oppositorū aliqua dispositio, alteri oppositio inest oppositū primæ dispositionis, per oppositā enim contineret contraria, & suas species, & poterit ex illis constituere quæsita particularia, quæ illis sustineat tactle & cito. Et de illis est, quia consueuere facium ponere multas orationes vnam orationem ascendendo ad vniuersale, quod illa includeret, & ponere vnam orationem plures orationes illam partiendo ad particulares, quæ ei subsunt. Quando enim interrogaremus, tuaremur ponendo multas res vnam orationem, & recepissemus per hoc, quod vellemus admitti ab illo. Quando autem responderemus, tuaremur quando interrogaremur vnam orationem multas orationes, & si inueniremus continere destructionem illius, quod possumus sustentandum, non admitteremus illud, sin autem, illud admitteremus. Et expedit hic considerare vniuersaltatissimum quod possumus, hoc est, quando multas orationes ponimus vnam orationem, hoc enim opere fit res vehementis occultationis ab ipso respondente. Et hoc est contra dispositionem vniuersalium, quæ sunt apud eum prompte ad faciendum syllogismos. Sunt enim quędam vniuersales orationes, de quibus difficile fit respondenti intelligere, quæ conclusio ex illis sequatur. Exempli gratia, admittere quotientia rerum, quæ sunt maximæ multitudinis non fit vna, quando enim hoc admisisset, tam admisisset illud in relatiuis, & contrarijs, & in multis rebus. Et ideo expedit respōdentiagere contra id, quod agerent interrogantes, & autugeret admittere res vniuersales quantum est possibile fuerit. Et de illis est, quo vtatur cum eo qui hi modicum exercitatus in hac arte, aut qui passus fuerit detestum ingenij, ipsa inquisitione, & cum minimum exercitatis orationibus vniuersalibus. Exercitatus enim vehementius auscultat has orationes, adeo quod tam deducunt illum ad repellendū sensata, prout fit de oratione Zenonis quæ contradicit motui, & oratione Melissi, quæ contradicit multitudini, sicut species priuata exercitio magis auscultat inquisitioni. Expedit itaque dialectico sumere præmissas inquisitiuas a dignis inquisitione, & præmissas vniuersales earum horum species.

Harum autem rerum exercitium est, quo ideneum sit nobis operari omnes [illegible] artis perfectissime, actus enim horum trium [illegible] syllogismus, tuo sophistica litigatio, aut argumentum, aut contradictio, aut tentatio interrogationis [illegible], aut non recipere, & si fuerit alterius harum [illegible] dispositionum, quæ sit huius causa. & tam eloquentiamus de cōditionibus, quibus fiant hi actus perfectissime. Syllogismus enim est operatio interrogantis ad destruendam positionem. Et sophistica est operatio respondentis, & syllogismi repulsus. Contradictio vero est actus respondentis, quando procurat constituere positionem, quia alicubi respondens procurat hoc. Aristoteli vero videtur, quod illius operatio prima intentione sit sustentare positionē solum, nō ipsam constituere. Sicq; quando respondens argumentum proferret ad constitutionem positionis, interrogantis actus esset cōtradictio per syllogismum, & contradictio fit de actibus interrogantis, his autem & argumentum de actibus respondentis. Interrogationem autem & responsionem beneficare, iam dictum est quo hoc fiat, assuescere autem intēditur ob has operationes, & per has operationes euenit consuetudo, videlicet syllogismum, & argumentum, qui inueniuntur per potestatem tradendi multas res vnam. Et contradictio & litigatio inueniuntur in ponendo vnā rem multas, syllogismi enim & argumenti operatio contingit et in inueniendo præmissam vniuersalem ambientem ipsum quęsitum, hoc autem non fit idoneum nisi secundum modum compositionis, & per particulares tradendo vnum. Exempli gratia, quando proponimus cō monstrare, quod quorumlibet duorum cōtrariorum scientia sit vna in potentia, secundum modum compositionis est in oppositorum scientiam esse vnam, operatio vero huius & contradictionis fit in cognoscendo premissam, quæ veritati repugnat ob eius particularitatem, adeo quod constituat illius destructionem, & hoc est manifestum, ex quo est repugnans operationi constitut per syllogismum. Aut Arist: Non expedit per omnem rem vincere: & iam præmissum est, cur hoc non oporteat, & largius est huius causam, & dixit: & non est disputandum cum quouis homine contingerit, necessitas enim conduceret volentem contradicere, cuiuis hominī cōtigerit, vt orationes quibus cum illo vteretur sint viles, & earum compositione aduenire malus habitus, & mala dispositio ipsi dialectico. Si autem contingeret, quod eius controuersia fuerit cum illo, qui inniteretur prævalere & extorquere, vt sunt sophistæ, tustum est in illum vti quibusuis speciebus orationum, quę cōtigerint. Potius enim est hoc parefaciendo imbecillitatem suarum orationum, & illorum veritas, nisi quia vir dialecticus est, cuius intentio est consuescere exercitium, & debet fugere hanc speciem, quantum est possibile fuerit, & debet esse parata apud eum quando cogeretur interloqui hac specie præmissarum, quæ sunt maximæ vniuersaltatis, talibus enim locis superare hanc speciem ob modicam ipsius sensibilitatem in illis, quæ ei subsunt hoc modo, præstantius est quod superare nominis æquiuocatione, per hanc illam vel aliam regulam sophisticam.

Hęc itaq; est oratio de omnibus rebus, quas cōtinet hic tractatus breuiori & manifestiori modo, qui possibilis fuit, et est vltimus tractatuum huius Libri ad Dei gloriam semiternam. Amen.

Librorum Octo Topicorum cum Auerrois media Expositione Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

ELENCHORVM

LIBER PRIMVS:

Cum Auerrois Cordubēsis media expositione, Abramo de Balmes interprete.

SVMMA LIBRI.

De intentione libri, & generibus disputationum: De Locis Sophisticarū in Dictione, et extra Dictionē redarguitionum: De Causis deceptionū, captionum sophisticarum: De veris, & falsis redarguitionibus: De interrogatione tentatiua, & quid inter Contentiosum, Sophisticumq; interest: Demum de captionibus Negationis, & Sollecismi, occultationeq; Sophistica contra molestę respondentes.

Quid intendit, & aliquem syllogismum sophisticum esse. Cap. 1.

DE sophisticis autē redarguitiōibus & de ijsquæ videtur redarguitiones (sunt aūt captiosę ratiocinationes, at non redarguitiones) dicamus oportet, incipientes sm naturam a primis. quę igitur hi quidem syllogismi, illi autem, cū non sint, videntur, manifestum est. Nam quemadmodum & in alijs id fit per quandam similitudinem, sic & in orationibus se habet: etenim hi quidem habitum probe habent, illi vero videntur, ex tribu tumētes, & componentes seipsos, & pulchri: hi quidem ob pulchritudinem, illi autem videtur seipsos fucantes. Et in inanimatis quoque similiter: nam & illorum hæc quidem argentum, illa vero aurum reuera sunt, illa non sunt quidem, apparent autem sm sensum: vt lithargyrina, & stannea, argentea, & telle tincta, aurea: eodem autem modo & syllogismus, & redargutio: hæc quidem est, illa vero non est, apparet autem propter imperitiam: nam imperiti velut distantes, a longe speculantē.

Nam syllogismus quidem ex quibusdam est positis, vt colligamus aliquid aliud ex necessitate ab ijs, quæ posita sunt per ea, quę posita sunt: redargutio autem syllogismus est, cum contradictione conclusionis: illi vero id quidem non faciunt. Videtur autem ob multas causas, quarum vnus locus aptissimus, & publicissimus per nomina. Nam, quia fieri non potest vt res ipsas ferentes disputemus, sed nominibus pro rebus, vtimur signis: & quod accidit in nominibus, in rebus quoq; arbitramur accidere: quemadmodum ij, qui calculis supputant, id autem non est simile: nam nomina quidem finita sunt, & orationum multitudo, res vero numero infinitæ sunt: necesse est igitur plura eādem orationem, & nomen vnū significare: quēadmodum igitur & illi, qui non sunt prompti calculos sustinere, à scientibus decipiuntur, eodem quoq; modo & in orationibus, qui nominum virtutis sunt ignari, perfacile captionibus hallucinantur, & ipsi disputantes, & alios audientes: ob hāc igitur causam, & eas, quæ dicendæ sunt, est syllogismus, & redargutio apparens, atq; non existens.

Sermo de Intentione libri. Cap. 1.

INtentio huius libri est loqui de sophisticis elenchis, qui putantur esse elenchi veri, sed sunt paralogismi. Nos autem incipiemus speculationem huius ex principijs rei: eundum naturam in hoc genere. Et dicimus, q; per se notum est, q; syllogismorum quidā est vere syllogismus, quidam vero paralogismus, & putat de eo q; sit syllogismus absq; hoc q; sit in rem veritatem. Id autē, quod accidit syllogismo ex hoc, simile est ei, quę accidit reliquis rebus animatis & inanimatis, & hoc, quia sicut hominum quidam est vere religiosus, & eorum quidam est, qui putatur esse religiosus, ipse autem est hypocrita, & eorum quidam est vere pulcher, & eorum quidam est qui putatur esse pulcher propter lucum & ornatum indumēti, vere autem non est pulcher, ac etiā sicut ex argento & auro quoddam est argentum aut aurum vere, & ex eis quoddam est, quod putatur esse aurum aut argentum, sic res se habet in syllogismis. Patet vero ista species syllogismi, hoc est, qui putatur esse syllogismus, & nō est syllogismus, eum, qui imperitus est sermonum, & assimilatur ei, qui speculatur res à remotis. Iam autem verificauerunt syllogismum simpliciter, q; sit oratio, in qua quibusdam rebus pluribus q; vna positis necesse sit vt ducatur quid diuersum ab his, quæ posita sunt. Elenchus autem est syllogismus, ex quo sequitur conclusio, quæ est contradictoria cōclusionis, quam poneret aduersarius, et hoc est, quia, quando sequitur ex premissis, quas cōcederet aduersarius, sequeretur ex hoc q; eadē res esset, & non esset. Sophisticus autem elenchus est syllogismus, qui putatur esse talis denominationis ab hoc q; ita sit. Iam accidit autem talis syllogismo propter causas, quarum posita memoremus. Famosissima autem istarum causarum est, quæ accidit rebus propter dictiones, & hoc, quia ex quo non est disceptatio nisi per dictiones, constituerunt dictiones loco rerum, & similimū est, quod accidit dictionibus et quod accidit rebus, sicut quod accidit compositio ex errore sm numerū quando con-

 iuncxerint

ſtituerint articulum, qui eſt digito, loco numeri, et putant quid, quod dicit articulo digiti, ſit res quæ accideret numero. Accidit autem iſtud rebus cum dictionibus, quia impoſsibile eſt, ꝙ dictiones attribuantur æquales rebus, & numerentur ad earum numerationẽ, ex quo res ſunt quaſi infinitæ, dictiones autem ſunt finitæ. Si autem impoſitæ eſſent dictiones ſignificantes, res difficilis eſſet, locutio autem de eis, aut reminiſcentia eorum vel impoſsibilis: & ideo coactus fuit impoſitor, ꝙ imponeret vnam dictionem ſignificantẽ multas res: & ſicut computatori, apud quem non eſt induſtria, quę vocatur protectio numerorum, impoſsibile eſt ꝙ conſtet ei cõuenienter error interrogationum numeralium, ſic illę, apud quem non eſt notitia naturarũ dictionum, dignus eſt errare, ſi loqueretur de aliqua re, aut audiret eam etiam, & propter hac cauſam & propter alias cauſas etiam accidit, ꝙ ſyllogiſmus, & ſophiſticus elẽchus ſit res inuenta naturaliter.

De generibus diſputationum. Cap. II.

QVoniam autem quibuſdã magis operæprecium eſt videri eſſe ſapientes, ꝙ eſſe & non videri: eſt enim ſophiſtice, apparens ſapientia, non exiſtens autem: & Sophiſta pecuniarium aucupator ab apparente ſapientia, & non exiſtente:) manifeſtũ profecto eſt, quoniam neceſſarium eſt illis & ſapientis opus videri facere magis, quàm facere, & non videri. Eſt autem (vt vnum ad vnum dicamus) in vnoquoque opus ſapientis, non mentiri quidem ipſum de quibus nouit, mentientem autem manifeſtare poſſe. Hæc autem ſunt, hoc quidem in eo ꝙ poteſt dare orationem illud autem in eo ꝙ ſumere. Neceſſe eſt igitur illos, qui volunt ſophiſtice agere, diuarum orationũ genus quærere. Operæ enim pretium eſt eis: nam huiuſmodi poteſtas facit videri ſapientes, cuius ſunt deſiderium habentes. Quod autem tale orationum genus eſt, & quod talem appetunt poteſtatem illi, quos vocamus ſophiſtas, manifeſtum eſt. Quot autẽ ſunt ſpecies ſophiſticarum orationũ, & ex quot numero poteſtas eſt illis, & quot partes contingit eſſe negocij, & de aliis, quæ ſuſtinent tot ad hanc artem nunc dicimus. Sunt igitur ad diſputandum orationum genera quatuor: doctrinales ſiue demõſtratiuæ, tentatiuæ, contentioſæ. Et doctrinales quidem ſunt, quæ ex propriis principiis ſunt ꝙ diſciplinæ, & non ex iis, quæ videntur: reſpondenti colligunt: nam oportet nouiſſe eum, qui dicit. Dialecticæ autem, quæ ex probabilibus colligunt ſunt contradictionum. Tentatiuæ vero, quæ ex iis colligunt, quæ videntur reſpondenti, & quæ neceſſarium eſt eum ſcire qui ſimulat ſe habere ſcientiam, quomodo determinandum eſt cum dis. Petro contentioſæ, quæ ſunt ex his, quæ apparent probabilia, apparentes ſyllogiſticę. De demõſtratiuis autem in Analyticis dictum eſt: de dialecticis vero, & tentatiuis, & in aliis: de alter catoriis aũt & contentioſis nunc dicẽdum.

Sapientis of hoc ſua.

Genera diſputationũ.

Sermo de generibus diſputationum. Cap. II.

ET ex quo quamplures homines etiam volunt denominari per ſcientiam & exaltari & gloriari gloria magna ſine labore & faſtidio, aut abſq; hoc ꝙ ſint digni, ideo, quando fuerint ex his, quibus poſsibile eſt addiſcere ſcientiam, fuit hoc cauſa, ꝙ conſtitueretur hoc genus ſermonis multis hominibus, et obſtentent ſe eo, & putentur eſſe ſapientes abſq; ꝙ ita ſint in veritate, & ideo nuncupantur nomine ſcientiæ corruptæ: & eſt, quod intendimus nomine falſæ & ſophiſtarię ſecundum idioma græcorum. Manifeſtum autem eſt, ꝙ ſolertia iſtorum eſt, ꝙ putetur de eis ꝙ ipſi faciãt opus ſapientum, abſq; ꝙ faciant, ſicut ſunt opera eorum. Verũ ſapientis autem opus eſt, ꝙ, quando loquitur, dicat verum, & quando audierit uerbum ab alio, ab eo diſcernatur falſum à vero, & concedat ipſum, & iſtæ duę contrarię ſunt, quæ inuentũtur ſapienti: quarum vna eſt inquantum loquitur, & altera inquantum audit neceſſarium. Et procurauerunt ſophiſtę inquiſitionem iſtius generis locutionis, quia per iſtam ſcientiam poſſunt videri, ꝙ ſint ſapientes abſq; ꝙ ita ſint, niſi ſim ſuum appetitum. Quòd autem hoc genus verborũ ſit res, quæ inuenitur, eſt per ſe notum. Id autem, de quo perſcrutatę de eo, eſt, quotuplex ſit iſte ſermo ſophiſticus, & quot rebus proueniat hic habitus, & vniuerſaliter quot ſint partes iſtius artis, & de illis rebus, quibus eſt iſta ars, & hoc eſt, quod intenderat perſcrutari hic. Dicimus aũt, ꝙ genera orationum artificialium, quæ poſſunt ſermone doceri, ſint quatuor genera, quarum vna eſt oratio demonſtratiua, ſecunda eſt oratio topica, tertia eſt oratio rethorica, quarta eſt oratio ſophiſtica. Iſta autẽ oratio, quando vtens ea aſsimilatur ſapientibus, appropriatur hoc nomine, quando autem aſsimilatur topicis, vocatur litigioſa. Oratio autem demõſtratiua eſt illa, quæ fit ex principiis primis propriis cuiuſq; doctrinę, quę fiũt inter doctorem & diſcipulum, cuius ſemitæ eſt ꝙ recipiat, quod largiri ei doctor, niſi cogitet id, quo deſtruatur ſermo doctoris, ſicut faciũt ſophiſtæ. Topica autem oratio eſt, quæ congeritur ex principiis tamoſis probabilibus apud omnes aut plures collectiuæ cõtradictionum. Oratio autem rethorica eſt, quæ fit ex principiis cogitatis, quæ ſunt ſecũdum mutuum cogitationis. Oratio autem litigioſa eſt, quę putatur ꝙ ſit topica ex principiis probabilibus abſq; ꝙ ſint huiuſmodi ſecundum veritatẽ. De oratione vero demonſtratiua tam dictum eſt in libro Poſteriorum, ſicq; de topica dictum eſt in libro Topicorum, et de rethorica i libro Rethoricorum. Illa autem, de qua hic ſermo, quæ oratio litigioſa eſt, vocatur ſophiſtica: loquemur autem primo de intentionibus iſtius orationis.

Fines Sophiſtæ, & loci ſophiſtici in dictione. Cap. III.

PRimum igitur ſumendum eſt quot contingant qui in orationibus decertant, & coalterecantur. ſunt autem hæc quinq; numero: redarguitio falſum, inopinabile, ſolœciſmus, & quintum, quod eſt facere nugari eũ, qui conditputat: hoc autem eſt frequenter cogere idem dicere, aut quod non eſt, ſed quod apparet quodq; eſſe horum. Nam maxime volunt apparere redarguere: ſecũdum autem, falſum aliquid monſtrare: tertium vero, ad

ro, ad hoc quod eſt iopinabile ducere: quartum, ſolœciſmo vti facere: hoc autem eſt facere ſecundum locutionem barbariſare ex oratione reſpondentem. Vltimum autem, idem frequenter dicere. Modi autem redarguendi ſunt duo: nam alij quidem ſunt propter dictionem, alij vero extra dictionem.

De locis in dictione, & primo de æquiuocatione.

Sunt autem ea quidem, quę propter dictionem faciunt phantaſiam, ſex numero: hæc quidẽ ſunt, æquiuocatio, amphiboliа, compoſitio, diuiſio, accẽtus, & figura dictionis. Huius autem fides, & ea quæ eſt per inductionẽ, & ſyllogiſmus: & ſiqua ſumatur alia, & ꝙ totidem modis, ſi eiſdem nominibus, & eiſdem orationibus, non idem ſignificamus. Sunt autem propter æquiuocationem huiuſmodi orationes, vt quod diſcunt ſcientes: nam ea, quæ memoriæ prodita ſunt, diſcũt grammatici. Diſcere enim æquiuocum eſt ad intelligere eum, qui vtitur diſciplina; & ad accipere diſciplinam. Ea rurſus, quod mala bona ſunt: nam quæ expediunt, bona ſunt: mala autem expediunt. Duplex enim expediens eſt, & neceſſarium, quod accidit plerunque in malis (eſt enim quoddam malum, neceſſarium) & bona cumq; expedientia dicimus eſſe. Amplius autem, eundem fedare, & ſtare, & ægrotare, & ſanũ eſſe: nam qui ſurgebat ſtat, & qui ſanabatur, ſanus eſt: ſurgebat autem ſedens, & ſanabatur ægrotans: ægrotantem enim quãlibet facere, aut pati non vnum ſignificat, ſed quãdoq; quidem qui nunc ægrotat, aut ſedet, quandoq; autem qui ęgrotabat prius: verumtamen ſanabatur quidem ægrotans, cùm ægrotans: ſanus eſt autem non cùm ęgrotans, ſed ęgrotans non nunc, ſed prius. Propter autem amphiboliam ſunt orationes tales: velle capere me pugnantes. Et putasne quòd quis cognoſcit, id cognoſcit? nam & cognoſcentem & cognitum contingit vt cognoſcentem ſignificare hac oratione. Et putas quod quis videt, id videt? videt autẽ columnam: quare columna videt. Et putas quod tu dicis eſſe, id tu dicis eſſe? dicis autem lapidem eſſe: quare tu lapis, dicis eſſe. Et putas eſt ſilentia dicere? duplex enim eſt & id, ſilentia dicere: hoc quidem eos, qui dicunt ſilere, illud autem ea, quę dicuntur. Sunt autem tres modi ſecundum æquiuocationem, & amphiboliam: vnus quidem, quando nomen, vel oratio plura ſignificat principaliter: vt aquila, vel canis. Alius autem, quando ſoliti ſumus ſic dicere. Tertius vero, quando compoſitum plura ſignificat, ſeparatũ vero ſimpliciter, vt ſcire literas: nam vtrunq; fortaſſe vnum quidem ſignificat, & ſcire, & literæ: ambo autem plura, aut literas ipſas ſcientiam habere, aut literarũ, alium. Amphiboliа igitur, & æquiuocatio ꝓpter hos modos ſunt.

De eo ab Amphibolia.

Propter compoſitionem vero huiuſmodi ſunt: vt poſſibile eſt ſedentem ambulare, & non ſcribentem, ſcribere: non enim idem ſignificat, ſi diuidens quis dicat, & componens, quod poſſibile eſt ſedentem ambulare, & non ſcribentem ſcribere: & hoc idem, ſi quis componat non ſcribentem ſcribere, ſignificabit profecto, quod habet poteſtatem, vt non ſcribens ſcribat: ſi quis autem non componat, quoniam habet poteſtatem quando non ſcribit, vt ſcribat. Et diſcit nunc literas, ſi quis didicit quas ſcit. Amplius, quòd vnum ſolum poteſt ſcire, plura poteſt ſcire. Propter vero diuiſionẽ quod quinque ſunt duo, & tria, paria, & imparia. Et quod maius, æquale: tantũdem enim eſt maius & adhuc amplius: nam eadem oratio diuiſa, & compoſita non idem ſemper videbitur ſignificare. Vt ego poſſum te ſeruum exiſtentem liberum. Et hoc, quinquaginta virum, centum heros liquit Achilles. Propter accẽtum autem in iis, quæ ſunt ſine ſcriptura, non facile dialecticis facere orationẽ: in ſcripturis autem & poematibus magis. Vt & Poetam defendunt nõnulli aduerſus redarguentes quaſi hic abſurde locutum.

Cæterum de Homẽro eligere, cuius. Ariſtarchi carmina ſunt, verum ꝙ ex noſtris accidentibus ſubtrahendo accommodant quoniam ſcripſerit ꝓ illis Virgilii qui latinorũ eſt Homerus. carmina poſſunt.

Nec gemere aeria cedabit turtur ab vltimo, quòd pentemimeri vſus ſit, & turture fœminino. Soluunt enim id accentu: dicentes quòd aeria accentũ finalem longum habet, & non ad turtur, ſed ad vltimo, vt epitheton debet referri, & id de Niſo, & Furiato cùm Rutulos vino, ſomnoq; ſepultos intellexiſſent:

Cætera per terras, omneis animalia ſomno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.

Talia igitur propter accentum ſunt. Quæ autem propter figuram dictionis ſunt, accidunt, quando non idem vt idem interpretatur, vt maſculinum, fœminitnum: vel fœminínum, maſculinum: vel quod inter hæc eſt, alterum horum: vel rurſus quale, quantum: vel quantum, quale: vel facientis, patientis: vel diſpoſitum, facere: & alia, ceu diuiſum eſt prius. Nam eſt aliquid, quod non eſt eorum quæ ſunt facere, vt eorum quæ ſunt facere, aliquid dictione ſignificare, vt valere. Similiter figura dictionis dicitur ei, quod eſt tecare, vel ædificare, quamuis illud quidem quale quid, & affectum quodà modo ſignificet,

ficet,hæc vero facere aliquid: eodem autem modo & in cæteris.propter igitur dictionẽ redarguitiones ex his existunt.

Sermo de quatuor generibus orationum, et de quinque intentionibus orationum Sophisticarum, et de fallacys euenientibus propter dictiones. Cap.III.

Dicamus itaq; ꝙ intẽtum huius generis locutionis est vna quinq; intentionũ:aut ad redarguendum loquentem.aut ad inferendum fallum, & rem quæ est falsa fm tamosum:aut ad largiendum et dubium,quod inopinabile dicunt:aut ad ponendũ ipsum fm modum,quo ferat in locutionem falsum intellectum ab eo quem solœcismum appellant: aut ad ponendum ipsum nugã & excellum ex rebus, ex quibus sequitur falsitas itellectu ab eo fm imaginationem. sic q; istę sunt quinque intentiones,quas intendunt sophistæ. Famosissima autem istarum quinque intentionum & maxime intenta apud eos est redarguitio : rursus sequitur et falsum in loquentem præterea largitio dubn,seu inopinabile:deide est occultatio sermonis,& ferre ipsum ad falsum.ipse solœcismus vlterius est illatio ad nugam & locutio fm excellum.Redarguitionum autem et fallaciarũ quædã est propter dictiones ab extra,& quędã est ꝓpter res.Illa aũt,q̃ est propter dictiones est sex species.Quarũ vna est æquiuocatio dictionis separatę, secũda aũt æquiuocatio compositionis,seu amphibologia. Tertia aũt est, q̃ est fm ꝯpositionem.Quarta, quæ est ꝓpter diuisionem.Quinta aũt est æquiuocatio figuræ dictionũ.Sexta aũt propter accentum.Ista aũt diuisio notificatur per syllm & inductionem.Exemplum itaque æquiuocationis nominis.sequitur est sermo dicentis,addiscens est sciens,qui addiscens scit, qui autem scit est sciens,sic quod addiscens est sciens.Modus autem fallaciæ huius est,quia dicto tacet,dicitur pro tempore futuro & pro tempore præsenti, verificatur autem de sciente pro præsenti, de addiscente autem pro futuro: sic q; etiam est sermo dicentis, ille ꝓ malum expedit, expediens autem est bonum, sic q; quoddam malum est bonum. Falsacia autem huius est quia nomen expedientis, qñ dicimus aliquod malum expedit,significat id, quod significat nomen rei. est enim, qñ autem dicimus, & expedies est bonum,significat id quod significat eligendũ, & res cõuentens. Etenim tam aũt æquiuocationis compositionis est quarundam specierum, & hoc, quia tam sit ꝓ prius & posterius. Quia qui dicit, nobilis est scientis, qñ intendit per hoc, ꝙ ille est nobilis,& putat prioritas nobilis,& potentiæ scientis,quia ꝑdicatum illius sermonis est sciens,& nobilis est subiectum,tam autem sit æquocatio cõpositionis seu amphibologiæ propter reditum figuraliter res plures ꝙ vna,sicut est dictum dicentis,quod ille homo,est homo aũt est lapidem,lapis itaq; est. Addit aũt illi falsacia,quia dicto fert,accidit de scientę de pręsenti, & sicut est sermo dicentis, quod dicit homo optime,potest tu autem homo dixerit similiter,est igitur homo optime. Falsacia aũt huius est, quia dictio est,aliquando refert ad sermonem tm cum est æquiuocatio propter habitudinem,ac si diceres quia de verberatione Socratis, quia tertur ꝙ Socrates fuit verberas,aut verberatus. Et aliquando fit per ablationem subiectum.exempligratia,vt sermo dicentis,qui non ambulabit potent ambulare,& qui non scribet potest scribere,& hoc est verũ: quando autem auferetur dictio, potest, & dicitur, qui non ambulabit ambulabit,& qui non scribet scribet,putaretur ꝙ qui nõ ambulat potest ambulare,& ignarus scripturæ sit scribens propter auferentem ꝙ hoc fit in captudo diuisionis & cõpositionis.Falsacia hoc,quia defectus est positio compositi diuisi. Exẽplum vero locorum, quibus fit æquiuocatio propter diuisionem dictionis compositæ,est,sicut quando diceres, Socrates est sciens medicinam,Socrates itaq; est sciens,& hoc,quia iam verificatur de Socrate ꝙ sit sciens medicinam,& non verificatur de eo ꝙ sit sciẽs simpliciter,hoc autem ita fuit, quia non sequitur, ꝙ, quando verificatur sermo compositus de aliqua re,ꝙ eius partes verificentur diuisę de ista re. Exemplum vero loci,qui est ex diuisione, est, quando res, quæ prædicantur diuisæ de partibus rei verificanę, & de tota re secundũ sui totalitatem verificantur,quando autem componuntur sibĩnuicem falsificantur. Putaret autem sophista, ꝙ, quando verificantur diuisæ,sequatur, ꝙ uerificentur compositæ. Illud autem est contrarium primi loci. Exemplum autem eorum,quæ verificantur de partibus rei diuisæ,& non verificantur de toto coniuncta,est sermo dicentis,ipsorum quinque est par,& ipsorum quinque est impar, quinque itaq; sunt par & impar simul:hoc autem est falsum, quia paritas et imparitas vtraq; earum verificatur de parte ipsorum quinque sine parte, de qua verificatur altera, quando autem prædicatur de toto esset falsum. Exemplum autem prædicatorum, quæ verificantur diuisa de tota re, & non verificantur de ea coniuncta, est,sicut sermo dicẽtis,tu es seruus,et tu es meus:ergo tu es seruus meus: hoc autem est eorum,quæ tam falsificantur. Locus autem,qui est propter accẽtum,est,sicut si variaretur substantia dictionis,& variaretur sensus illius,aut variaretur ex productione ad correptionem, aut ex grauitate in tenuitatem, aut ex continuatione in paulam,aut latere eius substãtia,vel permutaretur eius dictio:hoc autem possibile est in scriptura sine prolatione. Exempla autem istorum sunt,quę dicuntur in idiomate arabico. Locus vero,qui est ex figura dictionum,est sicut si fiat modus dictionis masculinus modus dictionis fœminus, aut modus dictionis passiuus modus dictionis actiuus,& putaretur ꝙ masculinum sit fœminum,& fœminium masculinum,& passiuum actiuum : sicut est dictum arabum passiuum calumniatum loco calũniantis,& pulsatum loco pulsantis. Hi autem sunt elenchi, qui fiunt propter dictiones. Iam autem apparet ꝙ sint sex per viam diuisionis,& hoc,quia dictio fallit quãdo nõ coęquatur rei,quando aũt non coęquatur rei,manifestum est,ꝙ significat rem plusq̃ vnam, quia non est impossibile ꝙ significat hãc rem & rem additam et vltra hanc rem,& rem subtractam ab ea, quando aũt hoc tacuerit,tam significat rem plusq̃ vnam, aut per eius additionem ad eã vltra rem,aut per subtractam ab ea, qñ autem hoc tacuerit,non euadit eius significatio rei plusq̃ vnius: aut ꝙ accipiatur diuisa, aut ꝙ accipiatur coniuncta alij.Rursus,quando fuerit ex parte, qua est diuisa,non euadit ex reliqua trium diuisionum : aut ꝙ sit et propter eius primum modum impositum, & hoc est nomen æquiuocum:aut sit hoc propter additionem aut subtractionem eius literarum,aut variationem ordinis earum:& illa est fallacia,quæ accidit propter substantiam dictionum,& grauitatẽ & tenuitatem, & cæteras res,de quibus protrahitur vsus idiomatum: quando autem hoc accidit ei, est,quia ipsa annectatur alteri, nõ quia hoc accidat ipsimet compositioni, licet accidat et ex varietate illarum à diuisione in compositionem, qui est locus diuisionis,aut ex compositione in diuisionem, qui est locus compositionis: quando autem per se notum fuerit,ꝙ nõ sit hic diuisio consequens dictionẽ, qua significat plusq̃ rem vnam,ex parte qua est fallẽs per se,non ex parte qua est fallens per accidẽs, sicut est fallacia,quæ accidit ex ea cum permutatione, hoc est, permutatione dictionis loco dictionis, est manifestum, ꝙ loca fallentia ex dictionibus sint ista sex.

De locis

De locis redargutionum sophisticarum extra dictionem. Cap. IIII.

EArum vero,quæ extra dictionem sunt captionũ,species sunt septem.Vna quidem propter accidens : secunda autem propter id,quod simpliciter, vel nõ simpliciter, sed aliquo modo,aut vbi,aut quãdo, aut aliquid dicitur : tertia autem propter redargutionis ignorantiã:quarta vero propter consequẽs:quinta autem propter id, quod est in principio sumere:sexta propter id quod nõ est causa,vt cãm ponere: septima vero propter plures interrogationes vnam facere.

Propter igitur accidens captiones sunt,qñ similiter quodcunq; existimabitur rei & accidenti inesse:nam, quia multa eidem accidunt,non est necesse omnibus prædicatis et ei de quo prædicãtur,illa omnia inesse: nam omnia sic erunt eadem,quemadmodum sophistæ dicunt:vt si Coriscus est alter ab homine,ipse est alter à se,est enim homo: aut si à Socrate alter, Socrates autẽ homo, ab homine alterum dicunt esse confessum, eo ꝙ accidit (à quo dixit alterum esse) hunc esse hominem.Propter id autem,quod hoc quidem simpliciter, illud autem aliquo modo, & non præcipue,quando quod in parte dicitur,vt simpliciter dictum sumitur:vt si nõ ens est opinabile,quod non ens est : non.n. est idem esse quiduis,& esse simpliciter. Aut rursum,quoniam quod est non est,si eorum quæ sunt quippiam non est, vt si non est homo : nam non idem est non esse quiduis, & nõ esse simpliciter:apparet autem, eo quòd perquam propinquum est dictione, & parum differat eẽ quiduis,ab eo quod est esse, & non esse quiduis ab eo quod est non esse. Similiter autem propter id,quod est aliquo modo,& simpliciter : vt si Indus,cùm sit totus niger,albus est dentibus, albus igitur & non albus est. Aut si ambo aliquo modo, quod simul contraria inerunt: tale autem in quibusdam quidem,cuilibet facile est considerare. Vt si sumens Aethiopem nigrum esse,dẽtibus dicat ꝙ albus: si ergo ibi albus, ꝙ niger,& non niger,putabit disputasse sylogistice, cùm pertecerit interrogationem. In quibusdam vero latet frequenter, in quibuscunq; cùm aliquo modo dicatur,simpliciter videtur sequi:& in quibuscunq; non facile est considerare vtrum eorum præcipue sit assignandum. Fit autem tale in quibuscunq; similiter sunt oppositа:nam videntur vtambo,aut neutrum dãdum esse simpliciter prædicari;vt si dimidium quidẽ album, dimidium vero nigrum,vtrum album,an nigrum? Quæ autem sunt propter id,quod non determinatur quid est syllogismus, aut quid redargutio,fiunt propter omissionem orationis. Nam redargutio est contradictio vnius & eiusdem,nõ nominis,sed rei,& nominis non synonymi,sed eiusdem ex ijs quę data sunt ex necessitate, non connumerato eo quod erat in principio,secundum idem, & ad idem,& similiter,& in eodem tempore.Hoc autem modo heri potest,vt quis falsum dicat de aliquo:quidam autem omittentes aliquid eorum,quæ dicta sunt, apparent redarguere: vt quod idem duplum & non duplum:nam duo vnius quidem dupla,tria autem non dupla.Aut si eiusdem idem duplum,& non duplum, sed non secundum idem:nam secundum longitudinem duplũ, secundum latitudinem non duplum.Aut si eiusdem,& secundum idem, & similiter,sed non simul: quare est apparens redargutio. Trahat autem aliquis hãc & in eas, quę sunt propter dictionem. Quæ autem propter id, quod in principio erat sumuntur,fiunt quidem sic & tot modis,quot modis contingit quod in principio est petere : videntur autem redarguere,eo quod nõ possit quis inspicere idem,& diuersum. Quæ vero propter consequens est redargutio, ideo est ꝙ putent conuerti cõsequentiam:nam, si cùm hoc est ex necessitate, illud sit : & cùm illud est,putant & alterum esse ex necessitate:vnde & quæ ob opinionem ex sensu sunt,deceptiones fiunt : nam sæpe esse mel, fel suspicati sunt, eo quòd sequitur flauus color mel.Et quia accidit terram, pluuia madidã fieri,etiam si sit madida, opinantur pluisse: id autem non necessarium est. In rethoricis quidem quæ secundum signũ fiunt demonstrationes,ex consequentibus sunt:nam uolentes ostendere quòd adulter,quod consequens est,accipiũt,quòd comptus,aut quod videtur noctu errabundus: pluribus autem hæc quidem insunt,prædicatum tamen non inest.Similiter autem & in ratiocinatiuis: vt est Melissi oratio,quod infinitum est vniuersum : sumens autem vniuersum ingenium (nam ex nihilo nihil fieri) quod aũt factum est ex principio fieri:si igitur nõ factum est, principium nõ habet vniuersum, quare infinitum:non necesse est autem hoc accidere,non enim si omne quod factum est,principium habet, etiam quicquid principium habet,factum est;quemadmodum neq; si febriens calidus,etiã calidũ necesse est febrire.

Quæ vero propter non causam, vt causam: cum assumitur ꝙ no causa est, tanquam propter illud hat redargutio: accidit autem tale, ad impossibile syllogismus: necessariũ enim est in his aliquid interimere ex ijs, quæ posita sint: si ergo enumeretur in necessarijs interrogationibus ad id, ad qd' accidit impossibile, videbitur propter id sæpe fieri redargutio, vt quod non est anima, & vita idem: nam si generatio corruptioni est contrariũ, & alicui corruptioni erit quædam generatio contraria: mors autem corruptio quædam, & contrarium, vitæ, quare vita generatio, & viuere generari: hoc autem impossibile: non ergo idem anima & vita. Nequaquã collectum est, nam accidit (tametsi quispiam nõ idem dicat vitam & animam) impossibile: sed solum contrarium vitam quidẽ morti, cũ sit corruptio, corruptioni autẽ generationem. Incollectiles igitur simpliciter non sunt huiusmodi orationes, sed ad propositũ incollectiles: et latet plerũq; nõ minus ipsos interrogantes quod tale est. Propter igitur consequens, & propter non causam orationes huiusmodi sunt. Quæ autem propter id, quod est duas interrogationes vnam facere, quando latet plures esse, & perinde ac vna sit, assignatur responsio vna. In aliquibus autẽ facile est videre ꝙ plures, & quod non danda vna responsio: vt vtrum terra mare est an cælum: in aliquibus vero minus, et quasi vna sit, aut confitetur eo ꝙ necesse est respondere ad interrogatum (aut redarguit videntur: vt puras hic & hic est homo? quare, cũ aliquis percusserit hunc et hunc, percutiet hominem & non homines. Aut rursum quorum hęc sunt quidem bona, illa aũt non bona: omnia hæc bona, an non bona: nam vtrũuis dixerit, est ꝙ udẽ vt aut redargutionem, aut falsum apparens videatur facere: nam dicere eorum, quæ non sunt bona aliquid esse bonum, aut eorum, quæ bona sunt non bonum, falsum. Quoq; autem assumptis quibusdam, redargutio etiam fiet vera: vt si quis cõcedat similiter & vnum & plura dici alba, & nuda, & cæca: nam si cæcũ est quod non habet visum, natum tñ habere, & cæca erunt quæ non habent visum, nata autẽ habere: quando igitur hoc quidem habet visum, illud autem non habet, ambo erunt vel videntia, vel cæca: quod est impossibile.

Plures interrogationes vt vna.

Sermo de fallacijs ex rebus. *Cap. IIII.*

LOcus autem fallentia sunt septem loca, quorum vnus est ꝙ non intelligendi, quod accidit, cursu eius quod est per se. Secundus autem est acceptio connexi, vt absoluat, et sic vnaquæq; vt simpliciter, quando acciperetur id, cuius semitæ est ꝙ accipiatur connexum solum, ac si esset: verũ simpliciter, hoc est, id quod est connexum attributo, v. alicui attributo, aut quo ad tempus, aut quo ad locũ, aut quo ad altam speciem connexionum. Tertius autem est, qui accidit ex pauca notitia conditionum elenchi, & illatione oppositi eius, de cuius notitia & esse gloriatur aduersarius. Quartus autẽ est locus consequẽtis. Quintus est prologus ad quæsitũ, seu petitio principij. Sextus est acceptio nõ causę, vt causæ. Septimus est acceptio interrogationũ plurũ, ac si esset interrogatio vna. Elenchi itaq;, qui fiunt ex eo quod est per accidens, sunt, qñ cõtingerit ꝙ prędicetur aliqua res de re aliqua per se, & cõtigerit alteri illarum duarum rerum, aliqua dispositio per accidens, quia putaretur ꝙ id, quod est per accidens, inuentatur alteri illarum duarum rerum per se. exempli gra, sermo dicentis, Socrates demonstratus est non homo, & Socrates demõstratus est hõ, sicq; hõ non est homo, & hoc, quia prædicatio humanitatis de Socrate est p se: accidit autẽ hanc ex parte, quia est singularis, & fuerit non hõ, quod est species & vltã & putatur propter hoc, ꝙ sequaẽ ex illo, ꝙ hõ sit non hõ. exemplum huius etiam est, Socrates est non Plato: Plato autem est homo, ergo Socrates est non homo. Fallacia autem, quę accidit ex acceptione connexi absolute, v. fm quid, simpliciter est, sicut si diceret quispiam, si quod est nõ ens, esset opinabile, opinabile autem est ens, id itaque quod est non ens est ens. Aut dicere mus, si quod est ens est opinabile, opinabile aũt est non ens, id itaque, quod est ens, est non ens. Hoc autem verificaretur, qñ cõnectitur, non qñ absolutẽ, & hoc, quia quod nõ est ens extra cogitationem, est itaq; ens fm cogitationem, non simpliciter. Sic etiã quod est ens fm cogitationem, esset nõ ens extra cogitationem, non simpliciter, hoc est, ꝙ verificetur res de illo simpliciter, & sequatur ex eo ꝙ verificetur nõ simpliciter. accidit autem fallacia in hoc loco, qñ accidit ꝙ sit pauca & latens differentia inter absolutum & connexũ: quanto autem dua fuerit magis latẽs, magis erit fallacia per illam, & difficilius cõstabit modus fallacię in ea, quanto vero euidentior fuerit, minus erit fallacia, & facilius constabit. Hoc autem variabitur secundum materias, et in quibusdam locis poterit esse, ꝙ accidat fallacia, cuius solutio nõ sit facilis, in aliquibus autem locis accidit fallacia, cuius solutio sit facilis. Exẽpli gratia, sermo dicentis, æthiops est niger, & æthiops est albus secundũ dentes, æthiops itaq; est albus & niger simul. Possibile enim esset quod accideret talibus fallaciam hoc, ex quo est latẽs varietas inter nigredinem æthiopis & albedinem eius dentium, & ideo possibile est, ꝙ homo admittat, ꝙ æthiops sit niger, & admittat ꝙ sit albus propter albedinem eius dentium: hic autem non est valde latens, ideo tam facilis est eius solutio pluribus hominibus. In aliquibus vero locis non cadit per hoc fallacia propter cognationem varietatis inter illa, sicut est sermo dicentis, æthiops est homo niger, homo autem est albus, quia non accidit ex hoc, quod homo niger sit albus, ex quo albus, & niger sunt duę species hominis nec differentia autem inter eos est nota valde & manifesta omnibus, & ideo possibile est vnũ, ꝙ admittat ꝙ homo æthiops sit niger, & ꝙ homo sit albus, & possibile est ꝙ admittat, ꝙ æthiops sit niger, & albus secundum eius dentes. Locus vero est, quo accidit fallacia propter ignorantiam vnius conditionum elenchi. Hoc itaq; accidit ex priuatione notitiæ conditionum syllogismi concludentis elenchum: testimonium autem est notitia conditionum contradictorij, & hoc, quia cõtradictorium non est quod contradicit fm dictionẽ solũ, sed secundũ rem, hoc est, ꝙ ipsa eadem res sit in enuntiatione affirmatiua, quæ ipsamet est res in enũtiatione negatiua, quę opponitur illi ob duos modos. Fit autẽ hoc, qñ res prædicata in illis fuerit vna, aut subiectũ vnum, aut reliquæ conditiones eædem, quæ largiuntur in vna duarum enũtiationum oppositarum, sint ipsęmet, quæ largiuntur in altera, ex tẽpore, & loco, & modo, & cæteris, quę dicta sunt in lib. Perihermenias. Iste aũt locus est fallens, quia quidã hoies visi sunt sibi, ꝙ, qñ contradixerint enuntiationi, quam argumentatus est aduersarius, ꝙ dimittant eam absq; ꝙ cõtradicant ei fm conditiones, quæ terminatę sunt in eo quod præmissum est, sicut poneret (supponẽs ꝙ hoc sit duplum huius, & declarator declararet, ꝙ non sit duplum, dicere autem nostrum de eo, ꝙ non sit duplum, verificatur de eo modo alio à modo, quo verificaretur de eo, ꝙ sit duplum, & agens hoc opinaretur, quia dimisisset, sicut verificaret, ꝙ linea sit dupla lineæ ex parte longitudinis, & non dupla ex parte latitudinis, positis linea est longitudo, cui nõ est latitudo. Fallacia autem, quæ fit, accidit propter prologum ad quæsitum primum seu petitionem principij. Accidit itaq; tot modis, quot possibile est, ꝙ accipiatur oppositum rei cum interrogatione, ac si esset nõ oppositum. Intendo aũt per oppositum illorum, cuius intenditur destructio, & accidit in hoc elenchus, & hoc qñ annecteretur ipsimet rei, sicut declaratum est de syllogismis, qui componuntur ex oppositis. Ille autem est duarum specierum, prologus ad oppositum quæsiti, & ille est cuius meminit Arist. ꝙ sit ille, quo vtplurimum accidit elenchus, & prologus ad ipsummet quæsitum. Iam autem dictum est in libro Priorum de modis, quibus possibile est ꝙ accidat hoc accidẽs vere. De modis autem, quibus putatur, ꝙ tam accidat hoc, & non accidat, dictum est in lib. Topicorum. Ca sta vero loci, quo accidit fallacia elẽchi propter consequẽs, est putare conuersam affirmatiuę vniuersalis esse vlem. exẽpli gratia, qñ apud aliquem hoiem fuerit, ꝙ ois prægnantis vẽter sit tumens, & oriat in eius mente ꝙ omnis tumens venter sit prægnans. Ex hoc autem loco multotiens accidit fallacia (scilicet, adeo ꝙ putaẽ de felle, v. g. ꝙ sit mel propter cuiusmodi rem, quæ sentitur in vtrisq;, & putatur de terra humecta, ꝙ pluerit in eam, quia sensatum fuerat, ꝙ terra, in quã pluerat, sit humecta: hoc aũt non est verum. Et ideo dicimus, ꝙ non concludit syllis ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Syllis autem signi, qui sit in Rhetorica, tam sit ex duabus affirmatiuis i figura secunda, qa tales syllogismi tam fiunt in Rhetorica ex rebus, quę cõtequuntur duabus extremitatibus. sicut qñ intendit Rhetor declarare, ꝙ iste sit adulter, & acceperit consequens adulterum, gratia exempli, qui est fucus aut error incessus nocturni: & diceret iste fucat, & adulter fucatur, ergo iste est adulter: hoc autem non est verum: fucus enim inuentitur adultero, & non adultero: sicq; etiam et error incessus nocturni. Et ex hoc loco erraut Melissus, qñ dixit, ꝙ totũ non habet principium, & hoc, quia inuenit verum, ꝙ oẽ generabile habet principium, opinatus est, ꝙ quicquid habet principium sit generabile, & ex quo opinatus est istud, verificatũ est ei contrarium eius cõtradictorij, quod est, ꝙ quicquid non est generabile non habet principium, mundus aũt nõ est generabilis, ergo illud non habet principium, & ꝙ ipsum etiam sit infinitum, & non qñ omne generabile habet principium, sequitur ꝙ omne habẽs principii sit generabile, sicut ꝙ homine calefactus sit calidus corpore, non sequitur, ꝙ omnis calidus corpore sit calefactus. Locus autem, quo accidit elenchus fallens ex acceptione eius, quod non est causa conclusionis, ꝙ sit causa, fit, quando in syllogismo accipitur præmissa cui præmissis, ex quibus sequitur conclusio falsa: alter autem putaret, ꝙ conclusio sequeretur ex illa præmissa, hoc autem accidit in syllogismo ducẽte ad impossibile, hoc est, syllogismo contradictionis, quia auferet partem præmissarum positarum in eo, in quantum huiusmodi sum, accidit autem valde in eo ꝙ ingrediatur præmissa, quam sophista intenderet destruere cum summa præmissarũ falsarum, ex quibus accidit ipsum falsum. Qñ autem accideret, putatur ꝙ accideret ex illa præmissa, in cuius destructione erit auertunt, ipsum autem falsum sequitur non ex illa præmissa, sed ex alia præmissarum falsarum, quas posuerat. Exẽpli gratia, diceret quispiam, ꝙ anima & vita non sint vna res, quia si esset vna res, omnes species generationis essent contrariæ oibus speciebus corruptionis, & singulis speciebus corruptionis essent singulæ species generationis, quę eas appropriarent, quæ essent eis cõtrariæ, mors autem est corruptio quædam, sicq; vita est generatio quędam, qñ autẽ vita erit generatio, vita est ei, quod fuit & pertectum est, generatio autẽ est eius quod generatur. Illud itaq;, quod generaẽ, tam fuit, hoc aũt est diuersum impossẽ, ergo aĩa et vita non sunt vna res, qñ hoc falsum sequitur ex hoc sermone, licet nulla suarum præmissarum supponat, ꝙ aĩa & vita sint vna res: & ideo non dicimus, ꝙ non sit illatiuus simpliciter, sed dicimus, ꝙ non sit illatiuus in cõparatione ad id, quod intenderat cõcludere. In essentia aũt illius exempli est fallacia quędam, sed non curamus de ea hic, & ideo hoc exemplum facit errare multos. Fallacia autem, quę accidit in eo ex loco cõsequentis, & ex acceptione eius, quod non est causa conclusionis, ac si sit causa sic. Fallacia vero, quæ accidit ex acceptione duarum interrogationum in vna interrogatione, accidit ex parte, qua fieret duo responsa diuersa, quibus responderetur vnico responso. Accidit autem hæc fallacia, qñ accipitur loco vnius prædicati in enuntiatione plusq; vnum prædicatũ, & loco vnius subiecti in enuntiatione plusq; vnum subiectũ. Exemplum itaq; eius, quo accipiũtur loco vnius prædicati duo prædicata est ter mo dicens, terra est ex aliqua re & aqua. Iste in. est duæ enuntiationes & duæ interrogationes, non vna. Exemplum aũt acceptionis duoꝝ subiectoꝝ est termo dicens, hic & hic est hõ: hic in. sunt duæ enuntiationes, nõ vna enũtiatio. Quidam aũt horum est, qui qñ interrogatus fuerit talibus iterrogationibus pluribꝰ, ac si essent vna interrogatio, forte cogitabit multiplicitate, quæ est in interrogatione, & stabit, & paũsabit. Fortitan autẽ respondebit vnico responso, & ꝙ puerit et elenchus & talsum, sicut si diceremꝰ, hic & hic est hõ. Ille itaq;, ꝙ percusserit hunc & hunc, percussit itaq; vnum horum non duos hoies. Plurimum aũt quod accidit fallacia fm hũc locum est, qñ cõtigerit, ꝙ prædicata terũ, de quibus interrogatur interrogatio, sint contraria, sicut in aggregato quarundam rerum sit bonũ, & earũ sit aliquid, quod non sit bonum, & interrogaretur de oibus ipsis vna interrogatione, an sit bonum, vel non bonum: quæcunq; aũt duarũ responsionum responderet ei esset fallacia, nisi duideret aliquã rem ex eas, & teneret responsum de eis fm numerum interrogationum, quæ sunt in eis, sicut si interrogaretur an tritico sensibilium & tritico intelligibilium sit bona, an non bona, qa si diceret bona, erraret, quia fruitiones sensatę non sunt bonæ. Si autem diceret malę, erraretur, quia fruitiones intellectuales sunt bonę, & laudabiles. Qñ autem illarum plurium rerum iudicium fuerit unũ iudicium, iste locus nõ fit, talis graphus, & hoc, qñ iudicium totius ex illis fuerit idem, quod tuncũ vnius, qa tunc interrogato de oibus est, sicut interrogatio de vna earum, sicut diceretur an hoc & hoc sit ex eum, postq; exercitas fuit priuatio visus, videẽs autem non differt a vidente, ex parte qua est videns, & in tali loco sit ex vna eadem enuntiatione respõsum enuntiationũ plurium: qñ aũt vnum eorũ fuerit ex eum, & alterum videns, impossibile est, ꝙ responsum sit vnum.

Omnes sophisticas redargutiones in ignorantiam redargutionis reuocatum iri. Cap. V.

AVt igitur sic diuidendum apparentes syllogismos, & redargutiones: aut oēs reducendum ad redargutionis ignorātiam, ijs, qui hanc principium faciunt: fieri enim potest, vt omnes resoluamus dictos modos ad redargutionis definitionem. Primū quidem si icollectiles fuerint, oportet enim ex ijs, quæ posita sunt, accidere conclusionem, &, vt ita dicam, ex necessitate, atq; non apparere. Deinde & ꝑm partes definitionis: nam earum, quæ sunt ī dictione, hæ quidem sunt propter duplex, vt æquiuocatio, & oratio, et similis figura: consuetum.n. id omnia, vt & illud quippiam significare. Compositio autem, & diuisio, & accentus, eo q̄ non eadem est oratio, aut nomen quod differēs: oportebat aūt & id esse, quemadmodum & rem eandē, si debebat redargutio, vel syllis esse: vt si tunica, non vestis syllogizetur, sed tunica: nam verum est & illud, sed non syllogizatum est: sed adhuc interrogatione indiget, quod idem significat ad eum qui quærit propter quid. Quæ vero ꝑm accidens definito syllogismo manifesta fiunt: nam eandē definitionem oportet syllogismi & redargutionis fieri, attamen & adiungere contradictionem: nā redargutio syllogismus est contradictionis: si igitur non est syllus accidentis, non fit redargutio: non enim si cùm hæc sint, necesse est illud esse, id autem est album esse propter syllogismum: neq; si triangulus duobus rectis tres angulos habet æquales, & accidit ei figuram esse, vel primū, vel principium, q̄ figura, vel primū, vel principium tale est: nam non quatenus figura, vel primum, vel principium, sed quatenus triangulus demonstratio: similiter & in alijs. Quare si redargutio syllogismus quidā, non erit quæ ꝑm accidens redargutio. Verum propter hoc & artifices & omnino scientes ab imprudens redarguuntur: nam ꝑm accidens syllogismos faciunt contra sapientes: qui vero non possunt diuidere, aut interrogati concedunt, aut cùm non dant, arbitrantur dedisse. Quæ vero propter id quod aliquo modo, & simpliciter, quoniam non de eodem affirmatio & negatio est: nam aliquo modo albi, aliquo modo nō album: & simpliciter albi, simpliciter non album, negatio est: si igitur cùm datur aliquo modo esse album, quis vt simpliciter dictum accipit, nō facit redargutionem: apparet autem propter ignorātiam ipsius, quid est redargutio. Manifestissimæ autem oīum quæ prius dictæ sunt propter redargutionis definitionē, quare & sic nuncupatę sunt: nā propter rationis omissionē phātasia fit, & diuisis hoc pacto, cōmune in oībus his ponendum est orationis omissio.

Quæ vero propter id quod sumitur, quod erat in principio, & non causa vt causa ponitur, manifestę sunt per definitionem: nam oportet conclusionem accidere, eo q̄ hæc sunt, quòd non erat in non causis: et rursum non enumerato eo quod erat in principio quod non habent eæ quæ sunt propter petitionem eius quod in principio. Quę vero propter consequens particula sunt accidentis: nam consequens accidit: differt autem ab accidenti, quoniam accidēs quidem est in vno solo sumere, vt idem esse flauum, & mel, & album, & cygnum: quod autem propter consequens, semper in pluribus: nam quę vni et eidem sunt eadem, et sibi inuicem postulātur esse eadem: propter quod fit ea quæ propter consequens redargutio: est autem nō omnino verum, vt si sit album secundum accidens: nam & nix & cygnus albo idem: aut rursum in Melissi oratione idem esse accipit factum esse, & principium habere, aut æqualia fieri, & eandem magnitudinem accipere. Quoniam enim principium habet quod factum est, & quod habet principium, factum esse postulat, tanquam ambo eadem sint, eo q̄ principium habent factum esse & finitum. Similiter autem & in ijs, quæ æqualia facta sunt, si eandem magnitudinem, & vnam sumentia æqualia fiunt: & quæ æqualia facta sunt, eandem & vnam magnitudinem sumunt: quare consequens sumit. q̄ igitur propter accidens redargutio, in ignorantia redargutionis est: manifestum, & q̄ ea, quæ est est propter cōsequens: inspiciendum autem est id & alias. Quę vero propter id, quod est plures interrogationem vt vnam facere, in eo sunt q̄ non enucleamus, siue non diuidimus propositionis orationem: nam propositio vnum de vno est: nam idem terminus vnius solius rei, & simplicis rei: vt hoīs, et vnius solius hoīs: similiter aūt & in alijs. Si igitur vna propositio est, quæ vnū de vno postulat, & simpliciter erit prosposition talis, interrogatio. Atqui quoniam syllogismus ex propositionibus est, redargutio autem syllogismus, & redargutio erit ex propositionibus: si igitur propositio unum de vno, manifestum quoniam & hæc in redargutionis ignorantia: nam apparet esse

propositio, quæ non est propositio. si itaq; dedit responsionem vt ad vnam interrogationem, erit redargutio, si autem non dedexit, sed apparet, apparens redargutio. Quare omnes loci cadunt in redargutionis ignorantiam: qui quidem dicti sunt propter dictionem, quia est apparens contradictio, quod erat proprium redargutionis, alij autem propter syllogismi terminum.

Sermo de reductione omnium specierum fallaciarum ad fallaciam elenchi. Cap. VI.

ISta autem loca, quę narrauimus, licet numerus suorum modorum sit iste, cuius meminimus, omnia tamen reducuntur ad paucam notitiam elenchi, hoc est, latentiam alicuius rei conditionum elenchi, & hoc, quia ex quo elenchus verus est syllogismus interés contradictorium conclusionis, quod notum est in ea, manifestum est, q̄ omnium istorum locorum fallacia apparet ex parte syllogismi simpliciter, & ex partibus eius definitionis, et definitione contradictorij. ex definitione quidem syllogismi, quia iam dictum est de eo, q̄ sit sermo, in quo, quando positæ fuerint res plures q̄ vna, sequitur ex illis aliquid aliud, quādo autem hoc ita non fuerit, manifestum est, q̄, quando cōsequentia est, non est necessaria, sed est ex eis de quibus putatur q̄ sint necessariæ, absq; q̄ ita sit. ipse itaq; non est verus elenchus. Ex partibus autem eius definitionis est, quia iam res, quæ ponuntur in eo, sunt duæ præmissæ & res termini, quę conueniunt in vno termino, qui vocatur medius, sic q̄ quando terminus medius non fuerit vnus in eis, aut altera extremitatum non fuerit in conclusione, est manifestum q̄ non est syllogismus vere: sic etiam, quando altera extremitatum fuerit accepta secundum aliquam conditionem, quæ non fuerit accepta in conclusione: quando autem hoc ita fuerit, omnes fallaciæ, quæ fuerint propter æquiuocationem nominis dictionum simplicium, & æquiuocationem compositionis, & figuram dictionū, reducuntur ad esse terminum medium non vnum, in syllogismo autem ad esse vnam extremitatum in præmissis aliam ab ea, quæ est in conclusione. Ille autem, qui fit ex diuisione & cōpositione, reducitur in acceptionem præmissarum secundum modum alium à modo, quo accipiuntur in conclusione, & non fiunt vnum numero, neq; in syllogismo, neque in conclusione. Fallacia autem, quæ fit ex eo, quod est per accidens, reducitur ad latentiam alicuius conditionum syllogismi demonstratur: & hoc, quia eius conditionis est, q̄ eius præmissæ sint necessariæ & vniuersales. Id autem, quod est per accidens, non est necessarium, neq; vniuersale, sed particulare, quia quando inuenitur aliqua res alba per accidens, non sequitur, q̄ quicquid sit huius rei, sit album, neq; secundum modum, quo fuit, neq; quando fuit, & vniuersaliter quando connecteretur aliqua res cum aliqua re, non sequitur q̄ ista res sit connexa illi rei. exempli gratia, quia ex quo cōnectitur ipsi esse trianguli, q̄ sit figura, & q̄ sit habens lineas, & q̄ sit habens angulos æquales duobus rectis, nō sequitur, q̄ quando inuenitur figura, q̄ sit habens lineas rectas, & q̄ eius anguli sint æquales duobus rectis: sic quando obseruauerit q̄ præmissæ sint per se, & quod sint præmissæ quæ sunt in syllogismo simpliciter solum secundum rem, quę veniunt in termino medio secundū rem, non secundum dictionem, est manifestum, quòd non accidit obseruatori neq; cognoscēti in illo istud hic modus fallaciæ hoc est, q̄ sit propter dictionem, aut propter id, quod est secundum accidens: & ideo iam possibile fuit, q̄ sciens aliquam rem fallat eum, qui nescit, syllogismum: sicut sciens elenchum distinguens ista loca, quæ narrauimus, dignior est, q̄ non erret quàm sciens ea non distinguens ipsa, neque sentiens eorum distinctionem in istas partes. Fallacia autem, quę accidit propter acceptionem rei connexæ vt absolute, idest secundum quid vt simpliciter, reducitur ad paucam notitiam conditionum contradictorij, quia quod est album secundum partem, non est eius contradictorium quod non est album simpliciter, sed putatur tale q̄ sit contradictorium propter paucam notitiam elēchi, & propter affinitatem differentiæ, quę est inter ea: plurimum autem, quod aduenit ex latentia conditionum cōtradictorij, est q̄ appropriatur nomine elenchi, & est q̄ accipiatur destruens oppositum conclusionis, id aūt, quod non est oppositum, & locus absoluti & connexi seu simpliciter, & secundum quid ex ista parte est pars istius loci, sed ex parte qua accidit ex eo q̄ præmissa sit accepta secūdum aliquem modum, qui non est modus, quo accipitur in conclusione, est locus separatus per se. Et fallacia, quæ ingreditur hanc partem, quæ reducitur in latentiam elenchi, est, q̄ termini accepti in præmissis sint ipsimet, qui accepti sunt in conclusione. Fallacia autem, quæ est propter petitionem principij, & propter acceptionem non causæ conclusionis vt causæ, manifestum est, q̄ accidit ex latentia eius, quod est acceptum in definitione syllogismi. Petitio quidem principij accidit, quando latuerit, q̄ consequens sit alia res à conclusione, & hoc, quia cōsequens in petitione est ipsamet præmissa: & sic etiā acceptio vt causæ eius, quod non est causa, fit illi, quem latuerit, q̄ consequens ex syllogismo sit necessaria. Locus vero consequentis reducitur ad eum qui est secundum accidens, & aliquo modo ingreditur sub eo. sed differentia inter ea est, quia hic est putare de vno q̄ sint plura. Exempli gratia, quia ex quo accidit demonstratæ q̄ sit mel, putatur q̄ omne citrinum sit mel, hic autem est putare de pluribus, q̄ sint vnum, & hoc, quia ex quo accidit scribenti, q̄ sit albus, putauerunt q̄ scribens sit albus, & ex hoc loco, hoc est, loco consequentis, putauit Melissus, q̄ omne habēs principium habeat generationem, quia ipse putauit, q̄d, quod accidit illi, quod est generabile, accidit omni habenti principium, hoc est, q̄ sit generabile. Causa autem fallaciæ, quæ accidit propter acceptionem plurium interrogationum, vt vnam interrogationem, est latentia illius, quod dictum est in definitione contradictionis: ex quo cōuenit q̄ prædicatum in illis præmissis sit vnū, & subiectum vnum, & q̄ vni affirmationi non sit nisi vna negatio, nec vni negationi nisi vna affirmatio, quia quando fuerit vnum, contradictio sit vera, quando autem putatur de eo q̄ sit vnum, & nō est vnum, eius elenchus est fallsigraphus. Omnes itaq; isti modi reducuntur ad paucitatem notitiæ elenchi: hic autem est syllogismus verus secūdum figuram concludens cōtradictorium rei, cuius destructio intenditur: sicq; quando latebit aliquas res ex conditionibus syllogismi veri secundū figuram, aut ex conditionibus contradictorij, accidunt ista loca fallentia. Sic quidem declaratum est ex hoc, q̄ ista loca dictionalia et quæ prædescripta reducuntur ad latentiam definitionis elenchi veri, aut partium eius definitionis, hoc est ad latentiam definitionis syllogismi, aut latentiam definitionis contradictorij, & q̄ quædam eorum sunt, quæ reducuntur ad latētiam definitionis contradictorij, & quædam reducuntur ad latentiam definitionis syllogismi, & quadam eorū reducuntur ad ambas res simul. Loca autem fallentia ex dictionibus cōuenient, quia ipsa facient putare illum, qui non est syllogismus, q̄ sit syllogismus.

Cauſæ deceptionum captionum ſophiſticarum. Cap. VI.

DEceptio autem fit in ijs quidem, quæ propter æquiuocationem, & orationem, eo quòd non poteſt quis diuidere id, quod multipliciter dicitur: nam quędam nõ eſt promptum diuidere, vt vnum, & ens, & idem. In ijs autem, quæ ſunt propter compoſitionem, & diuiſionẽ, eo quòd nihil putatur differre compoſita & diuiſa oratio, ceu euenit in plurimis. Similiter autem & in ijs quæ ſunt propter accentum: nõ enim aliud videtur ſignificare intenſa, & remiſſa oratio in aliquo, aut non in pluribus. Earum vero, quæ ſunt propter figuram ob ſimilitudinem dictionis: difficile eſt enim diuidere, quæ ſimiliter, & quæ aliter dicuntur: nam ferme qui hoc poteſt facere ĩ procinctu eſt, vt videat verum: maxime autem ſcient innuere, quòd omne, quod de aliquo prædicatur, arbitramur idipſum aliquid eſſe, & vt vnum intelligimus: nam vnum, & ſubſtantiam maxime videtur ſequi id, quod eſt aliquid, & ens. Quare in ijs quæ ſunt propter dictionem, hic locus ponendus: primum quidem magis deceptio aggregatur in ijs, qui cum alijs conſiderant, quàm qui per ſeipſos: nam ea, quæ cum alio eſt conſideratio per orationem eſt, quæ autem per ſeipſos, non minus per ipſam rem. Deinde & per ſeipſos decipi accidit, quando in oratione facit conſiderationem: præterea deceptio quidem ex ſimilitudine, ſimiliter & ex dictione. In ijs autem, quæ ſunt propter accidens, eo quòd non poteſt diuidi ne idem & diuerſum, & vnum & multa: ne ea, quibus prædicatorum omnia hæc & reciprocantur. Similiter autem & in ijs quæ propter conſequens ſunt: pars enim quædam accidẽtis, eſt conſequẽs.

Amplius & in modo apparet, & poſtulatur hoc pacto, ſi hoc ab illo non ſeparatur, nec ab altero ſeparatur alterum. In ijs vero quæ ſunt propter omiſſionem orationis, & in ijs quæ ſunt propter id quod aliquo modo & ſimpliciter, eo quòd propter parum deceptio eſt. nam quandoquidem nihil cõſignificet quid aut aliquo modo aut ſimpliciter aut alicubi, aut nunc, vniuerſaliter concedimus. Similiter autem & in ijs quæ quod in principio eſt ſumunt, & in non cauſis, & quæ cũ ſplures interrogationes, vt vnam faciunt: in omnibus enim his eſt deceptio, ob id quod propter parum non multum ex ijſdẽ differentibus, neq; propoſitionẽ neq; ſyllogiſmi terminum, propter priuationem cauſam.

Sermo de rebus, quibus elenchi ſunt deceptiui, & de elenchorum ſpeciebus ſecundum illas. Cap. VII.

CAuſa autem fallaciæ, quæ fit propter æquiuocationem dictionum, eſt difficultas ſeparationis rerum multarum, de quibus dicitur dictio vna, & ſignãter per dictiones diſperatas quod multiplicat eſſe rerum, in quas cadunt, & difficilis fit earum cognitio & ſeparatio, ſicut eſt ſeparatio rerum in quas cadit nomen vnius & entis. Cauſa autem fallaciæ, quæ accidit propter diuiſionem dictionis, & eius compoſitionem, eſt pauca perceptio diuerſitatis, quæ accidit ſignificato dictionis, quando aliquando diuiditur, & deinde componitur nonnunq;, & ſic etiam ipſi dictioni, quæ aduenit propter æquiuocationem figuræ, & diuerſitatem diſpoſitionis ſuarum literarum, & punctorum ſm ſuas ſignificationes. Ille autem, apud quẽ eſt poteſtas cognoſcendi fallacias, quæ fiunt propter dictionem, proximus eſt, ꝙ nõ erret in rebus niſi pauco errore, & hoc, quando feſtinat, & diſtinguit rem, de qua verificatur attributum, aut falſificat, quia putauit omnes illas res, quas ſignificaret iſta dictio, ac ſi eſſent ſenſatæ apud eũ, & demonſtratæ, & feſtinaret, & determinaret ſecundũ diſpoſitionem, qua conueniret eis hoc attributum, determinatione conuenienti. exempli gratia, quando audiuerit quis, ꝙ res ſit ens vnum, determinauit ꝙ iſta res ſit ſingulæ ſubſtãtiæ demonſtratum, quia res & ens dicuntur de ſubſtantia demonſtrata vna ſecũdum numerum, & ideo quod apparet nobis primo ꝙ fallacia accidat nobis eſt propter dictiones, licet appareat etiam cauſas erroris propter res fallentes, quæ enumeratæ ſunt: & hoc, quia cauſa erroris, qui fit propter controuerſiã aduerſarij, & auditũ eius, eſt fallacia illorum locorum dictionalium. Cauſa autem erroris, qui fit circa id, quod conſiderat homo in ſe, ſunt illa deſcripta, licet accidat iam apud cõſiderationem fallacia propter dictiones: & hoc, quando aliquis homo valde meditatur, ꝙ diſputat ſecũ ipſe, ſicut faceret cum illo cum quo litigat, & imaginatur dictiones cũ rebus, & vniuerſaliter cauſa fallaciæ in iſtis locis ſunt præmiſſæ cum pauca perceptione differentiæ, quæ ſit iter quid ſit diuiſum, & quid ſit idẽ. Sic ꝙ cauſa fallaciæ dictionum eſt difficultas diſtinctionis inter eas & inter res, & acceptio eius quod eſt diuiſum, ac ſi eſſet idem. Et hæc eadẽ eſt cauſa fallaciæ eius, quod eſt ſm accidens, & ꝙ ille homo non diſtinguerit id, quod cõſequitur illum prædicatorum eſſentialium à rebus, quæ ſunt per accidens. Et hæc eadem cauſa accidit fallacia loci conſequentis, quia hic locus, ſicut dixi mus, ingreditur illam, quæ eſt accidentis, & eſt pars illius. Cauſa autem fallaciæ, quæ accidit propter abſolutum & connexum, ſeu ſimpliciter & ſm quid, eſt, ꝙ putetur ꝙ diuerſum ſit idem: hoc aũt accidit propter paucitatem diæ, quę fuerit inter ea. Sic etiam fallacia eius, cuius cauſa eſt petitio principij, & ea, cuius cauſa eſt acceptio eius quod non eſt cauſa vt cauſa. Cauſa aũt eius, quæ eſt acceptio pluriũ interrogationũ, ac ſi eſſet vna, eſt paucitas perceptionis differẽtiæ, quę eſt inter ea ſm ſe. Acceptio aũt eius, quod non eſt cauſa, eſt, propter paucitatem diæ inter illud & inter id, quod eſt cauſa vere. Cauſa aũt petitionis principij eſt paucitas diæ, quæ eſt ibi inter formã ſyllogiſmi, quo poſitum eſt ipſum quæſitũ, & inter verum ſyllm, ex quo eius forma eſt forma ſyllogiſmi. Cũ autem hoc ita fuerit, cauſa fallaciæ iſtorũ locorum reducitur vltimo in duas res, quarũ vna eſt, ꝙ putetur de eo, qui non eſt ſyllus, ꝙ ſit ſyllus propter paucam diam, quæ eſt inter eos, & ꝙ putetur de eo, quod non eſt contradictorũ, ꝙ ſit contradictorũ propter paucitatem diæ, quæ eſt inter ea. hoc autem accidit, qũ non perficiuntur definitiones cuiuſq; eorum perfecti, neq; tubiliter

ſubtiliter diſcernitur, hoc eſt ſyllus elenchus, quia, ſi declararetur nobis ex quot cauſis ſint ſyllogiſmi ſophiſtici fallẽtes, hoc eſt, elenchi ſophiſtici, neq; de omni elencho, qui putatur ꝙ ſit elenchus, eſſet contradictio, neq; elenchus. Elenchi autem vſus non proportionati, ſunt qui non proportionantur alicui arti artium demonſtratiuarum, & ſunt elenchi, de quibus putaret ꝙ ſint elenchi, ille qui non fuerit exercitatus in illis artibus, ſicut elenchus artium demonſtratiuarum ſit elenchus verus non proportionatus, qm̃ non proportionato vtitur ars Topicæ: fallentur autem in hoc demonſtratiue qui neſciunt, ꝙ hoc genus ſit proprium artis Topicæ, hoc eſt, eo vti non proportionato: & hoc, quia hęc ars vtitur falſo, qñ fuerit famoſum, et eo magis ex non proportionato. Sic etiam vtii elenchis fallis vniuerſalibus, ſicut artes demonſtratiuæ vtuntur elenchis proprijs. Dicta etiam inter hanc artẽ vti elenchis vniuerſalibus, & iter artem elenchi topicã vti eis eſt, quia ars tentatiua vtit hoc ad augendam intellectionem & diſciplinam, iſtius autem intẽtio eſt fallere. Sic hæc ars eſt quodammodo pars artis topicæ, & ſicut elenchus, qui fit in redargutionibus demonſtratiuis ex præmiſſis veris nõ proportionatis, eſt ſophiſticus, ſic elenchi, qui fiũt in arte topicę ex præmiſsis, de quibus putatur, ꝙ ſint famoſæ, & non ſunt ta moſæ, ſunt ſophiſtici, licet ſint veri. Elenchi ergo ſophiſtici ſunt duo, quorũ vnus eſt, qui putatur ꝙ ſit verus, & eſt fallus, ſecũdus eſt, qui putatur, ꝙ ſit illius artis, & non eſt ita, ſiue fuerit falſus, ſiue fuerit verus. Poſtq; autem fuerit hoc declaratũ, redeamus & dicamus, ꝙ omnes ſyllogiſmi ſophiſtici inferuntur ex iſtis locis, ſi hæc loca fuerint oẽs res fallentes, aut quidã eorum inferuni ex his, ſi iſta, quorum memini, nõ fuerint omnes res fallentes. Iam autem apparet ꝙ iſtæ ſint omnes res fallentes, ex eo quod tam declaratum eſt, ꝙ omnes elenchi et contradictiones fallentes ſint elenchorum & contradictionum, de quibus putatur, ꝙ ſint veri elenchi, & non ſunt veri, quia deficit eis aliqua parua res ex defectuoſis elenchorum verorum. Quãdo autem res ita fuerit, ſequitur ꝙ numerus ſpecierum elenchorum non verorum ſit numerus ſpecierũ defectus ingredientis elenchos veros, & ſequitur, ꝙ numerus defectus ingredientis ſm eorum partes, hoc eſt ſm partes elenchorum verorum, ſit ſm numerum partium illorum. Ex quo tam declaratum eſt, ꝙ elenchus verus eſt ſyllus concludens contradictorium rei, quæ nota fuerit ſm eſſe, & declaratum eſt, ꝙ iſte elenchus eſt verus, qñ fuerint in eo tres cõditiones, quarum vna eſt, ꝙ ſit verus ſm figuram, & ſecunda ꝙ ſit verus ſm præmiſſas, & tertia ꝙ contradictorium inferentis ſit vere contradictorium rei notæ per ipſum, hoc eſt, concluſionis, cuius deſtructio intẽditur. Manifeſtum itaq; eſt, ꝙ ſequitur ꝙ loca fallentia elenchi ex rebus, quæ ſunt præter loca dictionum, reducuntur in hæc tria, & hoc, quando videtur demonſtrationem notã, in qua non ſit latẽtia, ſed putatur de eo quod non eſt contradictorium ꝙ ſit contradictorium. Ariſtoteles autem meminit ꝙ non accidant ab illo ex locis fallentibus, niſi duo loca, quorum vnus eſt latentia conditionum, de quibus meminimus in capitulo contradictorii, & ſecundus eſt acceptio duarum interrogationum, vt vnius interrogationis. In illo vero, qui eſt propter exiſtimationem putare de eo, qui non eſt ſyllogiſmus, ꝙ ſit ſyllogiſmus, tam meminit de eo omnium ꝙ non accidunt niſi duo loca ſolum, quorum vnus eſt ſyllogiſmus, qui vocatur petitio principij, ſecundus autem eſt acceptio eius, quod non eſt cauſa, ac ſi eſſet cauſa. In apparentia vero, quę fit propter acceptionem partium ſyllogiſmi, quæ ſunt præmiſſæ, hoc eſt, ꝙ putetur de eo quod non eſt verum ꝙ ſit verum, ipſe meminit, ꝙ ſint tria loca, quorum vnus eſt locus eius, quod eſt ſecundum accidens: ſecundus autem eſt locus abſolutionis, & connexionis, ſeu ſimpliciter & ſecundum quid: tertius autem eſt locus conſequentis, & illa eſt euerſio. Sicq; non inueniuntur deceptiui exiſtis tribus partibus ſermonis elenchi, quæ præmiſſæ ſunt, niſi iſti. Hæc itaque loca ſunt ſeptem neceſſario, ſicut meminit Ariſtoteles. & impoſsibile eſt, quòd addatur eis, neque ſubtrahatur ab eis. Dicimus autem eſſe iſtas res deceptuas contentas in iſtis partibus, ex quibus intertur, quòd elenchus eſt res manifeſta.

Ex quibus locis captiones falſi. Cap. VII.

QVoniam aũt habemus propter quæcunq; fiunt apparẽtes ſyllogiſmi, habemus & propter quæcunq; ſunt ſophiſtici ſyllogiſmi, & redargutiones. dico autem ſophiſticam redargutionem, & ſyllogiſmum, non ſolum apparentem ſyllogiſmum, aut redargutionem non exiſtentem quidem, ſed & exiſtentem quidem, at apparenter accommodatam rei. Sunt autem illæ, quæ non ſecundum rem redarguunt, & quę monſtrant ignorantes, quod quidem erat proprium tentatiuæ. Eſt autẽ tentatiua, pars dialecticæ: illa autem poteſt ſyllogizare falſum propter ignorantiam eius, qui dat orationem. Sophiſticę autem redargutiones, tamen ſi colligunt contradictionẽ, non faciunt manifeſtum, ſi ignoratur nam & ſcientem impediunt hiſce orationibus. Quod autem illas habeamus hac via, manifeſtum eſt: nam propter quæcunq; apparet audientibus vt interrogata ſyllogizare, propter hæc & reſpondentiv tę; videatur quare erunt ſyllogiſmi falſi per hæc aut omnia, aut aliqua: nã quod non interrogatus arbitratur dediſſe, & interrogatus quoq; ponet. Verum in quibuſdam ſimul accidit & interrogare quod deeſt, & apparere falſum: vt in his, quæ ſunt ſecundum dictionem, & ſolecciſmum. Si ergo ſyllogiſmi cõtradictionis propter apparẽtem redargutionem ſunt, manifeſtum eſt ꝙ propter tot erunt & falſorum ſyllogiſmi, propter quot & apparens redargutio: apparẽs aũt propter particulas veri: nã cũ quodcunq; defuerit, apparebit redargutio, vt qđ propter non accidẽs: propter orationẽ, quę ad impoſſibile: & quę duas interrogationes vt vnam facit propter propoſitionẽ: & propter eo quod per ſe, quod propter accidens, & huius particula, quod propter conſequens. Amplius, nõ in re, ſed in oratione accidere: deinde pro vniuerſali contradictione, & ſm idem, & ad idẽ, & ſimiliter, propter id, quod in aliquo, vel propter vnum quodq; horum peccat. Amplius, propter id, quod eſt non cõnumerato eo quod in principio, quod in

Vnde fiunt ſyllogiſmi ſophiſtici.

principio sumere. Quare habemus ſm quot sunt ꝯpriolæ ratiocinationes: nam ſm plura non erunt, ſm autem ea, quæ dicta sunt, erunt omnes. Est autem sophistica redargutio nō simpliciter redargutio, sed ad aliquē, & syllogismus similiter. Nam, si non sumat id quidē quod est propter æquiuocum vnū significare, & quod propter similitudinis figuram solum hoc quidem, & in alijs similiter, neq; syllogismi neq; redargutiões erūt, neq; simpliciter, neq; ad eum, qui interrogatur: si autem sumant, ad eum, qui interrogatur erunt, simpliciter aūt non erunt: non enim vnum significatum sumpserūt, sed apparens, & apud illum quidem.

Sermo de sufficientia locorū elenchorum. Cap. VII.

QVod vero non sint ex istis partibus nisi illæ, quarum mentionē Aristo. est res indigens considerationē, & putatur ꝯ relinquere sermonem de illa, & eius dimissio sit dimissio ad perficiendū illā non ex nobis ipsis. hoc est, qui venturi eramus post ipsum, quia hic est locus perscrutationis & speculationis. Nos autem inuenimus Abumazar Alpharabium in suo libro, quem addit fere istis locis octauum locum, qui est locus permutationis & translationis, hoc est, ꝯ loco rei accipiatur eius simile, aut consequens ipsum, aut ei annexum. Dicimus autem, an possibile sit, ꝯ latuerit Aristo. hic locus, quem latuerit. Si latuerit eum, quanquid latuerint eum in libro alia loca, vel qualiter istius dispositio, vt accidat ei collitet hoc, est hoc modo quo Aristoteles magis declarare numerum locorum deceptiuorum. Et dicimus nos, ꝯ negatiua, quæ putantur de eo quod non est contradictorium, ꝯ sit contradictorium, sunt plures quam sex, ut arbitratur hic Arist. Hoc tangit declaratū est in libro Perihermenias, sicut ꝯ accipiatur contrarium loco contradictorij in materia possibili, aut accipiantur contraria ex affirmatiuæ & negatiuæ, aut aliter, sicut dictum est in hoc libro. Sic etiam declaratum est in libro Priorum syllogismus fit corruptæ formæ plurib⁹ existentibus præter duas causis, quarum meminit hic. Quæ sunt ex duabus affirmatiuis, aut ex duabus particularibus, & aliæ species syllogismorum non concludentium. Et sic tollitur, ꝯ accidit nobis, ꝯ verificem⁹ ea, quæ dicimus in istis propter alias res, sicut sunt testimonia rerum, quæ sunt ab extra. Accidit etiam nobis istud propter inductionē, & exemplum, sed hæc numerata sunt in alijs artibus, & non numerātur in arte Sophistica, hoc est, quia ille largitus est inductionem propriam topicæ, quæ facit acquirere veritatem topicam, & exemplum proprium rethoricæ, quod facit acquirere veritatem oratoriam. Et sic veritatio, quæ fit ex testimonijs, & reb⁹, quæ sunt ab extra, largitur propria arti Topicæ, & arti Rethoricæ secundum conditiones, quæ habentur. totum autem hoc est ex illis, quæ requirit speculatus. Dicimus autem, ꝯ apparet ex Aristo. in toto libro, ex quo ipse elicit quattuor acquirere omnia ista loca, quæ ipse non sit sibi visus, ꝯ loca deceptiua attributa huic arti sint omnia loca, ex quibus accidit nobis deceptio, quæ fiunt ex duabus ꝯditionibus, quarum una est, ꝯ eorum deceptio sit essentialis, hoc est, ꝯ deceptio de eis accidit vaide nobis secundum naturales dispositiones, quæ secundum suam naturam sunt quales ex deceptione sentiuntur, quoniam aliquando sunt quales ex deceptione sentiuntur in speculatione speculantium existentes, sicut est dispositio reliquorum ordinum istarum artium: secunda autem cōditio est, ꝯ locus faciat acquirere falsum semper aut vtplurimum: quando autem hoc non fuerit, non numeratur in rebus, quæ putantur de eo, quod nō est contradictorium, ꝯ sit contradictorium, nisi illa duo loca solum, quia ipsa sunt causa deceptionis cadētis naturaliter ſm totum, aut ſm plurimum in hac parte elenchi: reliqua vero loca decipiūt vt in paucioribus. Id autem, cuius actio fuerit vt in paucioribus, non oportet ꝯ numeretur pars artis, quando hæc ars fuit ars efficiens deceptionem, & hoc, quia sicut ars intendens actionem venenorum non ponit aliquam rem suæ artis, quæ sit venenum vt in paucioribus, sed quod fuerit venenum vtplurimum, aut necessario, sic est res in rebus, quæ ponuntur in hac arte gradu elemētorum. Loca itaq;, quæ conuenit numerare partem huius artis, sunt, quæ valde parum percipimus, ea tamen faciunt acquirere falsum aut semper, aut vtplurimum: & propter hanc rem dixerunt Antiqui demonstratores, ꝯ præmissæ falsæ, quæ sunt semper, aut vtplurimum, sunt propriè huius artis, sicut veræ vtplurimum sunt propriæ Topicæ, & veræ semper sunt propriæ demonstrationi, veræ autem & falsæ æqualiter sunt propriæ Rethoricæ. Quādo autem hoc non fuerit, tam inquiruntur loca deceptiua, quę continet hęc ars, hoc est, ars Sophistica, & nō inueniuntur talis dispositionis nisi hæc septem solum, & hoc, qa reliquarum rerum, ex quibus apparet corruptio formę syllogismi vltra duas causas, quarum meminimus in hoc libro, putatur ꝯ non sit nostra modica sensatio de illis vtplurimum, quoniam nos non inuenimus aliquos speculatores, qui errarent propter usum duarum negatiuarum in figuris cathegoricis, neq; per duas particulares, nisi parum, et sic putatur ꝯ sint reliqua loca deceptiua cōtradictorij præter ea, quorum meminimus hic solum. Res vero, quæ decipiunt propter præmissas, verisimile est, ꝯ sint veræ, quia quæ numeratæ sunt, ipsæ etiam sunt, quarum nostra perceptio vtplurimum fuit pauca, & earum actio secundum falsitatem fuit semper & vtplurimū. Id vero, quod effecit deceptionem vt in paucioribus est proprium artus Rethoricæ, & talis est dispositio exempli: & ideo non conuenit ꝯ numeretur eius deceptio pars istius artis, sicut non numeratur deceptio inductionis. Sed tam dubitatur in hoc sermone, & diceretur, ex quo tam nos inuenimus Aristo. ꝯ vsus fuerit locis cōsequentis in hoc libro, & usus fuerit syllogismo signi in Rethorica, quo nam modo est dispositio huiusmodi: Dicimus, ꝯ ipse vsus fuerit locis cōsequentis hic ex parte qua ipsum est deceptiuū in ipsis præmissis, & paucitas perceptionis earum est vtplurimum, & eius actio deceptionis etiam est vtplurimū. Sed, quando accipiuntur ex parte qua componitur ex eis secūda figura solum, est narratio Rethoricorum, quia non utitur ſm illum ipsis cōuertibilibus, q̄ sunt in secūda figura, & & ideo non numeraſ hic ex ipēbus locoꝝ q̄ decipiunt ſm formā syllogismi vtrū duabus affirmatiuis in secūda figura: & hanc ob cām Aristo. non numerat hic locū permutationis, quia ille est locus poeticus, & tallacia, quæ nō ex eo est per accēns, non per se. Intēta vero hic sunt deceptiua per se, locus aūt permutationis accidit ei tenuis exemplum. Postq; aūt declaratum est istud, redeamus ad id, in quo fuimus de expositione negatiuarum rerum huius libri.

De Veris & falsis redargutionibus. Cap. VIII.

Veræ redargutiones innumeræ.

PRopter quæcunq; autem redarguunt, qui redargutionibus vtuntur, nō oportet tentare sumere, sine otium quæ sunt scientia: nō aūt non vnius artis, nam infinitæ fortasse sunt scientiæ: quare manifestum, qm̄ & demōstrationes, redargutiones quidē sunt, & veræ: nam quæcunq; est demonstrare, est & redarguere eum, qui ponet contradictionem veri: vt si cōmensurabilem diametrum posuerit, redarguet quis demonstratione, ꝯ incommensurabilis, quare otium oportebit esse scium: nam alię quidem sequuntur propter ea quæ in geometria sunt principia, & eorū conclusiones: aliæ aūt propter ea quæ sunt in medicina: aliæ denique propter illa, quæ sunt aliarum disciplinarū. Sed & falsę redargutiones similiter infinitæ erunt. Nam ſm vnamquāq; artem est falsus syllogismus: vt ſm geometriam geometricus, et ſm medicinam medicinalis: dico autem secundum artem, secūdum illius principia. Manifestum est igitur, quòd non omnium redargutionum, sed earum, quæ sunt ſm dialecticam, tu mendi sunt loci. Nam ij communes sunt ad omnem artem & potentiā, et eam quidem, quæ est ſm vnamquanq; disciplinam redargutionem: scientis est considerare siue cùm non est, apparet: siue cùm est, & quare est, cā autem, quę ex communibus est, & sub nulla arte cadens, dialecticorum. nam, si habemus ex quibus probabiles syllogismi quolibet, habebimus ex quibus redargutiones: redargutio namq; est syllogismus cōtradictionis, quare aut vnus, aut duo syllogismi contradictiōis, redargutio est. Habemus igitur propter quæcunq; omnes huiusmodi sunt: si autem hæc habemus, & solutiones habemus: nam illarum instantiæ, solutiones sunt. Habemus autem propter quęcunq; & apparentes sunt, apparentes autem nō cuilibet, sed talibus: infinita enim sunt, si quis consideret illa, secundum quæcunq; apparent quibuslibet. Quare manifestum est, quoniam dialectici est posse sumere propter quæcunque fit per cōmunia, vel quæ est redargutio, vel quæ apparet redargutio, vel dialectica, vel apparens dialectica, vel tentativa.

Sermo de Elenchorum solutione, & quomodo Arist. scripserit de eam hoc libro. Cap. VIII.

QVando autem declaratū fuerit istud tam declaratum erit quot modis fiant res deceptiuæ vniuersales, & ꝯ sint ex ipsis, non ex alijs, & ꝯ sit nobis fortassis manifestum in omni elencho cadente in omni arte artium demōstrativarum: hoc autem non est res, quę sit in potentia istarum negativarum hic traditarum, neq; conuenit tractari de cognitione huius testimāter, sed possibile est cognoscere illud in singulis artibus illi, qui continet et notitiam rerum inuentarum in illa arte, & ideo videtur ꝯ elenchi prouenientes in singulis artibus sint infiniti, sicut quæstiones earum sunt infinitæ, & ꝯ numerus elēchorum in eis est, sicut numerus quæsitorum, & eorum solutio est illorum, & hoc, quia solutt elenchū, vt qui concludit ꝯ latus quadrati sit cō-

municabile diametro, est ille, qui declarat demonstrationē, ꝯ sit incōmunicabile, quia isti elenchi (sicut diximus) sunt ex rebus essentialibus, res aūt essentiales, quæ proueniunt in artes vtplurimum huius sunt propter particulares: solutio autem earum est eius, qui continet notitiam talis quæstionis. Sicq; notitia istarū particularium, hoc est propriarum in singulis artibus, non est vnius artis, imo plurū artium. Sic q; notitia solutionis elenchorum propria habēti artē Geometriæ est Geometræ, & Medicinę est Medico: et hinc est ꝯ apparet de istis elenchis, ꝯ sunt infiniti. Elenchorum autem vniuersalium notitia est artis vniuersalis, sed quia istius artis gradus non est, ꝯ exponat formā artis Sophisticæ, eius notitia & solutio est artis docentis, & vniuersalis, quæ est ars Topicę, & ideo vē, ꝯ id, quod dictū est de hoc i hoc libro, est ex parte qua est pars artis Topicæ. Sicq; declaratum est, ꝯ non est istius artis solutio deceptiuorum particularium, neq; vniuersalium, nisi ex parte qua est pars artis Topicæ. Sed Aristo. inquantum speculatus est hanc artem ex parte, qua est pars artis Topicæ, largitus est modos, quibus soluuntur isti deceptiui, & potuit eos partem huius libri.

Orationes ad nomen, & ad intellectum non bene dubitat. Cap. IX.

NOn est autem differentia orationum quam quidam dicūt esse, has quidem ad nomen, illas vero ad intellectum. Inconuenięs enim est opinari alias quidem esse ad nomen orationes, diuersas vero ad intellectum, & non easdem. Quid enim est non ad intellectū, nisi quando non vtimur nomine (qui putat interrogare) eo, ad quod is, qui interrogatus dedit: idem autē id est & ad nomen. Et ad intellectum autem, qñ ad quod dedit intelligens. Si autem aliquis (plura significāte nomine) vnum putet significare, & interrogans, & interrogatus (vt forte ens & vnum plura significat, sed & respondens & interrogans Zeno vnum putans esse interrogauit, & est oratio quod vnū, omnia) hæc ad nomen est, aut ad intellectum interrogantis disputata. Si vero aliquis multa putet significare, manifestum quod oratio illa non est ad intellectum. Primum igitur circa huiusmodi orationes, est ad nomē, & ad intellectum, quęcunq; plura significant: deinde circa quamlibet est, nam non in oratione est ad intellectū esse, sed in eo quod respondens se habet aliquo modo ad ea, quæ dantur: deinde ad nomen contingit omnes eas esse: nam esse ad nomen, hoc in loco, est esse non ad intellectum: nā, si omnes erunt quędā aliæ, quę neq; ad nomen, neq; ad intellectum: illi vero dicunt oēs, et diuidunt vel ad nomen, vel ad intellectum esse oēs, alias aūt non. Attamen qcunq; sunt syllogismi, propter id, qd' multipliciter: horū aliqui sunt ſm nomē: nam absurde dicatur ſm nomē esse oēs, q̄ sunt pp dictionē: sed sunt q̄dam ꝯpriones

non

non in eo quòd respondens ad eas se habeat aliquo modo, sed quia talem interrogationem oratio ipsa habeat, quę plura significet. Et omnino inconueniens est de redargutione differere & nō prius de syllogismo: nam redargutio syllogismus est, quare oportet & de syllogismo prius, quàm de falsa redargutione: nam talis redargutio, apparens syllogismus contradictionis. Quare aut in syllogismo erit causa aut in cōtradictione (nā adiungere oportet contradictionem, quandoq; autem in utroq; erit apparens redargutio: est autem de eo, quod est silentia dicere, in cōtradictione non in syllogismo. De eo autem, quod est, quod nō habet aliquis, dare, in utrisq; de eo vero quod est, quod Homeri poema est figura per circulum, in syllogismo: quę autem in neutro est, verus est syllogismus. Verum unde sermo prouenit et uti tamur: utrum quę in disciplinis sunt orationes ad intellectum sint, an non: & si cur videtur plura significare trīagulus, & dedit non ut eam figuram de qua concludebat, qm̄ duo recti, utrum ad intellectum illius disputant hic, an non? amplius, si plura quidem significat nomen, ille autem non intelligit, neq; putat quomodo is non ad intellectum disputat: aut quomodo oportet interrogare eum, qui no dat diuisionem: huc interroget aliquis si est tilētia dicere, an non? an est quidem ut non, an est ut hic? Ir autem dat aliquis nullo modo. Ille autem disputat, utrum nō ad intellectum disputat, quamuis oratio videatur eorum esse, quæ ad nomen sunt? Non igitur est genus aliquod orationum ad intellectum sed illæ quidem ad nomen sunt: & huiusmodi, non oēs, non q; redargutiones, sed neq; apparentes redargutiones: nam sunt & non propter dictionem apparentes redargutiones, ut quæ propter accidens, & reliquę. Si autem postulet diuidendum, q; dico quidem silentia dicere: hæc autem tilla vero non hic, id profecto primum, absurdum postulare: nam qñq; non videtur interrogatu multipliciter se habere, atqui impossibile est diuidere, qui non putat. Deinde docere, quid aliud erit? manifestum. n. faciet quonam pacto se habet ei, qui neq; cōsiderat, neq; scit, neq; opinatur q; alter dicitur, quia & in non duplicibus quid prohibet hoc facere: ut putas æquales sunt unitates binarij in quaternarijs: sunt autē hi binarij quidem inexistentes, illi autē non sic: & putas contrariorum una est disciplina, an non? sunt autem contraria hæc quidem nota, illa autem ignota: quare uidetur ignorare, qui hoc postulat, q; aliud est docere q; disputare: & quòd oportet quidem docentem non interrogare, sed eum manifesta facere, illum autem interrogare.

Sermo de Elenchis, quorum aliqui sunt in dictione, & alij extra dictionem. Cap. IX.

MAnifestum autē est, q; sermo diuiditur in duas partes, quia aliquid eius est, quod significat secundum signum loquentis, et illa est significatio, quæ appropriat loquentē, & aliquid eius est, quod significat secundum modum nominis, & illa est significatio, quæ appropriat audiētem: fallacia autem est prouenies propter significationem ipsius auditi, nō propter significationem signi, sicut quidam homines putauerunt hoc, per quod insinuatur Plato. Ipse enim erraut, quia putaut, q; dictio diuidatur in istas duas partes, inquantū ipsa est dictio, adeo q; eius est aliqd, quod significat, sicut signum loquētis, & eius est aliqd, quod significat, sicut nomen æquiuocum apud audientem, quia in una eadē dictione aliqñ repertur, q; eius significatio sit fm signum loquentis apud audientem, et aliqñ sit eius significatio fm auditum nominis, non fm signū loquentis. Quando autem quispiā interrogaret respondentem de aliqua propositione fm nomē æquiuocum, intelligeret hic respondens vnam intentionem ex itentionibus, quibus significaret, offerebat ūt eum interrogans pro alia intentione præter illā intentionem & decipiet eum. Eius aūt significatio fm auditum apud interrogātem, erit aliud ab eius significatione fm signum respōdentis & eius æstimationem, qui vero neq; respondens neq; interrogans intenderit de noie vnum significatum, illius significatio cum signo loquētis est eius significatio apud audientem, siue nomen æquiuocum significet plura, siue vnū, qñ vero neq; interrogans, neq; respondens intelligeret ex eo, nihil vnum significatum, eius significatio fm significatū quod est in aīa erit eius significatio fm auditum. Iam autē accidit nomini q; dicatur de pluribus rebus, & sint duę pręnūtiationes eius vna, hoc est, eius significatio ex parte qua proferunt per ipsum intentionem, quæ est in aīa, & hoc, qñ interrogās & respōdens ex ista dictione intelligunt oēs intentiones, quibus dictū hoc nomen, sicut interrogabat Zeno putans q; eius sit vnū fm quod est plura apud ipsum fm tensum. Interrogās aūt intelligit ex dictione eius, id quod intelligit Zeno, & ex intentione vnius id, quod intelligit Zeno, & respondet, q; eius sit vnū, quia signāatio auditi est eadē significationi eius, qd est in signo significationis loquentis. Propterea, si diuideremus dictiones, diceremus, q; quædam earum sit fm nomen, & quędam fm signum, quod est significatum, sicut decernit cursio essentialis est, adeo q; non sit aliquid vlterius. Sicq; tam diuisimus rationem ex dictione audita, quia ratio dictionis sit fm quod est in aīa: qñ autem ablata fuerit eius significatio, quæ est ei fm signum, tunc non denotatur dictio, q; sit deceptiua, neq; q; sit non deceptiua, quia amb; istę denotationes consequentes ex parte qua significāt id, quod est in aīa: ideōq; nra diuisio in id, quod est in signo & in id, quod est fm auditum, similis est diuisioni ex diuisionibus in id, quod est signans, et in id quod est auditū, non signans solum. Dictio aūt ex parte, qua auditur non habet ingressum in sophisticā, neq; in priuationem sophisticæ, sicq; sequit tallum ex diuisione dictionum ista diuisione, & sequitur q; fallacia ex parte auditi ad eā, quę est ex parte interrogationis differant: sicq; fallacia fm se totam diuiditur in res ex parte nominis æquiuoci solum

solum, aut ex parte dictionum auditarum, siue dictio faciat nomen æquiuocum, aut aliud ab eo, quoniam species fallaciarum dictionum sunt multę. Et hoc, quia nisi visi sunt sibi, q; fallacia in syllogismo sit propter æquiuocationem in compositione, & sit in rebus separatis, quæ sunt partes syllogismi. Et propter æquiuocationem nominis simplicis visum est sibi q; fallacia æquiuocationis sit propter dictionem auditam, & ideo qui intenderit fallaciam, & posuerit eam propter æquiuocationem nominis auditi, sicut fecerat Plato, est in vltimo erroris, quia apparet q; sint hic multa deceptiua abiq; nomine æquiuoco simplici, & ex ipsismet rebus in se absque quod sit ibi fallacia propter dictionem.

Quod oportuit primo videre de elenchis & postea de reliquis dictionum.

Plato autem male fecit in disciplina, quando visus est q; docere elenchos, & fallacias præcedat, quid sit syllogismus verus, et quid sit contradictorium verum, quoniam elenchus deceptiuus est syllogismus, de quo putatur, q; sit syllogismus & non est syllogismus, aut est contradictorium, quod putatur, quod sit contradictorium, & non est contradictorum. Deceptorij autem sunt propter errorem syllogismi, aut propter errorem contradictorij, aut propter ambas res simul: hic quando nesciret aliquis, quid sit syllogismus verus, & contradictorium verum, impossibile est q; constet ei fallacia talium locorum, hi et fuerit fallacia cadens in eis propter dictiones tantum, sicut dicunt hic de exemplo fallaciæ cadentis propter dictionem in contradictorio termini dicentis, tacens loquitur, loquens autem non tacet, tacens itaq; non tacet. Illæ itaque duæ non sunt contradictoriæ, quia tacens in actu nō erit tacens in futurum. Exemplum autem fallaciæ propter dictionem secundum formam syllogismi est sermo dicentis, q; poema metricum sit figura secundum hāc dispositionem, quia ambæ præmissæ acceptæ in hoc syllogismo sunt verę, sed non conueniunt in vno termino nisi secundum dictionem tātum. Illi autem, qui nesciret q; in syllogismo conueniant ambę præmissæ in vno termino secundum rem non secundum dictionem, non cōstaret modus fallaciæ propter dictionem huius sermonis. Exemplum autem illius, in quem cadit fallacia ambobus modis simul, hoc est, secundum contradictorium & secundum syllogismum, est termo dicentis, homo dat rem datam, res autem data est, quam non habet homo, sicq; homo dat rem, quam non habet: & annexum huic q; vitium sit dare quod non habet, & ex hoc inferri q; homo det quod vitiosum sit dare. Ille autem, qui recepit hunc syllogismum, iam falleretur propter dictiones duobus locis: quorum unus est, q; ac si diceret id quod nō verificatur de datione, q; sit cōtradictorium eius, quod verificatur de datione: secundus autem est, q; ipse putauerit q; non habens acceptum prædicatum in præmissa minori sit idem non habens subiectum in maiori. res autem non est ita, quia id, quod dederit aliquis homo, habuit illud, anteq; dederit ipsum, & non habet ipsum, postquam dederit ipsum. Sic ergo, qui non cognoscit syllogismum, neque contradictorium non recipit vitiatem notitiæ æquiuocationis nominis. Sic ergo oportet eum, qui fortuitu scire hanc artem, aut addiscere eam, q; sciat quot sit syllogismus, & quid sit contradictorium, siue accidat fallacia propter dictionem, sicut vitiosus est Plato, aut propter ambas res simul, sicut declaratum est prius. Oportet autem eum, qui dixit, q; fallacia accidat propter nomen auditum, non propter intellectum, vt q; fallacia Geometrę, quando falleretur q; triangulus æquilaterus non sit triangulus, sit propter nomen æquiuocum auditum, nō propter intellectum. Manifestum autem est, q; fallacia accidit secundum idem, in cuius signo est intellectum, & si accipiemus, quod triangulus sit nomen æquiuocum, quia non est motus

Quod oportuit primo videre de elenchis & postea de reliquis dictionum.

doctoris dictio audita. Præterea, si nomen sit aliter plura, respondens autem non intelligeret significationem huius nominis, neque quot intentiones significat, ipse quando responderet, non responderet, q; sit intellectus alicuius rei, sed recipere & dictionē, quam nō iret, quid significat: & impossibile est etiam hunc respondentē, q; diuidat intentiones, quas significat hæc dictio, & intelligat interrogans, quæ sit intentio istarum intentionum, quam intenderat, exempli gratia, qui a, quando aliquis interrogat tacentem, tacens loquitur: hoc autem erit verum de tacente in futuro, fallit autem de eo tempore sui silentij, quia si non intelligeret respondens istas duas res, & responderet, q; esset loquens simpliciter, decideretur. Si autem responderet q; non loqueretur, tūc fallacia non esset ex eo, q; id, quod est in signo loquentis de hoc, diuerat ab intellectu audientis, quia audiens non intelligit ex eo rem completam. Dictiones ergo sunt duorum generum, genus quidem significans sicut est in mente interrogantis, & est, de quo fit veritas propter ipsum, & genus significans secundū intellectum audientis, & ex illo fit fallacia semper. Nec etiā omnes deceptiui sunt propter dictiones, quoniam iam declaratum est, q; hic sint deceptiui ex ipsis rebus, sicut est fallacia eius, quod est secundum accidens, & cætera loca, quæ narrauimus. Neq; visus diuisionis præferuat respondentem ab errore cū interrogante in omnibus locis deceptiuis, sicut opinabatur Plato in omnibus istis rebus, quia, si aliquis homo reciperet, q; respōdentis sit diuidere res, quas significat nomen æquiuocum, intelligeret interrogans ex rebus, quas intenderat ex illis, adeo q; non erraret nomine æquiuoco: & q; quid dicetur de loco, quem non putauerat respondens, q; sit dictio æquiuoca, neq; intelligeretur ex eo aliqua significatio, quia si faceret eum intelligere quid significat dictio, reduceret discipulus nō respondens. Et q; etiā si diuideret et interrogās illas res, redderet doctor nō interrogans, ac esset si permitteret respondentem in tali loco, hoc est, in loco quo non intelligit significationem nois æquiuoci, q; dicat interroganti, q; ipse non intellexerit significationem nois æquiuoci, donec ostenderet ei ipse interrogans, quo modo sit impossibile q; interroget eū de modo fallaciæ, quam facit ipse interrogans ex pauca cōprehēsione respōdentis conditionū syllogismi, sicut si quis interrogaret an vnitates, q; sunt in numero binario, differant ab vnitatibus, q; sunt in quaternario: aūt dicetur q; differant, diceret, quaternarius itaque differunt a seipsis, qa componunt ex vnitatibus, q; sunt in binario: si aūt diceret q; non differant, diceret, quaternarius itaq; cōuenit binario, & est ei æqualis. Quia, n. talis fallaciæ huius est ignorantia, q; præmissis, ex quibus cōponitur syllogismus, oporteat q; cōueniat in vno termino fm rem, non fm dictionem: hoc aūt non cognoscit per notitiam fm tenuā diuisionis si aūt permissum fuerit ei, q; intelligat illud ex noie æquiuoco fm locum, quo ignorat qd significet, possibile esset q; taceat ipsum intelligere interrogator locum, quo errauit, & permissa est ei fallacia, quia ipse nescit cōditiones syllogismi & ideo putat de interrogatore, q; oporteat, q; ipse non sit docens, & de respondente putat, q; tam oporteat q; ipse non sit discipulus, quia interrogator perierat id, quod docet, docens aut tam scit. Et si connexio termini talis vniuersalis non est demonstrationis, sed fortuita, cōtexionis rentatur, sed ars tentativa vniuersalis est per artes. Propriæ hæc aūt ars, quatenus est ars, non euidens, non est respondentis ad ipsum, q; interroget quid intendat, neq; interroget ipse quod scit. Sic ergo illa diuisio non tollit ambiguationem sermonum deceptiorum, nisi apud discipulos solum: & si mutaret non esset in omni subiecto, quia subiecta fallaciæ sunt multa.

De

De interrogatione tentatiuæ: & quid inter Contentiosum, sophisticumq; intersit. Cap. X.

AMplius affirmare, vel negare, qui postulat, id non monstrantis est, sed experimentum sumentis: nam tentatiua, dialectica quidem est, quapropter de omnibus inspicit, & explorat non sciētem, sed ignorantem, atq; simulantem. Qui igitur fm rē considerat cōmunia dialecticus est: qui autem id apparenter facit, sophisticus. Et syllogismus contentiosus, & sophisticus, vnus quidē est apparens syllogismus, circa ea de quibus dialectica tentatiua est, quamuis vera sit conclusio: nam eius quod est propter quid, hallucinatorius est. & quæcunq;, cū nō sint, fm cuiuslibet disciplinam captiosæ ratiocinationes videntur esse fm artem. Nam pseudographiæ non contentiosæ, secundū enim ea, quę sub arte sunt captiosę sunt ratiocinationes, neq; si aliqui est pseudographia circa verum vt Hippocratis quadratura quæ per lunulas. sed vt Bryssonis quadrant circulum: & tamen si quadratur circulus, quia tamen nō fm rem, ideo sophisticus, quare & qui de his quidem apparens syllogismus, contentiosa est oratio, nam apparēs est fm rē, quare fallax & inutilis. Quēadmodum enim ea quæ in certamine est iniuria, quandam speciem habet & est quædam inusta pugna, sic in contradictione inusta pugna cōtentiosa est: nam & illis qui omnino vincere volunt, omnia tentant. & hic qui contentiosi sunt. Qui igitur victoriæ ipsius gratia, tales sunt, contentiosi homines. & horum amatores videntur esse qui autē gloriæ gratia, quę in diuitijs est, sophistici sunt: nam sophistice est vt diximus, per tumarum quędam aucupatiua ab apparente sapientia: quapropter demonstrationem apparentē appetunt. Et in eisdem orationibus quidē sunt litūamatores & sophistæ sed non propter eadem: & oratio quidem eadem erit sophistica & contentiosa sed nō propter idem: sed quatenus quidē est ob victoriam apparentem, contentiosa: quatenus vero est ob sapientiā, sophistica: nam sophistice est quædam apparens sapientia, non autem existens. Cōtentiosa vero est quodam modo hic se habens ad dialectică, vt pseudographia ad geometricam: nam ex eisdem contentiosa, differendi modo, & capitose decipere vt & pseudographia, geometrice sed hæc quidem non contentiosa, quia ex principijs & conclusionibus, quę sunt sub arte pleraq; graphiam facit: quę autē ex his est quæ latet sub dialectica, circa alia quidem contentiosam esse, manifestum est: vt quadratura quidem quę per lunulas, non contentiosa: Bryssonis autem cōtentiosa, & illam quidem non est transferre nisi ad geometriam solum, eo q; ex proprijs fit principijs: hanc autem ad plures quicunq; nesciūt quid est possibile in vnoquoq;, & quid impossibile: nam accōmodabitur, aut vt Antiphon quadrauit. vel si quis non dicat mesius esse post cœnam deambulare per Zenonis rationem, non medicinalis: cōmunis. n. est. Si ergo omnino similiter se habeat contētiosa ad dialecticam, vt pseudographa ad geometriā, non ex illis vtiq; erit cōtentiosa.

Sermo de modis interrogandi, interrogantis, & respondendi respondentis. Cap. X.

QVidam autem syllogismus elenchus est deceptorius, & litigiosus, & quidā est falligraphus, litigiosus autem est ille, qui putatur q; fit syllogismus topicus, absq; q; fit ita fm veritatem, est ille, quo assimilatur habens ipsum arti Topicę, & quærit per ipsum finem habentis topicā, quæ est victoria. Falligraphus autem syllogismus est, quo assimilatur habens ipsum demonstratori, & putatur q; sit sapiens, absq; q; ita sit. Huius autem syllogismi sunt quædam species, quia quidam eorum est ex rebus falsis propriis singulis generibus, & est ille, cuius solutio est habētis illam artem, sicut fecerat quidam ex antiquioribus geometris, qui dicitur Hippocrates, ex quo fecerat quadratum æquale figuræ lunari, & putauit q; iam faceret quadratum æquale circulo: putauerat. n. q; circulus diuideretur in figuras lunares, adeo q; cōsumeretur. Ita itaq; fallacia est propria arti Geometriæ, & eius solutio est Geometrarum: quia quādo factum fuisset quadratum in circulo, deinde diuideret ille arcus continens duas lineas fm duo media, & illæ protraherentur, & fieret hoc continuo, donec tam desineret hoc opus, ita vt continuarent latera figuræ rectilineæ, quæ sunt intra circulum ad peripheriam circuli, tam inueniretur figura duarum linearum æqualis circulo: hic autem est interitus principiorum, quibus utitur Geometra, quæ sunt, q; diuisio procedat in infinitum, & q; non contingeret linea recta lineæ circulari. Ite itaq; syllogismus est falligraphus, ex eo q; assimilatur demonstratiuo, & est litigiosus ex parte qua eius præmissæ sunt falsæ vniuersales: & ideo est artis Topicæ solutio talium syllorum. Sicq; secundum hoc syllogismus litigiosus est syllogismus falsus, cuius habitudo ad artem Topicæ est, sicut habitudo syllogismi qui supponit descriptiones, & figuras falsas in arte Geometriæ, sed differentia inter eos est, quia non est artis Topicæ subiectum terminatum vlle, sicut est id, de quo est Prima Philosophia, neque proprium sicut sunt de eo artes Demōstratiuæ particulares. tam autem putatur, q; sit species syllogismi veri, sed ex quo fit in artibus demonstratiuis, ac si esset proprius istius generis, attribuitur arti Sophisticæ, & hoc, quia non est conditionis demonstrationum, q; præmissæ sint verę solum, sed q; sint proportionatæ, & illæ sunt propriæ istius generis: & hoc, sicut illæ quibus Bryso quadrauit circulum, quia ex quo fecerat figuram rectilineam lineis ambientem circulum, & minorem omni figura rectarum linearum ambientium circulum, dixit q; ista figura est æqualis circulo quia q̄n fuerint duæ res, quę ambę sunt minores vna eadem re, & maiores vna eadem re, illæ sunt

sunt æquales, putatur enim q; iste sit demonstratiuus, & non est demonstratiuus, sed eundēs est, q; sit deceptorius: sic ergo non continet scientia aliqua species syllogismorum falsigraphorum, nisi constituerit nobis syllogismus topicus verus, & syllogismus demonstratiuus verus, & ille est, cuius præmissæ cum hoc q; sunt veræ, sunt proportionatę. Ars aūt demonstratiua, ex quo est sufficiens ad constantiam vnius duorum cōtradictorium, quod est verū, & ad destructionem alterius cōtradictorij, quod est falsum, non ponit eius præmissas ex parte interrogationis, quia respondēs iam recipit quod non est verum. Ars autē Topice, ex quo visa est constituere vtrunq; duorū contradictoriorum, et destruere illud, eius præmissæ accipiuntur fm interrogationem: et non est eius intentio declarare aliquā rerum, nisi quādo vtetur ad declarationem primorum principiorum, illi qui negaret ea, sicut declaratum est in arte Topicę.

Orationes dialecticorum, tentatiuorumq;, non esse ad determinatum genus. Cap. XI.

NVnc autem non est dialecticus circa genus aliquod determinatum, neq; demonstratiuus vllius, neq; talis qualis vniuersalis: nā neq; omnia sunt in vno aliquo genere: neq; si sint, possibile est sub eisdem principijs esse, ea quæ sunt. Quare & nulla ars earum, quæ aliquam naturā monstrant, interrogatiua est: nā non possibile est vtrāuis partium dare. syllogismus enim non fit ex vtriſq;: dialectica autem interrogatiua est (si autem monstraret quid illud, nisi & omnia?) verūtamen prima, peculiariaq; principia non interrogat: nā si non daret, non iam haberet ex quibus amplius disputaret ad instantiam. Talis autem est tentatiua: nam tentatiua non talis est, qualis est geometria, sed qualem vtiq; haberet non sciens aliquis: heri enim potest vt periculum sumat, & is qui nescit rem, de eo qui nescit: siquidem & dat non ex quibus scit, neq; ex proprijs, sed ex consequentibus: quæ omnia talia sunt quæ scientē quidem nihil prohibet nescire artē, nescientem autē necesse est ignorare: quare manifestum, q̄n nullius determinati tentatiua disciplina est, eo q; de omnibus est: nam omnes artes vtuntur quibusdam cōmunibus. Ideoq; omnes illiterati quodam modo vtuntur dialectica, & tentatiua. Nam omnes vsq; ad aliquid eo nātur dijudicare eos, qui pronunciant: hæc aūt sunt cōmunia: nā illa nihil minus sciunt ipsi, quāuis videātur longe extra dicere. Redarguunt igitur omnes: nā sine arte quidem eo participāt, cuius artificialiter est dialectica: & arte syllogistica, tentatiuus, dialecticus. Qm̄ autem sunt multa quidē hæc, & de omnibus, non talia autem vt natura quædē sint, & genus, sed vt negationes, alia aūt non talia, sed ppria sunt: ex illis de oibus experimētum possibile est sumere, & artē esse quādam, & non talē esse quales quæ demonstrant, eo q; coercitiosus nō est oino sic se habēs, vt pseudographus: nam nō erit captiosus ex determinati cuiuspiam generis principijs, sed circa omne genus erit is, qui cōtentiosus. Loci igit sophisticarum redargutionū hi sunt, & q; dialectici est considerare de his, et res eas posse facere, non difficile videre: nam quæ circa propositiones est disciplina, omnem habet hanc speculationem. & de redargutionibus quidem apparentibus dictum est. Epilogus.

Sermo de generibus syllogismorum, quibus utitur ars tentatiua Topica. Cap. XII.

ARs aūt tentatiua topica vtitur ex generibus syllogismorū elenchorū genere, qd est ex primis vtibus falsis, quę non sunt ppriæ alicui generū, ex quo nō est eis subiectū proprium, qa illa est pars artis Topicę: & nō est ars tētatiua Topica, neq; in suma artis Topicę apud eū, qui gloriatur de arte Geometrię, & ceteris artibus demōstratiuis, qa in arte tētatiua topica, & ipsamet topica, ex quo nō est eis subiectum proprium, & suę primisq; fuerunt famosę cōis nomię oibus, possibile est q; cōueniat vulgus, et ille, q non habet tentatiuam artis topicę, cū illo qui habet notitiā istius artis diuersimode ab arte Geometrię: hoc est, qa nō inuenit vnus qui cōueniat Geometrę in eius arte, sed si conueniant hoies huius artis, est pauca cōuentia. Ex quo autem ars tētatiua topica facit elenchū vtem falligraphū ex parte, qua nō habet subiectū terminatū, & hęc ars, hoc est sophistica, est huius dispōnis, quia non habet genus proprū, manifestū est, q; notitia elenchorum falligraphorum conuenit cū arte Topicę, & arte huiusmodi. Et declaratū est ex hoc, q; elenchus, qui est virorum huius artis, nō est qui redarguit & decipit fallacia propria in singulis gnibus generum scientiarū demonstratiuarū, sicut præmissum est. Propterea q; artē Topicā oportet cognoscere spēs elēchorum falsigraphorum vtium ad cauēdū eos, sicut oportet singulos habētes artes singulas artū propriarum, q; cognoscāt species falligraphorū, qui sunt in illa arte, & in toto hoc oportet, q; conueniāt istæ duę artes, hoc est Topica & Sophistica. Sed quot modis & locis fiat elenchus falsigraphus, tā declaratum est: sed ex quo intētio istius artis non est elēchus falligraphus solū, sed reliquę intētiones, quę dictę sunt, quarū intentionum vna, quę est secunda ad intentionē, quæ est elenchus, est inductio loquentis ad falsum, aut eius inductio in dubiū, & ambiguū, tam conuenit q; loquamur de rebus, quibus operatur hæc ars hoc opus.

Loci sophistici interrogantium ad falsum, aut inopinabile. Cap. XII.

DE aliquo est falsum quispiam ostēdere, & oratione ad inopinabile ducere. Hoc autem fuit secūdum propositum sophisticæ intentionis, primum quidem ex eo q; interrogat quodam modo, & per interrogationem accidit maxime: nā id, ad nullum determinatum interrogare propositum, venatiuum est illorum: temere nanq; dicētes peccant magis: temere autē dicunt, quando nihil habent propositum. Et id, interrogare multa (quāuis id determinatum sit, ad quod

disputãt)& id,ea quę videntur,dicere se po-
stulare,tacit quãdam idoneitatem, vt ad in-
5.Locus. pinabile ducat, aut falsum. Et si interroga-
tus affirmet,aut neget illorum aliquid,duce
re ad ea ad quæ promptus est argumentari:
potest tamen nunc minus nocere per hæc q̃
prius,nã repetũt aliquid ad id quod in prin-
4.Locus. cipio. Elementum autem deueniẽdi ad fal-
sum aliquod,aut inopinabile,nullam statim
interrogare positionem, sed affirmare ob id
se interrogare, quod discere velit: nã locum
7.Locus. argumentationis cõsideratio facit. Ad fal-
sum autem ostendendum proprius locus so
phisticus est ducere ad talia, ad quę abundat
orationibus: est autem bene,& non bene id
6.Locus. facere,quẽadmodũ dictũ est prius. Rur-
sum vt ad inopinabilia ducat, cõsiderare ex
quo genere est qui disputat,deinde interro-
gare quod pluribus illi dicunt inopinabile:
7.Locus. est enim singulis quibusq; aliquid tale. Ele
mentum autem horum sumere singulorũq;
quorumq; positiones in propositionibus.
Solutio vero & horum competens fertur,
ostẽdere quòd non propter orationem ac-
cidit inopinabile: semper autem id quoque
8.Locus. vult qui contendit. Amplius autem ex vo
luntatibus & manifestis opinionibus: nam
non eadem volũt,& dicunt: sed dicunt qui-
dem decoratissimas orationes, volũt autem
ea, quæ videntur prodesse: vt bene mori ma
gis q̃ voluptuose viuere dicunt oportere: et
egere iuste magis quam diuitijs affluere pra
ue: volunt autem contraria. Eum igitur, qui
dicit ſm voluntates, ad has manifestas opi-
niones ducendum: eũ vero, qui dicit secun-
dum has, ad absonas: vtrouis enim modo
necessarium est inopinabilia dicere: vnã aut
manifestum, aut immanifestas opiniones di
9.Locus. cunt cõtraria. Plurimus autem est locus fa
cẽdi inopinabilia dicere, quemadmodum
Callicles in Gorgia scriptus est, dicens: & ve
teres autẽ omnes arbitrati sunt accidere pro
pter id quod secundum naturam & secun-
dum legem contraria: cõtraria enim esse na
turam & legem dicunt: & iustitiã secundum
legem quidem esse bonum, secũdum autem
naturam nõ bonum: oportet igitur ad eum
quidem, qui dicit secundum naturam, secun
dum legem obuiare, ad eum vero, qui secun
dum legem, ad naturam ducere, nam vtroq;
modo dicere contingit inopinabilia: erit au
tem secundum naturam quidem ipsis verũ,
secundum autem legem quod multitudini
videtur: quare manifestũ q̃ & illi, quẽadmo
dum & qui nunc, aut redarguere, aut inopi-
nabilia dicere respondentẽ, conabãtur effi-
cere. Quędam autem interrogationum ha
bent vtrinq; inopinabilem responsionem:
vt vtrum sapientibus, an patri oporteat obe
dire: & expedientia facere, an iusta: & an in-
iuriam pati eligibilius quàm nocere. Opor
tet autẽ ducere ad ea, quæ multitudini, & sa-
pientibus sunt contraria, nam si dicat aliquis
vt ꝙ qui circa orationes, ad ea quę multitudi
ni: si autem vt multi ad ea quæ ijs qui in ora-
tione. Dicunt enim hi quidem ex necessita-
te beatum iustum esse, multitudini autẽ ino
pinabile est regem infelicẽ esse. Est autem
ad ea, quę sic sunt, inopinabilia ducere, idem
ei quod est ad eam quæ est secundum natu-
ram, & secundum legem contrarietatem, du
cere: nam lex opinio multitudinis, sapiẽtes
autem secundum naturam, & veritatem di-
cunt: & inopinabilia quidem ex his opor
tet quærere locis.

10.Locus

11.Locus.

13.Locus.

Sermo de locis sophisticis interrogãtium ad falsum, aut inopinabile. Cap. XII.

INitium locorum, quo potest interrogans ferre ser-
monem ad falsum, est ꝙ non ponat eius interroga-
tiones loquenti secũdum positionem terminatam,
efficit autem eius destructionem, quando infert ex eius
positione absurdum, sicut efficit interrogans & respon
dens in topica, sed ponit eius interrogationes non secun
dum positionem terminatam, sed qualitercunq; contin-
gerit secundum alium locum ab eo, quem intendit re-
spondens constituere, quia, quãdo res fuerit talis dispo-
sitionis, potest interrogãs ampliare esse præmissarum,
ad quarum positionem sequitur inconuenięs aliquod,
quia præmissæ, quæ efficiunt hoc, non sunt in habitudi
ne ad positionem terminatam: hæc autem est res per se
nota, quia, quando perseueraretur inferre falsum secun-
dum terminatam positionem, difficilis esset eius inuentio
præmissarum, quæ ducerẽt in sermonem falsum secun-
dum istam positionem, & impossibilis esset translatio
in alias præmissas, quia contradicens illis præmissis nõ
posset recipere inter eas, & inter illam positionem ha-
bitudinẽ aliquam, & ideo, qñ interrogator iterraret
respondentem de talibus præmissis, qualitercunq; con
tigerit, ex quibus sequeretur falsum, & respondens re-
ciperet eas, statim inferretur ei falsum: si autẽ renue-
ret recipere eas, sicut si interrogaret eum ad affirmati-
uam, & ipse reciperet negatiuã, aut econtra: sic possibi
le esset, ꝙ transferretur secum in interrogatione, do-
nec consitaret ei quod inferret absurdum, ex eo quòd re
ceperit, sed respondens ſm istam dispositionem est ma-
nifestę excusationis, quia haberet dicere, ꝙ hoc falsum
non sequaꝛ ex eo quod tu interrogaueras, sed sit res quę
cecidit ex replicatione sermonis. Sed non absoluitur
per hoc, quin ipse iam receperit falsum, aut id ex quo se
quitur falsum, quia locus, cuius moris est, quod serat in
falsum, est, quo non fit interrogatio, aut respõsio secun-
dum terminatam positionem. Sicq; quando non cogi-
taret respondẽs fallaciam istius loci, neq; caueret ab ea,
perficeretur ei processus ad inconuenięs, licet difficile
sit constituere interrogantem in plurimum eius, quod
interrogauerat ipsum. Iam aũt facilis fit conuentio in-
terrogantis & respondentis, quando difficile fuerit ei,
ꝙ extrahat eius interrogationem ſm extractionẽ inter-
rogationis

rogationis discipuli à magistro, & ille cum hoc absco-
dit victorum, & præualetudinem, sicut dictum est in li
bro Topicorum, sed hoc esset vtile quibusdam locis si-
ne alijs, sicut ibi dictum est. Igitur consecutio locutio-
nis ad euidentiam falsi, quod consequitur hunc locum
& cautela ab eo est perceptio eius, hoc est, istius loci.

Locus autem secundus est, ꝙ aduertamus res incon
uenientes quæ sunt in singulis generibus generũ scien-
tiarum, & numeremus eas, aut sint prõptæ illi: & quan
do loqueretur cum aliquo eorum, qui sunt vtri illius ar-
tis, oporteꝛ, ꝙ sequantur eas illę res inconuenientes, quę
sunt suæ artis: & sic etiam oporteꝛ, quando ille numera
ret, quod est inconuenięs apud singulas gentes, aut plu
ribus: & inueniemus vtam huius ad inconuenięs secun
dum controuersiam. Totus autẽ huius radix est ꝙ ad-
uertamus inconuenięs, quod appropriatur illi genti,
cuius est loquens, aut homines illius artis, cuius est ille
loquens. Contradictio autem, seu solutio, quę conuenit
his locis, est, ꝙ eundẽs sit falsum, quod est in eis primo,
quod est, ꝙ respondens ad controuersiam sciat, quòd
id, quod sequitur ex falso, non sequatur ex eo, quod re-
ceperat. Possibile autẽ esset, quòd efficeret hoc, quan-
do interrogans accepisset id, quod non est causa conclu
sionis, ac si esset causa: quãdo autem possibilis esset ac-
ceptio, vt causę illius, quod non est causa, possibile esset
ei contradicere, sed postea erit respondentis aduertere
ad hoc inconuenięns, an sit ex inconuenientibus secun
dum orationem de eis, aut ex inconuenientibus secun
dum naturam, quia valde recipiuntur bona secundum
orationem cum bonis secundum naturam secundũ vul
gus, & valde dicitur conuenientius quod dicitur secun
dum singulos modos conuenientis: eorũ vero artes pul
sulant ex rebus vilibus, quæ non sunt conuenientiores,
sicut multi dicunt, ꝙ mors cum bona dispositione sit
melior quàm vita cum mala, aut ꝙ homo sit cum tutti
tia egenus, eligibilius est q̃ ꝙ sit diues cum iniquitate.
Illi autem cum hoc præeligunt contrarium huius, quia
præeligunt sibi vile: & ideo præeligunt vitam cũ ma-
lo, & diuitias cum iniquitate: sicq; oportet nos, quan-
do intuliſemus inconuenientes, quod est secundum ora
tionem, quòd recipiamus, quo ſ sit bonum secundum
naturam, si autem intuliſſemus illud inconuenientes se-
cũdum naturam, reciperemus hoc, quod sit bonum se-
cundum coniecturam, & orationem. Iam autem inue-
niretur hic locus latus multæ latitudinis magnæ vtilita
tis ad obiẽciendum in hoc genus sermonis, quod est, ꝙ
bona secundum legem vtplurimum opponũtur bonis
secundum naturam: sicq; conuenit illi, qui vituperat re
cipientem bonum secundum legem, ꝙ recipiat hoc, ꝙ
sit bonum apud naturam, et qui destruit recipiẽtem bo
num secundum naturam, ꝙ recipiat hoc in quãtum est
bonum secundum legem, quia plurimum opponuntur
prædicta bona cum bonis secundum legem, & deficit
vnumquodq; eorũ à bonitate alterius, sed bona secun-
dum naturam sunt bona propter suam veritatem, quæ
autem sunt secũdum legem, sunt bona, quia eorũ vsus
est apud multitudinem, hoc est, famosus. Sicq; iam de-
claratum est, ꝙ sicut istorum est, ꝙ contradicant rebus
inconuenientibus, quas inferret interrogans ex istis lo
cis, sic interrogatorium est, ꝙ caueant respondentem à
locis, de quibus meminit siue ad elenchum, siue conces
sionem inconuenientis. Iam autem fit ex separatis inter
rogationibus, quibus contingit ꝙ interat interrogans
respondenti ipsum inconuenientes ad vtrunq; duorum
contradictoriorum: loca autem, quibus efficiũtur hęc,
sunt quæ ducunt loquentem in dubium & ambiguũ.
Et illa est tertia intentio intentionum sophisticorum,
sicut est sermo dicentis, aut conuenientius est credere sa-
pientibus, aut patribus, & si diceretur patribus, diuer-
sum itaque eius quod decerneret sapientia, esset oppor
tunum, & si diceretur, quod sapientibus, reiectare itaq;
patribus esset opportunum, & sic an prę eligibilior
sit iustitia, aut vtilitas, sicut si fiat quid, an eligibilius sit
quòd deprehendamus, aut quòd dimittamus diuitias, aut
dispositio sit econtrario: & vniuersaliter ista species li-
tigij consequitur omnes res, quibus opponuntur opi-
niones sapientum opinionibus vulgi & multitudinis,
quia sapientibus apparet, quòd reges facientes sint iu-
sti, vulgo autem apparet ꝙ fauentes sint fortes vincen
tes. Iam autem possibile est, quòd cõtrarietas istius ge
neris reducatur ad contrarietatẽ, quæ est inter bonum
secundum naturam, & bonum secundum legem: quia
quod est apud sapientes & apud naturam est bonum,
quia est verum: id autem, quod est apud legem et apud
plures, est bonum, quia est famosum, & plures conue-
niunt in illo. Ex his itaq; locis, & eis similibus conuenit
quærere de istarum præmissarum inopinabilium, quas
vocant Aristoteles deficientes concessione.

De captionibus nugationis, et solœcismi. Cap. XIII.

DE eo quidem, quod est facere nugari,
quidnam dicimus nugari, iam mõstra
uimus: omnes autem tales orationes id vo-
lunt efficere, si nihil referat nomen & ora
tionem dicere: duplum autem, et duplum di
midij idem est: si igitur duplum est dimidij
duplum, erit dimidij dimidij duplum: et rur
sum si pro duplo, duplum dimidij ponatur,
ter erit dictum dimidij dimidij dimidij du-
plum. Et putas est concupiscẽtia delectatio-
nis: hæc autem est appetitus delectationis: est
igitur concupiscentia appetitus delectatio-
nis delectationis. Sunt autem omnes huius
modi orationum in ijs, quæ sunt ad aliquid,
quæcunq; non solum genera, sed & ipsa ad
aliquid dicũtur, & ad idem & vnũ assignan-
tur: vt appetitus, alicuius appetitus: & cõcu
piscentia, alicuius concupiscẽtia, & duplum
alicuius duplum, & duplũ, dimidij. & in qui
buscunque quæ', cum substantia nõ sint, ad
aliquid omnino eorum sunt, quorum sunt
habitus, aut affectus, aut aliquid huiusmodi,
in oratione ipsorum de illis prædicatorum
declaratur: vt impar est numerus mediũ ha-
bens: est autẽ numerus, impar: est igitur nu-
merus, numerus medium habens. Et si simũ
cauitas naris est, est autem naris sima: erit er
go naris, naris caua. Apparent autem face-
re non facientes quandoq;, eo quòd non in
terrogant si significet aliquid per se dictum
duplũ, an nihil: & si aliqd significat, vtrum
idem an diuersum: sed cõclusionem dicunt
statim, & apparet propter nomen idem, esse
idem, & significare. Solœcismus autẽ qua-
le quid est, dictũ est prius: est aũt & hoc face-
re, & nõ facientẽ videri, & facientẽ nõ vide-
ri: quẽadmodũ Leuinus dixit, si Venus ma-
sculinũ est, nã qui dicit almã, solœcismũ qui-

dem facit secundum illum, non apparet aũt aliis: qui autem almum, apparet autem, sed non facit solœcismum. Manifestum igitur, quoniam & ars quædã hoc potest facere, eo ꝙ multæ orationes non colligentes, solœcismum videtur colligere, vt & in redargutionibus. Sunt aũt omnes pene apparentes solœcismi propter hoc: & qñ casus neq; masculinum, neq; fœmininum significat, sed neutrum: nã hic quidem masculinũ significat, hæc aũt fœmininum, hoc vero neutrũ vult significare: sæpe autem significat et illa vtraq; vt quid est hoc? Calliope, lignum, Coriscus. Masculini igitur & fœminini differunt casus omnes, neutri hi quidẽ, illi autem nõ: cum datur igitur hoc, sæpe colligũt quasi dictum sit hunc: similiter autẽ & alium casum pro alio ponunt. Captiosa autem ratiocinatio fit eo ꝙ hoc cõmune sit plurium casuum: nam hoc significat quãdoq; hic, qñq; autem hunc: oportet autẽ vicissim significare, cum est quidem hic: cum esse autem, hunc: vt est Coriscus, esse Coriscum: & in fœmininis nominibus similiter. nam in omnibus similiter est, et esse facient differentiam. Et quodam modo in his similis est solœcismus ijs redargutionibus, quæ propter id quod non simila, aut propter figuram, similiter dicuntur: nam quẽadmodum illic in rebus, sic hic in nominibus accidit solœcismum facere: nam homo, & album, & res, & nomẽ est: manifestum igitur, quoniã solœcismum tẽrandum est ex dictis calibus colligere. Species igitur sunt hæ contentiosarum orationum, & partes specierum, & modi, qui dicti sunt.

Sermo de Facere nugari, et Solœcismo. Cap. XIII.

VNde autem possibile sit habentibus istã artem, ꝙ reducatur loquens in elenchum, aut in superfluum, & negationem, & destruatur illud propter hoc, quod est quarta intẽtio, hoc accidit illis, apud quos non est differentia neq; diuersitas, siue feratur res ex parte, qua significetur ipsa separata secundum hoc nomen cum parte eius quod significat hoc nomen, aut secundum semitam consequentiæ, aut secundum semitam complexi, adeo ꝙ proueniat istud complexum secundum formam orationis compositæ: hoc autem valde accidit relatiuis & definitionibus rerum, quarũ consistentia est in aliquo subiecto, & accipitur hoc subiectum pars suæ definitionis, & accidit ex hoc, aut ꝙ paralogizet, & faciat ipsum sequi confessionem orationis falsæ, aut negetur suis verbis. exempli gratia, de relatiuis, ꝙ dicamus de duplo, ꝙ sit dimidij duplum, quia duplum est dimidij duplum, et dimidij duplum est duplũ: duplum itaq; est duplum. Sic autem dicatur quôd duplum non sit dimidij duplum, aut dicamus ꝙ duplum sit duplum: hoc autem est negatio, quia res non enuntiatur de se, et sicut dicimus, ꝙ voluptas est cõcupiscentia rei delectabilis, et concupiscentia rei delectabilis est voluptas, sic voluptas est voluptas: hoc autem accidit, quia ambo ista sunt relatiões, quia duplum est duplum alicuius rei, & voluptas est voluptas alicuius rei, & sic etiam accideret in similibus rebus, quarum esse est secundum habitudinem. Res autẽ, quę inducũt loquentem ad negationem & superfluum suis verbis, nõ sunt relationes, sed sunt habentium qualitates: & hoc, quia substantiæ istorum aliquando accipiuntur cum definito, & aliquando cũ definitione. Et accidit ex hoc quòd bis explicetur vna res, exempli gratia, quia si diceretur nasus aquilinus non erit curuus, diceretur aquilinus nasus erit nasus curuus, si autẽ reciperetur ꝙ nasus aquilinus erit nasus curuus: nasus itaq; erit nasus, hoc autem est negatio: & sic etiam aut impar non est numerus qui non diuiditur in duas partes æquales, aut numerus impar est qui diuiditur in duo media: numerus itaque est numerus, et hoc est negatio. Aduenit vero nomini simplici tale absq; ꝙ accipiatur cõplexum, sicut est sermo dicentis, an hoc non significet duplum rei: si autẽ significat, aut significat rem quæ non est duplum, aut significat duplum: si autem significat duplum, ipsum itaque duplum est duplum, hoc autem est negatio: si autem significaret non duplum, ipsum itaq; non esset duplum. Inductio autem loquentis, vt dicat verba, quæ putẽtur esse carentia significatiõe, absq; ꝙ tta sit, est plurimum in hoc loco. Sed minimũ est ex dictionibus cõmunium formarum ad masculinum, & fœminiũ, & neutrum: & hoc forte significat apud eos masculinum, & fœmininum, & ista est intentio quinta intentionum fallacię. Conuenit autem, ꝙ aduertamus hic loca, quibus accidit eis tale, quia putatur, ꝙ hoc sit commune omnibus idiomatibus, & illud vocat apud nos iter arabes haya: proijciemus autẽ id, quod est vere sic, quod est sermo carens sensu: quidam autem eorum est sic secundum existimationem, & de locis illius conuenit perfrutari hic. Sicque iam declarata sunt ex hoc sermone genera secũdum singulas quinque intentiones deceptiuas, & species illorum generum.

De occultatione sophistica, & contra molestę respondentes. Cap. XIIII.

DIffert autem non parum si ordinentur quodã modo ea quæ ad interrogationem sunt, vt lateat quemadmodũ in dialecticis: deinceps igitur ex ijs, quę dicta sunt, hęc primum dicenda. Est autem ad redarguendum, vnum quidem prolixitas: nam difficile simul multa cõspicere. Ad prolixitatem vero quæ adducuntur elementis, vtendum. Vnum quidem festinatio, nam tardiores minus præuident: amplius autẽ ira & contentio: nam conturbati minus possunt obseruare omnes. Elementa autẽ, ira. Manifestum quoq; eum facere qui vult iuste agere, & circa omnia impudentem esse. Amplius, permutatim interrogatiões ponere, siue ad idẽ plures habeat aliquis orationes, siue ad plura, aut ad contraria facere obseruationẽ. Omnino autem omnia, quæ ad occultandũ dicta sunt prius, vtilia etiam ad contẽtiosas orationes: nã occultatio latendi gña est, latere aũt decepti-

ptionis. Ad eos autẽ, qui renuunt quęcunq; opinantur esse ad orationẽ, ex negatione interrogandũ, ceu contrariũ velit, aut etiã ex æquo interrogationẽ facere: nã cum dubiũ est, ꝙ vult sumere, minus insolescũt. Et quãdo in partibus dederit quispiã singula inducenti, vniuersale sæpe non interrogandum est, sed vt dato vtendũ: nam quandoq; putãt & ipsi dedisse, et audientibus quoq; apparet propter inductionis memoriã, veluti perinde atq; non interrogauerit vane. Et inquibus non nomine significatur vniuersale, sed similitudine tamen vtendũ est ad id quod expedit: nam latet similitudo plerunq;. Et ad sumendum propositionẽ, cõtrarium oportet cõparãdo interrogare: vt si debeat sumere qm̃ oportet per omnia patri obedire, vtrũ per omnia oporteat obedire parentibus, an per omnia non obedire? & sæpe id, vtrum multa concedendũ, an pauca: magis enim si necesse, videbunt eẽ multa? appositis enim iuxta se contrarijs, minora & maiora apparent, & peiora & meliora hominibus. Valde autem & sæpe facit videri reddargui, maxime sophistica calumniã interrogantiũ, cùm nihil colligentes nõ interrogationẽ faciunt id quod est vltimũ, sed concludenter dicunt veluti colligentes, non igitur hoc & hoc. Sophisticum autẽ est & cùm ponitur inopinabile, quod apparet postulare respondere, proposito eo quod videtur ex principio, & interrogationẽ talium sic facere vtrum tibi videtur? nã necesse est si sit interrogatio ex quibus syllogismus, aut redargutionem, aut inopinabile fieri: cum dat quidem, redargutionem, cùm autem non dat, neq; dare videtur, fatetur inopinabile: cùm vero non dat, videri autem fatetur, redargutionis simile. Amplius, quemadmodum in rhetoricis, & redargutionibus similiter contrarietates cõsiderandum, aut ad eas, quæ ab eodem sunt dicte, aut ad eos, quos confitetur bene dicere, aut agere. Amplius, ad eos, qui videntur tales, aut ad similes, aut ad plurimos, aut ad omnes. Quemadmodum autẽ respondentes sæpe cùm redarguuntur faciunt duplex, si debeat accidere redargutio, & interrogantibus vtendum quandoq; illo. cõtra instantes: si sic quidem accidat, sic autem non, qm̃ si sumpserit, vt facit Cleophon in Mandrobulo: oportet etiam absistentes ab oratione reliqua argumentorum dimittere, & respondenti (si præsenserit) prius instare, & prædicere. Argumentandum autem quãdoq; & ad aliud ab eo quod dictum est, illud sumen-

tibus: si nõ ad id quod propositũ est habeat aliquis argumentari: quod Lycophron fecit dum propositum esset, ex arte lyram cõmendare. Ad eos autem, qui exigunt ad aliquid argumentari, positq; videtur oportere assignare causam, dictis autem quibusdam obseruabilius quod vniuersaliter accidit in redargutionibus, vt dicat cõtradictionem, vt quod affirmauit negare, aut quod negauit affirmare: sed non ꝙ contrariorum est eadem disciplina, vel non eadem: non oportet autem conclusionem vt propositionem interrogare, quædam autem neque interrogandum est, sed vt concessis vtendum. Ex quibus igitur interrogationes, & quomodo interrogandum in concertatorijs exercitationibus, dictum est.

Sermo de locis Latendi. Cap. XIIII.

RElinquæ autem sunt nobis ad perfectionẽ istius scientiæ, quæ sunt tres res: quarũ vna est, ꝙ dicamus, quomodo conuenit ei, q intendit hoc opus in hac tallacia, ꝙ respondeat interroganti, qũ non est differentia inter actionẽ istorum locorum, qn beneficatum erit eorum opus, aut nõ beneficatum erit, siue erit tentatiuum, aut sophisticũ. Secunda aũt est, quo modo conueniat etiã beneficare responsum ei, qui aptus sit cauere ista deceptiua. Tertia vero est, quo modo conueniat naturale vnumquęq; illorum. duorũ locorũ. Primo aũt dicimus, ꝙ tallacia excellentior est, quãdo intenditur prolõgatio verborum cum opere illorũ locorum, quia id tallaciæ, quod fuerit in eis, est latentius apud audientem. Secundo aũt, quod interroget festinanter. non tarde, quia, qñ festinatur sermo, tallacia quę est in eo, est latentior, & dignior ꝙ nõ constet. Tertio aũt, ꝙ tractatur respondens, quia qñ tractatur, peruertitur eius intellectus, & non intelliget aliquã rem. Ira autẽ promouet ipsum vt plurimũ, vt exclamet et vociferet iumme, et ad paucam ipsius intellectionẽ. Quędam aũt illorum sunt ꝙ interroget de præmissis, quibus intendit tallacia permutato ordine locorũ in syllogismo permixtis tamẽ præmissis famosis, ex quibus sequi contradictorium eius, quod inquirit interre procedentibus in hoc opere, quæ latereut illos & reciperent eas, & hoc, quia, si præmissę quibus inquirit decipere, fuerint abiudicatæ, nõ laudabiles sunt in veritate & falsitate in ipsarũ permutione cũ famosis, si autẽ non fuerint abiudicatæ, tam itaq; recepit, ex quo inquirit recipere absurdum solũ, quando fuerit separatũ, positq; dictũ de fuerit, ꝙ reciperet. Exemplum aũt huius ex eius operatione est illius, qui intendit vt veneris permiscendo eis alimenta ad cælandum: & iterũ quia latebit respondentẽ, de quo inquirat conclusione, fieret perplexus in notitia eius, quod recipit ex eis & quod non reciperet. Et quæda illorũ sunt ꝙ interroget de cõtradictorio rei, qua inquirit recipere, quia respondente nõ recipiente illud, caueret ei, tam it ꝙ recipere rem, quã intenderat recipere. Et quæda illorũ sunt, ꝙ interroget manifestũ vt reiiciat extremi contradictorij, ac si nõ curaret ad quod illorũ respõdeat, qm̃ si per hoc lateret respondẽtẽ quod duorũ cõtradictoriorũ intendebat recipere, forsitan reciperet eius intentũ, qm̃ nesciret illud. Quędã aũt illorũ sunt, in quibus, qñ fit inductio, nõ diminuit aliquod eius cõclusionis in particularibus rei vniuersalis, quod quęreret et verificare[t] in vniuersali ro-

gationis, immo in omnibus particularibus secundum
ꝙ esse prædicati est res manifesta eis, et secundum ꝙ il-
la est ex his, quæ nō referuntur ad interrogationē essen
di illud prædicatū particularibus istius rei, qua inquiri
mus confirmare istud prædicatum ſm suam vniuersali
tatem, non secundum inductionē: quando autem duxe
rit summam illorum particularium, ac si iam recepisset
ea respondēs, sequitur verificatio vniuersalitatis, quod
est esse istius prædicati totū huic subiecto, absq; ꝙ inter
roget consequentē vniuersalitatem propter esse prædi-
catī in particularibus subiecti, qñ quando faceret hoc,
fortasse difficile erit ipsi respondēti hoc, neq; reciperet
vtilitatem de inductione eius, quod dimiserat: qñ autē
fuerit huic vniuersali nomen, & timeret quando expo-
neret eius nomen, ꝙ non reciperet esse vniuersalitatis,
cōueniret ꝙ transferretur enunciatio a particularita-
te in simile, quod est in eis, nō in nomen rei vniuersalis
cōtinentis particularia. vsus autē exemplorum cōsimi
lium in vniuersali decipit multos, quia transfert enun-
ciationem à quibusdā in aliquas alias res. Quædam aūt
illorum sunt, quibus interrogari id, de quo putatur, ꝙ hic
extremum contrariorū, inter quæ non est medium: res
autem non est ita, qñ fortasse interimeret respondens
absurdū illorum propter laudabile, et hoc quia apparet
absurditas absurdi illorum ſm plurimū apud id, quod
ponitur ſm modum alterius contrarij, & sic etiā ipsa &
laudabilis laudatio apparet magis. Sicut si interrogare
tur, conueniat ne credere patribus de omnibus rebus,
aut repugnare eis in omnibus rebus? quia, qñ diceret ꝙ
nō repugnemus eis in omnibus rebus, oportet eum ex
hoc ꝙ respondeat ꝙ credamus patribus in omnibus re
bus, & sic etiā si interrogaret, an prohibita sit multitu-
do vini, aut eius paucitas, & ipse respōderet ꝙ multitu
do sit prohibita, sequeretꝰ ꝙ paucum non sit prohibitū,
Plurimum autē ꝙ accidit fallacia in interrogatione, &
putatur, ꝙ tam annexa sit interrogatio', & ordinata,
quando interrogaret de rebus, inter quas et cōclusionē
non est connexio. qñ autem tu recepisses, conducerent
conclusionē, ac si iam sequeretur ex illis rebus, & puta-
retur ꝙ tū perfecta esset hæc res, & ꝙ tam remota esset
et abluerit cōtrouersia, quando hoc nō posset soluere il
lud, & suā controuersiū, nti cognosceret naturam syllo
gismi pauce passibilitatis ex sua turbatione, & sua voci
feratione, et exclamatione eius ꝙ ipse cōpositiliter syllo
gismum absq; ꝙ compositiliter eum. Industria vero illis
est difficilis in hoc loco, nti sapientibus: qñ multitudo
hominum nescit naturā syllogismi: ex industrijs aūt ten
cantelis interrogantiū est, ꝙ, qñ interrogāt prēmissi im
fallam ad tentandum respondentē, eam reciperēt & ad
ducendū ipsum in absurdum, aut reciperent præmis-
sam, aut orationē compositam ex præmissis, sicut est di
spositio, qua possibile est ꝙ tentetur aliquis, & sequi ex
illo elenchus, et fortasse iuuaret eos ad tio processiuū,
quibus vtuntur in Rhetorica cum audiētibus: hoc est, re-
cipere rem ſm modū, quo putetur, ꝙ ipsi iā recepissent
ex illis ipsum quæsitum & declinarēt illud & ducerent
ipsum ad elenchū, sicut si reciperent rem simpliciter, &
declinarent ipsam, & ponerent ipsum cum conditione
quadā. Et ex industrijs respondentis est, ꝙ, qñ cogeret
ipsum elenchus, aut esset prope hoc, putei ꝙ sit interro
gans, & ꝙ nō sit respondens hoc autē valde faciunt ip-
sum homines naturaliter in cōtrouersia, qua intenditur
victoria. Ex industrijs aūt interrogantis est, ꝙ, quando
interrogat plures præmissas, & respondens reciperet
quasdā & non reciperet aliquas, & ex illis quas nō rec
peret, sequeretꝰ ipse elenchus, si reciperet eas, tūc terret
oēs illas præmissas subito, & faceret succedere eis con-
clusionem, qm respondes euaderet impeditus, quoniā
magis accidit ꝙ obliuiscatur eorū, quæ receperat, qm ꝙ
nō recipiat. Et ex industrijs illorum est, ꝙ permisceant
ſm consimilitudinē id, quod interrent elenchū cum eo,
quo nō indigeretur ad illationē elēchi: hecq; prēmissę fal
sę fallerēt respondentē. Sed qñ respondens perciperet,
qui nō parum huius perceptionis haberet, interrogan-
tis esset soluere illud, & distingueret inter id, quo non
indigeret ad illationē conclusionis, & inter id quo indi-
geret ad hoc, & difficile cōstitueret eius excusationem
ad hoc, sicut si acciperet res cōsequentes illam præmis-
sam, & res antecedentes ad eam, & annexas ei. Interro
gantis autē industrię est, ꝙ, quando lassaretur ab inferē
do ei falsum, quod intenderet inferre, procedat ad de-
struendum eius contradictorū, & transferat verba ad
illud, si ab initio rei intendisset construere aliquam rem
sensatam, aut procedat ad construendum eius contradi
ctorium, si intendisset destruere positionem affirmati-
uam. Et ex industria eorū est, ꝙ ipsi fortasse relinquant
interrogationē præmissarum, & ducant syllogismum
cum conclusione, ac si esset res, quam iam recepisset re-
spondens, quoniā tunc mens respondentis esset magis
intenta, qñ tunc conueniret ei, ꝙ speculetur summam
præmissarū syllogismi, & eius formam, & reduceret in
mentem de illo pluscq; rem vnā ex his, quæ oportet spe
culari, & forsitan esset impeditus, aut abscōderet ei ad-
uersarius ibi partē falsam cū parte vera, & reciperet il-
lam. Sic itaq; iam declaratū est ex hoc, quot sint loca de
ceptiua iuuātia quinq; intētiones, & qualiter cōueniat
ꝙ interroget interrogans: & illæ sunt duę primę partes
istius libri secundum intentionem Aristotelis.

ARISTOTELIS
ELENCHORVM
LIBER SECVNDVS,
Cum Auerrois media expositione.

SVMMA LIBRI.

De utilitate sophisticarum orationum, & apparatu ad eas diluendas. De solutione sex ultimorum locorum extra dictionē, Nugationis, et Solœcismi. De oratione facili, difficili, & acuta. Epilogus postremo Octo præcedentiū, et duoru præsentiū librorū.

De utilitate cognoscendi sophisticas orationes, & apparatu ad eas diluendas. Cap. I.

DE responsione autem, & quo
modo oportet soluere, et qd,
& ad quam vtilitatem oratio
nes huiusmodi prosunt, post
hæc dicendum. Vtiles ergo
sunt ad philosophiā propter
duo. Primū quidē, quia eę,
quæ vt plurimū propter dictionē fiunt, me-
lius se habere faciunt ad id, quotupliciter
quodq; dicitur, & ea quę similiter, & quę ali
ter in rebus accidunt, & in nominibus. Secū
dum autē ad eas, quę per seipsum inquisitio
nes fiunt: nam qui ab alio facile captiose fal-
litur, & id non sentit, & ipse quoq; à se id pa-
titur persæpe. Tertium vero, & reliquum ad
huc, ad gloriam, eo quòd circa omnia exer-
citatus

citatus esse videbitur, & in nullo se inexper
te habere: nā si is, qui in orationibus est con
socius, orationes vituperat, cùm nihil ha-
beat quod determinet de vitiositate earum,
dat suspitionem ꝙ videri velit insolescere,
non quia verum sit, sed propter imperitiā.
Respondentibus autem, quomodo obsistē
dum sit aduersum huiusmodi orationes, ma
nifestū: si quidē recte dicimus prius ex qui-
bus sunt captiosæ ratiocinationes, & si (quę
inquirendæ sunt) superabundantias sufficiē
ter diuisimus. Non est autē idem sumentē
orationem videre, & soluere vitiositatē, &
interrogāti posse occurrere celeriter. Nam
quod scimus, sæpe trālpositum ignoramus.
Amplius autem quemadmodum in alijs, id
quod citius & tardius, ex exercitatiōe fit ma
gis, sic & in orationib⁹ se habet: quare si ma-
nifestum quidem sit nobis, immediati autē
simus, priusquam opportunitatibus frequen
ter. Accidit autem quandoq; sicut in linea
rum descriptionibus: nam & illic soluentes
quandoq; cōponere verum non possumus,
sic & in redargutionibus: nam scientes pro-
pter quid orationē accidit cōnectere, soluē
re tamen orationem impotes sumus.

Sermo de præceptis contradictionis. Cap. I.

VÆ autē relinquuntur sunt duæ res, qua-
rum vna est, quomodo respondeat respon
dens, secunda autē est, quomodo contradi
catur illis. 13. locis, & vtraq; istarum rerū
iuuat sapientes per se: & ideo sermo de istis
duabus rebus est, ac si esset præter istam artem, sed ar-
tis Topicę, aut (sicut dixit Abumazar Alpharabius)
est artis mediæ inter Topicam & Sophisticā. Secundæ
autē vltimæ partes iuuant sapientes per accidens, quia
sunt propriæ huic arti, et eorum vtilitas ex eis est ex par
te, qua fit cautio ab eis solum, qñ qui nouerit cōmuni-
tates, conuenientius est ꝙ non cadat in eas: iuuarent ve
ro eos per se in vsu orationis tentatiuę vniuersalis, sicut
præmissum est. Primum autē præceptorum respon-
sionis est, ꝙ, quando interrogans interrogaret præmissam
æquiuocam ſm nomen, conueniat ꝙ diuidatur hoc no
men in omnia significata, de quibus dicitur, & notifi-
cet quod illorum significatorū sit verum à non vero: &
ideo sequitur ꝙ sit et potestas diuidendi nomen æqui-
uocum. Iam autem diximus regulas, quibus fit hoc pos
sibile in libro Topicorum. Secundum aūt est, ꝙ aduer-
tatur res in se, & tunc respondeat: & ideo oportet ꝙ sit
ei potestas cognoscendi rem, quādo meditaretur illam
cum seipso, quoniā plures homines decepti sunt, quan-
do speculati sunt cum seipsis, & non decipiuntur, quan
do speculantur illa cum alijs, et hoc propter bonam me
ditationem eius in se: plurimum autem quod accidit,
hoc est, propter bonitatem. Tertium autē præceptum
est, ꝙ non prolongetur sermonem cum interrogante, sed
solers sit ad incidendum ipsum cito, absq; ꝙ neglgat
eius responsionem: quoniā, quando neglexerit illud, &
prolongauerit eloquium cum illo, ex eo ꝙ parum con-
stiterit ei absurditas & fallacia, quę fuerit in eius sermo
ne, accidit ei, quādo ipse interpellauerit interrogantem
ꝙ putaret vulgus, ꝙ eius interpellatio non fuerit, pro-
pterea, quia ipse intenderit declarare, ꝙ id, quod inqui
sierat confirmare, sit falsum, sed propter eius debilita-
tem. Sic itaq; (sicut puto) conuenit intelligere istum lo-
cum, & non aduenit hęc dispositio respondētis: hoc est,
ꝙ sustinet responsionem ad ostendendum quid fallacię
in eo fuerit ſm scientiam locorum fallentium, quę sunt
in hoc libro, & ſm sententiam præceptorum, quæ appro
priantur respōdenti, & ſm regulas, quę traditę sunt hic
ad contradictionem locorum sophisticorum, absq; ꝙ
cum hoc exercitatus fuerit in illorū vsu plurimū, adeo
ꝙ peruenerit ei habitus, quo possit cito agere, quoniā
sicut festinatio & mora in singulis artibus peruenit pro
pter habitum prouenientem ex vsu, non propter scien-
tiam partium illius artis solum, sic est dispositio opera-
tionis istarum regularum. exempli gratia, quoniam de
eus actionis scripturæ, & eius adaptatio non peruenit
ex notitia literarum, sed peruenit ex vsu perfecto for-
mationis literarum. Sicut autem in arte Topicę tam dif
ficilis est interroganti contradictio & destructio, sic ac-
cidit in elenchis sophisticis: hoc autem accidit, quando
sequitur ex præmissis falsis, quas posuerat tentator, con
clusio vera, & putaret ꝙ sequatur ex eis alia conclusio,
quæ est falsa, quoniam, quando sermo sophisticus fue-
rit talis dispositionis, difficile esset respondenti ad con-
tradicendum et secundum veritatem, & notificare fal-
sum præmissarū, quas posuerat litigator propter duas
res: quarum vna est, quia, si intendisset contradicere il-
li conclusioni falsæ per notificationem falsi illarum præ
missarum, hæc esset contradictio sophistica aut litigio-
sa, quoniam illa conclusio non sequitur ex illis præmis-
sis: secunda autem est, quia nō putatur de eo ꝙ ipse in-
tendat per hoc destructionem conclusionis veræ, &
quòd ipse sic visus sibi ꝙ non fiat ex præmissis falsis ne-
si conclusio falsa. Et ideo oportet respondentem in hac
re, quòd non amplhet sermonem in contradictione syl-
logismi ad notificandum falsitatem, quæ est in suis præ
missis propter æquiuocationem nominis, aut propter
litigium, aut alias res fallentes, & non putetur quod ip
se alleuiet per hoc, immo respondebit, quando dixerit
et, ꝙ ista conclusio non sit conclusio vera, quam con-
cluseras ex hoc syllogismo, sed est similis ei, aut non se-
quitur ex illo omnino.

De apparenti solutione respondentis. Cap. II.

PRimum igitur, quemadmodum syllo-
gizare dicimus, opinabiliter quādoq;
magis ꝙ vere, eligere oportere: sic et soluen
dum quandoq; magis opinabiliter ꝙ ad ve
ritatem: nam omnino aduersus contentio-
sos est reluctandum, nō vt ad eos, qui redar
guunt, sed qui redarguere apparent: non
enim dicimus eos syllogizare: quare vt non
videantur, emendandi sunt: nam si redargu
tio est contradictio non æquiuoca, ex qui-
busdam, nihil opus est diuidere ad amphi-
bola, & ꝙ quiuocationē: non enim facit syllo
gismum: sed nullius alterius gratia diuiden
dum est, nisi quia cōclusio videtur redargu-
tioni similis. Non ergo redargui, sed videri
redargui cauendum est, eo ꝙ interrogat am
phibola, & quæ, propter æquiuocationē sunt,
& quæcunq; aliæ huiusmodi cauillationes
quæ & verā redargutionem adumbrant, &

redarguentem atq; nõ redarguentem incertum reddunt: nam quia licet in fine cùm cõclusum fuerit dicere se, nõ id ipsum quod affirmauit negare, sed æquiuoce, aut amphibolice, quamuis q̃ maxime cõtingit in idem ferat) incertũ, si redarguitus est: incertũ enim, si vera nunc dicit: si vero diuidens interrogasset æquiuocum, aut amphibolum, non incerta esset redargutio, quoniã requirunt (nunc quidem minus, prius autem magis) contentiosi, sic vel nõ respondere eum qui interrogatur, heri potest. Nunc autẽ, quia non bene interrógant inquirentes, necesse est vt respondeat aliqd is, qui interrogatus est, emẽdans vitiũ interrogationis: quia diuiso sufficienter, vel sic, vel non, necesse est dicere respondentem. Si autẽ aliquis putet secundũ æquiuocationem redargutionem esse, quodam modo non erit respondentẽ effugere quin redarguatur: nã in ijs, quæ oculis subiecta sunt, necessariũ quod affirmauit negare nomẽ, & quod negauit affirmare. Enimuero vt diluunt quida, nihil prodest: nam non Coriscũ aiunt esse musicum, & non musicũ, sed hunc Coriscũ musicum, et hunc Coriscũ non musicum, eadẽ nanq; erit oratio Coriscum, ei, quę est hũc Coriscũ musicum esse, vel non musicũ: quod simul affirmant, et negant. sed fortasse non idem significant: nam ne illic nomen, quare in aliquo differt. Si autem hoc quidẽ simpliciter dicendo Coriscũ assignet, illi autem addat aliquem, aut hunc, absurdum est. nihil enim magis ꝯ alterum: vtrolibet enim nihil differt. Non sic igitur, sed quia incertus quidem est qui non determinauit ambiguitatẽ, vtrum redargutus est vel non redargutus, datum autem est in orationibus diuidere: manifestum, q̃ nõ determinando dare interrogationem, & quidem simpliciter, peccatum est: qm̃ & si non ipse, tamen oratio redarguę similis est. Accidit autem sæpe videntes amphibolia torpescere diuidere, eo q̃ crebra talia proponantur, ne ad omne videantur molesti esse: deinde non putantibus propter id fieri orationẽ sæpe profecto occurrit inopinabile: quapropter quia datum est diuidere haud cunctandum, quemadmodũ dictum est prius. Si autem duas interrogationes non vnam facit quisquã interrogationẽ, non propter æquiuocationem, vel amphiboliam fiet captiosa collectio, nonne redargutio an non? quid enim differt interrogare, si Callias et Themistocles mulieri sint, ꝯ si ambobus vnum nomen esset existentibus diuersis; nam si plura significat ꝯ vnum, plura interrogauit: si igitur non rectum est ad duas interrogationes vnã responsionem censere sumere simpliciter, manifestũ qm̃ nulli eorũ, quæ æquiuoca sunt, conuenit respondere simpliciter, nec si de omnibus quidem verum sit, veluti censent quidam: nihil enim differt hoc, ꝯ si interrogasset, Coriscus & Callias vtrum domi sint, an non sint domi: siue adsint ambo, siue non adsint: vtrinq; enim plures propositiones. Nõ enim si verum est dicere, interrogatio ꝓpter id vna: possibile est enim ad decies millenas interrogatas quæstiones, omnes sic vel non, verum est dicere: attamẽ nod est respondendum vna responsione, interimitur enim disputatio: id autem simile ac si idem nomen imponatur diuersis. Si igitur non oportet ad duas interrogationes vnam responsionem dare, manifestum quoniam nec in æquiuocis sic vel non, dicendũ: neq; enim qui dixit respõdet, tametsi dixit: sed id admittunt quodam modo in disputationibus, eo q̃ lateat quod accidit. Quemadmodũ igitur diximus, quod redargutiones quædam videntur esse cum nõ sint, eodem quoq; modo & solutiones quædam videntur esse, quæ non sunt, quas dicimus quando ꝯ operæpretium magis aliorre, ꝯ veras in contentiosis orationibus. & in eaq̃ que ad duplex est, occursione. Respondendũ autem in ijs, quæ videntur, esto, dicendo: nam & hic minime fiet redargutio. Si vero aliquid quod inopinabile sit cogat dicere: hic maxime addendum videri: hic enim neq; redargutio, neq; inopinabile videbitur fieri.

Quia autem quo pacto petitur quod est in principio, manifestũ putant omnino (si sint propinquæ) interimendũ, & non concedenda esse vlla, perinde ac si quod in principio est petat. Et quando aliquid tale postulauerit quispiam quod necessarium quidẽ est accidere ex positione, sit autem falsum vel inopinabile, idem dicendum: nam quæ ex necessitate accidunt, eiusdem videntur esse positionis. Amplius, quando vniuersale non nomine sumitur, sed similitudine: dicendũ quòd nõ sic datum est, neque vt proposuit, sumit: nam propter id fit sæpe redargutio: cùm autem prohibetur his, ad id quod non bene ostensum est redeundum, obsistẽdum autem secundum dictam determinationẽ.

In ijs igitur, quæ proprie dicuntur nominibus, necesse est respondere, vel simpliciter, vel diuidendo. Quæ autẽ subintelligentes proponimus, vt quęcunquæ non plane, sed

truncatim

truncatim interrogantur, propter id accidit redargutio, vt putasne quicquid est Athenienſium? sic. similiter autem & in alijs: at qui homo est animalium, sic. possessio igitur animalium, homo. Nam hominem animalium esse dicimus, quia animal est: & Lysandrum Lacedæmoniorum, quia Lacedæmonius est. Manifestum igitur, quoniam in quibus obscurum est, quod proponitur, nõ simpliciter concedendum. Quando vero duobus existentibus, cùm hoc quidem est, ex necessitate alterum esse videtur: cùm vero alterum est, hoc non ex necessitate: interrogatovtro ꝓ, oportet quod minus est dare. Nam difficilius est colligere de pluribus. Si autem argumentetur quòd hunc quidem est contrarium, illi autem non est: si oratio vera sit, contrarium esse est dicendum, at nomen alterius positum nõ esse. Quoniam autem quædam quidem eorum quæ dicuntur plures eum qui nõ concedit falsum dicere aũt, quædam autem non: vt quæcunq; ambigũt, (vtrum enim corruptibilis, vel immortalis sit anima animalium, non exploratũ est multis,) in quibus igitur incertum est vtro modo soleat dici quod proponitur? vtrũ in ijs, quæ sunt vt sententiæ? vocant enim sententias, & veras opiniones, et totas negationes, vt diameter incommensurabilis est. Amplius, de quo verum dubitatur, transferens quispiam nomina maxime latebit in illis: nã, quia incertum est vtro modo se habet verũ, non videbitur sophistice agere: propter id autem quod dubium, non videbitur falsum dicere: nam metaphora faciet orationem sine redarguitione videri. Amplius, quasc ũq; interrogationum persensérit aliquis, præinstandum est, & prædicendum: nam sic maxime interrogantem prohibebit.

De fallacia quæ fit per æquiuocationem, & de multis cautela ab illa, & de eo, quod facit redargutione, & de cautela respondentis. Cap. 11.

IAm autem possibile est respondenti, q̃ recipiat præmissas æquiuocas secundum nomina, adeo q̃ concludat et interrogator conclusionem falsam, et dicat eiq̃ per illas præmissas, quas receperat, intenderit sic, non significatum tale: res autem quam paralogizauerit, nunc est quam receperat solũ. Fuit autem hoc opus, quia non est notum, neq; manifestum, q̃ ille receperit significatum fallum, quod est vnum eorum, quæ significat hæc dictio æquiuoca propter eius intentionem propter suam receptionem dictionis æquiuocæ: forte autẽ hoc esset et vtilius propter fallaciam, quoniam si diuideret id, quod significat nomen æquiuocum, aut dictio litigiosa, adhuc erraret, & reciperet vnum eorum, ac si esset verum, ipsum autem est falsum, & non est ei contigmens, q̃ respondeat ad hoc, sic ergo ille respõdentũ, qui fecit hoc opus, respondisset per nomina æquiuoca, & dictiones litigiosas, quæ sunt in eis, aut nõ fecerit hoc opus, quod fuerat ei possibile. Sed ex quo ille, qui nouerit hoc quod diximus, iam putatur, q̃ quando receꝑiat nomen æquiuocum, q̃ iam receperit omnia significata, de quibus dicitur illud nomen: sibi autem nõ tequerétur hoc, impediret ipsum à diutione, qua illata fuerat conclusio: visus autem est, q̃ iam redargueriit ipsum, & indiget cum hoc expositione, q̃ non redarguat ipsum. Et ideo id, quod conuenit ei, hoc est respondenti, quando sophista interrogauerit nomine æquiuoco, aut dictione litigiosa, diuidit plura significata, quibus significat hæc dictio, & respondeat per singula eorum, sic, aut nõ, Quando autem argumentatus fuerit interrogãs, & putauerit, q̃ iam fiat elenchus propter hanc dictionẽ æquiuocam, quæ est in eo, aut propter litigium, abnuit eam esse æquiuocam. Industria eripiens ipsum est, q̃ imponat nomina huic significato, quod putat respondens, q̃ sit falsum, & q̃ illud sit non significatum verum, quod deceꝑerat hæc dictio. Ex his autem quæ apparuerunt quibusdam hominibus est, q̃ industria ad hoc, est connectere dictionem hoc cum nomine. Ita autem industria non eripit ipsum à fallacia, quia dicto hoc si demonstraret id, quod est in anima de hoc significato, iam illa demonstratio esset æquiuoca, quia omnia illa significata, quæ significaret illa dictio, sunt præsentialiter in imaginatione, nisi dictio hoc annecteretur alicui demõstrato sensato: quando autem hoc ita fuerit, illud nõ indigeret dictione, & appellatione nominis per demonstrationem. Et sic, quando interrogatio fuerit simpliciter, ipta autem verificaretur secundum diuisionẽ, non conuenit, q̃ respondereiur per sic, aut non, donec compleretur elenchus, q̃ intelligeret ex eo interrogans, q̃ ille reciꝑiat illud simpliciter, & tunc euaderet ab elenchο, quando diceret, quando ego dixi sic, intenderam illud significatum connexum, nõ absolutum, quia quod consequitur hoc, quando consequitur ex nomine æquiuoco per sic, aut non, absque q̃ diuidantur significata, quibus dicitur æquiuocum, illud idem consequit hunc, & omnia loca quibus diuiderit, et postq̃ receperit ipsum sine diuisione, non accidit ei elenchus, sed putaretur, q̃ iam accidisset ei. Sicq; ex quo ipse nouerit per se, quando distinxerit respondens litigium, & receperit ex illis, quod receperit, siue redarguatur, siue non, si respondisset de absoluto per sermonem confusum, ille deciperet, quoniam ipse eõduxit se ad dubium de eo, an redarguatur, aut non redarguatur vere. Plurimum autem, q̃ accidit hoc respondenti est, quia ipse esset impeditus ex diuisione propter multitudinem significatorum, quæ cõtineret iste sermo absolutus. Et ex eo, qđ accidit et cũ hoc de difficultate interrogantis, & pauca eius aduertẽtia ad diuisionem, quam fecerat, facile esset respondere ad illam responsione confusa: quando autem interrogãs confunderet et elenchum, & respõdens inciperet distinguere ipsum, et notificare et, q̃ nõ sequatur ex hoc id, quod putauerat, q̃ sequatur, non conueniret secum in hoc interrogans, quando nesciret, q̃ fallacia ingrederet ex hoc loco, quem notificasset respondens, & non concordaret secum in eo, q̃ locus iste sit deceptorius. Sicq; accideret respondenti dubiũ, an redargueretur, aut non redargueretur: & ideo etiam non conuenit, q̃ sit impeditus per diuisionem in locis, quæ ingreditur deceptio propter latentiam diuisionis, & sicut non oportet, q̃ respondeat duabus interrogationibus vnica responsione, sic non conuenit, q̃ respondeat vni secundum nomen vnica responsione, quia non est differentia, siue respondeat pluribus interrogationibus vnica responsione, siue illæ interrogationes significentur vnica dictione, aut pluribus dictionibus, quoniam secundum nomẽ æquiuocum fiunt plures interrogationes vnica dictione.

Et ideo

Et ideo qui non respondet duabus interrogationibus, aut pluribus vnica responsione, & consueuerit illud, nõ accidit et fallacia per nomen æquiuocum secundũ vnã responsionem, quando omnia significata, de quibus dicitur illa enuntiatio æquiuoca, esset vera, quia non constaret sibi respondens. cp respondeat ex duabus responsionibus, aut pluribus vnica responsione, quãdo omnes conuenirent in sic, aut non. Sicq; onus incũbit et, quòd, quãdo interrogaretur de mille, aut duabus millibus interrogationibus, non respondeat eis, donec aduertat in eis: & si conuenient in sic, aut non, responderet eis vnica responsione: si autem non cõuenient, distingueretur hæc res, & manifestum esset, cp non incumberet respondenti. Et ideo non oportet respondentem, cp respõdeat nomini æquiuoco vnica responsione, etiam si oẽs enuntiationes habentes significata, quæ amplecteretur nomen æquiuocum essent veræ. Conuenientes. n. esset respondere ad id, de quo interrogatur. Ipsum autem non interrogatur nisi de vnica re, quia non est latens apud interrogantem, quando interrogat de nomine æquiuoco, nisi vnum significatum. Si autem esset latens apud interrogantem omnia significata, quæ contineret nomen æquiuocum, iam incumberet onus ipsi respondenti, cp responderet vnica responsione pluribus interrogationibus. Quoniam autem famosum est, cp non sit hic redargutio, & cp iam non sit hic contradictorium, putatur autem, cp sit hic contradictorium, & oportet, cp respondeatur secundum hãc imaginationem, sicq; quando reciperet respõdens quicquid reciperet interrogãs, ac si imaginaretur illud cogitatione, interest eius quando redargueritipsum, cp respondeat per id, quod receperit, & dicat, cp verum est, cp recepi illas præmissas, qa extimabam, cp essent de genere contextuatarum veratarum, nunc autem iam apparet, cp sint de genere contexturatarum falsarũ. Et quãdo respondens fecerit istud, non perficeretur redargutio in ipsum, & non concluderet suus aduersarius aliquam rem absurdã: & ideo oportet in plurimo huius, quãdo receperit præmissas carentes laudatione, tunc recipere eas secũdum modum æstimationis, quia tunc non posset interrogans redarguere ipsum, quando fuisset eius receptio secundum modum extimationis. Si autem ibi fuerit, quando interrogãs interrogauerit ex parte petitionis principij, & fuerit hoc manifestum notum respondenti, tam conuenit festinare, et notificare et, cp hoc, quòd suppositum fuerat, sit eius quæsitum, licet hoc latuerit ipsum, adeo cp cõcluserit ipsum met quæsitum. Interest itaq; eius, cp dicat et, recepi quidem hoc, extimabam enim cp non esset ipsum quæsitũ, nunc autem tam apparet, cp sit ipsum quæsitum, tu autẽ non composueras syllogismum, neq; feceras aliquã rẽ, & vidisti, cp ego erraueram, & receperã istud: quid autem est, cp recipias vtilitatem per illud? ex quo tam apparet, cp tu non composueris syllogismum, neq; feceris aliquam rem. Si autem petens principium vsus fuerit loco subiecti quæstionis particularibus secundum semtam inductionis, sed non acceperit vniuersale vltius subiecti ex parte, qua significat ipsum suum nomen, adeo, cp dicat, gratta exempli, cp omne animal mandendo mouet eius mandibulam inferiorem, quia homo & symia & consimile reliquorum animalium mouet eius mandibulam inferiorem, est tunc respondentis, cp recipiat ab eo hoc, deinde inferat, cp omne aial mouet eius mandibulam inferiorem, quoniam diceretur et non intendebam, quando recepi, cp enuntiatio eius, quod simile est homini & symiæ secundum hoc, sit enuntiatio animalis, quoniam si hoc ita esset, tam recepissem ipsummet quæsitum, sed intẽderam talem speciem similitudinis, & non talem speciem. Secundum nomina autem, quæ dicuntur alicubi secundum veritatem, & alibi secundũ translationem, iam accidit fallacia: & hoc, quoniam veritas significationis nominis in loco veritatis, et ablatio æquiuocationis ab eo, assimilatur eius veritati in loco interrogationis, & ablationi æquiuocationis ab eo. vet bi gratia, quta diceret quispiam, quod est alicuius rei est habitus eius, quoniã quod est Socratis, est eius habitus, homo autem est animalis, homo itaq; esset habitus animalis. Et ideo oportet respondentem in tali loco, cp nõ respondeat per hanc enuntiationem absolutam, donec diuidat orationem dicẽtis, cp id, quod est alicuius rei sit eius habitus. Et non recipiunt vtilitatem petentes principium per oppositum quæsiti, neq; per summam interrogantis de contradictorijs, & oppositis, quorum pars vera non fuerit per se nota, aut nota secũdum conditionem, & obmiserant in interrogatione acceptionem huius conditionis: quoniam, quando ignorantia oppositorum fuerit æqualiter, non reciperet respondens hoc cõtradictorum, quod tulerat interrogãs, cp recipiatur ab eo, quoniam non putaret veritatẽ eius magis, cp sui oppositi. Et taliter etiam accidit, quando non esset vnum duorum oppositorum famosq; veritatis, neq; laudatum sine eius contradictorio, sed vtrunq; duorum extremorum fuerit secundum famositatem, & secundum laudationem æquale, sicut est dictum nostrum, an anima sit mortalis, aut immortalis, quoniam homines qui dicũt, cp anima sit mortalis, sunt æquales secundum famositatem illis, qui dicunt, cp ipsa sit immortalis, & ideo non prævalet imaginationi audientis alterum istorum duorum contradictorum secundum famositatem, & reciperet illud. Quando autem contigisset, cp vnum duorum contradictorum sit notæ veritatis per se, aut notæ laudationis sine eius contradictorio, aggregantur in illo duæ illæ dispositiones simul, quontã iam recipit vtilitatem ipse interrogans per petitionem principij in talibus. Et hoc, quia in parte vera propter eius famositatẽ in laudatione, aut propter ipsam esse veram notæ veritatis secundum se, deciperetur interrogans, & reciperet illam, quando permutasset petens principium nomen vnius duarum partium quæsiti cum interrogatione, aut vnum nomen duarum partium eius oppositi: hoc est, prædicati, aut subiecti, cum alio nomine, & non tulerit ipsummet quæsitum, aut eius oppositum, si petitio principii fuerit secundum eius oppositum. Sed quando erraret respondens in talibus, & recepisset ea, eius interesset dicere interroganti, tu non recitt elenchum, neq; cõposuisti syllm, licet recepi hoc a te, sicut præcesit.

De recta solutione loci. *Cap. III.*

QVoniam autem recta solutio est manifestatio falsi syllogismi, ob quamcumque interrogationem accidat falsum, (fallus autem syllogismus dicitur dupliciter: nam, aut si collectum est falsum, aut si cùm non est syllogismus, videtur esse syllogismus,) erit, & quę nunc dicta est solutio, & apparentis syllogismi, ob quam videtur esse, interrogationum correctio, quare contingit orationes syllogizantes quidem interimere, apparentes autem diuidentem soluere. Rursum autem, quoniam syllogizantiũ orationum, hæ quidem veram, illæ autẽ falsam habent conclusionem, eas quidem, quæ secundum cõclusionem sunt falsæ, duobus modis contingit soluere: nam, & eo quòd interimitur aliquid eorum, quæ interrogata sunt,

sunt, & eo quòd ostenditur conclusio, non sic se habere. Eas vero, quæ secundum propositiones, eo quòd interimitur quiddam solum, nam conclusio vera est. Quare volentibus soluere orationem, primum quidẽ inspiciendum si syllogizat, an non syllogizat: deinde, vtrum vera sit conclusio, an nõ vera, quatenus vel diuidentes, uel interimẽtes soluamus: & iterum interimẽtes hoc modo, vel illo, quemadmodum dictũ est prius. Differt autem plurimum, & interrogantem, & non, soluere orationem? nam prævidere quidem difficile est: per otium autem temporis videre facile: earũ igitur, quæ propter æquiuocationem, & amphibolian redargutionem, aliæ quidem habent aliquam interrogationem plura significantem, alię autem conclusionem multipliciter dictam, vt in ea quidem, quę est silentia dicere, conclusio est duplex, in ea vero, quæ est non cõscire scientem, vna interrogationum amphibola est.

Et duplex quidem quandoq; est ens, quandoq; non est ens, & quandoq; significat duplex, hoc quidem ens, illud vero non ens. Quibuscunq; igitur in fine est multiplex, ni si prius sumpserit cõtradictionem, non fit redargutio, vt in eo quod est cęcum videre: nã sine contradictione non fit redargutio. Quibuscunq; vero in interrogationibus, nõ necesse est prænegare quod duplex est, nã non ad hoc, sed propter hoc fit oratio. In principio igitur ad duplex, & nomen, & orationẽ sic respondendum, quod est vt sic, est autem vt nõ, vt de eo, quod est silẽtia dicere, quod est vt sic, est autem vt non, & quæ expediũt, agendum: sunt autem quæ sic, sunt autẽ quę non: nam expedientia dicuntur multipliciter. Si autem lateat, in fine addẽdo interrogationi corrigendum, est ne silentia dicere? non tamen eos qui silent. Et in ijs autẽ, quę se habent quidem multipliciter in propositionibus, similiter non putas cõsciunt, quod sciunt: sic. sed non sic scientes, non enim est idem, quòd nõ est conscire, atq; sic quidem non esse scientes. Et omnino obluctãdum est, tametsi simpliciter colligatur, quod non rem quam dixit negant, sed nomẽ, quare id non est redargutio. Manifestum autem, & eas, quæ sunt propter compositionem, & diuisionem, quomodo soluendum: nam, si diuisa, & composita oratio aliud significat, cũ concluditur, contrarium dicendũ. Sunt autem huiusmodi omnes orationes secũdum compositionem, & diuisionẽ. Putasne quo vidisti tu hunc percussum, illo percussus est hic? & quo percussus est, illo tu vidisti: Habet quidem aliquid etiam dubiarũ quæstionum, quamuis sit propter compositionem: nam non est duplex, ob id quod est secundũ diuisionem: non enim eadem oratio fit diuisa, & composita: siquidem ora, & ora secũdum accentum prolata significant aliud, sed in scriptis quidem idem nomen, cùm ex eisdem elementis scriptũ sit, & similiter: & illic autem iam signa faciunt, prolata nõ eadem, quare nõ duplex quod propter diuisionem est: manifestum autem, quoniam nõ omnes redargutiones propter duplex, sicut quidã dicunt. Diuidendum igitur, & qui respondet, non idem est enim dicere videre oculis, percussum: & dicere oculis percussum videre. Et Euthydemi oratio. Putasne vidisti tu nunc existentes in Pyræo naues, cùm in Sicilia sis? Et rursus, putasne malum futorẽ bonum esse: fit autem quis bonus futor malus: quare futor malus. Putasne, quorum scięt iæ bonæ, bonas esse disciplinas, mali autem bona disciplina, igitur bona disciplina malum: attamen & malum, et disciplina malum, quare mala disciplina malum. Putasne verũ dicere nunc, quoniam tu factus es: factus es ergo nunc. An aliud significat diuisum: verũ enim dicere nunc, quòd tu factus es, sed nõ nunc tu factus es. Putasne, vt potes, & quæ potes, sic & ipsa facies? non cytharizans autem habes potestatem cytharizandi, cytharizabis igitur non cytharizans. An non huius habet potestatem, vt nõ cytharizans cytharizet? sed cùm non facit hoc, vt faciat. Soluũt autem quidam id, et aliter: nam si dicit, vt potest facere, non dicunt accidere nõ cytharizantem cytharizare: nõ enim omnino, vt potest facere datum est facere, non idẽ autem esse, vt potest, & omnino, vt potest facere. Sed manifestum, quoniam non bene soluunt: nam orationum omnium, quæ propter idem, eadem solutio: eadem autem non accommodabitur ad omnes, nec omnino ad interrogatas, sed est ad interrogantem, & non ad orationem. Propter accentum autẽ orationes non sunt, neq; in ijs, quæ scribuntur, neq; in ijs, quæ dicuntur, præterquàm si quæ paucæ sunt. vt hic, putasne est quod habitas, domus? sic. nunquid, ne est quod habitas? negatio eius est quod habitas? sic, dicebas autem, ne esse quod habitas domum, negas igitur te habitare domum. Quomodo autem soluendum est, palam: nõ enim idem significat grauiter, & acute prolatum. Manifestum autem, & in ijs, quæ sunt propter id quod

Des. Sp. fine, & diuisione.

De accents.

De figura dictionis.

sd quod vt eadem dicuntur ea, quę non sunt eadem, quo pacto obtinendum, eo quod habemus genera prædicamentorum: nam hic quidem dedit interrogatus non esse aliquid eorũ, quę quid est significant: ille vero ostendit quidem esse aliquid eorum, quæ sunt ad aliquid vel quantitatis. videtur autem quid est significare propter dictionem, vt in hac Captiones. oratione. Putasne contingit idem simul facere, & nerit non, at vero videre, simul & videri idem. & secundum idem contingit. Putasne est aliquid eorum, quæ sunt pati, facere: non. nonne igitur secatur, vritur, operatur similiter dicuntur, & omnia quidem pati significant? rursum autem currere, videre similiter sibi nunquam dicuntur, veruntamen videre, operari aliquid est, quare & pati aliquid, simul etiam & tacere. Si autem aliquis illic dans contingere simul idem facere, & pati, vt tere & videri dicat possibile, nondũ redargutus est, si non dicat videre facere aliquid. & videri pati: indiget enim hac interrogatione, sed ab audiente opinatur datum esse, cum & secare facere aliquid, & secari fieri aliquid dedit & cęteraq; alia similiter dicuntur: nam reliquum ipse addit qui audit, veluti similiter dictum. illud autem dicitur quidem non similiter, videtur autẽ propter dictionem. Idem autem accidit hic quod in æquiuocationibus putat enim in æquiuocis inscius orationum quam dixit negare rem, non nomen: ideo & adhuc indiget interrogatione, si ad vnum aspiciens dicat æquiuocum: sic enim dante erit redargutio. Similes autem, & hæ orationes illis, si quod quis habens, postea non habet, amisit: nam vnum solum amittens calculum, non habebit decem calculos. Ad quod non habet quidem, prius habens, amisit: quantum autem habet vel quot, non necesse est tot amittere. Interrogans igit quod habet, colligit in eo quot: nam decem aliquot: si igitur dixisset à principio, si quot quis non habet prius habens, putasne amisit tot: nullus vtiq; dedisset, sed aut tot, aut horum aliquid. Et quoniam dabit aliquis, quod non habet, nõ enim habet vnum solum calculum. An non dedit quod non habuit, sed vt non habuit? nam solum, non quod significat, neq; quale, neq; quantum, sed, vt se habet ad aliquid, vt quod non cum alio. Quemadmodum si dicat, putasne quod non aliquis habet dabit? non annuente autem, interroget si dabit quis aliqd cito, q nõ habet cito? attruentem autem colligat q dabit quis quod non habet, & manifestũ, qm̃ non syllogizauit: nã cito non est quod dare, sed hoc modo dare, quo autem modo non habet, dabit aliquis, vt quod delectabiliter habet, mœste dabit. Similes autem, & huiusmodi orationes. Putasne quam non habet, manu percutiet quis? aut quem non habet, oculo videbit? nõ enim habet vnum solum oculum. Soluũt autem quidam dicentes, & quod habet vnum solum oculum, & aliud quidlibet qui plura habet: quidam autem, & vt quod habet accepit, dedit. n. vnũ solum hic calculum, & hic habet (dicũt) vnũ solum ab hoc calculũ: accepit enim ab hoc, ergo vnum solum habet hic calculum, alij autem statim interrogationem interimẽtes, quia contingit quòd non accepit habere, vt vinum accipiẽtem suaue, si corrumpatur in acceptione, habere acre. Sed quod dictũ est prius, hi omnes nõ ad orationem, sed ad hominem soluunt: nam, si esset hęc solutio, dantem oppositum non possibile esset soluere, quemadmodum, & in alijs, vt si est quidem quod est, est etiam quod non est solutio, si simpliciter det dici, concludit: si autem non concludit, non erit solutio, in prædictis autẽ (omnibus datis) non dicimus fieri syllogismum. Amplius autem, & hæ sunt ex huiusmodi orationibus. Putasne quod scriptum est, scripsit quis? scriptum est autem nunc, q tu sedes, falsa oratio: erat autem vera cũ scribebatur: igitur simul scribebatur falsa, & vera. Nam falsam, vel veram orationẽ, vel opinionem esse, nõ quòd, sed tale significat: nã eadem ratio, & in opinione. Et putas quod discit discens, hoc est quod discit? discit autẽ aliquis quod est tarde, celeriter. Non igitur quod discit, sed vt discit dixit. Et putas quod ambulat aliquis, pessundat? ambulat autem totam diẽ. An non quod ambulat, sed quando ambulat dixit. nec cũ scyphum quis bibat, quod bibit, sed ex quo? Et putas quod quis scuit inueniẽs, vel discens scuit? quorum autem hoc quidem inuenit, illud autem didicit, ambo hæc neutrum. An hæc quidẽ omne, quod autem nõ omne? Et quoniam est quis tertius homo à se, et ab vnoquoque. Nam homo, & omne cõmune, non hoc aliquid, sed quale quid, vel ad aliquid, vel aliquod modo, vel huiusmodi aliquid significat. Similiter autem, & in hoc, Coriscus & Coriscus musicus, vtrum idem an alterum? Nam hoc quidem hoc aliquid, illud autem quale quid significat, quare non est idem exponere. Exponere autem nõ facit tertium hominem, sed idipsum quid est concedere:

Dilutio argumenti quæ fuit etens.

Modus vitandi diluendi modi fitione.

Alię captiones ligurę dictionis.

non

non enim erit hoc aliquid esse id, quod Callias, & id quod homo est, ne. q; si quis expositum non id quidem, quod hoc aliquid esse dicat, sed idem quod quale, nihil refert: nam, erit à multis vnum quiddam, vt homo: manifestum ergo, quoniam non dandum hoc aliquid esse quid quod communiter prædicatur de omnibus, sed aut quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut aliquid talium significare. Omnino autẽ in quæ propter dictionem sunt orationibus, semper per oppositũ erit solutio, quàm propter quod est oratio, vt si propter compositionem oratio, solutio diuidẽdo: si autem propter diuisionem, cõponendo. Rursum, si propter accẽtum acutum, grauis, erit solutio: si vero propter grauem, acutus. Si autem propter æquiuocationem est, oportet oppositum nomen dicendo, soluere: vt si animatum accidit dicere, negando non esse, manifestum quod est inanimatum: si vero inanimatum dixit, hic autem animatum colligat, dicendum quod est inanimatum. Similiter autem, & in amphibolia. Si autem secũdum similitudinem dictionis, oppositum erit solutio: putasne quod non habet, dabit aliquis? An non qd non habet, sed vt nõ habet? vt vnum solum calculum, putasne quod scit discens, vel inueniens scit? attamen non quæ scit: & si qd ambulat pessundat, non tamen quando. Similiter autem, & in alijs.

De Contradictione, idest recta solutione, & non sophistica. Cap. III.

CONuenit autem respondenti in omnibus interrogationibus, q præassumat, & respondeat ad sermonẽ falsum, & notificet eum cuius responsione ad eum, ex qua parte accidenti est falsum, quoniam hæc est contradictio recta. Ex quo falsum accidit syllogismo, aut ex parte eius præmissarũ: hoc est, q ambæ sint falsæ, aut altera earum sit falsa, aut ex parte eius compositionis & formæ, aut ex ambabus ipsis simul. Sic igitur recta contradictio contingit respondenti, quando diuideret sermonem sophisticum ad vtrãq; vtiarum partium, & speculatus fuerit, in qua earum acciderit mendacium, & si mendacium fuerit in ambabus, cognouerit illud. Hæc autem species syllogismi sophistici, cui possibile est contradicere in ambabus rebus, est facilior: hoc est, quæ corrupta fuerit secundum formam, & materiam, & si fuerit in alterutrarum, etiam cognoscet illam, siue fuerit secundum formam notius, q non concludat, siue secundum præmissas, & ablato eo, quod posuerat interrogans. Ambabus autem istis speciebus syllogismi possibile est contradicere secundum vnum modum. Quando autem hoc ita fuerit, tam conuenit ei, qui irrẽdit contradicere sermonibus syllogisticis, q primo speculetur an tale sermo sit syllogismus verus, aut putetur, q sit syllogismus, & non sit syllogismus: & hoc per speculationem eius formæ, & eius præmissarum: & si non declaratur ei hoc de illis, speculetur conclusio, an sit vera, aut falsa: et si fuerit falsa, diuidat ipsum syllogismum in eius materiam, & suã formam, & speculetur talium ex eis: postęq; tam declaratum fuit, q falsa conclusio fuit ex falsitate syllogismi, aut propter eius formam, aut propter eius materiam. Differentia autem magna est inter declarationem facilitatis mẽdacij in præmissis syllogismi in hora interrogationis de eis, & inter eius declarationem in conclusione: & hoc, quia eius declaratio in conclusione est facilis, quoniam non est aliqua interrogatio, quæ cogat nos ad repentinam responsionem: declaratio autem rei cum meditatione est facilior eius declaratione subitanea. In redargutionibus autẽ, quę accidunt propter æquiuocationem nominis, et propter huiusmodi in quibusdã accidit error, aut fallacia propter nomen æquiuocum acceptum in præmissis, & in quibusdam accidit propter nomen æquiuocum acceptum in conclusione: & totum hoc, quando non intelligitur, q significat plura. exẽpli gratia, quoniam qui receperit, q tacens sit loquens, loquens autem non est tacens, & putauit, q tam secuta sit ei redargutio, quæ est, q tacẽs non sit tacens. Causa itaq; eius redargutionis in hoc nõ est eius ignorantia in æquiuocatione, quæ est in præmissa dicente, q tacens loquatur: & hoc, quia, quando intellexerit ex ea significatum verũ, & recipiet ipsum, quod est, quia tacens habet potentiam ad locutionem: neque etiam causa eius redargutionis est eius ignorantia, quæ est conclusionis, quod est, quia tacens non est tacens, quoniam si proueniret secundum æquiuocationẽ, quæ est in conclusione, autem reretur, & diceretur, q tam verificaretur, q sit non tacens. ex parte qua habet potentiam, q non taceat, & q postea loquatur. Qui autẽ interrogauerit, & dixerit nunquid, quod scitet homo, nescit illud, & qui non scit, non habet scientiam de aliquare illius: sic q ergo homo non habet scientiam de aliqua re illius, quod scit, perfecta est respondenti ista redargutio, quando receperit ab eo istas præmissas. Accidit autem ei redargutio propter æquiuocationem, quæ est in cõpositione præmissæ dicentis, q illud, quod scitet homo, non scit, & hoc, quia hanc præmissam recipere, qui non extimaret, q intellectum per dictionem scit uit, aliquando redit ad scientem, & aliquando redit ad scientem. Sic q causa redargutionis hic, est æquiuocatio, quę est in præmissa, non æquiuocatio, quę sit in cõclusione, hoc autem est secundum oppositum primæ positionis.

De redargutione & euentibus æquiuocationi.

Redargutio autem in istis interrogationibus est propter multiplicitatem, quam significat nomen æquiuocum, aut dictio litigiosa. Annectitur autẽ secum redargutio, quando ex ipsomet sermone sequitur eius contradictorium. Hoc autem non accidit in syllogismo ducente ad impossibile in eum cui interrogationibus: & hoc, quia quidam syllogismus ducens ad impossibile est, cuius tantum sequens ab eo est cõtradictorium eius, quod suppositum fuerat in eo, sicut sequeretur ex nostra suppositione, q cæcus videat, & q cæcum non sit cæcum. Quidam autem est, cuius tantum est contradictorium præmissæ certæ, sed illa non fuerit posita pars syllogismi, sicut q sequatur ex dicto nostro, q cæcus imaginetur, q ipse imaginetur, & hoc est falsum, sed per ipsum non auterretur, quod suppositum fuerat.

De causa horum duorum redargutionis.

Cõtradictio autẽ, q est pp redargutiones, quæ fiunt pp æquiuocationem nois, aut in præmissis, sicut diximus, aut in conclusione, fit, quando præponat responsionem cum interrogatione, & diuidat nomen æquiuocũ in eius modos, & notificet notũ ex eo ab ignoto, quando autem appellauerit ipsum nomine, & respõdeat per conditionem, quæ est in illo, fiet præmissa vera secundũ modum replicationis, sicut si interrogaret ipse interrogans nunquid tacens loquitur, & diceretur verum est, q loquitur: sic q respõdebit et ad intercapiendũ ipsum, & dicet, immo hora eius silentij: sic q etiam si responderet,

De contradictione & secundum redargutionem & æquiuocationem, & de ipsius fallacia.

ret,ꝙ ille non loquatur,caperet hoc, & diceret, immo loqueretur in futurum. Fit etiam, quando interrogaretur,& diceret,nunquid quicquid scit aliquid non ignorat illud,& diceretur sic est: ille autem responderet, & subderet,et diceret,imo ex ea parte qua sciuerat ipsum: quando autem fecerit hoc,non perficeretur fallacia famosa,qua vsi sunt antiqui,quando recipiebant & dixerant,nunquid quicquid aliquam rerum nō ignoret eam omnino tu autē scis,ꝙ omnis binarius sit numerus par, non sciebas autem istum binarium, quem abscondērat a te,antequam demonstrassent:sicq; ergo tu scires aliquam rem,& ignorares eam simul. Dicimus autem,ꝙ soluatur ex parte qua scit, quia non sequitur illa fallacia, quoniam ille diceret scire illud scientia vniuersali, sed non particulari. Sicq; ergo illud, quod scit, non est illud quod ignorauit. Ille autem qui sciuerit, ꝙ fallacia fiat ex huiusmodi, quod est propter diuisionem, & propter compositionem, tam sciuerit etiā quo modo sit cōclusio istius fallaciæ,quando diceretur, ꝙ quando diuiditur, significat tale & quando componitur significat tale:duæ autem rationes sunt diuersæ, & non oportet, quādo diuiditur,& componitur, ꝙ significet vnā rem. Et iam aliquando non erit impossibile, ꝙ aggregētur in quadam dictione huiusmodi,& deceptio propter translationem a diuisione ad compositionem, & propter id, qđ accidit ipsimet compositioni ex æquiuocatione, sicut est sermo dicentis,nunquid scias,ꝙ iste percutiat, & si dixerit sic, dices an, & per hoc percutiat, & dixerit sic, dices:sicq; ergo scis,ꝙ iste percutiat, & per hoc percutiat:sicq; ergo id,quod scis,ꝙ eo percutiat, per hoc itaque percutit,& quod scis,ꝙ eo percutiat est tua scientia,sicq; ergo per tuam scientiam percutit. Hunc autem sermonem ingressa est fallacia duobus modis,quorum vnus est,quoniam id,quod verificatur diuisum non verificatur compositum & hoc,quia eius scientia. ꝙ per hoc percutiat,est verum,& ipsum etiam percutere per hoc est verum,quoniam eius dictum, ꝙ scit, ꝙ per hoc percutiat,fert insinuationem instrumenti & scientiæ.

De fallacia ꝙ p diuisionē & diuisionis

Scientia autem,quæ fit propter permutationē à diuisione in compositionem & e contra,non est speciei fallaciæ,quæ fit propter æquiuocationem,sicut putauerūt quidam homines,ꝙ ea habeat fallacia dictionalis fit per æquiuocationem & hoc,quia accidat diuersitas intellectus per æquiuocationem nominis nomine existente vno eodem:hic autem variatur intellectum per acceptionē nominis aliquando diuisi,et aliquando compositi,sicut variatur intellectum vnius eiusdem dictionis, quando cōiungitur et signum o,quod est o, aut signum i, aut a, & variatur vnum nomen scriptum ex eisdem literis cū varietate punctorum supra ipsum. Iam autem declaratum est, ꝙ non quicquid tollit ex fallacijs dictionalibus est propter æquiuocationem nominis ex exemplis, quibus vsi sunt quidam homines secundum fallaciam, & tulerunt ad hoc sermones famosos hominibus fuit cōporis ex capitulo fallaciæ quæ est ex æquiuocatione cōpositionis,amphibolia,& quæ est capitulo compositionis & diuisionis,exempli gratia,sermo dicētis, ego video oculo, quem video, quoniam intellectum huius dictionis variatur quando cōstructio qui est dictionis vides,aliquando redit ad oculum, & aliquando ad loquentem:manifestum autem est ꝙ non fit hic varietas intellectu propter æquiuocationem nominis, & similiter etiam est sermo dicentis,nunquid scientes naues Sicilie,nunc præsunt nobilitate habeat tres remones, ipsum nunc aliquando redit ad naues, & aliquando ad scientiam. exempli gratia, nunquid Socrates sit nobilis Philosophus,& corrigiarius vilis,sicq; ergo ipse est nobilis vilis,hæc autem falsa est capitulo vsus compositi secundum vsum diuisi secundum significationem, & huiusmodi etiā est sermo dicentis, nūquid nobilis doctor, cui est doctrina bona,sit bonus in se,doctoris autem vilis sit doctrina bona:sicq; doctor vilis est bonus, hæc autem fallacia fit nobis vtentibus composito secundum vsum diuisi: & hoc, quia cōpositum huius exempli est verum,diuisum autem est falsum. Famosorum autem exemplorum istius capituli apud antiquos est sermo dicentis,nunquid scieueris, ꝙ id,quod possibile est mihi ꝙ faciam,faciam illud,& possibile mihi est, quando non percutiam flagello,ꝙ percutiam eo, sicq; quando ego nō percutiam flagello,ꝙ percutiam flagello: & hæc fallacia est capituli vsus diuisi secundum vsum compositi, quoniam verificabitur de illo tempore, quo non percutiet,percutiam flagello,quoniam possibile est mihi percutere flagello,& si verificaretur de diuiso, ego percutiam flagello, absq; ꝙ coniungatur cum eo dictio possibile:sicq; ista fallacia est, ꝙ nō percipiat varietas dictionis percutit,quando coniungitur ipsi possibile, & percussioni simpliciter. Hæc autem contradictio non est sicut quidam homines putauerunt: ego autem puto, ꝙ ipse insinuet Platonem,quoniam non cuiusq; quod possibile est fieri, erit hora eius possibilitatis hora actionis, quoniam,si hoc ita fuerit,possibile tutlet, ꝙ ego percutiam quando percussi, quoniam hæc contradictio est appropriata huic loco ex parte eius materiæ, hoc est dictio possibilis qua vtitur in eo,& contradictio essentialis est rebus,quæ sunt vnius speciei,hoc autem est contradictio cum ipsamet interrogatione, non cōtradictio ad hoc est fallacia. Fallacia autem, quæ accidit ex accentu in elencho, non fit nisi ex minimo eius, siue fuerit in scriptis,aut ipsa dictione. Verbi gratia,de dictione est sermo dicentis,nonne domus est, quæ non quiescit, non quiescit autem est negatio quiescendi,sicq; ergo domus est negatio. Illius autem qui accidit propter depressionem vocis, & eius tenuitatem contradictio est facilis, & hoc, quando notificaret, quòd significatio huius dictionis, quando eleuatur non sit eius significatio,quando deprimitur & attenuatur. In ea vero, cuius figura dictionum est vna, & illa est in distinctis prędicamētis, cōtradictio elēchi fit,ex quo nouerit in quibus singulorum prędicamentorum sit vnaquęq; earum, quando genera prædicamentorum fuerint nobis nota, elenchus autem accidet in hoc, sicut est sermo dicentis,heus talis vidistin vnam eandē rem, quæ ageret, & pateretur simul?quando autem diceretur non,dicetur modo tam possibile est eund im hominī, ꝙ videat & videatur,quando videret seipsum, ꝙ videatur autē, & videat est,sicut ꝙ percutiatur et percutiat,& vniuersaliter agat & patiatur simul:quando autem aliquis homo videt seipsum, tam possibile est, ꝙ inueniatur vna eadem res,quæ agat,& patiatur simul. Hanc autem rē non inuenit:istud est absurdum, & inopinabile. Et huius contradictio est propinqua contradictioni elenchi, cuius causa est æquiuocatio nominis, quando nouerit figuram ipsius,videbit,ꝙ sit figura ipsius,videtur illud tacq; significat passionem, non actionem: & hoc, quia id simile est æquiuoco ex parte conuenientiæ in cōstructione dictionis,sicut fallacia, quę fit ex acceptione plurium interrogationum, ac si esset vna ex parte variantis videt ad videtur secundum dictionem,hoc est secundum literas,ex quibus componuntur,& quando interrogaret de pluribus interrogationibus vnica interrogatione:ex quo autem hęc consimilitudo, quæ est inter sermones deceptorios,tam inuenitur pluribus modis fallacium dictionalium,ꝙ sit similitudo fallaciarum, quæ caderent propter æquiuocationē nominis,sed non sunt ex illis.& ideo opinatus est ille,qui putauerat,ꝙ omnis fallacia fit propter æquiuocationem nominis. exempli gratia,si quis interrogauerit,& dixerit, nūquid ille, qui habebat

Differentia inter propositionem diuisā de possibili, & propositionem simpliciter, i. de inesse.

De fallacia accentus, & eius solone

De fallacia figuræ dictionis, & eius solutione.

habebat decem aureos,& proiecit vnum aureū ex eis, iam ipse non habet vnum aureum:et quando diceretur sic,diceretur nunquid ille,qui habet nouem aureos, habeat vnum aureum:sicq; ergo qui habet vnum aureum non habet vnum aureum. Hæc autem fallacia non est propter æquiuocationem nominis, sit autem, quia ille acceperat simpliciter quod verificatur connexum: & hoc,quia verificatur de eo,qui proiecit aureum vnum ex decem aureis, ꝙ non habeat vnum aureum, non ꝙ non habeat aureum simpliciter,& de illo, qui habet decem aureos verificatur, ꝙ habeat decē aureos,non vnū aureum simpliciter:sicq; ergo causa istius fallaciæ est, ꝙ id,quod verificatur cum alio, putaſ ꝙ verificetur,quādo acciperetur separatum:sicq; illa est capituli elenchi, qui fit propter diuisionem, & compositionem, aut absolutū connexi,i. simpliciter,& secundum quid. Et taliter etiam est, ꝙ interrogaret quispiam interrogans, & diceret,nunquid quod dedit homo non habet? et quādo responderetur sic, interrogaretur, nūquid quod habet homo,est quod dat, quando autem admiserit illam, illud tacq; quod habet, est id, quod non habet. Sicq; quando acceperit quod habet,& quod nō habet simpliciter appellatur iste elenchus,& simile est hoc sermoni dicētis, nunquid possibile sit, ꝙ quidam porrigat sine manu,& videat sine oculo,quādo autem dixerit ei ꝙ sic: sicq; ergo trunchus sine manu porriget, & cæcutiens sine oculo videt,sicq; ergo videt sine oculo. Et impossibile est, ꝙ videat sine oculo, hoc autem verificatur connexum non absolutū,& hoc,quia cęcutiens videt sine vno oculo,non sine duobus oculis, & sic etiam trunchus porriget manum vnam, non ambas manus. Quidam autē homines contradicunt huic fallaciæ, quia putauerunt eā esse propter æquiuocationem nominis, & dixerunt ad primum exemplum,quando dicebatur cæcutiens non videt,immo dicatur, ꝙ ille non videat non sicut diceretur de cæco, ꝙ ipse non videat, sed secundum dispositionem diminutam. Quidam autem eorum dixerūt ad secundum exemplum, ꝙ id,quod dat,sit ac si non esset, & quod acceperit est, ac si esset:sicq; ergo id,quod non habet dicitur multiplicatam,& eo magis id, quod habet. Quidam autem eorum dixit in contradictione huius, ꝙ tam det homo,quod non habet, & hoc ille qui dedisset vnum bonum, & quādo dederit ipsum permutabitur in acetum,sicq; tam dedit, quod non habet, & est ac si opinatus sit, ꝙ tales deceptorij sint capituli æquiuocationis nominis.res autem non est ita,quoniam licet recepisset hoc, ꝙ sit contradictio,ipsa tacq; est cōtradictio partium secūdum materiā,cuius hic elenchus est pars: & ideo qui sciuerit naturam huius loci,& contradixerit ei secundum eius naturam,impossibile est, ꝙ arguas ipsum. Et huius generis elenchi est sermo dicentis, vidistin hanc scripturam,nunquid verum sit dictum tuum, ꝙ sit scriptura hominis,& verum est, ꝙ tu non scripseris ipsam,et tu es homo,sicq; ergo est scriptura hominis & non scripsit eam homo, huius autem contradictio ē, ꝙ dicatur scripsit eam homo aliquo alio,non homo simpliciter. Et huius generis,hoc est,ex dictionibus, est sermo dicentis, vidistin quod addiscit homo est id quod addiscit,ipse autem addiscit graue & leue: sicq; homo ē grauis & leuis. Modi autem contradictionis sunt ꝙ dicatur, ꝙ dictio est, ꝙ verificatur de scientia, non de homine. Et huius summæ est sermo dicentis id quo homo ambulat, ipse calcat ipsum, homo autem ambulat die, ipse itacq; calcat diem. Modus autem contradictionis eius ē, ꝙ dicatur, ꝙ iter quo ambulat ipse calcat sed non calcat tempus, quo ambulat, oppositio autem est ꝙ pter æquiuocationē constructionis seu amphibologiā, qm̄ eius significatio loci nō est sua signiatio tpis. Aliud etiā exēplum est, quod est sermo dicentis, iste homo est homo particularis aut vniuersalis, si autem sit particularis est in te demonstratus, qui es tu, quia vos duo estis particulares,sed non es tu, si autem est vniuersalis esset genus,demonstratus autem non est genus, sicq; est genus & non esset genus. Sicq; modus huius contradictionis est, ꝙ dicatur, ꝙ demonstratus sit,res tertia,ꝙ non est homo vniuersalis & particularis,& ꝙ homo sit vniuersalis in habitudine ad singulares hominis, & est particularis in habitudine ad aliquem hominem demōstratum,demonstratus vero est, quod non est vniuersale neq; particulare. Et vniuersaliter conuenit ei,qui contradixerit istis elenchis,qui sunt ex dictionibus, ꝙ eius contradictio fiat per oppositum loci,ex quo interrogās concluserat elenchum, & si fallacia fuerit propter diuisionem compositi,oppugnabit eum per compositionē. Et si esset propter eleuationem, contradiceret ei per vocis tenuitatem, contrarium autem e contrario. Istę autem sunt omnes contradictiones,quibus cōtradiximus elenchis dictionalibus.

De diluendis argutijs accidentis. *Cap. IIII.*

ADillas vero,quæ propter accidēs,vna quidem solutio est ad omnes: nā,quia indeterminatum est quando dicēdum de re, cùm quippiam accidenti ineſt,& in quibusdam quidem videtur,& dicunt,in aliquibus autem non dicunt necessarium esse: dicendum igitur cōformantes similiter ad omnes quod nō est necessarium:habere autē oportet quo retellat dicendo id, perinde est vt. Sunt autē omnes huiusmodi orationes propter accidens:putasne id scis,quod debeo te interrogare? Age cognoscisne venientē, aut coopertum? Statua ne tuum opus est? An tuus canis pater? Sunt ne pauces pauca,pauca? manifestū enim ē in omnibus his, qm̄ non necesse est, quod de accidente dicitur,& de re verum esse:solis enim ijs, quæ secundum substantiam sunt indifferentia,& quæ vnum sunt, omnia videntur eadem inesse;bono autem non idem est bonum esse, & venturum esse interrogare, neq; venientī, aut cooperto,& venientem esse, & Coriscū, quare nō si cognosco Coriscum,ignoro autem venientem,eundem cognosco: & ignoro,neq; si hoc est meū, est autem opus, meū est opus,sed possessio,vel res,vel aliud quippiam:eodem autem modo, & in alijs. Soluunt autem quidam interimentes interrogationem:dicunt enim contingere eandem rē cognoscere,& ignorare,sed non secundum idem:venientem igitur non noscentes,Coriscum autem noscentes,eundem quidē cognoscere,& ignorare dicunt, sed non secundum idem. Attamen primum quidē, quēadmodum iam diximus, oportet earū, quæ propter idem sunt orationum eandem esse solutionem:id autem non erit si quis non in cognoscere, sed in quod est esse, aut aliquo modo

Captiones accidentis.

Diluuntur quędā interimentes.

modo se habere ipsum quod approbant, sumat, (vt si hic est pater, est autē tuus.) nā tam etsi in quibusdam id verum est, & contingit idem cognoscere, & ignorare, tamen hic nihil commune habet quod dictum est. Nihil autem prohibet eandem orationem plures vitiositates habere, sed non omnis peccati manifestatio, solutio est. Nā possibile est ostendere quempiam, quòd falsum quidem syllogizauit, propter quod autem nō ostendere, vt Zenonis orationem quod non est moueri, quare, & si quis conetur colligere, vt ad impossibile, peccat, et si millies syllogizet: non enim est hæc solutio, nam erat solutio manifestatio syllogismi falsi, propter qđ falsus: si igitur non syllogizauit, quāuis aut verū, aut falsum conetur colligere, illius manifestatio, solutio est. Fortasse autem, & id in quibusdam nihil prohibet accidere, verū in his nec hoc videbitur: nam & Coriscum quod Coriscus, cognoscit, & venientem, qđ veniens. Contingere autem idem cognoscere, et non, vt quod album quidem cognoscere, quod autem musicum, non cognoscere: sic enim idem cognoscit & nō cognoscit, sed non secundum idem, venientem autem & Coriscum, & quod veniens, & quod Coriscus, cognoscit. Similiter autem peccant, & qui soluunt, quoniā omnis numerus paucus, vt ꝛ quos diximus: vtpote qui cū non concluſum est, id omittentes, verum cōclusum esse dicūt, omnia enim esse, & multum, & paucum dicentes, peccant. Quidam autem, & duplici soluunt syllogismos, vt quoniam tuus est pater, aut filius, aut seruus. Attamen manifestum, quoniā si eo quod multipliciter dicitur, apparet redargutio, oportet nomen vel orationem proprie esse plurium: hunc autem esse huius filium, nemo dicit proprie, si dominus est filij, sed propter accidēs cōpositio est, (puras ne est hoc tuus sic. est autem hoc filius, tuus igitur filius,) quia accidit esse & tuum, & filium, sed non tuum filium. Et esse aliquid malorum bonum, nam prudētia est disciplina malorum. Hoc autem horum esse non dicitur multipliciter, sed posse hoc: liquidem fortasse multipliciter: nam, & hominem animalium dicimus esse, sed non posse hoc, & si quid ad mala dicitur, vt aliquorum: propter id malorum est, sed nō hoc malorum: propter id igitur quod aliquo modo, etiam simpliciter apparet, quandoquidem contingit fortasse bonum esse aliquid malorum dupliciter, non tamen in oratione hac, sed magis, si quod manet ipsum, sit bonum mali: fortasse autem neq; sic, non enim si bonum est, & huius, bonum huius simul: verum neque hominem dicere animalium esse, dicitur multipliciter: non. n. si aliquid significamus auferentes, id dicitur multipliciter: nam & dimidium dicentes versus da mihi, Illida significamus: vt, iram pande dea.

Insufficiēs solutio.

De fallacia accidentis, falsaque responsione ad illam. Cap. IIII.

CONtradictiones vero, quæ fiunt rebus sophisticis, sunt, quia contradictio cuiusq;, quod est sm accidens, est vna eadem contradictio in se, quæ est ex essentia eius, quod est sm accidēs, hoc est, q̄ sciat q̄ hoc non sit illis semper, neq; omnibus, qm̄ quod est sm accidens inuenitur rei aut in minori tempore, aut in pauciori subiecto, aut in pauco vertusq;. Contradictio autem propria istius loci est, quando dicitur, q̄ hoc sit res, quæ accidit, & non sit necessario, hoc autem est manifestum, quando aduertemus ad elenchos, qui sunt sm accidens, sicut est eorum dictum, tu talis ignoras, quod intendo te interrogare, quādo autem interrogauero te ipsum, tu noueris illud, ergo tu ignoraueris & noueris illud simul: & sicut est dictum nostrum, tu talis cognoscis Socratem, & non cognoscis q̄ ipse ingrediatur domum, & hic ingrediens est Socrates, sicq; tu cognoscis ingredientem, et non cognoscis ipsum simul: et sicut est dictum nostrum, hic est pater, & est tuus, ergo ē pater tuus. Aliud exemplū est ex famosis, & est, q̄ omnis numerus est multus, quia numerus est multitudo quædā, & omnis numerus, qui est paucior alio, est paucus, sicq; omnis numerus ē multus & paucus simul. Omnes isti elenchi soluuntur, quando dicitur, q̄ hæc dispositio accideret, & q̄ non sit necessaria, & q̄ acciderit huic Socrati, q̄ interrogaueris de eo, & ignoras ipsum ex parte qua interrogasti de eo, sed non ignoras ipsum ex parte qua est Socrates, neq; esse interrogatum de eo est semper, neq; necessarium, & sic accidit Socrati si ingrediatur domum, q̄ ego cognoscam ipsum q̄ sit Socrates, & ignorem de eo dispositionem, quæ accidit ei: sicque est ipsum ingredi domum, & sic etiam est responsio latentis q̄ sciamus & nesciamus ipsum. Quidam vir autē (per quem puto innuere Platonem) est qui contradixit his elenchis ex eo, q̄ dixit, q̄ nō sit impossibile q̄ sciam vnam rem ex quadam parte, & ignorem ex aliqua parte. Sed hanc cōtradictionem impedit breuitas pluribus modis, quorum vnus est, quia impossibile est q̄ fiat in contradictione cuiusq;, quod est sm accidens, sicut est sermo dicentis præcedens, hic est tuus, & hic est pater, ergo est tuus pater, et non est tuus, quoniam contradictio huius est, q̄ dixit, q̄ accideret tibi, q̄ iste e, qui est tuus, sit pater, & non est ex parte, qua est tuus, contradictio autem oportet q̄ sit vniuersalis & continēs totam falsitatem inuentam in præmissa falsa, & hoc, quia tam inueniuntur in vna eadem præmissa diuersi modi falsitatis, & oportet vt contradictio sit contradictio, quæ diuidat omnes modos, qui sunt cōclusionis falsæ. Præterea qui contradicit syllogismo ducēti ad impossibile litigioso, quando sciuerit conclusionem, quā putauit arguens, q̄ sit impossibilis, cē possibilem, destruxit, q̄ illa sit ars syllogismi elenchi, quoniam elenchus, quem intēderat, nō perficitur, & hoc, quia quilibet, qui composuerit syllogismum ad declarandum per ipsum aliquam rem ducendo ad impossibile, & concluserit conclusionem possibilem non impossibilem, nō declararet aliquam rem, licet composuisset mille syllogismos huius dispositiōis, sed

sed quando non declararet homo ex syllogismo falso, nisi hanc mensuram, non declararet rem à falso, quod est in ea, neque accidens eius, neque construendo, neque destruendo. Fortasse autem ipsum ponere conclusionem possibilem facit putare, quòd ipse receperit illas præmissas veras, quoniam iam existimatur, quòd illud, ex cuius positione nō sequitur falsum, ipsum est verum, sed non est vtique ad destruendum præmissas falsas per syllogismos ducentes ad impossibile, qui oppugnant, hoc est, qui concludunt contradictorium eius, quod positum est, nisi recipiendo, quòd cōclusio sit falsa. Exempli gratia, quia qui contradixit sermoni Zenonis in destructione motus, qui dicit, quòd si motus esset eius, oportet, quòd mobile transiret ante complementum processus eius medium, & ante illud medium medium illius etiam, & ex quo media, quę sunt in vno processu sunt infinita, sequeretur, quòd mobilia transirent itinera infinita tempore infinito, hoc autem est repugnans impossibile: sicque ergo motus non est ens. Si autem diceret contradicens, quòd illud consequens non sit impossibile omnibus modis, eius autem impossibilitas est, si posuissemus, quòd transiret ea temporibus finitis, non est autē impossibile si poneremus, quòd transiret ea temporib⁹ infinitis, quoniam dispositio temporis, & progressus est vna secūdum id, quod sequitur ex hoc. Ille itaque contradixit huic syllogismo secundum hunc modum, hic etiam destruxerit syllogismum, qui conatus est destruere motum, tamen non accidit per declarationem falsi, quod est in eius præmissis. Ille vero contradixit huic elencho sophistico ex eo, quòd dixit, quòd mobile non transit ante complementum spatij spatia multa, sed transit vnicum spatium vnico tempore: oportuisset autem, quòd trānsiret multa spatia, si vnus motus esset compositus ex pluribus motibus in actu, & sic vnum spatium ex spatijs, iam itaque contradixisset falso præmissarum: & ideo dicemus, quòd illa contradictio sit secundum orationem, hæc autem secundum ipsammet rem. Præterea, quia hæc contradictio tam debilitatur etiam secundum artem Topicæ, quoniam non est famosum, quòd dicatur, quod vna eadem res sit aliquo modo vera, & aliquo modo falsa, aut nota secundum quid, & ignota secūdum quid. Sed contradictio famosa in talibus reb⁹ est, quòd dicatur, quòd notum sit id, quod non est ignoratum, quoniam si Socrates esset quo ingressus fuit domū, aut ille de quo fuit interrogatum, oportuit, quòd Socrates sit ingressus domum necessario, quatenus Socrates perseueranerit esse, & sic quatenus perseueranerit ille, de quo est interrogatum, ēt sit vnus Socrates, qui est, & ingressus est domum, aut de quo est interrogatio: sicque ergo, quod notum est de Socrate apud vulgus est Socrates, quando notus est per se, & ignotus est per accidens: quia qui nouerit, quòd hic sit albus, & ignorauerit, quòd ipse sit musicus, tam cognouisset aliquam rem, & ignorasset rē aliam. De contradictione autem elenchi, quo sequitur, quòd numerus sit multus, & paucus simul, quando receperit falsum, quod est in eo, dicimus, quod iam possibile est, quod sit multus in comparatione, ad quod est vltra ipsum, intra ipsum, & paucus in cōparatione, ad qđ est vltra ipsum. Iam itaq; contigit et talis breuitas, qualem diximus, sed eius cōtradictio perfecta est, q̄ dicatur et, q̄ non omnis numerus sit multus, quoniam binarius est numerus, & non est multus.

Quidam hominum autem est, qui visus est etiam sibi, quòd contradicamus elencho famoso, in quo dicatur, quod hic sit pater, & est tuus, sicq; est pater tuus, & non est pater tuus, est quidē seruus tuus, propter æquiuocationem, quæ est dictionis tuus, quoniam significat possessionem, & significat non possessionem: & sicut est sermo dicentis, ille est seruus, & est tuus, sicque est seruus tuus. Et non sicut putant quidam, quia vnus putaret de dictione tuus, quando coniunxerit eam ad filium, aut ad patrem, quod illa prædicetur de possessione, & ideo nō est hic ita fallacia, nisi quia accidit huic, qui est tuus, quòd sit ita: sicq; etiam est dispositio serui, quia nemo contingeret ei dictionem tuus, et putaret eum res quæ non sit possessio: sicq; non est deceptio huius, nisi quia est ei per accidens, & est quod accideret ei, qui est filius tuus, quòd sit seruus. Et ex hoc est, quòd omnis scientia est bona, & quędam scientiæ malorum sunt malæ, quædam ergo scientiæ sunt itaque quid bonum, & non bonum, quoniam iam putatur, quod fallacia hūs prouenerit propter æquiuocationem, quæ est gentium, quoniam quatenus attribuimus genitiuum malis, & ad æquiuocationem, quæ est, ac si diximus, quòd hō sit alalis, nemo intelligeret ex hoc attributo, nisi vnā rem solum, sed fallacia accūs huic est propterea, quia putauerat, q̄ id, quod accideret malo, sit malum simpli, & non est ita. Id autem est malū ex parte qua accidit ei, q̄ sit notitia mali, non q̄ illud sit malum, immo est notitia.

De vera responsione ad prędictam fallaciam.

Quando autem suppositā fuerit res vera simpliciter, ex parte qua est in vno prædicamento ipsorum prædicamentorum, aut substantiæ, aut quantitatis, aut qualitatis, aut relationis, non accidit ei, quòd putetur de eo, quòd tam secutum sit ab eo suum contradictorium, sicut putatur, quòd sequatur hoc ex aliquib⁹ rebus. Res autem, ex quarum positione putatur, quòd accidat contradictorium illius rei, quæ posita fuerat, sunt quæ mutantur compositæ ex diuersis prædicamentis, & vniuersaliter ex generibus diuersis: verum tamen, quando acciperetur res, ex parte qua est composita cum aliquo genere, & sequitur ab illa eius contradictorium, ex parte qua est simplex, tam non sequitur eius contradictorium secundum veritatem, sed putatur, quòd sit contradictorium: & ideo tit hæc contradictio, quando appareat hæc res, quæ componitur secum, adeo, quòd putaretur, quod ex eius positione sequatur eius ablatio, & ex eius affirmatione sequitur eius negatio. Et omnes fallaciæ, quæ constituuntur secundum hunc locum, quando considerantur, apparet, quod hæc sit earum causa, sicut quando dicitur vidistin amicē. nonne est impossibile, q̄ sit ens ex non ente: quando itaq; dixerit, q̄ sic dicetur et, nonne hic equus est ens ex non ente equo: sicq; ergo ei est ens ex non ente, & ex ente simul: & hoc, quia ens in primo sermone accipitur simplex, & in secundo complexum, & concluſit contradictorium simplex. Et non est impossibile enti simplici, q̄ sit non ens compositū: hoc est, q̄ ens simpliciter sit non ens equus. Et sic etiam fallacia, qua dicitur, nunquid q̄ homo turet verum, est bonum, & q̄ turet fallum, est turpe. Sicq; ergo q̄ turet est bonum & turpe simul: & hoc, quia iuramentum nō accipitur in duobus sermonibus simplex, sed accipitur complexum cum attributione rerum contrariarum, & putatur, q̄ sit contrarium, & si acciperetur, q̄ turet simplex latēs in duobus locis, esset fallum, q̄ putetur de eo, q̄ accidat ei ex eius positione eius ablatio. Et huius generis est, qñ dicitur, vidistin tantatem? nonne est bona, mala autem est mala: sicq; est bona, et mala simul. Et sicut, qñ dicitur, nonne diuitiæ eius, qui verum opib⁹ sunt bonæ? malorū autē sunt malæ. Ita q; diuitiæ sunt bonæ & malæ simul. Et alij elenchi, quib⁹ vtitur Aristi. in hoc cap. oēs ingrediuntur hoc genus. Et huius causa est hęc eadem cā, & modus corū cōtradictionis est iste idē modus: hoc est, q̄ consideremus disponē præmissarū in se, & disponē earū cū conclione, & cognoscamus dispone, qua differūt, posse q̄ ipse est, q̄ sequat ex aliqua re eius contradictorū, & nō putaret hoc de ea, qñ acciperetur simplex, sed qñ acciperet cōplexa, sicut diximus.

De solutione sex vltimorum locorum extra dictionem. Cap. V.

EAs vero quæ sunt propter id, quod præcipue, illud autem, vel qua, vel vbi, vel aliquo modo, vel ad aliquid dicitur, & non simpliciter soluendū est, considerando conclusionem ad contradictionem, si contingit horum aliquid passas esse. Nam contraria, & opposita, et affirmationem, et negationē: simpliciter quidem impossibile ineſſe eidē, qua autem vtrumque, vel ad aliquid, vel aliquo modo, vel hoc quidem qua, illud autē simpliciter nihil prohibet, quare si hoc quidem simpliciter, illud autem qua, nondum est redargutio. Hoc autem in conclusione considerandum, ad contradictionem. Sunt autem huiusmodi orationes omnes id habentes: putasne contingit quod non est esse? attamen non est aliquid id, quod nō est. Similiter autem, & quod est non erit: nam, non erit aliquid cum sunt. Nunquid contingit eundem simul bene iurare, & peierare? Nunquid possibile est simul eidem, suadere & dissuadere? An neque esse quid, & esse, idem? quod autem non est, non si est quid, etiam est simpliciter. Neque si bene iurat id quidem, & qua, necesse est & bene iurare: nā qui iurat se peieraturum, bene iurat peterās hoc solum, at non bene iurat. Neque qui dissuadet, suadet, sed secundum quid suadet. Similis autē ratio est, & de eo, quod est mentiri eundem simul, & verum dicere, sed propter id, quo nō est facile inspicere vtrū quis assignet simpliciter veracem esse, vel mēdacem, difficile apparet. Prohibet autem eundem nihil simpliciter quidem esse mendacem, qua autem veracem, vel alicuius esse veracem autem non, similiter autem, & in ad aliquid, & vbi, & quando: omnes enim huiusmodi orationes propter id accidunt. Putasne sanitas, vel diuitiæ bonum? attamen insipienti, & non recte vtenti non bonum: ergo bonum, & non bonum. Est ne sanum esse, vel potestatem habere in ciuitate bonum? verumtamen est quandoq; non bonum: idem igitur eidem bonum, & non bonum. An nihil prohibet quod simpliciter est bonum, huic non esse bonum? aut huic quidem bonum, at non nunc, vel non hoc in loco bonum. Putasne quod non vult sapiens, malum? amittere autem non vult bonum, malum igitur bonum. Nō enim idem est dicere malum est bonum, & amittere bonum. Similiter autē, & quæ de ture est oratio, non enim si malum est fur, etiam capere est malum, ergo vult malum, sed potius bonum: nam capere bonum est. Et ægritudo malum est, sed non amittere ægritudinē malum. Putasne iustum iniusto, & quod iuste eo quod iniuste magis eligēdum est? sed mori iniuste magis est eligendum. Putasne iustum est sua habere quenque? quę autem aliquis adiudicabit secundum opinionem suā & si sit falsa, sua sunt ex lege, idem igitur iustum & iniustum. Et vtrum oportet iudicare eum, qui iusta dicit, an qui iniusta? at vero eum, qui iniuriā passus est, iustū est abunde dicere, quæ passus est, ea autem erant iniusta. Nō enim etsi pati aliquid iniuste eligendum, id quod est iniuste eligibilius, & quod iuste, sed simpliciter quidem quod iuste: hoc autem nihil prohibet si iniuste, an iuste? & habere sua quenque iustum, aliena autē nō iustum. Iudicium vero hoc iustum esse nihil prohibet, vt quod sit secundum opinionem iudicantis: non enim si iustum est hoc modo vel huic, & simpliciter iustum est. Similiter autem, & quæ iniusta sunt, nihil prohibet dicere ea iustum esse: non enim si dicere iustum est, necesse est iusta esse, sicut nec si est vtile dicere, vtilia: similiter autem & in iniustis, quare non si quæ dicuntur iniusta, qui dicit iniusta conuincitur: dicit enim quę dicere est iusta, simpliciter autem & quæ pati iniusta. Iis autem, quæ propter definitionem fiunt redargutiones, quemadmodum dictum est prius, obsistendum considerantibus conclusionem ad contradictionem, vt si idem, & secundum idem, & ad idem, & similiter, & in eodem tēpore. Si vero in principio interroget, non contrendum, (quoniam impossibile est idem esse & duplum, et non duplum,) sed dicendum, non sic vt forte sit redarguere contentem. Sunt autem omnes hæ orationes propter hoc. Putas qui nouit, quodque quod quamque cognouit rem: & qui ignorat similiter? cognoscens autem quis Coriscum quod Coriscus, ignorabit quod musicus, quare idem cognoscit, & ignorat. Putasne quadricubitum tricubito maius? fieri enim potest ex tricubito quadricubitum secundum longitudinem: maius autem minore maius, idem igitur eodē secundum idem maius, & minus. Illa vero, quæ fiunt propter id, quod petunt, atque sumunt quod in principio, si interroganti quidem manifestum sit, non dandum, neque si probabile sit dicentem esse veracem: si autem lateant, ignorantiam ob vitiositatem

talium

Captiones fiunt, si dictum quæ & vane enunciata.

Inscitia redargutionis.

talium orationum ad interrogantem retorquendum, tanquam non redarguentem: nā, redargutio sine eo est, quod in principio: deinde datum est, non vt eo vteretur, sed vt ad illud colligeret contrarium, vt in non semotis redargutionibus. Et eas, quę propter cō sequens sunt coniectantes, in ipsa oratione monstrandum: est autem duplex sequentium consequentia, aut enim vt particulare sequitur vniuersale, vt hominem animal, (postulant enim si hoc cum illo, & illud esse cum hoc,) aut secundum oppositiones: nam si huic est illud consequens, & oppositi oppositum: propter quod, & Melissi oratio, nam, si genitum est, habet principium: ingenitum postulat non habere principium, quare si ingenitum est cœlum, & infinitum, id autem non est, è conuerso enim consequentia. Quæcunq; autem propter id, quod additur aliquid colligunt, considerandum si (eo sublato) accidit nihil minus impossibile: deinde id manifestandum, & dicendum quòd dedit non tanquam videretur, sed vt ad orationē, quo vero vsus est, nihil ad orationem. Ad eas autem, quæ plures interrogationes vnam faciunt, statim in principio determinādum est. Nam interrogatio vna est, ad quam vna responsio est, quare neque plura de vno, neque vnum de pluribus, sed vnum de vno affirmandum vel negādum. Sicut autem in æquiuocis quandoque quidem ambobus, quandoq; neutri ineſt, quare cum non simplex est interrogatio, simpliciter respondentibus nihil accidit pati, similiter & in his, quādo igitur plura vni, vel vnū pluribus ineſt, vel non ineſt, simpliciter danti, & hoc peccato peccanti nihil contrarium accidit. Quandoque autem huic quidem ineſt, illi autem non, aut plura de pluribus, & est, vt insint ambobus, est autem, vt non insint rursum, quare id cauendum. Vt in his orationibus, si hoc quidem est bonum, illud autem malum, quod verum est dicere, quoniam hæc bonum, & malum: & rursum, neque bonum, neque malum, non enim ineſt vtrunque vtriq;, quare idem bonum & malum, & neque bonum, neque malum. Et si vnumquodque ipsum sibi idem est, & alijs diuersum, quoniam nō alijs eadem sed sibi, & diuersa eisdem, ipsa sibimet diuersa & eadem. Amplius, si bonum quidem malum sit, malum autem bonum, duo vtique fient. Et duorum & inequalium vtrunq; ipsum sibi esse æquale, quare æqualia, & inæqualia ipsa sibi. Incidunt autem hæ orationes, & in alias solutiones, nam ambo, et omnia, plura significant, non igitur idem præter nomen accidit affirmare, & negare: id autem non erat redargutio, sed manifestum, quoniam si non vna interrogatio plures fiant, sed vnum de vno affirmet, aut neget, idnon erit impossibile.

Sermo de Cautela ad secundum quid, & simpliciter, seu ad secundum accidens, & necessarium. Cap. V.

COnuenit autem respondenti, ꝙ aduertat sermonem redarguentis, qui accidit propter omissionem conditionis ipsius contradictorij. Et primo quidem, an ne sermo inferat contradictorium positionis, necne: & si non inferat aduertēdum, an medius terminus accipiatur in duabus præmissis secūdum vnam dispositionem, aut secundum duas dispositiones diuersas, & an extremitas maior & minor sint eædem in conclusione secundum vnam dispositionem, aut differant secundum aliquam dispositionem: quia, quando obseruarentur istæ res, non fieret elenchus ex hoc capitulo, & quando interrogaremus de aliqua rebus, an sit ita, aut non sit ita, non reciperetur illud simpliciter, sed diceretur est ita ex tali parte, & non est ita ex tali parte. sicut si interrogaretur, an binarius sit duplus, aut non duplus, & diceretur ꝙ sit duplus talis, aut non duplus talis. Et fallacia, quæ sunt huius capituli, sunt, sicut sermones dicentis, nōne qui addiscit rem non ignorat eā? & qui ignorat rem nescit eam? & si responderet sic, tūc diceretur, tu scis Socratem, quòd sit Socrates, & nescis, quòd sit musicus, tu itaque cognoscis ipsum, & ignoras eum simul.

De cautela ad dicta ex interrogationibus simul posita.

Et plurimum conferet cauere in interrogationibus, quando coniungerentur duæ interrogationes in vnam interrogationem, ꝙ non respondeatur ad eas secūdum duas dispositiones oppositas, quādo esset in illis rebus, de quibus interrogaremus, ac si esset vna res. sicut si interrogaretur de duobus hominib⁹, quorum vnus esset iustus, & alter iniustus, & diceret quispiam, ꝙ sunt iustus & iniquus, quoniam hoc etiā verificatur de aggregato eorum: quoniam, quando responsio esset tua, tunc esset sophistarum locus plurium fallactarum ex hoc, qa ipsi dicerent, si vtrique esset iustus & iniquus, ipsemet iustus esset iniquus, & iniquus iustus, aut iniquus non iniquus, & iustus non iustus.

De cautela ad dicta ex interrogationibus aggregatis.

Et non euaderemus ab hac fallacia, si terremus dictionem aggregati si esset vniuersitas, & dictionem duorū, si duo, & ideo non conuenit, ꝙ sit responsio in talib⁹ rebus per oppositas, licet esset vera, quia aperiret litigantibus tantam magnam, licet manifestum sit, ꝙ nō accedat talis responsio secundū veritatem, quia quod verificatur de aggregato, non verificatur de vnoquoq; eorū.

Dilutiones negationis, & solæcismi. Cap. VI.

Locus ꝑ negationē.

INillis autem, quę deducunt ad idem frequenter dicere, manifestum quòd nō dandum eorum quæ ad aliquid dicuntur significare aliquid separatas per se prædicationes, vt duplū, sine eo quòd est dimidij quid ineſse apparet: nam & decem in deficientibus vno ad decem, & facere in nō facere, & omnino in negatione affirmatio, non tamen si quis dicat hoc non esse album, dicit idem

album esse: duplum autem neque significat aliquid fortasse, quemadmodum, neq; quod in dimidio, quod si forte significat, attamen non idem, & coniunctum, neque scientia in specie, vt si est medicina scientia, ipsum quod commune, illud autem erat scientia scibilis. In ijs autem, quæ per se ostenduntur prædicatis, id dicendum, quòd non idem est seorsum, & in oratione quod ostenditur: nam caum communiter quidem idem significat in simo, & curuo, additum autem, nihil prohibet hoc quidem naso, illud autem cruri significare, & nihil differt dicere, nasus simus, & nasus cauus. Amplius, non danda est dictio secũdum rectum, falsum enim est, nam non est simum nasus cauus, sed nasi hoc vt passio, quare nihil est absonum, si nasus simus est nasus habens cauitatem nasi. De solœcismis autem propter quid apparent accidere, diximus prius, quo modo autem soluendum, in ipsis orationibus erit manifestum. Omnes enim huiusmodi volunt construere. Putas quod dicis quippiam vere esse, etiam est illud vere? dicis autem quippiã lapidem esse, est igitur quippiam lapidem. An dicere lapidem non est dicere quod, sed quem non hoc sed hunc? si igitur dicat aliquis, putas quem vere dicis est istum? non videtur Romane loqui. quemadmodum neque si dicat, putas quam dicis esse, est iste? lignum autem dicere iste, vel quæcunque neque masculinum, neq; femininum significant, nihil refert: quare etiam non fit solœcismus, si quod dicis esse, est istud: lignum autem dicis esse, est igitur lignũ istud: lapis autem est iste masculini habẽt declinationem. Quod si quis dicat putasne iste, illa est? deinde rursum, quid autem nonne iste est Coriscus? ita dicat. est igitur illa, non colligit solœcismum, si Coriscus etiam non significet idem quod illa: non dat autẽ qui respondet, sed oportet hoc præinterrogare, si autẽ neque est, neque dicit non colligit, neque in eo quod est esse aliquid, neque ad eum qui interrogatus est. Similiter igitur oportet, & illic lapidem significare iste, si autem neque est, neque datur, non dicenda cõclusio: apparet autem eo quod dissimilis casus nominis, simulis appareat. Putasne verum est dicere, quoniam ista est id, quod esse ais eã: esse autem ais aspidem, est igitur ista aspidẽ. An non necesse est, si non ista, aspidem significat, sed aspis aspidem autem istam, neque si quem dicis esse istum est iste: dicis autem istum, esse Cleonem: est igitur iste Cleonem, non enim est iste Cleonem, dictum est enim, quoniam quem dico istum esse, est iste non istum, neq; enim Romane dicetur quo pacto interrogatio dicta. Putas, istud scis? istud autem est lapis, scis igitur lapis. An non idem significat istud in eo, quod est putas istud scis, & in hoc, istud autem lapis: sed in primo quidem hunc, in posteriore autem hic. Putasne cuius scientiam habes, scis illud? scientiam autem habes lapidis, scis igitur lapidis. An huius quidem lapidis, dicis, hunc autem lapidem? datum est autem cuius scientiam habes illud scis, non illius, sed illud, quare non lapidis, sed lapidem. Quòd igitur huiusmodi orationes non colligunt solœcismum, sed apparent, & propter quid apparent, & quomodo est obsistẽdum illis, est manifestum ex ijs quæ dicta sunt.

Loquit. p solœcismo.

Sermo de Negatione, & eius Solutione, et Cautela ab ea. *Cap. VI.*

QVando autem interrogans interrogaret de loco, qui conducit respondẽtem in nugationem est, sicut diximus, secundum duo loca, quorum vnus est in notificatione rerum, quæ sunt relationis, & secundus est in definitione rerum, in quarum definitionibus accipiuntur sua substantia: conuenit itaque respondenti, quando interrogatur de rebus relatiuis, & coegerit ipsum interrogans in nugationem, ꝙ declaret, quòd impossibile sit, quod hoc notificet substantiã vnius earum, nisi quando acciperetur in ea substantia alterius, quando notificaretur ex parte qua sunt relatiua, non ex parte qua sunt in alio prædicamento. exẽpli gratia, quia nõ sciretur duplum, inquantum est duplũ, nisi per scientiam medij. Iam autem, quòd notificet per suam substantiam non esse ex parte qua est relationis, sed ex parte qua est quantitatis, sicut ꝙ sciret, ꝙ duplum sit binarius, aut quaternarius, sed qui sciret, ꝙ duplum sit binarius vel quaternarius, non sciret relationem: & sic qui sciret scientiam ex parte qua est alicuius artis artium, ac si diceres scientiam medicinæ, ipse quidem sciret ex parte qua est capituli qualitatis, non capituli relationis: & si sciret ipsum in capitulo relationis, non sciret ipsum nisi per rem, ad quam est, & quòd declaretur vniuersaliter, quòd non accidat ex nugatione, inquantum notificaretur contradictorium nugationis: & hoc, quia qui definiunt denarium, quod sit numerus qui componitur ex vnitate, & vnitate, donec consumeret vnitates quæ sunt in eo, tam nugaret, & non conduceret falsum mendacium: & sic definitiones affirmatiuæ nugantur in esse negatiuæ: & non prouenirent ex hoc impossibile: & hoc, quia negatio dicti nostri facere, est non facere, & illud est negatio sui prædicamẽti. Et qui respondet de re an sit alba, quòd non sit alba, tam nugatur: sed nemo vsus est sibi quòd tulerit impossibile, quando autem coegerit respondẽtem interrogationis ex definitionibus accidentium, quæ sunt in sua definitione in nugationem, sicut si interrogaretur quid est nasus aquilinus, esset differentia inter id, quod interrogauerit de eo, & inter id, quod responderet, & responderet ꝙ sit nasus, in quo non inuenitur cauitas, quæ est in reliquis naribus hominum. Conuenit itaque, ꝙ declaremus ei, ꝙ eius interrogatio est, quę cogeret ipsum in nugationem: & hoc, quia si interrogaret quid est aquilinitas naris, esset responsio, quòd sit naris, & hoc esset sua differentia, ex quo significaret ipsum nomen, postquã hæc fuit semita definitionum cum nominibus, hoc est, quòd intelligatur definitio distincte, quod dederat intelligere nomen confusum. Et dicitur, quòd, si interrogaretur quid est naris aquilina, si responderet, quòd sit naris curua, non esset differentia inter id, quod interrogaretur de eo, & inter quod responsum esset, & esset secundum gradum eius qui permutauerit nomen nomine, & ideo indiguisset distinguere dictionem curuitatis, quæ inuenitur in reliquis naribus hominum, quoniam eius est curuitas, quæ est crurium, cui est nomen impositum in idiomate Arabico, quoniam in hac interrogatione non relinqueretur aliqua res propria ei, nisi id, quod significat curuitas, propterea quia cũ hoc, quòd sit res necessaria secundum istam interrogationẽ, non est hic nugatio, postquàm esset ei dubium significatum istius curuitatis quid sit, & postquàm fuit vartũ secundum membra, in quibus est: & non est ei impossibile. Impossibile autem esset si intelligeretur hic curuitas, quæ est in cruribus.

De solœcismo.

Sermones autem latentes sunt, quorum intellectum est impossibile, & illa est vna rerum, in quas ferret sophista: ex quo autem locus qui attribuitur suis idiomatibus non est communis, nobis & illis sunt etiam, quod dixit in quibusdam istorum locorum proprijs suis idiomatibus, aut non commune nobis & illis. Nobis autem conuenit, quòd consideremus hoc genus in idiomate Arabum, & si inuenitur, consideremus, an habeat locum, ex quo procedant istæ res nec ne, & an sit solertiæ in sua contradictione. Abumazar autem vsus est sibi, quòd hoc genus eloquii est, quod appellatur Arabice haya, & quòd iam accidat ex defectu orationis, sicut nugatio accidit ex superfluo orationis. Conuenit autem, quòd perscrutetur totum hoc, & sciamus qd sit haya secundum veritatem, & quid sit secundum existimationem, & ex quibus locis prouenitat talis dispositio in idiomate Arabum, aut in idiomatibus singularum nationum, si esset hic talis fallacia communis omnibus nationibus.

De oratione facili, difficili, & acuta. *Cap. VII.*

OPortet autem intelligere, quoniam omnium orationum aliæ quidem sunt faciles conspici, aliæ autem difficiliores, propter id, quod & in aliquo subdole decipiunt audientem, cùm frequenter eædem illis existant: nam eandem orationem oportet vocare, quæ propter idem fit, eadem autem oratio aliꝭ quidem propter dictionem, aliꝭ autẽ propter accidens, aliꝭ vero propter aliud videbitur esse: quia vnumquodq; translatiuum non similiter est manifestum. Quemadmodum igitur in ijs, quæ sunt propter æquiuocationem, (qui modus videtur esse ineptissimus,) captiosarum ratiocinationum: hæc quidem & quibuslibet sunt manifesta, (nam et orationes pene ridiculosę sunt omnes propter dictionem: Vt vir terebatur curru in scalas, vbi venit seruus, apud Cerearem? Et Boreas purusne? non certe. perdit enim pauperem, & ementem. Et vtra boum ante pariet: neutra: sed retro ambæ. Putasne est Euarchus? non certe, sed Apollonides. eodem autem modo, & aliarum fere quam plurimæ,) illa autem & peritissimos videntur latere. signum autem horum, quoniam contendunt sæpe de nominibus, vt vtrum idem significent de omnibus ens & vnũ, an aliud: aliꝭ enim videtur significare ens & vnum: aliꝭ autem Zenonis orationem, & Parmenidis soluunt, eo quòd multipliciter dicant vnum dici, & ens. Similiter autem & propter accidens, & aliorum singulum quodq;. aliæ quidem orationes erunt faciles videri, aliæ vero difficiliores. & sumere in quo genere, & vtrum redargutio, an non redargutio, non facile similiter in omnibus est. Est autem acuta oratio, quæ dubitare facit maxime, mordet enim hæc maxime: dubitatio autem est duplex, hęc quidem in syllogizantibus, quam eligat quis interrogationum, alia autem in contentiose sustinentibus, quomodo dicat quis propositum. Quapropter in ijs, quæ syllogizant, acutiores orationes inquirere magis faciunt: est autem ea, quæ syllogizat quidem, oratio acutissima, si ex quàm maxime apparẽtibus, quàm maxime probabile interimit: nam, cùm vna oratio sit transposita contradictione,) omnes similiter habebit syllogismos: semper enim ex probabilibus similiter probabile interimet, aut construet: quapropter dubitare necessarium est. Maxime igitur talis acuta, quæ ex æquo conclusionẽ facit interrogationibus: secunda autem, quæ ex omnibus similibus: hæc enim similiter faciet dubitare, quæ interrogationum interimenda est, id autem difficile est: nam interimendum quidem, quid autem interimendum, dubium. Contentiosarum autem acutissima, quæ primum statim dubia est vtrum syllogizat, an non, vel vtrum propter falsum, an diuisionem soluto: secunda autem aliarum, quæ manifesta quidem quòd propter diuisionem, vel interemptionem est: non tamen est explorata, per cuius interrogationum interemptionem, vel diuisionem, soluenda est, scilicet vtrum propter conclusionem, an propter aliquam interrogationum id est. Quandoque igitur non syllogizans oratio facilis est, si sint valde inopinabilia, vel falsa quæ sumuntur: quandoque autem non digna despici: nam, quando deest aliqua talium interrogationum, de qua oratio, & propter quam est: & qui non sumit illam, & colligit: inepta est ratiocinatio, quando autem eorum, quę extrinsecus non despiciẽda

Boreas, putas dicitur, ꝙ sit fe. opa, & deuertit u lam aeris, ru

Exempl. verbum ipse te tenans.

vllo modo: sed oratio quidem iusta, interrogans autem non probe interrogauit. Et est sane soluendum quandoque quidem ad orationem, quandoque autem ad interrogantem, & interrogationem, quandoq; vero ad neutrum horũ: sil'r & interrogandum & syllogizandum est, & ad positionem, & ad respondentem, et ad tempus: quando fuerit pluris temporis egens solutio, quàm præsentis tẽporis, (quo disputat̃,) ad solutionẽ.

Sermo de diuisione sophismatum per Solubile, & Insolubile. Cap. VII.

SErmonum autem sophisticorum quidam est, cuius notitia est difficilis, & quidam est, cuius notitia est facilis, difficilis autem est propter difficultatem ipsiusmet loci: & hoc, quia quidam eorum est vehementis fallaciæ, quoniam in eo est reliquum vnius speciei ex speciebus rerum sophistarum, sicut, q sit sophisticus propter id, quod est secundum accidens, & propter æquiuocationem nominis, & alias species locorum sophisticorum. Sermo autem sophisticus vehementis fallaciæ est ille, quo non constaret nobis cito, q falsum sit in eo, sed veneri propter formam syllogismi, aut ex ambobus simul, deinde post hæc cum difficultate id, de quo scimus, q falsum est in eo, est propter præmissas eius, & non scitur ex qua præmissa, neque scitur in qua præmissa sit accidens.

Sermo autẽ difficilis solutionis ex istis est, cuius præmissæ sunt famosiores cõclusione: quoniam sermo, qui talis fuerit, multotiens destruit famosa, & plures est, de quibus latet ipsa dispositio, quando fuerit interrogatio de duobus extremis contradictorij, quorum neutrum est famosius altero, quoniam difficile erit nobis, quod duorum extremorum reciperetur.

Sermo autem facilis solutionis est, qui fit ex rebus non famosis, aut absurdis, & est sermo qui non reciperetur à respondente.

De quadam vniuersali cautela respondentis.

Quando autem interrogaretur respondens de præmissis famosis, non conuenit quòd vilipendat interrogantem, licet non ordinauerit ei illas, neque cognoscatur sermo clare, & cogeretur quod largiatur contradictionem aliquando secundum orationem, & aliquando secundum proferentem, cum notificet ei, quod non inuentatur interrogatio, quoniam interrogatio aliquando fit secundum ipsummet interrogantem, & aliquando fit secundum respondentem, & aliquando fit secundum tempus proprium.

Epilogus octo præcedentium, & duorum præsentium librorum. Cap. VIII.

EX quot igitur, & ex quib9 fiunt ijs, qui disputant captiosæ ratiocinationes, & quo modo ostendemus, falsum & inopinabilia dicere faciemus, amplius autem ex quibus accidit syllogismus, & quomodo interrogandum, & quis ordo interrogationum, insuper autem ad quid sunt vtiles huiusmodi omnes orationes, & de responsione simpliciter omni, & quo modo soluendum est orationes, et syllogismos, dicta sint de oĩbus à nobis hæc: reliquum autẽ est de eo, quod à principio erat propositũ, ad memoriam reuocantes, quippiam de ea re sub breuitate dicere, & finem imponere dictis. Præmisimus igitur, inueniendi facultatem quandam ratiocinatiuam de proposito ex ijs, quæ sunt quàmprobabilissima: id enim opus est dialectices secundum se & tentatiuæ. Quia autem præinstruitur quis ab ea propter sophistices vicinitatem, vt non solum experimentum possit sumere dialectico more, sed etiã quasi scientifico: propter id non solum dictum negotij officium posuimus orationẽ posse sumere, sed etiam vt orationem sustinentes tuemur positionem perquàmprobabilissima simili modo: causam autem diximus huius, quia & propter id Socrates interrogabat, sed non respondebat: confitebatur enim se non scire. Manifestum autem est in prioribus ex quot, & ad quod id erit, & vnde idonei erimus horum: adhuc autem quo modo interroganda, vel ordinanda quæstio omnis, & de responsionibus, & solutionibus quæ sunt ad syllogismos: patefactum est autem, & de alijs quæcunque huiusce disciplinæ sunt orationes: præter hæc autem, & de captiosis ratiocinationibus pertractauimus quemadmodum diximus iam prius: q igitur nacta sunt finem sufficienter ea, quæ proposuimus, manifestum. Operæpretium autem est nos non latere quidnã accidit circa hoc negociũ: nam eorum, quæ inueniuntur omniũ, quæ quidem ab alijs sumpta sunt prius, elaborata paulatim incrementum sumunt ab illis, qui postmodum accipiũt: quæ autem ab initio cõperiuntur, paruum in primis sumere solent incrementũ, attamen vtilius multo, eo (quod postea ab alijs fit) accremento: maximũ enim fortasse principium omnium, vt dicitur, quare & difficillimum: quanto enim potestate validissimum, tanto mole minimum, difficillimum est videri: eo autem comperto, facile est adijcere, coaptareque reliquum. Quod & circa rhetoricas orationes accidit, pene autem, & circa alias artes omnes: nam qui principia inuenere, omnino ad exiguum quid perduxerunt: qui autem nunc celebriores habentur, vendicantes à multis, velut ex successione particulatim colligentes, sic auxerunt. Tisias quidem post priores, Thrasymachus vero post Tisiam. Theodorus autem post hunc, & multi multas coadunauere partes, quapropter nihil mirum, si in amplum quidem creuerit ars. Huius autem negotij non hoc quidem erat exploratum, illud autem non erat, verum nihil ipsius prorsus erat: nam

In libris Topicorum presertim in octauo.

nam eorũ, qui circa litigiosas orationes erãt mercenarij, similis quidem doctrina, Gorgiæ negotio: orationes enim hi quidem rhetoricas, illi autem interrogatiuas docebant ediscere, in quas sæpius incidere solebant alternatim vtrorunq; adinuicem orationes: quapropter velox quidem, vtpote quæ sine arte erat doctrina discentibus ab illis: non enim artem, sed quę ab arte sunt dantes, arbitrati sunt loqui erudite, perinde, ac si quis disciplinam dicat se tradere, vt non doleãt pedes: deinde sutoriam quidem non doceat, neq; vnde possint comparari talia, det autẽ quàm plurima genera omnimodorum calceorum, hic profecto profuit ad vsum, artẽ autem nõ tradidit. Et de rhetoricis quidem erant multa, & antiqua dicta: de syllogismis autem omnino nihil habuimus prius aliud quicquam quod diceremus, quàm mora perquirentes, multo tempore insudauerimus. Si autem videtur ex considerationibus nostris (vt ex ijs quæ sunt ex principio) hæc habere disciplina sufficienter supra alia negocia, quæ ex traditione inducta sunt, reliquũ erit omnium uestrum, vel eorum qui audierunt hoc opus, omissa quidem artis, venia dignari: inuẽta autem, multa prosequi gratia.

Sermo, in quo epilogat dicta, & explicat finem intentum in hoc libro. Cap. VIII.

POstq̃ autem iam attigimus hac attingẽtia ad sermonem istius artis, iam declaratum est nobis, vnde sint sermones deceptorij addiscẽtium, & quotus sit suus numerus, & quomodo reducantur quidam eorum in elenchum ſm syllogismum, et quomodo conueniat q interroget, qui cõtradiceret compositioni sermonum, qui sunt huius generis, & quot sunt intentiones intentæ in hoc genere rerum, & quomodo sit contradictio responsio in eis, hoc autem est totum id quod fuit nostrum desiderium scire in hac arte, & cõstare nobis omnes eius partes. Quod autem reliquum ẽ nobis est, q dicamus causam quæ tulerit nos ad loquendum de hoc ſm modum reminiscentię, & hoc quia optatum est nobis, q sint nobis regulæ ex quibus possimus facere syllogismos ex præmissis famosis ſm modum interrogationis & tentationis: & sunt syllogismi, quibus vtitur ars Topicæ, & regulæ, quibus possumus cauere ab his, qui construerent nobis tales syllogismos, & fuerũt hic syllogismi falsigraphi, qui putantur esse huius speciei, & non sunt ipsius. vidimus q scientia responsionis perficitur nobis in arte Topicæ per scientiam istius speciei syllogismorum, qui appellantur falsigraphi, & per notitiam suæ contradictionis, & prosecuti sumus eam rem in arte Topicæ per speculationem huius artis. Et, propter hoc quod diximus, responsio artis est difficilior interrogatione, & ideo Socrates gloriabatur, q bene interrogaret, & non q bene respõderet, & ideo apparuit nobis, q nõ sufficiat scientiæ huius artis, q addiscamus res fallentes, & quomodo interrogemus de eis solum, sed quomodo responderemus ad eas & quomodo contradiceremus eis: sed iam attigimus finem desiderati, quando locuti sumus de intẽtionibus huius generis sermonum, hoc est sermonum falsigraphorum, & locis ex quibus cõstruitur hoc genus sermonis, & quomodo interrogemus de eis, donec sit eius actio plectior, & quomodo responderemus & contradiceremus ex illis, & hæc est res nota per se.

De comparatione huius artis ad alias partes logicæ.

Conuenit autem q nõ ignoremus quid acciderit nobis in hac arte: quoniam ex artibus quædã sunt, quarũ principia dicta sunt. Inquiritur autem posterius ad cõplementum illorum principiorũ: & ex eis sunt, de quorũ principijs non est dicta aliqua res, et quando inchoasset speculatio de istis, difficile esset, q speculanti ea ferret in hoc rem multam de partibus huius artis, sed si cõduxerit, certe tulisset de hoc rem minimam, licet fuerit parua ſm mensuram, quasi esset vehementior, q̃ hæc magna res, qua posterius ferret perfectionẽ artis, quã iam perfecisset prius ex suis principijs: hoc autem fuit ita, quia sermo de principio est difficilis, sed sermo de eo, quod est post principiũ, est facilis: et ideo sermo de principio, licet fuerit paucus ſm mensurã, fuit magnus ſm potestatem, sermo autem de eo, quod est post principium, licet sit causa, ẽ paruus ſm potestatem. Et hoc idem accidit nobis in illa arte in comparatione reliquarum artium sermocinalium ſm genus, quia non inueniatur in hac arte aliqua res, quæ ponatur ad ipsum ſm gradum principij. Iam autem inuenimus aliquam rẽ, quæ ponitur ſm gradum partis, sicut accidit in arte Rhetoricę, cuius sermonem absoluerũt vetustiores viri, adeo q inuentę sunt omnes eius partes iam perfectæ, sed secundum materias, quando locuti sunt de hoc, præter q loquantur de rebus, quæ ponuntur de ea secundum gradum principiorum: & illæ sunt res communes quinq; artibus, sicut est sermo de syllogismo simpliciter, & de consimilibus rerum communium: sed in hac arte non inuenimus aliquam rem, quæ curat cursu principij, & sic etiã cursu partis. Inuenimus autem in ea plures res, quæ currerent cursu singularium, quę sunt in arte apud habentes hanc artem, et sicut illæ, apud quem non esset scientia artis, nisi causæ cuiusdam numeri de suis singularibus, quæ faceret hæc ars. Sicq; non est apud eũ scientia artis, exempli gratia ille, apud quem non esset de arte caligaria, nisi singulares calcei terminati hic non est apud illum de speciebus calceorum aliqua res, præter q glorietur plusquam qui pręcesserit eum, quia qui fuerit in disciplina huius artis, absq; q habeat de illa, nisi sermones determinati numeri, hoc est sermones sophisticos, est in gradu eius, qui intenderat addiscere calceos, quando daret alicui hominum calceos ex suo, aut diceret eis, q primo conueniat facere calceos, absque q sciat eos ex qua re fiant, neque quo modo: & nõ est perfectionis artis, q dicatur à pluribus hominibus, sed miraculum esset, quòd perficeretur ars ab vno solũ, quando autem fuerit perfectio artium pluribus hominibus res valde laudabilis, mirabilius esset esse artem secundum se totam vnius, & extrahere ex principio ad finẽ. Propterea iam oportet omnem, cui constaret iste sermo noster, quòd referat nobis magnam laudem, & ingentes gratias propter id, quod inuenimus de ista arte, & perfectius ipsum ex suis principijs, & eius partibus. Si autem esset quibusdam suis partibus defectus, esset nobis indulgendum, & nos essemus excusandi, propter res quas diximus. Hoc itaque est vltimum, quo compleuit istum sermonem hic vii, & hunc suum librum. Iam autem transtulimus de eo, quantum prouenit in nostram intelligentiam, secundum quod intellectum est nobis hac hora, sicque reddibimus & amplabimus speculationem de eo iterator

tor prolongauerit vitam nostram, & parabit nobis causas ocn, quia hic liber est valde latens, aut propter translationem, aut quia Aristo. intenderit istud, & non inuenerit alicui exponentium expositio neq; ſm dictionem, neq; ſm rem, nisi qđ est in libro philosophiæ Abucali Abencint aliquod huius. liber autem est nobis ivltimo mendositatis, cum hoc ꝙ homo est profundæ orationis, sicq; ille, cui constauerit hic meus Liber, & appareret ꝙ defecerit in verbis meis aliqua res, quæ sit suorum verborum alio modo ꝙ intenderit ordinare, excusaret nos: quia q̃ gloriatur̃ intelligere eius verba, absq; ꝙ p̃cedat et alius ab eo, ipse. n. sine est ei, q̃ incęperit artẽ, & talis est cã eius quod posuimus in hoc ſm modũ cogitationis, et imaginationis. Iã autẽ declaratũ est tibi hoc, qñ cõstituerit tibi forma suorum verborum. Ego autem spero ꝙ non defecerit nobis aliqua res ex generibus sermonum, quas posuerat in hoc libro, neq; ex eius intentionibus vniuersalibus, licet sine dubio tam defecerint ab eo plures res particulares, sicq; est ex parte, qua fit sermo de eis, & disciplinæ earum, sed vtsi sumus nobis ꝙ hoc, quod contigerit nobis in hac hora, est valde bonum, & quasi esset sicut principium, vt constaret eius sermo perfecte et, qui succesſerit nobis, & nobis ipsis, si erit nobis otium, et prolõgauerit deus vitam nostram. Tu autẽ vide qualis sit dispositio eius, qui succedit post hunc virum in intellectione eius, quod tam perfectum est & completum, ꝙ putetur de vllo quòd addat ei, aut perficiat rem, quæ defecerit ei. Et tam notificauit hoc Auicẽna, et dixit, ꝙ hodie sunt mille & tot centena annorum, quibus nemo inuentus est, qui adderet aliquid in hanc artem. Ac etiam iam intẽdimus nos ipsi ad hoc tempore quod protraximus in has res, & inquisiuimus omnes sermones, & non inuenimus aliquod verbum exiens ab eis neq; subtractum ab eis, nisi quod poneretur ſm gradum attributi, aut ſm gradum simplicis vniuersalis. Nunc autem iam possibile est tibi ꝙ cõstet ex nostro sermone præcedenti hunc librum vera constantia, ꝙ hic non sint nisi illa, quæ narrauimus, hoc est quæ oporteat numerari partem huius artis. Et ꝙ locus qui putatur ꝙ Abumazar acceperit illum, qui ẽ locus permutationis, sit res, quæ non latuerat Aristo. & ꝙ illius dispositio sit altero duorum modorum, aut ꝙ non sit falligraphus per se, & vtplurimum, quia locus permutationis est per se, sicut notificauit nobis Aristo. sive fuerit rhetoricus, aut poeticus, aut sit numeratus in falligraphis, qui sunt ſm accidens, si non fuerit necessarium, ꝙ numerẽtur in partibus istius artis ea, quæ adderentur capitulo absolutorum & connexorum, & capitulo acceptionis illius, quod non est causa, ac si esset causa. Et i toto hoc est speculatio, & hoc sit amplificatio & explicatio, & putetur quòd non sit ex ipso capitulo, aut sint in illo ambę res.

Librorum Elenchorum cum Auerrois media expositione finis.

AVERROIS CORDVBENSIS EPITOME IN LIBROS LOGICAE ARISTOTELIS,

Abramo de Balmes interprete.

PRAEFATIO AVTHORIS.

INtentio in hoc sermone est colligere sermones necessarios in hac arte Logicę ad cognitionem regularum partium formationis & verificationis, quæ fiunt in tota arte Logicę, dico in quinque artibus, quod est necessariũ pro maiori parte: & eo magis pro addiscendo artes, quæ iã perfectæ sunt secundum id quod sunt nostro tempore: & hoc pro maiori parte artium, & præcipue Medicinæ, & cæterarum. Verũtamen sermo de rebus, ex quibus componuntur & fiunt sermones isti, aut erit mutilis ad disciplinam artium, quæ iam perfectæ sunt, aut erit vtilis secundum modum melioris, nõ modo necessario. Petitio autem melioris hoc nostro tempore est quodãmodo impossibilis. Et cum toto hoc erit itaq; sicut introductio ei, qui inueniet sibi quietem & solertiam, & voluerit esse perfectus in partibus huius artis. Nos itaq; incipiemus sermonem harum partium ab ea, quę est magis cõmunis q̃ aliæ partes: quia illa est disciplina ordinaria. Sin autem, oporteret ꝙ repeteretur res vna eadem multotiens. & deinde post hoc procedemus ad illud, quod appropriat vnumquodq; eorum.

Quid sit Formatio, & qđ Verificatio.

Dicamus itaq;, ꝙ ex quo fuerũt omnes quæstiones, quarum cognitio appetitur in omnibus artibus speculatiuis duarum specierum, videlicet formatio, & verificatio. Et fuit formatio id, quod est intellectus rei per id quod constituit substantiam suam, vel per id quod exti matur, ꝙ constituat substãtiam suam, & erit id, de quo quæritur vplurimum dictione quid. Et verificatio est intellectus rei, per id quod dicitur ipsius dispositio quædam, & est id, de quo quæritur vplurimum dictione, vtrum, sicut est dictum nostrum, vtrum vacuum sit: & cũ dictiõe, an, vt est dictũ nostrũ, an mundus sit nouus. Et hæc species quæstiõis est, qua quæritur à nobis ſm per dictione an, & an mundus sit nouus, fuit quod quę

Quę sit notitia agens, & quę dirigẽs.

ritur à nobis. Et oportuit ꝙ præcedat quamlibet istarũ discipulo duæ partes notitię, aut agens, aut dirigens. Dirigẽs quidem ad formationem est, quæ significatur per dictionem separatam: agens vero est ex rebus, quibus sibi constat res, & illæ sunt partes definitionum, & definitiones. Verificationis vero dirigens est detentio veritatis apud quęstionem duarum partium oppositionis: sed agens ipsam est syllogismus. Et hæc ars est, quæ tradit dispositiones & regulas, quibus dirigitur intellectus ad has duas notitias, hoc est ad formationẽ, & verificationem. Sicq; diuidemus perscrutationem huius artis necessario ad has quatuor partes. Et incipiemus à tractatu significationis dictionũ in vniuersali. Deinde procedemus ad sermonem de rebus simplicibus agẽtibus formationem. Vlterius procedemus ad sermonem de rebus, quibus opposita sunt opposita, adeo quòd veritas transeat in vnam earum. Postea loquemur de syllogismo, & speciebus eius simpliciter. Rursus pgredemur ad id, quo propriè terminatur singulæ formationes, & verificationes simpliciter: & illa est disciplina propria, quę fit in singulis quinque artiũ, dico demõstratiuam, & Topicam, & cæteras.

Sermo in significatione dictionum.

De Æquiuocis, & Analogis.

NOmina quædam sunt æquiuoca, quorum singula significant rem pluſquã vnam. Et hę res sunt, inter quas non est conuenientia aliqua penitus: sicut almiderí, quod est canis in lingua Arabum, quod dicitur de sydere, & de latrabili. Vel quæ cum ipsorum diuersitate comparabuntur ad principium vnum: sicut si comparentur ad efficiens vnum, aut ad finem vnũ, aut ad subiectum vnum. & istæ res comparatæ ad rem vnam ex eis sunt quę cõueniunt in ea hac re, ad quam comparantur. sicut est nomen entis, quod dicitur de substantia, quantitate, & qualitate, & cæteris prędicamentis. & sicut caliditas, quæ dicitur de igne, & cæteris rebus calidis. Et eorum sunt, quæ dicuntur nomine deriuato à nominibus, vt si dixeris phleboromum medicinalem, locum bonum & domum bonã, veram seruitutẽ, & veram sapientiam. Et rerum comparatarum ad rẽ vnam, quædam comparantur ad ipsam secundũ prioritatem, et posterioritatem, sicut est comparatio multorum prędicamentorum & specierum eorum ad substãtiam. Et earum sunt, quarum comparatio ad ipsam est in gradu vno. Et earum sunt, quarum cõparatio tuerit ad res diuersas consimiles, sicut est principium, quod dicitur de corde animalis, & de fundamento domus, & de extremo viæ. vel erit eis ad rem vnam comparatio diuersa, ac si diceres vnam vinosam, & faciem vinosam. Et istæ species, exceptis primis duabus speciebus, sunt notę in nominibus analogis. Steq; quando intẽdemus formationem illius, quod significat nomen æquiuocum, vel analogum, continget, vt diuidamus istas res, sup quas significant nomina, & quęremus in singulas earum formationem in eo quod determinat ipsum. & si non, extrahimus, & accipiemus res multas, ac si essent res vna.

De Synonymis.

ET eorũ sunt nomina synonyma, & sunt nomina plura significantia vnam rem: sicut vestis, tunica, & indumentum, & ipsum est omnino contrarium nominis æquiuoci, & decebit in hoc apud quæstionẽ formationis, ꝙ non aspiciamus multitudinem nominum.

De Vniuocis.

ET eorũ sunt nomina vniuoca, & sunt nomina significantia super vnã rem cõmunem pluribus rebus specie vel numero, sicut animal & homo, quorum vtrũq; significat super rem vnam. & in hoc non accidet error apud formationem penitus.

De Disperatis.

ET eorum sunt nomina disperata, & sunt ea, quorum vnumquodq; significat super rem aliam ab ea, quã significat aliud: sicut substantia, & quãtitas, & situs. Et contingit his duabus speciebus vniuocis & disperatis, ꝙ sint dictiones conuenientes rebus: & ideo ipsa sunt, quibus magis vtitur processus demonstratiuus.

De Translatis.

ET eorum sunt nomina translata, & sunt ea nomina, quæ transferuntur rebus artificialibus à rebus vulgaribus, vel ex similitudine earum rebus vulgaribus, sicut alzamaz in lingua Arabum, quo vtuntur in arte scriptoria, & arte tribuendi bestias ammularns, vel per dependentiam earum secundum alios modos dependentiæ, sicut vocatur sermo artium nomine efficientis fit apud vulgares, vel a fine suo vel parte sui, vel aliquo accidentium eius. Et de his itaq; conuenit, ꝙ non intelligamus ab eis significationem publicam vulgaribus, quando vtimur eis in artibus.

De Accommodatis.

ET eorum sunt nomina accõmodata, & sunt quę accommodãtur rei absq; hoc, ꝙ sit gradus suus ſm ipsum. & hęc est dẽtia inter ipsum & translatum. Et diuisiones suæ primæ sunt ſm diuisionem nominis translati.

De Communi & Speciali.

ET eorum sunt quæ dicuntur secundum cõmune & speciale, sicut est nomẽ quod dicitur de gne aliquo, & dicitur

& dicit de specie eius, sicut hoc nomen almistēri, quod dicitur Arabice de omnibus altris cœlestibus, & dicitur de altro singulari stellarum erraticarū, & sicut accidens, quod dicitur de accidente scripto in ista arte, & de proprio.

De Denominatiuis.

ET eorū sunt nomina denominatiua, & sunt illa, quę dicunt primo de re denudata in intellectu ab omni eo quod secum ligatur, & deinde transmutatur transmutatione significante super intentiones istarum rerum in subiecto: sicut hæc dictio albedo, quæ significat primo super rem denudatam in intellectu, vlterius transmutatur ad album, & significatur per ipsum super rem inuentionis albedinis in subiecto. Et nomen, cuius est consuetudo cp transmutetur, ipsum est exemplare primum, & illud ad quod transmutatur, est denominatiuum. Et in hoc tam solent errare in speciebus elenchorum, & hoc contingit in eo, quod fuerit simile exēplari primo, & ipsum est in rei veritate denominatiuum. et si dixeris denarium impressionem principis, hoc est impressum a principe. & aliquando erit econuerso, hoc est, cp illius figura sit figura nominis denominatiui, & ipsum non sit denominatiuum, vt viuum, quod significat oppositum inanimati.

Sermo de rebus agentibus formationem.

ET res incomplexę vel sunt vniuersales, vel particulares. Et vniuersale est res, cui possibile est ex substantiarum formationis eius in intellectu solo cp prædicetur de pluribus q̄ de re vna sicut animal & homo, & hoc siue possibile sit inueniri siue intelligi tum, siue impossibile. Et singulare est dispositio Solis & Lunæ, quorum impossibile est cp inueniantur duo quā singulare vnum de eis, nisi exēplum ipsum esset vniuersale. Verūtamen singulare est ad quod impossibile est ex substantia formationis eius cp prædicetur de pluribus quam singulari vno, nisi cp ipsi inesset accidentibus cp comparetur rebus pluribus comparatione vnius ad modum alterum, sicut homines, qui comparantur patri vni, aut patriæ vni. & existimatur in eo quia assimilatur vniuersali. sed differentia inter duas comparationes est manifesta, & illa est, quia pater non est res vna inuenta in filiis & cōmunis secundum modum quo vniuersale inuenitur in singularibus suis cōmune eis. sic cp comparatio vniuersalis vnicuiq; singularium est cōparatio vnius per se omnibus modis, & comparatio patris vnicuiq; filiorum eius est diuersa, quia cōparatio ipsius filio Socrati est alia a comparatione ad Platonicum eius. Proprietatum itaq; quibus differt vniuersale a singulari earum est, qa singulare impossibile est, cp plura inueniant in eo pluraliter vnum, & vniuersale possibile est in eo hoc. Et earū est, quia vniuersale est inuariabile, et singulare est variabile. & ideo fuerunt sua prædicata de eis ita ex quibus cōponuntur, sicut dictum nostrum p plurimum sit sensituū, & cp triangulus habeat tres angulos equales duobus rectis. Et earum est, quia iudicium supra singulare est iudicium supra finitum, & iudicium supra vniuersale est iudicium supra infinitum. quia quādo iudicaret sensus supra animal, esset iudicium supra singularia infinita. Et ex hoc æstimatur, cp hæc comprehensio sit alterius virtutis a virtute, quæ comprehendit singulare, & est virtus, quæ vocatur intellectus. & omnino itaq; inuentio vniuersalis est res manifesta per se. Et est vna ex rebus, quas præsupponit ista ars vt principium. Et a Rationcōplexa sunt quinq;, Genus, Species, Dīa, Proprium, & Accidens.

Sermo de Vniuersali ac incomplexis.

Sermo de Genere, & Specie.

GEnus quidem, & Species dicitur vtrunq; eorum in ordine ad alterutrum. & ideo cum fuerint vniuersalia pluraq; vnum in ratione inita de singulari quid est, et fuerit aliquod eorū magis vniuersale q̄ alterum, magis vniuersale est genus, & magis determinans est species. Et si fuerit in eis vniuersale, quo non est magis determinans, ipsum est species, & non est genus, & vocatur species specialissima si inueniatur in eis. Gratia exēpli corpus nutribile, & aīal. omnia quidem sunt vīa notificantia de singulari homine determinato quid. & pars sorīs est magis vīs alta parte, & corpus est vniuersale, quo non est vīus, & homo est determinans, quo nō est magis determinans, & quæ sunt inter ea sunt vīa & determinantia, determināt quidem quod est eis superius, & vīe ei, quod est sibi inferius. Sicq; genus fm hanc summam est vīus duorum vīum, quo rndetur in respōsione ad qd est singulare, quod videmus vel sentimus via vniuersali. Et species est determinantius eorum. Et speciērum quædam sunt diuisiuæ, & quædam non diuisiuæ. & diuisiuæ sunt, ad quas diuiditur genus diuisione prima: sicut est diuisio animalis ad ambulans, & volās, & natans. Et non diuisiuæ sunt, quę sunt sub generibus diuersis: sicut homo & aquila: quoniam genus hominis est ambulans, & genus aquilæ est volans.

Sermo de Differentia.

ET differentia est vniuersale separatum, quo discerni tur quælibet species distincta fm substantiam suam a specie ei conuenienter in suo genere, sicut est differentia hois per rationem ab asino & equo. Et genus cōmunicat differentiæ, ex eo cp ipsum notificat de specie substātiam suam. Et differt ab ea, ex quo genus est, quo ex sua substantia diserni aliud, quod conuenit in eo. differentia vero notificat id, quod proprie concernit ab alio ex sua substantia. Et in summa genus est, quod dicitur in responsione ad quid est: & differentia dicitur: in responsione ad qualis res est.

Sermo de Proprio.

ET proprium est vniuersale incōplexum, quo differt quælibet specierū diuisiuarum a specie conuenientes ibi in genere, sed non secundum suam substantiam. & per hoc differt ab ipsa differētia, & communicat secum, ex eo cp conuenit speciei, cui inuenitur semper.

Sermo de Accidente.

ET accidens est vniuersale incōplexum, quod inuenitur generi, vel speciei, aut magis vniuersale, vel magis determinās eis. Et est duarū specierum, separabile, & inseparabile. Exemplū vniuersalis seperabilis est nigredo corui: & exemplum separabilis caliditas aquæ. Et exemplū determinantis inseparabilis est simitas nasi, & exēplum determinātis separabilis est depilatio capillorum, et excoriatio cutis. Et illo in summa vtimur vt plurimum in dīa speciei à specie, & singularis à singulari. Et magis perfectæ dignotionis ex eis est determinans inseparabile, & post ipsum vīe inseparabile. separabilis vero differentia est in comparatione ad singulare determinatū & in hora determinata, sicut si dixeris, qū receperit capiti suo coronam auream magnam, & in dextris suis aderit laudās, & sinistris vituperās. Et proprium & accidens cōuenunt, ex eo cp ipsa nō inueniuntur nisi in prædicamentis accidentiū, sed genus, & dīa tam inueniuntur in substantia, & accidēte. veruntū inuentio eorū est ex eo cp notificatur qd est singulare substātiale, sicut est aīalitas & humanitas, & ratio est, quia quodlibet notificat de socrate demonstrato substātiam suam. & ideo describuntur vīa substātiæ, ex eo cp ipsa notificant de singularibus suis substātiam suam. verūtamen inuentio eorū in accidētibus est, quæ notificant ēt de singulari accidētis substantiā suam. sicut color, & albedo, & disgregās visum, quorū quodlibet notificat albedinem demonstratā fm substantiam suam. nec nocebit si vtēmur istis fm cōsuetudinē eorum in distinctione inter

inter prædicata substātialia, quę notificāt de singulari substantiam suam, siue fuerit singulare substantiæ, vel singulare accidentis. Et inter prędicata accidēralia sunt illa, quę non notificāt de singulari, super cuius substantia prædicantur, locum inuentionis & ablationis, cū dicamus, cp, qñ fuerit res aliqua vniuersalis denominata per pluscp vnā rem, dum remouebit denominatio, remouebitur ista res, & dū inuenietur, inueniet ista res, illa res est prędicatū determinatum substātiale: et hęc est dīa. Et denominatio, quę dū remouebitur remouebit ista res, & dū inuenietur, nō inuenietur ista res, ipsa est genus: sicut est dispositio aīalitatis & humanitatis, & coloris & albedinis. Verūtamen species vltima ipsa nō prędicabit nisi de singulari, & ideo non cōponit ex ea enūciatio vīs. Et differt à genere, quia dum species inuenitur, inuenitur genus: & dū inuenitur genus, non inuenitur species: & dū remouebitur genus, remouebitur species: & dum remouebitur ipsa, nō remouebitur genus. & ideo dicit de genere, cp ipsum sit prius specie fm naturam. Et in isto loco, licet sit error, tū est in eo vtilitas aliquo modo, et est modus, quo vtuntur in protectione numerorū ad standum super errorē si fuerit in illis. Sed fallacia huius loci est, quia aliquādo inuenitur alicui rei affirmatio necessaria, & dum imaginabitur remotio illius, remouebitur res, & non habet res consistentiā per ipsam. Exēplum huius est risibilitas & ratio, quia dum remouebis risibilitatē, remouebitur ratio, cū fuerit risibilitas necessario coniuncta rōni, & sic dum inuenit ipsa, inuentur & ratio. Nec etiā quicquid remouetur ad remotionē sui res aliqua, & non inuentur ista res in inuentione sui, illud est genus: quoniā accidens vniuersale cōnexum habet istam dispositionem. Verumtamen dum fuerint remotio & inuentio primæ, & secundum substantiam, verificabitur locus.

Sermo de rebus Compositis.

Quid sit definitio.

Quid sit descriptio.

Quid sit sermo qui non est nec definitio, nec descriptio.

REs quidem cōpositę ex istis incomplexis sunt duarum specierum. Vna est, cuius compositio est cōpositio enuntiationis, & ipsa est, cuius vtæ est, cp verificetur vel falsificet, & sermo iste est ex appropriatis sermonibus veris. Et species secunda cōpositionis est compositio conditionis & copulationis, & ipsa est compositio, quę nō verificat neq; falsificat, sed vtimur ea in formatione. Et est triū specierū, videlicet, definitio, & descriptio, & sermo, qui non est definitio neq; descriptio. Sicq; definitio est sermo, cuius compositio est conditionis & copulationis ad intellectionē definiti per res substantiales, quibus est sui consistentia, & ipsa componitur ex genere & differentia. Et descriptio est sermo, cuius compositio est cōditionis & declarationis declaratis rem, super quā significat, non per omne id, quod constituit substantiam sui, & ipsa est, quæ componitur ex genere & proprio. vt si diceremus de homine, cp ipse sit animal politicū: vel ex genere & accidentibus, vt si diceremus de homine, cp ipse sit animal educās suam prolem consilio & prudentia. vel ex genere & accidēte, vt si diceremus de homine, cp ipse sit aīal scribens. Et sermo, qui nō est definitio neq; descriptio, componitur ex specie & accidēte, sicut est dictū nostrum de Socrate, cp ipse sit homo albus: vel ex accidentibus, sicut dictū nostrū de socrate, cp ipse sit optimus scriba, mercator calidus. Et iste est ppius formationis rhetoricę. sed definitio est formatio demōstratiua, id est cōpleta & p̄fecta. et descriptio est infra eā, et est ppria libro Topicę. Sicq; ista est summa rerū, quibus cadit formatio in vsu in omnibus artibus quinq;. Et qñ decem prædicamenta adiuuant formationem, decet cp loquamur & reminiscamur de eis quicquam, licet non sit notitia eorum necessaria isti intentioni, quam intendimus.

Sermo de Prædicamentis.

ET vniuersalia sunt duarum specierum, prædicatū, quod prædicat de eis prędicatione naturali substantiam suā & quidditatem suam. Exēplum huius est animal, iā enim ipsum notificat de omnibus suis subiectis, quæ sunt homo, & equus, & Socrates, & Plato, substātiā suam, & quiditatē suam. & conueniens est cp respondeatur per ipsum in responsione ad quid est quilibet eorum. & istud est vniuersale substātiæ. Et alia species notificat de subiectis aliqs res exeuntes à quidditate eorū. Exemplū huius color. ipse enim notificat de albedine, & nigredine quidditatem vtriusq;, & notificat res exeuntes à quidditate sua, dum accipitur nomine suo denominatiuo, et prædicatur de aliqua substantia, sicut est dictum nostrum album & nigrum. & istud est vniuersale accidentū. Et singularia etiam sunt duarum specierū: singulare, quod non prædicatur de aliquo omnino prædicatione secundum viā naturalem, & ipsum est singulare substantiæ: & singulare quod non notificat in prędicatione aliquid de aliquo aliquid quiditatis suæ, sed rem exeuntē à quiditate sua, & ipsum est singulare accidentis. Et dū fuerit hoc isto modo, iam substantia in vsu, siue vīs fuerit vel singularis cū proprietate sua, non notificat de subiecto oīno rem exeūtem à quiditate sua. Et accidēs etiam in vniuersali, siue vīe fuerit vel singulare, cum proprietate sua est, cp ipsum notificet semper rem exeuntem à sui quiditate. Et genera istorum vniuersalium supremа ipsa sunt, quæ vocant prædicamēta, & fm quod nume rauerunt ea Antiqui sunt decem, Substātiæ, & nouem accidentium, quæ sunt Quantitas, Qualitas, Qū, Vbi, Situs, Relatio, Habitus, Actio, & Passio, & nos determinamus vnumquodcp eorum eo breuius quo possibile est nobis, licet secundum plurimum non sint necessaria propter intentionem nostram.

Sermo de Substantia.

ET substantia est, cuius præcessit descriptio. Et vniuersalissimum genus, quod reperitur in ea, est corpus, & definitio sua est, cp ipsum sit res, cui est longitudo, & latitudo, & profunditas, & in summa cui sunt dimensiones. Vlterius sub eo est nutribile, & non nutribile, & ingrediuntur sub eo species multę. & vlterius animal sub nutribili: amplius sub animali species vltimæ ingredientes sub eo, sicut homo, & equus, & asinus. Et Aristo. vocat intentiones substantiæ substantias secundas, & vocat singularia sua substantias primas. quia intentiones suæ vniuersales fuerunt eqndem inuentæ in singularibus suis, & nisi fuerit singularia sua, fuisset qđ æstimatur in aīa vanum. sed sua singularia cū hoc sunt directio ad ipsorum vīlitatem: quia dum intelligeī vniuersalitas sua, impossibile est, cp intelligatur sine illis. et ideo fuerunt substantiæ. & quanto fuerit genus suprius, tanto erit ipsius indigētia plurium substratorū: quia indigentia est generi pro sui inuentione specierum, quæ sunt sub eo, & speciebus singularū. & ideo fuerunt species proximæ magis veræ in nomine substantiæ. Inque & notificatio sua singularū est magis perfecta, & magis determinās. Verūtamen vniuersalia accidentis, quoniam non notificant de singularibus substantię quiditatem suam, non fuerunt substantiæ.

Sermo de Quantitate.

QVantitas aūt est omnis res possibilis cp mensurētur per partē sui, vel per quantitatē quæ est equalis parti suæ. Et ipsa in summa est septem generū. Numerus, & Corporeitas, quæ est essentia longitudinis & latitudinis & profunditatis. & Superficies & Linea, & Orationes, & Tēpus & Locus. Et quantitatis quędam est discreta, & quędā est continua. Et discreta est, cp habet

partes

partes in actu indifferenter, siue fuerit contigua vel distincta. Et continua est, quę non habet partes in actu, sicut linea vna, & superficies vna, & ipsa diuidet in duas medietates, & medietas i duas medietates, & sic in infinitum. Et quātitatis cuā est quædam, cuius partes habent situm pars iuxta partē: & quædam est, quæ nō habet situm, dico partes suas adinuicem. Sicq; cuius partibus est situs partis iuxta partem est, cuius partes inueniuntur simul, & fuerit quælibet pars sua ex quodam latere, & fuerit latus illud determinatum, ac si dixeris de superiori & inferiori, & fuerit pars quæ sequitur istam in ordine determinato. Et plurimum, de quo est manifestum hoc, est in animali, & homine, cuius partes non sunt similes. Et iam possibile est q̄ imagineē hoc in homogeneo fm̄ proportionem. Exēplum huius est, q̄ imaginetur in ista portiōe aurī, q̄ in ea sint partes, quę sunt superiores, & partes aliæ consequentes ipsas. Et cuius partes non habēt situm partis iuxta partem, est, cui deficit conditio vna ex istis conditionibus, vel plusquam vna ex eis, sicut est tempus, & numerus, & orationes. Sicq; istæ sunt partes q̄ntitatis maximæ. & ipsæ sunt discretum, & continuū, habens situm, & non habēs situ.

Sermo de Qualitate.

QValitas autem est vīr dispositio, qua interrogatur de vnoquoq; singulari qualis est. Et diuidit in quatuor genera: in habitum & dispōnem, in quod dicitur fm̄ potentiam naturalem & impotentiā naturalem, & in qualitatem passibilem & passionem, & in qualitatem, quæ est in quantitate inquantum ipsa quantitas est. Verumtamen habitus & dispositio sunt duarum specierum. Quarum altera est dispositio in anima, sicut sunt scientiæ, & mores, & artes, & in summa dispositio attingens animā, aut per voluntatem, aut per naturam & formationem. Et secunda species est dispositio, quæ est in aiato inquantum ipsum est aiatum, sicut est sanitas & ægritudo, & quę fuerit huius, adeo q̄ difficilis sit eius remotio, appropriatur nomine habitus, & quę est velocis remotionis vocabitur dispositio. Verūtamen quod dicitur secundū potentiam naturalem, tam illud est dispositio, qua agit rem facile & patitur difficile, sicut est res dura. Et quod dicitur impotētia naturalis est oppositum istius, & est dispositio qua conuenit rei pati facile & agere difficile, sicut est res mollis.

Et qualitas passibilis est duarum specierum, species quæ est in corpore, sicut sunt colores, & sapores, & odores, & in summa sensata. & species quæ est in anima, & sunt accidentia animæ, sicut sunt timor, & pietas, & pudor, & accidentia hæc in corpore aiato sunt primi generis. Et quod fuerit hmōi velocis remotionis, vt plurimū appropriatur nomine passionis, & quod tarde vocabitur qualitas passibilis. Et species quarti gēris qualitatis sunt, sicut rectitudo, & curuitas, & figura, & in summa qualitas, quę est in q̄ntate, inquantū ipsa est quantitas.

Sermo de Relatione.

ET relatio est habitudo inter duas res, quarū dum denominabitur per eam vtraq; illarum, cogitabit̄ substantia sua in relatiōe ad alterutram. q̄m̄ si fuerit pater, certe ipse est pater filii, & si fuerit filius, certe ipse est filius patris. & ambo subie ta istius habitudinis, quæ est relatio, iam accipientur nominibus suis significantibus super ea ex eo q̄ eis fit ista habitudo, sicut sunt paternitas & filiatio. & secundum istum modum erunt relata, & cōmunicabitur eis definitio relatiuorum, & ipsa est q̄ vtriusq; eorum subiectia imaginetur in ordine ad alterutrum. Et aliquando accipiuntur nō secundum nomina sua significāe intra super ipsa ex eo q̄ sunt relatiua, sed ex eo q̄ sunt in prædicamento vno, et dicetur vnum eorum in habitudine ad alterum secundum aliquas diectiones respectus solum, sicut est dictum nostrum, quo dicimus bouem ad socratem: dum accipietur secūdum istum modum, non verificabitur de eis definitio relatiuorum, quoniā non concipitur bos in habitudine ad socratem, neq; socrates in habitudine ad bouem. Et dum accipientur nominibus suis significantibus super ipsos ex eo q̄ sunt relatiua, & dicetur bos emptus est à Socrate emente, conueniet ei tūc definitio relationis. Et ideo præcipiebat ibi Arist. istud ex eo, q̄ quædam relatiua sunt, quibus nō sunt nomina. Sin autē, caderet error, & existimabitur de eis q̄ sint de relatiuis, quæ non sunt ex relatiuis. Et sic accidet error in eis, dū accipiemus vnū eorum nomine suo significante super ipsum, ex eo q̄ esset de prędicamento alio: ac si dixerimus seruum Socratis, q̄ seruus fuerit significās super rem relatiuam, & Socrates significat super rem non relatiuam. Et proprietas relatiuorum est, dū accipientur cum ista cōditione, q̄ dum inuenietur vnum eorum, inuenietur & alterū; & istud dum cōditionabitur in eis, q̄ inuentiantur in potentia simul, vel in actu simul. Exemplū huius est embryo iam est sentiens in potentia, & sensata sua sunt in potentia, & dum erit sentiens in actu, erunt sensata sua in actu. Et ex proprietatibus suis etiam est, q̄ dum accipientur secundum istum modum, regrediatur vtrunq; eorum super alterutrum cōuertibile, quia dominus est dominus serui, & seruus est seruus domino necessario. Et sic dum cognoscatur vnum eorum perfecte, cognoscitur alterum necessario. Et nominum relatiuorū sunt quædam species, quorum nomina sunt differentia & distincta, sicut pater & filius. Et eorum sunt, quorum nomina sunt denominatiua ab aliqua re, sicut emptor & emptum, quæ sunt denominatiua ab emptione. Et eorum sunt, quorum nomen vnius est deriuatum ab altero, sicut scitum & scientia. Et eorum sunt, quorum nomina simul sunt vnum nomen, sicut socius et rivalis.

Sermo de Quando.

ET quando est habitudo rei ad tempus determinatū, quod coæquatur inuentioni rei, vel tempus, cuius coæquatum est pars. Tēpus autem est terminatum secundum remotionem sui ab præsenti prædicamenti secundum præteritum, vel secundum futurum. sicut si dixerimus q̄n̄ fuerit nouum tale, & dicetur in die tali, vel in anno tali, & ipsum est manifestum q̄ ipsum fuerit in anno tali, propter esse ipsum in die tali, & in die, pter ipsum esse in tempore coæquato inuentioni ipsius, & connexo ei. & ideo fuit illud tempus suum primum, & cætera tempora, quibus respondebatur in responsione ad quando, ipsa erūt secundaria. Et dictione quādo aliquando vtuntur etiam in interrogatione duorū finium inuentionis rei. sicut si dixerimus, quando natus est talis, & q̄n̄ morietur. Et istæ duæ partes, quibus rīdetur in intellectione quādo, sunt sicut species istius generis.

Sermo de Vbi.

VBi autem est habitudo corporis ad locum suum: sicut si dixerimus, vbi est Socrates, & dicet̄ i domo, vel in platea. Et huius ēt quoddā est primum, & quoddam est secundariū. Sicq; primus est ille, qui circuit corpus continctū super ipsum, qui non separatur ab eo. Et locus secundarius est, cuius primus locus est pars. Verbi gratia, q̄a locus primus terrę est aqua circuiēs ipsam, & locus secūdarius est finis aeris, et magis remotus isto est finis ignis vel ipsius orbis. sicq; terrę maior pars eius est in fine aeris, quia est in fine aquę, & sic ipsam esse relatam ad singulos fines est ob finē et determinatum. Et vbi est de rebus necessariis entibus naturalibus.

Sermo de Situ.

SItus autem est habitudo quędam inter partem determinatam corporis ad partē determinatam loci, quę habitudo

habitudo est obiectio obiectionis ad partem. & ipsa inuenitur in omni corpore naturali, quoniam non euadet ab vbi, & homo maxime inter alia animalia. sicut sunt statio, & sessio, & supinatio & cætera. Sicq; quanto magis multiplicabuntur situs animalis, tanto est pluris qetus. Verūtamen differunt situs isti, propterea quia partes, quæ fuerunt alicuius in aliquo situ, vertūtur ad partes determinatas loci, quæ mouentur ad motum situs. verbi gratia, quia stantis caput erit conuersum ad partem aeris altam à parte, ad quam erit conuersum caput sedentis, & sic de vnaquaq; parte ipsius. Et corpora cū hoc q̄ inueniatur eis situs à locis continētibus, ipsa iam inueniuntur eis situs à locis exeūtibus ab illo, nisi quia istud eis certe est propter situm eorum determinatum.

Sermo de Habitu.

HAbitus est habitudo corporis ad ambiens ipsum, vel partem sui, dum fuerit ambiēs motum ad motum ambitu ab eo. Et ille est duarum specierum naturalis, sicut est cortex arboris & corium animalis: & artificialis, sicut est indumentum.

Sermo de Passione.

PAssio autem est trāsmutatio rei à dispositione in dispositionem, & commutatio partium rei transmutabilis. verūtamen dicitur de illo q̄ sic trāsmutabile, quatenus perseuerat in ista dispositione, & ideo impossibile est in eo quod perseueraerit in ista dispositione, q̄ attinxerit partem nouam neq; partem priuatam, neq; q̄ impediat hoc. Et non est differentia inter dictum nostrum transmutabitur. Et ideo fuerunt species istius generis æquales speciebus transmutationum, quæ sunt generatio, & corruptio augmentum & decrementum, alteratio, & motus secundum locum. Generatio itaq; est processus à non corpore, donec pueniat corpus aliquod. Et corruptio est suum contrarium. Et augmentum est transmutatio corporis à mensura aliqua minori ad mensurā aliquam maiorem. Et decremētum est contrarium huius, id est à mensura maiori ad mensuram minorem. Et alteratio est permutatio à qualitate in qualitatem, sicut est trāsmutatio à caliditate in frigiditatem, & ab albedine ad nigredinem. Motus autem secundum locum est transmutatio à positione ad positionē, et ab vbi, ad vbi: sicut est motus à supriori deorsum, & à dextris sinistrorsum.

Sermo de Actione.

ACtio quidē est, q̄ mouetur agens ad singulas partes illius, quod innouabit̄ in patiens q̄ ipsum agit. Species autem actionis sunt secundum numerum specierum passionis. & hoc est, quia cuilibet transmutabili est aliqua species transmutationis opposita et. sicq; et quod calefit opponetur quod calefacit ipsum, & cui augetur opponetur quod auget ipsum, & illi quod gignitur opponetur quod gignit ipsum, et illi quod mouetur fm̄ locum opponitur quod mouet ipsum fm̄ locum.

Sermo de rebus communibus Formationi, & Verificationi simpliciter.

ISta itaq; sunt genera magis vniuersalia rebus sensatis. Et species istorum, & genera eorum sunt subiecta in scientijs, & in ista scientia. Sed istud est duobus modis distinctis. quia dum ipsa accipiuntur ex eo quòd pars eorum est magis vniuersalis alia parte eorum, & pars eorum est magis determinans parte, & ex eo q̄ pars eorum est nota, & prædicata de parte aliqua, & in summa ex eo q̄ contingunt eis in intellectu secunda, quorum iuuentio certe est in intellectu, solum erunt logicalia. quia ars Logicæ certe tribuet regulas de istis generibus ab intellectis. verbi gratia, quia ipsa tribuet prędicationis conditiones, quibus verificabitur, sicut quod

DE LIBRVM DE INTERPRETATIONE.

De dirigentibus ad Verificationem.

NOrmæ autem, quæ limitāt verificationem, sunt duorum generum. genus verificationis quęstionis, & distinctionis ipsius in duo oppositа, adeo q̄ detinea tur veritas alterius illorum. & genus secundum est verificationis sermonis compositi agentis verificationem, & est quod nominatur syllogismus. Et incipiemus in genere primo, quia ipsum est primum, quod verificabitur ante omnē rem in quæstione, & est notitia præsuppositа verificationi: deinde procedemus ad verificandum per syllogismū.

Dictiones quidem significantes super res incomplexas, sunt nomen, verbum, & dictiones seruientes,

Nomen autem est dictio significans per se, & primo super rem incomplexam, absq; hoc quod significet per se super tempus colligatum cum ista re æqualiter: siue fuerit rerum, quæ non concipiuntur nisi cum consecutione temporis secum in anima, sicut est, sessio, & status, & in summa motus: vel fuerit ex his rebus, quarum conceptioni non est necessarium tempus, sicut est homo, & equus.

Verbum autem est, quod significat per se super rem in tempore perfecto præterito, & futuro, & præsenti.

Dictio autem seruiens est dictio significans super rem nominis, aut verbi, aut amborum.

Oratio autem est sermo cōpositus significans super rem, & pars eius significat super partem istius rei etiā. Et orationum quædam est perfecta, & quædā imperfecta. Perfecta quidem est, quæ facit adipisci intellectum per se. Et imperfecta est, quę est pars facientis adipisci. Perfectarum vero quædam est, quæ verificat aut falsificatur. & ipsa vocatur in ista arte sermo decernēs, & enuntiatio, & dijudicās. Et partitur in narrationem, & de quo narratur. & de quo narratur vocatur in ista arte subiectum, & narratio vocabitur prædicatum. Et quædam est, quæ non verificatur neq; falsificatur, & ista vocatur imperatiua, & prohibitiua, & optatiua, & interrogatiua, & de istis non est necessarius sermo.

Verūtamen enunciationum quædam est binaria, et quædam est trinaria. Binaria autem est, cuius præteritum est verbum. & ista est trium specierum, vel q̄ fuerit eius verbum præteritum, vel futurum, vel præsens. Sed non inuenitur in lingua Arabum impositio significans super significatum presens. Trinaria autem est, cuius prædicatum est nomē: sicut Socrates est viuens. & vocatur quidem trinaria, quia non est dubium de appositione signi habitudinis copulantis inter subiectum & prædicatū in illis, aut de significante habitudinē istam, sicut est dictio est, vel fuit, vel erit. & in summa verbū inuentionis & ipsa sunt, quę nō erunt narrationes per se.

Et vtrarūq; istarum & binariarū & trinariarū quædā sunt simplices, & sunt, quarū prædicatum est nomē perfectum, & verbū perfectum, & sunt orationes significātes sup formā, & sup dispōnem inuentā in veritate, sicut

ſicut Socrates exiuit, & Plato eſt viuẽs. Et earum ſunt remotiuæ, & ſunt illæ, quarum prædicatum eſt nomen vel verbum imperfectũ, ſicut ſi dixerimus Socrates eſt non ſanus. & hoc eſt in orationibus quæ non vſitantur in lingua Arabum. Et quædam ſunt priuatiuæ, & ſunt quarum prædicatum eſt nomen priuatiuum, vel verbum priuatiuum. Priuatio autem vſu eſt, cp deficiat habitus, cuius conſuetudo eſt, cp ſit in eo ſubiecto in hora qua ſolet eſſe in eo: ſicut ſi dixerimus Socrates eſt cæcus, & Plato ægrotat. Vis autem nominũ imperfecto rum in idiomatibus quæ vtuntur eis, eſt vis noium priuatiuorum, quia dictum noſtrũ non videns eſt in gradu dicti noſtri cæcus: & dictum noſtrum non ſanũ eſt in gradu dicti noſtri ęgrum. Qm̃ autem non fuerũt iſta nomina in lingua Arabum, fuit dictio negationis apud eos ex dictionibus ambiguis, quia ipſi aliqñ proferunt ipſam ſimpliciter, & volunt per eam rem priuationis, & aliquando volunt per eam negationẽ abſolutam. Et hoc eſt, quod cogit homines huius artis loqui per nomina remotiua. quia nos dum non cauemus ea & impone mus eis iſtam impoſitionẽ, poſsibile eſt cp erremus, & acciptamus qđ eſt impfectũ loco negationis, & ecõtra.

Et cuiuslibet ſpeciei iſtarum enuntiationum, quas numerauimus, quædam ſunt non habentes modum, et quædã habentes modum. Modi aũt ſunt dictiones ſignificantes modum inuentionis prædicati in ſubiecto. Et modi primi ſunt tres. Poſsibile, & ipſum eſt, quod ſignificat ſuper rem, quę poteſt eſſe cp inueniatur & non inueniat: ſicut ſi dixerimus pluuia poteſt eſſe cp deſcendat. Et neceſſarium: et ipſum eſt ſignificans ſuper quod non ceſſauit necp ceſſabit. vt ſi dixerimus homo neceſſario eſt animal. Et inuentiua. & ipſa ſunt res, quę inueniuntur in actu poſtq̃ fuerunt poſsibiles, & intelligentur cp priuabũtur: ſicut ſi dixerimus Socrates nũc ſtat. & eſt quaſi illud ſit medium inter neceſſarium & poſsibile, quia tam accepit ab vtroq; partem ęqualem, poſtquam tam extenſa eſt conſuetudo quòd ponant dictionem dicti inuentionis in iſta ſpecie, quæ ſtet loco declarationis in ea.

Et vnaquæq; etiam iſtarũ enuntiationũ, vel erit habens ſignum vel non habens ſignum, & ſunt enunciationes, quarum ſubiecta ſunt res vniuerſales. Et ſigna ſunt quatuor, Omne, & Nullum, Aliquod & Non aliquod, & ipſum eſt in gradu dicti noſtri nõ omne. Sicp vnaquæq; iſtarum enunciationum eſt, vel affirmatiua vntuerſalis, vel negatiua vſis, vel affirmatiua particularis, vel negatiua particularis. Verũtamen non habentes ſignum ſunt duarũ ſpecierũ: vel indefinitæ, & ſunt quarũ ſubiecta ſunt res vniuerſales, & non contingitur ſecum ſignum omnino: vel ſingulares, & ſunt quarum ſubiectum eſt ſingulare.

Quatuor species syllogismorum coniunctorum quę ad qualitatẽ q̃ litteræ multiplicati pertinent sunt.

Exemplum huius si hoc viuũ non est planta, est animal.

Multiplicatio syllogismorum cõiunctorum secũdũ quantitatem.

Et quædam est coniunctio affirmationis cum negatione: vt si dixerimus si locus non esset dimensiones separatæ, esset vltimum corporis ambientis. Et quædam est coniunctio negationis cum negatione: prout si dixerimus, si hoc visibile non est animal, non est homo. Et dũ multiplicabis istas quatuor per duas species primas secundum istam diuisionem vltimam, erũt sex species. Et dum multiplicabuntur per diuisionem primam sex species, erunt species concludentes viginti quatuor. Et posibile est q̃ multiplicentur istæ species per quatuor partes, quæ sunt in præmissis aut ex parte quantitatis: & hoc est, quia iam est posibile q̃ sint antecedens & consequens simul vniuersalia, aut q̃ sint simul particularia, vel q̃ sit vnum eorum vniuersale & alterum particulare: & hoc etiam secundum duas partes, vel q̃ antecedens sit ipsum vniuersale, & consequens ipsum particulare, vel è cõtra. Exemplum illius, qui componitur ex duabus vniuersalibus simul, est, si omnis homo sit rationalis, omnis homo est risibilis. Et exemplum illius, qui componitur ex duabus particularibus simul est, si aliquod animal sit homo, aliquod animal est rationale necessario. Et exẽplum illius, cuius antecedens est vniuersale, & consequens particulare est, si omne contradictorium sequatur ex cõtradictorio, illud sequitur per accidens. Et exemplum illius, cuius antecedens est particulare, & consequens vniuersale est, si aliqua dimẽsio sit separata, posibile est, q̃ omnes dimẽsiones separentur. Et sic posibile est, q̃ sint antecedens & consequẽs singularia simul, vel indefinita simul, et aliquando combinantur alterutris. Et vnaquæque istarum specierum aliquando habebit compositionem necessariam, & aliquando posibilem vtplurimum. & sunt duæ species syllogismorum prouenientium ipsis scientijs. Et conuenit vt scias q̃ antecedens in istis syllogismis aliquando erit oratio vna, et aliquando erunt orationes plures: sed oportet, q̃ sit pars earum conditionata per alteram partem, & tunc erit potentia earũ potentia antecedentis, quod est oratio vna: & si nõ, erient antecedẽtia plura. Sicut si dixerimus, si fuerit corpus ifinitum secundũ omnes dimensiones suas, & non fuerit mobile fm partem eius: motus itaq; nõ inueniretur. Et sic etiam aliqñ erunt in cõsequente orationes plures, & oportet q̃ conditionemus in eis etiam q̃ sit potẽtia illarum potentia consequentis vnius, & q̃ sit vna ex eis colligata cũ alia parte. Et aliqñ erit antecedens & consequens vtrunq; compositum ex orationibus pluribus colligatis alterutris: sicut si dixeris, si sol abscindit arcus æquales circulũ signorum temporibus inæqualibus, & sit in motu suo imposibilis velocitas & tarditas: & completur tradendo suam causam esse motum vnũ, dignius est esse q̃ cõpleatur duobus motibus: igitur Sol exit necessario per circulum eccentricum à centro mundi.

Nota, q̃ antecedens in hmõi consequentis aliqñ est vna oratio, aliquando plures.

Sermo de conditionalibus disiunctis.

Syllogismi hypothetici disiuncti cõponuntur ex oppositis.

SYllogismi quidem conditionales disiuncti sunt, qui componuntur ex contradictoriis. Et contradictoria sunt, quæ imposibile est, q̃ contingantur simul in vno subiecto, & ex vna parte, & in vno tempore. Sicque in summa species oppositorum inter eas sunt affirmatio & negatio, & priuatio, & habitus, & contraria, & relatiua. Istarum autem quatuor specierum, quædam sunt perfectæ contradictionis, & quædam sunt imperfectæ contradictionis. Perfectæ cõtradictionis sunt, quarum suæ contradictiones sunt cõtentæ. Et istarum quędã sunt, quæ opponuntur duobus solum, & quædam sunt, quę opponuntur pluribus quàm duobus, & ipsæ sunt cum hoc contentæ. Species autem syllogismorum istius generis sequestrantur in tres species secũdum diuisionem istorum contradictorum in istas tres partes. Et quæ op

Nota pulcra diuisionẽ horum syllogismorum diuisiuorum.

* Bur. l. vniuersales.

ponuntur in duobus tãtum sunt affirmatio & negatio, & priuatio, & habitus, & contraria, inter quæ non est medium. Sicq; species syllogismorum compositorum ex istis tribus, qui sunt species primę hui⁹ syllogismi, reperetur in eis, quoduis contigerit eorum antecedẽs vel consequẽs, vel oppositum illorũ, & concludent. Exempla autem istorum sunt proxima. Verũtamen relatiua posibile est, q̃ accipiantur secundum modum coniunctionis & disiunctionis, vt si dixerimus in cõiunctione si fuerit hic pater, ei est filius: & iste vel est pater, vel est filius disiunctiue. Illi autem sunt, qui componuntur ex partibus obijcientibus pluribus q̃ duabus, nisi q̃ contradictio illarum est imperfecta. Et illa est secunda species, in qua componuntur contraria, inter quæ est medium determinati numeri, vt si dixeris ista linea est maior, vel minor, vel æqualis, & ista specie repetet etiam quodcunque eorum contigerit, siue antecedens, vel oppositum ipsius, siue consequens, aut eius oppositum, & concludetur. Sed non sufficit in illis repetere vnum, sed erit repetitio illius secundum numerum oppositorum, sicut si repetetur q̃ ipsa non sit maior, & relinquetur q̃ sit æqualis, aut minor. Amplius repetetur, q̃ ipsa non sit minor, & concludetur, q̃ ipsa sit æqualis: & hoc est, quod ostendere intendimus. Et estimatur q̃ iste sit syllogismus compositus ex syllogismis pluribus cõditionalibus secundum numerum præmissarum repetitarũ. Et proprie decernitur syllogismus conditionalis disiunctus: quia antecedens in eo non est antecedens secundũ naturã, & consequens consequens secundum naturam: sed aliquando conuertetur antecedens consequens, & consequens antecedens. Qui vero componuntur ex oppositis, quæ sunt imperfectæ cõtradictionis, est species tertia ipsius speciei syllogismi, illa vtplurimum componuntur ex contrarijs, inter quæ est medium indeterminati numeri, aut ex determinatis secundum se: sed illo syllogismi non explebunt illa. Et consuetudo tam exterа est in ista specie, q̃ exprimatur expressione cõtradictionis communis, vt si dixerimus, si nõ sit Sortes in Ægypto est Hierosolymæ, sed est in Ægypto: ergo non est Hierosolymæ. Et Antiqui illam intelligebãt, quòd esset species, quæ incipit à negatiuo, & desinit in negatiuum. Et hic explæti sunt syllogismi conditionales.

Quę sint species syllogismorum, quæ in exercent oppõm. & 1 prima.

Quę in pluribus exercet oppositione, sed numeri determinati, & cetera.

Syllogismi disiuncti non habent spes, & sequẽtia secũdum naturam cõsequentis, sed ad libitum permutant positum.

Tertia species cõ, q̃ componuntur ex plurib⁹ nõ habitib⁹ numerũ determinatum. * Bur. Idem non intelligitur per rectum, sed non per re.

Sermo de syllogismo contrariorum seu ducente ad impossibile.

DIcimus autem de syllogismo imposibilis, quòd ille sit compositus ex conditionali & categorico, sicq; vtemur eo hoc modo: quoniam, quãdo nos voluerimus ostendere veritatem alicuius enũciationis, accipiemus illius contradictoriam, & connectemus ei præmissam veram, de cuius veritate non dubitatur, & componetur ex illa aliqua partium combinationum in quauis figura, quę contigerit ex figuris categoricis, & dum concluditur conclusio manifestę falsitatis, scietemus, quòd falsitas non venit ex compositione in illo syllogismo, postquam fuerit compositio cõcludens, nec̃ etiam ex præmissa vera, sicq; non remanebit, quod sit nisi ex contradictoria præmissæ dubiæ. Et dum falsitas abitur illius cõtradictoria, mox illa igitur est vera. Cuius exẽplum est, nos volumus ostendere, quod mũdus sit nouus, & dicemus, si non sit verum, ergo totum contradictorium est verum, & illud est, quod mundus sit antiquus, & vterius contingetur huic præmissa, de cuius veritate non dubitatur: vt verbi gratia, nullũ transmutabile est antiquum, & sequetur inde quòd mũdus non sit transmutabilis, quod est falsum. Et falsum nõ sequitur ex præmissa vera. Verũtamen sequetur ex ambigua in illo posita, & est dictum nostrum, quod mundus sit antiquus, ex quo sequebatur falsum, sicq; ipsum est

Nota scilicet ad impossibile componit ex conditionali & prædicatorio, & quo componatur.

falsum necessario. Id autem, quod est falsum suum contradictorium est verum, quod est, ꝙ mũdus sit nouus.

Et de proprietatibus huius syllogismi conditionalis est, ꝙ non sufficiat ad concludendum absq; syllogismo categorico, & omnes illi indigent ut cõstetur ex eis conclusio ignota syllogismo categorico. Sed in syllogismo impossibilis res est manifesta, ꝙ ipse sit compositus ex categorico & conditionali. Sed hoc monstrabitur in syllogismo conditionali coniuncto ex parte suæ suppositionis: quoniam ille nõ significabit sua suppositione aliquid rei, ꝙ in ipso sit res nota præter connexionis coniunctionẽ, & remanebit hoc ex repetitione antecedentis, aut oppositi consequentis, attamen illius expressio est expressio dubia illius. Et dum fuerit consecutio in eo manifesta, et repertum i eo manifestum, hæc res suę expressionis non est secundum hunc modum dubium in illo, quando fuit nostra intentio cõtinuo vere, vt exprimeremus orationem expressione, qua res, quæ est in intellectu, conuenitat. Sinautem quando hoc fiet, erit præmissa manifesta per se, cuius suppositione expressa est expressio conditionis. Et hoc apparebit magis in disiuncto, quoniam dum fuerit repertum in illo manifestum ab initio rei, & contradictorium ipsius etiam erit notum ab initio rei, quia dum nos dixerimus ꝙ mundus sit nouus aut antiquus, & fuerit altera istarum rerum manifesta nobis per se, iam eius contraria etiam est manifesta per se. Et ideo oportet syllogismum conditionalem ex parte qua conditionalis est de quæsito ignoto quod sit in eo repertum per se ignotum: immo si ostendetur quæsitum aliquod per syllogismum conditionalem, ille necessario definet in categoricum. Et aliquando vsitatur alicubi syllogismus categoricus ad verificandum consecutionem consequentis ex antecedenti æqualiter, siue repertum fuerit per se manifestũ, siue non fuerit. Exemplum huius est oratio Hippocratis, si homo esset ex vna re, non doleret, repertum in hoc syllogismo est manifestum ab initio rei, videlicet, ꝙ ille doleat, sed indigebit ostensione consecutionis antecedentis cum consequente, vt ꝙ dicatur quod est ex vna re non transmutatur, & quod dolet transmutatur.

Sylls ad impose. & oēs sylli hypothetici non possunt monstrare cõclusionem sine sillo prædicatiuo.

Nota sylsm diuisiuũ componi ex prę dicatiuo, & cõditionali.

Vsi. I conditionalis Syllogismi cõditionales æqualiꝫ ꝙlibꝫ habẽ consecutionem consequentis ex antecẽdẽti manifestum per se.

Sermo de Syllogismis Compositis.

Syllogismi compositi, alii ex vno, alii ex pluribus componuntur generibus.

SYllogismi quidẽ, quos expossumus, aliquando erunt simplices, & aliquando erunt compositi ex ipsis simplicibus. Et ex compositis quidam sunt, qui componuntur ex pluribus vno genere horum, quos dinumeravimus, & quidam sunt qui componuntur ex pluribus vna specie. Sed syllogismus impossibilis secundũ quod ostensum est, est compositus ex pluribus vno genere illorum, quos numeraumus. Sed syllogismo conditionali solo & simplici non vtimur nisi in arte topica, sicut declarabitur. Sed tamen de syllogismo categorico fit simplex & compositus & hoc fit vel ex vna specie, aut ex pluribus vna specie. Si fit esset compositus ex figura secunda & prima. Sed syllogismus simplex est, qui concludit conclusionem primam ex duabus præmissis solum, quæ erunt manifestæ per se, & ista est sua proprietas, scilicet quod tuæ præmissæ sint duæ solum. Et ex proprietatibus suis etiam est, quod eius conclusiones sint suum dimidium. Sed syllogismi compositi sunt plures species, quarum vna est, quæ concludit conclusionem ex duabus præmissis, quæ duæ præmissæ erunt conclusiones duorum syllogismorum, quorum vterq; erit ex duabus præmissis, & erunt istæ quatuor præmissæ conclusiones quatuor syllogismorum, quorum quilibet erit ex duabus præmissis: sic ꝙ sit donec definat in syllogismos simplices. Sed illi sunt, quorum præmissæ sunt p̃ie notæ. Verbi gratia, qui nos accipiemus duas præmissas ad ostendendum & faciendum demonstrationem per ipsas, quòd anima sit immortalis secundum quod est de opinione Platonis, videlicet, quòd anima mouetur per se, & quod mouetur per se est immortale: anima itaque est immortalis: & istarum præmissarum vtranque oportet ostendere per syllogismum constitutum ex duabus præmissis: & dicamus minorem gratia exempli, videlicet quod diximus, anima mouetur per se, ostendendam per duas præmissas, videlicet, anima est principium motus, & principium motus mouetur per se: sicq; anima mouetur per se. Et dicemus maiorem, quæ est, quod mouetur per se est immortale, per duas præmissas etiam, quæ sunt, quod mouetur per se, perpetuat motum, & omne perpetuans motum est immortale: ergo quod mouetur per se est immortale. Species autem secũda istorum syllogismorum est, quòd sit conclusio in ea ex duabus præmissis, quarum altera sit nota per se, & altera ostẽsa per syllogismum ex duabus præmissis, donec desinat in syllogismum simplicem. Et hoc secundum duas species, quarum altera est quòd sit maior nota, & minor scita per syllogismum, & secunda secũdum oppositum huius quòd minor sit nota per se, & maior per syllogismum. Et species tertia est, quæ componitur ex istis duabus speciebus. & iste syllogismus componitur, dum declaratæ fuerint in eo omnes præmissæ, & conclusiones ducentes ad conclusionem vltimam, & accipientur conclusiones in eis, aliquando secundum ꝙ sint præmissæ, & aliquando secundum ꝙ sint conclusiones, & vocabitur syllogismus compositus coniunctus. Et proprietas huius syllogismi compositi est, quòd sint præmissę pares, & terminꝰ impares, & suę conclusiones dimidium suarum præmissarum. Veritamen dum non ostendentur omnes præmissæ, quæ sunt in eo, neque omnes conclusiones, vocabitur compositus disiunctus. Et proprietates suę sunt, quòd si sint suæ præmissæ impares, sut terminꝰ sint pares: & si sint præmissæ suæ pares, sut terminꝰ sint impares, & quæ ostenditur in eis aliquando erit minor, & aliquãdo erit maior, & aliquando erit in specie tecũda nota per se, & aliquando erit ignota per se. Syllogismus aũt, cui deest propositio secundum quòd illa sit eius cõclusio, Peripatheticꝰ vocauerunt eam subiectum, & cui deest illa secundum quod sit eius præmissa, vocatur apud eos prædicatum. Et decet quod assuescas istos syllogismos differentes, quia veteres iam posuerunt eos in libris suis, vt plurimũ taliter. Et vtemur talibus sermonibus, dum offerentur nobis disiunctꝰ, et reducemus eos in coniunctos, dum diuiserimus omnes suas præmissas, & suos medios terminos, & minores, & maiores, et conclusiones, quarum opus est in conclusione ad quæsitum vltimum, & non conclusiones, quæ vocantur superfluæ: et sunt illæ, quarum non est opus ad conclusionem quæsiti intenti, & instituemus terminos medios, ex quo sunt repetitibus, & dum nouerimus terminum medium, cognoscemꝰ figuram, & hoc ex sua positione ad duas extremitates, & declarata etiam erit extremitas minor & maior in comparatione ad conclusionem, & iam declarata etiam erit figura syllogismi ex ipsa conclusione, quia conclusio affirmatiua vniuersalis erit in specie prima primæ figuræ necessario: & ideo tuit ista species dignior in demonstrationibus. Et conclusio vniuersalis negatiua erit in secunda specie figuræ primæ, & in aliquibus speciebus secundæ figuræ, non in aliis. Et conuenit cum hoc, quòd diuidamus ex partibus præmissarum, quid sit prædicatum & subiectum in præmissis, quia aliquando contingit quod præcedat prædicatum in eloquio & ponatur subiectum absque hoc quòd sit reuersio præmissæ, & est quod denominatur in hac arte per conuersionem, & vocant ipsam homines artis Grammatices Arabum narrationem principiũ præcedentis.

Hic n erit ponere reducendum reducendi syllogismos imperfectos, quos aliqua ꝓpo deceit.

Nota de ꝑdicato, & subiecto i ꝓpositionibus.

dentis. Sicq; decet, quòd cognoscamus quòd prædicatum & subiectum in præmissis aliquando erunt dictiones separatæ, & aliquando erunt cõplexæ compositione conditionis & connexionis, & aliquando erit subiectum in præmissis compositum ex duabus dictionibus separatis, & erit in eo denominatio ponẽs ipsum ad modum dictionis separatę, sicut est dictum tuum, Socrates pater tuus stat. Et sic cõuenit ꝙ obseruemus in pronunciatione literæ, quæ dum coniungentur repetitæ procedẽt secundũ semitam nominis, dum fuerit, de quo est narratum, & sunt subiectum & prædicatum de quo, & quod, quæ denotauerunt hoīes artis Grammatices per nota coniuncta: donec innotescat vtenti eis narratio, & de quo narratur, quæ sunt subiectum & prædicatũ: & hoc dum scimus locum copulæ, quę est in illa, quod signum appellatur apud Grammaticos, & in summa ꝙ assuescamus capitulum, quod dicũt Grammatici capitulum pronũciationis, quia tale est genti, cui proprium est hoc idioma: & similiter in vnaquaq; gente secundũ suum idioma, postq; ars Grãmatices vnicuiq; idiomati habet duas partes, quarum altera est necessaria ad intellectionem rerum apud hoīes illius idiomatis secundum eorum loca, prout est eleuatio verbi, et depressio verbi in idiomate Arabum, & altera pars non est necessaria in illa arte, sicut est depressio narrationis, fuit, & depressio tbi, vbi: & ideo nos non inuenimus plurimum huius partis, vt cõtingit impositum apud omnes Arabes. Et totum hoc est, postq; cognouerimus ex orationibus positis in syllogismo illam, cuius non est opus ad cõclusionem quæsiti: & huiusmodi sunt plures species, quarum quędam addũtur ad attestationẽ veritatis, ipsiusq; decorem, & quædam, quæ addunt ad dirigendum pro occursu veritatis in præmissis. Et hoc est sicut operatio inductionis tacitis acquirere veritatem, & ipsius exẽplꝰ, quod dirigit ad verificationẽ, vel ad formationem: & vt est declaratio illius, quod significat nomen, & diuisio, & compositio. Et in summa res, quarum non est aliqua significatio per se, sed adiuuant aliquo modo formationem & verificationem, quæ sunt species doctrinæ. Hi itaq; sunt omnes syllogismi communes arti demonstrationis, & cæteris artibus, quarum moris est, ꝙ vtantur eis. Sed sermo de inductione, & exemplo, & signo est ex his, quæ propria sunt vnicuique arti & vnicuique verificationi. Sicq; sermo de illis secundum nostram intentionem est conuenientis his sermonibus breuiter & secundum quantitatem illius, quod faciunt acquirere de verificatione.

IN LIBRVM TOPICORVM.

Sermo de regulis, quibus fiunt argumenta, quæ Loca Vocantur.

TDicemus, quoniam normæ exhibitę in hac arte sunt duarum specierum, species agens, & species notificans: sicq; tã præcessit sermo de rebus, quibus seruntur species syllogismorum, & modi eorum: iam itaq; cõuenit modo, ꝙ loquamur de normis, quibus poterunt fieri syllogismi: quia iam semita scientiæ formæ rei est alia à scientia operationis eius. Verumtamen elegimus meminisse de normis agentibus in hoc genere cum eo, qđ præcessit de sermone nostro, ꝙ nos certe referemus de normis logicalibus in hoc introductorio normas notificantes tãtum, & hoc ratione alterius duarum rerũ. Sed præstantior earum est, quoniam non declarantur in oibus artibus demonstratiuis conclusiones sequentes ex principijs positis, sed dimittemus illud peritorũ in arte. Et ideo fuit vna rerum conditionatarum in hac arte, ꝙ sit habentibus ipsam talis potestas. Et cum res ita se habuerit, ista pars Logicæ est necessaria perfectæ artibus perfectis secundum quod sunt artes hoc nostro tẽpore. Et propter hanc eandem rem non facietmus mentionem de his sermonibus, nisi de illis, quorum consuetudo est, vt veniant in vsum demõstrationis. Et hi sunt necessario duarum specierum, vel communes arti demonstrationis, & cæteris quinq; artibus, aut sunt, ꝓprij, quamuis plures eorum sint communes. Sicq; nos fecerimus id, quo erũt ꝓprij, attamẽ normæ, qbus vtuntur syllogismi topici, & rhetorici non sunt necessariꝫ ad addiscendum artes perfectę, & præcipue Rhetorica, & Poetica, quia non sunt necessariꝫ ad addiscẽdum artes speculatiuas. Normarum vero, quibus fiunt syllogismi topici, certe opus est apud perscrutationẽ artium, quæ nondum sunt perfectæ, sed ad illas, quæ perfectæ sunt tam non est opus eis, nisi ex parte illius quod melius est. Verumtamen alia intentio, qua vtum est nobis ꝙ referamus istas normas, est, ex quo demõstratio est ea, quæ est præstantissima rerum, quas intendimus. sicq; visi sumꝰ nobis, ne abbreuiemus in normis suis res necessarias ad attingendum ipsam, immo cum eis memineremus de rebus, quibus erit comprehensio melior et nobilior. Et non est dubium, ꝙ optimum in cognitione demõstrationis sit, ꝙ iecernamus ipsam, & meditemur super operationem eius, hæc ergo est vtilitas, quã intẽdimus in hac parte Logicæ. Et manifesta est ex his, quę diximus, intẽtio sua, & ordo suus, & proportio sua, & hoc est, quia hæc est pars sermonis syllogismorum, & quę conueniat ꝙ legatur post cognitionem syllogismi, & specierum eius & suorum modorum, & ante librum Demonstrationis. Et quando declaratæ fuerint istæ res, tam conuenit, vt nosticemus primo quid sunt istæ præmissæ secundum viam descriptionis, & definitionis, & qualis est operatio earum absoluta. Deinde iisinuabimus notitiam cuiusq; locorum particularium, & qualis est operatio eorum, quia cognitio instrumentorum agentium est alia à cognitione actionis eorum. Via autem ad cõstituendum quid sunt loca, & quæ est substantia eorum erit ex suis ꝓprijs operationibus. Nos vero procedemꝰ semper à rebus notioribus apud nos ad res, quæ sunt latentes. Et si plures tuitient, qui tradidissent speculationem his rebus, & processissent hoc processu, non latuisset eos quod expediens est, & non tuisset contentio inter speculantes illas. Et dicemus, ꝙ loca, inquantum loca, sunt vt videatur de eis forum, ꝙ ipsa tribuant nobis potestatem ad inuentionẽ præmissarum ꝓprium cuiusq; quæsiti artis, nec faciunt hoc tantum, sed etiam largiuntur nobis figuram orationis, ex qua sequitur quæsitum. Et ideo non animaduertemus illum locum, qui non faceret acquirere figuram concludentem: sicut est locus, sub quo componitur syllogismus in prima figura, cuius minor est negatiua. Et cum locorum tactentium acquirere per se figuram orationis syllogisticæ dependentis ab eis & figurarum syllogisticarum quædam sunt manifestæ conclusionis per se, & quædam non manifestæ, sicut præmissum est: diuisa itaq; sunt loca sin hanc diuisionem. Sicq; in eis est quod est notũ per se, & quod indiget alio, per quod declaretur, sicut infra videbitur. Et cum totum hoc fuerit, vt prædiximus, tam manifestum erit, ꝙ loca sint præmissæ vniuersales ordinatæ in anima in potentia propinqua actui secundum ordinem syllogisticum vniuersalem, non ad quæsitum proprium particulare. Quòd quidem sint prędmiſę vniuersales, est propter ea, quia præmissæ, quas accipimus in declaratione quæsiti cuiusq; artis, sunt particulares sub illis. Quòd vero sint ordinatæ ordine syllogistico, est, ex quo figuræ speciales, quibus constituuntur de vnoquoq; quę sito, habent

suas species sequentes genera locorum, sub quibus illæ sunt. verbi gratia, quia cum fuerit apud nos promptus hic locus, videlicet, ꝙ omne prædicatum, quod prædicatur de omnibus speciebus alicuius subiecti, ꝙ ipsum inuenitur in toto subiecto, tunc si temus tunc super subiectum, & diuidemus ipsum in suas species, deide aduertemus, si inueniretur prædicatum in omnibus illis, & si inuenerimus ipsum in omnibus illis, iudicamus ꝙ prædicatum inhæret toti subiecto, & componetur ex hoc syllogismus in prima figura. verbi gratia, sit nostrum quæsitum, an febris sit calor extraneus: et diuidemus febrem in febrem ephemeram, & putridā, & hecticam: & vnaquæq; istarum est calor extraneus: concluditur itaque, omnis febris est calor extraneus. Sicq; ergo hoc loco procedimus ad inuentionem præmissarum particularium, quibus concludetur hoc quæsitum particulare, & ad locum inuentionis syllogismi eius. & hoc modo in vnoquoq; loco. Et ideo sit vere locus sermo, qui est in potentia omnes syllogismi particulares qui sub eo: et quod est in potentia res aliqua, est illi elementum, vel quasi elementum. Et cum res ita fuerit, loca itaq; describentur, ꝙ ipsa sint elementa syllogismorum, sicut literæ. & intendo per literas ipsas literas alphabeti ipsius scripturæ. Et ideo, quia definiuit, & dixit ꝙ eis sint præmissę vniuersales, non definiuit ea, ex eo ꝙ sunt loca. et qui ea definiuit, ꝙ sint syllogismi vniuersales, non dixit verum, quia non sunt syllogismi in actu. Et manifestū est, ꝙ cum non fuerint apud nos promptæ hæ normæ, occursus noster ad id, quod intendimus pro inuentione alicuius qui esset per istum syllogismum, esset per accidens, & absq; via artis tali, sicut qui faceret demonstrationem præter ꝙ scit conditiones demonstrationis, & mederetur præter ꝙ sit medicus. Et hinc apparet vtilitas horum locorum. Et hæ normæ cōueniunt cum normis conditionatis in libro Priorum, ex quo facturi acquirere syllogismum notum secundum se ipsum, nisi quia hæ sunt magis propriæ illæ, illæ autem sunt magis vniuersales. & non est impossibile vniuersalis remotę vniuersalitatis ꝙ per ipsam illa tangitur particulare singulare, nisi difficile, & tm̄ per rem quandam accidentis, qm̄ similis est processus ab eo ad particulare, processui ad ipsum ex non ente, & aliter ꝙ vtuntur illis, immo a causa proprio vero proximo particulari est hæc potentia, hoc est dictu, ꝙ eo putetur processus ad inuentionem particularis. Et ideo dicuntur hæ normæ in hoc loco per hanc operationem aliter quā ille alis autem normis propter suam vniuersalitatem non est aliquid præter potentiam noticationis particularium solum. Et ideo hi syllogismi sunt specialiter proprii in comparatione ad syllogismos datos in libro Priorum vniuersales in cōparatione horum particularium. & quia vniuersales res non concipiuntur in expli. atione quæri particularis, neque eas ponerem⁹ pr̄missas ideo tot et tm̄ horum normarum hæc disposui. Et [illegible] de illis, ꝙ non dicatur de eis, ꝙ sint pr̄missæ [illegible] nostrum. Sed, quoniam fuerunt istæ normæ consentientes cum normis traditis in libro Priorum ad inueniendum formas syllogismorū particularium, & differunt⁹ per attributionem pr̄missarum, quæ sunt in illis syllogismis particularibus, attingatur, & dicatur ꝙ sunt pr̄missæ, & non syllogismi.

Et hoc est, quod notat Auicenna ad definitionem locorum, ex eo ꝙ ipsæ sunt præmissæ vniuersales, quarum particularibus vtuntur in vnoquoque syllogismo. Et ad eam definitionē ingreditur error duobus modis. Quorum vnus est quoniam pr̄missa non est genus loci nisi per accidens, postquam præmissa verè tunc, quæ ponitur pars syllogismi. Et secundus est, quod ipse diminuit operationem suam propriam, quæ est ipsum largiri formam syllogismi partis maioris. attamen cum dicet in eo, dicēs ꝙ ipse inuenerit syllogismos plures particulares, vel quòd largiat syllogismos plures particulares, tam tulit per genus suum subiectum, & per differentiam suam propriam. Et quia hæc oratio est in potentia omnes syllogismi, qui sunt sub eo, ipsam descripsit Aristo. per viam exempli, quòd ipse sit elemētum syllogismorum. Et quoniam descripserunt locum, quòd sit præmissa, cuius partes vtuntur præmissa maiori in vnoquoque syllogismo, & fuit hoc inuentum in præmissa vniuersali, sicut est gratia exempli, præmissa dicens, quòd res vni rei æquales sunt æquales, oportuit eos distinguere inter illum & illam, sicq; dixerunt omnes expositores, ꝙ non omnes præmissæ vniuersales sint loca, sicut imaginati sunt aliqui homines, sicut est dictum nostrum, res vni rei æquales ipsæ sunt æquales, quoniā similes istarum præmissarum fiunt præmissæ maiores vniuscuiusq; syllogismi, & artis. & ideo tales præmissæ fuerunt loca. Hoc itaque erit per æquiuocationem nominis, quia est magna differentia inter id, quod accipitur pro declaratione rerum, ex eo ꝙ est norma logica, & inter id, quod capitur in sua declaratione, ex eo ꝙ est syllogismus. Sed an conuenat, ꝙ sit subiectum præmisse maioris in syllogismo ad particulare ipsum idem acceptum in loco, sicq; hoc non est impossibile. Et postquam iam declaratum est quid sint hæc loca absolute, & quæ sit eorum operatio, conuenit itaque, ꝙ scīamus qualis sit operatio in eis absolute: deinde declarabitur post hoc numerus vniuscuiusq; locorum, et videbimus qualis est operatio in ipso. Dicimus itaque ꝙ operatio in istis præmissis ex parte, qua sunt instrumēta, erit cum statuerimus omnes ipsas in intellectu nostro apud id, quod perscrutabimur de quæsito. & vlterius resoluemus quæstum in prædicatum & subiectum, & exquiremus ea in vnoquoq; locorum contituentium aut destruentium, & dum inuentur sub vno eorū solum, tam inuenerimus suum subiectum, quo constituetur aut destruetur: & per hanc operationem vocabitur hæc pars Logicæ, Resoluto. Sicq; ex his locis sumptis per viam diuisionis, & per hunc locum, qui est locus diuisionis, sub eo ingreditur sex species locorum. Quorum vnus est, ꝙ oē p̄dicatū, quod p̄dicatur de oibus spēbus subiectī, aut de oibus spēbus suaꝝ spērum, quotquot fuerint istæ spēs, hoc est dictu siue fuerint p̄mæ, vel mediæ, aut vltimæ, illud itaq; inuenit toti subiecto. Et modus operationis huius modi est, ꝙ diuidamus subiectum quæstum in suas species proximas, & inuebimur, an inuentatur prædicatum in omnibus illis, & dum ipsum inuenerimus in omnibus illis, iudicabimus ꝙ prædicatum inuenitur toti subiecto. & si non inuenerimus ipsum in omnibus speciebus proximis, tunc diuidemus etiam illas species, in species, quæ sunt sub eis, & considerabimus in eis. Sicq; si inuenerimus ipsum in omnibus ipsis, manifestum est, ꝙ prædicatum inuenitur toti subiecto, licet nō inuenerimus ipsum, donec finierit in species ultimas. Et hic locus dicetur, ꝙ componatur in eo syllogismus in prima figura. verbi gratia, ꝙ fuerit quæstum nostrū, an omnis motus sit finitus, sicq; diuidemus motum in translationem, alterationem, & augmentum: & inuenerimus vnumquęq; istorum finitum, & componetur syllogismus sic: omnis motus est translatio vel alteratio aut augmentum, & vnumquodq; istorum est finitus: cōcluditur itaq;, omnis motus est finitus. Et si dixerimus, ꝙ ille non profuit nisi inductioni, & per inductionem non declaratur quæstum ignotum per notum per demonstrationem, & non meretur vocari demonstratio, & erit hic locus proprius Topicę. Secunda species est, ꝙ totum prædicatum negetur ab omnibus speciebus alicuius subiecti, siue fuerint istæ species primę vel mediæ, aut vltimæ, sicq; ipsum est negatum à toto subiecto.

biecto. Et modus operationis ipsius est sicut præcessit in specie prima. & hoc dum diuiserimus subiectum in species suas, & dum inuenerimus prædicatum negatum ab omnibus istis speciebꝰ, declarabitur, ꝙ ipsum sit negatum à toto subiecto. Et componemus hoc in figura prima. v.g. ꝙ fuerit quæsitum nostrum an anima sit sufficiens in operatione sua per se absque membris corporeis, & diuidemus animam in vegetatiuam, & sensitiuam, & æstimatiuam, & intellectiuam: & inuenietmus nullam istarum sufficientem in operationibus suis per se. Et componetur syllogismus sic, Anima est vegetatiua, vel sensitiua, aut æstimatiua, vel intellectiua: & nulla istarum sufficit per se in operatione sua: conclusio est, nulla anima sufficit in operatione sua absq; mēbris corporeis. Et harum duarum specierum locorum, ex quo inuenitur prædicatum in eis in pluribus speciebus subiecti, vel negatum à pluribus earum, & iudicauerimus propter hoc iudicium vniuersale, locus est topicus inductiuus, vel compositus ex syllogismo & inductione. Et tertia species est, ꝙ omne prædicatum inuentū in aliquibus speciebus cuiusdam subiecti tam ipsum inuenitur parti istius subiecti. Et per istum locum componi species prima figuræ tertiæ. & ideo fuit modus declarationis consecutionis illius, quod sequitur ex ipso, ille idem modus declarationis concludendi spectet tertiæ primæ figuræ. Et modus operationis eius est ꝙ diuidamus subiectum in suas species, vel in species suarū specierum, & dum inuenerimus prædicatum in aliquibus earum, iudicabimus ꝙ prædicatum sit in parte subiecti. verbi gratia, ꝙ fuerit quæsitum nostrum, an aliquod aīal sit cogitatiuum: & diuidemus animal in suas species, & inuenietmus in sua parte, & est homo cogitatiuus, & componemus syllm sic, Omnis homo est aīal & omnis hō est cogitatiuus: & concludet per cōuersionem affirmatiuę minoris, aliquod aīal est cogitatiuum.

Et species quarta est, ꝙ totum prædicatum negetur à specie alicuius subiecti, sicq; ipsum est negatum à parte istius subiecti, & iste concludet negatiuam particulare in sexta specie tertiæ figuræ. v.g. ꝙ fuerit quæsitum nostrum, an aliqui aīalia nō sit vitus, & diuiserimus animal in suas species, & inuenerimus aliquam istarum nō habentem vitum, quæ est talpa. & cōponemus sylm sic. Talpa est animal: & talpæ non est vitus: & concludit, aliqui animalia non est vitus. Sicq; hęc quatuor loca sunt ex parte diuisionis subiecti. Et relinquuntur duo loca ex parte diuisionis prędicati. Quorum vnus est, ꝙ omne prædicatum, cuius aliqua suarū specierum, siue plures, vel vna sit, inuenitur in toto quodam subiecto, sicq; istud prędicatum inuenitur in toto subiecto. v.g. si tuliset quæsitum nostrum an spongia maritima sit animal, diuidemus animal solum, & cōponetur sylls sic in prima figura, Spongia marina sentit sensu tactus: & omne sentiens sensu tactus est animal: conclusio est, spongia marina est animal. Et secūda species est, ꝙ omne prædicatum negatū fm omnes suas species à subiecto quodam, tam ipsum negatur à toto istio subiecto. Et per istā non declaratur syllogismus in figura prima, qm̄ minor in ea est negatiua, sed componitur fm quod æstimatur in syllogismo conditionali. v.g. ꝙ fuerit quæsitum nostrum, an tempus sit motus: & diuidemus motum in species suas, quæ sunt translatio, alteratio, & augmentum, & inuenietmus tempus negatum ab omnibus ipsis. & componetur syllogismus sic, Si tempus fuisset motus, tam esset translatio vel alteratio, aut augmentum, iterum repetemus oppositum consequētis, & est quod non sit translatio, nec alteratio, nec augmentum: & concludet oppositum antecedentis, & est, ꝙ tempus non sit motus. Et consecutio istius quæstiti ex hoc declarabitur secundum modum, secundum quem declarabitur conclusio istius speciei syllogismi cōditionalis. Et non differt in hoc loco, quando diuiserimus prædicatum in suas species, vel in suas differentias, aut in suas proprietates. Verūtamen non comprehendetur in diuisione prædicati quæsitum particulare affirmatiuum, quoniā dum aliquæ suę species inuenientur in subiecto, prædicatum erit in toto subiecto. Et propterea etiā non comprehendetur in hoc loco quæsitum negatiuum particulare. qm̄, quando inuenimus aliquas species p̄dicati negatas à subiecto, non sequitur, ꝙ sit p̄dicatum negatum à parte subiecti, sed fortasse inuenitur in toto eo, propter inuentionem alicuius suarum specierum in illo.

Sermo de locis compositionis.

Sicq; etiam eorum sunt loca compositionis, & sub istis etiam sunt septem species. Quarum prima est, ꝙ totum prædicatum inuenitur in toto genere alicuius subiecti, aut in sua differēta, vel sua proprietate, aut suo accidenti communi inseparabili ab eo, sicq; ipsum inuenitur in toto isto subiecto. Et componetur iste syllogismus in prima figura, verbi gratia, ꝙ fuerit quæsitum nostrum, an orbis sit locus: & inuenimus ꝙ corpori, quod est genus, orbis sit locus: & cōponetur syllogismus sic. Orbis est corpus: & corpori est locus: conclusio est, orbi est locus. Et huius exemplum de differentia est, orbis non est grauis neq; leuis: omne, quod non est graue neque leue, mouetur circulariter: ergo orbis mouetur circulariter. Et huius exemplum de proprietate est, orbis mouetur circulariter motu naturali: & quod mouetur circulariter, habet centrum supra quod giratur: sicque orbi est centrum supra quod giratur. Et huius exemplum de accidēti cōmuneparabili est: orbis mouetur: & omne quod mouetur est in loco: sicq; orbis ergo est in loco. Secūda autem species est, ꝙ omne prędicatum, quod inuenitur negatū a genere cuiusdam subiecti, & à sua differēta, & proprietate, & accidenti, sit negatum ab hoc subiecto toto. Et hæc species etiam componitur in prima figura in specie negatiua illius. v.g. de genere ꝙ fuerit nostrum quæsitum, an orbis fm tuam totalitatem cadat in vacuū. Et dicemus, orbis est corpus: corpus non conferuat in vacuo: orbis itaq; nō conteruet in vacuo. Et huius exemplū de dita est, orbi est centrum supra quod giratur: & illud, cui est centrū supra quod giratur, non giratur super vacuū: orbis itaq; non giratur supra vacuū. Et huius exemplum de proprietate est, corpus sphęricum non mouet fm sui totalitatē in loco. & quod est talis dispōnis, non habet locū ad quem transferatur: corpus itaq; cœleste nō habet locū, ad quem transferat fm se totū. Et huius exemplum de accidenti est, corpus cœleste mouetur: et quod mouet, non mouet in vacuo, neq; supra vacuum: sicq; corpus cœleste non mouetur in vacuo, neq; supra vacuum. Tertia autē species est, quia omne prædicatum quod inuenitur in toto accidenti cuiuldam subiecti, dum hoc accidens fuerit inseparabile magis proprium ꝙ ipsum subiectum, illud prædicatum est in parte huius subiecti. ver. g. aliqua corpora mouent motu recto: & omne, quod mouetur motu recto, habet contrarium: concludet, aliqua itaq; corpora habent contrarū. et hoc fit in prima figura. Quarta ispēs est, oē prędicatū negatum ab oi accidēti alicuius subiecti, quod accēs est ꝓprium subiecto, illud est negatū à parte illius subiecti, & hęc cōclude negatiuā particulare in p̄ma figura. v.g. aliquod corpꝰ mouetur circulariter: nullū quod mouet motu circulari habet contrarū: conclusio est, aliquod corpus non habet contrarium. Et hæc quidem quatuor species sunt acceptæ ex parte subiecti. Et nō intelligitur hic, ꝙ declaremus in loco generis, vel differentiæ, aut accidentis communis quæsitum particulare, neq; affirmatiuum, neq; negatiuum:

ex quo impossibile est, ꝙ inueniatur aliquod istorum magis proprium ꝙ subiectum, sed erit æquale subiecto, sicut est dispositio in differentia, & proprio: vel sit magis vniuersale, sicut est dispositio generis, & accidentis.

Species autem acceptæ hic ex parte prędicatorū sunt tres. Quarum vna est, omne prædicatum, cuius genus, vel differentia, aut proprium, vel accidens commune est negatum a toto prædicato, negatum est ab hoc toto subiecto. Et cōponitur syllogismus huius loci in secunda specie secundæ figuræ, ex quo fuit medius terminus in ea prædicatum de ambobus extremis, & ideo componitur consequentia illius, quod componitur ex hoc loco in specie, qua declaratur conclusio huius secundæ speciei secundæ figuræ. Et huius exemplum de genere est, ꝙ fuerit nostrum quæritum, an intellecta apprehensa à nobis sint genita. Et dicitur intellecta non transmutantur. & genitum tranimutatur: concluditur, intellecta non generantur. & hoc per duas conuersiones, per conuersionem præmissæ, & per conuersionem conclusionis. & ideo sit ꝙ hic locus non sit per se notus. Et huius exemplum de differentia, & proprio, & accidenti communi non est difficile. Secunda species est, omne prædicatum, cuius differentia, vel proprium inuenitur in toto aliquo subiecto, illud itaq; inuenitur in toto subiecto, sed breuibus nos expedietemus hic de differentia & proprio, propterea quia conuertuntur. & ideo possibile est in hoc loco, ꝙ concludat in secunda figura, ex duabus affirmatiuis, & non contingit hoc in genere, & accidenti. Tertia species est, omne prædicatum, cuius accidens commune, vel proprium, aut differentia, vel genus inuenitur negatum a parte alicuius subiecti, illud non inuenitur in parte huius subiecti. & hæc componitur in quarta specie secūdæ figurę. & huius exemplum de proprio est, ꝙ fuerit nostrum quæritum, an aliquod ens non sit corpus, & dicetur, omni corpori est locus, aliquibus entibus non est locus: ergo concluditur, aliqua entia non sunt corpus. Concludit hic locus particulare affirmatiuum, & hoc est de differentia, & proprio, in quibus potest esse ꝙ conuertantur. Et hoc est, quia omne prædicatum, cuius proprium, vel differentia inuenitur in parte alicuius subiecti, illud inuenitur in parte huius subiecti, ut verbi gratia, quæramus an aliquod animal sit homo, & inuenemus proprium hominis, quod est ipse risus sit ut animale. & componetur in secunda figura sic, aliquod animal ridet. & omnis homo ridet, & concluditur aliquod animal est homo. Et dum conuertimus maiorem illius, fit in prima figura, aliquod animal ridet: omne ridens est homo: & concluditur, aliquod animal est homo. Et cum acceperimus in hac tam hic magis proprium ꝙ prædicatum, quod inuentum sit in toto subiecto, non componitur ex illo syllogismus perfectus, quoniam sua maior fuerit particularis in prima figura, & tunc non concluditur. verbi gratia, quæramus an omnis homo sit animal, & inuenimus risum sit ut animale. & omni homini, & cōponitur syllogismus sic in prima figura, Omnis homo ridet: & aliquod ridens est animal. & hic etiam non concludit.

Sermo .xx. de Definitione.

SVb hoc loco sunt quatuor species, quarum vna est, Omne prædicatum, quod inuenitur in definitione alicuius subiecti, vel in partibus definitionis, illud inuenitur in toto subiecto. Modus autem operationis in hoc est, ꝙ nos definamus subiectum, & si inuenerimus prędicatum illius definitione, vel in partibus huæ definitionis, iudicabimus ꝙ inueniatur in toto subiecto. Et componitur hic syllogismus i prima figura. verbi gratia, ꝙ fuerit nostrum quæritum, an corpus sphæricum sit finitum: & dicemus, corpus sphæricū est quod circuit vna superficies, intra quam est punctus, à quo omnes lineæ exeuntes ad circunferentiam sunt æquales: & quod est talis dispositionis est finitum: cōclusio est, corpus itaq; sphæricum est finitum. Et exemplum secūdi est, omne prędicatum, quod inuenitur negatum à definitione cuiusdam subiecti, vel ab omnibus partibus suæ definitionis, illud negatur à toto hoc subiecto. Et hic cōcludit negatiuam vlem in prima figura. v.g. ꝙ fuerit quæstiū nostrum, an locus sit vacuum: et dicemus, locus est vltimum continentis: & vltimum continentis non est vacuum: conclusio est, locus itaq; non est vacuum. & hæc duo loca sunt ex parte subiecti: sed ex parte prædicati iste componitur in secunda figura ex quo definitio conuertitur secum. v.g. quando fuerit nostrum quæritum, an circulus sit perfectus. Et dicamus perfectum est, cui non potest addi, neq; ab eo potest subtrahi aliquid sui generis: circulus est talis dispositionis: circulus ergo est perfectus. Secunda species est, omne prędicatū, cuius definitio inuenitur negata à toto aliquo subiecto, aut inuenitur negatæ ab illo partes eius definitionis, totum illud prędicatū negatur à toto hoc subiecto. v.g. ꝙ fuerit nostrum quæritum, an linea recta sit perfecta, & dicemus perfectum est, cui non potest addi, & à quo non potest subtrahi aliquid sui generis: & lineę rectę, potest eē additio & subtractio: remanet itaq; ꝙ linea recta nō est perfecta. Et hic etiā concludit in prima specie secundæ figuræ. Hæ itaq; sunt species locorum occurrētium hic. Et numeraumus ea fm id, qđ est magis famosum, & magis proprium syllogismis compositis in hoc loco, qui sunt syllogismi categorici, ex quo potestas cōditionum occurrentium in eis est potestas prędicatorum ex parte, qua dum capiūtur fm modum conditionis, sunt syllogismi categorici, ex quibus subtracta est vna suarū præmissarum. v.g. ꝙ dicamus, si circulus sit, cui non potest addi nec subtrahi ab eo: circulus ergo est perfectus. deficit itaq; hic maior præmissa. Et sili aliqñ est possibile, ꝙ deficiat minor. vt gratia exempli, dum dicimus, si perfectum sit, cui non pōt addi, neq; ab eo subtrahi: circulus est perfectus: & ideo tales cōditiones non fuerūt veræ conditiones. Maxime aūt propria locorū demonstratiuorum sunt loca compositionis & definitionis, cū in eis inueniant quinque prædicata, ex quibus componuntur syllogismi demonstratiui, fm ꝙ est declaratum in libro Demonstrationis, quæ sunt genus, & differentia, & definitio, & accidens cōe, & proprium. Sed hæc loca sunt cōia artibus demonstratiuis, & topicis, & sophisticis. sicq; Demōstratiuus accipiet ex illis loca compositionis ex generib⁹ veris: & Topicus accipiet ex generibus famosis & differentijs famosis: & Rhetor accipiet ex genere & differētia, quæ sunt in initio primi affatus illius, quod ēstimatur ꝙ sit famosum. Et inuenitur loca, quæ sunt propria syllogismis conditionalibus, videlicet, loca illationis & loca oppositorum, et conuenit hæc referre, quatenus possibile sit nobis eis vti in demonstratione. Et incipiemus à locis illationum, quæ sunt duarum specierum, aut ꝙ sequatur inuentio ex inuentione, aut remotio ex remotione. Initium itaq; locorum est illatio inuentionis ex inuentione: qui est, quòd omnis propositio, ad cuius inuentionē inuenīt aliquod quæstiū, quando hæc propositio est, tunc est illud quæstum: & hic construi in prima specie cōditionalis conjunctī, in quo repetitur ipsummet antecedens, & cōcluditur illud idem consequens. vt. v.g. si nostrum quæstiū, an pilorum crementū in pectine sit vt ipsum cooperatur & occuletur ab oculo videntis nec ne? Sicq; quæremus propositionem, ex qua sequatur hoc quæsitum, & dicemus, si sit prouidentia de homine, pili oriuntur in pectine apud vuluam loco impedienti oculum visu & suæ turpitudinis. Et manifestum est, ꝙ hic locus sit vere

vere locus constitutionis semper, quia ille non intelligitur, nisi repetitione antecedentis. Repetitio vero oppositi consequētis in eo est impossibilis, ex quo consequēs est ipsum quæsitum, quæritum autem non repetitur.

Secundus locus est, omne quęsitū, ex cuius inuentionis positione sequitur inuentio alicuius propositionis, sicq;, quando ablata fuerit hæc propositio, auferetur & hoc quęsitum, & manifestum est ex suare, ꝙ construet syllogismus in secunda specie conditionalis coniunctiui, & est in quo repetitur oppositum consequentis, & concluditur per ipsum oppositum antecedentis: ipse. n. est locus confutationis & destructionis semper, quia quæritum est ipsum antecedens. v.g. si vacuum sit, spatium separatum est: vlterius repetemus, sed spatium separatum non est: & concluditur, vacuum itaq; non est.

Locus vero illationis remotiōis ex ablatione est duarum specierum, quarum vna est, ꝙ omnis propositio, quæ quando auertur, sequitur ex illius ablatione ꝙ auferatur ipsum quæritum, quando auertur, infertur ꝙ auferatur illud quęsitum. Et huius syllogismus fit in prima specie conditionalis coniunctiui, in quo repetitur ipsum antecedens: & hic quidē semper est locus destruēdi. Hoc autem est notum de eius re. vt gratia exempli, ꝙ fuerit nostrum quæritum, an vacuū non inueniatur: & dicemus, si spatium separatum non inuenīatur, non inuenitur vacuum: & iterum repetitur in eo, sed spatiū separatum non inuenitur: & cōcluditur, vacuum itaq; non inuenītur. Secundus autem locus est, omne quæsitum, ad cuius ablationem auferetur aliqua propositio, & aliqua res, dum inuenītur hæc propositio, inuenītur & quæsitum. Et huius syllogismus construitur in secunda specie conditionalis coniunctiui, in qua repetitur oppositum consequentis, et concluditur oppositum antecedentis. Et semper est locus construendi, vt verbi gratia, ꝙ fuerit nostrum quęsitum, an Deus sit, si Deus nō est, prouidentia non est: iterū repetitur oppositum consequentis, videlicet, prouidentia est: & concluditur oppositum antecedentis, videlicet, Deus est. Et possibile est vt hus quatuor locis illationum in demonstratione, quando illatio in eis fuerit secundum conditionem illationum demonstratiuarum, quæ vero præter hæc, quę hic sunt facta fuerint, illa sunt topica vel lubrigiosa. Dixtemus vero, ꝙ hæc loca sint magis propria syllogismis conditionalibus, quoniam maior pars syllogismorum conditionalium, qui componuntur in eis, sunt difficilis compositionis in figura categorica, vel non conuenit nisi per additionem & diminutionem, qua mutatur tenſus orationis Conditiones autem, quæ sunt talis dispositionis, sunt in quibus antecedens & consequens non communicaret in eis in vno subiecto, sicut est nostrum dictum, si sol oritur, dies est. Et iterum ostensio rerum, quarum inuentio absolute quæritur, magis propria est syllogismis conditionalibus. Sed, quoniam non utimur syllogismis conditionalibus separatim ad quæsitū igotum, vt ostēsum est in libro Priorum, sed ista loca, quatenus eis vtuntur in demonstratione, indigēt locis, quę præmissa sunt, ex quibus construitur figura categorica, in topica vero ipsa sufficiunt per se.

De locis Oppositorum.

IN locis vero oppositorum illatio est contraria illationi rerum, quæ illatiua nuncupantur. hoc autem est, quia ibi certe sequitur inuentio ex inuētione & ablatio ex ablatione: hic vero sequitur inuentio ex ablatione & ablatio ex inuentione, ex quo hæc est oppositorum dispositio. Et in his locis accipitur illatio accipitione contraria, scilicet quod accipiatur oppositio de vno subiecto, prout est nostrum dictum, si hic numerus sit par, non est impar. Et aliquando accipitur recte, & est quando capitur oppositio de vno subiecto, aut oppositum subiecto primæ orationis, vel oppositum sui prædicati. Quando autem fuerit subiectum secundæ orationis oppositū subiecto primæ orationis, & illius prædicatum ipsi prædicato, vocabitur recta ex vna parte, prout est nostrum dictum, si homo est animal, quod nō est homo, non est animal, & si delitta est bona, tristitia est mala. Et dum prædicatum secundæ orationis fuerit oppositū subiecto primæ orationis, & illius subiectum illius prædicato, tunc vocatur recta ex vtraque parte. Et acceptio contraria aliquando capitur vniuersalis, & aliquando capitur singularis, hoc est particularis. Veritātem locorum, quæ capiuntur acceptione vniuersali, vnus est, quòd omne quæritum, ex cuius ablatione sequitur inuentio alicuius rei, & ex illius itaque remotione inuentio huius quęsiti, & semper continuo est locus construendi. gratia exempli, quod fuerit quęsitum, an mundus sit nouus, accipiemus itaq; rem, quòd quando auertur nouitas illa, inueniatur, videlicet, ꝙ mundus fuerit sine efficiente. Et cōstructur syllogismus sic, si mundus non fuerit nouus, mundus fuit sine efficiente: iterum repetemus, sed mundus non est sine efficiente, & est oppositum consequentis: concluditur itaque, quòd mūdus sit nouus, quod est oppositum antecedentis. Secundus autem locus est, omnis res, quæ dum auferetur, inuenītur locus quæsitus, illa res quanto & quando auferetur, inuenītur locus quæsitus. verbi gratia, quod fuerit nostrum quæsitum, an mundus sit antiquus, & dicemus, si mundo non fuerit hyle, ex quo generetur, ergo est antiquus: sed ei non fuit hyle: ergo est antiquus. & hic etiam locus est semper & continuo locus construendi. Tertius locus est, quod omnis positio quæsiti, ex cuius inuētione sequitur ablatio alicuius rei, quando hæc res inuenītur, auferetur hoc quæsitum. & est locus destruendi. verbi gratia, quod fuerit nostrū quæsitum, an anima sit immortalis, & dicemus, si anima est mortalis non habet actionem, quæ ipsam appropriet. & iterum repetemus, & dicemus, sed ipsa habet operationem, quæ ipsam appropriat, sic q; concluditur, quod anima sit immortalis. Quartus autem locus est, quod omnis dispositio, ex cuius inuentione sequitur ablatio alicuius quæsiti, quando hæc dispositio inuenītur, auferetur hoc quæsitum, & hic locus est destruendi. verbi gratia, si fuerit nostrum quęsitum, an conueniens operatio sit conueniens ex suppositione, & dicetur, si inuenītur ęgritas naturalis acquisita per cōuenientem operationem, operatio conueniens non est conueniens ex suppositione. & iterum repetemus, sed inuenītur ęgritas talis dispositionis: concluditur itaque, quòd operatio conuenīens non sit conueniens ex suppositione.

Particularia vero loca eorum sunt accepta ex ipsis quatuor oppositis, quę sunt affirmatiuum & negatiuū, & contraria, & priuatio, & habitus, & relatiua. Vnus autem horum locorum est, quod, quando negatiua verificatur de aliqua re, falsificetur affirmatiua, & quando falsificatur affirmatiua, verificetur negatiua. Et hoc inquantum est species affirmationis et negationis, quarum consuetudo est continuo diudicare veritatem & falsitatem quocunque tempore, & sunt ista contradictoria, & hoc est, quādo affirmatio & negatio sunt cum conditionibus, quarum conditionis fit, quod teneant veritatem & falsitatem omni tempore. Tum autem dissimilium quot speciebus inueniatur affirmatio & negatio, & qualis est earum oppositio, & comparauimus inter eas & inter cæteras oppositorū species in eo quod præmissum est, & non est propositi vt repetatur hic. Et locorum sumptorum ex priuatione & habitu est, quod in quacunque re inuenītur priuatio propinqua alicui rei, auferri ab illa re habitus huius priuationis.

Et

Et similiter à quacũq; re aufertur aliquis habitus, ei inuenitur priuatio illius habitus. Et in hoc loco & præcedente est posibilis cõstructio, & destructio. Locorum autem acceptorum ex contrariis est, q; nulli rei, in qua inuenitur vnum contrariorum, inuenitur alterum contrarium. Et non sequitur ex ablatione vnius contrariorum à subiecto, q; inueniatur alterum contrariũ, nisi in contrariis, inter quæ non est medium: & ideo vtplurimum hic est ad destruendum. Dispositio autem relatiuorum est sicut dispositio contrariorum, inter quæ est medium, quoniam sequitur ex inuentione vnius relatiuorum in aliquo subiecto, q; nõ inuentatur alterum relatiuum, & non conuertitur, ita q; sequatur ex ipsius ablatione inuentio alterius. exempli gratia, si Nicomachus fuit pater Aristo. non est verum q; sit eius filius.

Quartus vero locus sumptus recte ex his oppositis non est locus demonstratiuus, sed solum tria loca in affirmatione & negatione, & accepta ex duabus partibus, sm q; prẽmissum est. Quorum vnus est locus, qui nominatur per conuersionem contradictorij, & est locus proprius in demonstratione. Secũdus locus est conuersio negationis vniuersalis supra seipsam. Locus vero, qui notus est in conuersione contradictorij est duarum specierum. Quarum vna est, q; cuiusque prædicati affirmatio sequitur id, de quo affirmatur subiectũ negatio subiecti sequitur ad id, à quo negatur prædicatũ. ver. gra. q; fuerit nostrum quæsitum, an entia, quæ non sunt in loco, non habeant corpora: & dicemus, si omne corpus est in loco, quod non est in loco non est corpus. & hæc est conuersio contradictorij antecedẽtis. Secunda autẽ est, q; cuiusq; pdicati negatio est consequens ad id, à quo negatur subiectum, affirmatio subiecti sequitur ad id, de quo affirmatur prædicatum. v. g. q; fuerit nostrum quæsitum, an corpus sit in loco, & dicemus, si oẽ quod non est in loco non est corpus, omne quod est corpus est in loco. Et declarabitur hic locus, quãdo nos dicemus, si non sequatur ex nostra positione, omne corpus est in loco, aliquod, quod nõ est in loco, est corpus. Et iterum hæc conuertetur, quia est affirmatiua particularis, & est, aliquod corpus nõ est in loco, tam autem fuerat nostra positio, q; omne corpus sit in loco. hoc itaq; est falsum repugnans. Secundus vero locus est, qui est conuersio negationis vniuersalis, & est q; cuiusq; prædicati negatio sequitur id, quod sequitur subiectum, negatio subiecti sequitur id, de quo affirmatur prædicatũ. verbi gratia, dum dicimus, si quod est homo non est lapis, quod est lapis non est homo. Tertius est, q; cuiusq; prædicati affirmatio sequitur id, de quo negatur subiectum, affirmatio subiecti sequitur id, de quo affirmatur prædicatum. v. g. quod dicimus, quod non nutritur est inanimatum, quod non est inanimatum nutritur. Demonstratio autem de secundo loco est demõstratio de conuertione negationis vniuersalis, quæ iam præmissa est. Hæc itaq; sunt præcipua loca, quibus possibile est vti in artibus demonstratiuis. Loca vero translationis, & similium, & æquationis, & additionis, & diminutionis, & cætera loca, quæ numerauimus in Secundo libro Topicorum, omnia sunt persuasiua aut probabilia præter locum excessus. tam enim est timatur q; ipso vtantur aliquo modo in demõstrationibus. Et una quidem specierum ingredientium sub hoc loco est, q; omne prædicatum, quod inuenitur additum illi, cui additur tuum subiectum, illud inuenitur in subiecto. v. gr. si quod est sapientius est nobilius, sapientia est nobilitas. Et conuenit, q; quando vtimur hoc loco in demonstratione, q; acceptamus antecedens vsle, sicut est oẽ quod est sapientius, & erit sm veritatem illud, qñ fuerit additio vnius illorum sequens additionem alterius sm substantiam. Secũda aũt species est, q; de prædicatũ, quod inuenitur in aliquo subiecto inuentione excellenti, & inuenit in alio subiecto viliori, & vlterius iuenitur in eo quod est vilius, illud dignum est vt inueniatur in eo quod est excellentius. Et è contrario, qñ non inuenitur in eo quod est excellentius, dignius est vt non inueniat in eo quod est vilius. Et hoc quidem verum est, si per dignius intelexerit in hoc loco id quod est naturaliter, & per prius, sicut fecit Arist. quando voluit probare q; motui circulari non sit contrarium, quia ipse dixit, si motui circulari sit contrarium, dignior est rectus vt sit ei cõtrarius q; circularis. & iterum ostendit q; rectus non sit ei cõtrarius: ergo dignior est circularis, vt ei non sit contrarius. Qñ autem acceperim⁹ dignius, ex famoso, fuit topicũ, vel si capiatur sm primum affarũ est rhetoricũ. & hanc spẽm syllorum vocant loquentes nostri tpis syll'm primum & dignissimum, & cõstruitur quidem super eo, quod recipit additionem & diminutionẽ. Hæc quidem est quantitas locutionis de locis, quæ sufficit sm nostrã intentionem. Postq; aũt tam locuti sumus de rebus cõbus speciebus formationis & verificationis, dicemus itaq; ea, quæ propria sunt vnicuiq; illarum, & incipiemus à verificatione vera, & formatione perfecta.

IN LIBRVM POSTERIORVM.

De Demonstratione.

Scimus, q; demonstratio vniuersaliter sit syll's compositus ex duabus præmissis veris vniuersalibus necessarijs per se. Veritas autẽ absolute est, q; credaẽ vere rei, & est, cuius esse in intellectu est, sm quod est extra intellectum, aut quod impossibile sit esse inuentionem huius rei aliter q; credamus de eo, & credemus etiam hac nostra fide q; impossibile sit, q; sit aliter, & credemus etiam cum hoc de hoc secundo, q; impossibile sit alter esse, & sic in infinitum, dum vero cogitauerimus eius oppositum, impossibile erit nobis q; sit aliter, q; credimus. Et hæc est proprietas huius credulitatis ex parte qua est i anima, q; non auferatur per litigium, neq; æstimetur in anima possibilitas ablationis ipsius. Et verum sm hanc denominationem quoddam est necessarium, & aliquod est non necessarium. Necessarium quidẽ est, q; credamus verum illud, quod definitumus q; impossibile sit ipsum esse aliter q; credimus, nec vllo vnquam tempore, non necessarium vero est quod est verum tolũ aliquo tempore. Necessarium autẽ impossibile est q; mutetur, & transferatur, & fiat falsum, immo continuo est sicut est in intellectu. Quod vero non est necessarium possibile est q; mutetur & transferaſ, & fiat falsum præter q; nouerit fiat defectus in intellectu. Et ipsa veritas necessario inuenitur in rebus perpetuq; inuentionis, sicut quòd totum sit maius sua parte: hæc nanq; res non potest transferri & mutari. Quę autem nõ est necessaria inuenitur in rebus translatiõis: sicut verum est q; Socrates sit in domo, aut q; ipse stet. Et hæ præmissæ necessariæ sunt partes demonstrationum, ex quo sunt necessariæ, non mutabiles, nec corruptibiles, quoniam veritas necessaria certe prouenit essentialiter ex præmissis necessarijs. Si autem, nefandum esset quòd corrumperentur præmissæ, & eueniret nobis scientia necessaria de conclusione: si vero sit, non est dubiũ q; illud sit per accidens. Adiecimus vero conditionem q; sint vniuersales, quia particulare non euadit, quin sit singulare, aut particulare habens signum particulare, in habẽte autem signum particulare nõ pdicatur prædicatũ p te ex parte, qua habet signũ particulare, sed ex parte qua illi contingit q; sit vsle, sicut est nr̃um dicere, q; aliquod aial cõnectitur rationali

rationali ex parte rei vniuersalis, cui est ratio, & est homo. Singularis vero non est necessaria, prout diximus: sicq; ergo vere oportet, q; tradamus causas rei ex parte vniuersalitatis inuentæ in ea, non ex parte qua est singularis. Quando enim dicit nobis de hoc triangulo demonstrato, q; tres ipsius anguli sint æquales duobus rectis, non dicimus ad huius responsionem, quia sit ex ligno vel cupro, sed quia sit triangulus. Hæ autem præmissæ necessariæ quædam sunt per se, & quædam non per se. Illæ quidem, quæ non sunt per se sunt, vt nix est alba, & coruus est niger: & his non vtuntur in demonstratione: ipsarum enim veritas est de specie accidentis. Et necessarium vniuersale per se est duarũ specierum, quarum vna est, quando fuerint prædicata ea, quibus constant subiecta, & secunda species est, quãdo fuerint prædicata constantia per subiecta. Sicq; prędicata quibus constant subiecta, sunt trium specierum, aut genus vt est animal, quod prædicatur de homine, aut differentia, sicut est rationalitas, quæ prædicaî de eo, vel aggregatum ex illis simul, & est ipsa definitio, & vnũquodq; eorum est propinquum aut remotum. Prędicata vero, quæ constant per subiecta, sunt accidẽtia essentialia. Et horum prædicatorum sunt duæ species, aut q; subiectũ sit acceptum in definitione prædicati, & hæc sunt ipsa propria, sicut est risus hoi, & hinnitus equo: aut q; i definitione prędicati sit acceptum gẽn⁹ subiecti, aut genus sui gñs, quod non sit vniuersalius genere artis: in quorũ vero definitione accipitur genus subiecti, aut genus sui generis, hoc est, genus artis, sunt accidentia, in quę diuidit genus artis prima diuisione, sicut sunt impar & par, i quæ diuiditur numerus. Et hæ sunt præmissæ propriq; generi, de quibus perfrutatur, proportionatæ illi. Prędicata uero, in quorum definitione sumitur genus generis suorum subiectorum, quæ sunt magis cõia q; genus artis, sunt accidentia, in quæ non diuiduntur genera artis prima diuisione, sicut sunt ęquale & inæquale, quæ inuentũtur in numero, verũtamen diuiditur in illa genus generis eorum, sicut est quantitas. Et hæc accidentia sunt accidentia impropria generi, de quo consideratur, neque sunt proportionata, & demõstrationes, quæ componuntur per ea, sunt communes. Et tam extenta est consuetudo vt tales demõstrationes pro maiori parte nominentur demonstrationes dialectiæ, & sunt inferioris gradus, q; cæteræ, & quasi sunt species necessarij, quod non est per se, & hoc secundum eius comparationem ad genus, de quo consideratur. Res autem, quę hic sumuntur genera, sunt, quarum vniuersalitas est, sicut vniuersalitas animalis ad hominẽ & equum, & hęc est verissima illarum, quibus dicitur genera, quia sunt dicta sm vnuocationem: & quædam earum sunt, quarum vniuersalitas est vniuersalitas entis, & rei, & si hęc dicantur genera sunt sm posteriorem speciem, ex quo sunt dicta de illis sm analogiam. Rursus prędicatorum per se quædam sunt prima, & quędam sunt non prima. Et primorum quædam sunt propria, & quædã impropria. Prædicata itaq; prima sunt, quæ non prædicantur de genere sui subiecti prædicatione vniuersali, sicut est dispositio differentiæ propriæ & definitionis propriæ, & generis proximi: & aliqua eorum sunt, in quorũ definitione capitur genus suorum subiectorum. Et horũ primorum prædicatorum propria sunt, quę cõuertunt in prædicatione cum suis subiectis, & hoc inuenitur in propria differẽtia, & propria definitione, & accidentibus, in quorum prædicatorum definitione accipiuntur eorum subiecta, & illa sunt propria. Et in quibusdam accidentibus, in quorum definitionibus capitur genus suorum subiectorum, dum contingit q; fuerint ęqualia suis subiectis, sed conuenit hoc prædicatis, quę componuntur ex accidentibus cõtoribus, q; substantia, aggregatur ex cõtrate illorum, id quod æquaẽ subiecto, sicut est nostrum dictũ, triãgulus est, cuius anguli sunt q̃uales duobus rectis. Prædicata vero, quæ sunt accidentia separabilia, qñ insunt subiecto, illud sumit in eorũ definitione, non suũ genus. Harum vero spẽrum conuenientiora ad vtẽdum sunt propria, vel prima solum, sed quę non sunt prima neq; propria subintrant id, quod est per accidens, sicut sunt gña remota, & eorum definitiones, & eorum differentiæ, & accidentia, in quorum definitione accipit genus generum suorũ subiectorũ, & vlteriora: notitia. n. quæ à nobis desideratur primo et naturaliter certe est rei formatio per id, quod ipsam appropriat & nos exquirere veritatiõẽ est ob hanc formationẽ. Quod ergo est dignissimũ generũ verificationũ, quod facit nos acquirere perfectam formationẽ, conuenientius est, q; appelletur demonstratio: sicq; futurus sum magis ostendere hoc apud sermonem de demõstrationibus causarum. Et eorum specierum harũ præmissarum necessariarũ, quæ sumuntur partes syllogismi, quædam sunt notæ ab initio rei, & illæ sunt prima intellecta, & quædã sunt conclusiones syllorum compositorũ ex præmissis notis ab initio rei, & fiunt præmissæ ad ostensionẽ alterius cõclusionis. Et syll's, cuius talis est dispositio, est syll's compositus demonstratiuus. Et vniuersaliter impossibile est, quin omnes species horũ syllogismorum demonstratiuorum resoluantur in præmissas q; se notas ab initio rei. Præmissarum autem notarum ab initio rei sunt duæ species, quarum vna est naturaliter aduenies, & altera euenit experiẽtia: in aduenientem autem naturaliter eius aduenit nobis veritas necessaria ab initio rei præter hoc, q; scimus, unde nobis aduenerit, nec qualiter aduenerit, sicut q; totũ sit maius sua parte: & aduenientes per experientiam est, cuius veritas nobis aduenit apud nostram inquisitionem de quibusdam suarum partiũ, vt quod icamonea sit, quæ purgat choleram solum, aut de maiori parte illarum, vt q; omne aromaticũ sit saporosum, aut de vna earum solum, sicut quod omnis numerus sit dimidium duorum suorum laterum. Causa autẽ huius excellus, vtplurimum est materiarum diuersitas. Hæ itaq; sunt dispositiones, quibus sumuntur præmissæ vniuersaliter & cõditiones appositæ eis. Et ex quo quæsita desiderata per syllogismum demonstratiuum sunt trium specierũ, aut q; quæramus causas rei, & suam inuentionem simul, quatenus visum fuerit nobis q; hoc sit possibile in ea, aut q; quæramus suam causam tantum, quando notitia suæ inuentionis aduenerit nobis per primam notitiã, aut per syllogismum, aut quòd quæramus suam inuentionem totum: quod fieret, aut quia non posset sciri res vlra hanc quantitatem, & hoc in rebus, quarum non sunt causæ priores eis, vel quia notitia inuentionis fuerit directio ad notitiam causę, oportet quod diuidatur syllogismus demonstratiuus in has tres species, & nomen scientiæ fit his tribus modis, qui dicuntur de apprehẽsione analogiæ secundum prius & posterius. Prima itaque species fertur per demonstrationẽ simpliciter, & est demõstratio aufę & inuentionis simul. Et secunda fertur per demonstrationem causæ. Et tertia per demonstrationem inuentionis & per signum. Inchoabimus itaque primo à demonstratione causæ & inuentionis, quia ipsa est nobilissima harum specierum.

De demonstratiõe simpliciter q; æ est causæ & inuentionis simul.

Et dicimus, quod oportet necessario in hac specie syllogismi cum hoc, quod est vtilis scientiæ veris, q; tradat cum hoc causam, adeo quod medius terminus in ea sit causa diuturna rerum simul, hoc est, cognitionis rei, et causę rei: contra id quod est dispositio demonstrationis inuentionis, quia medius terminus ibi est causa cognitionis nostræ de conclusione tantum. Causæ aũt, vt alibi dictũ est, sunt quatuor, materia, & forma, & efficies, & finis,

& finis, & quædam harum quatuor sunt propinquæ, & quædam remotæ, & quædam in potẽtia, & quędam in actu: & illę omnino non euadunt, quin sint genera, vel differentiæ, aut quod currit cursu illorum. Digniores autem harum, vt ex eis construatur demonstratio causæ & inuẽtionis sunt causæ propinquæ primæ propriæ, vel primæ non propriæ, quoniam hæc species demonstrationis est propria definitio in potentia propinqua, & exquirere verificationẽ, vt diximus, est ob exquisitionem formationis. Dispositio enim illius, cuius notitiam perscrutabimur inter res naturales, & vt vniuersalius inquam, inter res inuẽtas, quarum esse non est nostri arbitrij, est, vt illud quod perscrutatur habentes artes Mechanicas de notitia suorum operatorũ: & manifestum est, cp illorum exquisitum prima intẽtione est ipsa formatio. Verificatio autẽ apud illos quæritur ob ipsam formationem, ex quo illa est res, qua fit illius operatio & actio. Non est itacp differentia inter duas notitias, nisi quatenus res artificiales facim⁹ et scimus ipsas. Res vero, quæ inueniuntur absque nostra electione, cognoscimus ipsas tantummodo, sed eas perscrutabimur cum hoc fm quantitatẽ, qua nobis deceat cp nostra cognitio de illis sit proportionalis nostræ cognitioni de rebus artificialibus. Et hinc ostenditur cp vnum illorum, quæ adnciuntur vt clausulæ conditionis his demonstrationibus est, cp sua prædicatio sit secundum naturalem modum, ex quo tales demonitrationes sunt illæ, quarũ cõsuetudinis est, cp tradant intellectionem illius, quod appropriant, & secundum rem quam appropriant, & ipsæ vtiqp sunt definitiones in potẽtia propinqua. Prædicatio autem fm naturalem modũ est illa, in qua prædicantur causæ de suis causatis & accidentia de suis subiectis. Sunt ergo conditiones huius speciei demonstrationis absolute nouem conditiones: quarum vna est, vt diximus, cp sit vera: secũda & tertia, cp sit vniuersalis & necessaria: quarta, cp prędicatio sit per se: quinta, cp eius præmissæ sint causa inuentionis conclusionis nõ solum notitiæ cognitionis: sexta, cp prædicatio in eis sit secundum cursum naturalẽ: septima, cp cum hoc cp sunt priores secundum esse ipsa cõclusione, sint etiam priores secundum cognitionem, aliquid enim quod est prius cognitione, est posterius secũdum esse, & talia sunt signa, quorum medij termini sunt posteriores cõclusione, sed sunt solum causæ notitiæ cognitionis: octaua est, cp prędicatum in eis sit prædicatum prima prædicatione: nona autem est, cp sint propriæ. Et hę nouem conditiones continent omnes præmissas harum specierum demonstrationum æqualiter, siue tęg præmissæ fuerint conclusiones alterius demonitrationis, vel fuerint notæ per se ab initio ret. Proprie autem decernit demõstrationes, quæ componuntur ex præmissis per se notis. Decima conditio, videlicet, cp in eis sit prædicatio quorundam de aliquibus primo, hoc est, sine medio, & huius significatum est, cp non sint ex illis, quæ oportet ostendere p aliud, necp conueniat postea interrogare vlterius, cur sit, videlicet cp detulitlemus huius causam propinquã. Significatum autem primi hic est aliud á significato primi in eo quod præmissum est, quia de æqualitate angulorum duobus rectis dicitur, cp sit prędicatum de triangulo fm præmissum significatum prædicationis primę fm significatum cp illud non prędicetur de genere trianguli, & nõ dicatur de illo cp sit prædicatum prima prædicatione fm hoc significatum, hoc est, cp sit notum de triangulo sine medio, & non conuenit in illis interroga re, quare sit. Hæ itacp sunt oẽs conditiones, quas Arist. apposuit pro conditionibus ipsis demonitrationibus. Et adiecit has conditiones in eis, quia sunt definitiones propriæ in potentia, & vniuersaliter, ex quo sunt nobilissimæ & perfectissimæ. Qñ vero caperetur accetione, qua sunt demonstrationes tantum, nõ apponeretur eis conditio, nisi cp sint res necessaria, quatenus sunt demonstrationes, non res qua sunt demonstrationes nobilissimæ, & si intenditur numerare suas species, prout fecit Abumazar Alpharabius nõ adięcietur eis conditio præter præmissas nouem conditiones, siue inueniatur illa, in qua congregatæ sint omnes cõditiones, siue non inueniatur. Re autem ita se habente & existente conditione necessaria in partibus harum demonstrationum, ex quo sunt demonstrationes causarum, & inuentionis simpliciter, non ex quo sunt definitiones in potentia & termini medij in eis sunt causæ cum hoc, cp suæ partes sint de semuicem prædicatæ prædicatione per se, fiunt propria harum specierum, cp terminus medius in eis sit causa duarum extremitatum simul, maioris scilicet & minoris, aut vnius ipsarum tãtum, minoris scilicet, aut maioris: & hoc dum obseruaueris, vt diximus, reliquas conditiones, & præcipue conditionem, quæ est prædicato secundum naturalem modum. Sunt ergo termini medij definitio ambarum extremitatũ, aut alterius ipsarum, aut pars earum definitionis, aut alterius ipsarii. Qñ autem intuebimur spẽs combinationũ demonstratiuarum, in quibus est proportio mediorum terminorũ duabus extremitatibus vna proportionum, quibus accipitur res in definitione alterius rei, quæ sunt quinque proportiones, quas numerauerunt, fiunt combinationes demonstratiuæ simpliciter octo species relatæ in libro Abumazar, & in vnaquaq illarum specierũ sunt partes demonstratiuæ fm cp nos numerabimus, in egeris enim partibus, præter has, quarũ memini, præcelsit fm modum comparationis inter ipsas, & inter species, quæ sunt demõstrationes simpliciter, sicut meminit in suo sermone, qñ dixit: & inquiremus, quæ earũ sint demonstrationes, & quæ non sint demõstrationes. Et ideo numerauit inter illas, quæ non sunt demõstrationes simpliciter, sed earũ vires sunt vires demonstrationũ simpliciter fm subiectum, et non numerantur in speciebus signoꝝ. de quibus postea meminerimus, tñ nõ complet oẽs illas, prout traderet ipsas diuisio. Insinuauit autem gradum cuiusdam vnius partis earum confidens intelligentiæ lectoris, & breui se expediuit inde, ex quo in illis, de quibus meminit ex eis est commonstratio de eo, quod reliquum est. Et ideo proiecit in confuso speciem illam, qua non fit demonstratio simpliciter. Et scitu dignum est, cp dignissima harum combinationum, i qua fit demonstratio simpliciter est, cuius medius terminus est causa duarum extremitatum. Deinde post hanc est, in qua est causa maioris solũ, & imperfectissima earum est, in qua fit causa minoris solũ. Et vt Abumazar numerauit hanc speciem inter demonstrationes inuentionis causarum. In illo autem est quid imbecille, sed diuiduntur demõstrationes causarum in has tres partes ex eo quòd fuit de earum cõditionibus, vt diximus, quòd medius terminus in illis sit causa cognitionis & conclusionis simul. Et fit cõclusio composita ex prædicato & subiecto, quorum medij termini non euadũt cp sint causę vtriusq, aut alterius eorum, sin autem non fit demõstratio simpliciter: hoc autem est per se notum. Conuenit autem te scire quòd res accipiatur in definitione alterius rei multipliciter, aut sicut capitur animal in definitione hominis, aut sicut capitur homo in definitione ridentis, vel sicut capitur numerus in definitione paris & imparis. Et dum dicimus de aliqua re quòd sit genus rei vere intendimus per illud, quòd sit sua prędicatio sicut est prædicatio animalis de homine. Quando autem dicimus, quòd res sit in definitione alterius rei, est, sicut homo sumptus in definitione alterius rei. Dum autem dicimus, quòd rei genus sit in rei definitione est, sicut numerus sumptus in definitione paris & imparis.

Nos

Nos autem numerabimus ex istis combinationibus illis, quæ possibiles sunt combinari ex his quinque prædicatis, videlicet ex genere, et differẽtia, proprio, & accidente, & definitione, & ex suis cõuertentibus, in quibus est proportio medij termini ad duas extremitates, aut ad alteram earum his proportionibus, quibus diximus cp res sit in rei definitione, prout diximus in præhabitis, postquam obseruauerimus reliquas conditiones: ex quo illa est diuisio, quæ appropriat demonstratione simpliciter. Et ordinabimus eas secundũ ordinem Abumazar Alpharabij.

Prima pars combinationum.

Primę partis combinationum prima species est, A est definitio B, & B est definitio C, & hæc quidem concludit duas conclusiones, quarum vna est, quòd A sit definitio C in eo quòd habet duas definitiones. verbi gratia, omnis homo est animal rationale, omne animal rationale est progressuum bipes. Secunda est, quòd A sit definitio partis definitionis C. verbi gratia, omnis homo est animal rationale, omne animal rationale est corpus nutribile sentiens compræhendens cogitatione & cõsideratione. Et estimatur cp prima species huius partis sit ex spectebus per accidens, quia prædicatio definitionum de semuicem æstimatur prædicatione priorum de semuicem. Est autem hæc prædicatio per accidens, ex quo nõ est prædicatio vnius illorum secundum essentiam alterius: sed esset hoc, quando vnius rei essent duę definitiones secundum vnum gradum prioritatis ad illam. Si autem vna illarum sit aliquo modo posterior, & altera prior, priori esset aditus ad inuentionẽ posterioris, & huius medius terminus est causa duarum extremitatum, aut minoris solum. Secũda species est, A est genus ipsius B, & B est genus ipsius C. verbi gratia, omnis homo est animal, omne animal est corpus nutribile: omnis itaque homo est corpus nutribile. quoniam medius terminus in illa est causa minoris solum. Tertia species est, A est differentia ipsius B, & B est differentia ipsius C. verbi gratia, omnis homo est rationalis, omne rationale est cogitatiuum: concluditur, omnis homo est cogitatiuus. & hæc est sicut præcedens, quando medius terminus fuerit causa minoris tantum. Quarta autem species est, A est in definitione B, & B est in definitione C. verbi gratia, omnis homo est admiratiuus, oẽ admiratiuum est risibile: ergo omnis homo est risibilis. huius autem medius terminus solum est causa maioris. Quinta species est, in definitione ipsius A est genus ipsius B, & in definitione ipsius B est genus ipsius C. Congruit autem dum voles hanc esse demonstrationem, cp proportio vnius speciei ad alteram sit proportio essentialis, vt gratia exempli, denarius est par, & omnis par diuiditur in media, in paris itaque definitione capitur genus denarij, quod est ipse numerus, & in definitione diuisi in media capit genus paris, quod est ipsa quantitas. Inter quantitatem autem & numerum est proportio essentialis, & illa est demonitratiouum essendi, ex quo medius terminus in ea est causa sui generis, & ipsius vis est vis signi.

2. pars combinationum.

Secundæ autem partis prima species est, A & B sunt duæ definitiones ipsius C. verbi gratia, omnis homo est animal rationale, omne animal rationale est habens carnes & ossa, rectæ staturæ, bipes. Et huius potestas est potestas primæ speciei primæ partis: & termo de illa est, sicut termo de ista, & vniuersaliter hęc pars est sicut genus primę partis. Secunda species est, A & B sunt duę differentiæ ipsius C. verbi gratia, omnis homo est rationalis, omne rationale est cogitatiuum. & hæc quidem est demonstratio, dum vna duarum differentiarum fuerit in gradu definitionis alterius. Tertia species est, in definitione A & B est C. gratia exempli, omnis homo est admiratiuus, omne admiratiuum est risibile. Et dum in hac fuerit demonstratio causæ & essendi medium erit causa maioris, sicut retulimus in exemplo. Quarta species est, in definitionibus A & B est genus ipsius C. gratia exempli, omnis homo est astutus, omnis astutus habet appetitum de illo, quod senserat in prędicato. Et tertium congruit in ista dum volumus tradere causam et esse, vt termino medio sit aditus ad definitionem maioris. Adiecimus vero in talibus speciebus, cp sit medio termino aditus ad definitionem maioris, eo cp impossibile est in illis, vt sit illi aditus ad terminum maiorem, ex quo illa sunt accidentia.

Tertiæ partis prima species est, A est definitio ipsius B, & B est genus ipsius C. gratia exempli, omnis homo est animal, omne animal est corpus nutribile sentiuum. huius medius terminus est tãtum causa minoris. Secunda species est, A est definitio ipsius B, & B est differentia ipsius C. gratia exempli, omnis homo est rationalis, omne rationale est comprehensiuum cogitatione & consideratione, & in hac medius terminus est causa minoris. Tertia autem species est, A est definitio ipsius B, & in definitione ipsius B est genus ipsius C. Inuidens autem est de hac specie ex parte suæ compositionis, cp sit solum demonstratio essendi, quia medius terminus in illa non est causa vnius duarum extremitatum. Sed aliquando contingit in quibusdam locis, quòd genus ipsius C inueniatur in definitione ipsius B, quòd aliquo modo sit ipsi B aditus ad definitionem ipsius C. verbi gratia, omnis piscis est natans, omne natans mouetur in aqua, cuius corporis nihil tangit terram. Contingit itaque natanti huc cum eo quòd in eius definitione inuentur genus piscis, quod est animal, quòd aliquo modo sit ei aditus ad essendum piscem, & ex hac parte possibile est cp in hac specie cõcludatur vna species demonstrationum simpliciter, quæ est, i qua medius terminus est causa minoris solum.

3. pars combinationum.

Quartæ partis prima species est, A est genus ipsius B, & B est definitio ipsius C. verbi gratia, omnis homo est animal rationale, omne animal rationale est corpus nutribile. Et ex huius dispositione etiam notum est, quòd eius medium sit causa minoris solum, sed verificatur dum A non fuerit notum de definitione ipsius C. Secunda species est, A est genus ipsius B, & B est differentia ipsius C. gratia exempli, omne animal est sensitiuum, & omne sensitiuum est comprehensiuum. & hæc etiam est sicut præcedens. Tertia species est, A est genus ipsius B, & pars definitionis ipsius B est genus ipsius C. Et hæc quidem fit demonstratio simpliciter, quãdo fuerit ipsi B aliquo modo aditus ad definitionem ipsius C. vt tertia species tertiæ partis: quando vero hoc non contigit, ipsa est demõstratio essendi solum, gratia exempli, omnis numerus ductus in parem est par, & omnis par est habens qualitatem.

4. pars combinationum.

Quintæ partis prima species est, A est differentia ipsius B, & B est genus ipsius C. verbi gratia, omnis homo est animal, & omne animal est sensitiuum. & rerum huius medius terminus est solum causa minoris. Secũda species est, A est differentia ipsius B, & pars definitionis ipsius B est genus ipsius C. Hæc itaque vere per se tradit esse, & si contigerit, quòd eius medio termino fit aditus ad minorẽ, largietur illius causam. Tertia species deest libro Abumazar, & est, A est differentia ipsius B, & B est definitio ipsius C. verbi gratia, omnis homo est animal rationale, & omne animal rationale est ambulans bipes. Abubachar autem Benalcayg, videlicet Auepace credidit cp vere ide cecidisset, ex quo proportio dicę ad definitionẽ est proportio per accidens, dum contigerit aliquid ex eius sint duæ differentiæ. Et apud me sermo de hac est sicut sermo de proportione definitionis ad definitionem, quoniam non sunt vnius rei duæ differentiæ,

differentiæ, neq; duæ definitiones eiusdem vnius gradus, & eius medius terminus est causa duarum extremitatum, aut solum minoris, sicut est dispositio illius, cuius sunt duæ definitiones, quarum vna ostēditur p alteram, nisi poneremus prædicationē definitionum de se inuicem esse prædicationē per accidens, sicut est prędicatio proprietatum. Et propterea conuenisset ipsi Abumazar, q defuisset hęc spēs, nisi explicuisset de illa, quę constituitur ex duabus definitionibus q sit demonstratio simpliciter, est itaque perscrutandum de illa.

6 pars combinationum.

Sextæ partis prima species est, definitio ipsius A est B, & B est genus ipsius C. verbi gratia, omnis homo est nutribile sensitiuum, & omne nutribile sensitiuum est animal. Secunda species est, definitio ipsius A est B, & B est differentia ipsius C. v.g. omnis hō est habens cogitationem, & considerationem, & oē habens cogitationem & considerationem est rationale. Hæ itaque duæ species sunt specierum demonstrationis simpliciter illius, scilicet speciei, in qua medius terminus est causa duarum extremitatum. Tertia species est, definitio ipsius A est B, & pars definitionis ipsius B est genus ipsius C. verbi gratia, omnis denarius diuiditur in duo media, & omne diuisum in duo media est par, & in hac medius terminus est solum maioris. Quarta species est, definitio ipsius A est B, & definitio ipsius B est C. Hæc autem contingit dum C non fuerit apparens in definitione ipsius A. Et ideo dixit Abumazar quod talis raro inuenitur: medius itaque terminus in ista est causa maioris solum.

7 pars combinationum.

Septimæ partis prima species est, in definitione ipsius A est B, & B est sicut genus ipsius C. verbi gratia, omnis homo est animal, & omne animal est habens appetitum. Secunda species est, in definitione ipsius A est B, & B est differētia ipsius C. verbi gratia, omnis homo est rationalis, & omne rationale est risibile. Et in his duabus speciebus medius terminus est causa duarum extremitatum. Tertia species est, in definitione ipsius A est B, & definitio ipsius B est C. verbi gratia, omne animal rationale est homo & omnis homo est risibilis. Et licet huius medius terminus sit causa maioris extremitatis, tamen illius prædicatio est præter naturaliter, & huic attestatur quod Abumazar fecerat plures species talis dispositionis, verbi gratia, dum dicimus A est genus ipsius B, & B est sicut pars definitionis ipsius C, aut A definitio ipsius B, & B est pars definitionis ipsius C. Sed contingit illi quod præmissa eius sit prædicata prẹter naturaliter, & conclusio prædicata præter naturaliter, sicut quarta species primæ partis libri Abumazar. Sicque est sine dubio demonstratio essendi, licet medius terminus eius sit causa alterius duarum extremitatum, aut ambarum. Quarta species est, in definitione ipsius A est B, & in definitione ipsius B est genus ipsius C. verbi gratia, omnis homo habet pedes, omne habēns pedes est progressiuum. Et medius terminus in illa est causa maioris. Ex libro autem Abumazar cecidit species huius partis, in qua construuntur demonstrationes simpliciter, videlicet A est in definitione ipsius B, & B est definitio ipsius C. vt verbi gratia, omnis homo est animal rationale, & omne animal rationale est risibile. & medius terminus illius est causa ambarum extremitatum, & est eius prædicatio naturalis, & non est in eius compositione delusio. Et vniuersaliter illius sunt omnes cōditiones quas Abumazar adiecit conditiones demonstrationibus simpliciter. Ipsius autem defectus non est aliqua causa præter alteram duarum causarum, aut q ceciderit ex ipso libro, aut q ipse eam subtraxerit confidens in intelligentia addiscentis.

8 pars combinationum.

Octauę partis prima species, est definitio ipsius A est pars generis ipsius B, & B est definitio ipsius C. verbi gratia, omnis homo est animal rationale, & omne animal rationale est concupiscens. Secunda species est, pars definitionis ipsius A est genus ipsius B, & B est genus ipsius C. uerbi gratia, omnis homo est bipes, & omne bipes est progressiuum. Tertia species est definitionis ipsius A est genus ipsius B, & B est differentia ipsius C. verbi gratia, omnis homo est rationalis, & omne rationale est videns. Et harum trium specierum medius terminus est causa ambarum extremitatum simul. Quarta species est, pars definitionis ipsius A est genus ipsius B, & definitio ipsius B est C. Vbi gratia, omne animal rationale est homo, omnis homo est æstimatiuus. Huius autem medius terminus medius, licet sit causa maioris extremitatis, tamen maioris præmissæ prædicatio est præter naturaliter, & tandem sermo de ea est, sicut sermo de tertia specie septimæ partis.

Hæ itaq; sunt proportiones demonstrationum simpliciter ad seinuicem, & hæ sunt suæ partes sicut patet ex sermone Abumazar, & secundum ipsam rem in se, nos autem iam numerauimus illas. Expedit autem te scire quod partes demonstrationum negatiuarum huius partis sint tot quot sunt species affirmatiuarum & suarum partium proportio est eadem proportioni affirmatiuarum: quoniam sicut in ista oportet, quod medius terminus sit causa essendi conclusionem, sic ibi est causa negationis, nisi quòd affirmatiua construitur in prima specie primæ figuræ, & negatiua construitur in secunda specie primæ figuræ, & in prima & secunda secundæ figuræ. Et similiter proportiones partium demonstrationum cōditionalium coniunctarum sunt eædem proportionibus acceptis ī cathegoricis. verbi gratia, de prima specie earum, si homo est animal rationale, homo est animal progressiuum bipes, sed in syllogismo contradictionis, & in conditionali disiunctio non construitur hæc species demonstrationis, quoniam illi constituunt rem per destructionem sui contradictorij. Species uero demonstrationis causæ sunt quædam specierum demonstrationis essendi & causæ simul, & illarum conditiones sunt istæ eædem conditiones, & sua proprietas est hæc proprietas. Sed differentia inter eas est, quoniam in hac eē est notum apud nos per primam notitiam, aut per syllogismum, sed per illam quæritur notitia causæ tantum. verbi gratia, quoniam iam nouimus sensu esse canitiem homini tempore senectutis. Deinde autem trademus suam causam & dicemus, in homine dum senescit gignitur calor extraneus, & extranei caloris est albificare pilum. In demonstratione vero causæ & essendi simul ambæ hæ duæ res sunt simul ignotæ, scilicet & esse et causa. Syllogismus autem est, qui eas largitur esse essentialiter. verbi gratia, vt dicamus, quod est sub æquatore diei est inhabitatum, quoniam tempus æstus ibi perseuerat toto anno, aut est quasi perseuerans ob velocitatem reditus Solis ad zenith capitis a tempore ipsius recessus, & totum hoc est per se notum. Demonstrationis vero essendi conditiones sunt præpositæ conditiones, excepto quòd medius terminus non est causa conclusionis, sed nostrę cognitionis tantum, & priora in illis secundum cognitionem non sunt priora secundum esse. Ac iterum quę est talis dispositionis est plurium specierū, quarum vna & magis principalis est illa, quæ dicit euidentia, & est illa species, qua semper ostenditur prius sm esse per posterius. ver. gr. Lunæ sphæricitas, quia eius lumen crescat sm lunarem figuram. Quoniam autem non contingit ostendere per quoduis posterius, quod cōtigerit quodlibet prius, quod contigerit, cōuenit exponere hoc quadam explicatione. Dicimus itaq; q prius & posterius sunt secūdum quatuor partes, quarū vna est, q ex essendo vtrūlibet corū sequatur alterutrum, & hæc sunt quę

De priori & posteriori.

sunt prædicatione conuertibilia. & per hanc partem ostenditur vtrūq; per alterutrum: & quando ostēditur prius per posterius, vocatur euidentia, quando autem ostenditur posterius per prius, est demonstratio simpliciter: prout ostenditur Lunæ sphæricitas ob sui luminis crementum, vel sui luminis crementum ob eius sphæricitatem. Secūda autem pars est, quòd prius sequatur ad esse ipsum posterius, & non cōuertatur, & per hanc semper euenit demonstratio euidentiæ solum. vt verbi gratia in hoc loco est ignis, quia est fumus. Tertia pars est quòd sequatur posterius ad esse prius, & non sequatur prius ad esse posterius, & in hac euenit demonstratio causæ & essendi solum. vt verbi gratia, ad ignem sequitur illuminatio & lux, sed ad illuminationem & lucem non sequitur, quod lucens sit ignis. & ideo errauit qui credidit quod stellæ sint igneæ eo quod illuminant & lucent, & sic et æstimatur quòd sit in esse calorē ipsi igni. Quarta pars est quòd non sequatur ad esse vnum eorum alterum: in hac itaque non est possibilis demonstratio omnino, nec euidentiæ, neq; causæ. Secunda vero species demōstrationis essendi est, quòd sint duæ res posteriores quadam reliqua, cui vt subiecto ostendatur inesse vna istarum per alterā, excepto quòd est ex parte qua conuenit, vt proportio vnius earum ad alteram sit vna illarum proportionum essentialium, & tūc non est dubium, quin vna illarum sit prior altera aliquo modo. Sed quando medius terminus fuerit posterior poterit esse primæ partis euidentiæ, quando vero prior fuerit medius terminus, tunc est partis demonstrationis essendi & causæ simul, excepto, q medius terminus eius est causa remota: & hæc pars est numerata inter euidētias, & eius potestas est potestas earundem rerum. verbi gratia, dicendo paries non respirat, quia non est animal: est itaque exemplum harum duarum rerum posteriorum pariete secundum proportionem, hoc est dictu, quòd ipse sit non respirās, & quod sit non animal. Si autem deuenitremus ad hæc per causam propinquam, diceremus, quia non habeat pulmonem. & sic est sermo dicentis, quòd stellæ boreales non sint velocis occasus, quia sunt prope orizontem borealem: causa autem propinqua est, quia sunt super minimum arcum. Quando vero fuerint duæ res posteriores aliquo subiecto, quæ sunt vnius eiusdem gradus posterioritatis, hoc autē est, quando vni nō est aditus ad alterius definitionem, prout est inesse emptionis & venditionis & risus homini, & in summa duæ proprietates vni subiecto, quando vnaquæque earum ostendetur per alteram, erit euidentia hæc per accidens. Huius autem exemplum oportet quod differamus ipsum ad scientias, sed aliqui expositores crediderūt, quòd hęc diuisio syllogismorum numeretur in partibus euidētiæ. Hæ itaq; sunt partes demonstrationum in materia necessaria. In illis autē, quæ sunt de illis in materia pro maiori parte, adijciemus cōditiones omnes conditiones quas apposuimus his, videlicet quòd sint per se, & vniuersales, excepto quod non adijcietur eis conditio ipsa necessitas. Significatum autem perseitatis in hoc loco æstimatur in comparatione causæ ad rem tempore ipsam essendi, quia est comparatio necessaria, quando inueniuntur res inueniuntur ipsius quatuor causæ, ex quibus constat. & ideo demōstrationes causæ solum sunt necessariæ, & non adeunt hāc materiam, sed possunt imaginari in euentis huius rei, quæ sunt pro maiori parte, sicut est esse canitiem homini tēpore senectutis, & sicut sunt euenta & causę, ad quas sequitur rem esse pro maiori parte ex formis materiæ, & efficiētis, sed esse finem & formam necessario sequitur ad esse rem. Et qū intenderimus ostendere rem esse per vnam rei causam sit hoc in materia demōstrationis causę, et essendi simul, et similiter, qū proposuerimus ostendere rem esse per vnā suarum causarum, videlicet materialem vel efficiētem, si hoc fuerit in materia possibilis pro maiori parte, sua ostēsio est contingēs: multæ n. res sunt, quas nō oportet sequi ad suā causam materialem & efficientē, consecutione p maiori parte, ver. gra. qū inuenitur fabricans nō oportet q inueniat domus, in maiori aūt parte rerum fit, qū hoc est contingēs, gratia exempli, si hic æger credet suo appetitui, & non credet medicis, & est cōualescens, ipse recadet in eius ęgritudinem. Demōstratio vero euidentiæ pro maiori parte eueniet in hac materia in accidētibus, quæ esse sequitur rē consecutione pro maiori parte, vt verbi gratia, qū homini patiēti torturam oris accidit apoplexia: aut in accidentibus quæ mutuo se consequunē consecutione pro maiori parte, quādo inter illa fuerit comparatio essentialis. Sicq; iam locuti sumus de partibus verificationis simpliciter. Redibimus itaq; nunc & loquemur de partibus formationis simpliciter.

De Definitionibus.

FOrmationum autem perfectissima est, quę intelligitur per definitionē, & definitio tandem est, cuius compositio est cōpositio clausulæ conditionis, & nexus explicans significatū definiti per res essentiales. Dicimus aūt de ea q sit oratio, cuius cōpositio est cōpositio clausulæ conditionis & nexus, vt id sit propria dr̄ia, qua differt à demonstratione, cū demonstrationis compositio sit cōpositio illius quod verificatur, aut falsificat. Res aūt essentiales distinctæ in definitionibus sunt duarum partium, partis prioris definito, & partis posterioris eo, & vtraq; eius pars est propinqua, vel remota. Remota autem partium est, quin notentur inter ea, quæ sunt per accidens in potentia, aut in actu. Digniores vero illarum, ex quibus cōponuntur definitiones, sunt res priores ipsa re, quæ sunt propinquæ in actu. Quę vero componitur ex rebus posterioribus digniores sunt dici descriptiones, nisi de eo, quo non inueniuntur res priores eo, prout dicit de multis rebus. Priorum aūt sunt duæ partes, pars quædā, quæ est in re, & pars, quæ est extra rem. Et conueniētiores istarum, ex qbus componit definitio, sunt res, quæ sunt in ipsa re. Res aūt, quę sunt in re, sunt duarū specierum, quarum vna est materia, & altera est forma: & ideo est qd dicimus in definitione vera, q ipsa cōponatur ex genere & differentia, genus. n. est aliquo modo materia, & forma est differentia. Genus itaq; dicitur duobus modis, quorum vnum est primo ex vere, et est illud, quod semp non notificet rē quę sit extra definitum, & est genus, quod dicitur vniuoce, sicut animal, quod dicit de homine & equo, & hoc est illud, quod est pars rei, et ipsius materia aliquo modo. Secundum aūt est genus, quod vocatur sm narrationem, prout sunt vnū & ens: in his autem non inuenitur hæc dispositio, scilicet q ipsa non notificet de re quid sit, neque essentialiter. Si autē dicitur de illis genus, hoc est, ex parte qua similes sint ad rem vsem ipsius rei. Differentia vero non notificat vt plurimum rem, quæ sit extra essentiā definiti, ipsa enim est forma definiti, sed contingit in aliquibus rebus q suæ differentiæ non sint notæ, & capientur in illis vice differētiæ definitio differentiæ, aut eius proprium. Accipimus vero definitionem differentiæ vice ipsius differentiæ. Vt dicimus q palma sit arbor faciens dactylos, simere autem tam proprium est, sicut dicimus de equo q sit animal hinibile. Sicq; hinc videtur q dr̄a notificet re, quæ sit extra definitum, & est quodam modo aliud a forma. Res vero, quæ sunt extra rem, sunt trium partium, efficiens, & finis, & res, cui inhæret definitum, quando definitū fuerit id cui est subiectum, & maior pars talium procedit processu secundæ partis differētiæ, scilicet quæ non est in rei essentia. Definitio vero, quæ cōponitur ex rebus posterioribus definito, est, ex quo rerum definitarum

sunt duę species, quæd im species, qua non sunt res priores, & posteriores ea, & ipes, qua sunt res priores & posteriores ea. In prima quidem specie semper definitio componitur ex rebus posteri⁹oribus, ex quo ei non sunt res priores ea, & ultra tele excedunt secundum propinquitatem & remotionem, & conuenientior illarum rerum, quæ notificat rei differentiã, est illa, quæ est magis propinqua, verbi gratia, definitio excelsi Creatoris est ꝙ ipse sit motor vniuerſi, aut ꝙ ipse sit forma vniuerſi: in secũda autem parte, cui inuenitur prioritas & posterioritas simul, conuenit ꝙ sit definitio ex rebus prioribus, & non vtuntur in illa posterioribus nisi ad patefaciendũ, aut de in quo fuerit posterius notum apud nos, & ascendemus & procedemus ex illo ad prius. Gratia exempli de hoc priori, siquis definierit hominem per animal rationale, exemplum autem posterioris est, siqs ipsum definierit ipim ꝙ sit animal rectæ staturæ ample pectoris. Hæc itaque est diuisio definitionum ex parte eorum, ex quibus componuntur. Definitionum uerũ est alia diuisio, qñ quædam earum sunt, quas inesse definito est notum ab initio rei, & singulas partes ipsarũ singulis illius, & hæc definitionum species numerabit⁹ inter præmissas primas, & vocabitur hæc demonstrationis principium. verbi gratia, de definitione circuli ꝙ ipse sit figura, quam circuit vna linea, in cuius medio est pũctus, a quo omnes lineæ exeuntes ad circũferentiam sunt æquales. Et quæd im earum sunt, quas inesse definito nõ est notum, siue partes inesse singulæ singulis sit notum, siue nõ sit notum. Exempli gratia de illa, quam inesse definito non est notum, nec singulas suas partes singulis illius partibus, vt dicẽdo in definitione eclipsis Lunę, ꝙ sit priuatio lucis luminis ob interpositionem terræ inter eam & solem, sequitur inde ꝙ lumẽ Lunæ deficiat in sua subiectãta, donec per demonstrationẽ ostendatur ꝙ suum lumẽ emanet a Sole. Exemplum autem illius, cuius partes singulas singulis inesse sit per se notum, & ipsam inesse definito sit ignotum, est dicẽdo, in definitione eclipsis Solis, ꝙ sit occultatio lucis luminis ob occursum aliquarũ stellarum inter nos & ipsum, quando enim notum fuerit ꝙ eclipsis Solis sit occultatio lucis luminis, sequitur inde necessario, ꝙ sit occultatio ob occursum aliquarum stellarum inter nos & ipsum. Tertia autem pars definitionis est, cuius aliquas partes notum est inesse definito, & aliquas non est notum, & hæc iterum est duarum partium, quædã earum est, cuius ignotum potest verificari de definito per demonstrationem propter notum, & hæc est, quæ vocatur definitio positione differẽs, quædam vero sunt, de quibus est hoc impossibile. Ad explicationem vero primæ definitionis præcedemus ad id, cuius formatio est difficilis duabus vijs, vel via diuisionis, aut via cõpositionis. Diuisio quidem est ꝙ aduertamus genus magis propinquũ, vt ipsum cognoscamus de illo, cuius definitio intenditur, & diuidamus illud per differẽtias essentiales, per quas dividitur prima diuisiõe sm modum ipsius quod qd est. Deinde considerabimus ipsam rem definitam, sub qua oppositarum, per quas illud genus diuiditur, ingrediatur. Dum autem inuenerimus, ꝙ ingrediatur sub altera earum, considerabimus aggregatum ex hoc genere, & differentia, quia si illud inuenerimus æquale definito, & cõuertetur secum, tam attigerimus nostrũ propositum. Si autem non fuerit æquale, & fuerit magis vniuersale, diuidemus illud aggregatum ex hac differẽtia & genere, vt fecimus de primo genere: & iterum considerabimus sub quo oppositorum ingrediatur nomẽ definiti, quo inuento iterum cõsiderabimus aggregatum ex illis, an sit æquale, aut inæquale, adeo ꝙ finiat in specie, cuius definitio intenditur, verbi gratia, ꝙ intendamus hominis definitione, & accipiamus genus magis propinquum, quod notificat hominem, quod est ipsum nutribile, & ipsum diuidamus per sensitiuum, & insensitiuum, & inueniemus hominem ingredi sub sensitiuo, excepto ꝙ illud est magis vniuersale, ꝙ⁹ homo. Deinde diuidemus sensitiuum per rationale & irrationale, & inueniemus hominem subingredi rationale: & iterum cõsiderabimus aggregatũ ex toto hoc, quod est dictũ, nutribile sensitiuũ rationale, sicq; inuenimus illud hominꝰ æquale, & sic cognoscemus ꝙ sit eius definitio. Si autem fuerit generi nomen accipiemus illud in se, aut in sua definitione, vt si vice nutribilis sensitiui diceremus animal, si autem non fuerit ei nomen, accipiemus ipsum per suam definitionem. Diuisiõis autem vtilitas est traditio ordinis partium definitionis in suis locis, & discernere rem ab eo, in quo potest aliquid secum conuenire per illud, quod ipsum appropriat. Via vero cõpositionis est, dum voluerimus definire aliquam vltimam speciem, quòd perscrutemur prædicata de singulis notificantibus de ea quid sit, & secernemus illa, quæ horum prædicatorum fuerint genera, & differentiæ, et abijciemus magis vniuersale, & plus communes ex generibus, quousq; inuenerimus genus proximum. Deinde accipiemus ex differentijs illam differentiam, quæ fuerit magis propria in hoc genere, aut differentias. Dũ autem aggregatũ ex his fuerit illud, cuius summa sit æqualis definito, tam inuenerimus rei definitionem. vt verbi gratia, dum nos volumus definire hominem, perscrutabimur sua prædicata secundum modum ipsius quod quid est nutribile, & animal, & rationale, sicq; ex his aggregabitur summa æqualis homini. & vero illud, cuius definitio intenditur, nõ fuerit species vltimã, sed genus, sub quo sunt species, via est ad extractionem suæ definitionis hoc modo, quia considerabimus species, quæ est sub isto genere, & accipiemus eius definitionem, & definitionem sui oppositi, deinde capiemus commune illis, & erit definitio generis quod cõtinet has species. Si autẽ fuerit illud genus, cuius definitio quæritur, tam factum est nobis id quod satis est. Sin autẽ faciemus hoc etiam quousq; perueniamus ad genus quæsitæ definitionis. verbi gratia, nam si nos voluerimus definire animal, accipiemus hominis definitionem, prout nouerimus, & definitionem oppositarum specierum. Deinde auferemus illud, quo appropriatur homo & species oppositæ ei, & remanebit eis cõmunis definitio animalis: hoc autem est, dum non accepermus in hominis definitione, aut in definitione oppositarum specierum genus sm id, quod per suum nomen significatur, sed secũdum suam definitionẽ. Manifestum autẽ est, ꝙ hæ duæ viæ sint possibiles in hac parte definitionum, hoc est, ꝙ ipsam inesse definito sit per se notum, et similiter singulas suas partes singulas illius. Quando enim illud non esset genus, quod primo diuisimus notum inesse ipsi definito, differentiæ autem, per quas diuiditur, fuerint notæ ꝙ insint ipsi generi, & aggregatum ex illis fuerit notum inesse ipsi definito, est inutilis in via diuisionis. Et similiter etiam, quando prædicata non fuerint sm modum, quo sunt nota inesse illi, & nota inesse sibiinuicẽ, hoc non recipietur secundum viam compositionis.

De ordine partiũ definitionũ in cõpositione.

Ordo vero partium definitionum in compositione est, quòd præponamus vniuersale, & id, cuius modus est modus materiæ, et postponamus particulare, & id cuius modus est modus formæ. Constituere vero inesse definito secundam partem definitionum, quas s. non est notum inesse definito, aut non est notum suas partes mutuo inesse, ac etiam illas suas partes mutuo sibiinuicem inesse, fit per euidentiam, aut per demõstrationem simplr, quatenus non sunt definitiones ppriæ substãtijs, quoniam definitionibus proprijs substãtijs impossibile est vti in demonstrationibus simpliciter, ex quo

quo illis nõ sunt causæ priores, & notiores eis, excepto si fuerint illis accidẽtia. & hoc in secundũ similitudinem illius, quo res se habet in eclipsi Solis aut Lunę, & vniuersaliter in definitionibus, quas non est notum inesse definito: & hæ quidem definitiones appellãtur demonstrationum conclusiones. Loca vero, quę conferunt ordinationi generum, & differentiarum, quæ sumũtur in definitione & generi ipsarum definitionum, non cõueniunt nostro proposito. Huius enim tractatus propositum fuit compendium. Et vt vniuersaliter inquam, illa constituuntur ex definitionibus harum rerum, & suis proprietatibus, atq; ex suis accidentibus. Tertiæ vero partis, cuius quædam partes notum est esse, & quædã non est notum, possibile est quasdam partes eius inesse definito ostendere per demonstrationem per alteram partem notam per se inesse ipsi definito: & hoc quidẽ conuenit partibus perfectis, quibus conuenit prædicatio mutua de seinuicẽ. nam in illis quidẽ fit hoc possibile, & pars, quam hic sumimus, vocatur demonstrationis principium, altera aũt pars verificata vocatur demonstrationis conclusio, & huius definitionis aggregatum nuncupatur demonstratio differens positione, qñ non est differentia inter illam & demonstrationem simpliciter, nisi per modum compositionis & ordinationis, illud enim sumitur in definitione sm modum coæquationis, in demonstratione vero sm modum prædicationis. Ac etiam, quia pars posterior in definitiõe est prior in demonstratione. verbi gratia, quia loci definitio est, ꝙ sit vltimum corporis ambientis, & aliquas partes huius definitionis notum est inesse definito, videlicet, dum dicimus ꝙ sit ambiens: Aliquæ autem sunt, quas non est notum inesse, vt dum dicimus ꝙ sit vltimum corporis, multi. n. vtiopinati sunt, ꝙ locus sit vacuum, quando vero permutauerimus hunc ordinem huius definitionis possibile erit, ꝙ verificemus partem ignotã per notam, vt si dixerimus locus est ambiens, & ambiens, inquantũ est ambiens, est vltimum corporis, quod deforis est: conclusio itaq; fit, locus est vltimum corporis, quod deforis est. Dum itaq; cõmonstratum fuerit hoc permutabimus illud in ordinem definitionis, & dicemus, locus est vltimum corporis ambientis. Sicq; differentia hic est, quam accipimus demonstrationis principium: genus autem est, quod accipimus demonstrationis conclusionem, & sm hoc in hac parte est res pro maiori parte. Quãdo autem contigerit in talibus, ꝙ pars, quæ est demonstrationis conclusio, fuerit definitio, & illa definitio, quæ fuerit medius terminus, sit etiam definitio, quæ est causa definitionis ostensæ, hæc definitio erit perfectissima definitionum, & demonstratio, quæ fuerit talis dispositiõis, erit quæ largietur definitionem esse, etusq; causam simul, sicut largit demonstratio simpliciter rem esse etusq; causam simul. Et hæc est definitio, quam Arist. vocat demonstrationem positione differentẽ. Et est vere cõmunis duabus definitiõibus rei, quarum altera procedit sm modũ conclusionis demonstrationis, & altera sm modum demonstrationis principij. Et sm hanc considerationem vere dicitur, ꝙ definitiones sint tres: definitio procedens sm modum principij demonstrationis, & definitio procedẽs sm modum demõstrationis conclusionis, & definitio aggregãs ambas res simul, quæ est perfectissima illarũ. Vt est gratia exempli, oratio dicentis, nubes est, in qua ventus colliditur, & in quo ventus colliditur est tonus: concluditur hinc, ꝙ in nube sit sonus. Dum autem mutatus erit ordo huius demõstrationis, & dicemus, nubes est, in qua est sonus ob ventum in ea collisum, hæc est definitio: in talibus enim quæsitis impossibile est, quin sit nominis rei explicatio nota, quę res quæritur esse simpliciter, aut cõexæ, s. sm quid. Et vltimum quide est, vt quidam viri dicunt, ꝙ inueniatur quando forma finis eius definitionem, ꝙ in illa sit, quod procedit sm modum demonstrationis principij, ac demonstrationis cõclusionis. verbi gratia, ꝙ ostendamus inesse nutribile ipsi homini per sensitiuũ, quæ est pars sui generis, quod est ipsum animal, & aliquãdo hoc inuenitur in differentia, hoc est, ꝙ sit in ea, quod procedit sm modum principij demonstrationis, & conclusionis demõstrationis. verbi gratia, dicendo, homo est consulens cogitatiuus, & consulens cogitatiuus concipit: homo itaq; concipit, quæ duo hæc sunt partes definitionis ipsius rationalis. In hoc autem non sunt demonstrationes definitionis essentialiter nisi per accidens, nisi sit demonstratio continens definitionem, & definitionis causam, & scias hoc, quia est locus quidam latuit multos expolitores.

De qualitate faciendi demõstrandes & definiones in artib⁹ speculatiuis.

ARtes, vt alibi dictum est, diuidũtur in tres partes, scilicet in artes, quarum finis est solum operatio, sicut est ars medicinæ, & cæterę, siue operatio eius fuerit per syllogismum, & experimentũ, aut breui se expediens solo experimento: & in artes, quarum finis est solum scientia: & hæ quidem sunt scientiæ speculatiuæ, sicut est scientia naturalis, & cæterę: & in artes adiuuantes istas, quæ sunt artes, quæ dirigunt intellectũ ad perscrutationem harum duarum artium, & est ars logicę, aut et proportionalis. Nos autem primo intẽdimus hic cõsiderationem artium speculatiuarum, & dicimus ex quo cũ eo, ꝙ entia sunt multa, sunt et nimiæ conuenientiæ aliquo modo, oportet ꝙ inueniatur inter artes conuenientia quædam, scilicet in subiectis & præmissis, et quæsitis, conuenit itaq; ꝙ dicamus in eis, quo appropriatur vnaquęq; pars, & quo modo appropriatur, & in quo conueniunt, & quo modo conueniunt: sicq; dicimus, ꝙ artes & scientiæ speculatiuæ sunt duarum partium: ars vniuersalis, & est quæ considerat ens simpliciter, & proprietates, quæ ipsum sequuntur, sicut sunt multitudo & vnitas, & potentia, & actus: & ars particularis, & est quæ considerat esse quid sit, & proprietates, quæ ipsum sequuntur ex parte, qua est hæc res, put est scientia naturalis, & cæterę artes. Omnes autẽ hæ artes differunt per sua subiecta, aut per differentiã modi considerandi in illis: & notum est, ꝙ, qñ differunt altero horum duorum modorũ, differunt etiam per proprias præmissas, & propria quæsita. Qñ vero differũt sm hanc considerationem, quædam sunt artes vniuersales, & illæ sunt trium partiũ: ars primæ philosophiæ, ars topica, & ars sophistica: & quælibet harum differt sm modum considerãdi, vt dixtimus, & per principia, & finem, & per quantitatẽ scientiæ. Modus vero considerãdi in prima philosophia est intellectio entis sm dispositionem, qua est sm esse. Sua vero principia sunt principia vera, quæ definiuimus in his quæ prępositа sunt. Quantitas vero suæ scientiæ est rei intelligentia sm vltimum, quod est naturæ hominis illam intelligere. Finis vero illius est constituere finem causarum entium: & hæc est humana perfectio, vt alibi ostensum est. Artis vero topicæ considerationis de ente exemplum est consideratio vulgatis, quo quæritur rei confirmatio, aut ipsius confutatio. Et similiter quantitas suæ scientię est cognitio vulgata. Sua vero principia sunt principia dialectica vulgata quæ scripta sunt in libro Topicorum. Et similiter eius finis est ille finis, de quo ibi meminimus. Ars vero sophistica habet sua principia, quæ sunt ea, de quibus æstimatur ꝙ sint vera cum non sint vera, & de quibus æstimatur, quòd sint diuulgata, cum non sint diuulgata. Finis vero suus est deceptio, & quòd æstimet de habente ipsam perfectio & attluentia scientiæ, adeo vt fit per illam aliquod bonorum intellectualium. Quantitas vero suæ scientiæ est illa, quæ putatur esse scientia præter quòd ita sit. Scientię vero particulares diffe-

runt discrimine suorum subie ctorum, & per modum considerationis illorum: & iterum illarum, quæ differunt per modum considerationis illorum, quædã sunt, quarum altera earum est sub altera, sicut est consideratio Sphæræ simpliciter, & consideratio Sphæræ mobilis, & quædam sunt quarũ neutra est sub altera, put est maior pars illius in quo conueniunt habens Naturalẽ scientiam, & habens scientiã Mathematicam. Et manifestum est, ꝙ, qñ differunt per alteram harũ differentiarum, differunt et per sua propria principia. Scientię itaque particularis sunt duæ partes, quędã earum est scientia naturalis quæ cõsiderat entia trãsmutabilia inquantum transmutabilia sunt, & ea eis attributa ex parte, qua sunt transmutabilia, & vniuersaliter principia propria, quibus vtũtur in hac arte, et quæsita proportionalia sunt huius generis, qñ illa sunt res, in quarum definitione sumitur transmutabile, inquantum est transmutabile, aut illæ sumuntur in illius definitione, prout sumimus ens transmutabile. Illarum itaq; sunt quatuor causæ, ex quo non est possibile, qn appareat materia in definitiõibus factis in hac arte, & vbi apparet materia ibi est efficiens, forma, & finis, hoc autem non cõuertitur. Et ex illis est scientia Mathematica, & illa vtiq; est cõsideratio de quantitate inuenta in corporibus sensatis, sed non ex parte qua sunt materiæ sensatæ, sed qua sumuntur abstractæ ſm suam orationẽ, & ideo in sua definitione non apparet materia. Quando aũt hoc ita est, & non inueniunt in eis duæ causæ, efficiens & finis, nisi per accidẽs, sed apparet in illis solum forma ex quatuor causis, quidã virtũtum fuerunt ob ea esse separata ſm orationem ꝙ sint separata ſm esse. Nos autẽ nescimus quo modo res sit hic. Et quædã partes harum scientiarum sunt vehementis abstractionis, & quædã sunt, quibus proprium est ꝙ inueniantur in materia, adeo ꝙ in his res finitatur in scientia Naturali. Vehementissime vero abstractionis à materia est Arithmetica, & post illam est Geometria, & est illa, cuius subiectũ est quantitas continua, qñ in summis harum duarũ scientiarum non apparet penitus materia in definitiõibus factis ex illis, vt dictũ est in definitione paris, ꝙ sit numerus, qui diuiditur in duas partes æquales, & prout dicimus in definitione circuli, ꝙ sit superficies, in cuius circunferentia girat linea vna, in cuius medio est punctus, a quo oẽs lineæ ductæ ad circũferentiam sunt æquales. Et licet in definitione istorũ sint sumpta genera in comparatione ad differentias, quæ sunt similia materiis, tamen nõ est eorũ materia, nisi ſm nominis æquiuocationem. Ita autem ostensum est, quale esse sit esse has definitiones, eã tũcp partes in Metaphysicis, quædã vero sunt propriores materiæ, sicut scia Perspectiua & scia Mutica, quoniam scia Perspectiua considerat lineas, et multa illorũ, quæ considerat Geometra, sed geometra cõsiderat eas inquantum sunt lineæ tm, sed habens scientiam Perspectiuam considerat eas inquantũ sunt lineæ radiosæ. Et similiter Arithmeticus considerat proportionẽ multiplicem et superparticularem, quatenus sunt proportiones numerales, habens aũt scientiam Musicã considerat illas, inquantũ sunt proportiones sonorũ conuenientium sensui, aut illi dissonantium, hoc est dissonorum.

Et scientiarum particularium est scia practica. Hæc autem scientia considerat res, quarum opatum est consilium, & ele ctio ex parte qui homo fit vel ex per illas, aut eligocetur per illas. Qũ autem hæ sunt partes scientiarum particularium manifestum est, quæ ita rum differunt subiecto, vt Arithmetica & Geometria, & quæ earum differunt ſm modum considerandi, & quæ earũ cum hoc est alterius naturæ, & quæ non sunt subalternæ, vt est ars Medicinæ et scientia Naturalis. Hæc enim est practica, & hæc est speculatiua, hoc itaq; est in quo appropriatur ars, & quo modo appropriatur. Sicq; reliquũ est nobis dicere, quo modo conueniunt, & in quo conueniunt. Dicimus itaque, ꝙ ipsę conueniant in suis subiectis, & præmissis factis in eis, aut in ipsis quæsitis, aut ꝙ quædam earum vtitur pro principio illud, quod ostenditur per demonstrationem in altera. Verbi gratia, scientiæ vniuersales conueniunt in suis subiectis, & differunt in modo considerãdi, prout diximus. Et similiter scientiæ particulares conueniunt cum vniuersalibus in suis subiectis, qñ ipsę sunt sub illis, & differũt, ex quo considerant illa non ex parte, qua sunt vniuersalia. Et similiter sunt scientiæ particulares, quarũ quædam sunt subalternæ aliquibus ipsarum. Illarũ vero conuenientia in præmissis erit hæc, qñ præmissæ non fuerint propriæ subiectis harũ artium, put est res vni rei æquales eædem sunt coæquales, & omnis res est affirmatiua, aut negatiua. Vsus vero quarumdam scientiarum illo, quod verificatum est, in alia, fit duobus modis, aut ſm signũ, aut ſm causam: dico ſm causam, quãdo id, quod continet scientia prima, fuerit priusquã scientia secũda, prout est dispositio scientiæ Arithmeticæ cum scientia Musica, qñ quando habens musicam interrogatur de aliqua melodia, quare sit auditui cõsona, dicitur, quia sit ſm illam proportionem qua est, siue dupla, siue alia ex consonis proportionibus. Signum vero est ecõtra, prout est habentem scientiam diuinam sumere esse numerum motorum ex numero motuum, quem sumit ab habente scientiam astrorum Mathematicam. Sua vero conuenientia est, qñ ostenditur per demonstrationem quarũdam ipsarum id, quod ostensum est per demonstrationem alterius, & hoc non euadit quin sit de vno subiecto, aut de duobus subiectis. si aũt fuerint de duobus subiectis est hoc possibile duobus modis, quorum vnus est, ꝙ medius terminus in vna earũ sit alius à medio termino in alia: sicut est conuenientia Arithmeticæ & Geometriæ in ostendendo æqualitatem: quia Arithmeticus dicit, hic numerus est æqlis huic numero, quonã in ipso est species paris & imparis, sicut in illo, Geometra autem dicit, ꝙ hæc linea sit huic lineæ æqualis, quia exeunt à centro vnius circuli ad suam circũferentiam, aut quia exeunt centris duorum circulorum æqualium ad suas circũferentias. Secũdus autem modus est, ꝙ terminus medius in vna earum sit idem termino medio, q est in alia, nisi ꝙ necessario oportet ꝙ in vna accipiatur ſm vnam rationem, & in altera ſm alteram intentionem. Si autem non essent duo subiecta in duabus artibus, sed vna esset subalterna alteri, erunt in vna arte. Verbi gratia, ꝙ Arithmetica demõstratione ostẽdat, ꝙ superficies numeri resultantis ex ductu duorũ numerorum ad seinuicem sit æqualis superficiei resultanti ex ductu numeri, qui diuiditur in vnamquamcp partium alterius, quia oẽs partes rei coæquantur toti rei. Geometra autem verificabit hanc eandem rem hoc termino medio per lineas, prout dicit, ꝙ superficies resultans ex his duabus lineis sit æqualis superficiei resultanti ex altera harum duarum linearum in singulas partes alterius lineæ, quoniam omnes partes rei coæquantur toti rei. Vtercp itaq; illorum vtitur in huius ostensione, ꝙ omnes partes coæquant totũ, sed vnus illud accipit vno mõ, ex quo sunt partes numeri, & alter capit illud, aliter ex eo ꝙ sunt partes magnitudinis. Quãdo vero hoc fuerit de vno subiecto, oportet necessario quòd medius terminus in illa sit alius à medio termino in alia: hoc autem fit duobus modis, aut quod in vna illarum fit euidentia, & in altera sit causa, prout Physicus ostendit cœli sphæricitatem, eo quod sit substantia nec grauis, neque leuis, Mathematicus autem hoc ostendit ex eo ꝙ videmus stellas non occiduas. Prima itaq; demonstratio est simpliciter, & secunda est euidentia. Quòd vero in vtraq;

in vtraq; illarũ sit causa, ostendetur in artibus, quæ non considerant omnes causas. Possibile nãq; est his modis ꝙ quædam ars verificet aliquã rem de aliquo subiecto per causam, quã cernimus in illa, & in alia arte hæc res verificetur per alias causas, quæ nõ apparent in prima arte, verbi gratia, qñ ars Mathematica non considerat ex causis, nisi causam formalem tantũ, vt fertur, & scientia Physica considerat quatuor causas. Potest itaq; inueniri in eis hmõi, vt gratia exẽpli, Mathematicus verificet ꝙ cœlum sit sphęricum, q a lineæ exeuntes à suo centro ad eius circũferentiã sunt æquales: Physicus autem verificat hoc, ex quo est corpus nec graue, neq; leue. Notum autem est ꝙ quęsita fiunt cõmunia duabus artibus de vno subiecto, qñ considerato de hoc subiecto fuerit duobus modis, prout prædictum est, & ideo possibile est, ꝙ subiectum concipiatur in altera illarum duarum, in rebus quas Mathematicus non potest concipere in sua scientia, sicut ꝙ cœli sint corpora nec grauia, neq; leuia, & ideo non potest illorũ sphæricitatem tradere ex hac parte: hoc autem inuenitur in omnibus artibus demonstratiuis, quæ conueniunt in subiecto, & differunt in modo.

Iam itaq; ostẽsum est ex hoc sermone, quo modo cõueniunt artes demonstratiuæ, & in quo conueniunt, & ex hoc ostenditur, ꝙ impossibile sit habenti quãuis artem, quatenus est virorũ illius artis, ꝙ perscrutet principium suæ artis, neq; ꝙ ipsum constituat, si non fuerit per se notum, nisi accidentaliter. Et ideo artes speculatiuę nõ solum capiunt sua principia ex artibus demõstratiuis speculatiuis, sed ét ex artibus factiuis, put est moris artis Musicę, ꝙ sumat sua principia ex ipsis factiuis.

TRACTATVS DE RHETORICA DEMONSTRATIVA.

Rhetorices demõstratiuæ sunt quatuor partes. Rhetorica doctrinæ, & disciplinæ, & rhetorica litigiosa vere, & rhetorica institutionis confictionis, & rhetorica tẽtatiua. Incipiamus itaq; à rhetorica doctrinæ & scięttæ, & dicamus, ꝙ ois disciplina, & doctrina speculatiua non sint apud nos nec actu, neq; in potentia propinqua actui, quę est ipsa reminiscentia, nisi veniat ex cognitione præcedenti nobis in actu. Et ex quo scientiæ sunt duæ partes, formatio, & verificatio, oportet ꝙ hæc notio præcedens scientiam sit duarum specierum, notio præcedens verificationem, & notio præcedens formationem. Dũ autem considerabimus has duas notiones, inueniemus vtranq; diuisum iterum in duas partes, in agẽtem, & indirigentem: agens quidem verificationem est præmissarum quæ sumuntur in syllogismo. Dignior autẽ quæ est harum duarum agentium verificationẽ, est præmissa maior, quonã ex ea pendet in potentia ipsum quæsitum: Dirigens vero ad illam est determinatio quæsiti in duabus partibus ipsius præmissæ: dirigens vero ad formationem est id, quod significat nomen. Pars autẽ agens illam est rerum, ex quibus componuntur definitiones, quas numeraumus in his quæ exacta sunt. Rerum itaque necessariarum ad doctrinã sunt tres partes. Prima est ordo orationis: ordo vero est duarũ specierum, quarum vna est ordo, qui est ſm naturam, qui est dum incipimus à simplici ad cõpositum, put res est in arte Medica. Secũda autem est, qñ incipimus à leuiori & diuulgatori, dum fuerit hoc possibile: sicut incipemus in arte Geometriæ à corpore, deinde procedemus ad superficiem, postea ad lineam: & hanc intrat doctrinam, quę dicitur resolutio definitionis. Rhetorica vero, quę fit in doctrina, conuenit, ꝙ sit demonstratiua, & est, quæ significatur per dictiones originales vsitatas, non accommodatas, & ꝙ non tumamus ad rei intelligentiã suum exemplar, aut aliquod suorum euentorũ. Quantum vero hæc rhetorica vtatur cõmutatione est, ꝙ terat definitionem vice rei definitę, & orattionem vice nominis, & aliqñ in quibusdam locis fert nomẽ notius, vt intelligatur latentius, & similiter aliquãdo ad rei intelligentiam sumit suum oppositum, qñ rei intelligentia per suũ oppositum ponit ipsam notiorẽ. Et similiter vtitur exemplis non ſm modum verificationis, sed ſm modum directionis. Ac ét diutius tuuat hunc modũ doctrinæ. Expedit autem auferre Rhetoricam litigiosam, & Poeticam. Hæ nanq; duæ orationes non vtũtur dictionibus originalibus vsitatis, neq; rebus originalib⁹, sed dictionibus cõmutatis, & accommodatis, & vice rei sumunt suum simile, & ipsius exemplar. Et aliqñ multi viri errant in hoc, & vtuntur hac in rhetorica doctrinali. Iam autem confutauit illos Aris. prout fuit sermo Platonis de materia, ꝙ sit fœmina, & de forma ꝙ esset mas. Hic enim sermo remotus est ab intelligentia substantiæ ipsius materiæ. Præmissæ autem vsitatæ in artibus sunt quatuor specierum, videlicet propositiones, quas sumere oportet, sicut ꝙ totum sit maius sua parte. Et subiectiones, quæ non sunt addiscenti notę ab initio rei, neq; apud illum est contrarium illarum. Hoc autẽ fit ob multas causas: aut quia ille patiatur defectũ suæ scientiæ ob paucitatem suorum annorũ, aut quia non cõcedat vniuersalitatem illarũ, vel quia illæ indigent ad occursum veritatis earum longo tempore: & ideo conuenit quòd illæ ponantur in doctrinæ principio subiectiones suppositiæ, quousq; corroboretur intellectus circa illas. Si vero fuerint diuulgatæ apud gẽtem, cuius est addiscẽs, supponuntur illi, ex quo sunt intellectæ & diuulgatæ. Et illarũ sunt suppositiones, & sunt illæ, quæ apud addiscentem sunt contra id, quod sunt apud docentẽ. Et harum quidem sunt duę species, quarum vna est ꝙ res, ad quarum ostensionem sumuntur, indigeant prolixitate, sicq; capiuntur ad explicationem rerum, priusq; ostendantur per demonstrationem ob expeditionem facilitatis, & post hæc procedetur ad terendum demonstrationem de illo, prout in initio libri Euclidis dictum est, ꝙ, quando linea cadit super duas lineas, & fiũt duo anguli, qui sunt ex vno latere minores duobus rectis, illæ coincident. Dicimus itaq; ꝙ ingressus sit Euclides modo suppositionis, & procemium in illã apud initium sui libri. Secunda aũt pars est, ꝙ res sit ostensa in alia scientia, & in scientia illa, in qua ostenditur sit cõclusio, & in scientia in qua est suppositio, & procemium sit principium. Et ideo non est iter ꝙ proportionei ad illam, ꝙ eã addiscat, quatenus est habens hanc scientiam, in qua est suppositio, sed scit illam quatenus habet illam scięttiam, in qua spta verificat. vt verbi gratia, accepto Physici & Astrologi à Geometra ꝙ latus exagoni sit æquale semidiametro. Et ex illis sunt descriptiones, quibus explicatur nomẽ illorum, quæ notum est ineſſe rei notæ numeratæ in prologis: quæ recipere oportet, quando vero non fuerint notæ numerabuntur in procemiis inter subiectiones suppositas.

De litigiosa Oratione.

Litigiosa oõne orat, qui patitur ignorantiã rerũ ſm modũ dispõis, & habitus, videlicet, ꝙ credat rẽ aliter ęſſ, sit, sicut est oratio de parte indiuisibili, & similibus, cõtra id, de quo est habitus in rhetorica disciplinæ & doctrinę. Error aũt occurrens in artẽ est duobus modis, aut in sua principia, aut in ea q principiis succedũt. Error quidem in principia est, sicut illius, qui abnegauit naturã esse, aut motum esse in scia Physica. Error vero in ea, quæ principiis succedũt, est, sicut illius, qui in hac scia credit esse vacuum, & esse mouens seipsum. Et iterum errorũ quidam est essentialis, & quidam non

essentialis:essentiales quidem sunt, cp affirmetur de re quod est negatum ab ea in eo quod dicimus essentialiter,aut econtra,hoc est cp ab illa negeť quod ei inest essentialiter,sicut cp confirmeť continuo esse vltimũ, inquantum continuũ est. Nõ essentiales vero aliqñ sunt veraces,& aliqñ sunt mendaces.Et ex fallentibus sunt quædam orationes,vt præhabitum est,quæ vlter sunt res quæ affirmantur alicui rei,aut negantur ab illa præter cp inter illas, & inter illam sit aliqua ,pportio ex ipsis proportionibus,quas numeraumus.Hos autẽ erro res non essentiales impossibile est, cp ipsos cõsideret habẽs artem illam ex ea parte qua est ex viris illius artis, sicut impossibile est cp consideret errorem occurrẽtem in principia illius artis.Verũtamen considerat illum, qui occurrit in illud quod succedit principio, & cũ hoc est essentialis. Ac etiam error aliqñ occurrit ex syllo,et absq; syllogismo:qñ autem occurrit ex syllogismo,conuenit,cp confutetur syllus & conclusio,qñ quãdo breuinos expediremur in confutatione conclusionis absq; syllo,remaneret conclusio dubia, qñ essent duo syllogismi,quorũ alter destrueret ipsam,& alter ipsam confirmaret. & tales confutationes sufficiunt in arte Topica.Rudens enim recipit in se solum obseruantiam positionis præter cp cõstituatur de illa ostensio per rõnem, sed confutatio syllogismi absq; conclusione est habẽs Rhetoricam,qñ non sequitur ex ablatione syllogismi ablatio conclusionis,sicut non segtur ex ablatione antecedentis ablatio consequentis in syllo conditionali contunctuo,qa proportio syllt ad conclusionẽ est hęc eadẽ proportio.Syllogismus aũt confutatur,aut ex parte formæ,aut ex parte materiæ, aut ex parte vtriusq;. Ille vero,q occurrit ablq; syllo, ipsum destruet solũ res,in quã cadit error,& non est dfia inter syllogismum contradictorij,& demonstrationem conditionalem & confutationem:aliquando enim fit per contrarium, & est possibilis,& aliquando fit per contradictorium.

De rhetorica constitutionis confectionis.

HÆc quidem rhetorica constitutionis confectionis est composita ex his duabus rhetoricis, hoc est, ex rhetorica doctrinæ,& ex litigiosa, quando vna earũ affirmabit rem,aut ipsam negabit fm modum demõstrationis,& altera ipsam destruet fm modum eundem.Et Topicæ potestati est hic magna tuuaminis collatio, & quasi est hic necessaria.

De Rhetorica tentatiua experimẽti.

SEd Rhetorica tentatiua experimenti est rhetorica, qua exquirit interrogans, vt fallat in omni arte per errores essentiales in arte.ad cognoscendum quantitatem perfectionis tuæ in arte illa,qñ perfectio artis continet quatuor res:quarum vna est, cp cognoscat principium illius artis.secunda autem est,cp ex se excernat ab ea, quod expedit cp ostendatur ab eo, quod non ostenditur in illa arte: tertia, cp remoueat ab essentiales ab illa. quarta autem est cp hic ei potestas ad illam addiscendum.conuenit autem tentatori cp consideret acceptionem interrogationum ex parte qua lateat tentatorem, sicut cp illũ interroget principia remota,et per hoc intendat illum fallere,ac ipsum interroget fm syllogismum compositum, non fm syllogismum simplicem.

IN LIBRVM ELENCHORVM.

De Elenchis seu sophisticis fallacijs.

QVando locuti sumus de rebus, quibus cognoscitur quid positum sit secũdum modum demonstrationis, quæ est ipsa demõstratio,& quid positum sit secundum modum veręs definitionis, quę est definitio,tam loquemur de rebus,quibus fallitur.Notum autem est, cp cadat error in his generibus ex notitia præcedenti duas partes quæstionis, hoc est formationẽ & verificationem.Cognitio autem agens vtranq; illarum,& dirigens,& fallens, est duum generum,fm dictiones,& secundum res.

De dictionibus.

DIctiones autem, siue sint nomina, siue verba, aut literæ,sunt duarum specierum,aut æquiuocæ, aut diuersiuocæ.Æquiuocę autem quædam sunt incõplexæ,& quædam complexæ. Incomplexæ autem, quædam sunt æquiuocæ secũdum se, & quædam sunt ęquiuocæ secũdum declinationes.Æquiuoce autem secundum se,quædam sunt fm quandam contingentiam, & quædam sunt analogæ,& quædam translatæ, & quædam accommodatæ. Iam autem præmisimus præliba mina de his. Æquiuocæ vero secũdum declinationem sunt, sicut cuius declinatio est vt declinatio pluralis, & non plurificatur, vt Venetię,aut cuius declinatio videtur fœminina,vt sophista. Compositorum vero exemplum est,quẽcunq; Socrates dixit cp ille ita sit, ille est ille,quem dixit : Socrates autem dixit lapidem quòd sit lapis:ergo Socrates ipse est lapis. Æquiuocatio itaq; hic est solum in dictione ipsa. Dictionum autem diuersiuocarum,quædam sunt diuersiuocæ in se, & quędam diuersiuocæ secundum sua agnomina. Et diuersiuocę secundum agnomina, quædam sunt diuersiuocæ secundum agnomina earum quæ sunt in eis,& quædam sunt diuersiuocę fm agnomina earum, quæ sunt extra illas. Diuersiuocarũ vero in se,quædã sunt quę differunt fm se totas, & loco earũ permutatur vna dictio, & quædã sunt quę differunt fm quasdã suas partes, & cũ suis connotatis. Diuersiuocarum vero secũdum se totas sunt multæ species. Quædam sunt, quibus mutatur nomen loco nominis,sicut dum mutatur vinum in flauum. Et quædam sunt quibus permutatur nomen in orationẽ, vt quando mutatur vinum in tugantem mœstitiam.et earum sunt quædam , quibus permutatur oratio in orationem, vt permutatur animal risibile in emptorem & venditorem. Diuersiuocæ vero secũdum partes,quędam sunt, vt dicẽdo habens manus,& habens duas manus.Et sicut est permutatio quoddam ipsarũ regimen, vt dicendo impossibile est quod agat, & non est possibilitatis vt agat. Et harum sunt, quibus permutantur sua regimina essentialia, vt dicẽdo alyzmel, & al yuamal. Diuersiuocarum vero secundum agnomina illorum quæ in eis sunt , quædam sunt quæ permutantur à diuisiõe in compositionem, prout dicẽdo, Socrates est cæcus,& est secundum mentem ergo est cæcus secundum mentem . Aut ex compositione in diuisionem,sicut dicendo,quinarius est aggregatum ex pari & impari:ergo est par.Et quædam sunt, quibus permutãtur loca pausę,sicut dicendo,homo videt quicquid videt : & homo videt lapidem,segtur hinc cp lapis videt.Et quædam sunt permutatæ ordine, sicut dicendo, non est dignum cp agat,& dignũ est quod non agat. Et quædam sunt quibus permutaẽ vox , quæ assimilatur alicui rei, in vocem quæ assimilatur alĩ rei. Diuersiuocæ vero secundum agnomina illorũ,quæ detoris sunt,quædam sunt quibus permutatur ipsarum dispositio & forma, & hanc partem subintrat ipse accentus.Et quædã sunt, quibus mutatur dispositio dicti,& eius forma & habitudo, vt cp res explicetur per suum agnomen , aut per suum genus. Et quædam sunt diuersiuocæ secundum agnomina extrinseca dicto: & hæc sunt, sicut agnomina patentia diuulgata quæ connectuntur: sicut,pnunciando aliquam orationem cum dicto , quæ assimilare faceret aliquid , quod non faceret assimilare sine eis , quando illud esset separatum . Dictiones vero quædam fallunt in illis quatuor generibus scibilium:& quędam fallunt in vno illorum : & quædam in pluribus , quam vno . quæ quidem fallunt in quatuor partibus sunt,sicut nomẽ ęquiuocum,& eius partes. Exẽplum vero

vero suæ fallacię in scientiã dirigentem ad formationẽ, manifestum est cp nõ facit intelligere rem, cuius forma tio intenditur.Sua vero fallacia in scięntiam agẽtem formationem est,qñ fuerint dictiones incomplexæ,quę significant partes definitiones æquiuocæ : sicut est legis definitio,cp sit operationũ directiua. Sua vero fallacia in scientiam dirigentem ad verificationẽ fit, dum quæritum diuiditur in duas partes contradictionis,& illas significat nomine æquiuoco,putaẽ de illo, quod est quęsita multa,cp sit vnum quæsitũ:aut de illis, quæ sunt cõtradictoria multa,cp sint duo cõtradictoria : sicut est an mundus sit compositus ex materia & forma, aut nõ sit compositus ex eis . mundus itaq; dicitur de oĩbus eius partibus fm quãdam speciem æquiuocationis.& similiter materia & forma. Fallacia vero in scientiam agentem verificationem est,sicut dicendo versum esse circulum:& circulus est figura,in cuius medio est punctus, à quo oẽs lineæ exeuntes ad circunferentiam sunt ęquales:oratio itaq; metrica est talis. Fallaciæ autem nominis æquiuoci sunt multæ nimis: & conuenit, vt cauęatur ab illis.Loca autẽ,quibus constat, cp nomẽ sit æquiuocum,aut cp hoc nõ sit eius,notum est ab initio rei, siue consyderemus definitiones harũ rerum,quas significant nomina:& quando illas inuenerimus differentes, nomen est æquiuocum: & similiter etiam, si fuerint differentes fm partem definitionis , videlicet genere, aut differentia. Et aliqñ constituemus hoc ex suis propriętatibus,et descriptionibus.Et ideirum dum rei oppositæ fuerint multæ,res erunt multæ, hoc est per oppositas eis contrarias,& priuationẽ & habitum, & affirmationem & negationem:qñ vnicuiq; illorum est vnum oppositum necessario. Vt gratia exẽpli grauitas dicit de voce & corpore:vnum itaque oppositorum est leuitas, & aliud est acumen. Exẽplum autẽ illius,quod fallit pluribus vno horũ generum diuersorũ in ordine. illa enim fallunt in scientiam directiuã ad verificationem , & in agentem:verbi gratia, cp ordinemus dictionẽ infinitantem vice dictionis negatiuæ, aut econuerso: sicęp æstimabitur de negatione cp sit infinitatio.& qñ ponet minor in prima figura,de illa, quæ non est cõclusio, quòd sit conclusio.Qñ autem accipemus duo opposita,quatenus sint opposita oppositiõe nominis simplicis & infinitati,quæ est oppositio habitus & priuationis,& illa opponuntur oppositione affirmationis & negationis, sic illa fallacia in scięntiam dirigentẽ ad verificationem . Et similiter est huius contrarium , vt cp capiatur graue & leue,cp sint opposita oppositione affirmationis & negationis,& qñ diceretur fortasse inuenitur aliqua pars, quæ non est grauis neq; leuis , non admitteret hoc, nec apud illum esset possibile hoc esse. Exemplum autẽ illius,quod fallit in vno genere tãtum, est dictio mutata à diuisione in compositionẽ, vel ex compositione in diuisionem:qñ autem alicui viro puenerit aliqua harum rerum , poterit cauere animam suam ab errando in id , in quod erratur vno genere harum notionum,aut pluribus quàm vno genere.

De rebus fallentibus.

REs autem fallentes sunt octo generum. Quoddam est accidentis. Et quoddã est consequẽtis. Et quod dã est vocis simpliciter,& connexæ clausulæ. Et quoddam est, cp capiantur multæ interrogationes,ac si esset vna. Et quoddã est, cp ignorentur aliquæ conditionum oppositorum. Et quoddã est locus petitionis principii. Et aliquod est acceptio non causæ vt causa. Et aliquod est locus translationis & commutationis.

De fallacia Accidentis.

Illud quidem,quod est fm accidens, vniuersaliter oppositum est illi quod est essentialiter, vt prędictum est. id enim, quod est essentialiter,est cp prædicatũ sit de essentia subiecti,aut subiectũ de essentia prædicati. Id ergo,quod est fm accidens, est ita, cp neutrius essentię sit alterutri insit.Hoc autẽ est duarũ partium , quarum vna est, cp hæ res, quæ coniunguntur per accidens, insint alicui subiecto essentialiter. qñ autem vnum illorũ prędicatur de altero, aut secum connectitur, est prædicatio sua per accidens, aut connexio per accidẽs: prout inest risus illi qui vendit & emit . Secunda autem est , cp hæ res,quæ coniunguntur per accidens, non sint connexę fm dispositionem illius quod est essentialiter. vt cp corrusęat corrusęatio,& moriatur aliquod animal. Et hæc pars est remotissima illarum,quæ sunt per accidens,& eius notio fit facilis,cũ ipsius casus sit raro. Prima vero pars est multæ fallaciæ,cũ sit semper & vera,& ipsa fallit in scientiam agentem verificationem et formationẽ. Fallacia quidem formationis est, vt cp concipiatur corpus naturale cp sit diuisibile in tres superficies,quia superficies diuiduntur in lineas,& lineæ in puncta.hæc itaq; est formatio corporis naturalis per accidẽs . & ideo hęc formatio fallit in verificationẽ , adeo cp putetur cp corpus naturale sit cõpositum ex pũctis.Et ex hoc loco errauit,qui asseruit partem indiuisibilẽ,aut ex quo res est posibilis per accidens,impossibilis essentialiter. Quando itaque caperemus quod est per accidens vice illius, quod est essentialiter,putabitur de illo quod est possibile,cp sit impossibile:prout est apud illũ,apud quem impossibile est fuisse res transmutabiles succestue in infinitũ in prædicatorio.tale itaq; forsan est possibile per accidens, licet sit impossibile essentialiter . & similiter est esse infinitam virtutem corpori æquali,licet sit impossibile essentialiter,nõ est impossibile per accidens, hoc est ex parte,qua accidit huic corpori aliqua dispositio. Et ali quando res est possibilis essentialiter , impossibilis per accidens. Id autem,quod est secundum accidens, fallit in multis diuersis locis.

De fallacia Consequẽtis.

Locus vero consequentis est cp res denominetur fm aliquam dispositionẽ:deinde denominetur aliud per illam,& exprimat secundam esse primam, aut sicut iudicium primæ, verbi gratia, cp denominemus per Heramum aliquẽ virum,qui sit Diogenes : deinde denominemus alĩ per illud, & putemus cp sit ille primus , aut sicut primi iudicii. Et similiter videmus mulierem, cuius corpus tumescat ob impręgnationem:deinde cernimus aliam mulierẽ, cuius corpus tumescat,& putemus illam prægnantẽ.& hoc æstimantes cp semper affirmatiua vlis conuertatur fm suam dispositionem fm suam quantitatem & qualitatem.Et vlter hoc loco construitur syllogismus ex duabus affirmatiuis in secunda figura:hic autem non concludit, vt prędictum est. Et aliqñ etiam fallit aliqua species fallaciæ,sed secunda intentione,verbi gratia qñ hoc loco euenerit nobis aliqđ prædicatum conuertibile cum suo subiecto, putamus cp conuersa contradictorij huius prędicati conuertibilis sit vera. Vt verbi gratia,dum putamus de tumore corporis, cp sit impręgnatio,& verificatur nobis conuersa contradictorij huius orationis, videlicet cui non inest impręgnatio, illi non est tumor corporis. hoc autẽ est falsum . Falsum aũt non accidit hic occasione conuersi contradictorij, qui est locus demõstrationis: quia si fuerit omnis homo animal,quod non est aĩal non est homo . Oritur autẽ veritas huius loci . quia si non verificatur id quod dicimus,quod non est animal non est homo, verificatur eius contradictorij , quod est aliquid quod non est aĩal, est homo:ipsum aũt est falsum: fuit ergo contradictorium necessario est verum, videlicet quod non est aĩal non est homo,& vniuersaliter vis illius loci, in quo repetitur oppositum consequentis conditionalis cõtinęt. Verumtamen errauit hic,quia euersum contradictorij, quod non est verum.

De fallacia simplicis dicti, & secundum quid.

Connexiones vero sunt res , quarum consuetudinis est cp sumantur connexæ cum tpe, aut loco & putetur

ꝙ verificentur ſimpliciter, verbi gratia, hoc acetum eſt vinū permutatum, ergo eſt vinum. hoc aūt eſt falſum. qñ vero abſoluūtur cōnexa, ſunt vera, dū ſeruantur in eis duæ res, quarū vna eſt, ꝙ non teneaē in oratione oppoſitum illius, quod ſecū connectitur, ſiue fuerit nomē illi oppoſito, quod ſignificet ipſum, eo ꝙ eſt oppoſitum ſumptū ſm ſuum nomen, ſiue fuerit oratio ipſum ſignificans, quæ ſit ſm illud nomen. Exemplum aūt connexi, quod qñ abſoluitur, teneē in illo ſuū oppoſitum ex parte qua ſumitur ſm ſuū nomen, eſt, Socrates eſt animal mortuum. qñ itaq; hoc abſoluitur, teneē in eo ſuū oppoſitum, & dicimus Socrates eſt aīal, ex illo intelligitur oppoſitū connexum in eo, quæ eſt mors. Exēplum autem connexi, quod dū abſoluitur, tenetur in eo oppoſitio ex parte, qua ipm ſignificat oratio, eſt, dū dicimus, hic homo eſt mortuus. id. n. quod intelligitur ex ſignificato hominis, dū abſoluitur, eſt oppoſitū mortuo. Secūda vero conditio eſt, ꝙ prædicatū connexum nō ſit prædicatum cauſa illius per quod cōnectitur: vt dicēdo, Socrates eſt poeta, qñ verificatur nunc prædicatio de ly eſt, ob ipſum connecti cum poetria, & ideo qñ abſoluitur falſificaē. Abſolutæ vero ſunt res, quæ ſumptę ſimpliciter, putatur ꝙ verificentur cōnexæ clauſulis, & ſequitur hinc mendacū, aut nugatio. Et exēplum qdem illius, ex quo ſequitur mendacū, eſt, vt dicendo Socrates eſt medicus. & Socrates eſt in foro: Socrates itaq; eſt medicus in foro. Exēplum autem ſuperflui, & nugationis eſt, Socrates eſt homo, Socrates eſt animal: ſicq; Socrates eſt homo aīal. hoc autem eſt ſuperfluum, quia animalitas cōtinetur in humanitate eo modo quo pars continetur in toto. Cōuenit ergo, dū voluerimus de his abſolutis, ꝙ verificentur cōnexa, ꝙ ſint ſibi inuicem cōnexa eſſentialiter, & ꝙ non ſequatur ea ſuperfluum et nugatio ſicut fit dicēdo, Socrates eſt animal: & Socrates eſt ambulans: Socrates itaq; eſt animal ambulans.

De fallacia, mutatā interrogationū ꝙ vna.

Sumēdo vero multas interrogatiões, ac ſi eſſet vna, fit fallacia huius orationis in quæſito, cuius ſubiectū ſequūtur duo iudicia oppoſita, ſicut eſt dicere, an lutum ſit aqua & terra. qñ itaq; non diſtinguitur oratio, & dicitur in potentia, aut in actu, poſsibile eſt nobis putare ꝙ lutum ſit terra permiſta cum aqua, ex quo duo miſcibilia non inueniunt in genere miſtionis in actu. Et huius loci eſt ambiguitas Ménonis notoria, quādo voluit deſtruere diſciplinā, & ſumendam demonſtrationem, qñ dixit: Non euadit quæſitū, quin ſit ignotum, vel notū. ſi ſit notum, nō fit de eo nobis quæſtio, ſi autem ſit ignotum, non eſt nobis modus ad eius adeptionem, qñ ipſum ſcimus ex parte qua eſt notum: ac ēt, dum occurreret nobis, neſciremus ꝙ illud ſit id quod quæſiuimus. ſicut qui quæruit ſeruū, quem non prēnouit, quē, dum ei ille occurret, neſciret eſſe illū. Locus aūt fallaciæ in hac oratione eſt, ꝙ ipſe vtitur hoc loco noto vno modo, ille autem dicitur duobus modis, quorū vnus eſt in potentia, & alter in actu. Fiet tū neceſſaria hæc ambiguitas, ſi noſtrum quæſitum eſſet notū in actu, aut ignotū omnibus modis, eſt vero ignotū in actu notum in potētia, ex quo oſtēſum eſt, ꝙ ſyllogiſmus procedat proceſſu à toto ad partem: pars autem continetur in toto in potentia. Plato vero, quia non fuit et notificatus modus ſolutionis huius ambiguitatis, ſuſtinuit ſcientiam eſſe remiſcentiam. Quando autem volumus, ꝙ hic locus non ſit fallens, conuenit ꝙ diuidamus quot modis dicaē res, & conſyderemus ſingulos ipſorum ſeparatos.

De fallacia Elenchi.

Ignorantia vero elenchi fit in loco ſuæ fallaciæ, quando ignorantur aliquæ conditiones, quæ appoſitæ ſunt clauſulæ conditionum oppoſitorum, & tunc ſint oppoſita. tam autem retulimus has conditiones in his, quæ præmiſſa ſunt. Aut quia ſo capitur, quod non eſt oppoſitum, ac ſi eſſet oppoſitum, diudicans veritatem & falſitatem. Fallacia autem huius loci fit duobus locis, quorum vnus eſt ſyllogiſmo contradictorij, & alter eſt ſyllogiſmo cathegorico, ſed i illo eſt ſuppoſitio. In ſyllogiſmo vero contradictorij capimus, quod non eſt cōtradictorium illi, cuius conſtitutionem intendimus, ac ſi eſſet illius cōtradictorium, qñ itaq; fecerimus hoc, & contunxerimus illi propoſitionem veram, & ex illo ſequitur mendacium, putamus ꝙ falſum ſequatur ex contradictorio poſitionis. verbi gratia, ꝙ dicamus. creator eſt extra mundum, aut intra ipſum. ſi autem ſit extra mundum aut intra, eſt corpus, ex quo illud quod eſt extra mundum, aut intra ipſum, eſt corpus: ſequitur itaq; ex hoc mendacū, videlicet ꝙ creator ſit corpus, quod quidem falſum ſequitur, ex eo quod diximus, ꝙ ipſe ſit extra mūdum, aut intra ipſum. Locus vero fallacię in hoc eſt, quia extra & intra dñudicant veritatē & falſitatem in ſubiecto proprio eis, illa autem ſunt corpora, ſm, ꝙ illorum conſuetudinis eſt dñudicare veritatem & falſitatem. de illo vero, quod non eſt corpus illud eſt mendacium. Iam autē oſtenſæ ſunt iſtæ res in præmiſsis. Illius vero fallacia in ſyllo categorico concludit illud, quod non eſt contradictorū illi, cuius cautela intenditur à reſpondente, ꝙ ſit illius contradictorium: caperet itaque quod non eſt poſitio, ſm quòd eſſet poſitio.

De fallacia petitiōis principii.

Quia autem imaginati sunt quidā posteriores loquentium hoc, quod est id, quod dixit Abualmahal, qui ait, ꝙ faciat acquirere ipsum exemplum veritatem ſm modum directionis & aduertentiæ tantum, sed ex quo ipsum non dr̄ de syllogismo vero ſm figuram, oporteret, ꝙ omnes scientiæ essent principia, sicq; non esset ibi aliquid, quod doceatur per syllogismum, adeo, ꝙ gratia exempli, possibile sit ꝙ liber Almagesti legatur ab illo, qui non consyderauit omnino res geometricas, & nouitas mundi esset per se nota. Iam itaq; ostensum est quis sit gradus exempli in verificatione, & in hac arte simile & conforme est inductioni in topica, sicut signū hic est simile, & conforme syllogismo topico. Expedit itaq; post hæc ꝙ redeamus ad locutionem de rhetoricis, quę non sunt ſm orationem, & quantum tribuunt de verificatione. Hæ itaq; orationes vniuersaliter sunt tredecim generum, quorum quoddam est ex eccellentia dicentis et defectus sui aduersarij, quia notum est, ꝙ illud faciat hominem adipisci bonam æstimationem de illo, & factat admittere id, quod ille dicit. Et aliquod est prę uius apparatus audientium per affectum ad verificationem, prout possibile est in verificatione audientis affectus cogens eius verificationem ex dolore, aut misericordia, aut timore, aut ira. Et hoc etiam videtur, ꝙ declinare faciat hominem ad verificationē. Et de illis est allicere audientes per orationes morales, hoc autem fit, quando verisimile illis fuerit, ꝙ dictum illius admitterent præclari intellectu, & viri nobilis educationis, & qui non vtitur depravata opinione, neq; est peruersus. Et de illis est magnificatio rei, de qua est sermo, et illius purificatio. oratio enim, quando magnificatur, anima erit declivis ad illam: & è contra, dum parvificatur, recedit anima ab illa, & non occurrit inclinari ad illam: Et de illis sunt conciones. Et de illis sunt testificationes. Et de illis est supplicatio. Et de illis est fiducia, & pignoratio. Et de illis est solitudo in eremo, & tollerantia laborum, & vita monastica. Et de illis est, ꝙ qualitas orationis, & vocis, & accentus sit secūdum dispositionem, qua putetur esse rem, quam proponit confirmare, sicut qui narrat rem terribilem pallescit, & erubescit eius facies, & eleuat eius vocem. Et de illis est deprauatio sermonum, & ipsorum declinatio, & detectio maioris partis illorum, & eos ponere secundum formam, qua detegat illius turpitudinem, & facilem reddat illius oppugnationem. hęc autem magis ingrediuntur Sophisticā, ꝙ⁹ Rhetoricam. Hæc itaq; sunt omnia deforis persuasiua: & à suo initio notum est, ꝙ ipsa faciant adipisci solū persuasionem, in quibusdam autem illorum latet hoc latenta quadam. Nos autem sermonem faciemus de vehementiore gradu istorum, qui est ipsa attestatio. Vniuersaliter autem attestatio est narratio quædam. In narratione autem est narrans vnus, aut plures ꝙ⁹ vnus. Plures autem ꝙ⁹ vnus aut erūt vniuersitas quædam, quam possibile est numerare, aut vniuersitas, quæ non potest numerari. Rerum autem narratarum quædam sunt sensatæ, & quædam intellectæ. Narrantes autem res sensatas, aut narrant illas quas viderint, aut narrant quæ audierint ab alijs, qui sint tales, quales sunt ipsi aut minores, aut maiores eis. Res autē narratæ sensatæ, aut sunt res præteritæ, quas non senserimus nos, aut sint in præsenti tempore, sed lateant nos. In narratione vero rerū, quas sentimus, non est nobis immorandum, neq; vlla vtilitas. Et similiter putatur, ꝙ si in intellectis apud artifices, quorum cōsuetudinis est, ꝙ exponatur in sua arte hæc intellecta. Sed apud vulgus potest esse, ꝙ attestatio agat de illis persuasionem. Et hac de causa inuenimus sectam hominum nostræ gentis, quæ appellat loquentium, ꝙ non sustineant nouitatis nouitatis mundi, & essendi creatorem excelsum, & cætera alia ab his ex radicibus legis super attestatione legis solum, sed vtuntur syllogismis. Secta autem, quæ Deum cognoscit, abhorret hoc. In narratione autem, & attestatione rerum sensatarum non videmus, ꝙ fortificetur, & debilitetur verificatio per numerum narrantium, & per alias similes res, quæ his annexæ sunt. Fortioris autem fidei sunt quæ euenunt ex illis, quæ narrauit vniuersitas, quam non esset definire, & dixerint, ꝙ illi viderint ita. Et similiter quæ narrauit innumerabilis vniuersitas alicui alteri vniuersitati innumerabili, & dixerint, ꝙ sic viderint. Et similiter quanto excedit vna vniuersitas aliā, & magis sunt adepti excellētiā illius, quod attigerūt, qñ cōuenerint i suo initio & medio & vltimo: impossibile enim esset, aut difficile foret illos cōfundere. Et hæc pars narrationis est, ꝙ vocat Rora, i. Scriptura sacra. Et euenit huius veritas aliquo modo in missione Moses principis prophetarum supra ipsum sit pax, & inuentione Sinai, & Horeb, & in cæteris aliis. Cōuenit itaq; scrutari quo modo hoc eueniat. Veritas enim quædā est essentialiter, & quædam est accidentaliter. Manifestum autem est, ꝙ verificatio essendi rem sensatam primo & essentialiter eueniat à sensu: & ideo cui deficit sensus aliquis deest aliquod sensatum: esse autem sensata non adipiscitur solum per sensum, sed etiā per imaginationem cōſm ꝙ sunt. Et aliquando etiā euenit veritas essendi sensata essentialiter ex syllogismo. v.g. huc partes est fabricatus, sicq; eius est fabricator, sed nō peruenit ex eo forma fabricatoris essentialiter. Ad adeptionē vero essendi res sensatas, quæ penitus non sentiuntur, non est nobis modus, per syllogismum aliquando euenit veritas essendi eas, sed raro, sicut aliqñ euenit nobis ipsarū forma de illo quod fabricatum est raro. In talibus vero, licet non penetret sensus in sua singularia, penetrat tamē in sua nomina, aut quæ illa significant. Id autem, quod agit hanc verificationem apud maiorem partem hominum, est ex legibus & historijs. Sed satis notum est, ꝙ hæc actio sit per accidens, qm̄ veritas illius sequi quod æstimatur, ꝙ sit eius causa, quæ est historia vtī paucioribus modo quo causata sequunt suam cām accidentalem. Causa vero adeptionis huius veritatis, q̄ est per accidens, & quo modo euenerit, nō est ex his, q̄ oporteat constare ex hac sententia, & iam dictum est de ipsis in libro de Sensu & sensato. Quia autem quidam viri optinati sunt hoc, conati sunt tradere in historia numerum, ex quo eueniat veritas essentialiter. & quando non eueniret eis, dicebant, ꝙ eueniat ex se, licet non euenerit ad nos. Hic autem est manifestus error. nam, si esset aliqs numerus, ex quo eueniret veritas essentialiter, res diuulgatæ non se excederent secundum numerū narrantium, & possibile esset, ꝙ hic numerus esset proportionatus, & constaret multitudo veri, & paucitas sunt cōpositæ ex combinationibus. Ex quo autem quidam illorum innituntur apponere in legibus conditiones, ex

quibus

De Rhetoricis, quę non sunt secundū orationem.

quibus euentat veritas, quæ non sint necessariæ, dixerunt ex tribus conditionibus esse, ꝙ ex eis euentat veritas essentialiter. Hæc autem ars vtitur historia, & attestationibus ex illo quod sumitur pro maiori parte, quæ est ipsa æstimatio. quod vero sumitur alicui rei, vt in paucioribus, non vtitur eo aliqua ars omnino. Diuulgatio vero statutorum scriptorum est res nota: id vero quo euenit de illis verificatio, est ipsorum consuetus vsus. Consuetudo autem est magni vigoris. Et ideo videbis multos illorum, qui educati sunt in consuetudine stulto rum, credentes nouitates fictas, & nõ possumus eos deuiare ab illis. Conuentimus etiam persuasioni attestationis legis, decori, & conuentioni virorum legalitũ de aliqua re plus legis. & ideo ex quo æstimauerunt hoc quidam viri dixerunt, ꝙ kindens congregationem, nõ sit hæreticus. Abuhamadh autem Algazel locutus est de hac re congregationis in principio sui libri de Differentia inter Mauros & Amazonides. dixit, ꝙ ipse non dum congregauit quid sit congregatio. Contentiones vero sunt in differentijs verborum, sed magis persuasiuum, in quo sunt contentiones, est de latio kindete promissiones legis, et sunt res, quæ videntur hominibus impossibiles. sed notum est, ꝙ, quãdo res est diuina, licet agês sit maxime enormis, non tacet adipisci aliquam rem præter bonam æstimationem de tali opere, & cõfidentia in illo, & de sua excellentia. Iam autem exposuit Abuhamadh Algazel in suo libro inscripto circa hæc, & dixit fides simpliciter in via latini, prout eam descripserunt loquentes, est via vulgaris egregiorum enim via est alia. Si ꝙ numeratimus hæc in rebus, quæ sunt deteriis, de quibus æstimatur, ꝙ ex eis euentat veritas. Rhetorica autem retinet huius est nota. Signa vero sunt nobiliora & vehementioris prioritatis, illis enim vtimur ad cõfirmatione illius, quod fuerit ex his ignotis esse, aut ignotum esse. v. g. quando præstantia loquentis nota, neq; diuulgata, vtimur huius expositione. hoc autẽ fit, quando aliquis æstimauerit, quod putaute esse miraculum, ꝙ non fit miraculum, vtuntur hoc ad ostẽdendum hoc esse miraculum. Et similiter est in attestationibus, & in dictis, & reliquis, quã do accidit disputatio de illis. Omnibus autem his rebus possibile est, ꝙ ipsis vtantur in omnibus artibus cõe sunt artium, prout vsi sunt illis præterita præcessores, quia hi come stabãtur, ꝙ esset via veritatis. Arist. vero, ex quo exposite fuerunt et sui gradus in veritate, opinatus est, ꝙ opportunitas harã credibilitatum in vias vulgi, quas vtuntur illis inter se in rebus particularibus voluntarijs, de quibus decernit iudicium, ꝙ sint bonæ vel malę. Quoniam autem erant voluntariarum, de quibus iudicium decernit, ꝙ sint bonæ, aut malæ, quædam sunt, quæ inuenimur in homine in le tempore præsenti, & hæ sunt virtutes & vitia: et quædam tant, quæ inuenimur tempore præsenti in alio, & est æquitas, & iniquitas. & quædam sunt, quæ ei inuenimur pro tempore futuro, & hę sunt res iudicandæ & non entes. quarum primarũ dicitur oratio demonstratiua, secundarum vero dicitur iudicialis, tertiarũ vero dicitur deliberatiua. homo enim est quodammodo socialis, & ciuilis necessario. Quod autem fiant orationes oratoriæ in his tribus generibus, exposuit Arist. tradendo regulas, & res, quibus homo valeat eloquenter dicere de vnaquaq; harum rerum perfectissimo modo, qui possibilis est huic rei. Et ideo definiunt hanc artem, ꝙ sit via, qua homo valeat agere persuationem de vna quaq; re particulari perfectissimo modo, qui illi conuenit secundum suam naturam. Id autem, quod diximus de hoc fin nostrum propositum de eloquentia, satis sit.

IN LIBRVM POETICAE.

De Orationibus Poeticis.

POeticæ autem orationes sunt orationes metricæ, quibus quæritur rei assimilatio, & exemplum in oratione ad promouẽdum rem versus fugam à re, aut fugæ enormitatem. Institutæ autẽ sunt metricæ, quia sic fit assimilatio perfectior. Et sicut in maiore parte artũ, quæ assimilant rebus sensatis, sicut est ars Picturæ, & aliæ, non sunt veræ ipsæ res sensatæ, sic orationes, quæ assimulant rem, nõ sunt orationes, quibus intelligitur illius essentia. Assimilationum autem sunt duæ species, videlicet species, qua assimilatur res alicui rei per vnã dictionum assimilationis: aut simulacrum sumptum, ac si esset essentia assimilati. hoc autem fit secundum commutationem, & accommodationẽ: prout dicimus terræ sudor est ipsum mare, quomodolibet illud tulerit. Hæ autem industriæ quædam sunt propinquæ, & quædam remotæ. Notum autem est, ꝙ hæc ars non sumat assimilationes, ꝙ sint ipsamet res, sed aliquãdo erat maior pars hominum in hoc, & sumunt res assimilationem secundum ꝙ sit ipsamet res: prout dictum Empedoclis de aqua maris, ꝙ sit terræ sudor, quem cõgregauerit in eius vesica. Fallunt autem istæ assimilationes, quando sumuntur secundum modum permutationis, & non vnet in illis dictio assimilationis. Maior autem pars illo, quo fallunt hæ similitudines, fit, quando sumũtur secundum modum permutationis in res, quibus impossibile est imaginari assimilationem, aut difficile est illam imaginari. Hæ itaq; sunt plures fallaciæ, sicut non æstimatur, ꝙ imaginetur ens, quod non sit intra mundũ, neq; sit extra ipsum. Locus vero magis proprius huic erroris est liber Elenchorum. Hæc autem ars, licet sit syllogistica, tamen non vtitur syllogismo in actu, nec est ei propria species, qua approprietur. Quando vero vtetur oratione syllogistica in actu, id fit secundum modũ erroris, & assimilationis alij artis. Arist. autem, quia vidit, ꝙ tuamen huius artis sit magnæ necessitatis, quia per eam promouetur vulgus versus fidem alicuius rei, & ad non credendum illam versus actionem aliquam, aut illius omissionem, numerauit res, quibus homo valet assimilare rem alicui rei de eo, cuius assimilationẽ proponit perfectissimo modo, quo posset fieri in hac re. Est itaq; ars Poetica, ars, qua æstimatur homo, ꝙ assimulet rem alicui rei, perfectione qua potest. Verumtamen hę perfectiones sunt extra perfectionem humanã. Concludẽdo autem dicimus, ꝙ qui intellexerit ea, quæ scripsimus in his tractatibus, & non sit fetens naturaliter, possibile est, ꝙ instituat omnem orationem, quam audiuerit in verificatione & formatione. In hac autem arte est honor, & præstantia modo, quo homo sit per ipsam promptus versus vltimam perfectionem, si sua perfectio sit in adeptione veracis speculationis, & per hanc quantitatem peruenier, ꝙ sit aptus illam recipere. Hac ergo quantitate peruenier ei gradus, quo sit fœlix ad vltimam perfectionem. Excelsus autẽ Deus est, qui est Deus adiutor, & sustentans, & nõ est Deus, nisi ipse, qui semper laudetur. Amen.

Epitomes Auerrois super libros Logicæ Aristotelis, finis.

LIBRI PERI HERMENIAS.

Quæsitum I.

De Prædicatis compositis, & diuisis.

PHilosophus opinatur, ꝙ prædicatorum simplicium quædam sunt, quę cum componuntur, fit ex eis prædicatum vnũ per se, & hęc verificanẽ diuisa & cõposita necessario, & quę dam sunt, quæ dum componuntur, fit ex eis prædicatũ per accidens, & hęc dum verificantur, cum horũ sit verũ & falsum. Et proprietatis prędicatorum, quæ verificantur diuisa & composita. sunt duæ res: quarum vna est, ꝙ esse vnius ipsorum duorũ alteri sit per se: secunda autem est, ꝙ vnum ipsorum nõ dependeat ex altero: nam, quando vnum dependet ex altero ipsorum duorum, euenit orationi nugatio: dum vero alterum ipsorum nõ inest alteri per se, euenit huic fallitas: & exemplificauit de his, quæ verificantur diuisa, & falsificantur composita de dicto dicentis, Nichomacus est medicus, & Nichomacꝰ est speculatiuus, posset esse, ꝙ falsificetur prędicatio de eo, qñ esset medicꝰ, non speculatiuus circa artẽ medicam, & ꝙ verificet dũ esset speculatiuus circa ipsam. Et exẽplificauit, dum insunt illi duæ conditiones, prout dicimus, homo est aial, & homo est rõnalis, nam uerificat, ꝙ dicat, ꝙ homo sit aial rõnale. In quibus vero euenit nugatio, & superfluitas, est, prout dicimus, homo est aial, et homo est corpꝰ, nam dũ componitur hæc duo fin prædicationẽ, euenit huic nugatio, & superfluitas: put diceremus, homo est aial corpus, nã aial icludit ipsum corpus: repetitio itaq; eius esset superflua. Et iam putauerunt quidam, ꝙ huic eueniat falsitas, quia succesio corporis ipsi aiali decernit, ꝙ aial sit vnus corpore, & quoddam sit corpus, & quoddam sit non corpus: hoc autẽ est falsum. Hoc itaq; est, quod opinai Philosophus de prædicatis, quæ verificantur diuisa de vna re, & nondum componuntur, & quæ sint prædicata quæ verificani composita, hoc est, coniuncta. Philosophus itaq; opinai de eis, ꝙ sint duaꝝ specierum, quædam spes, quæ verificaí, dum est diuisa, & quædam spes, quæ falsificaí. Exemplũ illius, quæ verificatur composita, & falsificatur diuisa, est, prout dicimus, Homerus est Poeta, verificaí composita, & falsificatur dum diuidí, nam Homerus non habet esse, tamẽ verificatur de eo nunc, ꝙ sit poeta. Exempli gratia, ꝙa dicimus de mortuo, ꝙ sit homo mortuus, cum vero diuiditur hoc, & dicitur, ꝙ sit homo, est falsum, et dũ componitur, verificatur. Et opinatur, ꝙ cõditiones horum dum verificantur sint duæ res: quarũ vna est, ꝙ res non prædicetur de alia re per accẽs, sicut est prædicatio non entis de Homero. Prout dicimus, Homerus est Poeta, nam prædicatur de eo hæc dictio pp connexionẽ cum poemate: secunda autem est, ꝙ res connexa nõ sit opposita ret, cui connectit, nec in potentia, neq; in actu, sicut est oppositio nominis hois ipsi mortuo, et fin hũc intellectũ sermonis Philosophi in hoc loco conuenerunt oẽs Expositores, prout retulit Auic. & hæc ipsa est opinio Abunazar, sicut videtur de suo sermone in libro Elenchorum. Auicenna vero tam dubitauit contra oẽs circa hanc rem dubio nõ modico, & arguit eos, & instruit, & exposuit sermonẽ Philosophi de his verbis fin aliud significatum, prout in fine narrabimus. et summa illius, quo dubitauit circa hãc rem est, ꝙ ipse dixerit, oportet si hic essent prædicata, quæ verificantur diuisa, & quando componuntur falsificantur, ꝙ suum significatum sit tẽpore compositionis, intellectum vero de ipsis sit suũ significatũ tpe diuisionis, dum vero perscrutatur suum significatũ tpe compõnis & diuisionis, si ibi accidat falsitas, prædicatum, quod falsificatur tpe diuisionis, non est prædicatum, quod verificaf tempore cõpõnis: et sic quod verificatur tempore diuisionis non est falsum tempore compõnis. Et ait, ꝙ, dum obseruaueris, ꝙ significatum prædicati in diuisione, & compõne sit idem, euenit necessario, ꝙ id, quod verificatur compositum, verificetur diuisum, et quod verificatur diuisum verificetur cõpositum. Exempli gratia, quia dum intelligimus de hac dictione speculatiuus dicendo, ꝙ sit medicus speculatiuus, id, quod intelligimur de ea diuisim, est, ꝙ ipse sit speculatiuus: & oratio cõposita est vera, dum vero intelligimus de ea significatum aliud à significato, quod intelligitur de ea diuisim, quæ est speculatio medicinæ, esset falsa. Hæc autem intelligentia euenit nobis per accidens ob eius connexionem cũ medico, & sic dum verificatur de Homero, ꝙ sit poeta, & falsificatur de eo, ꝙ sit simplr, intellectũ de ơone, quæ est falsa, est aliud ab intellectu oõnis entis, quæ significat solam copulã. Si autem intelligeremus de dictione entis vnum significatum illorum duorum significatorum, & est suum significatum copulatiuum, non verificaretur neq; falsificaretur, dum diuideretur. Si autem intelligerei de ea esse verũ, falsificarentur ambo significata, t. compositio et diuisio de ea: & sic, dum dicimus, ꝙ verificetur de hyrcoceruo, ꝙ sit imaginarius, & non verificaf de eo, ꝙ sit simplr, hoc est, quia per dictionem entis nõ intelligit in duobꝰ locis vnum significatum: dum vero de ea intelligit vnũ significatũ, quod est esse imaginarũ, esset oõ vera fm diuisionem & cõpõnem. Philosophus vero intẽdit hic notificare, ꝙ hic accidit intellectum falsum pp vsum & consuetudinem, non, ꝙ hoc sit annexũ ipsi rei, prout accidit illi, qui intellexit sermonẽ dicentis, ꝙ quidã hõ sit rõnalis, et qdã irrõnalis: nã hoc accidisset, si intellexisset falsa intelligentia, hoc vero non est naturæ particularis, hoc vero est p accẽs. re autẽ exẽte, vt putauit, error hic euenit, dum putaí falsum et accẽs, ꝙ sit verũ, non, ꝙ ex hoc loco inferatur falsum per se. & o vtinã sciret quo nã pacto Philosophus non numerat absolutas, & cõnexas inter tallentes per se in lib. Elenchorũ. Hęc itaq; est summa illorum, quæ dixit hic vir cõtra Peripateticos circa hoc quæsitum, & est dubiũ vertẽs cõtra ipsum Philosophũ & Expositores imitantes ipsum. Et nõ habet significatũ decẽs illi, qđ exposuit tpe circa sermonẽ ipsiꝰ Philosophi, nã ars Logica nõ speculaí errorẽ, ꝙ est p accẽs, sicut nõ speculaí res, ꝙ sunt decẽres et rectę fm accẽs: et dispõ eius est sicut dispõ oium artiũ demõstrattiarũ. re autẽ tta exẽte, hoc dubiũ pmo vertit cõtra Philosophũ, & sed'o cõtra eius imitatores, occasiõe modicæ aduertẽtię, quã habuerũt ad errorẽ occurrẽtẽ huic loco. Nos autẽ dicimus, ꝙ itell's dictionis pdicati fm diuisionẽ et cõpõnẽ nõ euadit, qn sit vndiq; vnũ, aut vndiq; diuersum vel differẽs fm magis & minus. Si est diuersum, vndiq; sua verificatio & falsificatio, dũ diuidit & cõponi, sit p accẽs, sicut verificaí de hoie, ꝙ sit medicus solũ, & speculatiuus p se solũ, dũ autẽ cõponí hoc, & di, ꝙ sit medicus speculatiuus intẽtũ p ipsum est, ꝙ sit speculatiuus in medicina, potẽ est, ꝙ hoc verificei de illo, q est speculatiuus in medicina, & falsificei de illo, qui nõ est speculatiuus in medicina. Sed esse veritatis huius compõnis, vel falsitas, qñ attribuni veritati, quę est in diuisione, fit p accẽs, nã peritus in medicina et speculatiuus fm se nõ est vndiq; idẽ. Prædicatũ itaq; qđ'cõputai, nõ est illud quod diuidit. Si vero intellectus dictionis in diuisione esset vndiq; illud idẽ intellectui eius in compõne, & esset verũ, ipse est ipsum copulatum. Notũ itaq; est, ꝙ, quando prędicatũ diuidit & intelligit de eo res, quę intelligit de eo, dũ est copulatũ, ꝙ adhuc sit copulatũ, et nõ diuisũ, sed ꝙ sit copulatũ p signũ, & si nõ sit dictio copulas.

Iudicium autem diuisionis & compõnis fit denolando rem per signum. v.g. quia ex quo verum est de hyrcoceruo, ꝙ sit imaginarius, notum est, ꝙ dum absolutus sermonem de eo, et dicimus ꝙ sit, & intelligimus per dictionem entis ipsum ens imaginarium, nondũ transtulimus à compositione ad diuisionem. Expedit ergo talibus dum diuiduntur, ꝙ trãsferantur à complexione ad diuisionem: notum autem est, ꝙ dissolutio decernat, hoc est, ꝙ diuisio superaddat, & faciat additionẽ rei cõplexæ: nã, cũ dixerimus, hyrcoceruus est imaginarius, complexum decernit, cum vero diuiditur & dicimus, hyrcoceruus est, tũc superaddit et intentionẽ cõplexionis, qñ per ens intelligitur esse extra imaginationẽ, vltra esse i imaginatione: nã ablata est copula, & diuisum tandem absolutius est, ꝙ cõplexum, prout dicimus, Socrates est bonæ formę, dũ diuidit, & dr, Socrates est bonus, tunc terẽ ipsum absolutum, & continet plusq̃ complexum, quod fuerat bonũ quodammodo fm additionem alicuius rei vltra rem cõplexam. Translatio ergo à cõpõne ad diuisionẽ, est trãslatio à cõplexione ad dissolutionẽ, i. a fm quid ad simplr. Et ex quo multæ res verificantur cõplexæ, & non verificant incõplexę, euenit huic loco, ꝙ dũ fuerit verus fm cõpõnẽ, ꝙ fallat absque dubio, dum fuerit diuisus. Verificat itaq; dictum nr̃m de hyrcoceruo, ꝙ sit imaginarius, & fallit dictum nr̃m, ꝙ sit, dum intelligitur per ipsum ipsa diuisio. Verũ est itaq;, quod credidit Auicenna circa hunc locum, ꝙ, qñ subintellectũ per dictionem in diuisione sit ipsum idẽ, quod est subintellectũ in cõpõne diuisionis, et sensus sit verus, sed latuit ipsum, ꝙ ibi non sit diuisio, sed est compositio in potentia: & similiter prædicata, quæ sunt vera diuisa. Sed diceremus itaq; ettã, ꝙ oporteat subintellectum ex eis tpe diuisionis esse subintellectum tempore cõpõnis absq; additione & imminutione, illa nondum sunt translata à diuisione ad cõpõnẽ, cum cõpõ sit complexio quædam. Complexio autẽ decernit vnionẽ complexi per modum denoiantis, & per hoc fit cõplexum vnum. Exempli gr̃a, dum dicimus medicum speculatiuum decernit, ꝙ speculatiuus sit denoiatiuum limitans medicinã. Dum vero ex dicto nostro speculatiuus intelligimus eandem denoiationem tpe cõpõnis, quã intelligimus tempore diuisionis, hæc est oõ non composita, neq; vna, neq; per se, neq; per accidens, nam nõ refert in diuisione, siue tactus prædicare diuisa de re duobus temporibus, siue prædicẽi vno tẽpore, dũ ex hoc non intelligit, ꝙ quoddam istorum sit prædicatum alicuius. v.g. quia dum prædicauerimus de Nichomaco, ꝙ sit medicus diuisim, & prædicauerimus de eo, ꝙ sit speculatiuus diuisim, deinde prædicauerimus de eo ambo hæc prædicata simul, & nõ intelligetur ex nostro dicto speculatiuus, ꝙ sit denominatio medici, sed Nichomaci, tunc notum est, ꝙ ibi non sit penitus vlla complexio, neq; prædicatum est vnum: non existente autẽ ibi complexione non fit translatio à diuisione ad compositionem, & perinde dum prædicauerimus de Nichomaco, ꝙ sit medicus, & ꝙ sit speculatiuus suo oculo, deinde prædicauerimus de illo compositũ ex ambobus his, quod est medicus speculatiuus suo oculo, opportunum est necessario, ꝙ intelligatur in compõne, ꝙ speculatiuus suo oculo sit denoiatio medici, non denoiatio Nichomaci, absq; ꝙ sit denoiatio medici: nã res ita existe, prædicatum non esset vnum per se, neq; per accidens, nec esset ibi penitus compositio, i. ꝙ diuisio fuisset in se, & non peruenisset ad compositionem neq; per se, neq; per accidens, & ex quo non complectitur speculatiuus cum medico, enũtiationes sunt semper diuisæ in potentia. Oportet ergo, dum fit translatio à diuisione ad compositionem, ꝙ multa insteratur ad vnitatem vel per se, aut per accidens. Vnde, dum Philosophus perscrutatus est prædicatum compositum, quando sit vnum, protulit sermonem, ꝙ prædicatum compositum aliquando sit vnum per accidens, & aliquando per se, dum autem est vnum per accidens, potest verũ dicere, vel falsum ex parte qua est vnum. Ex quo autẽ Auicẽ. non intellexit, ꝙ translatio à diuisione ad compositionẽ sit trãslatio à multitudine ad vnum, intulit, ꝙ intellectũ per compositionem & diuisionem sit vnum: hic autem est maximus error. Expedit ergo, dum transfertur à diuiso ad compositum, ꝙ transferatur à resolutione ad cõplexionem, & dum trãsfertur à composito ad diuisim, ꝙ transferatur à complexione ad resolutionẽ, & à multitudine ad vnum: & notũ est, ꝙ resolutio decernit intentionem additam complexioni: re autem ita existente, oportet necessario, ꝙ aliqua complexa, dũ resoluuntur, dicãt falsum: & hæc est res opportuna ex natura ipsius resolutionis, prout dicimus, ꝙ hyrcoceruus est imaginarius: nam resolutio, quando dicimus, est, dum intelligitur, inde ipsa diuisio dicit falsum ex natura ipsius diuisionis, non ratione imaginationis & vsus, prout putauit Auicẽna. Vnio vero compositionis decernit per se translationem ipsius sensus à resolutione ad complexionem, & ex complexione ad resolutionem, et ex multitudine ad vnitatem, & ex vnitate ad multitudinem, nõ ꝙ oporteat, ꝙ intellectum sit vnum, prout credidit Auic. neq; est etiã vndiq; diuersum, qa fieret translatio p accidens, prout intulit inde. Quod autẽ deiecit hunc virum i tales errores fuit maxima extimatio sui de se, aliter. n. si aliqua persistentia persistitisset in se manifeste tuisset ei hæres. Deus autem dirigit, quẽ vult ad id, quod decet.

LIBRI PRIORVM.

Quæsitum. II.

De definitione Termini.

1. Priorum, cap. 1.

DEscripsit Arist partẽ propõnis, quã vocat terminũ, qñ dixit: Voco aũt terminũ, in quẽ resoluit, ppõ: & hoc est, sicut dem, et id, de quo dr. Et qdã nouissimorũ, ꝙ dr Alex. Aphrod. icrepat hãc de scriptionẽ, & ait, ꝙ si dixisset ꝙ sit, sine quo nõ possit inueniri, ppõ, posset euadi ab eo, in quo põt falli p hãc descriptionẽ: nã, ppõ iã resolui in syllabas, & tandẽ in lr̃as, ꝙ sunt ieas. Ac ẽt circa sermonẽ Alex. est difficultas, nã, ppõ neqt esse, ppõ, nisi p copulã prædicati ad subm, & copula ipsa nõ vocat terminus. Abunazar aũt putauit, ꝙ id, qd terũt Alexãdrini, sit denatio ab itellectu sermonis ipsius Alexã. & ꝙ Alex. intellexisset, ꝙ, dũ adñcit hæc cõditio dicto eius, i quẽ resoluit, ppõ, nõ euenit obiectio: hoc est, si diceret, ꝙ sit in quẽ resoluit, ppõ, sine quo nõ põt esse, ppõ, quia hoc adiecto descriptio nõ indigeret exẽplo, qd induxit Arist. vt nõ perficeret nisi exẽplo ipso, i. qñ dicit Arist. postq̃ dixerat in quẽ resoluit, ppõ, sicut dictũ, & id, de quo dr, hoc est, ꝙ prædicatũ est subm. Ego autẽ dico, ꝙ Alex. Aphrodiseus nõ euadit qõnẽ p hoc superadditũ, & ꝙ descriptio Arist. non sit imperfecta, nisi perficiat exẽplo, prout opinatus est Alex. & ei assensit Abunazar. Quod vero descriptio Alex. nõ euadat difficultatem, est notũ pp copulã oõnis perfectæ, i. pp dictionẽ significantẽ copulã prędicati cũ subiecto: nã, ppõ resolutur in illã, & impote est, ꝙ sit sine illa, & hoc expresse, vel implicite: implicite qdẽ absq; ipsa dictione, put est moris sermonis Arabici, cũ non sit aliquis terminorum syllogismi. Quod vero descriptio Aristo. sit per se sufficiens, non indigens robore per exemplũ, vt per hoc cõcedatur, sicut putauerat Alex. & contensit Abunazar, notum fit, quia in quẽ resoluit propositio, quidam est p se, & quidã per accidens, simplr vero loquendo, prout conuenit

1. Priorum, cap. 1.

consuetit fieri in absoluta arte, intelligit inde ille, qui est per se, dum vero intelligitur ex sermone Arist. in quem resolutur propositio per se, necessario ille est subiectũ, & prædicatum. Hoc autem fit, quia id, in quod res resoluitur per se, est illud, quod potest inueniri solum per se, absq; re in quam resolutur res per se, & est illud, in quod resolutur. exempli gratia, quia corpus compositum resoluitur in elementa per se, cum inueniantur sola sine eo, & resoluit in alias res, quæ insunt ei per accidẽs, quæ nequeunt esse nisi in composito, prout est forma, quæ est in composito. Constito autem hoc, prædicatũ & subiectum, quando in ea resoluitur propositio, inueniuntur per se absq; reliquis suis partibus, sicut copulæ syllabæ, & literæ, prout est res artis inuẽtę per se de partibus orationis categoricæ, quæ potest intelligi per se, absq; ꝙ sit pars oõnis categoricæ. Ac copula etiam significat habitudinem prædicati & subiecti, & est in propositione fm modum coniunctionis in propositionib9 hypotheticis, & fm modum cõpõnis in rebus compositis ex rebus, ex quibus componuntur, & sicut compositum non dicimus, ꝙ resoluatur in compositionẽ, sed dicimus, ꝙ resoluatur in res, ex quibus dum componitur, fit compositum, sic dicimus de propõne, ꝙ nõ resoluat in copulam, sed resoluitur in res, quarum coniunctionẽ significat copula, nam copula est quædam coniunctio. Ostensum itaq; est de hac diffinitione termini, ꝙ sit definitio perfecta, cui nihil deficit, vt non perficiatur nisi exemplo, prout putauerunt Alexander & Abunazar, & ꝙ additio Alexandri addit delectum, nam qui vltra modum superaddit, subtrahit.

Quæsitum III.

Quid sit propositio absoluta, id est de messe.

1. Priorum, cap. 2.

INtentio huius sermonis est scrutari propõnem, quę vocatur de messe, & absoluta quid sit, & quæ sit opinio Arist. et Expositorum, qui discepauerunt circa hoc. Dicimus, ꝙ circa id, quod ad nos peruenit dictum ab Expositoribus, prout scriptũ inuenimus in lib. Themistij, & prout narrauit Abunazar, sunt duæ opiones, quarum vna est opio Themistij, et Eudemi, et altera est opio Theophrasti. Opio itaq; Theophrasti est, ꝙ ppõ absoluta, id est de messe, est illa, in qua deficit modus necessarij, & modus possis, & neuter istorũ exprimit in ea, & oõ fm se est necessaria, vel possis. Propositio itaq; de messe fm opinionem istorum est, ppõ non habens modũ, & quasi est genus necessariæ et possis, ex quo apta fit, vt et addaẽ alter horum duorũ modorũ fm materiæ exigẽtiam. Hæc itaq; est opio Peripateticorũ de absoluta. Alex. vero et nouissimi Expositores oẽs, præter Themistium, opinãtur, ꝙ propõ de messe sit propõ possis dum est in actu: hoc est, dum suum prædicatum inest in actu ipsi subiecto tẽpore præsenti, quilibet enim istorum putat circa hoc, ꝙ eius opio fuerit opinio Arist. Et vtraq; duarum sectarũ argumentaẽ ex parte rei in se, & ex verbis Arist. in se, & fortiores sunt illorũ, qui argumẽtant fm opinionem Theophrasti. Ratione quidẽ rei in se est, quia propõ de messe fm opinem Alex. difficile est, ꝙ inueniatur vlis, sed inueniuntur contingẽter & raro, et talibus propõnibus non vtereni agricolæ, tãto minus torpici, aut demõstratiui. Rationes vero ipsorũ ex verbis Aristo. in se sunt, quia apud mistionẽ possis cũ absoluta: hoc est, cum absoluta fuerit maior, non fiunt tales absolutæ de inesse per se: hoc est, quæ sint veræ vlis aliquo certo tpe, & raro: & proinde dixerunt hi, ꝙ dum Philosophus putat, ꝙ hæc spẽs mistionis interat falsum, ostensio illius est, ꝙ debeant fugi tales absolutæ, & fiat absoluta non connexa, i. non limitata fm quid. Sermo autẽ Arist. est hic: Expedit, ꝙ inueniãtur propositiones, quę sunt de oi sine tempore limitato, prout est præsens, vel aliquod certum tempus, sed absolute. talibus. n. propõnibus vtuni syllogismi, nam si sumereni præmissæ, quę sunt fm de certo tpe, non fit syllś. et ex quo tulit hunc sermonem, induxit terminos inferentes verum fm hãc mistionem, & terminos inferentes falsum. Exemplum inferentium falsum est, sicut dicimus, oĩs homo potest moueri, & oẽ quod mouet nunc est equus, sequitur ide, quod oĩs homo sit equus, quod est falsum. Et exemplũ illius, quod infert verum, est, oĩs homo potest moueri, & omne quod mouetur nunc est aĩal, dum contigerit, ꝙ nõ moueat aliqua res, nisi ipsum animal: sicq; omnis homo est aĩal, & hoc est verũ. Hę itaq; sunt fortiora illorum, quibus argumẽtani ex verbis Arist. & ex re ipsa in se. Secunda vero secta argumentatur ad hoc ex re ipsa in se, & ex sermone Arist. ex re ipsa in se, quia ipsi putant, ꝙ intentio Philosophi hic, hoc est, in libro Priorum sit loqui de modis propõnum ex parte qua sunt absolut esse extra intellectum, nõ ex parte qua sunt in intellectu solum. Absolute autem fm opionem primæ sectæ, hoc est fm opionem Theophrasti, non habens nisi in intellectu. Hoc itaq; est in modalibus, dum proportionatur eius vis indefinite in habentibus signum, dũ proportionatur illis, & sicut de indefinita dr ibi, ꝙ eius vis sit vis particularis, sic expediret hic, ꝙ dicat, ꝙ vis absolute sit vis posibilis, & non limitat in sermone. exempli gratia, quia expediret, ꝙ diceretur hic de negatiua absoluta, ꝙ non conuertat: si autem esset necessaria conuerteretur. Oportet itaq;, ꝙ dicat de hac, ꝙ non conuertat, sicut dr, ꝙ ex duabus indefinitis nõ interat aliqd, sicut ex duabus particularibus. Ac etiam omnius est ab Arist. quidam modus essendi, cuius ipse non mẽmisset, nisi modum illationis, quæ est de inesse, quæ est extra aĩam. Hoc itaq; est ex tortioribus, quibus hi argumẽtati sunt ex parte rei in se. Ex parte vero verborum Arist. est, quia Arist. in oõne permutat propositiones in possibilẽ loco de inesse, & hoc significat, qñ illa fit inuenta in actu. Ac etiam exemplum illius, quod tulit de mutis ex de messe, est, quia mutia est, quæ inest in actu tot subiecto quodam certo tempore, contra exemplũ, quo vlis est in de messe simplici, quia ipsam posuit de materijs necessarijs: & ideo etiam altera secta argumentata est circa hoc. Abunazar autem declinauit ad opionem Alexandri Auicenna autem circa hoc habet opionem, quam vltimo dicemus. Constitis autem his dubiis, dicimus nos, ꝙ per se notũ sit, ꝙ propõ vlis sit, cuius prædicatum inest tot eis subiecto, & ꝙ eius sint duæ spẽs, quarum vna est, ꝙ prædicatũ insit tot subiecto in actu, altera autem est, ꝙ nõ insit tot subiecto in actu, nisi possibiliter, hoc est, tpe futuro. Illius autem, cuius prædicatum inest tot subiecto in actu, quædam est, cuius prędicatum inest semper, & est ipsa necessaria, & quædã non semper, & illa est ipsa de inesse, & illa, quæ non est semper, est duarum spẽrum, quædã spẽs, cuius prædicatum inest tot subiecto pro maiori parte tẽporis, & est cuius subiectum nõ recipit sua apta natura nisi vnũ duorum contrariorum, alterum autẽ inest per accẽs, prout dicimus, oẽ hũs oculos videt. Quã spẽm propõnum retulit Arist. in libris Peri hermenias, & altera spẽs, cuius prędicatum non inest pro maiori parte, sed pro minori, vel æqualiter: & hæc est, cuius subiectum recipit duo contraria æqualiter, put tonmus & vigilia insunt aĩali. Propositio itaq; de inesse fm prædicata est trium spẽrũ pro maiori parte, & pro minori parte, & media inter ipsas: & hoc fit fm dispõnẽ possibilis, quia quædã pro minori, & quædam æqualiter. Sed hæ tres dñę accidit possibili rõne subiecti: hoc est, rõne prædicationis p minori parte et raro: illi vero, quę est de iesse, accidit rõne ipsi. Notũ autẽ est, ꝙ illa de inesse pro maiori parte plurimo

temporis sit posibilis pro minori parte in pausillo tẽporis hoc est, quando prædicatum non inest toti eius subiecto in actu pro maiori parte temporis, est ipsa posibilis, quæ dum permutatur in de inesse fit de inesse, ꝙ maiori parte, & non vtuntur ea in scientijs. Illa vero quæ est posibilis pro maiori parte per pausillum temporis, & de inesse per plurimum temporis, nonum est, ꝙ vtantur in scientijs. Et iam exposuit Abunazar in suo libro Posteriorum, dum ait, ꝙ non necessarium est duarum specierum, aut de inesse in maiori parte subiecti, aut aggregatum ex ambabus reb⁹, vel de inesse in minori parte & æqualiter: nam duæ aliæ diuisiones speculantur illas, & hanc speciem propositionum subintrant propositiones simules necessarias, cum non sint necessariæ, licut ꝙ omnis coruus sit niger, & ois nix est alba: & sic sunt propones, quas Abunazar dicit esse propinquas perfectæ veritati, & sunt illæ, quibus nullus sensus contradicit: nam propositiones veræ necessariæ sunt, quas intellectus excogitat secundũ proportionem per se inter prædicatum & subiectum. Dum vero intellectus non excogitat secundum hanc proportionem, dirigitur ad illas ipsa posibilitas. Directa vero ad eas hac posibilitate ipsæ sunt de inesse non necessariæ, & sæpe hæ propositiones subintrant scientias, immo maiorem partẽ syllogismorum, prout ait Arist. fiunt ex his propositionib⁹. Dixit autem hoc, quia ille, quę sunt per se, sunt rari esse: et ob hanc eandem rem dixit Arist. in libro Posteriorũ, ꝙ omne per se sit necessarium, quia, quod nõ est per se, est de inesse: ex quo posibile est, ꝙ prædicatum categorici non insit subiecto pro aliquo tempore. Re autẽ sic se habente, propositio de inesse quam intendit Aristo. non est, quę est pro minori parte, prout quidam viri intellexerunt ex Alexandro, sed Arist. intẽdit ambas res simul, sed ipse prima intentione intendit eam, quæ est, p maiori parte, & illas alias secunda intẽtione, quatenus ipsæ conferunt quibusdam locis, prout confert syllogismo ducente ad impossibile, quando ad eam transmutat posibilis, quæ est pro plurimo temporis, & Arist. vtí hac, quæ est pro minori parte temporis permutationis, quia non est differentia inter vtranq; in hoc loco illatorũ, & inter illam, quæ est pro maiori parte: nam propositio, quæ et connectitur in his locis, non est posibilis, et cauetur ab ipsa in connexione cum posibili: hoc est, dũ posibilis fuerit ipsa minor, nam ex ambabus non congreditur species aliqua concludens. Arist. itaq; congregauit et summam rei specierum absolutarũ, prout congregauit summam rei specierum posibilium: hoc est, ꝙ ipse non distinguat in hoc libro, nisi illas, quæ sunt pro maiori parte, & illas quæ sunt pro minori. Et tam diximus causam huius in nostra expositione huius libri: & notum est, ꝙ duæ species propositionum: hoc est, illæ, quæ sunt de inesse pro maiori parte, & illæ, quæ sunt, p minori parte, transferuntur à posibilitate: sed de inesse pro maiori parte transfertur ab ea, quæ est posibilis, ꝙ pro minori parte temporis est, ea vero quæ est de inesse pro paucioribus, transfertur ab ea, quæ est posibilis, p minori parte temporis. Aut itaq; latuit Alexandrum hæc res quam diximus de dispositione absolute, aut latuit viros illos, hæc res de verbis Alex. & errauerũt per illam, & putauerunt, ꝙ intenderit per hanc absolutam pro minori parte, cum præter hos nõ sint imaginabiles viri aliqui: illud autem est id, quod est decens, & conuenientius. Quocũq; autem res se habeat illud est, qd' expedit nobis, vt subsistẽremur, & per ipsum exponamus opionem Arist. de propõne de inesse, nam illa est opio, ex qua auferunt oia præcedẽtia dubia, quæ cõsequunt vtranq; sectam, & cũ hoc hi res per se veræ & notæ, cum per eam innotescant prima principia. Vos autẽ videte opionem Arist. ꝙ vehementis conuenientię est ipsi veritati, et ꝙmaxime remoti sunt hoies ab eius intellectione circa plures res per se notas, tanto magis circa notas per aliud. Deus autẽ eligit & exaltat quẽ vult. Apud me autem ferẽ, ꝙ Arist. intendat per absolutã, i. de inesse cõem necessariæ, & de inesse in actu, & fit propõ de inesse sm hoc, cui non adiicitur cõditio, nisi esse in actu absq; ꝙ sumat temporalis, aut necessaria. Id autẽ, quod intelligit de eius significato est, ꝙ sit necessaria, aut temporalis: pro maiori autẽ parte syllis componit ex connexione harum propõnum. Arist. autem exemplificauit de esse tẽporalis in mistione necessarij, & absoluti, quia in hoc est potentia istorum, prout vis indefinitæ est vis particularis, quod fit, dũ caueẽ vsus propõnis de inesse pro minori parte in mistione posibilis & de inesse, extat illius præceptũ, ꝙ non constituat id, quod contineat hanc spẽm propõnis de inesse: sed põt poni, quod continet necessariũ, & de inesse pro maiori parte. Iam autem exposuimus hoc in nris cõmentarijs supra verba Arist. circa hunc locũ, nam Dei gra iã expletus est sermo matoris partis illorum. Qui autẽ vult, ꝙ ei cõstet perfectio huius rei consyderet illũ hb. Auicẽ. vero errauit circa hanc rem magno errore. Expositio autẽ illius, quod dẽ circa hoc, est, ꝙ prædicatio necessaria propõnum apud ipsum sit quinq; modis. Quorum vnus est, ꝙ prædicatum insit subiecto sp & est necessarium simplr: hoc est, quod non cessauit, neq; cessaturum est, prout dicimus: Deus vult, & Cœlum mouet circulariter sm opinionẽ illius, qui opinat illud esse æternum. Secundus autẽ est, ꝙ prædicatum insit necessario toti subiecto, quo ad per seuerauerit esse subsistantiam subiecti: prout dicimus, ois hõ est aial necessario. Tertius autem est, ꝙ prædicatum insit subiecto necessario, quo ad subm perseuerauerit denoiari per illud: prout dicimus, oẽ album est coloratum necessario: hoc est, quo ad pseuerauerit denoiari p illud. Quartus autẽ est, ꝙ prædicatũ insit necessario ipsi subiecto pro aliquo tempore, & hoc aut interminato, put dicimus, omnis homo morietur: aut terminato, prout dicimus, luna eclipsabit in mane. Quintus autem est, ꝙ prædicatũ insit subiecto, quo ad perseuerauerit põdicatũ inesse illi. Et aut. ꝙ quidã viri aiunt, ꝙ absoluta, siue de inesse est, cui penitus non adiicit cõditio alicuius modi, nec necessarij, neq; posibilis alicuius aliqua harũ qnq; est necessaria, & aliqua posis. Et dicit: aliqui vero aiũt, ꝙ absoluta sit trium vltimorũ modorũ exceptis duob⁹ primis: necessaria autẽ est duorum modorũ primorum. Puto autẽ, ꝙ per hæc insinuauerit Alex. eiusq; sectatores. Qui vero dixerit illã de inesse esse, cuius prædicatũ inest subto, quo ad perseuerauerit ipsi prædicato, est opinio inanis. Sic ait in libro, quẽ dicit Alfapha, sed in libro Alnataha posuit absolutã, id est, de inesse dicit quatuor modis. videlicet tribus hic dictis, et sm modum quẽ hic absolute dixit, & attribuit hanc opionem Alexã. Totũ autẽ hoc est error et peruersio, nam hõ est aial nunq; est ablata, neq; auferet eius talis prædicatio, siue vnus hõ inueniat necessario, & sp, siue nõ inueniat, nam vlia nõ sunt generabilia, neq; corruptibilia: hoc est, illa, ex quibus cõponit propõ vlis, sicut dicimus hõ est aial, id aũt quod dixit est necessarium in sexta propõne. et hoc quidem latuit illum, qui putauit, ꝙ non peruenit notitia necessaria de rebus generabilibus, & corruptibilibus: & sic non differt in categoricis ipsum necessarium, & similiter est, dum dicimus homo est animal necessario, & albus necessario, sed non indiget hæc propositio conditione, quam dixit: dum propositio sumit singularis. Id vero quod dixit de necessaria temporali, est sub quãdo, sed est quædam species necessarij. Veruntamẽ euenit eis in prædicatione contrariũ illius, quod euenit ipsi necessario: sicq; non est dicẽdũ, ꝙ illa sit quam Alexander intendebat per absolutam, ex quo Alexãder intendebat per absolutam tertium genus præter necessariũ, & posibile. Puto autem, ꝙ hic vir opinatus sit ea, quæ cogitauit de his capitulis, ex quo quidam viri definierant ipsum necessarium, ꝙ fit id, quod non est ablatum, neq; auferetur, & aiunt ꝙ absolutum sit, ꝙ res insit subiecto, quo ad perseuerauerit esse, aut per se, si non sit in subiecto, aut sit in subiecto, si illius esse fuerit in subiecto. Et ait hic vir, ꝙ nomen necessarij dicatur æquiuoce de hoc significato, & de absoluto, cum putauerit hic vir, ꝙ id, quod dicitur de differentijs entis simpliciter, sint differentiæ propositionum vniuersalium necessariarum, et ꝙ nomen definitionis primi necessarij sit, qd' est semper secundum singulare: & hæc diffinitio continet species necessarij secundum singulare ex parte qua est vniuersale. Diffinitio itaq; naturæ vniuersalis communis necessario, & absoluto, & posibili, est diffinitio propositionis necessariæ vniuersalis, & non diffinitio propositionis absolutæ: & similiter est propositio vniuersalis posibilis: & hinc credo, ꝙ ortus sit error huius viri. Deus autem nouit veritatem.

Quæstium IIII.

De Conuersionibus.

1 Priorum, cap. 2. & inf.

THemistius contendit cum Philosopho circa syllogismos contingentes simpliciter bruto. Primo circa id, quod opinatur, ꝙ inferentes in prima figura sint duplū inferentium de inesse, & necessariorum, quia sui negatiui conuertūtur in affirmatiuos, hi autem vocantur imperfecti, quia non conuertuntur. Secūdus autem locus est circa id, quod ponitur, ꝙ hæc materia non concludat in secunda figura. Primus itaq; locus destruit suamet verba, quia in scientijs vtimur posibili, ꝙ maiori parte, non possibili æqualiter, neq; possibili in minori parte, ipse autem asserit ꝙ negatur, dū fuerint vtplurimum, qui vtiles sunt scientijs, non cōuertuntur in numeratos, neq; fit ex eis syllogismus, & perinde nō conferunt vtilitatem per hanc cōuersionem: negatiuis vero in minori parte non vtimur, sicut nec vtimur affirmatiuis in minori parte. Et his non vtilitatis, non inueniuntur itaq; in artibus negatiui, qui transferantur in affirmatiuos, ꝙ maiori parte, & arguit Arist. ex eo quod ipse iam expoluerat hic, ꝙ hi qui sunt pro minori parte non vtimur in scientijs, & admiratur ipsum, quo modo latuerit eum ex hac eius positione, cum sit ad oculum: ex quo est clarissimum, quā ob rem ait, ꝙ oporteat sub trahere hos quatuor superadditos, qui sunt imperfecti, cum non sit ad propositum numerare syllogismos, qui non conferant vtilitatem. Abūnazar autem iam respōdit hoc dicto, quia præmissis posibilibus æqualiter vtitur ars Rhetorices, & nō est remotum in topicis, quōd proponētis sint præmissæ negatiuæ pro minori parte, quas dū aduersarius admittit proceditur ex eis ad eas, quæ sunt pro maiori parte, in quas conuertuntur. Nos autem dicimus, ꝙ posibiles æqualiter, & pro minori parte sint proprie libro Elenchorum, cum sint species illius quod est per accidens, & sic nos inuenimus in hac materia, ꝙ cōcludant negatiuam necessariam, prout dicimus omnem coronam potest contequi pluuia, & omni cometa posibile est ꝙ non succedat pluuia: illæ sunt duæ præmissæ posibiles pro maiori parte, et conclusio est necessaria, quæ est ꝙ halo. i. corona non sit cometa. Et sic nos inuenimus in hac materia & in hac figura illum, qui concludit conclusionem affirmatiuam necessariam, prout dicimus, omnis homo inquātum est homo, potest esse ꝙ nō sit luscus, omnis autem glaucus potest esse luscus. Hæ itaq; duæ præmissæ sunt pro maiori parte, conclusio autem est ꝙ omnis glaucus sit homo necessario. euidens itaq; est ex hac specie id, quod dixerat ipse Philosophus, quōd hic aliquādo inferat negatiuam necessariam, & aliquando affirmatiuam necessariam. In loco autem negatiuæ necessariæ non dicitur ꝙ concludat affirmatiuam posibilē, nec in loco affirmatiuæ necessariæ dicitur, ꝙ concludat negatiuam, cum quæliberet harum repugnet alteri. Errauit autem hic vir, qa ipse inuenerat in quibusdam materijs, ꝙ negatiua pro maiori parte conuertatur, & proinde putauit ꝙ cōuertatur in omni materia: prout dicimus, omnis homo viuus posibile est, ꝙ habeat sex digitos, & omne habens sex digitos viuum posibile est ꝙ sit homo habēs sex digitos. Nos vero dicimus et ad oppositionem, quā diximus contra Philosophum, ꝙ eum latuerit supponēdo, quid sit clarissimum, quo modo latuerit eum. Illud quoque est ex suis præsumptionibus: orhauit enim suam responsionem contra ipsum Philosophum. Et si ipse modicū considerasset ipsam rem, esset et euidens, dū exemplificauit in hac materia, ꝙ verum sit dicere, ꝙ semper in ortu canticulæ impossibile sit ꝙ sit pluuia, nam maior pars pluuiæ necessario non inuenitur tempore ortus canticulæ. Sicq; tam ostensa est ex hoc sermone veritas, ad quam inclinauit Philosophus circa hanc rem, vt destructio illius, ad quod declinauerunt alij, prout moris eius est cum eius aduersarijs, & hoc est ꝙ ostendere intendebamus. Totius autem huius causa est, quia negatiui in hac materia sunt vere affirmatiui: & ideo subintrāt eos caracteres negationis, & vera negatio impediēs illationem non impedit eam in hac materia, cum sit negatio non vera, sed est affirmatio quædam. Dum vero cōneretur negationi veræ ipsa illatio, impediretur illatio in hac materia, ex quo negatio in ea non est vera. Et proinde non est alicuius dicere, ꝙ nō expediat ꝙ affirmatio, quæ in potentia est ipsa negatio, impediat illationem in secūda figura magis, ꝙ ꝙ negatio quæ est in potentia ipsa affirmatio impediat illationem in prima & tertia figura: hoc enim esset necessarium si negatiui in eis essent negatiui veri, put affirmatiui in eis sunt affirmatiui veri, sed negatiui ipsarum sunt affirmatiui imperfecti, et operantur in illatione opus affirmatiuorum perfectorum, cum sint generis affirmatiuorum ratione inuentionis proprietatis affirmatiuorum, quæ est subintroitus negationis in ipsos. Proinde non est nostra asserere, ꝙ sint negatiui imperfecti, prout esset nostra dicere, ꝙ sint affirmatiui imperfecti: nam negatiui sunt remotio specierum affirmatiuorum perfectorum, & imperfectorum, remotio autem non discernit perfectū & imperfectum, vt affirmatio diuidatur in perfectā & imperfectam. Proinde negatiui sunt sm numerum infinitorum, & priuatiuorum in affirmatiuis, et non numerantur inter negatiuos, neq; esset iudicium negatiuorū in materia posibili iudicium negatiuorum verorū. Si autem negatiuorum in materia posibili iudicium esset iudicium verorum negatiuorum, vna eadem esset conclusio gentes concludens, & non concludens: concludens quidem quatenus et inest vis affirmationis, non concludēs vero quatenus et ineſt vis negationis: & tunc esset contrariū illius, quod dixerat ipse Philosophus. Oratio itaque si fuerit contingens æqualiter, esset per accidēs, ex quo non speculatur præmissas, quatenus sunt posibiles sm esse, sed speculatur eas quatenus sunt posibiles sm imaginationem, & hanc rem iam ostendit Abunazar in expositione libri Priorum analyticorum. Et non est remotum, ꝙ inuentiantur artes non demonstratiuæ præter elenchum, quæ vtantur his, quę raro fiunt, sicut est ars Notoria & Magica, quibus vtebātur nostri maiores. Et sicut posibile est, ꝙ maiori parte quoddam sit per se notum, & quoddam notum per syllogismum ex præmissis, quę sunt pro maiori parte, sic cōtingens pro minori parte quoddā est posibile, ꝙ sit per se notum, & quoddam est quod potest notificari per nota per se

& hic syllogismus non sit necessario ex præmissis, quæ sunt pro minori parte. Hæc autem pericrutatio de contingenti pro minori parte est propria scientiæ Theologicæ. Hoc itaq; dubium facile est ad soluẽdum, & non est loquẽdum amplius de eo. Secundũ vero dubium habet difficultatem quandam, nec rñdet ad illud Abunazar quantum est in his, quæ nobis constant. Aristo. enim argumentatur, ꝙ syllogismus non fiat in secunda figura ex duabus contingẽtibus ratione trium rerum, quarum vna est, quia vis negatiuæ contingẽtis, quæ fit in secunda figura, est vis affirmatiuæ in hac figura autẽ non concluditur ex duabus affirmatiuis, sicut non concluditur in de inesse simpliciter, neq; in necessarijs. Secunda autem ratio est, quia illatio inferentis in hac figura ostenditur per alteram duarum rerum, aut per conuersionem, aut per syllogismum ducentem ad impossibile, illa autem per neutram harum rerum ostenditur, prout notum est: quia negatiua non conuertitur, ꝙa secum est vera affirmatiua contingens, & perinde si conuerteretur negatiua vniuersalis, cõuerteretur etiam affirmatiua cõtingens, quæ secum vera existit: & hæc res etiam ostenditur ratione materiarum, nam si verum sit ꝙ omnem hominem possibile est non esse albũ, & non est verum ꝙ omne album possibile sit non esse homem, cum quoddam album, prout sunt multæ res, non sit homo ex necessitate. Non conuertibili itaq; existente negatiua contingenti, impossibile est ꝙ illatio in hac figura ostendatur per cõuerhionem. Et similiter videtur ꝙ non possit ostendi eius illatio per impossibile, quia non sequitur inde impossibile aliquod. Tertia vero ratio sumpta ex materijs est, quia in quibusdam materijs inuenitur ꝙ illæ inferant negatiuam necessariam. nã impossibile est ꝙ sit omnis homo albus, & omnis equus, possibile est, ꝙ sit albus: illata autem est negatiua necessaria, quæ est, ꝙ nullus equus sit homo. Et ex quo ex affirmatiuis contingentibus in hac figura inferũtur necessariæ: prout dicimus, omnis homo, possibile est, ꝙ habeat quinque digitos, & omnis Æthiops, possibile est, ꝙ habeat quinque digitos: conclusio itaq; est, ꝙ omnis Æthiops est hõ, quę est necessaria affirmatiua. Sicque syllogismus, qui est huius processus ex duabus premissis, quarum vna est negatiua, & altera contingens, prout dicit Philosophus, non potest quispiam dicere, ꝙ inferat contingentem, neq; negatiuã, neq; affirmatiuam: negatiuam quidẽ, quia tam inferret per conuersionem conclusionem affirmatiuam necessariam, nec affirmatiuam contingentem, quia tam infert negatiuam necessariam. Hoc itaq; est totum, quo intendit Philosophus, ꝙ non concludat in secunda figura in hac materia. The mistius aũt destruit totum hoc, ex quo omnes hæ rationes sunt veræ, de negatiuis contingentibus æqualiter, non de negatiuis contingentibus pro maiori parte, ꝙa conuertuntur, & nõ inuenitur in hac materia, quod inferat negatiuam necessariam, & ostendit ꝙ declarationes quibus vsus fuerat Arist. circa hoc sunt particulares, ipse autem vtitur eis vniuersalibus. Res autem nõ est, prout putauit, nam cum animaduertes ipsam rem, apparet, ꝙ hæc ostensio sit vniuersalis, cum supposuerimus negatiuam pro maiori parte conuerti in affirmatiuam pro minori parte, & supposuerimus ꝙ affirmatiua pro minori parte vniuersalis non cõuertatur vniuersalis, siue ars vtatur illa, siue non vtatur ea. Notum itaque est ꝙ non semper conuertatur contingens vlis negatiua, cum non semper conuertatur contingẽs pro minori parte affirmatiua et connexa, nam verum est dicere, omnis todiens suam vineam est vnus, raro multi, & non est verum omnis vnus multi est raro todiens suam vineam, nam multi qui sunt maiores natu necessario lodiunt suam vineam. igitur hæc ostensio, qua vtitur, est vniuersalis, nõ particularis, prout putauit Themistius, & si videas de negatiua pro maiori parte in priuatiuis, ꝙ non conuertatur: prout dicimus: omnis homo, possibile est, ꝙ non habeat quatuor digitos: hæc enim negatiua est pro maiori parte, & non est verum, ꝙ omne habens quatuor digitos, possibile sit, ꝙ nõ sit homo, nam multi habentes quatuor digitos nõ sunt homines necessario, prout sunt aues. Cum autem negatiua contingẽs non semper cõuertatur, syllogismus itaq; in quo occurrit non semper concludit. Iam autem dictum est in desitione syllogismi, ꝙ in eo occurrat semper, ꝙ sit oratio in qua positis pluribus rebus, ꝙ vna, sequtur res alia semper. Si autem secunda figura cõcludit semper, qa negatiua in ea conuertitur semper. hic ergo non est sylsus.

Quæstum. VII.

De modis illationum mistorum ex ipsis tribus modis.

INcẽtio huius sermonis est, ꝙ perscrutemur modos illationum mistorum ex tribus modis absoluto, & necessario, & possibili: nam veteres Peripatetici disceptauerunt cum Aristo. circa hoc, ac etiam posteriores expositores contenderunt circa modum interpretationis textus Arist. circa hoc. Et instituemus nostram considerationem de hoc in prima figura. nam illi conueniunt ꝙ modi illationum in secunda figura, & perfectarum mistorum consequũtur suos modos in prima figura. Dicimus itaq; ꝙ tam ostẽsum sit, ꝙ impossibile sit, ꝙ congeries primæ figuræ inferat, dum maior nõ fuerit vniuersalis, siue fuerit affirmatiua, siue negatiua: & ꝙ oportet minorem esse affirmatiuam, siue fuerit vniuersalis, siue particularis, & hoc sit significatum dicti de omni vniuersaliter, quod institutum est esse cõditio syllogismorum inferentium, vt dicendum sit ſm affirmationem, aut negationẽ de omni, quod ipsum est ſm affirmationẽ. Notum autem est ꝙ cum posuerimus existentiam propositionum talis conditionis, ꝙ C est B, significat ꝙ B prædicẽ de toto C. Hoc autem sic existente. propositiones itaq; minores syllogismorum inferentium dependent ex vi propositionum maiorum eo modo, quo pars dependet ex toto. Hæc autem dependẽtia peruenit nobis rõne ambarum cõditionum simul: hoc est, rõne qua, ꝓpositio maior est vniuersalis: hoc est, cõtinens ipsam minorẽ, et qua minor est affirmatiua: nam his duabus conditionibus inest eis habitudo totius & partis. Hoc aũt sic existente, norũ est ꝙ ex qualibet propositione maiori modali dependeat propositio minor, & suus modus, ac etiã modus ipsius conclusionis illius syllogismi sequitur modũ propositionis maioris: exempli gratia, nã si diceremus A esse de omni B necessario: hoc est A est necessario prędicatum de omni, quod est B in actu. Cum aũt posuerimus omne C esse B in actu, oportet ꝙ A prędicetur de C necessario, ex quo tam positum est C ſm modũ conditionis in prædicatiõe maioris propositionis: & similiter ẽt per se notum est, ꝙ dũ modus pendens in propositione maiori fuerit alius A modo, ꝓpositionis minoris, nõ oportet ꝙ interpide modus conclusionis consequatur modum propositionis maioris, dum minor non dependet à maiori, nisi ratione affirmationis solum, sicut ꝙ haberemus A est de omni B necessario, dicitur de omni quod est B in actu, & posuerimus ꝙ C sit B in potentia. Sicq; notum est ꝙ non sequatur ex illa dependentia, ꝙ A dicatur de omni C necessario, sed sequitur ꝙ dicatur de omni C affirmatiue, aut negatiue solum. Sicq; contingit, ꝙ modus conclusionis sit minoris, & contingit ꝙ sit maioris, & contingit ꝙ sit ambarum rerum simul. Huius itaq; speciei mistionis modus conclusionis est ignotus, Primæ autẽ modus conclusionis est notus: & si res ita inueniretur in materijs vocaremus hãc speciẽ mistionis perfectum in hoc capitulo, dum

1. Priorũ capitulo. & infertius abũde.

dum modi conclusionum sunt noti per se, sicut vocauimus perfectos syllogismos eos, qui sunt primæ figuræ, dum suæ conclusiones sunt per se notę. Secundã autem spectem mistionis vocamus ignotã, dum modi conclusionum eius non sunt noti per se, sicut vocantur imperfecti syllogismi secundæ, & tertiæ figuræ, dũ modi conclusionum earum nõ fuerint per se noti. Et si hęc res ita sit in materijs, hoc est, ꝙ in quibusdã propositiones minores dependeant ex maioribus, & in quibusdam non dependeant, notum est ꝙ oporteat, ꝙ in syllogismis mistis respectu modorum suarum conclusionũ sint hę duę species: hoc est, perfecta & imperfecta, prout vsus fuit Arist. quauis ergo propositione maiori posita, siue necessaria, siue possibili, siue de inesse fuerit, cõnectuntur illi tres modi. Notum itaq; est, ꝙ omnes syllogismi misti sint perfecti: hoc est, ꝙ modi suarum conclusionum assequantur propositionem maiorem: & hoc sit notum de sua re, exẽpli gratia si significatum dicti nostri A est de omni B possibiliter, & necessario, et in actu, qualibet propositiõe minori apposita huic ꝓpositioni, siue eius modus fuerit de inesse, siue necessarius, siue possibilis, oportet ꝙ conclusio sit necessaria: & similiter oportet, ꝙ dũ maior fuerit possibilis & absoluta. & inest et hæc conditio: hoc est, ꝙ modus conclusionis sit modus propositionis maioris. toto hoc ita existente, res se habet, sicut se habet res huiusmodi in materijs, nam ex hac parte potest esse, ꝙ nobis constet optimo Arist. circa hoc, et ſm veritatem in se: & hoc dum perscrutabimur prædicationem trium propositionum vniuersalium in omnibus materiebus. Dicimus itaq; ꝙ dum dicimus, omne B est A necessario, nos intelligimus inde dũ absolutus sermonem alterum duorum significatorum, quorum vnum est, ꝙ omne quod est B, in actu solum non in potentia ipsum est A necessario, prout dicimus, omnis homo est rationalis necessario, cius sensus est, ꝙ quicquid est homo in actu, non in potentia, est rationale necessario. Secũdum autem significatum est, ꝙ quicquid est B in potentia vel in actu est A, prout dicimus, omne mobile est corpus: nam intellectus huius propositionis est ꝙ quicqd mouetur in potentia, vel in actu est corpus. Notum autem est, ꝙ dum nos absoluerimus sermonem, et dixerimus, ꝙ omne B sit A necessario, impossibile sit, ꝙ intellegatur ex eo, ꝙ quicquid est B in potentia sit A, nisi per hoc exponatur ꝙ verus sit noster sermo, omnis homo est rationalis, & ꝙ verificetur de ea, quod est in actu rationale: & dicitur prout quidam dicerent, ꝙ dum non exponitur dictio in potẽtia, sit sermo inanis, nisi distinguatur. Euidens itaq; est ex hoc, ꝙ dũ absolumus prædicationem propositionis vniuersalis necessariæ, huius intellectum esse alterum duorum significatorũ, aut ꝙ A necessario dicatur de omni, quod est in actu B solũ, aut de eo quod est in actu & potentia, non de eo quod est in potẽtia solum, nisi hoc exponatur, de prędicatione. Re autem sic existente, conditio perseuerans in propositione vniuersali necessaria, quæ non insinuatur, quia fertur sine materia, est ꝙ A sit necessario prædicatũ de omni quod est B in actu. Re autem sic existẽte, oportet ꝙ dum permiscemus propositionem necessariam maiorem cum minori de inesse, conclusio sine dubio in omni materia assequitur modum propositionis maioris. Dum autem illam admiscemus possibili, fit modus conclusionis non manifestus de dispositione dicti de omni: & sic inuenimus, ꝙ fecisset Arist. nam ipse dixit, ꝙ dum minor fuerit possibilis, syllogismus est imperfectus, & dicitur ꝙ dum maior fuerit necessaria & minor de inesse conclusio est necessaria sine dubio. Postquam autem ostẽsum est, qualiter est modus conclusionis propositionis maioris necessariæ tempore mistiõis, speculabimur etiam quomodo res se habeat in hoc propositione maiori existẽti de inesse. Et dicimus ꝙ dum dicimus quicquid est B est A in actu, nos suemimus ꝙ eius significatũ est aliud videlicet id quod diceremus, ꝙ quicqd est B in actu solum sit A si ex absoluto, hoc est de inesse, intellegat potentia secluso actu, aut actus & potentia simul: hoc est notum de intellectu sermonis propositionum vniuersalium de inesse, licet accidat quibusdã propositionibus vniuersalibus, ꝙ verificetur prædicatio propositionis de inesse de eo, qđ' est ens ſm ambas res simul: hoc est, in actu & ſm possibilitatem, prout dicimus omne animal quiescit, dum non inuenitur aliqua res quæ mouetur: nã hæc oratio est vera de eo, quod est animal in potentia & in actu, sed putatur ꝙ hæc res sit contingẽs, & ꝙ eius significatum non intendatur de sermone, & oratione vniuersali de inesse, eõuerso propositionis necessarię circa hoc. Quouis autem modo res se habeat, dum supponimus, ꝙ de propositione absoluta non intelligatur nisi actus, sicut est dispositio necessariæ, notum est ꝙ, dum maior fuerit de inesse, & minor necessaria, conclusio sit de inesse in omni materia: nam conditio categorica de inesse illius est propositionis minoris, quæ est ipsam esse in actu: nam necessarium continet actum, & aliquid vltra. Et notum est, ꝙ, dum minor fuerit possibilis, & maior de inesse, ꝙ syllogismus sit imperfectus, & sic dixit Arist. de hac specie mistionis, ꝙ sit imperfecta ab origine, & aut de mistione ipsius de inesse & necessarij, ꝙ iudicium huius mistionis sit quædam species imperfecta. Postquam aũt expositum est, quo pacto sit prædicatio propositionis necessariæ vniuersalis, & de inesse, scrutabimur quo mõ res se habeat circa hoc de propositione possibili vniuersali. Et dicimus ꝙ dum dicimus B est A possibiliter, vel possibiliter nullum A est B, vbiq; locorum nos intelligimus inde vnum & idem significatum, quod est, ꝙ quicquid est B in actu, & potentia, est A possibiliter. Hoc aũt sic est, quia quod prędicatur de aliqua re possibiliter, dum res illa est in actu, hoc est, ipsum subiectum, illud prædicai necessario possibiliter de re, de qua prædicatur sium subiectum possibiliter: nã possibile est, ꝙ possibile sit possibile. Re autem sic existente notum est ꝙ cuiuslibet syllogismi maior propositio tuerit possibilis, ille est syllogismus perfectus, & eius cõclusio est possibilis, siue fuerit de inesse, siue necessaria: nam conditio perseuerantis prædicationis inesse illi, quod est esse in actu: & ideo Aristot. ait de hac mistione, ꝙ sit perfecta. Sicq; tam ostensum est ex hoc sermone veritas illius, ad quod declinauit Arist. de eo, ꝙ syllogismi misti ex de inesse, & necessaria sint perfecti, & modus conclusionum ipsorum assequatur propositiones maiores, & ꝙ misti ex possibili & de inesse, aut necessaria, dum ipsorum maior tuerit possibilis, syllogismi fiunt perfecti, & ipsorum modi assequuntur propositiones maiores. Dum vero possibilis tuerit ipsa minor, syllogismi sunt imperfecti, & modi conclusionum non assequuntur propositiones maiores. Reliquum autem est perscrutari, quæ sint conclusiones, quas interãt hi syllogismi, quos Arist. dixit esse imperfectos. Initium autem huius perscrutationis est, ꝙ primo scrutemur significatum sui dicti de illis, ꝙ sint imperfecti, nunquid per hoc intenderit, ꝙ non sint manifestæ illationis, quo ad rem ipsius dicti de omni, aut ꝙ in eis nõ sint noti modi conclusionum, & ꝙ esse illationem ipsorum affirmatiuam aut negatiuam notam sunt modi conclusionum: nam videtur ex præcedenti sermone, ꝙ cuiuscunq; syllogismi modus conclusionis consequitur modum propositionis maioris, ille sit notus & perfectus ſm dictum nem in se: & hoc fit dũ modus minoris dependet ex propositione maiori. Relinquitur itaq; perscrutatio de syllogismis, quorũ modi propositionũ minorum dependent ex

dent ex maioribus, nūquid sint perfecti, necne: hoc est, nunquid inferāt, prout dictum est, aut non inferant? Et hinc ostendei nobis conditio ipsius dici de omni, quod est cōmune huic libro, quid sit, cum varij sint expositores eius. Dicimus itaq; ꝙ, si ponamus ꝙ cōditionis syllogismi notæ illationis ſm se sit, ꝙ modus propositionis minoris dependeat ex propositione maiori cum summa affirmatione, oportet ꝙ id, qđ ostendimus, non sit conditio ipsius dici de omni interens in omnibus speciebus syllogismi vna cōditio. Nam tam expositū est nostrum dictum, ꝙ aliud sit dici de omni in propositione necessaria, & de inesse, & aliud in propositione possibili. nam cōditio singularitatis necessarię ē, ꝙ A, gratia exempli, necessario inuenitur in omni, quod est B in actu, cum hanc non euadit vlla materierum, vt sit eius dispositio huiusmodi. Quo itaq; pacto ait Arist. ꝙ cōditio ipsius dici de omni, quæ vniuersaliter fit in hoc libro, est, ꝙ A sit B necessario, absq; ꝙ distinguat rem in propositionibus necessarijs & possibilibus, & de inesse? si ita res se haberet, prout diximus, non oporteret ꝙ cōditio ipsius dici de omni, quæ fit in hoc libro, significet, ꝙ A prædicet necessario, aut in actu de omni eo quod est B in actu & possibiliter, & vt vniuersalius inquā, oportuit Alexādrum exponere hāc descriptionem cōem ipsi dici de omni, quā induxit in principio huius libri, hoc est libri Priorū, ꝙ expeditat, ꝙ intelligatur cū conditione affirmationis conditio ipsius actus, adeo ꝙ significatum ipsius dici de omni cōmunis huic libro sit, ꝙ prædicatum affirmatiuę aut negatiuę, siue fuerit de inesse, aut necessarium, aut possibile, sit de omni, quod est B in actu solū, & eius dictum est id, quod videtur de eius conuenientia circa id, quod dicunt de mistione ipsius de inesse, aut necessarij de re modorum ipsarum conditionū assequētium propositionem maiorem, quod etiam dixit de mistione possibilis cum necessario, & de inesse: nam dum possibilis fuerit ipsa minor, syllogismi sunt imperfecti, nā hoc conuenit huic conditioni, quæ est dicti de omni. Sed Abunazar arguit ipsum, nam si hæc cōditio ipsius dici de oi cōis huic libro esset syllogismus cōpositus ex duabus propositionibus possibilibus, non manifestę illationis ex significato ipsius dici de oi. Hoc autem est contrarium illius, quod ponit Arist. & illius, quod est ipsa res ſm se. Re autem sic existente, credidit Abunazar, prout videtur ex eius sermone, ꝙ cōditio ipsius dici de omni communis huic libro sit, ꝙ A dicatur affirmatiue vel negatiue de inesse vel necessario, aut possibili de omni eo, quod sit B in actu, aut possibiliter, aut necessario. Nam ipse putauit, ꝙ hæc cōditione fiat illatio manifesta in syllogismis simplicibus & mistis, et ꝙ bona et recta esset hæc conditio, si esset conformis omnibus materijs, & nō esset omnis syllogismus inferens & exites per hanc conditionem: nam tam ostensum est ex nostro sermone, ꝙ hæc conditio sit conformis materijs ipsis in propōnibus possibilibus, in necessarijs autem, & de inesse non est conformis ipsis materijs, sed bene cōformatur eis, hoc esse in actu totum: hoc est, ꝙ A sit prædicatū necessario, aut in actu de eo, quod est B, licet Arist. tā intenderit hanc conditionem in syllogismis manifestæ illationis ſm se, vt sit conditio ipsius vniuersalis, quo vtuntur in hoc libro. Nos tamē sumus inter duas has res, cū hoc ꝙ ibi concedatur ꝙ qui non est ſm hanc conditionem, non est notę illationis ſm se. Sequitur itaq; ex hoc ꝙ is, qui est notæ illationis in hoc libro, cōprobetur ſm materias ipsas. Iam autem ostensum est, ꝙ hæc cōditio nō inest omni materiei: quod Abunazar admittit. Hoc autem est contra intentum hic, cū hic intendatur tradere regulas necessarias veras de omni materia: & propterea Aristo. fugit hic illationem duarum affirmatiuarum in secunda figura, licet h; opportunū sit in quibusdam materijs: & similiter fugit illationem vniuersalis in tertia figura, cum hoc, ꝙ hoc sit verum in quibusdam materijs. Hoc itaq; oportet esse, dum admittimus, ꝙ inferens in hoc libro sit id, cui inest hæc conditio: dum vero nō admittimus hoc, quod est ipsa veritas, ſm ꝙ hac cōditione nō indigetur in simplicibus, & mistis ex de inesse, & necessario: nā, dum, gratia exempli, A dicitur affirmatiue, vel negatiue necessario de omni, quod in actu solū est B, & posuerimus ꝙ omne C sit B in actu, notum fit ꝙ A sit omni C necessario per significatū illius, quod est dici de omni proprio huic materiei. Hoc autē sic existente, quilibet ergo, cui inest hęc conditio, infert in omnibus syllogismis huius libri simplicibus & mistis, sed non quemlibet, qui est illatiuus: hoc est, notæ illationis ſm se, oportet, ꝙ et insit hæc conditio. Et miror qđ conferat instituere conditionē rem, quæ non distinguat illatiuum à non illatiuo in hoc libro: sed nescio qūo hoc latuerit Abunazar. Et si inueniremus ꝙ in hoc loco suæ expositiōis libri Priorum supersederit tractare de illo, hoc est, dum Aris. descripsit dici de omni vniuersaliter in procœmio sui libri, & sequeretur ex hoc, ꝙ in mistione, qua maior est necessaria, & de inesse, & minor possibilis, sit perfectus & imperfectus: hanc aūt rem nō diceret Arist. Re autem sic existente, dicendum est quid sit dici de omni vſe in hoc libro. Et dicimus ꝙ hoc fiat, & dum A fuerit prædicatum affirmatiue, vel negatiue solum de omni eo, quod est ipsum B affirmatiue solum, quouis modo fuerit ipsa prædicatio, hoc est, siue dependeat modus propositionis minoris a modo propositionis maioris, siue non dependeat in se: & ideo, dum fuerit dependēs syllogismus, fit perfectus ambabus rebus simul: hoc est, ſm expositionem conclusionis, et ſm expositionem illationis. Dum autē propositio minor non dependet à maiori, nisi solum ipsa cōnexione absq; suo modo, tunc syllogismus est notus per se ſm illationem, sed est alter modus conclusionis eius. Exempli gratia, dū A fuerit prædicatum necessario ſm modum, quo ipsum est B in actu tantum, non in actu & potentia: & posueri mus ꝙ C sit B in potentia: dico itaq;, ꝙ notum sit ex modo dicendi de omni, quòd ipsum prædicetur de omni C affirmatiue aut negatiue, absq; ꝙ ibi appareat vllus modus omnino. Id autē, quod dum A, gratia exempli, prędicaē necessario affirmatiue vel negatiue de omni, quod est B in actu, illud est prædicatum possibiliter de omni eo quod est C prædicatum affirmatiue, dū autem illud prædicatur de eo affirmatiue, notum est, ꝙ A prædicetur de C simpliciter. Intendo autem hic per simpliciter, id, quod est vt genus tribus modis, & verificatur de singulis ipsorum: & hoc est quod putauit Theophrastus ꝙ illud sit, quod Arist. intēdebat in hoc libro per propositiones absolutas, seu de inesse. Iam autē alibi ostendimus rem esse econtrario huius. Sicq; ostēsum est de significato huius conclusionis, ꝙ ipsa sit affirmatiua vel negatiua, & ignotus sit de ea suus modus. Arist. autem ait de his, ꝙ sint imperfecti solum ex hac parte: & similiter accidit si ponatur maior propositio de inesse, & minor possibilis, & eius modus non dependēs ab ipsa maiori. Sed oportet hic cauere tm raro iesse, quod fit certo tempore. nam, cum hęc componitur cum possibili, non fit inde penitus concludens syllogismus, put sumimus, omnis homo potest esse ꝙ dormiat, et omnis dormiens nunc in actu est equus. Huius autē causa est, quia modus propositionis minoris non dependet in propositiōe maiori in affirmatione. Sicq; inde sequtur vnū, quod est, ꝙ omnis homo sit equus. Hoc autem fit, quia possibile est futurum, id autem, quod est nūc, est in præsenti, præsens aūt non cōtinetur in futuro: tales itaq; inferuntur cum illa de inesse, in cuius prędicatione nō instituti cōditio, vt sit in actu de omni eo, quod est ipsum

subiectum

subiectum in actu pro aliquo tempore omnino: prout dicimus, A inest ipsi, B in actu, id est, omni ei, quod est B in actu, absq; hoc ꝙ dicamus, ꝙ insit omni, quod est nunc B in actu, sed dum B fuerit in actu. Hæc itaq; species ipsius de inesse est, quæ infert vnā cū ipsa possibili. Ostensum itaq; est ex hoc sermone, quid sit significatū ipsius dici de omni, ꝙ instituitur conditio modi conclusionis, & ꝙ id, quod dixerat Abunazar circa hoc, nullo pacto sit verum. Euenit inde id quod ait Alexander: nā Alexander dicit, ꝙ A nō dicatur de omni eo, quod est B possibiliter, neq; verificatur de omni eo, quod est B in actu, sed verificatur de omni, quod est B possibiliter, ex quo verificatur de omni eo, quod est B in actu. Sicq; conditio cōmunis omnibus cōclusionibus simplicibus, et mistis huius libri est, ꝙ A sit omni, quod est B in actu. Verūtamē ex hoc sequitur, ꝙ congeries, quę fit ex propositione maiori necessaria, & minori possibili, non sit notę illationis ſm se, cū modus propositionis minoris non dependeat ex propositione maiori. Iam autē nos ostendimus, ꝙ sit illatiua per rē ipsius dici de omni, & oportet ꝙ intelligatur ex sermone Aristo. in diffinitione ipsius dici de omni, quod est, ꝙ A prædicetur de omni eo, quod est B affirmatiue in actu: & propterea est, quod dicitur de cōditione cuiusq; syllogismi illatiui esse, ꝙ eius sit propositio vniuersalis & affirmatiua, & ꝙ omnino oporteat ꝙ per affirmatiuā intelligatur existēs in actu. Sicq; tam ostēsum est ex hoc sermone veritas illius, ad quod declinauit Arist. & ꝙ non indigeat supplemento pro diffinitione ipsius dici de omni in hoc libro, & ꝙ illationes sint ſm suas species, prout ipse instituit, & ꝙ id, quod intendit veritas suæ opinionis de modo cōclusionū, quæ sunt syllogismorum, sit completa narratio, quod est, ꝙ ipsorum maior sit necessaria, vel de inesse, & minor possibilis. Et iam scrutati sumus de hoc ahibi, & instituimus initium eius perscrutationis hoc principium, quod est hic ostensum, quod est, ꝙ illorum illatiuus sit, qui infert ſm dictum proprium singulis materiebus. Et vocauimus primum illatiuū ſm connexionem, & secundum illatium secundum dependentiam. De quo non occurrit pro nunc sermo.

Quæsitum. VIII.

De conditionali, an per ipsum ostendatur quæsitum primum ignotum.

2. Priorū, capitu.

ARistoteles opinatur ꝙ impossibile sit, ꝙ neque per syllogismum conditionalem coniunctum, neq; diuisum ostendatur quęsitum ignotum primum. Intendo autem per quęsitum primum, quod per se primo ostendi ex præmissis primis, non quod ostendi mediante ostensione alterius quæsiti. Huius autem causa apud ipsum est, quia omnis syllogismus conditionalis cum non sit, vt per ipsum ostendatur ignotum naturaliter, oportet ꝙ repetitum ipsius ostēdatur per syllogismum categoricum, vel ipsa contūctio per syllogismum coniunctum: sicq; quod ostenditur per syllogismum conditionalem est quæsitum secundum necessario. Circa hoc autem est non paruū dubium, nam tam putat, ꝙ dissimilio syllogismi simpliciter concludat ambos syllogismos simul, hoc est categoricum & conditionalem, quia sicut in syllogismo categorico ponūtur duę præmissæ, & ex eis infertur alia res necessario, sic etiam in syllogismo conditionali ponūtur duæ præmissę, quarum vna est cōditionalis & repetita est categorica. Ac etiam in scientijs iam reperiuntur multa quæsita, quæ ostenduntur per syllogismum conditionalem simpliciter. Et proinde ait Abunazar, ꝙ proportio partium illorum, qui contexuntur ex demonstrationibus conditionalibus, sit proportio partium illorum, ex qbus contexuntur categorici, & dixit in libro Priorum analytorum, quòd syllogismi, qui componūtur per locum interentium cōnexionis, & est cōgruentia cōiunctionis, sint conditionales, & ostendit ꝙ hęc loca sint demōstratiua, & vt vniuersalius inquam ipsa largiuntur in syllogismo conclusiones, quarum sunt quædam prima: & sic de reliquis locis, ex quibus contexuntur syllogismi conditionales. Totum itaq; hoc est, quod dubitatur circa hunc sermonem. Quod videtur aūt ex intētione Abunazar, & Auicennæ est, ꝙ ipsi concedant, ꝙ diffinitio syllogismi simpliciter cōtineat ambos syllogismos. hoc autem sic existente, possibile est ꝙ vtroq; ipsorū ostenderetur quæsitum primum. Dicamus itaq; nos, ꝙ, si syllogismus cōditionalis intelligatur esse quoddam genus syllogismorum aliud, ꝙ genus syllogismorum categoricorum, oporteat necessario, ꝙ syllogismi cōditionales, qui sunt huiusmodi, non sint in potentia syllogismi categorici: nam omnis syllogismus conditionalis posset reduci syllogismus categoricus, ꝑter ꝙ eius intellectus permutetur, & hoc per mutationem sui ordinis, & per additionem in eum, aut imminutionem ab eo: sicq; syllogismus categoricus, qui excidisset, fuerit ſm formam conditionalis, eius itaq; figura est figura cōditionalis, cuiusque opus est opus syllogismi categorici: is autē, qui est huiusmodi, est categoricus, iudicium enim est ſm ipsum actum. Proinde categoricus est, cuius actus est actus categorici, licet aliqñ non sit ei figura categorici in actu, prout est oratio interens inordinata artificialia, nam tales orationes sunt syllogismi categorici, licet non insit eis figura categorici in actu, nam illorum opus est opus categorici, ex quo inest eis forma categorici in potētia.

Verificato itaq; nobis, ꝙ ois oratio, cuius est opus categorici, habeat figuram categoricam in potentia, est syllogismus categoricus, & multi syllogismi cōditionales sunt in potētia syllogismi categorici, notū est, ꝙ hi sint syllogismi categorici, licet non sit eis in actu figura categorica, & ꝙ ipsi non concludant per conditionē primo & per se, sed concludunt quatenus est eis vis figuręq; categoricæ, & vt vniuersalius inquā, hi syllogismi sunt, quorum antecedēs resolutum in tres terminos in potentia. Veri autem conditionales sunt, quorum antecedēs resolvitur in duos terminos solum. Propterea expedit, ꝙ primo perscrutemur species syllogismorum cōditionalium verorum, qui non sunt syllogismi categorici in potentia, quorum antecedēs impossibile est ꝙ resolvatur in tres terminos, in quos resoluuntur syllogismi categorici, sicut dixit Aristo. Opportunū itaq; est ꝙ propriū syllogismis conditionalibus veris sit hoc proprię, si inueniatur syllogismus conditionalis distinctus genere ab ipsis syllogismis conditionalibus. Dicimus itaque, ꝙ omnis syllogismus conditionalis coniunctus ratione, qua componitur ex duabus præmissis categoricis, non euadit reliquum quinque modorum, aut quòd duæ præmissæ non cōmunicent in vllo suorum terminorum, prout dicimus, si Sol ortus est, est dies: aut communicant in aliquo suorum terminorum, & hi sunt quadripartiti: aut prædicatum antecedentis est subiectum consequentis, put dicimus, si homo est animal, aliquod animal est rationale: aut est subiectum amborū simul, prout dicimus, si homo est sensibilis est animal: aut est prædicatum ambarū simul, prout dicimus, si Luna est sphæricæ figuræ, Sol itaq; est sphericæ figuræ: aut subiectum antecedentis est prædicatum consequēntis, prout dicimus, si rationale est illud, quod concipit entia, put sunt anguli, est rationale. Hoc itaq; existēte notum est, ꝙ syllogismus conditionalis, cuius antecedens & consequens non cōmunicant penitus in vllo terminorum suorum, non est syllogismus categoricus in potentia, & hoc notum est ex his, quæ dicta sunt in libro Priorū. In illo vero, cuius ſubiectum antecedēntis & consequentis

est vnum

est vnum & idem, est vis vnius propositionis, hoc est vis consequētis. Et iam ex ipsis est aliquis, cuius vis est vis syllogismi categorici cōpositi, ille vero, cuius vis est vis vnius propositionis, est, prout dicitur, cum fuerint duo trigoni se superæquitātes, illi, sunt æquales. Ille vero, cuius vis est vis syllogismi categorici cōpositi, est, sicut dī, si hoc est aīatum, ipsum est aīal, et hicfit dum fuerint de syllis, quorū repetit ipsummet antecedēs, & infertur ipsummet consequēs, & notū est, ꝙ ille sit syllus categoricus primæ figuræ, ex quo sublata fuerit eius maior præmissa, put dicimus, si hic homo anhelat, ipse est animal. Antecedēs itaq; horum syllogismorum est minor præmissa, & consequens est ipsa conclusio. Hoc autem sic existente, hic syllogismus conditionalis non est vere syllogismus conditionalis, postq; resoluitur in terminos categorici. Ille vero huius speciei in quo repetitur oppositum consequentis, & infertur oppositū antecedentis est prout dicimus, si hic esset homo ipse esset animal, sed non est animal, ergo nō est homo: huius itaq; vis est vis syllogismi ducētis ad impossibile, quia vis huius orationis est, si hic qui videtur, est homo, homo itaq; est animal, & sequitur inde, ꝙ hic, qui videtur, sit animal: hoc autem est falsum, igitur hic non est animal, sicq; non est homo, nam cum fuerit falsa ipsa cōclusio, est falsa & præmissa, ex qua sequitur, & inuenīt hic consequentia manifesta per se, absq; ꝙ indigeat, quod ostendatur per ostensionem oppositi, ex quo falsum sequitur ex præmissa eius dubia, non ex vera, nam cōclusio falsa posita est sequi per hunc syllogismū ex præmissa, cuius contrarium intenditur, & ostēsum est per syllogismum categoricū, & ablata conclusione aufertur præmissa, absq; ꝙ ostēdatur hic per præmissam verā, quod est notum in illa, nam quod ostēsum est hic per præmissam maiorem verā, oportuit ꝙ ostenderetur ducendo ad impossibile, & dicitur ꝙ hæc conclusio sit falsa. Falsum autē sequitur ex præmissa dubia, non ex vera. Vis itaq; huius speciei syllogismorum conditionalium sine dubio est vis syllogismi categorici ducentis ad impossibile, & ille est categoricus, qui fit per syllogismum contrapositionis. Aut dicamus, ꝙ eius vis fm se totū sit vis syllogismi cōpositionis. & tunc hic est syllogismus compositus ex duobus syllogismis, videlicet ex categorico & conditionali, prout est ostensum de syllogismo contrapositionis. Et in rei veritate eius vis est vis syllogismi secundæ figuræ, vel, hic qui videtur non est aīal, homo autem est anim. ergo hic itaq; non est homo. Ille vero huius speciei, cuius vis est vis vnius præmissæ, est, ꝙ positio conditionalis simplex, quæ non resoluitur, & ille est syllus conditionalis in rei veritate. Hi vero, quorū vis est vis syllogismi categorici, non sunt vere conditionales, neq; fm veritatem. Potest autē esse, ꝙ Aristo. dicat de talibus, ꝙ per eos intendatur quæstiū primum, ex quo subintrāt syllogismum simpliciter, dū resoluuntur in duas præmissas & tres terminos. Ille vero huius speciei, qui cōmunicat in prædicato, dū animaduertimus eius conditionis, est de horum speciem. Secūdus vero est, cuius prædicatum est dictio, est, & illa sint quæstita simpleta, prout dicimus, si homo est, animal est. Videtur itaq; de re illorū, ꝙ sint syllogismi conditionales veri, ex quo non resoluuntur in duas præmissas, & tres terminos, non resoluuntur aūt, quia vis eorum est vis propositionis vnius categoricæ, nam vis dicti nostri, si homo est, animal est, est, ꝙ ois homo sit animal. Illorū vero, quorum prædicatū est alia dictio a dictione, est, qui sunt ipsa quæstita composita, quorū est cuius vis est vis rationis comparatiuæ, prout dicimus, si Luna est spherica figuræ, Sol itaq; est sphericæ figuræ: nam vis huius orationis est vis exempli, & vt vniuersalius inquam est oratio cōparatiua expressa expressione conditionis, & perinde resoluitur, in quę resoluitur ipsum exemplum. Iam autem ostēsum est, ꝙ exemplū resoluatur in duos syllogismos categoricos, & non est cōditionalis verus, sed habet solum figuram conditionalis. Et aliqñ inuenitur huius speciei aliquis, cuius vis est vis conditionalis, prout dicimus, si rex est bonus, respublica est studiosa. Species vero conditionalis, cuius prædicatum antecedentis est subiectum consequētis, est quidam cuius vis est vis tertię figurę, prout dicimus, si homo est animal, aliquod animal est rationale, & si angelus est rationalis, aliquis rationalis nō est homo. Hi itaq; syllogismi categorici in tertia figura, in qua exprimitur vna præmissa, & ipsa conclusio, & perinde eius conclusio nō est vera, nisi particularis: nam, si dixerimus, si homo est animal, aliquod animal est rationale, aut dicimus, hō est animal, & homo est rationalis, aliquod itaq; animal est rōnale. notum autem est de dispositione huius congenęr, ꝙ sit tertiæ figuræ. Hæc itaq; species syllogismorum non est conditionalis vera, ex quo est resolubilis in duas præmissas, & tres terminos: sed aliqñ reperitur in ea aliqs, cuius vis est vis cōditionalis simplicis, cuius antecedēs nō resoluitur in duos terminos, prout dicimus, si homo est animal, quod non est animal nō est homo, & hic est per contrapositionem, i. per contrarium cōtradictorī. Illorum vero, quorum subiectum antecedentis est prædicatum consequentis, quidam est, cuius vis est vis secundæ figuræ, prout dicimus si propheta est qui intuetur, Mahumetus est propheta. Vis itaq; illius est vis syllogismi secundæ figuræ ex duabus affirmatiis, qui sic componitur, Mahumetus intuetur, & propheta intuetur, Mahumetus itaq; est propheta. Dum autē in talibus conclusio fuerit negatiua, syllogismus fit necessarius, prout dicimus, si propheta est qui intuetur, Masil nō est propheta. Sed dum eius affirmatiua fuerit conuertibilis, syllogismus fit verus, & illa est, qui intuetur est propheta, et si cōclusio sit affirmatiua. Et non est remotum, ꝙ harum specierum sit aliquis, cuius cōnexio sit per se nota, aut ignota indigens syllogismo, & fiunt hi conditionales numerati inter simplices: & quidam illorum est, cuius vis est vis propositionis conditionalis, prout dicimus, si nullus homo est lapis, nullus lapis est homo, & est cōuersio vniuersalis, & vt vniuersalius inquam in hoc genus subintrat conuersio enuntiationū. Sicq; iam ostēsum est, ꝙ nulla harum specierum cōcludat, nisi illa, in qua possibiles sunt ambæ res simul, præter speciem, cuius præmissæ communicant in vno suorum terminorum. De conditionalibus vero dissiunctis videtur, ꝙ non resoluant in duas præmissas, & tres terminos, sicq; oēs sunt syllogismi conditionales veri. Quod vero hæc species, quæ non resoluitur, nō cognoscitur fm diffinitionem syllogismi simpliciter, est notum, ex quo syllogismus resoluitur in duas præmissas, hic autem resoluitur in vnā prēmissam, vel in duas prēmissas, quæ non cōmunicāt in vno termino: & in rei veritate hic non resoluitur in duas præmissas, quia secunda est ipsa cōclusio. Ille itaq; qui vtitur his syllogismis, ponit in suo syllogismo vnam præmissam, cuiusq; cōnexum, & infert primo hoc cōnexum. Deinde secundo ponit præmissam, qua est cōnexum, & ex hac oratione non infertur aliqua res, nisi ex parte qua aspicitur connexio eius, quod est cōtra dispositionem syllogismi categorici, & proinde est quod ait Aristot. ꝙ syllī conditionales magis proprię sint libro Topicorū, qui nominat eos suppositiuos, quia supponitur in eis ipsamet cōnexio, & si tales essent syllogismi, ex quocūq; infertur aliquid, illud numeraretur inter syllogismos. Iā autem dictum est ꝙ non quicquid infertur, inferatur syllogistice. cum, si ita esset, conuersio propositionis conuertibilis esset syllogismus, & oporteret esse syllogismum ex

vna

vna propositione, sicut dicitur, Sol ortus est, dies itaq; est. Et magis ostenditur hoc, cum ostensum sit de re horum syllogismorum, ꝙ non inferant quæstum primū, & hoc est, quod ille dixit. nā ex quo operis syllī, inquantum est syllogismus, est, ꝙ per ipsum dignoscatur naturaliter ignotum ex naturaliter noto, naturaliter aūt nota in syllo sunt ipsæ præmissæ, & naturaliter ignota est ipsa conclusio, oportet necessario, ꝙ in aio eiusdem virt congregentur notitia præmissarū, & ignorantia cōclusionis, & si præmissę non sint de primis notis, neque sit ibi primum ignotū naturaliter. Re aūt sic existente, notum est de re ipsius syllī, prout ostendit Aristo. in libro Priorū, ꝙ possibile sit, ꝙ inuentantur nobis circa ipsum simul ignorantia conclusionis, & notitia prę missārum, et hoc ex parte, qua est nobis notitia illarum inordinata ordine, quo inteatur inde ipsa cōclusio: dum vero præmissæ, quæ fuerint notę apud nos fm esse, fuerint etiam notæ fm ordinem, & figura fuerit per se notæ illatiōis, impossibile est animo vnius virt inesse notitiam prę missarum, & ignorantiā conclusionis. Notū itaq; est de dispositione syllogismi ex hac parte, ꝙ possibile sit, quòd procedatur in eo à naturaliter notis ad naturaliter ignota. Et de his syllogismis cōditionalibus, hoc est, de veris, quorū antecedens nō resoluitur in duas prę missas, sed in vnā præmissam euidens est, ꝙ sit syllus notus naturaliter, cū eius cōclusio fuerit naturaliter ignota, nam quod præsupponitur est ipsa connexio, & illa propositio vna est, vnde est ipsa cōnexio: & similiter est cōtradictio, & propositio ex qua fit contradictio. notum autem est, ꝙ, dum apud nos fuerit præmissa naturaliter nota, & quo aliquid illi cōnexum fuerit, i. ipsa connexio, naturaliter notū, impossibile sit ꝙ cum hoc congregentur in anima scientia, & ignorantia connexi, nā connexio est ad aliqd. ver. gra. qa si ortus Solis fuerit sine dubio per se notus, & cōnexio dici ad tuum ortum fuerit per se nota, et esse itaq; dici apud nos sine dubio est per se notum, ex quo impossibile est esse dici est ignotum apud nos sine dubio, nā dum connexio fuerit nota, & alterum duorum cōnexorum similiter notū, & alterum cōnexum fit itaq; notum, nā duo connexa sunt correlatiua. Et similiter si fuerit apud nos hęc cōnexio nota, & ablatio dici nota. Sicq; & ablatio ortus Solis fit p se nota apud nos, licet non sit remotū pluribus rebus, vt alterum duorum cōnexorum sit notius altero. Hic vero excessus, qui est inter illa, non attingit ad hoc, ꝙ vnū sit notum & alterū ignotum naturaliter, sicut contingit in syllo categorico de præmissis, & conclusione. Ostensio vero, quæ procedit hoc processu, est modus ostensionis per particularitatem, & totius per partes, & hoc modo ostensionis præuenīt nobis plura prima nota, sicut est notitia de re ipsius animæ, & ipsius naturæ, quarū esse verificatum est nobis per sua opera, ex quo sunt notiora apud nos. Sicq; ēt eodē modo cōstabit nobis, ꝙ multæ res non habeant animam, cū non sint illarū opera ipsius aīæ. Dispositio autem conditionalis disiunctę est, sicut dispositio fm perfectionē, ꝙ sit impossibile, ꝙ quæsitum ignotū ostendatur per vnā præmissam, licet connexum eius sit per se notum, nā sermo de ostentione huius sit in libro Priorum: re aūt sic existente, notum est, ꝙ syllus conditionalis vltiter sit qui diuidat in duas prę missas in actu, absq; ꝙ sint vna præmissa in potētia per se nota: nam, dum vis duarum prę missarum eius fuerit vis vnius præmissæ notæ, non ostenditur per illum penitus illud quæsitum ignotum, & si vis ambarum illarum fuerit vltra hoc, esset aliquis syllogismus, quo ostēderetur vna præmissarum, & ipsa conclusio. Et hinc fit notum quod diximus, ꝙ impossibile sit ꝙ per hāc speciem syllogismi ostēdatur aliquod quæsitum ignotum primum, neque quæsitum ignotum non primum, nisi ostendatur per syllogismum categoricum, quod repetitur in hac specie syllogismi, & connexio per syllogismum coniunctum, aut repetitum per syllogismum coniunctum. Quòd vero vtamur eis in editione quarundam rerum per se notarū, hoc est, ad directionem doctrinę illius, qui non aduerterunt res illas ob paruitatē suæ euidentię, eo modo quo fit inductio et diuisio & exemplum, hoc est, per se notum: & Aristo. sæpe vtitur hoc. Secundum autem quęsitū, quod ostenditur per hunc syllogismū, non est vere quæsitū: nam secūdum quæsitū est illud, quod primū infert ad primas præmissas, hoc est, ꝙ sit primū notum apud eundem virum, & secūdum ignotum, sed impossibile est ꝙ præmissæ sint notæ, & ordo primi sit ignotus. Omne aūt quæsitum aut est primum, aut post primum, & dū vtimur syllogismo conditionali ad aliquod quæsitum, tam vtimur syllo categorico, prout illius motus est, ꝙ ostēdatur per categoricum solum, aut per vnum, vel per plures vno. quo existente vsu syllogismi conditionalis contingit malitia, quæ contingit reliquis, quorum motus est ostendi per syllogismū vnum duorum syllogismorū, vel per plures, hoc est, ꝙ qui vtitur illo eueniat et, ꝙ vtatur demonstratione de re superflua. Et hanc obrem abiecit eum Aristo. & non cōstruit ipsum in libro Priorum, cum eius prima intentio in libro Priorum per se fuerit tradere syllogismos cōferentes demonstrationibus. Ex hoc itaq; sermone ostensæ sunt species syllorum conditionalium veroꝝ, & quia non sunt syllī, nisi æquiuoce: quod dixit Aristo. ex quo non ostenditur per eos aliquod quæsitum, & quia pro parte sint libri Topicorū. Ac etiam expositores contentiunt huic rei, sed demutauerunt tuis sermonibus à re ipsa Philosophi de immutatione syllorum cōditionalium à libro Priorum, & quia illi sint proprię lib. Topico. & putatur ꝙ non fiat mentio de ulla re conditionalium veroꝝ, quæ eis insit: quod nos inuenimus dictum ab Abunazar in libro Posteriorū. Proportio autem partium illius, qui cōponitur ex demonstrationibus conditionalibus, est, proportio partiū illius qui cōponitur ex illis categoricis, prout dicimus ꝙ nubila mouentur ad amatum, quod est melius eis, & dū speculatus est cōnexionem sui motus ostēsum est et, ꝙ causa suæ connexionis non sit hæc, qua mouent, & ꝙ id, quod eis acquirit delectationem, est amatū ab illis. & ex quo connexio consequitur mouens penitus immobile, est conduces, ꝙ sit mouens non corpus, neq; vis corporis, & ꝙ sit intellectus abstractus, prout ēt ostensum est in libro De anima, ex quo id, cuius semita est hæc semita, est intellectus abstractus, & ꝙ hoc corpus cœleste subministret huic intellectui, nam cōceptio per intellectum est, quam extendit fm hunc amorem. Et speculatus est etiam cautam æternitatis cœli, & ostēsum est ab eo in fine primi libri Cœli & Mundi, ꝙ ipsis non insit penitus potentia, & ostensum est ēt de re potentię, qua mouent cœli motu locali, ꝙ est aīa concupiscibilis, cuius non est materia, quę est in potentia ad locum solū. Et cum exposita sit hæc notitia de his tribus causis, cōpleta est et notitia dispositionis cœlorū, & ostēsum est ēt ex aggregato huius, quod dixit in primo libro Cœli & Mundi, ꝙ si essent in cœlo plures stellę numero, aut maiores, ꝙ sunt, cessaret motus, & si cessaret motus, cessaret cōnexio, quæ inest illis, ex quo motus est quędam cōditionum cōnexionis, & ex toto hoc ostenditur, ꝙ largiens cōnexionem motus largitur motū cœlorum, & ꝙ nisi ipse esset, cessaret motus, & si cessaret motus, destrueretur cœlū, nam cœli sunt rōne sui motus, & si cessaret motus cœlorū, cessaret motus entū, quæ sunt sub cœlo, & destrueretur totus mundus. Sicq; hinc verificatū est, ꝙ largiens cōnexionem motus largitur reliquū esse entium. Demonstratio vero, qua vtit in fine octaui Physicorū. Auscultatio-

Tertia pars de intellectu abstracto.

num, cp non inueniatur potentia infinita in corpore finito, vbi fuerit potẽtia illius, quod componitur ex illis in prædicatis, & causæ conditionalium sunt sug præmissæ repetitæ. Hi autem non sunt veri conditionales, sed sunt conditionales æquiuoce, & perinde cum nõ distinguatur ipsa dispositio ipsorum, nõ separatur ab hoc dubio. Themistium vero inuentinus imitari Philosophũ in hoc processu absq; q proposuerit dubiũ de illo, quod nõ est facile dubitatu. Abunazar vero ipsum nos inuenimus firmari in hoc, qua ars cõditionis fm se decernit dubium in repetito. Hoc autẽ est valde notum per dictionẽ ti, sed in dictione vel res nõ est manifesta. Dum aũt syllogismi conditionales non decernũt per se, q eis inest res notæ cõnexionis in syllis coniunctis, vel cõtradicto in syllis distinctis, quæcunq; oratio exprimitur, exprimitur conditio repetita eius per se nota, & cõiunctio, & contradictio est per se nota: ficq; illa propositio, quæ est per se nota, est expressa per processum syllogismi conditionalis. Hoc aũt quod ait est verum, sed oportet q distinguatur eius significatum in oibus orationibus, quæ procedunt processu conditionis: & illi quidem sunt in rei veritate syllogismi categorici, & quidã sunt, qui procedunt processu conditionis, & in rei veritate sunt propositiones per se notæ: & quidã procedunt processu cõditionis, qui procedunt processu expositionum, quæ fiunt de rebus, quæ minus latent, q; ignota natura liter, licut est species expositionis, quæ vocat inductio, & quæ vocatur diuisio. Et quidam sunt orationes procedentes processu conditionis, & illi sunt in rei veritate syllogismi conditionales, quorum repetitum, & cõiunctio est ignota. Sequitur aũt sermonem ipsius Abunazar, q non fit syllogismus conditionalis ille, cuius repetitum sit per se notum, & coniunctio per syllogismum. Iam aũt attribuimus et q sit cõditionalis verus, ex quo quæsitum eius est quęsitum ignotum, sed nõ primum. Auic. vero consentit huic rei, sed non admittit expositionem ipsius Abunazar, & firmatur ipse in hoc, q q̃ coniunctio, gratia exempli, fuerit per se nota, & repetitum per se notum: q̃ coniunctio syllogismorum includitur in sententia repetiti, non oportet q predeat & repetatur: repetitionem autem includit sensus coniunctionis, dum repetitum fuerit per se notum. Si autem velit, q sensus significati coniunctionis decernit sensum significati ipsius repetiti decreto primo, & per se, est error, nam significatum ipsius coniunctionis est aliud a significato concessionis ipsius esse rei, cui accidit coniunctio. Si autem vellet, q apud illum cui venit in mentem in actu ipsa coniunctio, venit etiã repetitio in actu per modum connexionis. Coniunctio itaq; apud ipsum est notior, q̃ esse rei, cuius est coniunctio & esse rei, cuius est coniunctio, est notius, q̃ esse coniuncti, & fm hoc relatio esset nottor, q̃ esse vtriusq; correlatiui. hoc autem est absurdum & absurdum. Ac etiã si supponeremus, q esse coniunctionem per se notam largiatur ipsa per se coniunctum eius per se notum in aliquo locorum, & repetitum. i. cui inest coniunctio est ignotum fm esse. Si autem putauerit q coniunctio largiatur hoc, dum repetitum fuerit per se notum, & ideo largiatur illud per accidens, nõ est eius q ponatur ratiocinatio, dum esse repetiti & coniunctionis fuerit per se notum, quia huc nõ fit syllus. & totum hoc est sermo tallens. Id aũt quod dixerat Abunazar est melius, sed indiget distinctione, quam diximus. Auic. vero in eo q putauit, q hæc oratio trãsgrediatur apud ipsum, q dicti sit notũ fm esse, & eius coniunctio rei sit per se nota fm esse, & coniunctũ ignotum fm esse, hoc aũt est summum inconueniens, nam dũ cognoscitur vnus duorum cõnexorum, cognoscitur & alterũ, ex quo ambo sunt correlatiua. Ipse vero vius est circa hoc syllo tallig rapho. nã ille dixit, si omne coniunctum rei est per se notum fm esse, & coniunctio per se nota, nõ inuenitur aliquid naturaliter ignotum: nam ipse putauit, q hæc sit dispositio syllogismi categorici, cum ipsa conclusione, & præcipue primæ figuræ. nam eius præmissæ sunt per se notæ, similiter etiam connexio conclusionis est per se nota, & conclusio est ignota.

Nos aũt dicimus, verum est q præmissæ sint per se notæ, & conclusio ignota, sed hoc est de his, quarum connexio conclusionis veniat in mentem. Dum vero venerit in mentem, impossibile est q conclusio sit ignota, q̃ præmissæ fuerint compositæ compositione syllogistica. Differentia autẽ inter illos est, quia connexio syllogismi categorici est, quia omnis syllus concludens ex præmissis naturaliter notis. & cõclusio sunt vnius gradus ignorantiæ. Sed in syllo conditionali, q nod ponitur fm gradum præmissæ, est vnum. & ideo oportet q conclusio sit per se nota, q̃ coniunctio, & res cui inest coniunctio, fuerint per se notę. Modus itaq; suæ fallentiæ, aut erroris fuit, quia ipse dixit, q coniunctio conclusionis ipsis præmissis sit per se nota, & accepit orationem, ac si esset simpliciter dicta, cũ non sit dicta simpliciter, nam coniunctio conclusionis cum ipsis præmissis nõ est per se nota simpliciter, & hoc etiam in prima figura. Coniunctio autem conditionalium est per se nota simpliciter. Et maior pars libri sufficitiæ philosophiæ huius viri est contexta ex talibus sermonibus peruersis tã in logicis, q̃ in alijs, & qui vult initiari in his artibus, expedit et q fugiat eius libros, nam illi faciunt errare hominem & extrahũt ipsum à recto, potiusq; ipsum dirigãt, & ordinent ipsum ad veritatem. Cõtra autem hoc de propositionibus conditionalibus, videlicet, q q̃dam ipsarũ sit simplex, & est illa, cuius vis est vis vnius propositionis categoricæ, & quędã est composita, & est cuius vis est vis syllogismi categorici, propinquum est intelligere, q id, quod Auice. putat, q hic sit tertia species syllogismorum non categoricorũ conditionalium, nõ sit sermo verus, nã ipse ait, q syllorum contextorum sint duę species, categoricus, & conditionalis repetens, & q categoricus sit contextus ex præmissis categoricis, & inferat quæsita categorica, conditionalis autẽ sit, qui contexitur ex præmissis conditionalibus, & infert quæsita conditionalia, & q duo syllogismi differãt specie, nam quod infert vnus, non est illud, quod infert alius, nam sicut quæruntur in scientijs quæsita categorica, sic quæruntur in eis quæsita conditionalia consequẽtia species syllogismorum categoricorũ, qui componũtur ex præmissis categoricis, hoc est, q sicut illi sunt tres fm figuram categoricam, sic ẽt sunt figurę conditionaliũ. nam, q̃ consequens primę præmissæ cõditionalis fuerit antecedens secundæ, huius contextus est tertiæ figuræ, et opinat q species generũ contingẽtes singulis figuris harum figuratũ de numero præmissarũ, ex quibus cõponuntur rõne quãtitatis & rõne qualitatis, sint, sicut ſe nerũ accidentiũ in figura categorica. & similiter videtur sibi, q quædã propositiones conditionales sint affirmatiuæ, & quædã negatiuæ & vſes, & particulares & supant spẽs huius contextus spẽs categorici, qa illi componunt ex præmissis categoricis solũ, categorici autem non differunt specie. sed conditionali, qua habent species, oportet q duplices sint species harũ figurarum, cũ propõnes conditionales habeant species: quędã itaq; ipsorum est ex duabus coniunctis, & quædã ex duabus cõtradictorijs, & quædã ex cõtradictoria, & cõiuncta: si aũt considerasset cõuertibiles, non concipentur illæ tres figuræ, nã non est in illis antecedẽs, neq; consequẽs naturaliter, & vtriusq; harũ duarum specierum aut contradictoria est maior, & cõiuncta ipsa minor, aut econtra: & sic ẽt apud ipsum cõponunt categoricæ his cõpositionibus, cũ vnaquaq; conditionalium. & hæ ẽt sunt

duarum

duarum specierum: nam aut categorica est ipsa maior, & conditionalis minor, aut econtra, & multiplicant illos, qui fiunt per categoricã per hos tres, & sunt sex vicibus duplices illorum, hoc est, concludentes & nõ concludentes ipsorum. & ille quidẽ nititur conducere propositionibus conditionalibus illas differẽtias, quæ sunt propositionum categoricarum de æqualitate, & simplicitate, & oppositione, & affirmatiõe, & veritate, & falsitate, & cõuertibilitate, & alijs proprietatibus, quę numeratæ sunt in libro Peri hermenias: & cũ hac sua positione confitetur, q hæc species figurarum non sit species categorici, & q proprietates concludentis eius, & non concludentis sint proprietates concludentium, & non concludentium ipsorum categoricorum. Postq; autem directę sunt vniuersaliter opiniões circa hos syllogismos, quos vocant congeries cõditionales, expedit q nos etiam speculemur hoc, & ponamus nostrã considerationem circa hoc, primo circa congeries, quas dicunt primæ figuræ huius speciei syllogismorum: nam, cum ostensa fuerit dispositio huius, expedientius fit, q ostendatur dispositio congerierum, quæ vocãtur huius spẽi secundæ & tertiæ figuræ, aut maioris partis huius.

Dicimus itaq;, q, si duæ præmissæ, quæ contexuntur in prima figura, fuerint cõiunctæ, nõ euadit res reliqua earum quinque dispositionũ, aut q sint de præmissis conditionalibus non simplicibus, quæ resoluuntur in duas præmissas, & tres terminos, aut q sint de conditionalibus simplicibus. Iterum, si sint de conditionalibus simplicibus, non euadunt ab vno quatuor modorum, quorum vnus est, vt sint notæ coniũctionis, & non esse: aut ignotæ secundum ambas res simul. rursus non euadit, quin quæratur in illis quæsitum categoricum, aut cõditionale, si fuerint de præmissis non simplicibus: prout diximus, si hic qui videtur esse homo, ipse est animal, & si est animal, est sensitiuum, ergo si est homo, est sensitiuus. Vis itaq; sermonis cõpositi ex similibus his duabus præmissis, est vis duorum syllogismorum categoricorum: ex quo ostensum est, q singulorum conditionalium sint syllogismi categorici, quibus ostendit præmissa minor & conclusio, & insinuatur ibi ipsa maior: conclusio, nanq; est, q hic, qui videtur, est sensitiuus, & quæsitum huius loci est categoricũ, licet sit expressum secundum seriem conditionalis: & hoc est cõmune omnibus his compositionibus, quæ fiunt ex talibus fmissis: igitur hæc congeries est syllogismus compositus ex categoricis. Sicq; non expedit q constituai species aliqua, nisi species categoricorum. Si vero duæ præmissę, ex quibus componitur syllogismus fuerit ex conditionali simplici, quæsitum fit categoricum: sicq; si fuerint notæ coniunctionis ignoti esse, vel econtra, oratio composita ex eis est syllogismi duarum conditionalũ. Iam autem componitur conditionalis talis dispositionis per syllogismum categoricũ, verbi gratia, si Sol est ortus, dies est, & si dies est, stellæ non videntur, hæc enim repetit, q Sol sit ortus, & infertur q dies sit. Proinde supponit, q dies sit, & infertur, q stellæ non videant. Rursus componitur sic categoricus, si Sol est ortus, dies est, dies autem est, stellæ itaq; non lucent. Hae autem congerie composita existente ex syllogismo cõditionali & categorico sic, quo modo potest dici, q sit aliqua species alia à specie conditionalis? Et similiter, si contũctio fuerit ignota, & esse notum est huius speciei: cum tam ostensum sit ex nostro sermone, q hi duo sint cuiusdam speciei syllogismi veri conditionalis, & similiter si ignorantur ambæ res simul, Iam enim ostensum est de syllogismis conditionalibus qui sint huiusmodi. Si vero fuerint duæ præmissæ conditionales nott esse & notæ coniũctionis, illæ duæ præmissæ sunt categoricæ & permutata est oratio à categorica in conditionalem, & illud quæsitum est conditionale: prout dicitur, dum fuerint duo latera vnius trianguli æqualia duobus lateribus alterius trianguli, & angulus, quem continent duo latera vnius illorum duorum, fuerit æqualis angulo, quẽ continent duo latera alterius trianguli, illi duo triãguli sunt æquales, cuius demonstratio est, quia dum fuerint duo triangulí huiusmodi, illi sunt superæquitantes, & dum fuerint duo triangulí huiusmodi, illi sunt æquales: nam non est differentia inter hanc orationem, & quod dicitur, omnes duo triangulí huiusmodi sunt æquales superæquitantes, & omnes superęquantes sunt æquales: omnes itaq; duo triangulí huiusmodi sunt æquales. Cum autem hic idem sit syllogismus categoricus absque additione, & diminutione præter declinationẽ orationis, quo modo valet dici q sit aliqua species præter speciem categoricam? Hoc itaq; infertur necessario esse de quæsitis, quæ primo quæruntur, non propter aliud, & illa sunt quæsita categorica. nam intentum cuiuscunq; quę sit est conclusio categorica, nam & syllogismus conditionalis & categoricus inferunt quęsita categorica: hoc autem sic existente, quæsita, quæ sunt primæ intentionis, sunt categorica, quęsita vero conditionalia, possibile est, q quæranf propter categorica, prout accidit duobus terminis, quorum vnus sit ignotæ connexionis cũ altero, & ponitur vnus illorum antecedẽs, & alter consequens, & infertur hinc conclusio categorica. Esse itaque huius contunctionis ostendi per syllogismum categoricum, fit sermo suarum præmissarum præmissa categorica, cum ille sit categoricus in rei veritate: & notum est, q, dum fuerint duæ conditionales notæ cõiunctionis noti esse, prout quæritur, nunquid dum est a sit c, & dicimus si est a est b, & dum est b est c: concluditur itaq;, q dum est a sit c, & putatur q vis talium præmissarum sit vis præmissarum categoricarum, & non sunt categoricæ, sed sunt conditionalis literaturæ: & similiter est quæsitum, quod infertur ex illis, quoniam verificatur q illarum coniunctio, & esse sint nota per se, aut per syllogismũ, quia possibile est q sequestremus eas in duas orationes. Dum vero esse est ignotum, & coniũctio nota, quomodo est possibile, q iudicetur de vno per alterum categorice: quia de aliquare per aliã rem iudicatur notitia amborum simpliciter: prout diximus, si hyroceuus est, ipse est animal compositum ex duobus animalibus, sicut verificatur nobis hoc, dum ambę res, hoc est, coniunctio & esse duorum terminorũ sunt notæ; put dicimus, si homo est, animal est. vis enim huius est vis dicti nostri, omnis homo est animal. Et autem cuiuspiam dicere de talibus præmissis, & cõclusionibus, q non sint categoricæ in potentia, dum autẽ conclusiones syllogismorum categoricorum, & conditionalium sunt categoricæ, illi non sunt categorici, neque condicionales. Sicq; dum nõ fuerint categorici in actu, neque in potentia, & syllogismus categoricus ostenderit, quo modo præmissæ categoricæ sint in potẽtia, vel in actu, necessarium est q syllogismus cõpositus ex his non sit syllogismus categoricus. Et similiter oportet q non sit conditionalis, quia conclusiones conditionalis sunt categoricæ. sed putatur, prout diximus, quòd talia quæsita non sint secundum primam intentionem. Ille vero, qui concedit, quòd omnis prędicta conditionalis possit reddi categorica, nõ potest dicere, q hic sit syllus compositus ex præmissis conditionalis fm modũ syllogismi categorici fm speciẽ, qui potuit differentes non fm materiã, neq; fm actum, liquidẽ fm formam non essent in potẽtia, neq; in actu. Si aũt fm materiam, sunt in actu, non in potentia. Mirum aũt est de Auice. q ipse potuerit ambas res, scilicet quòd ipse cõfiteatur, quod omnis propositio cõditionalis possit reddi categorica, & similiter omne quæsitũ conditionale possit reddi categorica

eum,& iterum ponit ꝙ sint ꝙdam syllogismi,qui componuntur ex congruentia syllogismorum, qui sunt ex categoricis. Dum autem cõsideratur dispositio harum enuntiationum,videtur ꝙ impossibile sit ꝙ reddantur categoricę, nisi fm quantitatem ipsius esse ipsorũ, prout dicimus,hyrcoceruus dũ imaginatur ens,est animal compositum ex duobus animalibus. hoc autem sic extente, aut confirmamus, ꝙ omnis enuntiatio conditionalis habeat duas expressiones,conditionalem & categoricam,& non sequitur ꝙ inueniantur syllogismi non categorici,nã res quæ conuenunt in sua materia, & forma sunt eædem. Si vero non ponamus hoc, consideranda est, nunquid sit nobis dicendum, ꝙ nõ inueniatur syllogismus aliquis præter syllogismos categoricos secundum suam formam: nam si dispositio syllogismi sit, sicut dispositio entium naturalium, non conuenit ꝙ dicamus hoc, quia species naturales differunt per suã formam,& suis materijs. Hi autem syllogismi differũt suis materijs,non per suam formã: & ideo proprietates conditionalium , qui reddũtur categorici quo ad illationẽ, etiaꝙ priuationem, sunt proprietates illorum. Si vero dispositio illorum fuerit sicut dispositio rerum artificialium, hoc est, ꝙ differant suis materijs, & conuenãt in formis,& suæ differentiæ sint ratione materierum,tam ttaꝙ possibile est,ꝙ dicamus ꝙ congeries conditionales sint alię à categoricis. Si vero speculatio libri Priorũ fuerit speculatio secundum formam, hoc est, secũdum formam syllogismi, oportet ꝙ non tractemus hic hanc speciem syllogismorum, & præcipue si suæ differẽtiæ, quæ sunt ratione materierum non sint eligendæ in opere syllogismi inquantum est syllogismus, hoc est, in illatione, etiaꝙ priuatione. Differẽtiæ vero, per quas oportet,ꝙ fiat diuisio in arte logicæ,in libro Priorũ sunt differentiæ eleꝛtæ ad opus syllogismi,quod est ipsa illatio, non differentiæ, quæ non eliguntur ad hoc,& syllogismi congesti differunt ratione præmissarum conditionalium, & categoricarum: & proinde ista differentia non eligatur ad illationem,non oportet ꝙ tractetur hic hæc diuisio syllogismi,& mora circa hoc est superuacua: prout fecit Auicenna. Et totum hoc esset, cum concessum fuerit hic esse aliquam speciem propositionum cõditionalium, quas impossibile sit reddi categoricas. Ac ẽt, si cõcederemus totum hoc,hæ propositiones essent omittendæ ob mirandum suum esse, & modicum ipsarum vsum in scientijs,ꝙ non sit aduertendũ ad illas, hoc est, ad propositiones ignoti esse notæ conuentionis, nam regulæ traditæ in hac arte sunt,quæ inueniunt pro maiori parte, & quæ sunt in omnibus . Notum itaqꝫ est ex hoc sermone,ꝙ illud quod fecerit Aristo.ꝙ deuauerit ab hac specie syllogismi,& potuerit ipsum secundã speciem syllogismi categorici, est opus illius cui constituit eius dispositio, non opus illius,qui consideraꝛat,quod est in imaginationis motu,& primo sue menti occurrit. Aristo. vero pro maiori parte in suis libris vtitur in artibus conditionalibus propositionibus categoricis, hoc autem notum est apud illum, cui constat de eius libris. Subiuxerat vero hoc in libro Priorum, ex quo vis vsus non est alia vis . Auicenna autem deuenit in confusionem circa hoc capitulum, dum induxit in ipsum syllogismos præter naturam, hoc est, quibus non vtitur humana cogitatio naturaliter, prout vtitur ipsis categoricis; & similiter hic vir numerat inter species conditionalium contractarum quasdã propositiones præter naturam, quas vocat alchaphkias,id est connexas,prout dicitur, dum homo est,equus est,& ait quod hæ sint veræ contingenter. Mutum autem est de hoc viro, quòd repleat eius librum talibus propositionibus, cum confiteatur veritatem ipsarum esse contingenter, cum vbique ipse audiuerit,quod id, quod contingẽter est, sit infinitum. et ideo nulla artium considerat illud. Et sic etiam prout puto numerat inter propositiones cõtradictorias tales propositiones: prout est oratio dicentis, aut homo est, aut vacuum. Ostẽsum itaque est ex hoc sermone,quòd omnis syllogismus, & omnis oratio syllogistica sit aut conditionalis,aut categorica,vel composita ex vtrisq;, quæ contra potentia, seu ducens ad impossibile vocatur,prout ait Aristo.in Prioribus analyticis, & hoc est illud,cuius ostensionem intendebamus.

Quæsitum. IX.

De Mistione Contingentis, & Necessarij.

Hoc quæsitũ in quibusdã libris in Paraphrasi priorum inuenit in vltio mistionis cõtingentis, & necessarij.

IAm est alicuius quærere & dicere, quomodo Aristot. dixit in syllogismis mistis, in quibus maior est negatiua absoluta,& minor affirmatiua contingẽs, qui sunt negatiui impfecti in hac mixtione,quia illi concludunt duas conclusiones,quarũ vna est negatiua contingens, & altera negatiua necessaria, aut quia illi concludunt cum negatiua contingenti negatiuam necessariam , & subticuit conclusionem absolutam : illi autem aliquando concludunt eam, vt in demonstratione contradictorij quam facit Aristote. in commonstrando, ꝙ concludatur negatiua necessaria, & contingens, enunciat quòd concludatur absoluta, & vniuersaliter possibilem negatiuã æquiuocanter dico possibile,quod dicitur tribus modis. Et quomodo dixit in syllogismis, in quibus maior est necessaria,& minor affirmatiua cõtingens,qui est imperfectus in hac mistione, quòd concludantur etiam duæ conclusiones,quarum vna est negatiua absoluta,& altera negatiua possibilis.& dixit ꝙ non inuenitur in hac specie demonstratio, quòd concludatur negatiua necessaria , cum tam ostensum sit de re illius,quod concludat necessariam. Et demonstratio contradictorij,qua vsus est in ostendendo illum cõcludere ipsum possibilem,& negattuam absolutam significat huius possibilitatem . Nunquid in hoc toto sit differẽtia inter affirmatiuas & negatiuas huius mistionis, quam vocauit imperfectam , & est in qua nõ fit maior possibilis, id enim, quod hinc intellexerunt Expositores,quorum tractatus venerunt ad nos,est, quòd combinationes affirmatiuæ in his duabus specierbus mistionis sint contra negatiuas, & ꝙllarum affirmatiuę concludant possibiles veras. Hoc autem quod dixerũt Expositores,est quod decernunt suæ simplices dictiones, aut ꝙ non sit hic differentia inter affirmatiuas & negatiuas omnium duarum specierum, quæ cõcludunt conclusiones possibiles nominis æquiuocatione, prout videtur ex illo,quod decernit demonstratio contradictorij,quæ fit hic,& secundum videtur ex eo quod opinatur Alpharabius in sua expositione huius loci. Nos autem dicimus nunc , ꝙ conclusio vniuersaliter aut fit ob causam vniuersalitatis, aut fit ob causam connexionis. Dico autem vniuersalitatem quòd cõtineat dici de omni ipsam præmissam minorem, & illã ingredi sub prædicatione maioris termini de minori . Cõnexionem vero dico,quod dici de omni obseruet esse medium terminum prædicatum affirmatiue de maiori solũ , absq; ꝙ contineat modũ,hoc est,modum minoris premissę,sed continet suum genus,quod est solum affirmatio et eius connexio perfecta,quæ est ꝙ ambæ præmissæ sint affirmatiuæ,& aliqua est imperfecta, quę est ꝙ maior sit vniuersalis negatiua,& minor affirmatiua solum. Aristot. autem , quando cõsideraut has mistas, inuenit ex illis, quæ concludit secũdum vniuersalitatem semper, & in omni materia, hoc est, ꝙ maior eius præmissa cõtineat modũ conclusionis,& enunciauit de his decrisiuã enunciationem,quòd modus conclusionis sequatur præmissum maiorem, & hoc in mistiõe de inesse, & necessarij, & in

& in mistione possibilis cum necessarijs, & de inesse in illius specie perfecta, hoc est, quando maior sit possibilis,quoniam vniuersalitas inuenitur in his combinationibus, vt notificatum est ex nostro sermone. Et dũ cõsideraut species mistionis possibilis cũ necessaria,& de inesse & necessarij,in qbus minores pręmissæ sunt possibiles,inuenit illarum vsitatem particulare, hoc est,in quibusdam materijs, & abiecit conclusionẽ, quæ fit in hac mistione ob ipsam vsitatem , & redijt ad exponendum conclusionẽ,quæ fit in his ob cõnexionẽ,ex quo dicit esse pseuerans. Significatum aũt fuæ pseuerantiæ est, ꝙ qũ auteretur eius conclusio à syllo,nõ sit promde syllogismus,& interi ex illo contradictorũ,& oppatio huius est in duabus speciebus connexionis simul, hoc est, perfecta,quæ est species affirmatiua,& imperfecta , quæ est species negatiua, & cognoscet, quæ conclusionẽ sequatur vnãquamque illarũ ex parte connexionis, & quæ non sequatur,& ꝙ affirmatiua hic sit contra negatiuã . & incepit,& notificauit de affirmatiua,quæ cõponitur ex præmissa maiori absoluta,& minori possibili,ꝙ conclusio fm cõnexionẽ oporteat , ꝙ sit possibilis vera, & ꝙ impossibile sit aliter esse. Ex quo conclusio in hac specie est ex parte cõnexionis. Hoc autẽ fit ostendendo,ꝙ qũ poneremus conclusionem syllogismi huius negatiuam necessariam vtem,ꝙ euentret ex hoc meõuentens, qñ est falsa negatiua vlis necessaria,potest esse ꝙ sit verax affirmatiua possibilis vlis, & affirmatiua absoluta & necessaria,& omitterat absolutã,quia ipsa fit fm vniuersalitatem,& cecidit necessaria,qa connexio est perfecta, & non est in duabus præmissis modus necessarij, & relinquitur ꝙ sit possibilis vera. Nec conuenit intelligere hunc locum vtem , prout decernit id quod apparet ex eius demonstratione, ex quo qñ acceptu contradictorii conclusionis possibilis,& est ipsa impossibilis,& interetur inde necessaria negatiua, & cõmõstratur falsitas negatiuæ. Qñ autem commonstrata est falsitas negatiuę, mẽdax est illa, ex qua infertur negatiua necessaria, quę est impossibilis: qñ autem est mẽdax ipsa impossibilis, fit vera possibilis vlis, & fiet fm hoc conclusio possibilis fm nominis æquiuocationẽ. Hic enim contextus totus est falsus , qñ fuerit A prædicatũ de toto B absolute , & B prædicatũ de toto C possibiliter,dico ꝙ impossibile est,ꝙ prædicet A de toto C necessario, quia si fuerit in hac prædicatione vlitas: sicꝙ A est in C ex necessaria, & absoluta simul. Hoc aũt est repugnãs,quia absoluta est naturę ipsius necessariæ,prout cõmonstratũ est . Si autem non esset sic absq; re cõnexionis, euidens est enim ꝙ A sit ipsi C possibiliter , quia qñ A mest toti B in actu, & B toti C possibiliter, A necessario mest toti C possibiliter non necessario: illud.n. mest C. mediante mestle B toti et, B aũt mest ei possibiliter. sicꝙ A necessario mest possibiliter, qñ si mestlet necessario ipsi C ex parte cõmunitatis cum B, sequeretur ꝙ B mestlet necessario ipsi C. Iam aũt positum erat ei possibiliter, hoc aũt est repugnans . Et similiter ostendemus , ꝙ non concludat ob cõnexionem absolutã, quia conclusio semper, quæ fit fm connexionem ipsius perfecti, sequtur viliorem duarũ prærnissarũ, quia ex quo proportio, quæ est inter terminũ medium & minorem, est, ꝙportio totius ad partem, manifestum est, ꝙ, qñ prędicatur res de toto prædicatiõe duferenti à modo prædicationis totius de ipsa parte, si hęc prædicatio fuerit imperfectior fm modum, ęt prędicatio totius de ipsa parte, ꝙ illud prædicatur de parte modo, quo prædicatur de toto. Si autem prædicatio totius de ipsa parte fuerit imperfectior fm modum , ęt prædicatio illius rei de toto, hæc res prædicatur de parte prædicatione totius de ipsa parte . Et hoc est quod vitium elit Eudemo,& Theophrasto vetustioribus Peripateticis de eo ꝙ conclusio semper sit in mistis consequens vilio rem duarum præmissarum. Id autẽ,quod dicerunt, est verum in conclusione, quæ fit fm connexionem, sicꝙ, ipsum perfectũ, nõ quæ est fm vniuersalitatem ex hoc est,quod latuit illos viros. Iã itaqꝫ ostensum est ex hoc, ꝙ hæc mistio non concludat oino conclusionem necessariam, neq; absolutam ex parte connexionis, quã Aristo. intendebat explicare, postquam hæc tuit particularis,& in quibusdam materijs,ac si esset fm aliquam speciem accidentis, ex quo hæc est ob vniuersalitatẽ. Vniuersalitas autem est res, quę accidit huic combinationi, & taliter,ꝙ in mistione, quę fit ex maiori necessaria affirmatiua, & ex minori possibili affirmatiua,ꝙ conclusio fiet etiam ob connexionem possibilis vera, dico, in hac specie demonstrationis contradictorii, & omisit necessariã,quia est per accidens in hac cõbinatione . Absoluta vero,nõ est possibile ꝙ inueniatur in illa, ex quo non inuenitur fm vnũ duorum modorũ pręmissarum, & cõnexionis perfectæ. Id ergo, quod intellexerũt Expositores Peripatetici de eo,ꝙ cõclusio in his mistis sit possibilis vera, est verum. Veritamen de his negatiuis huius speciei mistionis & illi sunt, quorum cõnexio est imperfecta, qa maior est negatiua : negatiua autem est diuinctio cõnexionis. Aristi. et considerauit modos suarum conclusionum ob cõnexionem, non ob vniuersalitatẽ, ex quo eti accidens in hac specie mistionis, aliquando erit possibilis vera, hoc est, negatiua, & aliqñ fit necessaria negatiua: qñ eni ostendit, ꝙ, qñ posita fuerit cõclusio huius figuræ affirmatiua particularis necessaria, accidet hinc mendacium . Qñ autem fit mendax affirmatiua particularis necessaria, fit possibile esse ꝙ sit verax negatiua necessaria. Et possibile est ꝙ sit verax negatiua possibilis, & negatiua absoluta, & hæc quidem est res, quæ accidit huic cõbinationi ob defectum cõnexionis, hoc est, ꝙ concludat modum, qui non sit de modis duarum præmissarum acceptarum in illa , quoniam nõ est impossibile ꝙ inueniatur vna res negata ex duabus rebus, quarum vna est necessaria, & altera absoluta, ex vna duarum rerum inest alteri possibiliter , qñ in illis non inuenit vniuersalitas, vt ꝙ sit vna non incertum ipsi e necessario, & ipsi B absolute , & B ipsi e possibiliter. Et fabricauit hic negatiuam absolutã, quæ ipsa inter tui ex vniuersalitate. De mistione vero quę fit ex negatiua maiori necessaria, et affirmatiua possibili, est res in ea fm cõnexionem, ꝙ concludat negatiuã absolutam, & negatiuã possibilem, qua ostendit, ꝙ qñ posita fuerit in hac figura affirmatiua particularis necessaria, sequtur ex illa inconuentens, & ostendit ꝙ qñ mendax fuerit particularis affirmatiua necessaria, ꝙ possibile sit, qñ sit verax negatiua absoluta , & negatiua possibilis, & negatiua necessaria, nisi ꝙ ipse omisit negatiuam necessariam, ex quo concludit vniuersalem, & ipsa est particularis. Et ideo dixit ꝙ non inuenitur syllogismus , quo ostendatur in hac cõbinatione concludens negatiuam necessariam, hoc est, semper, prout ostenderetur esse negatiuæ possibilis semper, quando intercetur vniuersalitas semper, hoc est, in specie perfecta huius mistionis. Et non est significatum huius ostensionis, quã fecit Aristio, ex eo ꝙ quando sit mendax affirmatiua particularis necessaria, fit verax negatiua possibilis, hoc enim non est verax. Iam autem explicuit hoc Arist. quando fecit tatus est hic conuerhonem negatiuæ propriæ, & decreuit concludentem ob cõnexionem imperfectam, quòd concludat duas cõclusiones , quarum vna est secũdum imperfectiorem duarum pręmissarum, & altera extincta, hoc est, habens modũ, qui non conuenit alteri duorum modorum præmissarum assumptarum in syllogismo. Adeptio autem modorum harum cõclusionum secundum opinionem Arist. est, quia non euadit combinatio , cũ inueniat in ea dispositio vniuersalitatis sem-

per, aut non inuenitur in ea semper: si inuenitur semper, modus conclusionis sequitur modum maioris premisse, & hoc semper. Si autem non inuenitur in illa dispositio vniuersalitatis semper, sed inuenitur in ea dispositio cõnexionis, dispositio itaq; conclusionis sequitur apud eum iudicium cõnexionis, non iudicũ vniuersalitatis. Si autem cõnexio fuerit semper modus conclusionis, sequitur modum imperfectioris duarũ præmissarum. Si autem fuerit imperfecta, aliqñ modus conclusionis conuenit modo imperfectioris duarũ præmissarum syllo, & aliqñ sit extrinseca, hoc est, non conuenies sm suum modum alterutri duorum modorũ duarum præmissarum syllo. Sic itaq; expedit q intelligatur significatum Arist. de his conclusionibus. Et puto, q hęc inquisitio ex positionis latuerit omnes præter Alexandrũ, quia non peruenerũt ad nos eius tractatus de his rebus. at ille vir est magnæ excellentiæ & grandis nimiũ. Themistium vero inuenimus q eum latuerit hæc sntia, sicut latuit vetustiores Peripatetic os. Et fit ur verisimile est q hæc res latuerit Alpharabiũ. hoc aũt notum est ex eius expositione huius loci. Et q mirifica fuit dispositio huius viri, & q fortis fuit diuinæ suæ formationis à reliquis formatis humanis, adeo q fit, ac si ipse sit, quem eduxit diuina prouidentia ad instituendum nos hominũ vniuersitatem supra inuentionem vltimæ perfectionis speciei humanæ sensatę, & dignatę, inquantũ est homo. & ideo vetustiores eum appellabant diuinũ. Nos autem in nostra expositione horum locorum in exactis, pduximus eloquũ, sm q largitur intellectus sui dicti primo aspectu, et est id, quod coaptauimus illi, q inuenię modus soluendi dubia cadętia in illud, quouscp euidens fuit nobis de illo hic tractatus. Qui autem voluerit permutare textum, ne euentus ei ambiguitas, faciat, vt lubet. Si autem Deus prorogauerit nobis vitam, declarabimus hunc locũ ex suis verbis ad literam, quia vt puto hic locus non est expositus perfecta expositione, dico combinationem possibilis in secũda figura. Gaudeat scriptor, & lætetur le ctor in seculum ad Dei laudem. Amen.

LIBRI POSTERIORVM.

Quæsitum. X.

De conditionibus premissarum demonstrationis.

Primo Post. text. 6 v. & infra.

Aristoteles instituit præmissas demonstrationũ vniuersales cæteras conditiones ponit has adiectas conditiones, q sint necessariæ & per se & primæ, & hoc, ut instituentibus tribus ipse nominat prædicationem de omni. Expedit aũt perterutari hic quid intelligat per prædicationem primam. Et nunquid hæc conditio cõmunis sit omnibus speciebus demonstrationis simpliciter, aut non sit communis, & nunquid ęt sit cõmunis conclusioni, & præmissis necne? & si sit cõis oibus his, quæ sit causa, qua instituatur cõditio cuiusq; demõstrationis in particulari, & quę sit causa, qua ponatur conditio quarundam demõnum.

Dicimus itaq;, q id, quod repertimus circa hæc apud Abunazar Alpharabium in libris de demõstratione sit, q tam exposuerit prædicatum primũ, q sit illud, quod non prædicatur de genere sui subiecti, & sm hoc genus eius est prędicatum primum, & similiter accidentia, in quorum definitionibus est genus ipsius subiecti: & sm hanc opinionẽ, expediens esset apud ipsum omnia hęc sumi prædicata præmissarũ demonstrationum, hoc est, & genera, & accidentia cõmunia, prout expedit & definitionibus & differẽtijs, & propriis. Et hic decet apud ipsum sumi ipsa prima.

Themistius vero, iuramus q tã exposuerit primum in hoc loco, ex eo q prædicetur de re sine medio, & est apud ipsum, ac si esset cõnexũ illi, quod dicitur in conditionibus præmissarũ primarum q sint prędicatę sine medio, & sm hoc non potest esse verũ inesse hoc significatum primitatis ipsi conclusioni, præterea inuenimus ipsum recipere acceptionẽ generis in præmissis demonstrationum, & ait, q qui nõ reciperet hoc, nõ esset apud ipsum demonstratio, nisi per definitiones solũ, & abnegat ipse hanc rem primitatis esse cõclusionis, ex quo fit per medium, & retulit de Alexandro, q per significatũ primitatis cõclusionis intellexerit, q sit primum illud, quod ostensum fuerit ex præmissis primis.

Nos autem dicimus, q primũ, quod Aristo. instituit conditionẽ prædicationis, oportet esse rem quandam præter perfectatẽ, quã præacceperat in suo libro, quod est quid per se notum. Si autem primum esset sm quod ait Abunazar, q sit illud quod nõ prędicatur de genere subiecti, quod prius instituerat conditionẽ præmissarum demonstrationũ, q sit prædicatum intellectum ex assumpto hic acceptione prima, hoc est ꝓxima, tunc non esset differentia inter per se & primum, nam definitiones & genera, & differẽtia sunt prædicata prima. Et similiter propria & accidẽtia, in quorũ definitionibus accipitur genus subiecti proximi. Si autẽ intelligeretur per nomẽ primi & non primi proximum & remotum sit duarum specierũ, aut remotum quod transgredit genus. de quo speculatur, aut remotũ, quod non trãsgreditur illud. Sic q si itelligeretur de illo remotum, quod transgreditur illud, primum esset res quæ redderet propria quibusdã quæ sunt per se, sed oporteret q sm hanc considerationẽ causæ remotę numerarentur in his quæ sunt per se, & similiter ẽt accidentia, in quorum definitione inuentur genus subiecti. Et sic artes essent permistæ, quam rem renuit etiam Arist. & omnes eius expositores. Si autem per remotum intelligeretur quod nõ transgreditur ipsum genus, quod videtur esse de mẽte Arist. certe est differentia inter primum & per se. Sed nihil proficeret instituere hanc primitatẽ conditionem, quia omne prædicatũ prædicatur de subiecto, quod est vniuersalius eo, siue prædicetur de suo genere, aut non prædicetur de illo in eo quod quid est, quæcũq; autem res quæ non prædicaẽ de aliquo in eo quod est, illa prædicatur de illo sm aliquam speciem accidentis, nam accidens dicitur cõmuniter & proprie, & sm prius & posterius, sicut & per se dicitur cõmuniter & proprie, & secundum prius & posterius. Id autem, quod communiter dicitur, est, quod prius definitum est. Illud autem quod dicitur proprie est quod primũ cognominatur. Re autem ita se habente, primũ quod intendebat Aristo. non est primum quod intendit Abunazar, sed primum quod dicit Abunazar, aut est annexum ei quod est per se, aut est de genere eius quod est per se cõmuniter dictum, quod definierat Arist. quod est, qñ prædicatum inest subiecto, qd' non trãsgreditur genus artis, nã quicqd prędicaẽ de aliqua re, ex quo prędicatur de suo genere, illa est ꝓdicatio per accidẽs sm rẽ propriam sm mentẽ Arist. & non est prędicatũ de illa per se sm rem propriã. nam ꝓdicatio trium angulorũ duobus rectis de gradato est apud tm prædicatio per accidens sm rem propriã, & est per se sm rem cõem: & sitter prędicatio æquidistãtię de duabus lineis, sup quas dũ cadit aliqua linea cõstituit vtrũq; angulũ existentẽ ex vna parte rectum. Arist. aũt tam ostẽdit de hoc q non sit primũ, sed sm sniam Abunazar esset primum. Hoc aũt peculiare est in suo libro. Sed si diceremus, q per primũ intendat hic illud quod prædicaẽ sine medio, certe hoc verũ esset de ipsis præmissis. nam qõ, in qua dr, q gradati anguli sint æquales duobus rectis, nõ est prima, & dũ fuerit cõclusio, est accũtalis sm significatũ proprie dictũ: nã gradati anguli nõ sunt æqles duobus rectis mꝰtum

est

est gradatis. Hoc autem cum non sit inquantũ ipse est, est itaq; et per accidens, per aliud. Ex sententia autem Arist. videtur, q sicut ipse instituit conditionem præmissarum, q sint primæ, sic ẽt ponit conditionẽ conclusionum. & hanc rem iã exposuit in secundo libro Posteriorum analyticorũ: & similiter declarauit, q termini sint mutuo cõuertibiles in demonstrationibus simpliciter dictis, quæ tradunt esse res essentiale, & causam essentialem: nam dũ conuertitur subiectum cũ maiori extremo, inesset illi per accidens, hoc est sm significatum proprie dictum: & similiter, dũ causa non fuerit conuertibilis cum causato, esset causa essendi per accidens. Re aũt ita se habente, dicimus nos, q in demõstrationibus sint tres res naturaliter differentes, quarum vna est ipsum causatum, & secũda ipsa causa, & tertia ipsum subiectũ, cui inest ipsa causa. His aũt rebus naturaliter differentibus existentibus, manifestũ est, q primum quæsitum sit primũ desideratũ naturaliter, & si sic inest medio termino, quæ est prima causa, qua est suũ causatum in suo primo subiecto, nõ per aliã causam. Exempli gratia de triangulo. nam ostensum est, q esse suos angulos æquales duobus rectis sit primum quæsitũ, nam nõ inuenitur hoc proprũ ipsi triangulo per suũ medũ inesse alteri figuræ: medius aũt terminus, quo ostensa est hæc dispositio per demonstrationem, quod fit dum productum fuerit alterum suorum laterũ, esset q angulus exterior æqualis duobus interioribus sit causa prima huius conclusionis, ex quo nõ est hic causa prior illa. Hoc autem ita existente, primũ in quæsito non est primum in præmissis. Et sm hoc non euenit nobis ambiguitas, quæ acciderat aliis Expositoribus, quo nã pacto est primum in conclusione, cũ ipsa sit propter terminum medũ, t. q terminus maior prædicetur in eade minori ratione eius prędicationis de medio. Cõtigit vero eis hęc ambiguitas, quia ipsi non distinguebant inter primum in quęsito apud eos, & primum in præmissis: & ex quo acceperant illud sm vnum significatum, t. q sit prædicatum sine medio, euenit eis ambiguitas, & complicatio, quia in conclusione est prædicatum per medium. et tanti rigoris fuit hoc, q quidam eorũ omnino ponere cõditionem primitatis in ipsis quæstionibus. Totum autem hoc esset contra dicta Arist. & contra rem ipsam in se. Iam autẽ potest dubitari circa hoc, & dici, q sm hoc præmissas demonstrationum, & quæstiones demõstrabiles non ingrediuntur accidentia, in quorum definitionibus capitur genus subiecti, & similiter genera nõ ingrediuntur præmissas, neq; quæstiones. Nos autem dicimus de accidẽtibus, in quorum definitionibus est genus subiecti, q subiectum illorum nõ est absolutum ab aliquo attributo, quod prædicetur de eo prædicatione prima. Re autem ita existente, cũ expediat nobis ponere ipsum per se verum, cõuenit q ipsum interamus per viam ipsius esse, & causæ, quã retulit Arist. & similiter se habet res de ipso genere, t. q subiectum non absolutur ab aliquo attributo, de quo genus prædicetur in eo quod quid est. Et per locũ huius attributi induxit Aristo. circa hoc regulam, qua inueniatur in his ipsum primum, nam esse primitatis in præmissis, quarum prædicata sunt definitiões, est quid per se notũ. Si vero quispiam diceret, cum apud vos cuiq; subiecto insit prædicatum de eo in definitiõe, cuius prædicati sit suum subiectum, & ẽt attributum conuertibile cum illo prædicato, oporteret itaq; accidẽtia per se esse vnius speciei, nã omnibus illis est subiectum, quod capitur in definitione prædicati. Quid ergo proficeret distinguere accidentia in duas species, t. in illa, quorum definitione capitur ipsummet subiectum, & in ea in quorum definitione capitur genus ipsius subiecti, nõ ipsum subiectum. Nos aũt dicimus hãc distinctionẽ esse rationis notioris apud nos, non rõne ipsius rei sm se, nã notius est apud nos, q numerus capiatur in definitione paris, & impa ris, q̃ q capiaẽ attributũ numerale, quo determinetur par & impar, sed hoc attributũ est quasi ignotum moris aũt præmissarum primarũ hic est, q interdantur in scriptione notioris, & non recipetur in eis tuitamen per causas præmissarũ. Si autem diceremus, q oẽ prædicatum accidẽtale per se sit, cuius subiectũ inuenitur in definitione prædicati, tam causa ex accidentibus essentialibus esset qd notius apud nos, q ipsa sint essentialia ex hac scriptione. nã, gratia exẽpli, notius est apud nos, q par & impar sint accidentia essentialia numeri, & si nesciatur natura propria horũ duorum attributorũ, cum notitia nostra de his sit ex notitia nostra, q, pportio horum oppositorũ simul sit ad ipsum genus, & sit proportio propriꝰ ad suũ subiectum, recteo putatur q demonstrationes, quarũ præmissæ non sunt primæ, sint notiores apud nos, q̃ illæ, quarũ sunt primæ: sed cum teneremus tales demõstrationes, possibile erit, q transcendamus ex his in demõstrationes primas sm illa regulam, quã tradidit Arist. & perinde fiunt valde necessaria demonstrationi, & illa est vera regula educendi ipsum primum, & per se sm mentẽ Arist. non educendi ipsum per se sm opinionem Abunazar: & ex quo hoc ita non est necessarii in generibus: nã possibile est q instituamus gões demõstrationum simpliciter, dum eduxerimus subiectum talis attributi, quo genus prædicet de eo in eo q quid est, t. q homo non sit animal inquantum est homo, sed est animal quoddam, hoc non est remotum, dum instituti in conditione generis hęc conditio, videlicet, q sit primũ quæsitum, non existente primo generis, ipsum primum quod prædicatur in eo quod qd est, sed prędicatur de specie naturaliter ipso mediante, t. qñ prædicaẽ simpliciter. Si vero poneremus genera in demonstrationibus simpliciter terminos medios, hoc esset impossibile, quoniã non sequitur ex esse generis esse rei, cuius est genus. Si autem quispiam diceret, q tam intertur per genus alterũ genus vniuersalius eo, hoc intelligitur ex conditione demõstrationis simpliciter, videlicet, quod terminus medius sit causa maioris extremi, nam qñ ostenditur per demõstrationem genus interius illi, q sit genus superius eo, tunc medius terminus illius demonstrationis est causa inesse di maius extremum minori, non causa ipsius sm se. Iam autem ostensum est à nobis in præcedenti quæstione huius tractatus, q in demõstrationibus simpliciter oportet ea, q medius terminus sit causa de numero causatum ipsius maioris absque dubio. Toto autem hoc ita se habente, vt prænotauimus, in demonstrationibus itaq; simpliciter termini medii, aut sunt definitiones maioris extremi tõlum, aut dr̃q. Quæsita vero sunt ex his rebus, quarũ moris est, q sint accidẽtia in subiecto existẽtia: & ideo maior pars demonstrationũ simplr fiunt per accidentia essentialia, put ait Arist. Demõstrationes vero, qbus quęritur esse causarũ ipsius subiecti sunt signa, nam causarum propinquarũ non sunt aliquæ causæ. Causæ vero remotę sunt prima quæsita causatorũ, quibus sunt propriæ illæ causæ. hoc est, q illæ sunt prima, quæ quæritur de illis causatis, qbus sunt propriæ illæ causæ. t. quibus sunt causæ propinquæ. Illæ aũt causæ propinquæ non sunt illis causæ simpliciter, sed sunt causæ essendi ipsas in subiecto, cui sunt causæ secundum aliquam speciem accidentis. exempli gratia si quis ostenderit, quod homo sit compositus ex elemẽtis, quia est compositus ex quatuor humoribus: hæc ostensio nõ esset prima hominis, neq; per terminum medium, qui sit causa essendi maiorem extremitatem in subiecto, in quo fit per se, nã si res ita se haberet, medius terminus esset quædam causarum essendi ipsum maiorem extremitatem. Res

autem hic est econuerso, hoc est, qa maior præcedit minorē, sed in hoc exemplo minor præcedit ipsum per accidēs: & ideo, si tales dicant demonstrationes ipſę sunt demōrationes per accīs, nam esse & eius causa in ipsis est per accīs. Dū vero vellemus cōstituere hoc quęsitum primū ostenderemus ꝙ corpus similarū partiū sit cōpositum ex quatuor elemētis: nā ipsum homogeneū est compositum ex quatuor elementis, tnquantū est homogeneum. Dixtmus vero hoc per signum, qm̄ non reperitur hic in præmissis ſm causam, cuius ostēsio intenditur, cū fuerit causa propinqua: nisi contingeret, quod hoc ostenderetur per aliquam aliam quatuor causarū, ex qua inferatur esse illius causæ quæsitæ, sicut ostenditur causa, quæ est ſm semitam finis per causam, quę est ſm semitam formæ, dum fuerit notior ea. & sic est possibile, ꝙ causa, quæ est ſm semitam materiæ, ostendatur per causam, quæ est ſm semitā formæ: sed in his res non cōuertitur, sed causa, quę est ſm semitam materię, infert causam, quæ est ſm semitam finis & formæ. Sed tales demonstrationes non sunt definitiones in potētia, & termini medij illarum sunt quodā modo causæ maioris, & quodam modo maior est causa medij, & proinde inter partes harum demonstrationum neutra habitudinum essentialium, quas instituimus cōditiones præmissarum demonstrationum reperitur, quæ sunt vt prædicatum sit in definitione subiecti, vel subiectum in definitione prædicati: nam hęc conditio est necessaria in demonstrationibus, quatenus intentum illarum est eductio definitionis, & ideo qui debuit instituendo conditionem hmōi non ad hoc intendū, & nititur ponere has duas cōditiones vniuersaliter in institutione in omnibus præmissis demonstrationum, non operatur recte: prout inuenimus tam hoc egisse Abunazarem. Sicqꝫ iple ostendit, ꝙ, dum illa fuerint vera quæcūq;, non contingit in eis demonstratio simpliciter, quæ sit definitio, aut pars definitionis in potentia. Hę autem sunt primo in: etę in hoc libro, cum ipsa veritas, & notitia, an est, sit, propter formationem, hoc est, propter notitiam quid est, et finis sit ipsa formatio prout ostentum est in libro Priorum, nisi eueniret, ꝙ causa quæsita esset de numero causarū compositarum, & haberet definitionem. & tunc esset possibile, ꝙ eius definitio, aut pars eius definitionis reperiatur in ostēsione tui esse, & simul tradat definitionem & esse. sic itaqꝫ expedit, ꝙ intelligatur prædicatio prima, & per se in hoc libro. Et sic expedit, ꝙ res intelligatur de speciebus demonstrationum simpliciter. Et hinc oportet, ꝙ numerētur nō ex ea parte, vnde finxit eas numerare ipse Abunazar, & deduxit post se homines in confusiones & labores in rebus, & ambiguitates infinitas eum illorum deuiatione a notitia specierū verę demonstrationis, si cōcessissemus illas, quas numerauit esse demonstrationis. Totius aut huius causa fuit remotio huius viri a speculatione Aristo. circa has res. & deuiatio eius abstinere ipsius & tenuo vtium est nobis expediens perscrutari de illis speciebus demonstrationum, quarū meminerat Abunazar in suo libro, quæ sint demonstrationes simpliciter secundum opinionem Aristote. & quæ illarum non sit demonstratio.

Primum genus demonstrationum, quod habet sex species.

Dicimus itaqꝫ, ꝙ prima species primi generis demōstrationum apud ipsum, qui est, cuius habitudo maioris ad medium sit ipsa eade habitudo, quæ est medij ad minorem, quæ est prima species illarum, quarū meminit, est, ꝙ a sit definitio ipsius b, & b sit definitio ipsius c, & dixit circa hāc speciem ꝙ interat alteram duarum conclusionum, aut ꝙ a sit definitio ipsius c, aut sit definitio partium definitionis ipsius c. Quod vero hæc demonstratio interat, ꝙ a sit definitio ipsius c, non potest esse verum, prout ostendit Aristo. ex quo de definitione non constat demōstratio sicqꝫ, si inferret hoc, inferret ipsum per accidens: dum vero inferret, ꝙ a sit definitio partium definitionis ipsius c, notum est, ꝙ cōclusio non esset prima. Re autem ita existente, medius termi nus eius non esset causa maioris: & si cōcederetur, ꝙ sit causa ipsum essendi in minori, esset causa sui esse accidētalis, non essentialis. Veritas autē est, ꝙ ipse non sit causa ipsius maioris ſm se, neqꝫ ipsum essendi in minori, sed est causa minoris solum: cum vero sit causa essendi maiorem in minori, nō causa ipsius ſm se tam est causa accidentalis, nam quicquid est causa ipsius esse essentialis rei est causa sui ſm se, prout ostēsum est in nostro tractatu de conditionibus causarum demonstrationum simpliciter. Sicqꝫ hæc demonstratio, quæ non largitur notitiam rei, nisi ratione causæ accidentalis, est demonstratio falsa non vera. & hoc itaqꝫ etiam possibile est in materijs compositis. Formæ vero non habent definitiōes, quia sunt simplices, & propterea nō est possibile, quòd omnium partium definitionis sit definitio. Secūda vero species huius generis est, ꝙ a sit genus ipsius b, & b sit genus ipsius c. Notum autem est, ꝙ conclusio huius demonstrationis nō sit prima, neqꝫ per causam: & similiter non est causa simpliciter illius, hoc est, maioris extremi, sed est causa essendi ipsum in minori. Ac etiā ex quo vniuersale est notius apud nos, qꝫ proprium, difficile est, ꝙ proprium sit notum, & vniuersalius sit ignotum. Tertia vero species est, a est differentia ipsius b, & b differentia ipsius c, & c. Et de re huius notum est, ꝙ eius conclusio sit non prima, cum differentia non sit primo habens differentiam, sed difficile est ꝙ differentiæ sit differentia, ex parte qua est simplex: nam habens differentiam est compositum, & est ipsa species. Cogitatium autem non est differentia rationalis, nam est pars potentiæ ipsius rationis, ac etiam illa non est demōstratio simpliciter per se: nam medius eius est posterior maiori, nō causa eius, sed est causa ipsius esse maioris in minori, Sicqꝫ secundum hoc demonstratio esse causa accidentalis. Quarta vero species est cōtraria primæ, & est ꝙ ipsius a sit ipsum b definitio, & ipsius b sit c definitio: & dixit ꝙ hæc inferret esse ipsum c definitionem ipsius a, aut definitionem alicuius partis suæ definitionis: ille autem non est syllogismus, tanto minus est demonstratio. Hoc aūt non est possibile, ꝙ definitio rei, aut definitio partis suæ definitionis sit nota ſm esse, & prædicatū sit ignoti esse. nā si ita esset possibilis esset demōstratio de esse specierū ignotarum. Id aūt, quod naturaliter reperitur, est huius contrarū, videlicet definitum sit noti esse, & eius definitio, & definitio partium suæ definitionis sint ignoti esse, & proinde instituit cōditionem demonstrationum ipsam prædicationē ſm cursum naturalē. Quinta vero species est, ꝙ in definitione ipsius a sit genus ipsius b, & in definitione ipsius b sit genus ipsius c: & ait, ꝙ hæc demonstratio continuo inferat accidens essentiale, & illud, quod infert, sit primum, & non primum, & proprių, & non proprium. Notum autem est ꝙ non primum ſm hanc opinionem ad mentē Aristote. est non per se, nam in hac specie, quam intendit Abunazar possibile est esse non primum, qñ accidens fuerit prędicatū de genere subiecti, sicut qui ponit prędicatum de triangulo gradātio, aut æquilatero, æqualitatem angulorū duobus rectis, totum autē hoc est per accidens. Re autem sic existente, nō relinquitur, quòd sint ipsæ præmissæ ſm mentem Aristot. nisi aut ipsum primū, aut ipsum proprium secundum opinionē Abunazar. Veritamē, cum primum ſm hoc significatum non sit primū quod optatur Arist. & dum non est primum ſm illud significatum, quod putat Aristo. tūc est prædicatio per accidens, & causa non est per se. Dū vero fuerint propria, tū possibile est ꝙ sint prima ſm significatum, quod optatur Aristo. quod nos iam exposuimus,

mus, & pose est, ꝙ non ita sint, nisi ex parte qua oportet, ꝙ termino medio sit nexus primi cum maiori, & inueniātur illi conditiones demonstrationis simpliciter, hoc est, ex parte, qua est in maiori, & ex parte, qua quęstio est prima. Subiectum vero accidentis per se, aliqñ fit causa accidentis per se, & aliquādo fit per causam existentem in ea, dum vero fuerit per causam existentem in ea, non est causa prima maioris extremi: igitur nō fit verum per hanc congertem, nisi ꝙ subiectum aliquod sit, quod sit causa accidentis per se sine medio. In ea vero est locus perscrutationis, an dicamus, ꝙ medius terminus sit ex his, quæ currunt cursu differentiæ maioris extremi: tunc. n. esset demōstratio simpliciter, an sit ibi causa, quæ inferat suum esse in illo secundum hāc rem. Sexta vero species est, ꝙ a sit in diffinitione b, & b in definitione c: & iterum hæc non esset demōstratio, nam non est prædicatio secundum cursum naturalem, & difficile est, ꝙ passio sit nota, & habens passionem sit ignotum: sed res est è conuerso, hoc est, ꝙ habens passionem sit notum, & ipsa passio sit ignota: & si hoc esset possibile, esset possibile, ꝙ ostendatur per demōstrationem esse specierum, quę non percipiuntur visu. Hoc autem est signum inutile, sed est demōstratio ſm configurationem, prout homo pictus est homo per configurationē, nam non reperiuntur in illo opera ipsius hominis. Hæ itaqꝫ sunt species, quarum meminit in hoc genere, quarum nullam esse demōstrationem simpliciter est ostensum, nisi daretur septima species, quia termini medij illarum non sunt definitio, neqꝫ pars definitionis ipsius maioris, quæ est conditio demonstrationis simpliciter apud Arist. Secundū vero genus, quod compertimus in suis libris, procedit, pcessu prologi, seu pertitōis principij, nam supponit ipsammet conclusionem: prout dicitur, a & b sunt duæ definitiones ipsius c. Sicqꝫ infert a esse definitionem ipsius c. Sicqꝫ congeries, quam possunt hic, non est vtilis nexus ad illationem oīno: sed hæc est res, quæ accidit demonstrationibus, hoc itaque non meretur numerari inter species demonstrationū. Tertij vero generis prima spēs est, a est definitio ipsius b, & b genus ipsius c: put dicimus, omnis homo est animal, & omne animal est corpus nutribile sentitiuum, & est signum, & est demonstratio causæ, q. propter quid per accidens, non duarum rerum simul, hoc est tui esse in ipso minori & maiori, & est demonstratio per se. Secunda species huius generis est, a est definitio ipsius b, & b est differentia ipsius c, quæ infert definitionem differentiæ rei de ipsa re, v. g. vt omnis homo est rationalis: & omne rationale comprehendit cogitatione, & consyderatione: infert, omnis homo comprehēdit cogitatione et consyderatione: & hæc etiam non est demōstratio causæ, neqꝫ per se, neqꝫ per accidens. Intendo autem per id, quod dico per accidens, ꝙ medius sit causa essendi maiorem in minori solum, & non causa maioris, & per se, quæ complectatur ambas res simul. Medius aute terminus huius congertei neutro horum duorum modorum est cum ipsis differentijs, quæ nō habent definitiones nisi ſm similitudinem, nam vltimæ differentiæ nō sunt compositæ. Compræhendens autem dicitur æquuoce de rōnali, & irrōnali, cum comprehensio sit magis propria q̄ ratio, nam quædam comprehēdio rationalis est per cogitationem, & quædam quæ non fit per cogitationem. Hæc itaqꝫ definitio partitur defectum duob⁹ modis, & qua genus sumptum in ea sit æquuocum, & qua differentia est proprior, q̄ habens differētiam. Et tia autem species huius generis est, a est definitio ipsius b, & ipsius b definitio est ipsum c, & in hac etiam prædicatio est præter naturalem consuetudinem, cum eius congeries fiat in tertia figura, & non fiat demonstratio in tertia figura nisi per accidens, & illatio in illa est per accidens. Nam, dum cōcesserimus, ꝙ vnius rei sint duę definitiones: quarum vna insit alteri per accidens, sicut inesse duarum passionum illi, hęc congeries non inuenitur inter demonstrationes causæ, q. propter quid, neque inter demonstrationes ipsius esse, q. quia natura esse prædicationem ſm naturalem consuetudinem est conditio vtrarūqꝫ ipsarum, nā in naturaliter ignotis auget ignorantia ſm prædicationem naturalem, nā si hic esset subiectum naturaliter, & prædicatum naturaliter, & posset bile esset scire esse illius prædicati, non contingeret ignorare esse illius subiecti, ex quo esse illius prædicati scitur per ipsum inesse subiecto, cum non sit nisi in subiecto, quam ob rem necessario connectitur scientia sui esse cū esse subiecti, & hanc ob rem instituta est conditio prædicationis naturalis necessaria demonstrationibus: occuluit autem illam ille, qui eam occulum, quia latuit eū hæc res de eius dispōnibus. Et, ꝙ expediat, ꝙ si sit eius conditio, non sit necessaria, sed sit propter melius, & perinde vt puto subticuit eā Abunazar in suo libro. Quarta species est, a est definitio ipsius b, & pars eius definitionis est genus ipsius c. Et aut in eo suo libro, ꝙ aliquando inferat esse tantum, & aliquando inferat esse & causam simul. Hoc autem est absurdū, quia cuius terminus medius non est causa essendi maiorem in minori, & est demonstratio causæ, q. propter quid per accidens, & nō essendi maiorem secundum se, vt sit demonstratio propter quid per se, cū eius terminus medius sit posterior, ambobusqꝫ extremis sil. Et Abubachar ben alzayg, id est Auempace conatus est reconciliare hoc, & nō valuit, nam sua reconciliatio deduceret ad aliud genus, nā esset ex similibus illarum, quæ largtuni esse & causam, prout dicimus, ois piscis natans mouetur in aqua: exemplum autem illius, quæ largitur esse, est, vt dicimus, ois equus natat, & omne natās mouetur in aqua: vbi intendit, ꝙ sit discrimen inter illas, ꝙ nare sit quædam differentiarum piscis, & prior eo, cū ipsum nare sit posterius equo, sed si concederemus hoc, conuerteretur cōgeries in aliud genus, quæ esset a definitio ipsius b, & b est differentia ipsius c: sed in rei veritate hęc cōgeries non est demonstratio causæ, sed accidit ꝙ medius in eo sit prior minori, & cum hoc ide sit causa essendi maiorem in eo. Latellit autem hunc virum id, quod intelligit ex dicto Abunazar, videlicet, ꝙ in demonstrationibus simpliciter oportet, ꝙ medius terminus sit causa amborum extremorum, aut alterius ipsorum, et proinde putauit hoc conuerti, cum non conuertatur. Sed Abubahat haramham bin charis ait circa hoc, ꝙ largitat cām medio termino, hoc est, accidenti essentiali existenti æquali generitur subiecti, quod sumitur in eius definitione: putauitqꝫ ipse, ꝙ, cū res sic se habuerit, significat genus subiecti, cum accidens significet illud nomine denominatiuo, & putauit, ꝙ nomen denominatiuum significet accidens, & suum subiectum. Re autem sic se habēte, medius terminus in hoc loco significat accidens, & suum subm, qd est genus extremi minoris. Cū autē ita sit medius terminus est prior minori, qua signat suum genus. Cū vero medius terminus fuerit æqualis suo subiecto, et proprior genere, quod sumit in eius definitione, tunc non significaret ipsum genus, & tunc largiretur esse tantum. Hic autem est error, nam subiectum, quod significat nomen denominatiuum non est prædicatum propositionis, cuius prædicatum est nomen denominatiuum: nā, si hoc esset, nomina denominatiua significarent duo genera, substantiā, & accidens. Et tā meminit huius rei Aut. adeo, ꝙ putauit, ꝙ, quādo dicimus, ois homo est risibilis, prædicatum sit compositum ex substantia & accidente. Verumtamen nomen denominatiuum significat ipsum accidens, & ꝙ ipsum sit in subiecto, nō ipsum accidens, et suum subiectum, nam si ita esset, ꝙ nomen denominatiuum

Secundū genus demonstrationum.

Tertium genus demonstrationū, qđ habet quatuor spēs.

denominatiuum prædicatur de accidenti, nõ esset exẽplaris primitus. Præterea. Si admittere mus etiũ hũc locum largiretur causam, qua est alterius congeries: hoc est, qua B est genus ipsius C, non prout putauerat Auempace. Verisimilius autem optimoni ipsius Abunazar est, ꝙ credat, ꝙ qua est definitum, ample ctatur partes definitionis, & genus extremi minoris sit termin⁹ medius, & notum est, ꝙ dependeat ex medio, & dum extremũ maius fuerit id, cuius prædicatio possibilis sit de eo, hoc est, de genere minoris extremi, tũc largitur causam & esse, nam est causa minoris extremi, & essendi maiorem in minori: si autem fuerit causa minoris, largitur esse tantum. Quartum autẽ genus est, cuius prima species est, quando A est genus ipsius B, & B est definitio ipsius C, & ait, ꝙ per eam intertur genus definitionis ipsi⁹ C, & hoc, dum non fuerit notum in definitione ipsius C. Et secundum hoc esset genus remotum. Et sic hæc etiã esset demonstratio causæ per accidẽs, nam definitio species non est causa essendi suum genus simpliciter, sed est causa ipsum essendi in subiecto, & maior est prior medio termino. Huius autem causa est, quia quæsito non fuerat prima, et ideo maior præmissa eius nõ est prima. Et similiter secũda, quæ est, A est genus ipsius B, & B est differentia ipsius C, huius maior non est prima, & eius medius terminus est causa per accidẽs. Tertia vero species est, A est genus ipsius B, & B est definitio ipsius C: sibi quæ est prædicatio præter naturalem consuetudinem, cum eius cõgeries sit in tertia figura, cuius illatio est accidentalis, quę est genesis mere definitionis, nam est sicut differentia in merè differentiæ. Et ipsa similiter non infert nisi genus remotum, & ideo aiunt circa ipsam, ꝙ largiatur esse subsum, nam est in ut totum esse, ex quo causaret est subiectum constitutionis, hoc est, ꝙ illud, quod facit esse terminus medius reddatur subiectum. Quarta est, A est genus ipsius B, & pars definitionis ipsi⁹ B est C: & hæc etiam notum est, ꝙ interat ipsum esse, quia eius terminus medius est posterior ambob⁹ extremis. Quinta est, prout A est genus ipsius B, & pars definitionis ipsius est genus ipsius C, & ait in suo libro, ꝙ hæc largiatur demonstrationem, quod non verificatur. Et totum hoc est, si recepermus admissionem causarum accidẽtalũ, quæ non sunt primæ in demõstrationibus simpliciter.

Quintum genus demonstrationũ, qd cõtinet quatuor spẽs.

Quintum autem generis prima species, cuius meminit in hoc genere, est, A est differentia ipsius B, & B est genus ipsius C. Et dixit de hac, ꝙ fit demõstratio perfecta, quę largiatur esse & causam, & infert differentiam generis ipsius rei, quæ si numeretur inter demonstrationes simpliciter, est demonstratio non, quarum causæ sunt accidentales, nam medius terminus eius non est causa minoris, sed est causa minoris tolum, non causa essendi maiorem in minori, hoc est, ꝙ sit causa essendi ipsum accidens. Sed est imperfectissimæ perfectatis demonstrationum quarum causæ sunt accidentales, nam medius terminus non est vna quatuor causarum essendi maiorem in minori, ac etiam differentia inest per se habenti differentiam, non specie to ei quę sunt sub habente differentiam, quod est medium habens differentiam, igitur quæstio de illa non est quæstio prima, neque præmissa minor est præmissa prima. Non est itaque demonstratio simpliciter secundum mentem Arist. Secunda vero est, prout A est differentia ipsius B, & definitio ipsius B est ipsum C, quod est prædicatum præter naturalem consuetudinem, & eius conclusio est accidentalis secundum significatum virtuetale, sic ꝙ non meretur ingredi sub signis, neq; sub demonstrationibus. Tertia vero est, vt A est differentia ipsius B, & pars definitionis ipsi⁹ B est ipsum C, quæ largiatur esse, cũ medius terminus sit posterior ambobus extremis: & expedit, ꝙ in A sit aliud quã C, quia de differentijs ipsius C, quæ eis insunt, est B.

Et quarta species est huic consimilis, et non est consyderare id, quod dixit, ꝙ illa largiatur esse, & causam, quia medius terminus est posterior ambobus extremis, & si ponatur prior altero ipsorum educeretur inde ipsa spẽs.

Sextum genus demonstrationũ, qd cõtinet quatuor spẽs.

Sexti autem generis prima species illarum, quarũ meminit est, ipsius A definitio est ipsum B, & B est genus ipsius C, quæ demonstratio largitur esse & causam, quia medius terminus est definitio maioris extremi, et est de numero demonstrationum, quæ largiuntur quid sit, & an sit simul. Sed quæsitum eius non est primum, neque etiam præmissa eius minor. Cum vero vellemus talũ quæsitum esse primum, expediret in subiecto esse attributum, quo quæsitum sit primum, sed dum inuenitur illud attributum transfertur ex hac congerie in aliã congeriem. Species autem demõstrationum, cuius medius terminus est definitio maioris extremi, quæ largit quę situm quid sit, & quare sit, est noti esse inter quæsita accidentis. Nunc vero repertatur inter quæsita substãtiæ est quid speculandum & altæ indagatis, nã quæsita subiectorum sunt genus, aut differentia, vel definitio. De definitione vero notum est, ꝙ non inferatur per definitionem, de differentia vero si ipsa habeat definitionem, ipsa infertur per suam definitionem, et essent quę sita huius congeriei prima, & eius causa prima. Generis vero causa non est prima his, quæ sub genere sunt, neq; ipsum etiam est firmum his, quæ sunt sub ipso, nisi inueniretur nomen attributi vniuersalis, de quo prædicetur definitio generis, inquantum illud est, postquàm genus non prædicatur de specie inquantum est, & si prædicetur de ea in eo quod quid est, cum sit differẽtia inter dicere inquãtum est, & dicere in eo quod quid est. Nam animal prædicatur de homine in eo quod quid est, & non prædicatur de eo inquãtum est, cum fuerit prædicatum de equo & alijs. Et ideo Expolitores dubitauerunt de prędicatione generis an sit prima, nec ne. Et notum est, ꝙ non sit prima, ex quo prima est, qua prædicat de subiecto inquantum est illud subiectum. Secũda species est, definitio ipsius A est B, & B est differẽtia ipsius C, & hoc etiam est demõstratio simpliciter, nam infert differentiam de habente differẽtiam per eius definitionẽ, etusq; præmissas primas, & conclusio est prima, & est de speciebus, ex quibus inducuntur definitiones, et transeunt per hanc spẽm, & præcedẽtem, nam vocatur definitio dictæ ipsius definiti, ex quo dicta ipsius C vere est A, quia definitio ipsius A est B, & B est definitio dictæ ipsius C.

Septimũ genus demonstrationũ, qd cõtinet quinque spẽs.

Tertia est, definitio ipsius A est B, et in definitione ipsius B est C, & hæc etiam est demonstratio simpliciter distinctionis. Et similiter est quarta species, cum educat subiecto attributum, quo est et expositio de omni. Et vt visus inquam, demõstrationes, ex quibus habentur definitiones sunt huius generis, & proinde hoc genus est nobilissima pars demonstrationum. Septimi autẽ generis prima species est, in ipsius A definitione est B, & B est genus ipsius C, & est demõstratio, quam ingreditur id, quod est per accidens, ratione qua genus non prædicatur de eo, quod est sub eo prædicatione prima. Secunda autem est, in ipsius A definitione est B, & B est differentia ipsius C. Et hæc est demonstratio simpliciter, nã non ingreditur eam id, quod est per accidens, & terminus medius eius est quædam causarum maioris, & causa ipsum in essendi minori. Tertia est in definitione A est B, & definitio ipsius B est C: & hęc non est demonstratio ipsius esse, id est demonstratio quia, neq; demonstratio simpliciter, nam eius terminus medius est subiectũ definiti, et eius cõgeries naturalis fit in tertia figura. Quarta autem est, vt in definitione A est B, et B est in definitione ipsius C: & hæc etiã est demonstratio simplr, nã conclusio est prima, & similiter ipsæ præmissæ, & eius medius terminus est causa maioris. Quinta est, vt in definitione B est genus ipsius C, & hæc etiam tradit demõstrationem simpliciter, in qua non permiscetur id, quod est per accidens, cum inferat de C attributum, quo fit eius prima expositio. Octaui generis prima species, cuius meminit, est, vt A est pars definitionis generis ipsius B, & B est definitio ipsius C: & hæc esset demonstratio simpliciter, nam eius medius terminus est causa amborum extremorum, sed permiscetur secum id, quod est per accidens, cum prædicatio A de B non sit prędicatio prima, cum A sit prædicatum de ipso B non inquantum est, & hoc fit, dum A est inæquale ipsi B, dum vero prædicaretur prędicatione prima, esset demonstratio simpliciter, in qua non permiscetur penitus id, quod est per accẽs. Secunda vero est, vt pars definitionis ipsius A est genus ipsius B, & B est genus ipsius C: & huic etiam permiscet id, quod est per accidens, nam eius conclusio nõ est prima. Gratia exempli, qui ostenderet æqualitatem angulorũ duobus rectis de triangulo gradato mediãte triangulo. Tertia autem est, vt pars definitionis ipsius A est genus ipsius B, & B est differentia ipsius C: & hæc etiam est demõstratio simpliciter, nam eius medius terminus est causa maioris & minoris extremi, & non permiscet secum id, quod est per accidens, ex quo A prędicatur de B inquantum est, hoc est, prædicatione prima secũdum opinionem Arist. Quarta est, vt in definitione ipsius A est genus ipsius B, & definitio ipsius B est C: & hæc non est penitus demonstratio neq; signi, neq; causæ, id est, propter quid, nã eius conclusio est accidentalis, & eius minor pręmissa est prædicata præter consuetudinẽ naturalem, etusq; congeries est in tertia figura. Steq; non ingreditur demonstrationes simpliciter, quibus nõ permiscetur id, quod est per accidens aliquod horum generum, quorum meminit Abunazar, nisi hæc tria genera sextum, & septimum, & octauum vltra speciem primi generis. Sextum vero horum generum largitur esse & definitionem, & duo reliqua largiuntur esse, & partem definitionis, quæ currit cum illo differentiæ. Etiam visum est nobis, ꝙ hic sit quartum genus, in quo conexuntur demonstrationes, quæ largiuntur etiam esse, & partem definitionis, & est conuersa differentiæ cum reliquis habitudinibus, & hoc quidem genus non repertur in libro illius. Et fiunt in ipso duæ species demõstrationis simpliciter, quibus non permiscetur id, quod est per accidens. Quarum prima est, vt ipsius A differentia est B, & B est differentia ipsius C. Secũda autem est A est differẽtia ipsius B, & in definitione ipsius B est genus ipsius C. Dum vero volumus hanc esse demõstrationem expedit, ꝙ præmissa minor sit prima. Genus vero, ꝙ hinc accidit, quod est conuersa passionis adiunctis relquis habitudinibus non est demonstratio essendi, id est quia neq; demonstratio causæ, id est pp quid, nam prædicatio in ea esset præter naturalem consuetudinẽ. Reliquæ vero species, quæ putat, ꝙ accidunt ex ipsis generibus, quæ numerauit Abunazar, comprehenditur ipsis generibus, & non est visum protrahere lõgius sermonem circa ea, quorum meminit hic. Ostensum itaq; est ex hoc sermone, ꝙ hęc genera, quorũ meminit Abunazar continẽtur in tribus speciebus syllogismorum, aut sub syllogismo, qui non meretur dici syllogismus, nisi ob eius formam solũ, & est ille, quo impossibile est ostendere aliquod quæsitum ignotum, aut sub syllogismo, qui est ex prẽmissis permissis ex eo quod est per se, & eo quod est per accidens, quod dicitur per posterius, aut sub syllogismo, qui contexitur ex prẽmissis, quibus non permiscetur omnino id, quod est per accidẽs. Et hi syllogismi, cum ipsorũ medij termini fuerint causa maioris, cũ hoc, ꝙ sint causa sui esse, sunt demonstrationes simpliciter, prout diximus. Ex quo autem reperiuntur accidentia, quæ insunt maiori de genere illorum generum, quæ consyderant ipsæ artes, notum est, ꝙ hic sint quædam præmissæ veræ non per se. Et cum illarũ, quæ sunt per se propriarum in singulis generibus, quæ consyderantur, quædam sint primæ, & quædã non primæ, quod non est primum numeratur inter ea, quæ sunt secundum accidẽs, quod cadit in illud genus, & notũ est, ꝙ demonstrationibus, quæ cõtexuntur ex his, quę sunt per se non primæ, permiscetur id, quod est secundũ accidens. Illis vero, quæ contexuntur ex his, quæ sunt per se non primæ, non permiscetur penitus id, quod est secundum accidens, nec egrediens à genere, quod inuenitur in syllogismis veris communibus, qui non sunt per se, neq; incidens generi, quod inuenitur in syllogismis, qui sunt per se, & propriꝰ illi generi, sed non sunt primi. Re ettaq; sic se habente, syllogismi veri sunt trium specierum, syllogismus contextus ex prẽmissis accidentalib⁹ veris, & syllogismus contextus ex præmissis veris per se simpliciter., & syllogismus compositus ex prẽmissis, quæ ex aliqua parte sunt per se, & aliunde sunt accidentales. Re autem ita existente, nos inuenimus, ꝙ tam incidenti consensus ex rebus huius artis, ꝙ non expediat pœnitus numerari syllogismos veros non per se sub demonstratione. Et similiter non est disceptatio quin demonstrationes, quibus non permiscetur aliquid de speciebus eius, quod est per accidens, sint primo dictæ demonstrationes, & ꝙ illæ sint nobilissimæ specierum syllogismorum, & illi eorum, qui fuerint primi, numerandi inter demõstrationes. Demonstrationes vero, quę per mistæ sunt ex ambabus rebus simul, videtur de opinione Abunazar, ꝙ apud ipsum numeretur inter species demonstrationum. De intentione vero Arist. notũ est, ꝙ ipse non numeret illas inter demonstrationes, nã ipse nominat illas secundum accidens, & quodammodo illarum habitudo est ad syllogismos tali graphos, sicut est habitudo verorum, qui non sunt per se: & hoc manifestum est ex eius verbis alibi in suis libris Posteriorum Analyticorum, prout diximus, & est series eorum verborum, videlicet, neq; etiam si quispiam esset ens de singulis triangulis singillatim, hoc est, de quolibet eorum & equicruro, ꝙ illius tres anguli æquãtur duobus rectis, fit, ꝙ tam ostenderit de omnibus enim non humiliter vllum triangulorum esse huius dispositionis, nisi noueritipsum sophistico modo, cuius intentio est, ꝙ tam nouisset esse trium angulorum æqualium duobus rectis de alio, ꝙ de ipso triãgulo, & dum hoc fuerit de re alicuius trium angulorum, expedientius est hoc alibi de locis, ex quibus apparet hęc dispositio de illis. Quod vero ita se habet ipsam secundum te opus reatsic se habere notum fit, dũ exponitur modus, quo homines contenierunt, vt nõ introducant syllogismos veros accidẽtales simpliciter ad ipsas demõstrationes. Hoc autem apparet ex quo scientiæ speculatiuæ intendunt, ꝙ tantũ entia secundum modum scientiæ communicæ operi ipsius naturæ, qui est secundum habitudinem scientiæ huiusmodi, qua operata est, & non est discrimen inter duas scientias, nisi, ꝙ illa, hoc est, ars fecit, & facit ea simul, hæc autem, natura facit ea. Naturalis vero est, cuius operatio fit contensu huius scientiæ communicæ operi naturali, sicut agens intendit de eius scientia ipsum contentum ad actionem facti. Re autem ita se habente, notũ est, ꝙ quando permiscetur scientiæ artificiosæ aliqua res per accidens, siue propinqua fuerit, siue remota, scientia illa est accidentalis illi arti, & non prouenit ex illa opus, nisi opus tuerit proprium, & ideo apparet prima euidentia, ꝙ expediat, ꝙ syllogismi, qui fiũt in artibus operatiuis, sint contexti ex præmissis primis & per se. Si autem opus inde prouenieus esset error tunc dubio. Et proinde hæc est medicorum methodicorum, qui increpant empiricos, euenit error tẽpore operis absq; dubio necessario, quia

syllogismi horum virorum sunt ex præmissis non primis, neq; propriis, sed cõmunibus: et ideo est, quod conqueritur Galenus de Thessalo, cum ipse fuerit princeps huius hæresis, circa hanc propositionem, quam omnes confitentur de artibus operatiuis, videlicet, q; scientiæ illarum non expediat, q; permisceatur id, quod est secundum accidens. Re autem hic existente, cum posuerimus, q; scientia naturalis oporteat, q; sit circa scientiam operantem ex quo videtur, q; scientia vera sit, quæ notificat rem secundum q; est: id autem, quod ipsam notificat per id quod est per accidens, notum est, q; nõ notificet ipsam secundum q; est, quia non conueniret scientiæ, quæ ipsam efficit & iam ostensum est in libro de Anima, q; ne scientia sit, qua homo substantificatur, & q; scientia, cui permisceatur id, quod est secundum accidẽs, non introducitur ad perfectionem humanam, cum scientia intentionum entium, quæ non intendũtur per se, sit, sicut scientia accidentalis talium, non intenta ab arte & non obest illi illius ignorantia: & per hoc differt, quod est per accidens propinquum, & remotum egrediens à genere in idem. Exempli gratia, qua ille, apud quem oritur demonstratio de homine composito ex quatuor elementis qui ipse sit homo, aut qua sit ad, tam ille hominem non secundum definitionem, qua est ens ex elementis apud quem oritur haec demonstratio de homine, qui est compositus ex corporibus homogenets, omnia ut apud illum demõstratio de necessario, quo oporteat, q; animal sit compositum ex homogenets & deinde oritur apud illum demõstratio de necessario, quo oporteat, q; animal sit animal. Ita ille sciret, q; homo sit compositus ex elementis, eo modo, quo est compositus ex his & hæc est scientia, cui remiens opere ex hac re est necessitas, quæ conducta ad defendendum animal in tres partes communes, & proprias, prout accidit scientiæ naturali. Et sic omnes tradentes hoc libro fuit, ex quibus intendatur proferetus veræ scientiæ, qua subsistamus, & perueniamus ad nostram veritatem, quia homo sit humilis excello, & benedicto Deo secundum quantitatem, qua eius naturæ est, q; illa fiat humilis, & transferatur ista scientia de entibus. Ecq; expedit, q; species demonstrationum, quæ sunt in hoc libro, aut demonstrationes, quæ cõducunt habentes illas ad hunc scientiam. Et tam posset hæc res oriri ex duabus præmissis quarum vna est, q; demonstratio fit ex his, in quibus contingit id, quod est secundum accidens, sicut in quibuscunque fuerit, q; est simpliciter, cui non permittetur secundum aliquid huius contrarium. Exempli gratia, qui ex quo sanitas est contraria morbo, oportet, q; sanitas simpliciter simplex sit, cui nihil permisceatur de morbo. Et proinde credidit Galenus, q; reperiantur sanitas et morbus, & medium inter illos. Cum autem præmissimus has duas præmissas, oportet necessario, q; hoc sanitas simpliciter sit, cui penitus non permisceatur, q; sit per accidens. Præmissa vero minor oritur, q; id sit per se manifesta, minor vero ostenditur, quia hæ duæ præmissæ quarum vna est, q; demonstratio sit ex his, quæ sunt per se & secunda est, q; id, quod est per accidens, contrarietur illi, quod est per accidens. Ecq; oportet, q; demonstratio constet ex his, quæ contrarietur, quod est per accidens. Id autem, quod constat ex his est, ostensum. Hæ itaq; fuerunt, quæ promouerunt Aristotelem ad instituendum has duas scientias scilicet hanc & quæ non intelligit Themistius, quando dicit, q; intelligit quantitatem omnium. Et ut quatenus intelligat de unitate tantum, cui non permittetur pluralitas. Arist. autem ex quo ens fuit, hæc res de dispositione demonstrationis, memi-

attributorum, & conditionum, in quas resoluuntur hæ demonstrationes, & constat eis. Et ipsas comprobauit in suo libro, & q; mirabiliter magnificum fuit circa hoc id, quod nobis fecit adipisci de his rebus secundum suũ locum, & suum gradum beatitudinis humanæ: nam humana beatitudo non adipiscatur nisi talibus demonstrationibus. causa autem ignorantiæ opinionis Aristo. est ignorantia rerum, quæ conduxerunt Arist. ad comprobandum has res in suo libro: & proinde nihil ostendit q illos syllogismos, quibus permisceri id, quod est per accidẽs, & hi reperiantur in eis perfectas. Quòd vero hi syllogismi secundum opinionem Arist. vocentur syllogismi falligraphi, apparet ex definitione syllogismi falligraphi simpliciter, qui est syllogismus elenchus, qui putatur, q; sit syllogismus, cum nõ sit syllogismus, hoc est, qui putatur, q; sit demonstratiuus, cum non sit ita, siue putetur, q; sit topicus, absq; q; sit topicus. Et cum syllogismorum demonstratiuorum sint multæ conditiones, notum est, q; qui putat aliquam illarum conditionum, aut plures, q; vnam illarum conditionum, q; illa insint, præter q; ita sit, q; ille syllogismus sit falsigraphus, non demonstratiuus: & notum est, q; qui tuerit fortioris latentiæ, & falsitatis illius conditionis, vel illarum conditionum, ille sit maioris fallentiæ, & dignior, vt attribuatur syllogismo sophistico, & sicut expedit de syllogismo q; sit verus cũ non sit verus, q; vocetur sophisticus: ex quo iam putatur de aliqua conditionum præmissarum demonstrationis, q; ita sit, præter q; sit ita: sic & syllogismus, de quo putatur, q; sit per se, cum nõ sit per se, conuenit, q; vocetur sophisticus. Non tam persitas est quædam conditionum præmissarum demonstrationis, put verus est quædam earum conditionum. Sed hic modus syllogismorum, id est nititur ex eo quod est per se, & eo quod est per accidens sunt vehementioris conte turæ, q; essent demonstrationes, q; q; sint: syllogismi mentientes, et similiter syllogismi veri ex accidentibus simpliciter sunt vehementioris comẽ turæ, q; falsi, & sunt præter hos secundum cõe tura, & persuasibile Arist. vocant demonstrationem syllogismum falligraphum. Hæ itaq; sunt ex hac parte veriores nominis syllogismorum falligraphorum, almde autem putatur de illis, q; sint veriores huiusmodi, hoc est, de quibus putatur, q; sint huiusmodi. Iam itaq; ostensa est ex hoc sermone veritas conditionum, quas instituit Arist. præmissis demonstrationum, & confutatio illorum, qui demunt abremere eius doctrinæ, & peruertit rem circa hoc, & perturbauit ipsum. Et fortasse excusatio Abunazar de hoc est, quia eius liber nondum est completus, nam homines ferunt, q; compertus sit post eius obitum, hoc est, q; obmiserit de eo aliquid. hoc autem significat, quia ipse nõ compleuit ibi numerum illarum specierum, quas expedierat numerare, & considerare, & si in omnibus illis inuenientur species, quæ sunt secundum accidens, non species quas diximus, quæ sunt quatuor. Et fortasse possis putare, q; hæc via sit magis vtilis, & eligibilior, q; via Arist. propter hoc esset res imaginaria non vera. Vtilitas enim comprobaꝫ per habitudinem ad ipsam habitudinem, & ad totũ hoc. Expedit itaq; illi, qui deuiat ab opinione Arist. secundum aliquam harum rerum, q; fecit in medium modos, qui ipsum cõduxerint ad deuiandum ab eius opinione, nã has res adeptus est ab eius maioribus, & ipse perfecit has res, & compleuit eas, prout ait Alexander. Quod vero accidat nobis, q; hæc species demonstrationũ non deceat reperiri vbiq;, hanc rem prout puto cõcederet Arist. & videtur q; id, quod non conuenit, q; scimus ipsum hac specie demonstrationum, melius est, q; ipsum scimus hoc modo scientia mistæ cum illo, quod est secundum accidens, q; q; simus ignari illius, sicut, quando impossibile esset nobis

ipsum scire hac scientia mista, melius esset nobis, q; ipsum sciamus secundum verum non per se, q; q; simus illius ignari simpliciter. Verumtamen totum hoc sit, posteaq; verificatum fuerit nobis, q; non sit nobis via ad inuentionem huius demonstrationis de illo, & hoc deficiẽte nobis principio ad has conditiones de illa, prout dictũ est, & qui non decernit quo iuuamine adiuuetur: et sicut iudex putat, q; cõditiones purtatis aquę, & purtatis sint eædem, errat in iudicio turpi errore, sic qui putat, q; cõditiones harum duarum demonstrationum sint eędem, est absurdissimus errorum, qui sunt artis demonstrationis, & hoc cum admitteremus, q; hæ species syllogismorum, hoc est, quibus permisceatur id, quod est secundum accidens, sint demonstrationes. Nomen autem Dei, qui dirigit ad veritatem, benedicatur, & excellat perpetuo semper. Amen.

Quæsitum XI.

De conditionibus, quæ requiruntur ad necessitatẽ præmissarum demonstrationum.

ARist. expositum, q; ad hoc, q; præmissæ demonstrationis sint necessariæ, oportet, q; habeãt tres conditiones: quarum vna est, q; prædicatũ insit toti subiecto semper: secũda est, q; prædicatio sit per se: & tertia, q; prædicatio sit prima, hoc est, q; sit subiecto absq; medio alterius rei, et sit ei proprium prędicatum. Iam autem dubitauerunt in ipsum circa hoc quidam viri nostri maiores, dicentes, q; non requiratur præmissas demonstrationum necessarias esse per se, nisi concedaꝫ, omne necessarium esse per se, & aunt, q;, qui infert, q; præmissæ demonstrationis sint per se, quia sunt necessariæ, iam concludit ex duabus affirmatiuis in secunda figura, nam orationis congeries sit sic, præmissæ demonstrationis sunt necessariæ, & hę, quæ sunt per se, sunt necessariæ. Et tam putatum est, q; Abunazar declinet ad hoc, dum dicit in suo libro: intendo hic per necessarias ipsas per se, nam iam putatur, q; nõ omne necessarium sit per se, non existẽti autem necessario, q; necessarium sit per se, conuenit, q; ex hoc non sequatur hinc, q; sint primæ. Quo autem modo ait Aristo, q; per se & primo sint proprietates præmissarum necessariarum, ponit hic regulam, vt notificentur ipsę necessariæ. Expedit itaq;, q; hinc perfectutemur quid intendatur per necessarium. Dicimus itaq;, q; si significetur per nomen necessarij, q; eius prædicatum insit toti subiecto semper, & nõ intelligatur ex huius rei interpretatione, nisi id, cuius moris est, q; intelligatur hoc primo mentis occursu. Notum itaq; est, q; non oporteat, q; sit per se, tanto minus, q; sit primum, significatum autem necessitatis, quæ est talis præmissæ, est, q; dum ponitur esse subiectum, oporteat esse prædicatum, & non oporteat, q;, dum ponitur esse prædicatum, q; sit subiectum: hoc autem sic existente, tales propositiones sunt ex aliqua parte necessariæ, & possibiles ex aliqua parte: sua quidẽ necessitas est, qua existente subiectum est & prædicatum: possibiles vero sunt, quia, dum est prædicatum, possibile est q; sit subiectum, licet non sit: hęq; sunt secundum medium necessariæ, non necessariæ simpliciter, & hæ sunt, put diximus, omne rationale est animal, & omne animal est corpus, nam, dũ est rationale, oportet necessario, q; sit animal, & non sequitur ex esse ipsius animalis esse ipsius rationis, nisi possibiliter: & vis talium propositionum est vis propositionis afferentis, q; omne progressiuum sit animal. Illi autem putant, q; tales nõ ingredientur demonstrationem. Constito autem, q; tales propositiones nõ sint necessariæ simpliciter, sed, q; sint mistæ ex necessario & possibili. Hinc itaq;, quod expedit intelligi de nomine necessarii simpliciter, est, cui non admiscetur aliquid sui contrarii, quæ est ipsa possibilitas. prout per nomen sanitatis intelligitur sanitas, cui non permiscetur penitus aliquid ægritudinis, & hoc necessarium est propositionis, cuius posito subiecto, oportet esse & prædicatũ, & posito prædicato, oportet esse subiectum. Hæ itaq; sunt propositiones, quibus penitus non permiscet possibilitas, & hæc est dispositio rerũ, quæ sunt cum his definitionibus, & causis proprijs, hoc est, quibus existentibus, est & ipsum causatum. Dum autẽ intelligitur hoc de nomine necessarij, notum est, q; oporteat, q; illud sit per se, & primum cum hoc, q; prædicatũ inest toti subiecto, & semper. Quòd vero ex talibus necessariis oporteat componi syllogismos demonstratiuos, notum est, q; ex talibus construatur natura rei, cuius notitia quæritur de suo esse, & natura simul, & hoc cõuenit operi ipsius naturæ, & est, cui non permiscetur aliquid possibilitatis, neq; illius, quod sit omnino per accidens. & hæc est scientia, cuius proportio ad res naturales, est proportio notitiæ artificiosæ ad res artificiales: & hæc est notitia, quæ est principium operis apud ipsam naturã, quæ notitia artificiosa est principium operis apud ipsam artem, & hoc est, quo connectuntur vltima primis, & prima vltimis: & hæc est scientia, cuius principium cogitationis est finis operis, & principiũ operis est finis cogitationis, & si hæc fit scientia, qua prouenient omnia entia, & perfectio operis ipsius hominis est, vt ei perueniat de hac scientia quantum suæ naturæ est, q; ei perueniat, prout de his rebus est alibi ostensum. Et expedit, q; suæ præmissæ sint ex talibus necessariis, quare oportet, q; finis artis Logicæ sit perscrutatio proprietatum præmissarum, quæ sunt huiusmodi, & suarum conditionum notificantium ipsas. Hæ itaque tres conditiones, quas Arist. vocat prędicationem de omni, sunt proprijssimæ conditionum præmissarũm demonstrationis, & nobilissimarum suarum specierum, quarum notitia humana cum nobis peruenerit, notificat rem ipsam secundum quod est ens, qui vero sciret rem per præmissas, quibus deficit aliqua harum trium conditionum, sciret illam aliter q; est, ex quo non sciret illam per res necessarias, ex quibus cõstituitur essentia rei. Et notum est, q; qui est deuius ab hac parte doctrinæ, & latuerunt eum hæ conditiones, tam latuerit illum quid sit scientia quæsita in hac arte, & illa est res, ob quam Aristoteles retorsuue eduxit conditiones præmissarum & syllogismorum, qui fiuntur ad illa. Notabilissima autem harum trium condritionum, & excellentissima, & fortissima ipsarum circa hanc rem est, ipsas esse primas, & perinde fit, quod intẽdit Arist. de hac cõditione, et notificat modos verificationis, quæ accidit nobis circa illam, & tradidit regulam, qua ipsam educamus, dum nos latuerit, nam sicut syllogismus topicus est prior syllogismi notitia, q; syllogismi, qui sunt ex præmissis per se, sic putaꝫ, q; res se habeat de syllogismis, qui sunt ex præmissis per se, non primis cũ syllogismis, qui sunt ex præmissis per se & primis, hoc est, q; tales syllogismi sint notiores apud nos, nam cognitio cadit in ipsos naturaliter: & sicut sermones topici sunt præmissi ad syllogismos per se, sic illi, qui sunt per se, sunt præmissi ad syllogismos primos, & sicut hæc ars tradit regulas, quibus transferimur à præmissis probabilibus ad per se, sic tradit regulas, quibus transferimus ex per se ad primas, & illæ sunt finis scientiæ rei. Iam autem significatum, q; primitas sit fortissima conditionum demonstrationis, nã qui cognouerit aliquam artium operatiuarum, quę sermone scituntur, & effecerit eam absq; his præmissis, eius opus sine dubio erit error, nã illius operationes permisceretur cum eo, quod est per accidens. Sic itaq; expedit, q; intelligatur intentio Arist. in hoc loco, et sic oportet, q; exponaꝫ. Et applexus fuit Themistius circa reprehensione huius dubitationis, et nõ expositum huc locum, put cõuenit.

Quæsitum XII.

De Medio demonſtrationis, an ſit cauſa maioris extremi.

1 Poſt tex. cõm. 11.

IAm dubitaret quiſpiam de eo, quod ait Ariſto. & inſtituit conditionem demonſtrationũ ſimpliciter, ꝙ ipſarum medium ſit cauſa maioris: hoc eſt, eius definitio, & an ꝙ demonſtrationes, quę largiũtur eſſe res, & cauſam ſui eſſe per ſe, ſint huius cõditionis. Nã Abunazar ait in ſuo libro, ꝙ neceſſario oporteat cauſas, quę ſumuntur medij termini in demonſtrationibus, vt oẽs ſint definitiones, aut partes definitionum amborũ extremorum, vel vnius ipſorum, aut alicuius, quod eſt ali quo modo commune ambobus, & hoc decernit, ꝙ demonſtrationes ſimplices apud ipſam ſint trium ſpecierum: demõſtratio, cuius medius terminus ſit cauſa amborum extremorum, et demonſtratio, cuius medius ſit cauſa ſolum maioris extremi, & demõſtratio, cuius medius ſit cauſa minoris ſolum. Autẽna vero ait, ꝙ demonſtrationes ſimplices ſint duarum ſpecierum, quædam ſpecies eſt, cuius terminus medius eſt cauſa eſſendi maius in minori, & cauſatus à maiori nõ cauſa illius, prout dicimus, homo eſt rationalis, & rationale eſt animal. Rationale itaq; non eſt cauſa animalis ſimpliciter, ſed cauſa neſſendi animal ipſi homini. Sermones autẽ duorum vtrorum circa hanc rem ſunt affines ſecũdum ſignificatum. Nam ſi demonſtratio largiatur cauſam, & eſſe, & eius medius terminus eſt ſolũ cauſa minoris, accidit, ꝙ ſit poſterior maiori: prout dicimus, omnis homo eſt rationalis, & omne animal eſt animal: & omnis homo eſt animal, & omne animal eſt corpus nutribile: animalitas itaq; eſt cauſa neſſendi nutribile ipſi homini, & non eſt cauſa eſſendi ſimpliciter ipſum nutribile, immo nutribilitas eſt quædam cauſarum ipſius animalitatis: niſi ipſe Auicenna velit, ꝙ inuentantur quædam demonſtrationes cauſę & eſſe, quarum medius terminus ſit cauſa neſſendi maius minori, cum ille ſit poſterior illis ſecundum eſſe, prout putatur de ipſo. Videtur autem, ꝙ hæc ſit demonſtratio cauſæ per accidens: hoc autem euidentius eſt ex eo, quod poſtea dicit circa conditiones demonſtrationum ſimplicium, & cõditiones eſſendi cauſas aſſumptas in illis, & connexum eſt eis cum hoc, ꝙ permittantur his rebus, ex quo ineſt illis, & reliquis humanis bonis, vt perueniat ad cauſam propter quam, & tales res ſunt de ſuis conditionibus. Nos autem dicimus, ſi vera ſcientia ſit, vt ait Ariſt. ꝙ res cognoſcatur per eius cauſam per ſe, qua ipſa eſt, non per cauſam accidentalem, oportet neceſſario, ꝙ cauſa eſſendi ipſam rem per ſe ſit cauſa ipſiuſmet rei, ex quo res eſt per ſe per eius cauſas per ſe, ſiue reſ ſit ex his, quæ ſunt in ſubiecto, ſiue ſine ſubiecto. Re autẽ ſic exiſtẽte, oportet, ꝙ ſit cauſa eſſendi maius extremum in minori per ſe primo. Hoc autem ſit, dum maius extremum prædicatur de minori prædicatione de omni, & ſimiliter terminus medius de maiori, & minori: & ideo quod ait Ariſt. ꝙ expediat, ꝙ quæſita ſint vniuerſalia, & cauſæ ſint vniuerſales, intendit, ꝙ prædicatum ipſarum affirmetur de ſubiecto, aut negetur ab eo, inquantum eſt: et illa eſt prædicatio æqualis cõuertibilis, prout intra oſtendetur. exempli gratia, quia quæſitũ vniuerſale eſt quo quæritur, nunquid omne animatum ſit animal. nõ vniuerſale autem eſt quo quæritur, nunquid homo ſit animal, nam animatum, inquantum eſt animatum, eſt animal, ſed non inquantum eſt homo eſt animal: nam ſi ita eſſet, omne animal eſſet homo, igitur non oſtenditur in quæſitis vniuerſalibus cauſa neſſendi prædicatum ipſi ſubiecto, nam eſſe prædicati in ſubiecto eſt per ſe: hoc eſt, inquantum illud eſt: ex quo autem ineſſe prædicati illorum ipſi ſubiecto eſt per ſe, oporteat neceſſario, quòd cauſa neſſendi ipſum ipſi ſubiecto ſit cauſa ſui ſecundũ ſe: nam res, quæ eſt cauſa neſſendi rem per ſe, eſt cauſa ſui ipſius ſecundum ſe, prout aliquis diceret, quare animatum eſt animal, & dicitur, quia eſt ſenſitiuum. Senſus itaq; eſt cauſa animalis, & cauſa ipſum eſſendi animatum. Quorum vero ineſſe prędicati ipſi ſubiecto eſt per accidens: hoc eſt, non prędicatur de illo inquantum ipſum eſt, nihil prohibet quin cauſa neſſendi eius prædicatum non ſit cauſa prædicati ſecundum ſe, prout eſt de interrogante, nunquid homo ſit animal, & oſtenditur, ꝙ ſit animal, quia eſt rationalis, ineſſe hic non eſt per ſe, neque ipſa cauſa. Re autem ſic exiſtente, & harum demonſtrationum cauſis exiſtentibus accidentalibus, illæ non largiuntur veram ſcientiam, quæ quæritur per demonſtrationem, quæ eſt ſcientia, quæ habetur per cauſam per ſe. Illud autem, quod non largitur ſcientiam demonſtrationis, non eſt demonſtratio, quales ſunt hi ſyllogiſmi: hoc eſt, qui largiuntur cauſas accidentales, & eſſe accidentale, qui putantur, quòd ſint demonſtrationes, & non ſunt demõſtrationes, & nõ ſunt niſi ſyllogiſmi veridici non per ſe. Intendo autem hic per non per ſe, qui non ſunt per ſe per rem de omni, nã per ſe dicitur vniuerſaliter & proprie, id autem, quod vniuerſaliter dicitur, eſt ſpecies ipſius per ſe, quæ deſcribitur in libro Poſteriorum, dum dicitur, ꝙ ſpecies ipſiꝰ per ſe ſint duæ. Proprie autẽ dictũ eſt, quod eſt de prædicatis per ſe, quæ cœquantur ſubiecto: hoc eſt, quæ prædicantur de ipſo inquantum ipſum eſt, & illud eſt, quod Ariſtoteles appellat nomine primi prædicati, qđ inſtituit conditionem prædicationis de omni, quæ inſtituitur conditio præmiſſæ demonſtrationum, prout intra perſcrutabimur ſecundum eius definitionem: ex quo autem latuit illos viros res, quam inſtruit conditionum demonſtrationum, ex quo eſt ipſarum prædicatio de omni, & de quibus inſtituit illam conditionem, ideo latuit eos hoc de demonſtratione ſimpliciter. Iam itaque oſtenſum eſt ex hoc ſermone, quòd neceſſario oporteat, quod cauſæ mediæ demonſtrationum ſimpliciter ſint de cauſis maioris termini, ex quo demonſtrationes ſimpliciter largiuntur eſſe per ſe per cauſam per ſe, & tales ſunt cauſæ, quas dicit Ariſtoteles, quòd ſint vnæ, & quòd ipoſſibile ſit, quod vnius rei ſint duæ cauſæ huius conditionis: nam ſi illius eſſent plures, ꝯ vna cauſa, auferretur, quòd proportio rerũ ad ſuas cauſas ſit neceſſaria, & partes definitionum nõ ineſſent neceſſario ipſi definito, & oporteret quod ſpecies eſſet ex pluribus, quàm ab vna cauſa ſecundum ſpeciem: hoc eſt, quòd impoſsibile ſit, quòd fiat ex pluſquàm vna materia, nec ex pluſquam vno agente, aliter eſſe ſpecierum ex ſuis cauſis non eſſet neceſſarium: totum autem hoc eſt contra id, quod eſt per ſe notum, & contra principia ſuppoſita in hac arte, quibuſdam autem viris, ex quo deuiauerunt ex conditionibus prædicationis de omni, quam tradidit Ariſtoteles in quæſitis demonſtratiuis, & præmiſsis demonſtratiuis, euenit hic error & præcipue Abunazari ipſe enim deuius eſt ab hoc ſermone, & proceſsit in demonſtrationibus quodam proceſſu, quo putauit complere numerum ſpecierum vltimarum demõſtrationum ſimpliciter, abſque quòd inſtituat eis hanc conditionem, & defatigauit viros noſtræ ætatis in quibuſdam artibus, abſque profectu aliquo, adeo, quòd ipſi conſtruxerunt longas editiones circa ſuum librum de Demonſtratione, quæ ſunt nimis multiplices, quàm ſit ſuus liber: totum autem hoc eſt error, & ſuperuacuum pro hac arte, prout poſtea Deo iuuante oſtendemus.

Quæſitum

Quæsitum XIII.

Quo modo fiat translatio ab vna arte in aliam.

,Poſt. tex. cõm. 54.

ARiſtoteles ait, ꝙ, ſi demonſtrationes transferantur ab vna arte in altam artem: & vult per translationem demõſtrationis, ꝙ vna propoſitio maior fiat in duabus artibus ex vna parte vnius loci ſyllogiſmi, non ꝙ duæ propoſitiones ſint eædem in duabus artibus, vt ſubiectum quæſiti ipſarum ſit vnum & idẽ. Hoc autem ſic exiſtente, non eſſet ibi translatio: ſicꝫ non numerarentur in demonſtrationes, niſi vna earum eſſet ſub altera: hoc autem ſic exiſtente, ars eſſet vna. translatio itaque fit, dum medius terminus, et maius extremum eſt vnum in duabus artibus. Ariſtoteles autẽ arguit in hoc: nam, ſi expediret, ꝙ medius terminus inſit minori per ſe, & maior medio etiam per ſe, & perfectas non tranſcendit genus, circa quod fit conſyderatio, iam oportuiſſet, ꝙ non transferrentur demonſtrationes: nam impoſsibile eſt, quòd genera & differẽtiæ conuentant in prædicato per ſe. In totum autem hoc ſunt dubia, quorum vnum eſt, quia hoc verificaretur, dum admitteremus, ꝙ non inuentantur præmiſſæ per ſe extra genus, circa quod fit ſpeculatio. Ariſtoteles autem verificat in ſuo libro, ꝙ per ſe ſunt duę ſpecies, per ſe, proportionatæ, & ſunt quæ non tranſcendunt naturam generis, prout ſunt par & impar, quæ inſunt numero: aut per ſe, quę ſunt pluſsĳ vnius generis, prout dicimus res æquales vnt res ipſæ mutuo ſunt æquales, et res ſimiles, dum permutantur, ſunt proportionatæ. hæ itaq; ſunt pluſsĳ vnius generis, & vtitur eis pluſsĳ vna ars. Hoc autem ſic exiſtente, tã poſsibilis eſſet translatio demonſtrationum, & omnes conueniunt in oſtenſionibus veridicis, & non per ſe vnius artis. Tertium autem eſt, qa nos inuenimus plures artes partiales, quæ ſunt ſub vna arte, quæ perſcrutantur vnum prædicatum, quarũ inte rior ſumit præmiſſas maiores, quæ oſtenſę ſunt in ſuperiori, put ſunt ars Geometrica, & ars Perſpectiua, quæ eſt ſub ea: Geometrica enim perſcrutatur æquidiſtantiam, quæ eſt linearum inquantũ ſunt lineæ, & ars Perſpectiua æquidiſtãtiam, quæ eſt linearum radioſarum, dum vtitur præmiſsis geometricis per modum ſuppoſitionis. Ariſtoteles autem reſpondet his duobus dubĳs. Ad primum quidem dicit, ꝙ præmiſſæ illæ, de quibus putatur, ꝙ ſint vniuerſales, ſunt cõmunes, hoc eſt, vniuerſales nomine ſolum, & proinde dum artifex limitat eas, & appropriat ſuo ſubiecto, redduntur per ſe, & proportionatę, & præcipit artifici, ꝙ faciat hoc. Gratia exẽpli, ipſe Geometra vice ſui dicti, res æquales vni rei ipſę mutuo ſunt æquales, dicit, lineæ æquales vni lineæ ipſę mutuo ſunt æquales. Ad ſecundum vero dubium reſpondet, ꝙ propoſito intellecta non fit in duabus ſcientĳs ex vno loco, ſed fit in ſcientia ſuperiori, quatenus ſit concluſio, & in ſcientia inferiori, quatenus ſit præmiſſa: ſi autẽ fieret in duabus ſcientĳs, ex vno loco eſſet tranſlata, non eſt autem hæc diſpoſitio ſcientiæ ſuperioris cum ſubalterna eius. Sed diſpoſitio omnium ſcientiarũ cum omnibus ſcientĳs, quarum principia ab eis ſumũt, eſt, ꝙ, quæ ſumit principia ab alia, ſit poſterior ea ſecum dum eſſe, aut prior. Exempli gratia, quia, dum Perſpectiuus oſtẽdit æquidiſtantiam, quam oſtendit Geometra per caſdẽ præmiſſas, fit translatio demonſtrationis: & ideo, dum ſumit Perſpectiuus illas præmiſſas, & vtitur eis in ſua ſcientia, præmiſſæ ſunt accidẽtales, ex quo illa prædicata verificantur de lineis, inquantum ſunt lineæ, non inquantum ſunt lineæ radioſæ. Et ideo ſi Perſpectiuus perſcrutetur æquidiſtantiam, non trãſit in ſua perſcrutatione ad locum, quẽ perſcrutatur Geometra. Sed, dum attingit illum, ſupponit illam acceptã à Geometra, et hinc oſtenditur, ꝙ non ſit artifices perſcrutari ſua principia et propria, niſi ſint per ſe nota: ſi autem vera eſſet translatio demonſtrationis, hoc fieret poſsibile, ſicꝫ circa hanc reſpõſionem huius dubĳ non eſt inſiſtẽdum. Circa vero reſpõſionem primi dubĳ, putatur, quòd ſit inſiſtendum, & quòd ſit ambiguitatis locus, nã quiſpiam poſſet dicere, ꝙ nec æqualitas, neq; proportionalitas ſit nomen æquiuocum, ſed inſunt quantitati, inquantum ipſa eſt quãtitas, cum iam expreſſerint Abunazar, ꝙ æqualitas ſit per ſe quantitatis, licet videatur dubitare circa hoc alibi, dum ait, ꝙ niſi æqualitas eſſet nomen æquiuocum, oporteret inuenirĳ propoſitiones communes pluribus ſuĳ vni arti. Hoc autem ſic exiſtente, poſſent demonſtrationes trãsferri, aut ars poſſet perſcrutari principia, quæ conſueuit dici, ꝙ ſupponat ipſa recepta ab alia, ex quo ibi non eſt aliquod impediens hoc: nam poſsibile eſt, quòd illa principia ſint talia, quæ oſtendenda ſint per tales præmiſſas. Hæc autem res indigeret quadam vlteriori conditione, ꝙ artifices non ſit perſcrutari ſua principia, quæ oſtenduntur in alia ſcientia, dum illa principia oſtenduntur per præmiſſas æquiuocas. Ac etiam miror, quæ differentia fiat inter demõſtrationes modorum non per ſe, quę poſſunt trãsferri, & inter has: nam, cum ipſarum, quæ ſunt per ſe, ſint duę ſpecies, quædam ſpecies, quæ non poſſit transferri, & ſunt illæ, quæ non poſſunt tranſcendere genus, de quo ſpeculatur, quoniam pacto diſcernantur iſtę ab illis, quę penitus nõ ſunt per ſe, prout euenit demõſtrationi Britonis de quadratura circuli. Præterea, ſi poneremus æqualitatem nomen æquiuocum, magis eſſent nomina æquiuoca vnum, & ens, & contrarium, & alia prædicata, quæ ſunt ſcientiæ Metaphyſice, & ꝓpoſitiones ſcientiæ Metaphyſice eſſent topicæ, non demonſtratiuę, ex quo non appropriarentur vni ſubiecto. Hæc itaq; ſunt dubia, quæ contingũt his duobus ſermonibus, hoc eſt, ꝙ æqualitas ſit nomen æquiuocum, & ꝙ non ſit nomẽ æquiuocum. Et expedit, ꝙ perſcrutemur de illis, & dicamus, ꝙ, niſi æqualitas ſit nomen æquiuocum, neceſſario eius eſſet ſubiectum proprium, quod non eſſet nomen æquiuocum, hoc autem nihil eſſet, niſi quantitas, ex quo tam dictum eſt, ꝙ æqualitas ſit proprietas quantitatis. Si vero eſſet vnum genus ſecundum vnam rerum, quib⁹ dicitur de ſubiecto artium, quod ſit vnum, oporteret ꝙ partes ſpeculatiuæ partium quantitatis eſſent partes vnius artis, & eſſet ars, quæ cõtyderaret orationes, & quæ eduntur de numero, & ars tractans de tẽpore, & loco, quæ eſt ars naturalis, omnes eſſent partes vnius artis: nã oẽs hæ ſunt ſpẽs ingredientes ſub vno genere, ſicut ars, quæ conſyderat ens mobile, & ſpecies mobilium, eſt vna eadem ars, quæ eſt ars ſcientiæ Phyſicæ, & ſimiliter ars, quæ ſpeculatur magnitudines, eſt vna eadem ars: totum autem hoc eſt abſurdum & impoſsibile: ſicꝫ ergo quantitas eſt nomẽ æquiuocum vere, licet ſit vnum æquiuocum ſecundum famoſitatem, quod eſt vnum genus: ſicꝫ, cum æqualitas nõ ſit vnius ſubiecti, nõ dicitur vniuoce: nam, oportet, ꝙ partes definitionum eorum, quæ dicuntur vniuoce, ſint neceſſario vniuocæ. Si autem diceretur, ꝙ hinc etiam vnum, & multitudo, & contrarium, & cætera talia prædicata propoſitionum primæ Philoſophiæ, ſint etiam æquiuoca, & nõ daretur ars vniuerſalis, quæ ſpeculetur ens inquãtum ens, diceremus, ꝙ genus vnius artis oporteat, ꝙ ſit vnum ſecundum analogiam, aut vniuoce, ſicut, dũ dicitur analogice prædicata veridica de illo dicuntur analogice, prout eſt prædicatio vnius & multitudinis de ipſo ente: nam proportio ſignificati entis ad ſpecies entium eſt proportio ſignificati vnius & multitudinis. Dum vero diceretur vniuoce, prędicata veridica dicerentur

diceretur vniuocæ, quantitas vero nō est genus secundum vnum horum significatorum, hoc est, neq; vniuocæ, neq; analogicæ: & ideo mutua proportio significatorum æqualitatis non esset proportio mutua partium quantitatis, prout proportio significatorum vnitatis & multitudinis, & potentię, & actus est mutua proportio entium, quæ denominantur per hæc prædicata. Cum autem omne genus artificiosum sit vnū genus, aut analogice, aut per significatum, quantitas autem nō est hu-ismodi. Notum itaq; est, quòd ipsa nō sit genus vnius artis: hoc autem sic existente, æqualitas, quæ de ea prædicatur, est nomen æquiuocum. Si autem quispiam diceret, quæ nam ergo sit differentia inter has propositiones, & inter propositiones, quibus vsus est Aristoteles, cum ille non introducantur in demonstrationem eo modo, quo hæ propositiones intrant, dicimus, q; conditionis talium propositionum ingredientium demonstrationem sit, q; prædicatum & subiectum ipsarū sint quasi analogice dicta, & q; nō sit vera analogia: & ideo sæpe ingrediuntur in ipsas artes, & potest esse, quòd numerentur inter subiecta. Si autem est subiectum, & prædicatum, vtraque diceretur secundum veram analogiam, ingrederetur in vnam artem: sicut si essent æquiuoca simpliciter, nō fieret aliquo pacto vna propositio, neq; ingrediens artes demōstratiuas, propositiones vero Brissonis, ex quo ipsarum prędicatum, & subiectum non dicuntur secundum analogiam veram, neque quasi veram, non ingrediuntur in demonstrationem plurium artium, neque vnius artis. Et ideo dixit Abunazar de illa, quòd sit topica: nam, propositio æquiuoca perfectæ æquiuocationis veridica, nullo modo ingreditur in artem demonstrationis. Sed propositio Brissonis est quasi analogica, nam differentia significati æqualitatis quæ est inter lineam rectam, & circularem, est vehementioris discriminis, quam significatum æqualitatis, quæ est inter alias magnitudines rectas, adeo, quod quasi dicatur pure æquiuoce. Aristoteles autem considerat i Septimo Physicarum auscultationum, quod fiat comparatio inter rectum & circulare, sed Geometra id contigit vti hac comparatione de hac specie propositionum verarum, quæ non sunt per se, hoc est, quæ penitus non introducuntur in aliquam artium demonstratiuarum, neque in vnam, neque in plures artes. Ex his, autem, quæ non sunt per se, quædam transferuntur ab aliqua arte in aliquam artium, sunt veridicæ, prout hæ sunt, quæ transferuntur ex scientia Geometrica in scientiam Physicam, vel e conuerso, si verum sit, quòd quædam veridicæ non per se introducantur in aliquam artium demonstratiuarum, & quædam non ingrediantur tales. Quædam autem propositionum verarum sunt, quæ ingrediuntur in vnam artem, & sunt illæ, quarum prædicatum dē eo modo quo dicit de subiectū, si dicatur vniuoce, vniuoce, hoc rem dicatur analogice, analogice. Si vero prædicatum subiectum dicantur quasi analogice, illę subintrant artes differentes numero, prout est æqualitas, illæ vero, quæ priuantur analogia prędicati & subiecti, ac eo un quasi illorum analogia, non subintrant penitus aliquam artium demōstratiuarum. Iam itaque ostensum est, quo pacto fiant propriæ propositiones ipsis artibus, & quo modo non fiant propriæ. Intento autem mea est inuenire vnam propositionem, qua vtantur plures artes. Dum autem ars particularis considerat aliquam rem, considerat & illam ars vniuersalis superior quam ea, prout cōsyderat scientia Physica contrarietates naturalia, & connexa naturalia, sed non considerat ipsum vnum, inquantum est vnum, neque species, in quas diuidit ipsum vnum, neque quæ sunt subtilis, neque considerat accidentia, inquantum sunt ipsius vnius, sed tantummodo, & genera, quæ sunt subiecta cuiusdam certi accidentis, Hoc autem sic existente, duę artes non conuenient in termino medio, neque in termino maiori. Sed inuenimus Abunazar perturbantem sermonem circa hanc rem. Nam, dum loquitur de eo, in quo conueniunt artes, fit possibile apud ipsum, quòd conueniant in termino maiori, nec transgreditur, quin conueniant in termino medio, vt apud illum, qui concedit, quòd propositiones communes artibus, quædam sint communes duobus terminis simul, prout ipse ait in suo libro, & putat, quòd illæ, quę sunt per se, aliquando sunt vniuersaliores quàm sit ipsum genus. Id etiam, quod ipse ait, quòd duæ artes, quarum sua subiecta fuerint duæ res sub vno genere, & non concernunt totam consyderationem, eo quòd non solum reperiuntur amborum subiecta in suis definitionibus, sed etiam ostendunt per demonstrationem genera suorum subiectorum de quibusdam suis inferioribus. Si autem sua prima subiecta dependerent ex accidentibus sibi se, & generibus, esset possibile, quòd vtraque earum ostenderet vnam eandem rem de vtrisque suis subiectis differentibus vniuersaliter per duos terminos medios differentes. Hic est sermo non verus, nam quælibet duæ artes, quæ sunt sub vno genere, sunt vna ars, dum in sua subiecta diuiditur ipsum genus prima diuisione, prout est diuisio corporis mathematici in corpus circulare, & rectum: nam ars, quæ consyderat corpus rectum & circulare, sunt duæ partes consyderantis corpus mathematicum simpliciter, dum autem corpus nō diuiditur in ea prima diuisione, non consyderant genus amborum, nisi duobus differentibus modis. Et vt vniuersalius inquam, artes subalternę alteri arti subintrant illam per additionem, & diminutionem, non ex parte, quæ sunt quædam species de numero specierum illius generis. Intendo autem per additionem & diminutionem, quod artes particulares reddantur particulares per subiectum, de quo consyderat vniuersalis superior, quàm illa per conditionem illi superadditam, prout est dispositio scientiæ naturalis cum Mathematica: nam, Mathematica cōsyderat corpus imperfectum, hoc est abstractum à motu & quiete, Naturalis autem speculatur de eo per additionem, hoc est, qua sit mobile, & quiescens. Constito autem hoc, quod quælibet duæ artes existentes sub vno genere, non per additionem, & diminutionem, sed per diuisionem corporis in illas per differentias sint, ex quibus construitur vna ars, & notum est, quòd si sint duæ artes, quæ ostendant per demonstrationem genus commune vtrisque, illę duæ artes largiantur demonstrationem, quæ sint duæ artes partiales sub vna arte, quæ est consyderans illud genus: nam illud genus diuiditur in illa prima diuisione, prout diuiditur corpus in superficiem rectum, & rotundum. Totum autē hoc significat, quòd liber Abunazar de Demonstratione, nondum fuerit completus: nam, potius putandum est hoc de Abunazar, quàm quòd sit putandum, quod latuerint eum hæres, ob illius peritiam circa hanc artem. Propositionibus vero logicis, inquantum sunt pars artis Logicæ, vtuntur reliquæ artes, & præsuppositis, aut secundum modum, quo quædam artes vtuntur propositionibus, quæ ostenduntur in alijs artibus. Iam autem dictum est, quo modo fiat hoc, & non fit translatio demonstrationis: ficq; ostensum est hinc, quòd impossibile sit, quod transferantur demonstrationes ab vna arte in altam artem secundum opinionem Aristotelis, & sermonem Abunazar in fine capituli, in quo locutus est de communitate artium. Et hinc ostenditur vbi, & quando, & qualiter sit possibile, quòd transferantur demonstrationes ab vna arte in aliam artem, & vbi non sit possibile: nam non verificatur, quod demonstrationes penitus transferantur, nisi

nisi vocaretur translatio vsus, quo quædam artes vtuntur quibusdam propositionibus, quæ ostenduntur per demonstrationem in alia, hoc autem est debile dictum.

Quæsitum. XIIII.

De triplici genere diffinitionum in ordine ad demonstrationem.

1. Poster. te. 66. 64. & 2. Poster. tex. commen.

AIt Philosophus, quòd diffinitionum quędam sit conclusio demonstrationis, prout ait, & quædam sit principium demōstrationis, & quędam sit demonstratio positione differens, & significatum dicti Aristo. est quòd diffinitio educatur ex ipsa demonstratione, aut ipsam largiatur ipsa demonstratio. Dicimus itaque, quòd Abunazar velit, quòd vnt diffinito accidant duæ diffinitiones, quarum vtraq; sit imperfecta, & illarum aggregatum sit diffinitio perfecta, et per demonstrationem ostenditur vna duarum diffinitionum de ipso diffinito per inesse alterius eidem, prout ostendimus de eclipsi Lunæ, quòd sit defectus luminis Solis ab ea ratione interstitij terræ inter ipsam & Solem: nam vtrunque horum est diffinitio eclipsis, sed est diffinitio imperfecta, & suum aggregatū est diffinitio perfecta. Tales itaque demonstrationes opinatus est Abunazar de Aristot. quòd aggregent tres species diffinitionum. Per hoc autem inspice contrarium suæ opinionis: nam diffinitio aggregata ex his duabus diffinitionibus imperfectis est demonstratio differens positione, quarum altera est conclusio demonstrationis, & altera est principium demonstrationis: et secundū hanc expositionem fit responsio pro Aristote. quòd dum dicit, quòd diffinitio non demonstretur, intenderit diffinitionem perfectam non imperfectam, sed dum consideratur hoc, videtur quòd sit responsio insufficiens: nam quod sequitur inde ad diffinitionem perfectam sequitur ad diffinitionem imperfectam. Et ideo inuenimus Abunazar, quòd suscipiat semitam Hippocratis quatenus inferat diffinitionem per demonstrationem. Sed respondit ad hoc, ex eo quòd non sit vniuersalis: hoc est, quòd impossibile sit, q; ostendatur per demonstrationem de ipso diffinito, siue fuerit perfecta, siue imperfecta. Hoc itaque notum est, dum procedimus circa hęc, prout processit Aristote. Dicimusque quòd notum sit, quòd syllogismi non largiantur maius extremum inesse minori, qua sit eius diffinitio, sed quando condonaremus ipsum prædicari de illo in eo quod quid est, & cōplicatur secundum diffinitionem. Notum autem est, q; syllogismus non largiatur hoc per se, nisi quatenus eius sit, q; medius terminus sit prædicatus de minori in eo, quod quid est, & conuertatur secum: hoc est, ex parte qua est eius diffinitio. Hoc autem sic existente nō euadit vtraq; harum: hoc est, illius quæ est principium demonstrationis, et illius, quę est conclusio demonstrationis, quin sit diffinitio pfecta, si cōcesserimus esse vnius rei pluſquam vnam diffinitionem perfectam, aut vtraque ipsarum sit diffinitio imperfecta, & aggregatū ex ipsis sit diffinitio perfecta, aut vna ipsarum sit imperfecta & altera perfecta, & hoc fit secundum duas species, aut q; perfecta sit principiū demonstrationis, & imperfecta sit conclusio demonstrationis, vel econuerso. Et cum processerimus omnibus his modis ordinauit Aristo. exempla harum rerum, ex quo ipse denuo ipsas fecit, videtur q; ipsarum aggregatū sit impossibile: nam si vnius rei sint duæ diffinitiones perfectæ, & sumatur vna illarum duarum ad ostensionem alterius, iam commisissemus prologum, id est petnissemus principium, prout ait Aristote. nam diffinitio largitur distincte id, quod nomen largitur confuse. Hoc autem sic existēte, vtraq; duarum diffinitionum largitur significationem nominis alterius: & dum vsi fuerimus vno ad ostensionem alterius, esset ac si vsi essemus duobus nominibus synonymis, vno ad expositiōem alterius, nam oportet q; diffinitiones, quæ sunt secundū significationē vnius nominis sint synonymæ, prout nomina quæ significāt vnam rem sunt synonyma. Et si quispiam diceret, q; hę duæ diffinitiones, quæ sunt huius cōditionis, non significēt rem diffinitam ex vna parte, sic verum esset secundum hunc modum, q; dicatur q; sint duæ diffinitiones vnius eiusdem rei, quæ non sint synonymæ, prout consuetum est, vt dicatur de diffinitione hominis, q; sit animal rationale, & q; sit animal gressibile bipes, sed dum vna talium diffinitionum ostenditur per alteram, non fit prologus, id est petitio principij: & si ambæ significant vnam essentiam, illud est ex duabus differentibus partibus: notum itaq; etiam est, q; hæc demōstratio deficiat ab inferendo diffinitionem secundum se, vt eius extremum prędicetur de medio in eo quod quid est: & notum est, q; tales definitiones nō prædicentur de se in utrum in eo quod quid est, vt largiatur eius quidditatem: nam impossibile est, q; progressibile bipes prædicetur de rationali, sed verisimilius est, q; sit prædicatio per accidens, nisi altera ipsarum sit prior altera: hoc est, aliqua suarum causarum. Re autem sic existēte, notum est, q; tales diffinitiones non ostendantur per demōstrationem vnius per alteram, inquantū sunt diffinitiones: hoc est, q; syllogismus compositus ex eis largiatur diffinitionem secundum se: per hoc idem ostenditur q; non conueniat ostendi demonstratiue vnam diffinitionum imperfectarum per alteram, quarum neutra notificat essentiam alterius, sed notificet essentiam ipsius diffiniti, & sic accidit, si altera duarum diffinitionū fuerit imperfecta, & altera perfecta. Ostensum itaq; est ex hoc sermone, q; diffinitio non possit ostendi per demonstrationem: hoc est, q; sit conclusio demōstrationis inquantum est demonstratio. Hoc autem sic existente, significatum dicti Aristote. est, q; diffinitio educatur ex demonstratione, & q;, si quæsitum largiatur quæsitum quod quid est, non est q; diffinitio inferatur ex demonstratione primo & per se, sed huius significatum sit, q; demonstratio largiatur esse rei, prout largitur suam causam & suum esse simul, & q; inferat diffinitionem, dum diffinitio non fuerit primum quæsitum in illatione, sed quæsitum sit inter esse rei, cuius est diffinitio mediante illius diffinitione, & per hoc fit diffinitio non per se nota, prout postea dicam. Demonstratio vero, quæ largitur esse rei & eius diffinitionem, est demonstratio simpliciter, quæ largitur esse rei cuiusq; causam simul, dum cōtigerit, quòd causa sit tota diffinitio, nō ipsius aliqua pars, & hoc in quæsito composito, & simplici. In quæsito quidem cōposito contingit duobus modis, quorum vnus est, q; medius terminus, qui est ipsa diffinitio, notificet esse rei per se de ipso subiecto. Secundus autē est, q; rei sint duæ diffinitiones imperfectæ, & ostendetur vna earum per alteram: hoc est, q; per vnam ostēdetur, id est inferetur esse rei, cuius diffinitio simul. In simplici vero fit hoc solum hoc modo: hoc est, q; sint duæ diffinitiones hmōi, quarum primam optimatur Aristo. q; sit demonstratio positione differens: secunda autē & tertia est, q; simul differant positione, & sit vna duarum diffinitionum eius ad modū conclusionis demonstrationis, & altera ad modum principij demonstrationis. Exemplum autē primæ speciei harum demonstrationum, quę largitur diffinitionē, quæ ipsa est demonstratio sola positione differēs, est apud nos, ġratia exempli, vt si esset eclipsis Lunæ ignota fm esse, & ostēderemus ipsam inesse Lunę per duas propositiones nobis notas, quarum vna esset, q; id, quod significat nomen eclipsis, sit defectus luminis in Luna. Secunda autem esset, q; defectus

luminis insit Lunæ: & ex hoc inferretur nobis esse eclipsis, eius q; diffinitio simul: & hoc est, prout euenit rebus ignoti esse, quarum esse, & causa simul ostenditur per demonstrationem simpliciter. Notum autem est, q̃ hæc demonstratio largiatur diffinitionem per se ex parte, qua dicimus, q̃ demonstrationes simpliciter largiantur causas per se: & hoc quidem contingit, dum res est ignoti esse. Dum vero res est noti esse, & quæritur eius diffinitio solum, non coaptatur ei demonstratio, quæ illam largiatur per se, prout præmissum est. Hoc autem est e conuerso dispositionis ipsius demonstrationis: hoc est, q̃ tam possibile sit, q̃ res sit noti esse, & demonstratio largiatur eius causam, & illa est, quæ nuncupatur demonstratio propter quid: nam secundum hoc exemplum eclipsis sunt duæ diffinitiones imperfectæ, quarum vna est noti esse de ipsa Luna nota conueniens nomini ipsius eclipsis: et secunda etiam nota cõueniens nomini ipsius eclipsis ignoti esse de ipsa Luna, sed noti esse de altera diffinitione, & concludemus ignotam secundum esse de ipsa Luna per notam secundum esse de ipsa, deinde inferemus per aggregatũ ex illis, esse eclipsis de ipsa Luna: nam accidit huic demonstrationi, q̃ in ea vna diffinitio sit principium demonstrationis, & altera conclusio demonstrationis, & diffinitio, quæ est ipsum aggregatum ex duabus diffinitionibus, est demonstratio positione differens. Si autem res quæsita esset noti esse, nõ verificaretur nobis hoc opus. verbi gratia, q̃ quæramus nunquid eclipsis insit ipsi Lunæ, & esset apud nos nota communis conceptio nominis eclipsis, q̃ sit ob priuationem luminis in Luna: & sit etiam nota apud nos communis conceptio, q̃ sit ob interpositum terræ inter ipsam & inter Solem, & ostẽdetur primo eẽ defectus luminis in ea p esse interpositum terræ inter ipsam, & inter Solem, deinde aggregatum ex summa duarum rerum ostendet esse ipsius eclipsis: & sit in prima demonstratione, q̃ prima definitio sit conditionis principij demonstrationis, & secunda est conclusio demonstrationis, & aggregatum ex illis demonstratio positione differens, q̃ si eclipsis esset noti esse, nihil ex his verificaretur, nisi possibile sit, vt interatur definitio per definitionẽ simplicem. Hoc itaq; est, quod latuit Abunazar, & alios, & credidit, q̃ Aristo. tam destruxisset suum sermonẽ, & penitus deuiauit ab expositione sui sermonis circa hanc rem: tum, quia opinatus est aliam opinionem, tum, quia exposuit suum sermonem aliter, q̃ sit manifestum eius: & de hoc manifeste exemplificauit, dum quærimus esse rei simplex, prout quærimus, an natura sit: & supponimus, q̃ nomen naturæ significet, q̃ ipsa sit principium, quo mouentur, & quiescunt corpora ex se, & supponimus etiam, q̃ nomina etiam conueniant, qua ipsa sit, qua corpora sunt, & supponimus, q̃ hoc dictum sit notum secundum esse de ipsis corporibus, & secundum esse ignoti esse de ipsis corporibus noti esse de hac diffinitione: & proinde componitur sic ipsa demonstratio. corpora sunt, quibus insunt quædam res quibus sunt, & illa, quib⁹ corpora sunt, ipsa sunt principium, quo ipsa mouentur & quiescunt: & concluditur nobis hinc, q̃ corporibus sit principium, quo corpora mouentur & quiescunt: & hæc quẽ est prima expositio nominis ipsius naturæ. Prima itaq; definitio huius demonstrationis est conditionis principij demonstrationis: & secunda conclusionis demonstrationis, & tota integraliter est demonstratio positione differens, quæ largitur naturæ definitionem & esse: hoc est, q̃ natura sit principium, quo mouentur corpora permanentibus ipsius corporibus per illud. Ostensum itaq; est ex hoc sermone, quomodo possumus dicere, q̃ demonstratio inferat definitionem, & quomodo non contingat hoc dici, & quæ sit cuius hoc sit semper: hoc est, demonstratio simplex, quæ largitur definitionem, & cõcludit definitionem definitionis: hoc est, in ipsis compositis: & iam euenerunt illi ambæ res, hoc est, q̃ largiatur definitionem & inferat definitionem, in simplici vero quæsito largitur definitionem, & ifert semper: & hoc fit dum ipsum medium inest per se quęsito in sua definitione nõ res accidentales. Et illud est significatum sermonis Aristotelis, q̃ signa non largiantur definitiones, licet iam acciderit, q̃ inferant definitionẽ in rebus ignotis secundum esse, sed illa non est definitio per se, prout non largiuntur ipsam causam, cum tam inferat ipsam causam, scilicet ipsum signum. Totum autem hoc euenit in demõstrationibus simpliciter, quarum medius terminus est causa maioris, secundum hoc itaque expedit, quòd intelligatur sermo Aristotelis in Secundo Libro Posteriorum de potestate definitionum, & demonstrationũ, & de suis communitatibus in his, quæ largiunt̃, de quibus omnibus laudetur Deus.

Quæsitum XV.

De demonstrationibus Quia.

AVicenna non meminit de demonstrationibus quia: & hæc est, dum subiectum ipsarum fuerit compositum, non simplex, nam ipse putauit, q̃ demonstrationis quia medij termini sint accidentia minoris extremi, & non est apud ipsum modus occursus ad veritatem, existente ipso accidente prędicato de eius subiecto secundum esse necessarium, nisi per cogitationem causæ, qua illud prædicatum sit accidens illi subiecto. Ex quo autem causa est, quam nititur inferre per hanc demonstrationem, accidit nobis hinc, quando venamur ostensionem illius esse ex accidenti causato ab eo, quòd ostensio sit circularis, aut vera, vel rhetorica, dum non cogitatur causa. Exempli gratia, quia qui nititur ostendere esse crementi luminis Lunæ secundum figuram lunarem paulatine, impossibile est, quin sit vera apud ipsum, prout dicimus, quòd Lunæ crescit lumẽ secundum figuram lunarem paulatine per se: id autem, cui crescit lumen paulatine secundum figuram lunarẽ, est sphæricum, necessitas autem dicti nostri, quòd Lunæ lumen crescat huiusmodi paulatine, nõ verificatur, donec innotescat causa, quæ est, quod ipsa sit sphærica. hoc autem ostenso satisfactum est eius ostensioni. Et similiter res se habet apud nos in specie demonstrationis quia, quæ fit per causam remotam, quòd non notificat esse necessarium ipsi subiecto, hoc est, extremo minori, nisi ratione causæ proximæ propriæ, & secundum hoc non numeratur apud nos hæc species demonstrationis simplicis, hoc est, cuius propositiones sint immediatæ. Ille autem argumentatur hic duabus propositionibus: quarum vna est, q̃ omne prædicatum, quod est necessarium suo subiecto, est necessarium ratione causæ, quæ inest ipsi subiecto, cum sit illius causa. Id autem, quod est necessarium ratione causæ, quæ est in subiecto, est, cuius necessitas scitur ob scientiam illius causę: ideo, dũ non cogitamus causam, qua accidens inest subiecto, nõ peruenit nobis accidẽs esse necesse inesse ipsi subiecto. verbi gratia, quia ex dicto nostro, omnis coruus est niger, non peruenit propositio necessaria, nisi sciuerimus, q̃ cõplexio corui decernat necessitatem coloris aliter, dum enuntiaremus, q̃ omnis coruus sit niger, quia penitus nõ percipitur coruus albus, esset, prout fit illi, qui enutritus esset in regione Æthiopiæ, & enuntiasset, q̃ omnis homo sit niger: ex quo ille nullum hominem percepisset, nisi nigrum. Totum autem hoc, est debilia reddere responsa Peripateticorum, & facere titubare suam scientiam, nam maior pars causarum scientiarum naturalium notificãt res posteriores apud nos, & omnes res naturales

naturales sunt compositæ. Compositum autem est notius apud nos, q̃ suæ causæ, prout ait Aris. Nos autem dicimus existentibus differentiõs sumptis in definitionibus, & rebus, quæ sunt loco differentiarum non possibilibus esse, nisi sit ipsum definitum, cũ differentię non sint separabiles ab his, quorum sunt differentiæ, immo ex suo esse sequitur necessario esse ipsius definiti, quod est contra dispositionem partis, quæ est loco generis, & cum per se notum sit, q̃ accidentia per se habeant in suis definitionibus sua subiecta, aut genera suorũ subiectorum, qua sint suæ differentię, notum est, q̃ sequatur ex his dualibus propositionibus, q̃ accidentia per se sint necessarij esse in suis subiectis, de quibus prædicantur, & ex hac parte cogitat animus, dum sumit in sua definitione illorum subiecta, quatenus sint suæ differẽtiæ, & si nõ cogitet proximam causam huius. Et ideo fit, quod enuntiamus orationẽ, q̃ rectitudo & circuitus non sint nisi magnitudinis, & si nõ cogitemus causam huius, neque q̃ sit similitas nisi nasi, & si nesciatur causa simi: & pronũtiamus orationem, q̃ omnis numerus sit par, vel impar, & si nondum constiterit nobis huius causa, nunquid paritas & imparitas sint accidentia: & non sint differẽtiæ sic necessario, videtur nobis dũ putamus q̃ subiectum sit in definitione prædicati, quatenus sit dria: & notum est, q̃ hoc non videat de accidentibus, quę sunt vltima subiecto. Sed videtur hoc de accidentibus coæquis suis subiectis, & hinc fit, prout ait Aris, q̃ non verificeẽ nobis de accidenti, in cuius definitione est genus sui subiecti, q̃ nisi necessario ipsi subiecto, donec apud nos per se notum fuerit, q̃ illud genus diuidat prima diuisione illius generis, in quãtum est illud genus in illud accidens, & eius oppositũ, & si, gratia exempli, esset genus corui, quod est atal, diuisum prima diuisione in album, & nigrum, & reliqua media, quæ sunt inter illa, tã occurreret nobis veritas, q̃ ois coruus sit niger. Sed ex quo non diuiditur in albedinẽ et nigredinem, nisi genus remotũ, si diuideretur, & nigredo est de rebus accidentibus coruo per se, ergo notũ est, q̃ id, quod nos inducit ad necessitatem in essendi accidens ipsi subiecto, quod inuenit in eius definitione, est eius genus proximum, vel ipsummet subiectum, & hoc ẽt relinquitur de accidentibus, in quæ diuiditur primo, & per se, nã tunc illud genus habet aditũ ad definitionem illorũ accidentium. Et ideo, dũ Abunazar sumit, q̃ tam possibile sit, q̃ genus inueniat in definitionibus rerum, quæ nõ sint oppositæ sibimutuem, nõ expedit q̃ intelligatur, prout verba eius sonant, nã genus inuenitur in definitõe prędicatorum rõne qua ipsa sunt opposita. Dum autẽ illa res non haberent oppositum, aut haberet oppositũ, sed nos nõ cogitaremus illud, non verificarei nobis, q̃ prædicatio sit necessaria, nam tũc verificaretur necessitas, dum verificarei illius definitio. Sermo aũt. Auicẽnę dicẽs, q̃ cuiusq; necessitas est ob aliquã causarum, illa necessitas sit illius, dum nouerimus illã causam, est propositio, quã nos concedimus, & putamus q̃ causa, qua cognoscimus illius necessitatem sit ipsum subiectũ, dum est vice differentię illius. Si vero adiecerit propositioni conditionẽ, quæ est, dum sit, propter aliquã causarum primarũ, non concedimus eã hanc propositionem, quia tam prouenit nobis scientia ob aliquã causam non primam, & hoc dũ fuerit quasi prima, & non remota, put si fuerit secunda, & hæc est dispositio subiecti cum accidente, nã subiectum est causa accidẽtis ob causam, qua subiectũ constat. Nos aũt non negamus, q̃ scientia proueniens ex notitia huius causæ, hoc est proximæ sit tutior q̃ scientia prouenies ex causa secunda remotiori: & ideo constet de re proxima ex his, quæ ferũt causam ipsius esse, q̃ vt vniuersalius inquã, sicut causa notificat esse rerũ, hoc est, suũ esse simplr, absq; q̃ notificet eius causam, sic cognoscimus plures res esse absq; q̃ cognoscamus suã causam proximã, dum aũt nouerimus illam causam, confirmat illa scientia. Auicenna ex quo implicita est apud ipsum in demonstratione, quia scia per causam, putauit q̃ ibi non occurrat ei nomẽ verę scientiæ, hoc aũt est moris illius, qui putat q̃ vera certitudo sit quid nouum: hic aũt est error. Iam autẽ ostendit Aristo. in suo libro, q̃ certitudo sit excessus cognitionis, & q̃ per hoc distinguantur artes à scientijs: hoc autẽ est, quod dicimus de specie demonstrationũ, quia quæ inuenit prius per posterius, est id, quod dicimus de specie, quę infert accidens cõnexum per causam nõ proximã: nam causa non proxima constat fm modum necessitatus eius prædicationis de ipso subiecto, de quo prædicatur, dum cõsiderit q̃ habeat aditũ in eius definitionẽ, licet sit nõ proxima. illud autẽ, quod eduxit hunc virũ ad abnegationem harũ suppositionũ, & destructionem horum principiorũ, in quibus conuenũt Peripatetici, est eius extimatio optima de scientificis viris. Sed Deus est qui dirigit ad id quod decet.

Quæsitum XVI.

An definitio sit particularis, aut Vniuersalis tantum.

IAm dubitatum est de eo, quod dicti de diffinitione particularis, & de illo quod dicti, q̃ diffinitiões sint intentiõum, non particularium. Dubitatio itaq; est, quia si particularis sit diffinitio, illa significaret naturam cõmunem oibus singularibus. Hoc aũt sic existenti, singulare esset in quo conuenirent plures q̃ vnum. Iam aũt dictum est in eius diffinitione, q̃ sit in quo non conuenirent plures, q̃ vnus. Hæc itaq; est aduersatiua imposibilis. Rursus, qa quod significat nomẽ singularis, esset vnũ specie plura numero, et sic singulare diuideret in singularia: hoc aũ est absurdũ, & quæreẽ ẽt de illis, in quæ diuideret, numquid ipsorũ sit diffinitio, necne & expediret de illis, quod de primo. Restat itaq; procederet in infinitũ, aut singulis esset diffinitio, qa particularis nõ est diffinitio. Præterea, qñ non posuerimus singulis esse diffinitionẽ, nõ esset apud nos illa res, qua differet ab vlo, neque prædicaret in eo qd qd est. Sed ex quo inuenimus rẽ de qua prædicat in eo quod qd est, prout dicimus, q̃ sit, cuius cõditionis est, q̃ in eo cõuenit: duo, significat q̃ illius nõ sit diffinitio. hæc itaq; est difficultas, q̃ accidit huic quęsito. Et non absolut hoc dubiũ dicendo, q̃ single sit nomen cõmune, nã si esset æquiuocũ, eius non esset diffinitio, & deceptio, et vt vlius mõj, nõ esset res tacies intelligere eius essentiã, & vlius nõ esset res, quæ verificet de eo nisi per accẽs: nã possibile est, q̃ nois q̃ uocẽ fuerit prædicatũ verificabile de eo per accẽs, sed nõ prædicatũ verificabile de eo p se. Nos aũt dicimus pro rõne huius, q̃ aliquo modo singularia sit attributum alicuius rei cõis, & est priuatio cõtatis, quæ inest vlo: hoc aũt attributũ est res priuatiua, & fm hoc verificat q̃ eius sit diffinitio, & nõ est vsę prędicatũ de pluribus. ex parte itaq; qua eius ẽ attributũ cõe, est in intellectu, qđ est priuatio cõtatis, q̃ inest vlo, vt hic eius est diffinitio, ex pte aũt, qua nõ est eius natura cõis extra animam, est singulare, & non vlę. Error aũt huius sermonis est in propõne asserẽtis, q̃ oẽ, cuius est diffinitio sit vlę: huius aũt veritas est, q̃ oẽ, cuius est diffõ, ipm est aliqd cõe. Cõe aũt est vlę, et iã põt esse priuatio vlis, nã priuatio vlis inest pluribꝰ rebus, sicut est ipm vlę. Modus itaq; erroris circa hoc est subtilitudo, q̃ est inter cõe & priuationẽ vlitatis, hoc est, cũ ambo insunt pluribus, q̃ vnitei. Ostensum itaq; est ex hoc termone, q̃ single inquantũ est single non cõe cum altero singli, & maxime in rebus, quæ sunt extra aiam, nam esset vlę. Cõuenit vero singularia secũ mutuem in priuatione vlitatis. Et hinc verificatur de eis q̃ ipsorum sint diffinitiones.

Quæstum XVII.

Quomodo definitio sit notior ipso definito.

ID quod dicitur, oportet definitionem esse notiorē diffinito, potest intelligi secundum quatuor significata. Quorum vnum est, ꝙ conceptus definitionis confusus sit notior, q̄m conceptus diffiniti confusus. Secundum autem est, ꝙ conceptus partium definitionis distinctus sit notior, q̄m conceptus diffiniti distinctus. Tertium est, ꝙ conceptus partium definitionis confusus sit notior, q̄m cōceptus diffiniti distinctus. Quartum autem est, ꝙ conceptus partium definitionis distinctus sit notior, q̄m conceptus diffiniti confusus. Dum autem poneremus, ꝙ huius intellectus sit, ꝙ conceptus partiū definitionis confusus sit notior, q̄m conceptus diffiniti confusus, est notum, ꝙ dum diffiniremus aliquam rem priorem secundum esse & cognosci quo ad nos per rē posteriorem secundum ambas res simul, ideſt secundū esse, & cognosci, ꝙ, tam acceptiemus rem ad notificationem tanplius. & hoc opus conceptus est aut verus prolocutus ideſt petitio principij, aut simile verę petitioni principij: hoc autem est, qui diffiniret Solem, ꝙ sit astrum lucens in die. hic enim tam vteretur conceptu ipsius diei ad notificationem conceptus ipsius Solis. Secunda autem conceptus Solis est, ꝙ perficiatur per conceptum diei, cum tuerit prior illo secundum cognosci et esse, ꝙ qui comprehendit intellectum conceptus Solis per cōceptum diei, fit, ac si acciperet ad intellectum rei ipsam rei. Et similiter fit, si nos intelligeremus hinc, ꝙ conceptus partium definitionis distinctus sit notior, q̄m conceptus diffiniti distinctus, immo huic loco euenit quoddam inconueniens, quod est, ꝙ res, quarum definitiones sunt per se notæ, notificent omnes definitiones suarum partium per se. hoc autem est absurdum, & hic est intellectus secundus. videlicet, ꝙ cōceptus partium definitionis distinctus sit notior, q̄m conceptus diffiniti distinctus. Et quartum congeretur de definitionibus, quę componuntur ex rebus posterioribus, ꝙ non sit proprium notius eo, cuius est proprium, & hoc inquātum illud est notum per ipsum proprium. Tertius vero intellectus, qui est, ꝙ conceptus partium definitionis confusus sit notior, q̄m conceptus diffiniti distinctus, currit secundum ordinem ipsarum naturæ: nam pars compositi est notior, q̄m compositum, & literę sunt notiores quam syllabæ. Notum autem est, ꝙ, si intellexerimus quod dicitur, ꝙ partes definitionis oporteat, ꝙ sint notiores q̄m diffinitum, significatum est id, quo non accidat nobis in definitionibus modus, quo fiat petitio principij, aut quasi petitio principij: tam potsibile est esse aliquam rem priorem aliqua alia secundum esse, & cognosci, & illa res sit posterior ea secundū ambas res simul. Sed, dum intelligimus eius cōceptum confusum in conceptu illius, in quo cōceptus distinctus est notior illo, ex quo simplicia sunt notiora compositis, & cum hoc largitur de hoc priori conceptum perfectiorem: nam cōceptus rei distinctus est perfectior, q̄m eius conceptus confusus, nisi posterius sit cognitum melius ipsi priori, cum hoc nequę id tantum in conceptu prioris, neq; etiam prius in conceptu eius, quam notum est melius eis hoc secundum hoc conceptus dici confusus notior est apud nos, q̄m conceptus Solis distinctus. Dum itaque cognoscimus conceptum Solis distinctum per conceptum diei confusum, tam nouerimus hanc per manifestum. Et similiter etiā, dum nouerimus conceptum confusum definiti per conceptum distinctum definitionis, notificus latens per ipsum manifestum. quod vs autem horum duorum significatorum possibilius intelligatur de definitionibus, expedit, ꝙ perfectum ir de illo. Et ante hoc etiam pertractandum est, nunquid dum dicimus, ꝙ conceptus partium definitionis, quæ notificant, & agūt conceptū diffiniti per definitionem, sit notior q̄m ipsa definito, vel q̄m ipsum diffinitum, aut vtrisq;, eo modo quo diximus, ꝙ in certitudine præmissæ sint notiores ipsa conclusiōe, aut hoc sit eo modo quo dicimus, ꝙ partes sint notiores toto, & particulares sint notiores vniuersalibus: nam non prouenit ex vi huiusmodi notioris, ꝙ ipsum sit notius naturaliter, & latens sit ignotius naturaliter, prout est dispositio præmissarum, et conclusionis. Sed ambo sunt naturaliter nota, hoc est, gratia exempli, de toto & partibus: nam notitia partium est vehementioris prioritatis secundum hāc speciem, q̄m notitia totius, & similiter res se habet de particularibus cū vniuersalibus: et iccirco vniuersale, quod ostenditur per particulares in ipsa inductione, non est ignotum naturaliter, immo est infra particulares secundum cognitionem, & particulares sunt manifestiores eo. Sed discrimen, quod est inter illa, non conducit ad hoc, quòd notius sit notum naturaliter, & latentius ignotum naturaliter, sicut res se habet de præmissis & conclusione, & notum est, ꝙ, si notitia actua conceptus formationis, i. notitiæ qd est, sit notior, q̄m ipsa formatio eo modo, quo dicimus, ꝙ præmissæ sint notiores ipsa conclusione, rā posset accidere formationi petitio principij similis illi, quæ accidit verificationi, ideſt notitiæ quia est: sicq; esset hic petitio principij sophistica circa quia est, & petitio principij salligraphi circa quid est: & sic inuenimus, ꝙ intellexerit Abunazar hunc locum in libro Topicorum: & ideo transtulit id, quod retulit de hoc ex libro Topicorum in librum Elenchorum. Si vero conceptus agētium ipsum quid est per definitionem illam, & conceptus qui fit ex illis, sunt de genere notificantium, & excedunt semnicem illi duo conceptus secūdum magis & minus, notum est, ꝙ ex hac specie nō euenit vera petitio principij. nam ille, cui accidit ꝙ vtatur minus noto in ipso quid est magis noto, non dicitur ꝙ non diffinat omnino, quia petat in definitione vera petitione principij, sed dicitur de illo, ꝙ non reddat melius q̄m diffinitū, & non reddit ipsum melius, quia vtitur circa ipsum qd simile petitioni principij: & secundum hoc expedit, ꝙ hæc species petitionis numeretur ad destructionem definitionis, & non subintrat secundum hunc modum in librum Elenchorum: & ideo inuenimus Themistū introducentem hunc locum in summā locorū malorū definitionis in libro Topicorum. Philosophus vero introduxit illum in loca destructionis definitionis. Ex hoc opere putatur, ꝙ Abunazar ęstimauerit ꝙ ipse sit fallsigraphus, cū hoc ꝙ Philosophus dicit in hoc libro, ꝙ id, quod vere sequitur ex hoc, sequatur, & ipsum quid est. Veruntamē præmissum est notum ex eo quod dicitur in libro Posteriorum, ꝙ impossibile sit, ꝙ procedamus à conceptu noto naturaliter ad conceptū ignotū naturaliter, nisi ex parte, qua cōceptui noto adiicitur certificatio quædam: nam si diffinitum sit noti esse fm se ignotæ definitionis naturaliter, oportet necessario saltem, ꝙ ostēdant per demōstrationē, qa sunt res agētes ipsum qd est, nam si res essent noti esse naturaliter, & notū ꝙ sint partes definitionū, definitiones talium rerū essent per se notæ. Si autem diffinitum esset ignotū secūdū esse, & quid est secundū definitionē simul, est notum ꝙ res agētes eius quid est sint secundum definitionē, sed possunt largiri eius quid est per definitionē ex parte qua largiūtur eius esse. Sicq; fit ex hac parte ex rebus agētibus ipsum quia est, cum hoc quod sunt agentes ipsum qd est, & hæc est dispositio demōstrationis simpliciter, quę largitur esse rei, cuius definitionem simul, prout est ostensum in Secūdo libro Posteriorū: & ideo non est possibile, ꝙ dum esse diffiniti fuerit per se notum & definito ignota, ꝙ illius definitio largiatur quodquid est, qd est notum

notum nobis naturaliter, nam si esset possibile, possibile etiā esset de eo quod quid est naturaliter noto, quòd largiatur per se quod quid est naturaliter ignotū. Hoc autem sic existente, esset aliqua res præter ipsum syllogismum, quo educeretur id, quod est naturaliter ignotum: & vt vniuersalius inquam, definitiones sciuntur, dum de significato ipsarum tria scibilia sciuntur: quorū vnum est, quòd definitum sit ens: secundum, quòd definito insit diffinito: tertium autem, quòd illa sit definitio, dum vnum, & duo, & tria hæc scibilia fuerint naturaliter ignota apud nos. Definito itaque est naturaliter ignota, & ideo syllogismus est necessarius ad eductionem definitionis: sicq; loca, quibus ostenditur, quòd illa res insit illi rei, & sit ipsa definito, sunt loca diffinienti. Hi itaque tres modi sunt vniuersaliter modi, quibus educitur ipsa definitio, & in omni materia, & sunt modi quos tradidit nobis Aristoteles in libro Topicorum, dum Topici præcedentes ipsum putassent, quòd nō detur via ad eius ostensionem. Et Aristoteles ostēdit hoc in libro Posteriorum, quòd syllogismus, qui largitur inesse definitionem ipsi diffinito, & huc qui componitur ex locis absolutis impossibile est, quòd largiatur definitionem per se. Sed possibile est de illo syllogismo, qui largitur esse ipsius diffiniti, dum medius eius terminus est ipsa definitio. Hæc autem res tam latuit in petitione principij. Hoc autem sic existente, dum concesserimus, quòd hæc species petitionis principij cadat in definitiones, tam, oportet, quòd numerent inter loca malitiæ definitionis, nō inter loca destructionis definitionis. Si autem quispiam diceret, quonam pacto Aristoteles intro duxerit illam inter loca destructionis definitionis in libro Topicorum. Dicimus, quòd ex quo notorium est, quod sicut ipsum quia, est oporteat, quòd sit ex rebus nous sic, & ipsum qd est, prout dixit Aristoteles in suo libro Topicorum: sicq; tam conuenit huic libro in locis destructionis definitionis, prout fecit Aristoteles.

Dum vero loquitur in libro Posteriorum, tunc expedit, quòd numeretur inter loca malitiæ definitionis, & ideo turbata est mens Themistū, & putauit, quòd debeat numerari in libro Topicorum inter loca malitię definitionis, & perplexa est mens Abunazar, & putauit, quòd verus sit ad destructionem definitionis. Hoc autem ostenso, redeamus, & perseueremur significatum, quod nobis videtur de illo, nam ô vtinam scirem significationem, quam expediat intelligi ex eo quod dicitur, ꝙ partes definitionis sint notiores diffinito, & ꝙ conceptus partiū definitionis cōfuso oporteat, ꝙ sint notiores conceptu diffiniti cōfuso, aut notiores conceptu distincto, cum ex positione horū duorum significatorum nō contingat absurdum. Dicimus itaque, quòd tam ostensum sit, quòd res diffinitæ cum suis definitionibus non euadunt reliquam trium rerum, aut quòd sint ignoti esse & definitionis, aut noti esse, & ignotæ definitionis, aut noti esse & definitionis. Demonstratio vero, quæ ostendit esse rerum ignotarum secundum esse & definitionem largitur suam definitionem, & suum esse. Notum itaque est, quòd partes definitionis, & tota ipsa definitio nō sint notiores, quàm ipsum diffinitum: ex quo ambo nosciuntur per aliud, hoc est, tam definitio, quàm diffinitum. De illis vero, quæ sunt noti esse, & ignotæ secundum definitionem, notum est etiam, quòd partes definitionis ipsarum, & tota ipsa definitio non sint notiores, quàm ipsum diffinitum, nam illud, quod scitur per se, notius est, quàm id, quod scitur per aliud.

De rebus autem, quæ sunt notæ secundum esse, & notæ secundum definitionem, tam videtur, quod exigibilius sit, quòd partes definitionis, & tota ipsa definitio sint notiores, quàm ipsum diffinitum, adeo, quòd adiiciatur definitioni cum hoc, quòd sit perfectior diffinito, quòd etiam sit notior eo. Si vero partes definitionum talium non sint notiores, sed minus notæ, illæ sunt malæ definitiones. Oportet vero, qd ad primam ipēm definitionum instituamus conditionem, quòd definitiones, & partes definitionum sint notiores diffinito, hoc est, quòd sumantur medij termini demonstrationum, quæ largiuntur definitionem rei, & eius esse. In illis vero, quibus non ostenditur esse definitionis per sighum, & diffinitum est per se notum, aut notum per signum, non inuenitur hæc conditio, neque ex parte necessitatis neque ex parte eius, quod melius est. In tertia vero specie definitionū esse huius conditionis est qua est melius, hoc est, de definitionibus per se notis: sicq; ergo cōdicio necessaria continua in omni definitione est, quòd conceptus partium definitionis agat conceptum definitionis, sicut certitudo præmissarum agit certitudinem conclusionis. Differentia vero inter vtranq; est, quia conceptus actuus, & passiuus definitionum differāt secundum magis & minus, cum vtraque ipsarum sit primo nota. Certitudo autē actiua, & passiua syllogismorum differunt, quia altera earum est naturaliter nota, & altera est naturaliter ignota. Cum autem definitiones differant à syllogismis per hanc rem esse partium definitionis esse notius diffinito, non est necessarium in definitionibus, sicut hoc est necessarium in syllogismis. Non est autem cuiuspiam dicere, ex quo partes definitionū sunt notiores ipsis diffinitis, & definito est notior ipso diffinito, ꝙ partes definitionis sint notiores diffinito, sed ipsa est perfectioris conceptus, rerum vero correlatiuarum partes definitionis, & diffinitū sunt vnius gradus notitiæ, sed intelligitur ex parte ipsius definitionis, & ex ipsa definitione secundum se, hoc est, ꝙ cōceptus partium definitionis contulus sit notior conceptu definitionis in ipso implicito, sicut conceptus partis contulus est notior conceptu distincto filij in patre, licet tales definitiones non largiantur de definito maiorem notitiam, quàm largiatur ipsum nomen. Ruffus ex quo definitio notificat essentiam rei, tecūdum quod est in esse, essentiæ horum sunt in comparatione. Comparatio autem non est vna omnibus modis, non habitudo patris, gratia exempli, ad filium secundum dici non est habitudo filij ad ipsum, licet sint subiecto vna, hoc est, qua sunt habentes habitudinem. Hoc autem sic existente, habitudo ergo, qua concipitur pater, & qua largitus est tuā essentiam, qua dicitur in comparatione ad filiū, est alia ab habitudine, qua filius largitus est suam essentiam, & est qua dicitur in comparatione ad patrem, licet pater & filius non sint vna eadem res. Igitur non sequitur ex definitionibus rerum correlatiuarum acceptis rei in suo met conceptum, prout primo occurſu mentis putatur, nam sermo persuasiuus, qui induceret ad hoc opinandū componitur sic, in conceptu patris sumitur filius, & in conceptu filij sumitur pater, sicq; pater sumitur in conceptu sunpsius, hoc autem est similis illi, quo dicit, si Sol sumatur in conceptu diei, & dies sumitur in conceptu Solis, sicq; Sol sumitur in cōceptu sui ipsius. Modus autem erroris est, quia dum nos sumimus Solem in cōceptu diei, & diem in cōceptu Solis, duę habitudines sunt vna habitudo, hoc est, ꝙ habitudo diei ad Solem sumat in conceptu Solis, est eadem habitudini Solis ad diem, quando dies sumitur in eius definitione, sicut est habitudo partium definitionis ad ipsam definitionem: duorū vero correlatiuorum sunt duę habitudines differentes, nam habitudo patris ad filium est alia ab habitudine filij ad patrem, & similiter habitudo duorum ad vnum, quæ est habitudo dupli, est alia ab habitudine vnius ad duo, quæ est habitudo medij. Vna autē differentia est inter duas habitudines, nā habitudo partiū definitionis ad diffinitum est habitudo, quam tacit ipse intellectus,

sed habitudo rei ad aliud est extra intellectum: sicq; habitudo secundum essentiam duorum mutuo relatiuorum est ex parte, qua sunt mutuo relatiua. Si autem acciperemus, quòd vtrumque ipsorum sumatur in definitione alterius ex vna parte non accideret aliquid vltra malitiam definitionis: sicq; accidit hinc petitio principij, prout putauerunt Auicenna, & alij: nam, non accidit ipsi quod quid est petitio principij, prout ostendimus. Ostensum itaq; est ex hoc sermone, quo modo sit possibile, quod dicatur, quòd partes definitionis sint notiores infinito, & quid huiusmodi sit secundum modum necessitatis, & quid sit secundum modum prętantioris, & quo modo sit possibile, quòd dicatur, quod circa definitionem occurrat petitio principij, & quo modo hoc sit impossibile, quod erat id, quod ostendere intendebamus. Hi autem, qui cõtulerunt nobis hunc modum huius tractatus, fuerunt nostri socij studiosi Morsianti: nam si hic fuerit aliquid, pro quo bene merẽdum sit, illi fuerunt potissima causa eius, ex quo nobiscum communicauerunt in hoc, ille enim qui perscrutatur aliquam rem, & qui promouet ad illam, dicuntur communicare in illa: q; expletum est hoc quæsitum ad laudẽ Dei, qui adiuuat nos exaltetur nomen eius. Amen.

Nota, q; hi fuerũt populi finitimi ex Morthula.

Quæsitum XVIII.

De definitionibus, quæ dicuntur positione differentes a demonstratione.

2 Poster. ARistoteles putat, quòd demõstrationes, ex quibus educuntur definitiones, quæ sunt definitiones, quas ipse vocat demonstrationes positione differentes, sunt demonstrationes, quibus contingit, q; ipsarum termini medij sunt causæ, quæ sunt extra ipsam rem, & in re, quæ sunt ipsum agens, & ipse finis, & materia, & forma: nam hæ causæ sunt, ex quibus cõstituantur quidditates rerum, hoc est, definitiones, quæ componuntur ex causis formalibus, hoc est, ex forma vniuersali, quæ vocatur genus, & forma propria, quæ vocatur differentia. Et opinatur, quod, dum termini medij fuerint ipsæ quidditates rerum, q; ex illis non ostendantur definitiones nisi per accidens, si concesserimus, q; vnius rei sint plures, q; vna quidditas, prout videtur, q; vnius rei sint plures, q; vna definitio. Si autem non concesserimus hoc, esset capitulo ostensionis ipsius rei per seipsam. Huius autem demonstrationis species est hæc, a est in definitione b, & b in definitione c: sic q; tam putatur, quod concludat, quod a sit definitio ipsius c, quæ, prout ait Aristoteles, aut est logica, hoc est, non per se. nam prædicatio definitionum de seinuicem est per accidens: vel sit petitio principij, si dixerimus quod vnius rei non sit nisi vna solum definitio. Species vero communes, quæ inierunt definitiones per causas, quæ sunt extra causas, ex quibus fiũt definitiones, quæ sunt ipsæ quidditates, illæ sunt demonstrationes per se, quæ probant ait Aristoteles secundum se totas sunt definitiones positione differentes. Conclusiones autem ipsarũ, sunt definitiones, sed imperfectæ, sui autem termini medij, si significatur de illis per orationem, sunt etiam definitiones imperfectæ, quæ sunt principia demonstrationis, aut non significatur de illis per orationem, & sic sui termini medij sunt quædam ex causis ipsarum definitionum. Perfecta autem definitio est, quam continet hæc species demonstrationum secundum se totam, & perfectissima ipsarum est, quæ significat medium terminum per orationem. Et hæc species demonstrationum, quędam est demonstratio simpliciter, & quædam demonstratio propter quid, & simplex vtriusq;, & composita ex eis: & hoc siue fuerint noti esse in aliqua re & ignoti definitionis, siue fuerint ignoti secundum ambas res simul, hoc est, secundum esse & definitionem, & hoc vel simpliciter, aut secundum aliquam rem. Exemplum autem illius, quæ est noti esse secundum aliquam rem, est eclipsis Lunæ, nam eclipsis est nota in esse Lunæ, ignota secundum quidditatem, cum cõtingat esse remotionem eius luminis ob multas causas, & dum componitur demonstratio sic, dum fit Lunæ eclipsis terra interponitur inter ipsam, & inter ipsum Solem: terra autem interposita inter ipsam, & Solẽ cessat lumen Solis à Luna: sicq; concluditur, quòd eclipsis sit cessatio luminis Solis ab ipsa Luna, quæ est quidditas eclipsis. Dum autem mutatur ordo huius demonstrationis secundum se totam, fit hinc definitio perfecta eclipsis, nam eclipsis est cessatio luminis Solis ab ipsa Luna ratione interstitij terræ inter ipsam, & Solem. notum autem est, quòd medius terminus hic sit causa extra quidditatem eclipsis, nam est eius efficiens, & notum est, quòd sit definitio partis definitionis perfectæ eclipsis, ex quo sumitur signum eius per orationem, & notum est, quòd secunda pars huius definitionis sit conclusio demonstrationis, & aggregatum ex vtrisq; est definitio perfecta: & hoc idem exemplum largitur esse, et quidditatẽ simul apud illum, qui nõ viderit eclipsim, & similiter si poneremus minus extremum ipsam eclipsim, & diceremus nunquid eclipsis sit cessatio luminis Solis à Luna, esset demonstratio largiens nobis quidditatẽ rei per suam causam, hoc est, eius definitionem. Hæ itaq; demonstrationes sunt definitiones in potentia, & eas intendebat Aristoteles in hoc libro: & omnia attributa, & conditiones institutæ demonstrationibus in primo libro Posteriorum sunt huius demõstrationis, & ipsa est vere, de qua simpliciter absolutur nomen demonstrationis, de alijs vero non absoluitur nomen demonstrationis nisi secundum nominis æquiuocationem, & ideo nos putamus, quòd demonstrationes, quarum medij termini sunt sue quidditates, sunt præter illas quidditates, quia nõ sunt veræ demonstrationes, ex quo non subintrat in eas per causas proximas maior pars specierum demonstrationum, quas continet liber Abunazar: et similiter sunt de monstrationes, in quibus ostenduntur per demonstrationem quædam partes quidditatis de aliquibus, prout sunt demonstrationes, in quibus demonstratiue ostenduntur genera per differentias. Totum autem hoc iam ostendimus in nostris Commentarijs supra librum Posteriorum Aristotelis, & hic est sermo, qui ostensus est in vltimo Posteriorum, & certificatum est apud me, quòd illa sit opinio Aristotelis circa demonstrationes, quæ largiuntur ipsas definitiones. Iam autem ego scripsi alias de his: sed hoc est, quod expedit sustẽtare, quia ipsum est verum, & illud est, quod videtur post vehementem perscrutationem, & excessiuam consyderationem, & est quædam res, quæ non cõstitit alicui illorum Expositorum, quorũ tractatus peruenit ad nos, nec videtur ex verbis Abunazar, quod peruenerit et illud ex verbis Aristotelis, licet ostensum sit hoc ex eius verbis in Posterioribus, & in libro Elenchorum. Deus autem est, qui educit vota ad effectum, et roborat sapientiam, cuius nomen exaltetur. Amen.

Auerrois Quæsitorum Decem & Octo Logicalium, interprete eodem Abramo, finis.

Auerrois

AVERROIS

EPISTOLA.

De primitate prædicatorum in demonstrationibus.

ILlud quidẽ, de quo meministis ex conditionibus demõstrationum positis ab ipso Philosopho, q; sua prædicata sint prima, & alibi fecit mentionem, q; prędicatum, vt plurimum, sit vniuersalius subiecto, conuenit, q; intelligat de suis conditionibus prædicatorum, q; sint propria prædicatis ipsarum præmissarum, & prædicatis quæstionum, & annectit conditionibus prædicatorum ipsarum præmissarum cum hoc, q; sint propria, q; sint etiam immediata. Prædicata quidem quæstionum absq; dubio sunt prima, quando prędicata sunt propria subiectis, quæ ostendantur per illas præmissas, & hæ quæstiones vocantur primæ, & illæ præmissæ dicũtur primæ. Huius autem causa est, quia intentio demõstrationum est formatio per definitionem, definitiones autem sunt propriæ definito. Si autem prædicatum quæstionis fuisset vniuersalius subiecto, prædicatum nõ esset pars definitionis, quoniam prædicatum vniuersale non euadit, quin sit accidens, aut genus. Si autem fuerit accidens, medius terminus etiã esset causa sui inesse ipsi subiecto, non causa sui esse simpliciter. Demonstrationis autem sine dubio est, q; terminus medius sit causa essendi prædicatum ipsius quæstionis simpliciter, & causa sui inesse ipsi subiecto: quoniam hęc est causa essentialis, quæ, quando inuenitur, inuenitur & prædicatum, et quando aufertur, aufertur & illud, hoc autem accidit illi, quia hoc prædicatum est proprium suo subiecto, & posterius eo, & ideo non fit in demonstrationibus absolutis, sed in accidentalibus, hoc est in demonstrationibus definitionalibus, & non fit penitus in essentia: & ideo substantia non ostenditur per demonstrationem. Abunazar autem putauit, q; ostendatur per demonstrationem, quando posuit genera ostendi per demonstrationem per ipsas differentias, et hoc, quia ille putauit, q; in demonstrationibus sufficiat, q; medius terminus sit causa amborum extremorum, vel alterius ipsorum, vt in suo libro dixit. Res autem non ita se habet, vt ipse opinatus est: quoniã causa, quæ decernit esse ipsius rei, conuenit, q; decernat suum esse simpliciter, et ipsius ablatio illius ablationẽ simpliciter. Si enim illa res esset ex his, quæ sunt in subiecto, decerneret ambas res simul. Si autem esset ipsummet prędicatum, hoc est, q; esset ex his, quæ non sunt in subiecto, esset prioris subiecto, cum instituens conditionem, q; causa sit prior maiori extremo secundum esse, adeo q; sit causa sui esse simpliciter, & esse ipsius subiecto, & eius ablatio decernat ipsius ablationem simpliciter, & ablationem eius à subiecto. Dicæ autem, quæ sunt medij termini ad ostẽsionem generis de specie, non sunt huius cõditionis: nam causæ per se sunt, quæ dum auferuntur, auferuntur causata simpliciter. Verumtamen, dum aufertur differentia, non auferi genus simpliciter, sed si aufertur, aufertur ab illa, à qua aufertur vna suarum differentiarum. Et similiter dum inuenitur, non inuenitur genus simpliciter, sed inuenitur in habenti differentiam, hæc autem est res, quæ nõ inuenitur in causis per se, hoc est, q; dum auferuntur causæ per se, auferãtur sua causata simpliciter, & perinde Arist. tradidit in principio sui libri Posteriorum canones, quibus regulant hæc prædicata, & cauit à rebus fallẽtibus circa ea. Sermo vero Philosophi asserens, q; pro maiori parte prædicata sint vniuersaliora subiectis, est hæc eadem res. Et perinde veræ demõnes sunt rationis esse, q; demõnes dialecticæ cões, quæ nõ sunt diffinitiones in potentia. Iam autem exposuimus hoc quæsitũ in lib. Poster. & in quæstiis logicis. Id vero, quod quæsieras de sermone Philosophi dicentis, q; dcũ nim, q; albũ sit lignum, non sit enunciatio, cum albũ in suis libris iã exẽplificauerit de talibus. Nouissimi autẽ nõi non intẽdunt hic per prædicatum accũs prædicatum de subiecto: cuius causa est, quia dicere albũ habet duo subintellecta: quorum vnum est, q; de albo intelligatur ipsummet accidens, & est ipse color albus: dũ vero de albo intelligit ipsum recipiens albedinem, ppõ esset vtor suo prędicato, & non esset enũciatio, & esset fm gradum illius, qui posuerit dictam prædicatã de ipso gñe: & ideo ferẽ de talibus, q; sint prædicata præter naturalẽ consuetudinẽ, id vero, quod dicit, nouissimi autẽ nõi nõ intẽdunt hic per prædicatum accũs prædicatũ de subiecto, significauit illud nõe denoiatiuo: quo autem modo subsãtia, q; prædicatur de subto, significat nõe denoiatiuo, put fit in secunda præmissa, ita vero esset, si dixisset propter nos esse stellas erraticas: totũ autem hoc est notum.

Epistolæ Auerrois finis.

ABBVALKASIS BENADARIS

QVÆSITVM. I.

De notificatione Generis, & Speciei.

INtentio huius sermonis est, q; speculemur sermonem Alpharabij dicentis, q; genus, & differentia conueniant in eo, q; vtrunq; eorum notificat essentiam & subam spẽi: nisi q; genus notificet subam spẽi, in qua conuenit alia: dicta vero notificat subam spẽi, qua determinatur ab alijs, aut suã subam, inquantũ determinatur ab alijs. Nra autẽ expõ circa hoc erit, vt nisi moris est circa reliqua, quæ speculamur: illa autẽ est speculatio necessaria, & speculatio pp melius. Necessaria quidẽ speculatio in hoc tractatu est illius veritatis intellẽctus, per quẽ nõ verificat, q; imaginei. Dicimus itaq; q; prędicata simplicia, q; de subtis prędicant, & simplices res, quibus rũdei in responsione quid est, vel qualis est, partiuntur duabus diuisionibus veris notorijs in notificatione: quarũ prima diuisio est, qa illa diuiduntur in ea, quæ notificant ea, q; sunt de essentia, & in ea, quæ notificant ea, quæ sunt extra essentiam. Alia autem diuisio est, qa illa partiuntur in ea, q; notificant rẽ vlem, et in ea, q; notificant rẽ ppriam. Hic autem est tertia diuisio, quã decernũt naturæ illarũ rerũ, sicut decreuerũt illæ duæ diuisiones, ad quã ternã diuisionẽ excitauit nos Alpharabius, quę est, q; illa partiant in ea, quæ notificant totum ipsum cognoscibile, et in ea, quæ notificant partem ipsius. Omnes autẽ hæ diuisiones sunt rerum simplicium fm duas notitias, veritiscationẽ, id est, an sit, & formationem, id est, quid sit. Ex quo autem res ita se habet, oportet illum, qui locuturus est de genere, & dicta sermone logico, q; notificet quid vtrunq; illorum contineat de notitia, qa est, vel qd est, & an notitia vtriusq; sit essentiæ, aut illius, quod est extra essentiam, vel totius speciei, aut eius partis. Ideoq; Alpharabius prædixit in præcedenti sermone, q; notificatio generis & dictæ sit essentiæ, non illius, quod est extra essentiã: & hoc, qñ dixit, q; genus & dicta conuenĩat, eo q; vtrunq; ipsorũ notificet essentiam spẽi. Hoc itaq; sermone notificauit, in qua re notificationis conueniãt, & quæ notitia sit, in qua cõueniant, quæ est notificatio substantiæ. Postea vero fecit mentionem de distinctione substantiæ, quam notificat ipsum genus à subsãtia, quam notificat ipsa dicta. Et hoc, quia substantia, quam notificat ipsum gen⁹, est tota ipsa species notificata, vel id, quod continet illam, & alia ab ea. Subsãtia autem, quam continet differẽtia est tota ipsa spẽs, aut id, quod appropriat illam ab alijs. Necessaria autẽ est expositio

duarum rerum conducentium notificationem generis ipſius ſpeciei duobus modis differentibus, & duarum rerum conducentium notificationem differentię ipſius ſpeciei duobus differentibus modis: ſicq; nũc faciemus mentionem circa vtrunq; eorum de duabus rebus propter varietatem modorum ſuæ notificationis: & hoc, quia ex quo notum eſt de intentione generis, q; conuenit cum differentia circa eſſe amborum in ipſa ſpecie, & q; inter ea in ſpecie ſit differentia ſecundum eſſe: & ideo ſpecies, quæ eſt compoſita ex ambob⁹ illis, eſt vna in actu, & nõ duæ. Sicq; oportet propter eſſe vnionem generis cum differentia in ipſa ſpecie ſecundum eſſe, & vtrunq; ipſorum eſſe eſt inſeparabile ab alio, & indifferens ab illo ſecundum eſſe, ita vt genus, quando prædicatur de ipſa ſpecie, aut quando per illud reſpõdetur ad quæſtionem quid eſt ipſa ſpecies, q; notificet totam ipſam ſpeciem, ſed ipſum non notificat illam per id, quod appropriat illam, ex quo pars notificans eſt communis illi, & reliquis ſuis ſpeciebus differentibus: ſicq; ſuũ notificare totam ipſam ſpeciem, non ſecundum partem illius ratione ſuæ conuenientiæ cum differentia in ſpecie ſecũdum eſſe, & ipſum notificare illam totalitatem, inquantum continet ipſam ſpeciem, & aliam ab illa, eſt propter genus eſſe commune illi ſpeciei, & aliis ſpeciebus diuiſiuis. Hæc itaq; eſt cauſa notificandi genus ipſam totam ſpeciem ſecundum ſubſtãtiam communem: ſicut cauſa notificandi genus de ipſa ſpecie partem ſuæ ſubſtantiæ: & eſt id, quod continet ipſam ſpeciẽ, & alia ab ea, quod eſt eſſe intentionem generis, & eius eſſentiam ex parte, qua ambo illa ſunt eſſentiæ diſtinctæ, nõ ratione qua ambo ſimul ſunt ipſi ſpecieꝰ: et ideo intendo, q; propter genus eſſe eſſentiam ſpeciei illius intẽtio eſt alia ab ipſa differentia, & cõueniunt ad eſſe ſpeciei. Ideo neceſſario notificauit ex hac parte genus de ſpecie partem eſſentiæ ſpeciei, & hoc eſt, q; intendebat, quando dixit: mſi q; genus notificat eſſentiam ſpeciei, in qua conueniunt alia ab illa, & intẽdebat notificationem generis de ſpecie totam ipſam ſpeciem, quando dixit: aut ſuam eſſentiam, inquantum ſecum cõuenit in illa aliud ab ea. Et per hoc idem oſtenditur notificatio differentiæ de ipſa ſpecie ſecundum ſuam totalitatem, aut ſuam eſſentiam, quæ illam appropriat, hoc eſt, q; differentia ſit eſſentia ſpeciei, & pars eſſentiæ ſpeciei: ex quo ſpẽs eſt ex duabus eſſentijs, quarum vna eſt ipſa differentia, quæ notificat partem ſpeciei. Ex quo autem in duabus notificationibus totali et partiali differentia eſt eſſentia propria ipſi ſpeciei, eius notificatio totã ſpeciei eſt ſecundum id, quod appropriat ipſam ſpeciem, & eius notificatio eſt partis ſpeciei propriæ. Conſtruuntur autem de duabus notificationibus generis duæ demonſtrationes & ſimiliter eſt de differentia. Demonſtratio autem de notificatione generis ad totam ſpeciem, inquantũ continet ſpeciem, & alia ab illa, conſtruitur ſic: Genus eſt eſſentia cõs ſpeciei, quæ ineſt illius totalitati, id autem, quod eſt ſubſtantia cõs ſpei ineſſis ſuæ totalitati, notificat ſpeciẽ, inquantũ continet ſpẽm, & alia ab illa: interinde, q; genus notificet totalitatẽ ſpeciei, inquantũ continet ſpeciem, & alia ab ea. Demonſtratio autem notificandi ipſum de ipſis ſpeciebus, vt partem ſuæ eſſentiæ communis, & conſtituitur ſic. Genus eſt pars eſſentiæ communis ſpeciei, id autẽ, quod eſt talis denominationis, notificat eſſentiam ſpeciei communem: & inde infertur, quod genus notificet eſſentiam ſpeciei communem. Demonſtratio autem notificandi differentiam totam ipſam ſpeciem ſecundũ id, quod ipſam appropriat, conſtituitur ſic: Differentia eſt eſſentia ſpeciei propria, quæ tori ipſi ineſt, illud autem, quod eſt eſſentia ſpeciei propria tori ipſi ineſſentijs notificat totam ſpeciem per id, quod appropriat ipſam ſpeciem. Demonſtratio autẽ notificandi differentiam de ipſa ſpecie ipſam ſpeciei, propriam eſſentiam, conſtruit ſic. Differẽtia eſt pars eſſentiæ propria ſpeciei, id autem, quod eſt talis diſpoſitionis notificat eſſentiam ſpeciei ſibi propriam: differentia itaq; notificat eſſentiam ſpeciei ſibi propriam. Ex parte itaq; ineſſendi genus, & differentiã toti ſpeciei eſt notificatio vtriuſq; ipſorum de tota ſpecie, & ex parte eſſendi vtrumq; ipſorum partem ſpeciei, eſt partis tantũ. Genus vero eſt ipſa pars communis, & ſic, quando notificat totam ſpeciem notificat ipſam ſecũdum partem communem. Differentia vero eſt pars própria: & ſic, quando notificat totam ſpeciem, notificat ipſam ſecundum partem propriam: ſicq; cõpleta eſt, & perfecta ſpeculatio neceſſaria perfecta, & vera huius quæſiti. Speculatio vero de illo, quę eſt propter melius, eſt ſtabilire ordinem ſermonum ſpeculantium ſermonem Abunazar Alpharabij de illo quæſito. Illorum autẽ ſermones, quos ſtabiliui circa hoc, ſunt tres. Quorum primus ſermo, quem ſtabilui in hoc loco eſt ſermo Abuharahmã bin thahar. Id autem, quod ex illius verbis reſultat eſt, q; ipſe intellexerit ex ſermone Abunazar, & hoc ſit illud, quod intellexerat ex ſuo ſermone in libro Poſteriorum Analyticorũ. Genus vero eſt, quod ſignificat id, quod currit curſu concluſionis demonſtrationis, eſt dignius & maius, ac vehementius. Differẽtia vero eſt id, quod ſignificat id, quod currit curſu principij demonſtrationis, & eſt dignior, & potior, & vehementior: & intellexit ex duobus locis vnum intellectum, & conſtituit ipſum aliud eſſe idem: hoc autem quod Abunazar imaginatur in libro Poſteriorum Analyticorum circa hunc locum eſt, q; duæ partes diffinitionis, quæ ſunt genus & differentia, ponantur in demõſtratione, quando mutatur diffinitionis ordo in demonſtrationis ordinẽ, ex quo, vt expoſitum eſt in libro Poſteriorum Analyticorum, diffinitio eſt demonſtratio poſitione differens, & de vtroq;, & genere & differẽtia meminit, quæ pars demonſtrationis ſit, quando variatur poſitio partium diffinitionis in ſitum demonſtrationis ex eo, quod genus eſt genus, & ex eo, quod differentia eſt differentia, & ex eo, q; diffinitio generis ſumai loco generis, & differentiæ diffinitio ſumatur loco differentiæ: & cõparauit inter duas ſignificationes generis & differentiæ, & expoſuit, q; genus ſit commune, & differentia ſit propria, & q;, quando mutatur diffinitionis ordo in demonſtrationem fiat genus concluſum in demonſtratione: & propterea eſt demonſtrationis concluſio, & differentia eſt demonſtrationis medium: & ideo fit demonſtrationis principium, cum demõſtrationis principium ſit ipſius medius terminus. Et notum eſt, q; quicquid eſt, de quo meminerit de vtroq; ex demõſtrationis ordine, ſit ordinatum: ex quo differentia eſt propria, & genus eſt commune. Commune autem intertur ex proprio: ſicq; ergo oportet, q; genus ſecũdum ſuam communitatem ſit demonſtrationis concluſio, & differentia ſecundum ſuam appropriationem eſt demonſtrationis principiũ. Hi autem duo ordines, qui ſunt generis, & differentiæ ad demonſtrationem inſunt illis ex eo, q; vtrunq; eorũ ſit ſumptum in demonſtratione per ſe: ſumpſit vero loco vtriuſq; illorum ſuam diffinitionem, nec ambo currunt proceſſu vnius partis demõſtrationis. Sed generis diffinitio ſignificat totum aggregatum, quod eſt demõſtrationis principium, & illius concluſio: ſicq;, & differentiæ diffinitio, ex quo ambæ diffinitiones partiuntur in genus, & differentiam: ſicq; generis ordo in demonſtratione eſt gradus, qui ſibi ineſt, qui eſt ipſum eſſe demonſtrationis concluſionem, & differẽtiæ ordo eſt gradus, qui ſibi ineſt, q; eſt ipſum eſſe demõſtrationis principiũ. Exemplum autem ordinis, qui eſt generis & differentiæ in demonſtratione ſm ſe, non ſm aſſumptionem

nem ſuarum diffinitionum, quãdo variatur poſitio diffinitionis in demõſtrationis poſitionem, eſt ſicut quòd mutetur diffinitio hominis, quæ eſt animal rationale, & dicatur, homo eſt rationalis, & rationale eſt animal. Sicque rationale ſtabiliretur in diffinitione ſub gradu principij, & animal ſub gradu concluſionis: quando autem ſumeretur animalis diffinitio loco animalis: ſumma generis diffinitionis ſignificaret aggregatum in demonſtratione, quod eſt illius principium, & eius cõcluſio: & hoc, quia animalis diffinitio eſt corpus nutribile ſenſitiuum. Sicque nutribile ſenſitiuum poneretur ſub gradu principij demonſtrationis, & corpus ſub gradu cõcluſionis demõſtrationis, & cõnecteretur demõſtratio ex mutatiõe poſitionis diffinitionis ſic, hõ eſt nutribilis ſenſitiuus, nutribilis aũt ſenſitiuus eſt corpus, homo itaque eſt corpus: notum aũt eſt q; gradus rei, quæ eſt illi per ſe in demonſtratione, eſt vertor, & dignior, q; illi attribuatur, & eſt vehementioris fidei, & maioris vſus: fit autem vertor, qa eſt ſecũdum rei eſſentiam, non ſecundũ id, quod ipſam inſert, quæ eſt eius diſſinitio. Sicq; inter duas notificationes duorum locorum eſt differentia, quæ iam expoſita eſt, ac etiã quomodo terminetur ordo ordinis demonſtrationis, & ordo ordinis notificationis rerum ſeparatarum. Id autem quod fallit per nomen æquiuocum, eſt in duobus locis, quorum vnus eſt, quando dicit ſummam aggregati: quoniã per ſummam aggregati intellexit Hadadh Alrahman ipſam ſpeciem, quando ſpecies eſt ſũma aggregata ex genere & differentia: intentum autem per illud in libro Poſteriorum analyticorum, eſt aggregatum ex hac demonſtratione & eius cõcluſione: alter autem locus inſinuat illius reſponſum: quia Habuhabadh Aerahmã intellexit ſuum reſponſum de ſpecie: intellectum autẽ de illo in libro Poſteriorũ analyticorum eſt ſuum reſponſum de ipſa diffinitione, inquantum ſuæ cõditionis eſt, quod ſua poſitio mutetur in poſitionem demonſtrationis. Stabiliui autem mentẽ huius nobilis iudicis, in quo Deus ſibi complaceat circa duos ſermones. Primo circa ſermonem, quo in diuerſum deuauitæſt, quia Abunazar meminit vtrobiq; de genere, & differentia notificatione vera & translatitia. Vera quidem eſt notificatio vtriuſque ipſorum ſecũdum partem. translatitia vero eſt notificatio vtriuſq; ipſorum ſecundum totũ multitudini plebis: ex quo illud cui ieſt notificatio partis ſecundum veritatem notificat ipſum totũ ſecundum trãſlationem, non eſt in doctrina demonſtratiua locus trãſlationi. Secundum autem intellectum, ad quod trãſlertur, eſt, quòd illud de quo meminit Abunazar de ambabus notificationibus in vtroque & genere, & differentia, conſtruitur ſuper opinionibus antiquorum circa eſſe generis & differentię in ipſa ſpecie. Sicq; ille, qui credidit veritatem eſſendi amborum illorũ in illa, quæ eſt illorum eſſe ſimul vniri in illa, non hoc eſſe in illa ſolum ſecundum diffinitionem eius de hoc, poſuit notificationem vtriuſque ipſorum cõſequentem hoc eſſe: & ſicut eſſe eſt ĩ tota ſpecie, ita notificatio ſit totius illius. Ille autem, qui credidit, quòd ambo illa, hoc eſt, ipſum genus & ipſa differentia ſint in ipſa ſpecie per modum inhæſionis, non ſecundum modũ vnionis: ſicut eſt granum in generatione frumenti, poſuit notificationem ſecundum hoc ſecundum partem, non ſecundum totum. Hæc autem ſecunda opinio eſt falſa, nec eſt aliqua vtilitas, quòd notificatio conſerat ordinem conſequentem falſam opinionem circa ipſum eſſe: & complaceat ſibi Deus in illo, qui me primo excitauit ad hæc duo loca, quæ numerauit Abuhabadhalrhaman, q; ſint diuerſa. Quartus vero ſermo eſt ſermo illius, qui ſtabiliuit agentem nouum ſecundum cognitionem, & ſecundum operationẽ, quod eſt, quia Abunazar notificauit de vtroque illorum, & de genere, & de differentia, duas ndtificationes, quarum vna eſt credentis, generis eſſe plures ſpecies, & illa eſt notificatio vtriuſque illorum ſecundum partem ſpeciei: generis quidem ſecũdum partem communem, & differentię ſecundum partẽ propriam: & credentis generis non eſſe, niſi vnicam ſpeciem. Sicque apud ſic credentem, genus notificat ſpeciem ſecundum ſe totam: ex quo apud illum non eſt alia ſpecies. Dicendum autem eſſe vſum huius ſermonis eſt manifeſtum illi, qui illũ ſcrutatur: & eſt ſermo circa quem deuauit à veritate Albuhabadhalrhaman, et credebat vnionem duorum locorum diſtinctorum, quod & ſuus pater crediderat. Sicque completus eſt ſermo de modo ſpeculationis huius quæſiti: & hoc in ciuitate Dhamæ tempore ſpeculationis, quæ fit inter viros ciſca decliones legales: & hoc in nocte introitus quarti diei menſis ſahaban anni quingenteſimi noni. Deus autem eſt ille, qui ad rectum dirigit.

Quæſitum. II.

De nominis definitione.

DIxit Eximꝰ iudex Abuakaſin benadaris: Deꝰ ipſum cuſtodiat. Diffinuit Ariſtote. nomen in libro Peri hermenias, quòd ſit dictio ſignificãs impoſitione abſtracta à tempore, & nulla ſuarum partiũ ſignificat ſola. Et dixit Abunazar Alpharabius omnes expoſitores conuenerunt, quòd adiectio dictionis in poſitione ſit ſuperflua, ex quo dictio non ſignificat, niſi impoſitione: & ideo dixerunt quòd per dictionem hic ille intellexerit vocem. Hoc autem non habet aliquam intentionem, quia inconueniens eſt definito deferre genus remotum, & dimittere proximum: & hoc ſi cõceſſerimus, quòd vox ſit genus dictionis: Abunazar vero dixit q; detulerit illam, quia aliquando vocantur etiam multa, quæ canit animal dictiones ob eſſe illorum expreſsionem proximam expreſsiõi dictionum hominis. Et hoc etiam eſt caſſum, quia genus, quod dicitur q; uoce, non cõuenit quòd fiat in definitionibus: ſicut qui definiuit hominem q; ſit animal, & accepit hoc nomen ſignificans animal ſenſituum & pictum. Quando autem iam conſtituerit dictum illorum, nos dicimus quòd additum dicendi ipſum in hac definitione impoſitione, eſt additum neceſſarium, & per illud perficietur definitio. Hominum enim dictiones diuiduntur in illam, quę ſignificat & in non ſignificantem: & ideo quod detulit genus ſupremum, quod eſt ipſa dictio ipſum proprũ, reddidit per ſignificationem: & dixit dictionem ſignificãtem: & ex quo ſignificatio eſt communior dictione, quia quædam eſt ſignificatio vocum, & aliqua eſt ſignificatio dictionum: & ſignificatio vocalis, qua vtuntur bruta, ſecernitur dictionaria, per id, quod dixit impoſitione: dictionaria enim eſt in poſitiõe, & vocalis eſt naturaliter: ideo appoſuit hoc additum vltra ſignificationem, & dixit in poſitione ad diſtinguendum inter illas duas ſignificationes: & hęc ſpecies definitionum eſt de ſpectebus definitionum completarum: accidit enim primæ differentiæ, qua diuiditur primum genus in definitione, q; ſit diuidens genus primum, & genus, quod eſt ſuper eo: & quando terĩ differentia primi generis, oportet quòd ſuccedat differẽtia quæ ipſam diſtinguat à differentia, qua diſtinguit genus primi generis: cuius exẽplum in definitionibus eſt, qui definiuerit hominem, q; ſit animal mobile bipes dicendo, mobile diuiditur animal in duas partes, & diuiditur per illud ſuum genus, quod eſt ipſum corpus. Quãdo autem additur in illius definitione bipes, diſtinguitur per illud mobile, quod eſt animal à mobili, quod non eſt animal, & diſtinguitur per illud illa ſpecies animalis, quæ definiri intenditur à

tur à ſpeciebus diſtinctis ab ea in ſuo genere. Et huic ſimile contigit in hac definitione, quia, inquantum detulit dictionem ſignificantem, diſtinguit per illud dictionem, quæ eſt genus nominis per genus, ſub quo intrat nomen, quod eſt ipſum ſignificans: & cum detuliſſet ſignificans, & cum hoc quod per ipſum ſignificãs bipartiatur dictio, per ipſum etiam partitur genus dictionis, quod eſt ipſa vox: quia quædam vox eſt ſignificans, & aliqua eſt non ſignificans: & deinde tulit differentiam, qua diſtinguitur ſignificatio vocalis à ſignificatione dictionaria: & dixit impoſitione. Et de his, quæ tibi manifeſtant hanc rem eſt, quia dicere dictionem non ſignificat ipſam impoſitionẽ: quia ex dictionibus, quibus homo loquitur ſunt illæ, quæ non ſunt impoſitæ quę ſunt prætermiſſæ dictiones, non inſtituę in idiomate: neq; dicere ſignificantem ſignificat poſitionem. Sicque ergo neceſſario apponitur in definitiõe impoſitio. Sicque dictum Expoſitorum, qui dixerunt dictionem ſignificare ipſam impoſitionem eſt error: dictiones enim prętermiſſę non ſunt impoſitæ: & tamẽ illæ abſque dubio ſunt dictiones: ſicut gratia exempli eſt dictio, quæ componitur ex .z. ada: quia tu inuentes de illis aliqua, quę imponitur, & aliquam, quę non imponitur: et ſimiliter eſt in reliquis compoſitionibus latentibus. Impoſsibile ergo eſt ſine additione ſignificationis vltra dicere dictionem, quia quædam dictio eſt ſignificans, & quædã non ſignificans. Et impoſsibile eſt abſque additione per impoſitionem vltra ſignificantem: quia ſignificans quædam eſt naturaliter, & quædam impoſitione. Nec eſt alicuius dicere, quòd non ſit impoſsibile, quòd nomen dictionis non ſignificet impoſitionem, & nomen ſignificationis etiam non ſignificet impoſitionem: & quando connectetur dictio cum ſignificatione, & addit clauſula conditionis in ea, ſignificant impoſitionem: quia ſi hoc concederetur vltima differentia in hac definitione, delata eſſet implicite, non explicite. Differentias autem vltimas definitionum conuenit ſignificare ſignificatione explicita ſimpliciter, non ſignificatione inſinuationis. Dictio enim eſt dictio, & vox, & ex quo eſt vox eius ſignificatio eſt naturaliter, & ex quo eſt dictio, habet ſignificationem per impoſitionem. Impoſsibile ergo eſt abſque explicatione per dictionem, quæ ſignificet per ſuam figuram, & declinationem ipſam impoſitionem. Et ſi diceretur Tuus eſſe in definitione nominis, quod dicatur quod ſit dictio ſignificãs: ex quo hæc clauſula cõditionis eſt æqualis dicto per impoſitionem: mea huius itaque eſt quod explicetur in definitione figura huius clauſulæ conditionis. Sicque iam commonſtratum eſt tibi, quod qui definiuit nomẽ hac definitione, & abſtenerat ab illa dictionem impoſitionis, errauerit deciſiua enunciatione. Deus autem eſt qui dirigat ad rectum illum quem voluerit. Et talis eſt mos hominum cũ hoc vtro in omnibus, quæ arguntẽtur contra ipſum. Dico autem homines illos, qui ſunt vere philoſophi.

Duorum quæſtionum Abbalkaſis Benadaris finis.

ALHAGIAG BIN THALMVS

QVAESITVM.

De miſtione propoſitionis de ineſſe, & neceſſarię.

Dixit Ariſtoteles in vltimo expoſitionis combinationis de ineſſe & neceſſariæ, ſi negatiua fuerit neceſſaria, & particularis, concluſio traque nõ ſit neceſſaria. Huius autem expoſitio ſit in præmiſſis definitionibus: & ſimiliter quando dixit in vltimo miſtionis de ineſſe, & neceſſario in tertia figura: ſi propoſitio affirmatiua fuerit neceſſaria, ſiue fuerit vniuerſalis, ſiue particularis, aut negatiua fuerit particularis neceſſaria, concluſio non ſit neceſſaria. Intendebat quando dicebat: concluſio non eſt neceſſaria. hoc eſt, modo quo redeat in primam figuram eo modo quo redit in de ineſſe ſimplici, & ſit ſuum dictum hic, quòd concluſio non ſiat neceſſaria, loco eius dicti de vtrisque in neceſſario ſimpliciter, non exponitur concluſio ſyllogiſmi neceſſarij eo modo, quo exponuntur concluſiones ſyllogiſmi ſimplicis. Huius autem expoſitio de diffinitiõibus, vt hæc opinio appareat de illis ambobus, hoc eſt, ſua reductio in primam figuram modo prædicto, non habet eſſe. Deinde ſubticuit ſuppoſitionem ipſam, quia iam illã præmiſerat de neceſſario ſimpliciter: ideo abbreuiauit totum hoc ſecundum ſuã conſuetudinem in abbreuiatione, & latentia in locis, in quibus intendit hoc, aut in vno illorũ, aut in ambobus: qa ille iam oſtendit ſuam intentionem in ambobus illis locis. Sicque apud me educitur expoſitio ſermonis Ariſtote. munda ab omni labe, quæ ei attribuitur vel illi ſimilis eſt, & aufertur ambiguitas ab illo. Deus autẽ nos ſemper dirigat ad id, quod conueniens eſt. Amen.

Quæſiti Alhagiachin finis.

ABVHALKASIM MAHMATH

BEN KASAM

QVÆSITVM PRIMVM.

De modo diſcernendi demonſtrationes propter quid, & demonſtrationes quia.

Abuhalkaſis mahmath ben Kaſam philoſophus declamator. Quia periit ſpeculatores ſcientiæ logicæ iam perplexi ſunt circa cognitionem demonſtrationum propter quid, & demõſtrationum quia: & non fuit eis manifeſtatus ordo, quo diſcernunt demonſtrationes propter qd, & quia, cũ eo quod tulit Abunazar circa hoc, pro quo commendandus eſt. Cauſa autem ſuæ perplexionis circa id, cuius memini, fuit id, quod accidit in editione demonſtrationum ex ſermonibus fallentibus corruptis, qui non ſunt de litera Abunazar. Ex quo autẽ non conſiderauerunt quod cecidit illuc eſſe corruptum, & crediderunt ipſum, aſſeruerũt eius veritatem, & ordinauerunt circa illud demonſtrationes, & inuenimus eos, q detraxerint ſermonem ad ſuum libitum, & tradũt conditiones, quibus nimis recedũt à vero ordine, cuius meminit Abunazar: nec cõſtitit negocium ipſorum, adeo q diſceptauerunt circa ipſum: & apud quoſdã ipſorum inuenitur id, quod non eſt apud aliquos: & iam factus eſt ſermo de hoc inter me & quoſdam per iterum: vbi maior pars meę optniõis circa id fuit, quòd in libro ſint ſermones fallentes corrupti: & nõ multum ſpeculatus ſum prius circa hoc, & perſuaſus ſum, quod ſatis eſt per ſermones Abunazar, dum in ſuis libris loqtur de his: & ſeparati ſumus inde abſq; q haberemus rem, quam ille intenderet: ex quo autem res ſe habet circa hãc rem prętantem, prout meminit, & nõ deſtitit mentis robur ſumere à complendo ſpeculationem circa illud, donec hoc contigerit: & poſui quæſtionem quæſitum ſecundum eius intentionem de ipſo: prout facit initians id, de quo non fuit opinio alterius. Sicque creator ſua miſericordia direxit me ad ipſam veritatẽ: & quod hinc prouenit,

uenit, cõuenit illi, quod retulerat Abunazar: et ſpeculabimur id, quod ille retulerat in eius editione: ex quo autem notæ ſunt circa hoc quæſitum duæ opiniones, conſtituam eas in ſcripuis, vt valeant dirigere illum, qui mihi ſuccedet. Dico itaque, quòd omne quę ſitum ſpeculatiuum ſcitur per ſyllogiſmum, prout oſtenſum eſt in libro Poſteriorum: omnis autem ſyllogiſmus componitur ex ſubiecto quæſiti & eius prædicato, & re tertia, quæ vocatur terminus medius, prout oſtenſum eſt in libro Priorum analyticorum: & non facit acquirere ſyllogiſmus ſcientiam alicuius quæſiti, qua in eo ſunt duo extrema quæſiti. hoc autem eſt abſurdum, nam ambo illa ſunt ipſummet quę ſitum. Sicque ſi acquireretur ſcientia per ipſa ambo, acquiſitio ſcientiæ quæſiti eſſet abſurda. Sicque non relinquitur, niſi quòd acquiratur ſcientia quæſiti per rem tertiam, qui medius terminus vocatur: ſed niſi terminus medius ſit connexus vtrique duorum extremorum quæſiti, non faceret penitus acquirere ſcientiam: nam inter quælibet duo, inter quæ non eſt connexio, non eſt impreſsio, neque conſecutio. Hoc autem eſt, vt eſt ipſe calor, ſicut relatum eſt in libro Peri geneſeos: ſicque oportet ergo neceſſario quòd inter terminum medium, & inter vtrunque extremum quæſiti ſit quædam connexionum dictarum in libro Poſteriorum, vt prouenitat ex termino medio ipſorum ſcientia ad ipſum quæſitum: & dum connexus fuerit medius terminus duobus extremis quæſiti, euenit et ſcientia in actu: nam quæſitum eſt notum in potentia, & terminus medius reddit ipſum notum in actu. Oportet itaq; neceſſario, quòd ſciẽtia, quam confert terminus medius ipſi quæſito, inſit termino medio in actu: nam id, quod eſt in potentia, non educit ipſum in actum, niſi id quod eſt in actu. ſicut eſt calor, qui eſt in ipſo ferro in potentia, educit ipſum in actum calor, qui eſt in actu ſuæ ſpeciei. Hoc autem iam demonſtratione oſtenſum eſt in ſcientia Phyſica, & alibi: ſicque relinquimus ipſum. Prætereа dum fuerit quæſitum ignotum in actu, oportet quòd terminus medius ſit notus in actu: nam verum non cognoſcitur niſi per verum quale ipſum. Sicque iam oſtenſum eſt, quòd terminus medius expediat, quòd ſit notus in actu, & quòd ſpecies eius ſcientiæ ſit ſpecies ſcientiæ ipſius quæſiti. Species autem ſcientiæ quæſiti eſt ſpecies ſcientiæ ipſius eſſe: hoc eſt, ipſius quia, aut ſpecies ſcientiæ cauſæ eſt eſſe ſimul, id eſt propter quid, & quia ſimul: & hæ eędem ſpecies ſunt ſpecies ſcientiæ per terminum medium, ex parte qua eſt terminus medius, & hoc. nam dum ineſt extremo minori, & ei ineſt extremum maius in actu, aut in potentia: & cum hoc non fuerit penitus cauſa, id eſſet ſecũdum ſcientiam quia ſolum: nam de eo ſcitur quòd inſit minori ſolum, & quòd ei inſit maius: & ideo quæſitum facit ipſum adipiſci notitiam, quòd maius ſuorum extremorum inſit minori, prout relatum eſt in libro Priorum in prima figura, quæ eſt per ſe nota: dum vero fuerit cauſa ineſſendi minori, & maiori, & ineſſendi maius minori, modus eius ſcientiæ eſt modus ſcientiæ per cauſam, id eſt propter quid: nam id quod de illo ſcitur, eſt quòd ſit cauſa ſolum. Dum vero conſideramus ipſum ineſſe minori, & ipſum ineſſe maiori, vt inde acquiratur ſcientia ipſius eſſe, & cum hoc ponitur cauſa intentionis, vt inde ſubintret ſcientia cauſæ, ille eſt modus ſcientiæ ſecundum eſſe, & cauſam ſimul: nam id, quod ſcitur, eſt quod dicitur de duobus extremis, & quòd ſit cauſa. Sicque inducemus neceſſario huius rei oſtẽſionem per ipſum.

Sicque iam videtur quòd modus ſcientiæ eſt per terminum medium, & quod adipiſcitur in ſcientia quæ ſit ſcibilis in potentia, fit per terminum medium, quod eſt ſcirum in actu. Dum autem id, quod adipiſcitur per ipſum in ſcientia quæſiti, fuerit ſecundum perfectionem, illud erit agens. Regula autem eius probationis eſt inſtrumentum: nam omne inſtrumentum perfectum, vel agens, eſt agens & regulãs ſuum operatum: nam circino, gratia exempli, fit circulus, et per illum comprobatur ipſe: & caligarius agit caligas, & comprobat eas. Perfectum autem agens eſt, quod largitur perfectum finem quæſitum ab eo. Et medius terminus largitur perfectum finem intentum quæſiti ab eo: & eſt illius ſcientia in actu. Ipſe itaque agit quamlibet rem: itcirco terminus medius eſt, quo diſcernuntur demonſtrationes per eam ſcientiam, quam adipiſci faciunt de concluſionibus, quæ ſunt ipſum quæſitum: & ſi cuperes oſtendere, quod in hoc tractatu dictum eſt de ipſis præmiſsis demonſtrationis, quarum quædam ſunt notæ per demonſtrationem propriam, aut per demonſtrationem alterius cognitionis, & per experimentum quo adipiſcuntur prima principia experta, & compoſueris ex illis demonſtrationem, ſic fit hoc educta à termino medio ſcientia quęſiti à potentia in actum, expedit quòd terminо medio inſit in actu ſpecies ſcientiæ, quam educit in ipſum quęſitum: id autem, ţui expedit ineſſe ſpeciem ſcientiæ, quam educit in quæſitum, eſt id, ad quod redit cognitio quæſiti: eſt itaque terminus, in quem fit reditus in cognitionem quæſiti. Iterum id, in quod redit ipſa res, redit in ipſum ſecundum quòd eſt agens & regula: in terminum autem medium fit reditus, ſecundum quòd eſt agens & regula: prout iam demonſtratum eſt in præmiſsis. Si autem cuperes eius præmiſſas & compoſitionem, ſic fit medius terminus agens perfectum, prout præmiſſum eſt: & omne agẽs perfectum eſt agens & regula, prout eius experimento directum eſt: terminus traque medius eſt agens & regula: hoc autem confirmant & cadunt, & reprobantur cæteræ regulæ. Sicque nunc reaſſumemus pro conformitate ſermonis ipſius Abunazar cum hoc, qui conſtruitur ex his ſermonibus: & dicamus quòd notitia ineſſendi prædicatum ipſi ſubiecto, id eſt, quia, ſit vna induſa. Scientia vero cauſæ, hoc eſt propter quid, diuiditur in ſcientiam cauſæ eſſendi ipſum ſubiectum, & in ſcientiam cauſæ in eſſendi prædicatum ipſi ſubiecto, & in ſcientiam eſſendi prædicatum & ſubiectum ſimul, prout retulit Abunazar in libro elementorum: ſed ipſe non meminit de ſcientia cauſæ eſſendi prędicatum & ſubiectum ſimul, & non eſt aliquis arguens hoc. Quælibet autem cauſa eſt materia, aut forma, aut agẽs, aut finis: prout meminit in hoc libro. Sicut ſi acciperemus medium terminum inter hominem & animal per ſcitiam cauſæ ex materia, vt compoſitum ex vltimis miſcibilibus, aut ex forma: & eſt ſua cogitatione rationale, aut ex agente: & eſt quẽ genuit homo: vel ex fine: & eſt cui magis decet vt remaneat beatus poſt mortem, & vnaquæque harum eſt pars definitionis: nam definitio componitur ex vnaquaque quatuor cauſarum, prout meminit in hoc libro: ſicut dicimus quòd homo ſit corpus compoſitũ ex vltimis miſcibilibus: aut quòd ſit animal rationale ſua cogitatione: vel quòd ſit corpus genitum, quod generat homo: vel quòd ſit corpus decentius, vt moriatur, & remaneat beatus poſt mortem: omnes definitiones, & ſi componantur ex reliquis cauſis, currunt curſu formarum. Definitiones

nitiones autem sunt præstantiora prædicata, ad quæ declinant omnes causæ. Sicque medij termini demonstrationum causarum, hoc est propter quid, aut sunt definitiones, vel partes definitionum duorum extremorum ipsius syllogismi, aut alterius ipsorum: aut habent communitatem cum definitionibus amborum aliquo modo: et est sermo corruptus apud illum, qui intelligit partem veritatis. Paret itaque hinc, quomodo ordinetur sermo, vt educatur in demonstrationes causarum, quarum medij termini sunt causæ, & conformatur illi quod primo ostendimus. Et totum hoc, quod videtur ex hoc, est sermo Abunazar ad literã. Expositionem vero demonstrationis Abunazar absoluit, & dixit, quòd eius sint duæ species, quarum vna est, qua concluditur posterius de posteriori: dum fuerit vnus gradus posterioritatis ipsorum successus ad medium terminum: & iam ostendit Abunazar de hac secunda specie, quòd eius terminus medius neutrius extremorum sit causa: dum dixit, dum fuerit vnus gradus posterioritatis ipsorum successus ad medium terminum. Et in prima specie ostendit, quod terminus medius essendi sit etiam causa maioris extremi, quod vero cum hoc non sit causa minoris, est eius demonstratio quædam, quæ ostenditur ex eius dicto, quod medij termini demonstrationum causarum, id est propter quid, sint definitiones, aut partes definitionum duorum extremorum, aut alterius ipsorum. Sicque dum dicit, aut alterius ipsorum, auferur ex medius terminus demonstrationis quia, sit causa minoris. Demonstratio ergo quia est, cuius medius terminus penitus non est causa, prout prius ostendimus. Demonstratio vero essendi & causæ, hoc est quia & propter quid simul, est ipsimet demonstratio propter quid: sed dicitur demonstratio propter quid tantum in vna comparatione. Sicque dum seruerimus ipsum esse, & inquisiuerimus scientiam, fit demonstratio, quæ facit nos acquirere scientiam causæ in comparatione eiusdem demonstrationis propter quid & quia simul: quia facit adipisci inesse prædicatum ipsi subiecto per connexionem medij termini duobus eius extremis affirmatiuæ, prout diximus, & facit adipisci scientiam causæ, sicut terminus medius est causa: sed ex quo fecit ipsum inde adipisci, illa est scientia causæ, id est propter quid solum: est ergo demonstratio causæ, id est propter quid in comparatione ad nos: & sic est omnis demonstratio propter quid solum in comparatione ad nos: in sui vero comparatione omnis demonstratio causæ, id est propter quid, est demonstratio essendi, hoc est demonstratio quia: nam quæcunque demonstratio, cuius medius terminus connectitur ambobus eius extremis affirmatiue, facit adipisci ipsum esse. Dum vero inquirimus scientiam causæ & esse simul, demonstratio quæ facit nos acquirere ambas res sit demonstratio causæ, & esse simul in comparatione sui, & in comparatione ad nos: & non est differentia inter demonstrationem causæ, id est propter quid & illam, nisi in comparatione ad nos tantum. Et satis fuit ipsi Abunazar commemoratio demonstrationum propter quid, & demonstrationum quia, & reliquit commemorationem demonstrationum propter quid, & quia simul. Et fuit quidem satis illi commemoratio demonstrationum propter quid, ex quo non est differentia inter vtrasque, nisi in comparatione ad nos, & in relatione ad nos, prout ostendimus. Ex quo autem demonstratio quia, & propter quid similis est, quæ facit adipisci ambas res simul, & medius terminus demonstrationis propter quid est causa minoris, & maioris, & inesse[n]di maius minori, hinc est demonstratio causæ & esse simul quæ facit adipisci ipsum esse, & vnam harum causarum, quælibet ipsarum fuerit: nam ex quo maius extremum est præstantius vtrisque partibus quæsiti, cum sit quæsitum secundum veritatem, & ipsa oratio vocatur quæsitum, propterea scientia huius partis est præstantior, quàm scientia alterius partis: & ideo demonstratio, quæ facit adipisci esse & causam, quando eius medius terminus est causa maioris est prior & verior nomine demonstrationis esse & causæ simpliciter, & est dignior nominis demonstrationis simpliciter. Sicque demonstratio ipsius esse, & causæ simpliciter, est, cuius medius terminus est causa maioris extremi. Si autem minus fuerit præter illud, est demonstratio eius esse, & est demonstratio simpliciter infra primam secundum gradum impositionis nominis: & ideo dicit Abunazar, ex quo vna conditionum instituarum ad demonstrationem simpliciter est, quòd medius terminus sit prior maiori eo modo, quo causa res est prior ipsa re, hoc est, de demonstratione, quæ est prior & verior, vt dicatur demonstratio simpliciter: & aliquando fit causa ipsius esse, & causæ secundum comparationem eius, & comparationem nostram: dum hoc contigerit nobis circa illam. Dum vero nos voluerimus scire scientiam essendi prædicatum ipsi subiecto, accipimus aliquam rem terminum medium, & contingit nobis circa hanc, quòd sit causa: accidit itaque nobis esse & causa, quod si accidit nobis secundum primam intentionem, fit per illam scientia ipsius esse, hoc est, scientia. Scientia vero causæ fit, dum accidit nobis secundum intentionem secũdam, & ex secundo syllogismo, & contigit quòd circa hoc compositus sit primus syllogismus. Hæc itaque est summa eorum, quæ videntur nobis de regulis trium demonstrationum. Rerum autem regula & directio gloriosi Dei est.

QVÆSITVM II.

Castigatio quartæ speciei secundi generis conjecturum demonstrationum ipsius Alpharabij.

EXortasse notificatur tibi quòd error sit circa quartam speciem secundi generis conjecturum ipsius Abunazar, quasi esset demonstratio causæ, seu propter quid: sed est demonstratio quia, nam medius eius terminus est posterior vtrisque extremis. Crediderunt autem hoc, quia errauerunt, & dixerunt quòd proprium generis æqualis est prius specie, & adiacens generi cum esse speciei. Hoc autem est absurdum: nam proprium generis, siue æquale, siue inæquale, quod non constituit speciem, est accidens ipsius: & reliquarum specierum eius, & posterius eo, & reliquis suis speciebus: nam est primo posterius genere, & eius speciebus secundo. Huius autem inditium est: nam pars substantiæ non est nisi substantia, ac etiam, quia natura speciei est magis prior natura generis, quàm natura proprij ipsius generis: quia natura generis non prouenit, nisi cum natura ipsius speciei: sicut non prouenit natura speciei, nisi cum natura generis: nam ambæ sunt ad aliquid, & proprium

prium consequitur naturam prouenientem: & ideo etiam secum consequitur natura, quæ consequitur ipsum. Dum autem natura generis prouenit cum specie, sicut prouenit natura speciei cum genere, oportet quòd proprium consequatur ambas naturas, & naturam generis, & naturam speciei. Sicque firma tuam considerationem hic, & euades ab errore multorum locorum. Sicque explicitum Quæsita logica, ad laudem gloriosi Dei, cuius sapientiæ radius nos eripiat ab omni perplexione erroris. Amen.

Duorum Quæsitorum Abulkasim mahmat Ben Kasim finis.

ABVHABAD ADHADRAHMAN BEN IOHAR.

EPISTOLA PRIMA.

De negatiua de necessario, & negatiua possibili.

DEcisti à me Deus te adiuuet: de negatiua de necessario, & negatiua possibili, an sit vna secundum hanc dispositionem, aut diuersa. Dico quòd dispositio negatiuæ de necessario & negatiuæ necessariæ est, quòd, quando negatiua necessaria fuerit vera, infertur necessario veritas negatiuæ de necessario, quia cum dicto nostro A non est de aliqua re ipsius C necessario, verificatur omnino, quòd A non est necessario de aliqua re ipsius C, quia si hæc fuerit falsa verificatur necessario quòd A est necessario de aliqua re ipsius C, ex quo illa, quòd A necessario non est de aliqua re ipsius C, est falsa, cum illæ duæ sint contradictoriæ. Sicque, quando negatiua necessaria fuerit vera, verificatur omnino negatiua de necessario. Hoc autẽ non conuertitur vt dicamus quòd si fuerit vera de necessario, sine dubio verificetur negatiua necessaria, quia verũ est, album non est necessario de aliqua re ipsius plantæ, & non verificatur secum, album necessario non est de aliqua re ipsius plantæ. Dispositio vero negatiuæ de possibili, & negatiuæ possibilis est econtrario huius: quia quando altera illarum fuerit vera, altera est falsa necessario, quia quando verificatur dictum nostrum Zayadh possibile est quòd non ambulet, falsificatur secum necessario Zayadh non est possibile quòd non ambulet. Et ideo quando hoc verificatur, hoc falsificatur. Huius autem causa est, quia affirmatiuæ possibilis & negatiuæ possibilis vtrumque veritas infertur ex veritate alterutrius: quia dictum nostrum Zayadh possibile est quòd non ambulet in mane, infertur ex dicto nostro Zayadh possibile est quod ambulet in mane. Manifestum autem est quod negatiuæ ipsius possibilis, quando falsificatur, falsificatur & eius affirmatiua: quia falsificatur dictum nostrũ, Zayad non est possibile quòd ambulet, & cum huius falsitate falsificatur eius affirmatiua. Quando vero verificatur negatiua necessaria, falsificatur ipsius affirmatiua, & econuerso: propterea tenetur inde. Deus autem nos dirigat ad id, quo conuenientes fuerit. Amen.

EIVSDEM ABVHABAD ADHADRAHMAN BEN IOHAR.

EPISTOLA II.

De termino medio, quando fuerit causa maioris, an imaginabile sit secundum aliquem locum non esse causam minoris.

REtiisti Deus te adiuuet de ipso termino medio, quando fuerit causa maioris termini, an imaginetur secundum aliquem locorum eundem non esse causam illius esse in minori, adeo quòd ad inesse maioris ipsi minori indigeamus alhqua causa. Responsio est, quòd, quando interrogatio fumeretur simpliciter, hoc quod imaginatur & reperitur, esset medius causa maioris, & non est penitus causa inesse[n]di maiorem ipsi minori, nisi secundum cognitionem solum: quia quæsitorum, & (vt vniuersalius inquam) ipsarum præpositionum est, quòd iam insit maior illarum, & quòd verificetur suum prædicatum suo subiecto, secundum veritatem prædicati de illo subiecto. exempli gratia, sit quæsitum, an risibile & Geometra sit homo: & dicamus, omne risibile, vel Geometra est animal rationale, & omne animal rationale est homo, igitur omne risibile, vel Geometra est homo. Sicque vtraque harum præmissarum est vera & conclusio similiter: homo autem non est vere prædicatum de ipso risibili, aut Geometra, immo res est econuerso: quia risibile & Geometra inest homini, qui de illo prædicatur. & hanc prædicationem dicunt prædicationem præter naturalem consuetudinem: & ideo medius terminus in hoc, & in consimilibus est causa ipsius maioris, & non est causa essendi maiorem in minori, cum prædicatio maioris de minori in affirmatione sit vera prædicatio: sicque in talibus non imaginatur, quòd prædicatio sit causa essendi maiorem in minori, non causa maioris solum. Et dixit Aristoteles, nec voco omnem prædicationem præter naturalem consuetudinem prædicationem omnino, & si forte illam sic nominamus, vocamus eam prædicationem secundum accidens. Et Themistius posuit has demonstrationes inter demonstrationes causæ solum. Et Alpharabius exposuit hoc in hoc loco. Et ego exposui hoc sufficienter expositione in meo tractatu de combinationibus demonstrationis. Et similiter dico, si quæsitum prædicatum non fuerit essentiale prædicatum ipsius subiecti, neque suum subiectum essentiale suo prædicato, sicut si quæsitum esset, an omne tedens sit disciplinabile & dicamus omne tedens est homo, & omnis homo est disciplinabilis: sicque omne tedens est disciplinabile. Hæ itaque tres propositiones sunt verè, ex quo iam declaratum est in scientia Naturali, quòd tedere sit hominis proprium, sicut est ei ipsa disciplinabilitas, sed non omne tedens est per se disciplinabile, ex quo non omne tedens est disciplinabile, cum tedere sit homini propter eius naturam, & eius disciplinabilitas est propter eius rationabilitatem. medius autem terminus huius syllogismi est causa maioris,

ioris, ex quo homo est causa disciplinabilitatis, quia est pars eius diffinitionis: & similiter est consuetudinis prædicantentorum, quæ mutuo prædicantur prædicatione accidentali: sicut est nostrum prædicare Geometram de ipso Medico, vèl sutore, aut tripudio vtentibus. Deus autem nos dirigat ad id quod decens est. Amen.

Quæsitorum, ac Epistolarum diuersorum Arabum finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB CC DD

EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR

SS TT VV XX YY ZZ, AAA BBB.

Omnes Quaterni, * Ternio.

Venetijs, apud hæredes Lucæantonij Iuntæ,
Anno Domini M D LII.